NAZIONALE
13
1 E
6
VITT. EMANUELE

NN I. 5

17.

13—1. 2. 7.

Digitized by Google

f V

Digitized by Google

NOVA COLLECTIO ET COMPILATIO PRIVILEGIORVM APOSTOLICORVM

Regularium Mendicantium, & non Mendicantium; Præſertim in quibus ipſæ Religiones communicant.

EDITA A FRATRE EMMANVELE RODERICO
Luſitano, Prouincia Sancti Iacobi Patre, & S. Theologiæ Lectore:

In duos Tomos diuiſa.

IN QVIBVS QVÆ IN ALIQVIBVS RELIGIONVM codicibus diſperſa ſunt, & ſine ordine diffuſa, his congeſta ſunt, & quæ ab Vrbano III. vſque ad Leonem XI. conceſſa ſunt Regularibus, diſpoſita, & ordinata inuenientur.

Cum quibuſdam remiſſionibus ad marginem: ex quibus curioſus Lector facilè percipiet, quæ horum priuilegiorum ſint in vſu; quæ verò limitata, & moderata; quæ verò ſint omnino abrogata.

His acceſſit Index Priuilegia cuiuſcumque Pontificis oſtendens.
Editio recognita, & à mendis repurgata.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Societatem Minimam. MDCXI.
SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Reuerendiſſimo Patri

FRANCISCO A SOSA

GENERALI TOTIVS ORDINIS MINORVM,

Et ſupremi Tribunalis Inquiſitionis conſultori digniſſimo,

Suus frater Emanuel Rodericus eiuſdem ordinis profeſſor, atque S. Iacobi prouinciæ pater, & Lector, Fœlicitatem æternam exoptat.

MEMINI Reuerendiſſimi Pater, me apud Ariſtotelem in meteororum libris legiſſe, omnes fere quæ tractantur opiniones, à ſuperioribus fuiſſe agitatas. Id quod Sapiens inſinuat Eccleſ. 1. *Nihil nouum eſſe ſub ſole*, & ſic qui nunc ſcribunt, non aliud quam ex libris (vt aiunt) libros faciunt. Nam vel aſperſa colligere, vel collecta magis explicando diffundere, totum ſcribendi negotium eſt: ſed vtrum eorum ſit magis proficuum, pro cuiuſque ingenio cenſeatur. Vnde cum mihi per obedientiæ meritum, à te, Pater Reuerendiſſime, imponeretur, vt omnia religionum priuilegia, & breuia, ſtatum regularem concernentia, per diuerſos ſummos Pontifices conceſſa, diſperſa colligerem, nihil nouum feciſſe arbitrarer, ſi ea ſine ordine, & methodo, & ſine aliquibus additionibus, ex quibus pateret qualia ſint in vſu qualiave ſint derogata, in lucem proderem, incipiens ab Vrbano Tertio, vſque ad Leonem X I. quæ ſinguli Pontifices religionibus conceſſerint, diuiſim in duobus Tomis cum quibuſdam additionibus ad margines appoſitis ad noſtros tres Tomos de Quæſtionibus Canonicis, & Regularibus me remittendo propono: quas qui legerit, facilè perſpicere poterit, quæ ſint in vſu, quæve abrogata exiſtant, ſicut ad Lectorem ſcribens animaduerto. Quæ cum ita ſint, reliquum eſt, vt me antiquæ conſuetudini accommodans, hos duos Tomos alicuius patrocinio munitos emittam in lucem, quo hæc opera immortalem quandam ſtabilitatem acquirant, vel maleuolorum inuidiam ſupprimant, vel antiquorum ſcriptorum conſuetudinem imitentur. Id ergo mecum ipſe recogitans (licèt alium Tomum de Quæſtionibus Canonicis, & Regularibus tuo patrocinio ſubijcerem) tibi hos duos etiam Tomos dedicare decreui, cum totius noſtræ religionis ſis pater, & patronus, à labijs iniquis, & à lingua doloſa & à verbo mendacij, ſcripta in Primo Tomo Quæſtionum Regularium, me abſente, tua doctrina, & zelo quondam liberaueris. Certò inde, & ex alijs ſciens ſimile tuum oportunum præſidium his Tomis, & alijs in lucem editis, & Deo duce edendis, mihi minimè defecturum. Valeas Reuerendiſſime præſul. Ex cœnobio tuo Sancti Franciſci Salmanticenſi, Die xvij. Octobris, Anno Incarna. Domi. M. DCV.

FRATER EMMANVEL RODERICVS.

AD BENEVOLVM LECTOREM.

IVSSV Noſtri Reuerendiſſimi Patris, fratris Franci-
ſci à Soſa, totius ordinis fratrum Minorum Miniſtro
Generali, candide Lector, hanc nouam, & exactam pri-
uilegiorum, quæ per diuerſos Pontifices in fauorem reli-
gionum conceſſa ſunt recollectionem, ſummo quo potui labore, & in-
duſtria, compilaui: quorum licèt aliqua vſu in contrarium faciente
reuocata alijs priuilegijs moderata conſtitutionibuſve Apoſtolicis, vel
Concilijs generalibus limitata partim, vel totaliter ſublata fuerint,
omnia tamen hic inſerere conſulto decreui: tũ vt religioſi tot tantaq̃;
beneficia quibus eos Apoſtolica ſedes cumulauit, præ oculis habentes, ei-
dem ſedi gratos ſemper, & obedientes ſe præbere ſtudeant; tum etiam,
vt reliqui proceres Eccleſiaſtici, et ſeculares ſupremum ſuum caput
imitantes, æmulatione ſancta ſimilibus beneficijs, & priuilegijs Reli-
giones condecorare contendant. In hac autẽ collectione multas conſtitu-
tiones Apoſtolicas, quæ monachalem ſtatũ præcipuè, concernunt, conſul-
tò etiam omiſi, tum quia ſæpe ſæpius variantur: tum etiã quia in noſtris
Quæſtionibus Regularibus de his, quã plurima latè diſſerui, nec omnia
religionum priuilegia in his duobus tomis compilaui: eorum enim om-
nium recollectio varijs tomis minimè comprehendi poſſet: vnde propo-
ſui indulta præſertim in quibus communicant, et poſſunt communica-
re religiones inter ſe, recolligere, confirmationes Apoſtolicas ipſorum in
medium adducere: &, ſi aliqua particularia religionum adducun-
tur in quibus communicatio non contingit, id ex eo procedit, vel quia
ad regimen aliarum concernunt, vel quia in eis aliquod indultum con
tinetur, de quo aliæ religiones poſſunt participare, cum particularia
conceſſa vni monaſterio ad alia eiuſdem ordinis monaſteria per Iu-
lium II. & Leonem X. et alios ſummos Pontifices facta, ſint commu-
nia: vt vero non tantum, nudi textus, qui hic ponuntur, ſed etiam
gloſſæ, et difficultates, quæ circa textus ſuboriri ſolent, pateſiant, et re-
ſoluantur, & quæ ex hic contentis reuocata, limitata, vel moderata
ſunt, agnoſcat lector, in margine huius operis cito noſtras Quæſtiones
Regulares, in quibus hæc omnia ad amuſſim dilucidè ſatis, et ſchola-
ſtica methodo reperias. Vale.

APPROBATIO.

SVPREMI Conſilij iuſſu ac commiſſione, liber cui titulus. *Noua collectio in duos Tomos diuiſa, priuilegiorum, literarum Apoſtolicarum, & viuæ vocis oraculorum ad reglares concernentium, multo labore, inſigniq; diligentia, à Reuerendiſſimo doctiſſimoq; Patre, & de omnibus regularibus apprime bene merito, Fratre* EMMANVEL RODRIGVEZ, *ſacri ordinis Seraphici Patris noſtri Franciſci profeſſore, editus; in perinſigni D. Gregorij Valliſoletani Collegio,* ſumma cura euolutus eſt, dignuſque iudicatus, vt prælo mandetur, in communem omnium religioſorum vtilitatem, & inſuper, & eorum omnium, ad quorum manus, Quæſtiones de Regularibus à prædicto Patre maxima cum eruditione, & reſolutione diſcuſſæ peruenere. Ex his quippe priuilegijs, Apoſtoliciſque literis, quantus Romanorum Pontificum ad religiones fuerit, & ſit affectus, conſtabit facilè, intuentibus gratias, priuilegia, exemptiones, & indulgentias plurimas ab ipſis conceſſas, tum in religionis augmentum, tum in religioſorum honorem rectamque inſtitutionem, & obſeruantiæ Regularis fauorem. Datum in prædicto D. Gregorij Valliſoletano Collegio decimaſeptima die Octobr. Anno MDCIV.

Gregorius Prædicti collegij Rector.
D. Paredes in ſacra Theologia Præſentatus.

PATRI F. EMMANVELI RODRIGVEZ, THEOLOGO INSIGNI, VARIARVM RERVM PRAECLARISSIMORVMQVE OPERVM SCRIPTORI OPTIMO,

F. EMMANVEL TATES PIMENTELLVS
Luſitanus, in obſeruantiæ, & amoris pignus, his
carminibus fœlicitatem precatur.

Magna tui Emmanuel volitat Roderice per orbem
Fama, vigetque tuum nomen, & altus honor.
Fama tamen minor eſt, minus eſt quoque nomen, honorque,
Quàm ſunt virtutes, queis tua vita nitet.
Nam quaſcumque peto fatis ducentibus vrbes,
Docti Rodriguez cerno vigere decus.
Eſt tibi doctrinę cinctum virtutibus altis
Pectus, & eximijs mens decorata bonis,
Dogmata ſunt totum tua iam diffuſa per orbem,
Vt repleant meritis climata cuncta tuis.
Tu ſiquidem Iuris partes, tu vimque modumque,
Tu cunctas leges, dogmata cuncta tenes.
Ergo te cuncti celebrent, & ad æthera tollant,
Nam ſunt quæ priſcis ſingula, cuncta tibi.
Omne genus ſcripti vincit tua maxima virtus,
Et cum ſincera religione fides.
Non opus eſt igitur longo præconia verſu
Vt tua concelebrem: nam ſatis illa patent,
Sed tamen hoc vnum dicam, te ſcilicet eſſe
Eximijs hominem dotibus eximium.

IN nomine Domini, Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli hoc præſens inſtrumentum publicum transſumpti, viſuri lecturi pariter, & audituri, quod nos Licentiatus Ioannes de Salzedo Canonicus in Sancta Eccleſia Cathedrali ciuitatis Salmantinæ, Prouiſor officialis, & vicarius generalis in ſpiritualibus, & temporalibus in præfata ciuitate, & toto ſuo Epiſcopatu pro Reuerendiſſimo D. Ludouico Fernãdez de Corduba, dictæ ciuitatis, Epiſcopatus Epiſcopo Regioque Conſiliario, &c.

Vidimus, legimus, tenuimus, palpauimus, & diligenter inſpeximus quaſdam literas Apoſtolicas diuerſorum Pontificum, quæ in hoc volumine continentur, Grego. IX. quę incipit. *Quia confuſio habitu*, &c. Datum Laterani, Idibus Decembr. Ponti. ſui anno 14. Alia eiuſdem Grægo. quæ incipit. *Quod poſtpoſita vanitate*, Dat. Laterani, 5. Kalendas Maij, Pontif. ſui anno 15. Alia eiuſdem Greg. quæ incipit. *Inducimur piè*, &c. Data Laterani, 8. Kalẽd. Martij, Pontif. ſui anno 14. Alia eiuſdem Greg. quæ incipit. *Cum dicat Dominus.* Data Spoleti, 3. Nonas Iunij, Pontificatus ſui anno 6. Innocentij Papæ IIII. quæ incipit, *Cæleſtis amor patria*, &c. Data Peruſij, ſexto Kalend. Decembris Pontific. ſui anno 10. Et alia eiuſdem Innocentij, quæ incipit, *Cæleſtis amor patriæ.* Data Lugduni, &c. Octauo Kalend. Februarij, Pont. ſui anno 7. & alia eiuſdem Innocentij, quæ incipit, *Nos attendentes*, &c. Data Lugduni, tertio Kalend. Decembr. Pontif. ſui anno 3. Et alia eiuſdem Innocentij, quæ incipit, *Animarum ſalutem*, &c. Dat. Ianuæ, Nonis Octobris, Pontificatus ſui anno ſecundo. Et alia eiuſdem Innocentij, quæ incipit. *Licet adhoc fratrum veſtri ordinis.* Data Anagniæ, ſexto Idus Octobris Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Innocentij, quæ incipit. *Cum per eius gratiam*, &c. Dat. Laterani, 4. Nonas Nouembr. Pontif. ſui anno I. & Alexandri IV. quæ incipit, *Iuſtis potentium deſiderijs*, &c. Datum Anagniæ, 4. Idus Octobris, Pontificatus ſui anno I. & alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Prohibente regula veſtra.* Data Laterani, 13. Kalendas Februarij Pont. ſui anno 3. & alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Vt ſacer, & lucidus*, &c. Data Anagniæ, 17. Kalendas Nouembr. Pontifica. ſui anno I. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit, *Sacra religionis veſtra fama*, &c. Data Laterani, Idibus Maij, Pontif. ſui anno II. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Diuinæ operatio voluntatis*, &c. Data Anagnię, tertio Nonas Nouembr. Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Iniqua viciſſitudine*, &c. Data Anagniæ, quinto Kalend. Septembr. Pontificat. ſui, anno II. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Deuotionis veſtræ precibus*, &c. Data Anagniæ, Idibus Iunij Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit, *Eis, quæ ſanandis animarum morbis.* Datum Laterani, Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Alexandri, quæ incipit. *Ordinis veſtri generoſa plantatio*, &c. Dat. Anagniæ, vndecima Kalend. Auguſti, Pontificatus ſui anno II. Et Martini Papæ Quarti, quæ incipit. *Exultantes in Domino*, &c. Datum apud Vrbem veterem decimoquinto Kalendas Februarij, Pontificatus ſui anno II. Et Benedicti XII. quæ incipit, *Inter cæteros ordines*, &c. Datum apud S. Petrum, quarto Nonas Aprilis, Pontificatus ſui anno I. Et Honorij IV. quæ incipit. *Religionis fauor ſub qua*, &c. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam, IIII. Februarij, Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Honorij, quæ incipit. *Ex parte veſtra fuit propoſitum*, &c. Dat. Romæ apud Sanctam Sabinam, decima quinta Kalend. Februarij Pontificatus ſui anno I. Et Bonifacij VIII. quæ incipit. *Ad augmentum continuum religionum*, &c. Datum apud S. Petrum, ſecundo Idus Nouembris, Pontificatus ſui anno I. Et Nicolai III. quæ incipit. *Literas fælicis recordationis Gregorij Papæ* VIII. &c. Datum Fundani octauo Kalend. Septembris, Pontifica. ſui anno ſecundo. Et Nicolai IV. quæ incipit. *Vitæ perennis gloria.* Datum apud Vrbem veterem, decimo Kalendas Nouembris, Pontificat. ſui anno 3. Et alia eiuſdem Nicolai, quæ incipit. *Quia nonnulli, qui hæſitare ſe aſſerunt*, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſecundo Kalend. Maij, Pontificatus ſui, anno I. Et alia eiuſdem Pontificis, quæ incipit. *In veſtri ordinis regulam*, per ſedem Apoſtolicam confirmata, &c. Datum Reate, ſecun

do Idus Maij Pontificatus ſui anno 1. Et Clementis IV. quæ incipit. *Ad conſequendam gloriam cæleſtem patriæ*, &c. Datum Peniſij, duodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus ſui anno I. Et alia eiuſdem Pontificis, quæ incipit. *Exigentibus veſtræ religionis meritis*, &c. Datum Peniſij, decimo ſeptimo Kalend. Iunij, Pontificatus ſui anno 1. Et Alexandri Papæ VI. quæ incipit. *Exponi nobis feciſtis, quod olim dilectus filius*, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die octaua MCCCC. Pontific. ſui anno 9. Et Iulij II. quæ incipit. *Exponi nobis nuper feciſtis, quod cum aliquis*, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima ſexta, Februarij M590. Pontificatus ſui anno 6. Et alia eiuſdem Iulij, quæ incipit. *Et relatione circumſpectionis tuæ accipimus*, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die decima octaua Aprilis 1509. Pontificatus ſui anno 6. Et alia eiuſdem Pontificis directa regibus Catholicis, quæ incipit. *In militantis Eccleſiæ agro plantatus*, &c. Dat. Romæ, apud Diuum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1504. decimo Kalendas Iunij, Pontificatus ſui anno 1. & Leonis X. quæ incipit. *Cum ſancta regula veſtra ſit Domini noſtri Ieſu Chriſti*, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, vigeſima tertia Iunij, 1510. Pontificatus ſui anno 7. Et Clementis VIII. quæ incipit. *Sacra Seraphici Franciſci*, &c. Datum Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris die decima ſeptima Octobris 1595. Pontificatus ſui anno quarto, quas quidem vidimus in pergameno, & lingua Latina ſcriptas ſanas, ſiquidem, & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua eorum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpitione carentes, prout earum inſpectione prima facie apparebat, quas ad inſtantiam fratris Emanuelis Roderici ordinis Sancti Franciſci, in conuentu Sancti Franciſci huius Ciuitatis reſidentis, per notarium infraſcriptum extrahi, tranſſumi, & exemplari, & in hanc publicam traſſumpti formam redigi per notarium publicum infraſcriptum fecimus, & mandauimus, authoritatemque noſtram iudicialem, & ordinariam pariter, & decretum eiſdem duximus interponendum, prout inter ponimus præſentium, per tenorem decernentes, & volentes, vt huic publico tranſſumpti inſtrumento talis, & tanta fides adhiberi debeat in iudicio, & extra, qualis & quanta eiſdem literis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

TA-

Digitized by Google

TABVLA BVLLARVM PONTIFICVM, QVAE CONTINENTVR IN HIS DVOBVS TOMIS.

V R B A N V S III.

BVLLA, in qua eximitur monaſterium Cauenſe à quacumque iuriſdictione Eccleſiaſtica, & ſeculari, & immediatè, ſubijcitur ſedi Apoſtolicæ, & ipſum monaſterium, & loca, & perſonæ multis indultis adornantur, pag. 1. Col. 1.

Alexander III.

Bulla pro Confirmatione ordinis Sancti Iacobi de la Spatha, pag. 3. col. 2

Innocentius III.

Approbat viuæ vocis oraculo ordinem fratrum Minorum, 6 1

Honorius.

Approbat viuæ vocis oraculo ordinem patris noſtri Frencisci, ibid. 2
Bulla 2. in qua commendat ordinem patris Franciſci, ibid.
Bulla 3. Commendat ordinem patris noſtri Sancti Franciſci per Regnum Franciæ conſtitutis prælatis, 7. 1
Bulla 4. In qua de probatione regulæ patris noſtri Franciſci agitur, ibid.
Bulla 5. In qua concedit magiſtro generali ordinis Prædicatorum, vt diſpenſare poſſit cũ malè promotis in ſeculo, vt in religione poſſint promoueri ad vlteriores ordines, ibid.
Bulla 6. Quod non tenentur fratres ordinis Prædicatorum accipere commiſſiones, ibid. 2

Gregorius IX.

Bulla 1. In qua Gregorius IX. B. P. N. Franciſcum Catalogo Sanctorum aſcribit, ibid.
Bulla 2. Quod fratres Minores non teneantur accipere commiſſiones, 8. 1
Bulla 3. Quod nullo modo fratres Minores faciant obedientiam manualem prælatis, ibid.
Bulla 4. In qua ponitur declaratio huius Pontificis ad regulam P. N. S. Franciſci, ibid. 2
Bulla 5. In qua Beatus Antonius Catalogo ſanctorum aſcribitur, 10. 1
Bulla 6. Vt fratres Minores in partibus Paganorũ poſſint cum excommunicatis communicare, & abſoluere, & diſpenſare in irregularitatib. 11. 1
Bulla 7. Quod fratres minores poſſint recipere cõuerſos ad vnitatem fidei, in terris infidelium baptizare, & clericatu inſignire, ibid.
Bulla 8. In qua grauiſſime redarguitur quidam frater de ordine Prædicatorum contra ſtigmata B. P. N. S. Franciſci prædicans, ibid. 2
Bulla 9. Increpans quendam Epiſcopum de ſtigmatibus P. S. Franciſci dubitantem, ibid.
Bulla 10. Quod prælati Eccleſiarum debeant fratribus prædicatoribus neceſſaria miniſtrare, 12. 2
Bulla 11. Concedit, quod miniſtri prouinciales capitulariter congregati poſſint prædicatores inſtituere, ibid.
Bulla 12. Quod mulieres Diſcalceatæ cum habitu regulari non incedant, 13. 1
Bulla 13. In qua ponuntur caſus in quibus licitum eſt fratribus Minoribus ingredi monaſteria monialium S. Claræ, ibid.
Bulla 14. In qua datur facultas Abbatibus S. Benedicti benedicendi ſacerdotalia & monachos, & ordinandi minoribus ordinibus clericos ipſis ſubiectos, ibid. 2

Innocentius Papa IIII.

Bulla 1. Prohibens, quod nemo poſſit portare habitum fratrum Minorum nec ei conſimilem, 14. 1
Bulla 2. Quod prælati fratrum Minorum poſſint abſoluere ſubditos, & irregularitate diſpẽſare, ibi.
Bulla 3. Quod fratres Minores non recipiant fratres ordinis Prædicatorum, ibid.
Bulla 4. Concedit generali miniſtro, vt poſſit viſitare, & corrigere fratres, qui morantur in obſequiis aliorum, 15. 1
Bulla 6. Concedit quod miniſtri prouinciales poſſint inſtituere procuratores, & Syndicos, ibid.
Bulla 7. Quod apoſtatas noſtri ordinis poſſumus ligare, & incarcerare, ibid. 2
Bulla 8. Quod fratres eiecti ab ordine, vel Apoſtatæ non poſſunt prædicare neque audire confeſſiones, ibid. 2
Bulla 9. Quod fratres eiecti ab ordine, vel egreſſi

Digitized by Google

non poſſunt tranſire ad ordinem Templariorũ, bene tamen ad alios ordines, 16.1

Bulla 10. In qua præcipitur prælatis Eccleſiaſticis, vt denuntient excõicatus Apoſtatas ordinis, ibi.

Bulla 11. Concedit fratribus minoribus, vt extra conuentus poſſint ſe conformare alijs in officio diuino, ibid.2

Bulla 12. Concedit quod fratres minores non teneantur ad cognitionem cauſarum, ibid.

Bulla 13. Inhibet fratres Ciſtercienſes profeſſos ordinis Minorum recipere, 17.1

Bulla 14. Concedit, non ligari fratres Minores, vt quis ratione contractus, vel delicti in aliquo loco conueniatur, ibid.

Bulla 15. Concedit loca fratrum Minorum conuẽtus vocari, ibid.2

Bulla 16. Concedit in Eccleſijs fratrum liberam ſepulturam, ibid.

Bulla 17. Concedit Minoribus exemptionem à ſoluenda canonica portione, ibid.

Bulla 18. quoſdam Epiſcopos conſeruatores pro priuilegijs proponit, 18.10

Bulla 19. Prohibet fratribus ordinis Prędicatorum ne contra ordinem ſuorum prælatorum confiteantur, ibid.

Bulla 20. Fratribus ordinis Prædicatorum entibus ad prædicandum inter infideles multa conceduntur, ibid.

Bulla 21. Quod poſſunt fratres Minores in terris infidelium confeſſiones audire, & pœnitentias imponere, 19.2

Bulla 22. Quod fratres Minores, non poſſunt per literas Apoſtolicas, conueniri, niſi de hoc priuilegio fiat in eis mentio, ibid.

Bulla 23. Concedit prælatis ordinis Minorum, vt poſſint abſoluere à cenſuris venientes ad ordinem, ibid.

Bulla 24. Concedit prælatis, vt poſſint abſoluere fratres ab excommunicatione, & irregularitate, ibid.

Bulla 25. Quod fratres poſſint habere oratoria cũ altari portatili ad celebrandum diuini, ibid.

Bulla 26. Quod familiares, & benefactores, molentes in molendinis, coquentes in furnis ordinis Ciſtercienſis, non poſſunt excõmunicari, ibid.2

Bulla 27. Licet Abbatibus moniales rebelles expellere à religione, 21.1

Bulla 28. Quod profeſſi ordinis Ciſtercienſis non poſſint conueniri ratione contractus aut delicti coram ordinarijs, ibid.

Bulla 29. Profeſſi in ordine Ciſtercienſi ſuccedunt parentibus, ſicut ſi in ſeculo fuiſſent, ibid.2

Bulla 30. Prohibet ne literæ à ſede Apoſtolica impetrari poſſint contra priuilegia ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, 22.1

Alexander Papa IV.

Bulla 1. Quod prælati ordinis poſſint viſitare fratres ſocios Epiſcopos à ſede Apoſtolica deputatos, 22.1

Bulla 2. quod parochi non poſſint impedire parochianos, vt veniant ad loca fratrum Minorum, ibidem.2

Bulla 3. concedit executoriam ad executionem illius, quod bulla præcedens decreuerat, 23.1

Bulla 4. concedit, quod fratres ad dignitates aſſumpti bona ſua ordini reſignare debent, 23.2

Bulla 5. concedit nullum fratrem abſque ſuorum prælatorum licentia ab aliquo in Epiſcopum aſſumi poſſe, 24.1

Bulla 6. præcipit quod ſemper fratres Minores habitent in monte Aluernæ, ibid.

Bulla 7. concedit, quod fratres transferentes ſe de vno loco ad alium, poſſint ſecum ferre materiã ædificiorum, 24.2

Bulla 8. quod famuli, & ſeruitores fratrum nõ poſſint excommunicari, & quod poſſint audire diuina tempore interdicti, 25.1

Bulla 9. Concedit prælatis vt eiectos ab ordine vel egreſſos poſſint excõmunicare, ſi prædicauerint & confeſſiones audierint, ibidem.

Bulla 10. concedit, fratres Minores ad exequendũ ſententias vel literas contra aliquem à nemine compelli poſſe, 25.2.

Bulla 11. concedit prælatos ordinis Minorum poſſe quibuſcumque Pontificibus ordinandos fratres præſentare, ibid.

Bulla 12. ſcribit vniuerſis prælatis circa laudem ſtigmatum Patris Noſtri Franciſci, 26.1

Bulla 13. concedit prælatos poſſe abſolui à quacunque excommunicatione per confeſſores ab eis electos, 27.1

Bulla 14. prohibet grauamina fratribus à clericis inferri, ibid.

Bulla 15. concedit, quod prouinciales cum definitoribus capitulatiter congregari poſſint inſtituere prædicatores, 28.1

Bulla 16. concedit de male quæſitis, & incertis relictis, poſſe fratres recipere, quæcumque ſibi donentur, ibid.

Bulla 17. concedit idem quod ſuperior, ibid.2

Bulla 18. formam licentiandi fratres ad alios ordines tranſire volentes proponit, ibid.

Bulla 19. ſtigmata Patris Noſtri Franciſci in maxima veneratione haberi dicit, 29.1

Bulla 20. quendam libellum contra ſtatum mendicantium comburi iubet, ibid.2

Bulla 21. quod fratres Prædicatores non poſſint recipere fratres Minores, ibid.

Bulla 22. qualiter fratres Minores venientes ad loca interdicta poſſint diuina celebrare, 30.1

Bulla 23. conceditur prælatis facultas capiendi, & incarcerandi apoſtatas ordinis, ibid.

Bulla 24. inhibet fratres confitentes, & prædicantes abſque parochialium ſacerdotum licentia ab aliquo moleſtari, ibid.1

Bulla 25. ſtigmata P N.F. in magna haberi veneratione mandat, ibid.

Bulla 26. conuentiones & pacta in præiudicium ordinis facta irrita decernit, 21.2

Bulla 27. quod libere poſſint fideles eligere ſepulturam apud fratres Minores, 32.1

Bulla 28. excommunicantur apoſtatæ, & eiecti, ab ordine ſi confeſſiones audiant, & prædicent. ibi.

Bulla 29. quod in locis ordinis Ciſtercienſis remotis è parochialibus Eccleſiis poſſint Diuina celebrare, ibid.2

Bulla 30. quod non liceat profeſſo ordinis Ciſtercienſis eligere confeſſorem ſine ſui ſuperioris licentia, 33.1

Bulla 31. quod monachi Ciſtercienſes non teneantur ſoluere procurationes pecuniarum, ibid.

Bulla 32. ordo Ciſtercienſis non debet viſitari, & corrigi per aliquem extra ordinem, ibid.2

Vrbanus Papa IIII.

Bulla 1. Moniales Ciſtercienſes gaudent priuilegijs ordinis, 34.1

Bulla 2. concedit, quod vota irritantium ordinem prædicatorum poſſunt commutari à prælatis in regulares obſeruantias, ibid.

Bulla 3. quod poſſint tempore interdicti cum modificatione ca. alma mater, Ciſtercienſes in ſuis monaſteriis celebrare diuina, ibid.2

Clemens

Clemens, Papa IV.

Bulla 1. quod Bullæ impetratæ cõtra communia ordinis Ciſtercienſis nullum habeant robur, 34.2
Bulla 2. Quod poſſint fratres prædicatores ſuccedere in bonis ac ſi eſſent in ſeculo, 35.1
Bulla 3. excommunicantur facientes violentiam in Eccleſijs fratrum minorum, ibid.
Bulla 4. Quod poſſint fratres vti gratijs cõceſſit ab Eccleſiarum prælatis, ipſis vocantibus, ibid.2
Bulla 5. quod aſſumpti ad Epiſcoparum, non conſecrentor niſi reſignent omnia quæ habeot abordine, ibid.
Bulla 6. concedit quod prælati proferentes ſententias excommunicationis ſine ſcriptis, poſſior abſolui à Generali, & Prouincialibus, & à ſuis Confeſſoribus, ſi iotra menſem celebrent, 36.1
Bulla 7. quod nullus ex ordinib. in paupertate fundatis ædificare poſſit prope Eccleſias ſuas ad trecentas cannas octo palmorum, ibid.
Bulla 8. pro militia ſãcti Lazari Ieroſolymitani exẽptio à decimis, electio eleemoſynarum, & indulgentiæ conceduntur, ibid.2
Bulla 9. quod nullus legatus poſſit excommunicare fratres, 37.2
Bulla 10. Concedit fratres de ſedis Apoſtolicæ licẽtia poſſe prædicare, & confiteri, 38.1
Bulla 11. Coocedit Monialibus ſanctæ Claræ non teneri ad ſubſidia vel legata quibuſcumque ſoluenda, ibid.
Bulla 12. declarat prohibitionem factam fratribus Minoribus, & prædicatoribus de ſe inuicem non recipieodis, intelligi de iam profeſſis, ibid.2
Bulla 13. inhibet quibuslibet prælatis priuilegia fratrũm dubia vel clara poſſe ioterpretari, 39.1
Bulla 14. concedit indulgentias viſitantibus Eccleſias fratrum in feſtis dedicationum ſuarum Eccleſiarum per octauas, & in feſtis B. Mariæ, D. Franciſci, D. Antonij, & S. Claræ, ſi pęnituerũt, & peccata confiteantur ſoa, 39.2
Bulla 15. præcipit Eccleſiarum prælatis vt denũtiẽt excommunicatos apoſtatas ordinis Minorum aut eis fauorem imperticntes, ibid.

Gregorius X.

Bulla 1. eximens cum rigore ordioem Ciſtercienſẽ à ſolutione decimarum, 40.1
Bulla 2. præcipit ſub grauibus pœnis ne aliquid exigatur à nouitijs, ibid.2

Nicolaus Papa III.

Bulla 1. bona monachorum Sancti Benedicti quę in ſeculo habere poterant, poſſiot peti, ac reſignari à mooaſterio, 41.2
Bulla 2. pro fratribus euntibus ad partes iofideliũ, multa concedit, 42.1
Bulla 3. Eximit fratres minores ab ordinariis: dat authoritatem Generali ſuper ipſos; etiam ſuper exemptus quoſdam, 43.1
Bulla 4. Canonizationis P.N.F. ibid.2

Martinus Papa IV.

Bulla 1. Concedit quod prouiociales ordiois Minorum poſſint conſtituere Syndicum, 44.1
Bulla 2. quæ concedit quod Generalis, & Prouincialis ordinis prædicatorum poſſint ioſtituere prædicatores, & confeſſores, 45.1

Honorius.

Bulla 1. irritans pacta facta cum prælatis in præiudicium ordinis, 45.1
Bulla 2. Concedit Epiſcopis vt poſſint ponere primarios lapides in Eccleſiis conſtruendis, denegaotibus Epiſcopis diœceſis 45.2

Nicolaus IV.

Bulla 1. quod in ordine Minorum eligatur cuſtos ad capitulum generale, 46.1
Bulla 2. quod mortuo Miniſtro Generali in ordine Minorum Vicarius Generalis ſine licentia ſedis Apoſtolicæ non aſſumatur, ibid.2
Bulla 3. prohibet diuiſionem prouinciarum, ſine licentia Sedis Apoſtolicę, ibid.
Bulla 4. prohibet fratribus Minoribus euntibus ad alios ordines, poſſe habere prælaturam, 47.1
Bulla 5. Concedit quod fratres Minores poſſint celebrare in ſuis Eccleſijs, & recipere ſacramẽta in tempore interdicti, clauſis ianuis, ibid.
Bulla 6. concedit Monialibus Sanctæ Claræ exemptionem à procorationum, ibid.2
Bulla 7. proponit formam viuendi fratrum & ſororum tertij ordinis B.N.P. Franciſci, 48.1
Bulla 8. Concedit tertiarijs quod eligant viſitatorẽ de ordine fratrum Minorum, 50.1
Bulla 9. Conceduntur indulgentiæ in aliquibus feſtiuitatibus virgiois, & B. F. Antonij & per octo dies ſequentes viſitando Eccleſiam ſaocti Franciſci Camorenſem, ibid.2
Bulla 10. Declarat, fratres minores, & eorum bona immediatè ſubiici Eccleſiæ Romanæ, 51.1
Bulla 11. Concedit in Hoſpitalibus Ciſtercienſibus monachos Abbates electos poſſe audire confeſſiones pauperum, eiſque Eccleſiaſtica Sacramenta mioiſtrate, ibid.

Bonifacius. VIII.

Bulla 1. Conſtitutio quæ incipit, ſuper Cathedram, Eſt in Clement. in tit. de ſepulturis, 51.2
Bulla 2. liberum proceſſum in criminalibus concedit prælatis ordinis Minorum, apicibus iuris ac appellatione poſtpoſitis, ibid.
Bulla 3. Concedit Monialibus Sanctæ Claræ exemptionem decimarum, 52.1
Bulla 4. Innouat literas Innocentij 8. circa monaſteria monialium ſanctæ Claræ, ibid.
Bulla 5. Concedit monialibus Sanctæ Claræ vt gaudeant priuilegiis fratrum Mioorum, ibid.2
Bulla 6. Concedit fratres Minores à prælatis inuitatos poſſe cum ipſis Monialium Sanctæ Claræ Monaſteria intrare, 53.1
Bulla 7. Concedit fratribus Auguſtinienſibus quod non ædificentur iuxta eorum Eccleſias monaſteria intra ſpatium centum quadraginta cannarũ, ibid. 2
Bulla 8. Concedit eiſdem fratribus vt ipſorum loca oratoria, & bona ſint immediatè ſubiecta ſedi Apoſtolicæ, 54.1
Bulla 9. in Eccleſijs Ciſtercienſibus celebrantes tenentur oblationes monaſterijs ipſius ordinis dimittere, ibid.
Bulla 10. correctio fratrum & ſororum in ordine Ciſtercienſi ſit ſecundum conſuetudines & ſtatuta ordinis, apicibus iuris poſtpoſitis, ibid.2
Bulla 11. proponitur exemptio decimarum in ordine Ciſtercienſi, 55.1

Benedictus Papa XI.

Bulla 1. eximit ordinem Minorum, & eius perſonas, à iuriſdictione ordinariorum, 55.1
Bulla 2. Concedit Generali Auguſtinienſi vt per ſe

vel

Digitized by Google

vel per alios poſſit abſoluere, & diſpenſare cum fratribus, & cum venientibus ad ordinem, ibid.

Ioannes Papa XXII.

Bulla 1. reprobat quoſdam articulos contra confeſſores mendicantium propoſitos à quodam Ioãne Magiſtro, 56.2

Bulla 2. quando iniuria eſt atrox in clericum vt ſit Papæ reſeruata, 57.2

Bulla 3. religioſi non poſſunt terras infideliũ peragrare ſine licentia ſuperioris, ibid.

Bulla 4. non tenentur Præmonſtratenſes ſoluere decimas etiam de habitis poſt Concilium Genele, 58.2

Benedictus Papa XII.

Bulla 1 pro congregatione ſancti Benedicti Valliſoleti, in qua multa monaſterijs, perſonis, rebus, & ei annexis conceduntur, 59.1

Bulla 2, quod pro redemptione Captiuorũ aliqua concedit ordini ſanctiſſimæ Trinitatis, 60.1

Bulla 3. Concedens conſeruatores eidem ordini pro colligendis eleemoſynis ad redemptionem Captiuorum, ibid. 2

Bulla 4. quod fratres mendicantes non poſſint trãſire ad ordines monachorum nigrorum, & Ciſtercienſium, 61.2

Bulla 5. quod quodlibet monaſterium ordinis Ciſtercienſis vnam tantum decimam, & vnam tantum procurationem pro ſe & omnibus ſuis mẽbris ſoluere teneatur, ibid.

Clemens VI.

Bulla 1. eximit ordinem Eremitarum D. Auguſtini & eam ſubijcit immediate ſedi Apoſtolicæ, 62.1

Bulla 2. in qua conſtituuntur tres Abbates conſeruatores pro defenſione iurium monaſteriorum ordinis Ciſtercienſis, ibid. 2

Bulla 3. quod Abbates in ingreſſu eorum ad monaſterium non tenentur reddere rationem de expenſis burſarijs ſub ſuſpenſionis pœna, 64.1

Innocentius Papa VI.

Bulla vnica, Concedit quod fratres D. Auguſtini quo ad eorum familiares & oblatos poſſint admittere ad diuina in tempore interdicti & ad ſepulturam Eccleſiaſticam, 64.2

Vrbanus. V.

Bulla vnica, quod licet monachis Ciſtercienſib. in ſingulis caſtris, & arcibus, in tempore belli altare portatile erigere, & inibi Diuina alta voce celebrare, ibid.

Gregorius XI.

Bulla 1. Concedit in Papæ capellanos aſſumptos in obedientia prælatorum ordinis remanere, 65.2

Bulla 2. Concedit famulis fratrum prædicatorum euntium inter fideles prædicare quod ſemel in vita poſſint abſolui ab omnibus quantumcumq. grauibus, ibid. 2

Bulla 3. prohibet quod nullus religioſus D. Auguſtini bona ad commune vel proprium commodum deputata extra ordinem ferat, ibid.

Decretum concilij Conſtantienſis ſeparans fratres Minores de obſeruantia ab alijs fratribus conuẽtualibus, 66.2

Bulla 4. Confirmans præfatum decretum, 68.2

Martinus Papa V.

Bulla 1. Cõcedit quod omnes fratres & ſorores tertij ordinis ſubijciantur generali & miniſtris prouincialibus ordinis Minorum, 69. 2

Bulla 2. Proponuntur cenſuræ cõtra magiſtros per ſaltum promotos. 70.1

Bulla 3. Confirmat & modificat conſtitutiones fratrum Minorum, ibid. 2

Bulla 4. Non teneantur monachi ſancti Benedicti acceptare commiſſiones, etſi ipſis per obedientiam & ſub pœna excommunicationis in commiſſionibus præcipiatur, 72.1

Bulla 5. Non tenetur ordo Ciſtercienſis ſoluere decimas, ibid. 2

Bulla 6. Quod Ciſtercienſes non poſſint tranſire ad aliam religionem præter Carthuſiam, 73.1

Innocentius Papa VII.

Bulla vnica, Fratres prædicatorum itinerantes, & non habentes copiam confeſſoris ordinis poſſint alteri presbytero confiteri, 74.1

Ioannes XXIII.

Bulla 1. capitulum generale in ordine Ciſtercienſi poteſt facere vnionem monaſteriorum pauperum, 74.2

Bulla 2. in qua confirmantur priuilegia ordinis Ciſtercij, 75.1

Eugenius IIII.

Bulla 1. In qua conceditur ampliſſima facultas abſoluendi fideles, & diſpenſandi, cum eis, monachis S. Benedicti, 76.1

Bulla 2. quod poſſunt recipere Monachi Benedicti in reliquias à quibuſcumque perſonis, & eas collocare in ſuis Eccleſiis, ibid. 2

Bulla 3, quod reliquiæ poſſunt transferri ad monaſterium S. Benedicti, 77.1

Bulla 4. quod congregatio Sanctæ Iuſtinæ poſſit acceptare donationes, ibid. 2

Bulla 5. in qua traduntur multa pertinentia ad regimen huius congregationis, 78.2

Bulla 6. quod monaſteria congregationis regantur per prælatos congregationis, & quod Abbates, & ſi non ſint benedicti, poſſunt facere omnia ac ſi eſſent benedicti, 80.1

Bulla 7. quod monaſteria huius congregationis ſint exempta, & alia multa concedunt, 81.1

Bulla 8. quod monachi non poſſunt cogi ad funeralia nec ad proceſſiones, & quod Abbates poſſũt incarcerare inobedientes monachos, 84.1

Bulla 9. quod non licet monachis appellare etiam ad ſedem Apoſtolicam, & alia multa conceduntur, ibid. 2

Bulla 10. quod conſtitutiones capituli generalis huius congregationis non obligent ad mortale, & alia multa conceduntur, vide in ſummario, 87.1

Bulla 11. monachi huius congregationis poſſunt ordinari à quocumque Epiſcopo, & alia multa vide in ſummario, 88 2

Bulla 12. quod monaſteria non teneantur ſoluere aliquam Canonicam portionem, 90.2

Bulla 13. quod capitulum generale poſſit dare licẽtiam ad alienandum, 91.1

Bulla 14. quod vniones monaſteriorum non intelligantur reuocari, ibid. 2

Bulla 15. quod ſi contigerit aliquem prælatum abeſſe,

Digitized by Google

eſſe, committatur regimen alteri,92.1
Bulla 16.de Breuiario congregationis,93.1
Bulla 17.in qua multa pro congregatione, & etiam centenaria præſcriptio conceditur,94.1
Bulla 18. de exemptione congregationis Cæleſtinorum,vide in ſummario,96.1
Bulla 19.reformator in ordine Ciſtercienſi habet amplam facultatem abſoluendi, & diſpenſandi circa ſubditos,100.1
Bulla 20.quod capitulum in ordine Ciſtercienſi in quolibet anno celebretur, vide alia in ſummario,101.1
Bulla 21,declarantur dubia regulæ ordinis Ciſtercienſis,103.2
Bulla 22.quod confeſſores ordinis Ciſtercięſis poſſint abſoluere à reſeruatis ſeculares,& eis adminiſtrare ſacramenta,106.1
Bulla 23.quod monachi Benedictini in mortis articulo poſſint plenariè abſolui,107.1
Bulla 24. in qua Benedictinis conceditur facultas ad alienandum,ibid.2
Bulla 25.quod Prior Sācti Benedicti Valliſoleti poſſit exponere tres aut quatuor monachos confeſſores pro caſibus Epiſcoporum, & pro votis relaxandis,108.1
Bulla 26.qua ordo Sanctiſſimæ Trinitatis ſubijcitur immediatè ſedi Apoſtolicæ.ibid.2
Bulla 27.quod moniales Sanctæ Claræ ſubijciūtur Generali,& prouincialibus Minorum,109.1
Bulla 28.quod eſt decretum conceptionis Virginis Mariæ,ibid.2.
Bulla 29.Concedens exemptionem monialibus Sāctæ Claræ,& earum monaſterijs,110.1
Bulla 30.vt generalis ordinis Minorum poſſit reducere ſtudentes ad obedientiam,111.2
Bulla 31,quod moniales Sanctæ Claræ ſint ſub obedientia Vicarij obſeruantiæ,112.1
Proponuntur viginti ſeptem viuę vocis oracula huius Pontificis,113.1.vſque ad pag.115

Nicolaus Papa V.

Bulla 1.Concedit formam circa curam Monialium Sanctæ Claræ & Abbatiæ electionem,115.1
Bulla 2.quod poſſint fratres Minores obſeruantiæ audire confeſſiones omnium ad ſe reuertentiū,116.1
Bulla 3.eximens ab ordinariis ordinem Minorum, & ſubijciens fratres ſubiectioni ſuorum prælatorum,ibid.
Bulla 4.quod Prior Sancti Benedicti Valliſoleti poſſit eligere ſex perſonas,vt audiant diuina & recipiant Sacramenta tempore interdicti & ceſſationis à diuinis,ibid.2
Bulla 5.conſeruatores concedens pro ordine Sanctiſſimæ Trinitatis,117.1
Bulla 6. Concedens multa priuilegia pro hac religione ſancta,hortans fideles ad dandum eleemoſynas pro redemptione Captiuorum,118.2
Bulla 7.pro confeſſoribus Sanctiſſimæ Trinitatis vt poſſint abſoluere à reſeruatis,diſpenſare in irregularitate religioſos eiuſdem inſtituti,120.1

Calixtus Papa III.

Bulla vnica,Quod fratres Benedictini poſſint concordare cum incolis vt poſſideant bona congregationis.121.1
Proponuntur tria viuæ vocis oracula huius Pontificis,121.2

Pius Papa II.

Bulla 1.ſeparans obſeruātes ordinis Minorum à conuentualibus,& circa electionem generalis,& vicariorum generalium proponit modum,121.2
Bulla 2.Concedens fratribus Minoribus indulgentias ſtationum Romæ,127.2
Bulla 3. Quod generales ordinum Mendicantium habent auctoritatem ſuper omnes exiſtentes fratres ſuos in vniuerſitatibus,128.2
Bulla 4. Quod nullus frater regularis obſeruantiæ Minorum poſſit viſitare ſepulchrum Domini & loca Sancta ſine licętia ſuorum prælatorū,129.2
Bulla 5. Determinat modum & formam ſeruandi interdictum apud fratres Minores,130.1
Bulla 6.Canonizatio Sanctæ Catherinæ,ibid.2
Bulla 7.De vnione monaſteriorum in ordine Sancti Benedicti,133.2
Bulla 8.Quod ordinati ante legitimam ętatem,aut extra tempora aut ſine patrimonio, &c. ſuſpendentur,134.1
Bulla 9.Quæ procedit contra impedięntes dare eleemoſynam fratribus Sanctiſſimæ Trinitatis pro redemptione Captiuorum,ibid.2
Proponūtur quatuor viuæ vocis oracula huius Pōtificis,135.2

Paulus Papa. II.

Bulla vnica.Confirmat & innouat priuilegia Minorum,135.2

Sixtus Papa. IIII.

Bulla 1.Concedit indulgentiam plenariam intereſſentibus officio Diuino in feſto,& octauis D.Bonauenturæ,136.1
Bulla 2. Approbat literas prædeceſſorum ſuorum de procuratore inſtituēdo pro minoribus,136.2
Bulla 3.Confortans familiam obſeruantiæ Minorū confirmans omnia eius priuilegia,138.1
Bulla 4.Determinat poteſtatem tertiariorū vtriuſque ſexus D.Franciſci,ibid.2
Bulla 5.Declarat qualiter ſe habeat protector ordinis circa fratres Minores,139.1
Bulla 6.Prohibet ſub cēſuris D.Catharinam depingi cum ſtigmatibus,141.1
Bulla 7.Prohibet nullum ſanctum præter Frāciſcū depingi cum ſtigmatibus,ibid.2
Bulla 8. Præcipit obſeruari feſtum D. Franciſci & concedit indulgentiam,143.1
Bulla 9.Concedit fratres Minores de triēnio in triēnium capitula prouincialia celebrare,143.2
Bulla 10.Confirmat Bullam Pauli II. quæ concordat conuentuales cum obſeruantibus,144.1
Bulla 11.quod fratres Minores,omnes ad ſe concurrentes poſſint confiteri,& adminiſtrare ſacramēta,145.2
Bulla 12.Approbat conceſſiones factas monialibus de non ſoluendis decimis,146.1
Bulla 13.Licētia data fratribus Minoribus ſuccedēdi ab inteſtato,intelligitur de obſeruantib,147.1
Bulla 14.Eſt mare magnum ordinis Minorum, ibi,
Bulla 15.Concedit indulgentiam omnibus dicentibus officium conceptionis & intereſſentibus ei in eius feſto,148.1
Bulla 16.Approbat officium conceptionis compilatum per quendam Bernardum de Buſtis,155.1
Bulla 17.Proponit determinationem circa Conceptionem,ibid,
Bulla 18.Reprobat Confirmationem Calixti III.ſuper conſtitutione ſuper Cathedra,156.1
Bulla 19. Approbat modum recitandi pſalterium Virginis,157.1
Bulla 20.Quæ dicitur Aurea pro Prædicatorib.& Minoribus,158.1
Bulla 21.ſuper reuocatione clauſulæ Bullæ Aureæ

Digitized by Google

ſuper abſolutione, & diſpenſatione pro partibus Lombardiæ & Hiſpaniarum, 160.2

Bulla 22. Continens idem pro toto ordine Prædicatorum, ibid.

Bulla 23. Declarat fratres Minores non poſſe abſolui à reſeruatis ſine licentia ſuorum prælatorum, 161.1

Bulla 24. Concedens quod poſſit celebrari feſtum quinque Martyrum, ibid.

Bulla 25. Quod vota emiſſa in ordine tertio B. Frãciſci ſunt ſolemnia, 161.2

Bulla 26. Reuocans omnes cenſuras, & pœnas ſpirituales contentas in quibuſcumque ſtatutis ordinis Minorum, 162.1

Bulla 27. Concedit licentiam fratribus Minoribus loca eis minus commoda deſerendi, 163.1

Bulla 28. Scribit ad capitulum generale ſe S. Bonauenturam canonizare, ibid.

Bulla 29. Reuocans licentiam conceſſam viſitatori recipiendi fratres ſine licentia prælatorum pro regimine monialium, ibid.2

Bulla 30. Concedit fratribus Minoribus poſſe confiteri præsbyteris ſecularibus cum fuerint extra conuentus, 164.1

Bulla 31. determinat quod fratres & ſorores tertij ordinis gaudeant priuilegiis fratrum Minorũ, ib.

Bolla 32. Concedit fratribus ordinis Prædicatorũ Indulgentiam in feſto Sancti Dominici, 165.1

Bulla 33. Eſt mare magnum ordinis Prędicatorum, ibid.

Bulla 34. Quæ eſt mare magnum ordinis Eremitarum D. Auguſtini, 173.2

Bulla 35. Concedit viſitantibus S. Mariam de Populo vrbis in ſex feſtiuitatibus eius indulgentiã plenariam, 183.2

Bulla 36. Concedit viſitantibus eandem Eccleſiam in ſabbatis quadrageſimæ remiſſionem peccatorum, ibid.

Bulla 37. Quæ eſt mare magnũ Carmelitarũ, 188.2

Bulla 38. Concedit Carmelitis omnes Indulgẽtias conceſſas à ſuis prædeceſſoribus, 214.2

Bulla 39. Approbat litteras Guillielmi Cardinalis ſuper veneratione fratris Alberti ordinis Carmelitarum, 216.2

Bulla 40. Eximit Papa fratres Carmelitas à quacũque iuriſdictione Inquiſitorum Hæreticæ prauitatis, 217.2

Bulla 41. Perſonæ congregationis viſitantes tempore Quadrageſimali altaria à ſuperiorib. ad id deputata cõſequũtur indulgentias, cõceſſas viſitantibus Eccleſias ſtationũ vrbis dicto tẽpore, 219.1

Bulla 42. Quod monachi confeſſores poſſint abſoluere omnes etiã à reſeruatis ab Epiſcopis, ibid.2

Bulla 43. Confirmans Indulgentias & priuilegia cõceſſa monaſterio Sancti Benedicti Valliſoleti extendens ad reliqua monaſteria congregationis, 220.1

Bulla 44. Concedens præfatis monachis indulgentias pro viſitantibus altaria, & quod tempore interdicti poſſint admittere quindecim perſonas ad diuina, & pro compoſitione oneris capellarũ & poteſtatem ad abſoluendum plenariè monachos ſemel in vita & in mortis articulo, 220.2

Bulla 45. Quod monachi Ciſtercienſes poſſint abſolui plenariè, & conceditur Iubileus indultus Romæ viſitando Eccleſias deputatas, 221.1

Bulla 46. Accedentes fratres Ciſtercienſes ad ſuum capitulum, abſoluuntur ab omnibus, & ſuper irregularitatibus diſpenſantur, & plenarie abſoluentes, ibid.2

Bulla 47. Quod capitulũ generale poſſit in ordine Ciſtercienſi diſpenſare ſuper efucatnium, 222.2

Bulla 48. Cõfirmans donationes Regum factas pro redemptione captiuorum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, 224.1

Bulla 49. In qua excommunicantur ipſo facto procurantes, vt moniales cõuentuales ordinum mẽdicantium viſitentur per alios à ſuis prælatis, aut ſine eorum licentia, & procurãtes vt aliquod ſoluant tributum, 225.1

Proponuntur Quinquagintaquinq. viuæ vocis oracula huius Summi Pontificis à 226. 2. vſque ad pag. 229.

Innocentius VIII.

Bulla 1. Quod non poſſint procedere Inquiſitores ordinis Prædicatorum contra profeſſores ordinis Minorum nec contra; imò eximuntur à iuriſdictione Inquiſitorum, 229.1

Bulla 2. Declarat quod ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci nõ includuntur in conſtitutione Ioãnis XXII. 230.2

Bulla 3. Approbantur in ea priuilegia ordinis Prædicatorum, & multa pro ordine, 231.1

Bulla 4. Concedens fratribus Eremitarum Sancti Auguſtini indulgentiam plenariam in certis feſtiuitatibus, 232.2

Bulla 5. pro ordine Ciſtercienſi, quod Abbas Ciſtercij, & alij quatuor primi coabbates poſſint vti mitra, & ordinare ſubditos ordinibus ſubdiaconatus, & diaconatus, 233.2

Bulla 6. In qua multa conceduntur elargientibus eleemoſynas ordini ſanctiſſimæ Trinitatis pro redemptione captiuorum, 234.2

Proponuntur decem & nouem viuæ vocis oracula huius ſummi Pontificis, 235.1. & 2

Alexander Papa VI.

Bulla 1. Pro nouo orbe ad fidem cõuertendo, 236.2

Bulla 2. Concedit, electum in generalem in ordine Minorum ſoluto capitulo poſſe ordinem, vt ſuus prodeceſſor, regere, 238.1

Bulla 3. Concedit fratres Minores incorrigibiles eſſe ab ordine expellendos, ibid.2

Bolla 4. Concedit vicariis generalibus prouincialibus ordinis Minorum vt poſſint reſeruare caſos, & quod translati ad conuentuales non gaudent priuilegij obſeruantiæ, 239.1

Bolla 5. Concedit moniales S. Claræ ſubditas prouinciali vicario, etiã ſubijci vicario generali eiuſdem familiæ, ibid.2

Bulla 6. De præcedentia Minorum conuentualiũ & obſeruantiæ reſpectu fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ibid.

Bolla 7. diſpenſat cum monialibus S. Claræ circa ſcalam & portam, 240.1

Bulla 8. Prohibet ne fratres Minores de obſeruantia ad cõuẽtuales accedentes propinquis ſuis in re hæreditario ſuccedant, ibid.2

Bulla 9. Concedit minoribus omnia priuilegia cõceſſa ordinibus Mendicantibus, 241.1

Bulla 10. Concedit confeſſoribus ordinis Minorũ monialium ex rationabili cauſa ingredi monaſteria earum, ibid.2

Bulla 11. Confirmat literas prædeceſſorum ſuorũ, qui proprietatem bonorum collatorum fratrib. Minoribus, vel eorum ordini in ius Eccleſiæ Romanæ receperunt, ibid.

Bulla 12. Concedit fratribus Auguſtinienſibus vt poſſint gaudere priuilegijs omnium ordinum, & religionum quibus ſua priuilegia ſunt communicata, 242.2

Bulla 13. cõcedens Benedictinis vt poſſint celebrare in

Digitized by Google

re in ſuis monaſteriis miſsã immediatè poſt duas horas poſt mediam noctem:io alijs autem locis etiam in altari portatili vel tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis circa diuioam lncẽ, ibid. 2

Bulla 14. De miſſis ad ſtudium in ordine Ciſtercienſi, & quæ exercentur in monaſterijs, eadem in grandijs, Eccleſiæ conſtrui poſſnot, & quæ Ciſtercienſes noo poſſint vbi cruciata, 243. 2

Proponuntur decem & octo viuæ vocis oracula huius Pontificis à pagioa, 245.

Julius Papa. II.

Bulla 1. Omnia priuilegia Regi Ferdinando & Reginæ Eliſabeth conceſſa pro regularibus confirmat, 246. 1

Bulla 2. Omnia priuilegia conceſſa familiæ V I.tramontanæ fratrum Minorum cenſentur conceſſa familiæ Cimontanæ, ibid. 2

Bulla 3. Concedit miniſtro generali ordinis Minorum poſſe applicare bona monaſteriorum Sãctę Claræ ooleotium reformari, monaſterijs ordinis Mioorum, quorum curæ erant commmiſſa alia monaſteria, 247. 1

Bulla 4. Coocedit miniſtro geoerali, & prouincialibus ordinis Minorum vt poſſint inſtituere procuratores qui bona relicta fratribus & monialibus poſſint adminiſtrare, 248. 1

Bulla 5. Prohibet fratribus Minoribus cauſa ſtudij, vel alia qoacumque extra ordinis ſui domos cõmorari, 249. 1

Bulla 6. Coofirmat bullas Alexandri 6. inhibentes poſſe fratres Minores commorari extra domos ſus ordinis, ac ſe de vna cuſtodia in aliam trãsferre 250. 1

Bulla 7. Quod poſſunt fratres Minores ſepelire corpora fratrum tempore interdicti cum pompa funerali, 251. 1

Bulla 8. Declarat eandem auctoritatem habere vicarios prouinciales ſuper moniales eorum curæ commiſſas, quam Vrbanus 4. tradit protectori ordinis Minorum, ibid. 2

Bulla 9. Confirmat priuilegia Minorum, & addit multa, 252. 1

Bulla 10. Declarat reſtrictionem trecentarum cannarum non extendi ad fratres Minores, 254. 2

Bulla 11. Inhibet ſub pœna excommuoicationis fratribus ordinis Minimorum ne recipiant vel retineant fratres Minores, 256. 1

Bulla 12. Committit Eccleſiarum prælatis vti examinent literas fratum exeuntium qoalitercumque ab ordine, & quod ſaltem non permitãt eos morari in locis vbi fuerint domus ordinis, ib. 2

Bulla 13. Inhibet fratribus conuentualibus ne impediant fratres Minores obſeruantiæ à Prędicationibus, & petitionibus eleemoſynarum, 257. 2

Bulla 14. Supplet defectum cõmiſſum in conceſſione ab eo facta circa ædificationẽ domorũ, 258. 2

Bulla 15. Confirmat cõceſſa per ſe, & ſuos prædeceſſores circa ſuſpenſionem interdicti in feſtiuitatibus ſanctorum ordinis Minorum, extendens hoc ad feſtum ſtigmatum S. Franciſci, 259. 1

Bulla 16. Quod religioſi ordinis Prædicatorum nõ poſſunt frui confeſſionalibus ſine liceotia prælatorum, & quod mulieres de pœoitentia collegialiter viuentes poſſunt emittere tria vota in manu prælati, & quod Generalis prędicatorum poſſit habere duos ſocios, & eos magiſterij gradu inſignire, ibid. 2

Bulla 17. Quod religioſi ordinis Prædicatorũ poſſunt abſolui à ſuis prælatis à caſibus Bullæ Cœoæ, & quod ſorores de pœnitentia poſſunt emittere tria vota io manu prælati, & quod gaudent priuilegijs fratrum, 260. 1

Bulla 18. Declarat communicatiooem priuilegiorum inter prædicatores, & Minores, ibid. 2

Bulla 19. Confirmat priuilegia Eremitarum D. Auguſtini, de nouo concedens indulgentias, & ædificationem nouam conuentuum, & reductionem fratrum apoſtatarum ad ordinem, 261. 1

Bulla 20. Cõcedeos præfatis Eremitis vt poſſint capere quæcumquæ loca & Eccleſias ordini oblala, 262. 1

Bulla 21. Præcipit generali fratrum Auguſtinienſiũ vt reducat ad ſuam obedientiam recedentes ab ordine, 263. 1

Bulla 22. Concedens multa Auguſtioienſibus, & viuæ vocis oracula in foro exteriori valere decernit, & impetrata contra communia regularis obſeruantiæ nullius eſſe momenti decernit, 263. 2

Viuæ vocis oracula proponuntur pro fratribus Auguſtioienſibus, 264. 1

Bulla 23. Quod monachi congregationis S. Benedicti Valliſoleti poſſint omnium confeſſiones audire, & à reſeruatis abſoluere, & diſpenſare in votis, ibid. 2

Bulla 24. Quod Abbas S. Benedicti Valliſoleti poſſit benedicere pallas, & paramenta etiã pro prioratibus grangijs & beneficijs ab eo dependentibus, 265. 1

Bulla 25. Eſt Mare magnum fratrum ordinis Minimorum, ibid. 2

Bulla 26. Declarans nullas eſſe tranſactiones, & cõcordias factas ſine aſſenſu generalis aut capituli generalis, cum facultate eligendi confeſſores, & indulto vt conceſſa voi domui omnibus cenſeãtur conceſſa, 270 2

Bulla 27. Concedens multa geoerali Minimorum, & quod ſine licentia ipſius nullus poſſit tranſire ad aliam religionem, nec bona ordinis extra ordinem donare, & quod poſſit facere compoſitionem promiſſis cum conceſſione indulgentiarũ ſtationum Eccleſiarum Romæ, 272. 1

Viuæ vocis oracula huius Pontificis proponuotur, 273. cum ſeq.

Leo Papa X.

Bulla 1. Quæ vulgatiter dicitur bulla vnionum, & ſit nuncupantur, multa concedens pro fratribus Minoribus, 274. 2

Bulla 2. Iterum de vnione ordinis Minorum de obſeruantia, & ordinis fratrum Minorum conueotualium, miniſtrorumque, & aliorum officialiũ electione & officio, 277. 2

Bulla 3. Pro Indiarum incolis concedens fratribus Minoribus pro cõuerſione infidelium omoimodam poteſtatem, 280. 1

Bulla 4. Prohibens fratribus Minoribus ne ſine licẽtia prælatorum aliquam exemptionem impetrẽt & quod oullus legatus niſi à latere poſſit aliquẽ fratrem aſſumere, 281. 1

Bulla 5. concedit, quod fratres Minores poſſint habere domos amplas, & curioſas, & ornamẽta Eccleſiaſtica, ibid. 2

Bulla 6. Concedens fratribus ordinis Minorum facultatem ad benedicendum paramenta Eccleſiaſtica, & etiam Eccleſias ſuas & Cœmeteria, & ipſas cum pollui contigerit, reconciliandi, 282. 1

Bulla 7. Prohibens fratribus Minoribus ingreſſum in monaſteria S. Claræ, 283. 1

Bulla 8. Communicans fratribus Mioorilns & de nouo concedens omnia priuilegia aliorum ordinum mendicantium, ibid. 2

Bulla 9. Concedens fratribus Minoribus, & monialibus S. Claræ habitantibus io conuentibus reformatis,

ſuper abſolutione, & diſpenſatione pro partibus Lombardiæ & Hiſpaniarum, 160.2
Bulla 22. Continens idem pro toto ordine Prædicatorum, ibid.
Bulla 23. Declarat fratres Minores non poſſe abſolui à reſeruatis ſine licentia ſuorum prælatorum, 161.1
Bulla 24. Concedens quod poſſit celebrari feſtum quinque Martyrum, ibid.
Bulla 25. Quod vota emiſſa in ordine tertio B. Fräciſci ſunt ſolemnia, 161.2
Bulla 26. Reuocans omnes cenſuras, & pœnas ſpirituales contentas in quibuſcumque ſtatutis ordinis Minorum, 162.1
Bulla 27. Concedit licentiam fratribus Minoribus loca eis minus commoda deſerendi, 163.1
Bulla 28. Scribit ad capitulum generale ſe S. Bonauenturam canonizare, ibid.
Bulla 29. Reuocans licentiam conceſſam viſitatori recipiendi fratres ſine licentia prælatorum pro regimine monialium, ibid.2
Bulla 30. Concedit fratribus Minoribus poſſe confiteri præsbyteris ſecularibus cum fuerint extra conuentus, 164.1
Bulla 31. determinat quod fratres & ſorores tertij ordinis gaudeant priuilegiis fratrum Minorũ, ib.
Bulla 32. Concedit fratribus ordinis Prædicatorũ Indulgentiam in feſto Sancti Dominici, 165.2
Bulla 33. Eſt mare magnum ordinis Prędicatorum, ibid.
Bulla 34. Quæ eſt mare magnum ordinis Eremitarum D. Auguſtini, 173.2
Bulla 35. Concedit viſitantibus S. Mariam de Populo vrbis in ſex feſtiuitatibus eius indulgentiã plenariam, 183.2
Bulla 36. Concedit viſitantibus eandem Eccleſiam in ſabbatis quadrageſimæ remiſſionem peccatorum, ibid.
Bulla 37. Quæ eſt mare magnũ Carmelitarũ, 188.2
Bulla 38. Concedit Carmelitis omnes Indulgẽtias conceſſas à ſuis prædeceſſoribus, 214.2
Bulla 39. Approbat litteras Guillielmi Cardinalis ſuper veneratione fratris Alberti ordinis Carmelitarum, 216.2
Bulla 40. Eximit Papa fratres Carmelitas à quacũque iuriſdictione Inquiſitorum Hæreticæ prauitatis, 217.2
Bulla 41. Perſonæ congregationis viſitantes tempore Quadrageſimali altaria à ſuperiorib. ad id deputata cõſequũtur indulgentias, cõceſſas viſitantibus Eccleſias ſtationũ vrbis dicto tẽpore, 219.1
Bulla 42. Quod monachi confeſſores poſſint abſoluere omnes etiã à reſeruatis ab Epiſcopis, ibid.2
Bulla 43. Confirmans Indulgentias & priuilegia cõceſſa monaſterio Sancti Benedicti Valliſoleti extendens ad reliqua monaſteria congregationis, 220.1
Bulla 44. Concedens præfatis monachis indulgentias pro viſitantibus altaria, & quod tempore interdicti poſſint admittere quindecim perſonas ad diuina, & pro compoſitione oneris capellarũ & poteſtatem ad abſoluendum plenariè monachos ſemel in vita & in mortis articulo, 220.2
Bulla 45. Quod monachi Ciſtercienſes poſſint abſolui plenariè, & conceditur Iubileus indultus Romæ viſitando Eccleſias deputatas, 221.1
Bulla 46. Accedentes fratres Ciſtercienſes ad ſuum capitulum, abſoluuntur ab omnibus, & ſuper irregularitatibus diſpenſantur, & plenariè abſoluentes, ibid.2
Bulla 47. Quod capitulũ generale poſſit in ordine Ciſtercienſi diſpenſare ſuper eſucarnium, 222.2
Bulla 48. Cõfirmans donationes Regum factas pro redemptione captiuorum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, 224.1
Bulla 49. In qua excommunicantur ipſo facto procurantes, vt moniales cõuentuales ordinum mẽdicantium viſitentur per alios à ſuis prælatis, aut ſine eorum licentia, & procurãtes vt aliquod ſoluant tributum, 225.1
Proponuntur Quinquagintaquinq. viuæ vocis oracula huius Summi Pontificis à 226. 2. vſque ad pag. 229.

Innocentius VIII.

Bulla 1. Quod non poſſint procedere Inquiſitores ordinis Prædicatorum contra profeſſores ordinis Minorum nec contra: imò eximuntur à iuriſdictione Inquiſitorum, 229.1
Bulla 2. Declarat quod ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci nõ includuntur in conſtitutione Ioãnis XXII. 230.2
Bulla 3. Approbantur in ea priuilegia ordinis Prædicatorum, & multa pro ordine, 231.1
Bulla 4. Concedens fratribus Eremitarum Sancti Auguſtini indulgentiam plenariam in certis feſtiuitatibus, 232.2
Bulla 5. pro ordine Ciſtercienſi, quod Abbas Ciſtercij, & alij quatuor primi coabbates poſſint vti mitra, & ordinare ſubditos ordinibus ſubdiaconatus, & diaconatus, 233.2
Bulla 6. In qua multa conceduntur elargientibus eleemoſynas ordini ſanctiſſimæ Trinitatis pro redemptione captiuorum, 234.2
Proponuntur decem & nouem viuæ vocis oracula huius ſummi Pontificis, 235.1. & 2

Alexander Papa VI.

Bulla 1. Pro nouo orbe ad fidem cõuertendo, 236.2
Bulla 2. Concedit, electum in generalem in ordine Minorum ſoluto capitulo poſſe ordinem, vt ſuus prodeceſſor, regere, 238.1
Bulla 3. Concedit fratres Minores incorrigibiles eſſe ab ordine expellendos, ibid.2
Bulla 4. Concedit vicariis generalibus prouincialibus ordinis Minorum vt poſſint reſeruare caſus, & quod tranſlati ad conuentuales non gaudent priuilegij obſeruantiæ, 239.1
Bulla 5. Concedit moniales S. Claræ ſubditas prouinciali vicario, etiã ſubijci vicario generali eiuſdem familiæ, ibid.2
Bulla 6. De præcedentia Minorum conuentualiũ & obſeruantiæ reſpectu fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ibid.
Bulla 7. diſpenſat cum monialibus S. Claræ circa ſcalam & portam, 240.1
Bulla 8. Prohibet ne fratres Minores de obſeruantia ad cõuẽtuales accedentes propinquis ſuis in re hæreditario ſuccedant, ibid.2
Bulla 9. Concedit minoribus omnia priuilegia cõceſſa ordinibus Mendicantibus, 241.1
Bulla 10. Concedit confeſſoribus ordinis Minorũ monialium ex rationabili cauſa ingredi monaſteria earum, ibid.2
Bulla 11. Confirmat literas prædeceſſorum ſuorũ, qui proprietatem bonorum collatorum fratrib. Minoribus, vel eorum ordini in ius Eccleſiæ Romanæ receperunt, ibid.
Bulla 12. Concedit fratribus Auguſtinienſibus vt poſſint gaudere priuilegijs omnium ordinum, & religionum quibus ſua priuilegia ſunt communicata, 242.2
Bulla 13. cõcedens Benedictinis vt poſſint celebrare in

re in ſuis monaſteriis miſſã immediatè poſt duaa horas poſt mediam noctem: in alijs autem locis etiam in altari portatili vel tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis circa diuinam lucẽ, ibid. 2

Bulla 14. De miſſis ad ſtudium in ordine Ciſtercienſi, & quæ exercentur in monaſterijs, eadem in grandijs, Eccleſiæ conſtrui poſſunt, & quæ Ciſterctenſes non poſſint vbi crociata, 243. 2

Proponnntur decem & octo viuæ vocis oracula huius Pontificis à pagina, 245.

Iulius Papa. II.

Bulla 1. Omnia priuilegia Regi Ferdinando & Reginæ Eliſabeth conceſſa pro regularibus confirmat, 246. 1

Bulla 2. Omnia priuilegia conceſſa familiæ V Itramontanæ fratrum Minorum cenſentur conceſſa familiæ Cimontanæ, ibid. 2

Bulla 3. Concedit miniſtro generali ordinis Minorum poſſe applicare bona monaſteriorum Sãctę Claræ nolentium reformari, monaſterijs ordinis Minorum, quorum curæ erant commmiſſa alia monaſteria, 247. 1

Bulla 4. Concedit miniſtro generali, & prouincialibus ordinis Minorum vt poſſint inſtituere procuratores qui bona relicta fratribus & monialibus poſſint adminiſtrare, 248. 1

Bulla 5. Prohibet fratribus Minoribus cauſa ſtudij, vel alia quacumque extra ordinis ſui domos cõmorari, 249. 1

Bulla 6. Confirmat bullas Alexandri 6. Inhibentes poſſe fratres Minores commorari extra domos ſus ordinis, ac ſe de voa cuſtodia in aliam trãsferre, 250. 1

Bulla 7. Quod poſſuot fratres Mioores ſepelire corpora fratrum tempore interdicti cum pompa funerali, 251. 1

Bulla 8. Declarat eandem auctoritatem habere vicarios prouinciales ſuper moniales eorum curæ commiſſas, quam Vrbanus 4. tradit protectori ordinis Minorum, ibid. 2

Bulla 9. Confirmat priuilegia Minorum, & addit multa, 252. 1

Bulla 10. Declarat reſtrictionem trecentarum cannarum non extendi ad fratres Minorea, 254. 2

Bulla 11. Inhibet ſub pœna excommunicationis fratribus ordinis Minimorum ne recipiant vel retineant fratres Minores, 256. 1

Bulla 12. Committit Eccleſiarum prælatis vti examinent literas fratum exeuntium qualitercumque ab ordine, & quod ſaltem non permittãt eoa morari in locia vbi fuerint domus ordinis, ib. 2

Bulla 13. Inhibet fratribua conuentualibus ne impediant fratres Minores obſeruantiæ à Pręedicationibus, & petitionibus eleemoſynarum, 257. 2

Bulla 14. Supplet defectum cõmiſſum in conceſſione ab eo facta circa ædificationẽ domorũ, 258. 2

Bulla 15. Confirmat cõceſſa per ſe, & ſuos prædeceſſorea circa ſuſpenſionem interdicti in feſtiuitatibua ſanctorum ordinis Minorum, extendeos hoc ad feſtum ſtigmatum S. Franciſci, 259. 1

Bulla 16. Quod religioſi ordinis Prædicatorum nõ poſſunt frui confeſſionalibua ſioe licentia prælatorum, & quod mulieres de pœnitentia collegialiter viuentea poſſunt emittere tria vota in manu prælati, & quod Generalis prędicatorum poſſit habere duos ſocios, & eos magiſterij gradu inſignire, ibid. 2

Bulla 17. Quod religioſi ordinis Prædicatorũ poſſunt abſolui à ſuis prælatis à caſibus Bullæ Cœnæ, & quod ſorores de pœnitentia poſſunt emittere tria vota in manu prælati, & quod gaudent priuilegijs fratrum, 260. 1

Bulla 18. Declarat communicationem priuilegiorum ioter prædicatores, & Minores, ibid. 2

Bulla 19. Confirmat priuilegia Eremitarum D. Auguſtini, de nouo concedens indulgentias, & ædificationem nouam conuentuum, & reductionem fratrum apoſtatarum ad ordinem, 261. 1

Bulla 20. Cõcedena præfatis Eremitia vt poſſint capere quæcumquæ loca & Eccleſias ordioi oblata, 262. 1

Bulla 21. Præcipit generali fratrum Auguſtinienſiũ vt reducat ad ſuam obedientiam recedeotes ab ordine, 263. 1

Bulla 22. Concedens multa Auguſtinienſibus, & viuæ vocia oracula in foro exteriori valere decernit, & impetrata contra communia regularis obſeruantiæ nullius eſſe momenti decernit, 263. 2

Viuæ vocis oracula proponuntur pro fratribus Auguſtinienſibua, 264. 1

Bulla 23. Quod monachi coogregationia S. Benedicti Valliſoleti poſſint omnium confeſſionea audire, & à reſeruatis abſoluere, & diſpenſare in votis, ibid. 2

Bulla 24. Quod Abbas S. Benedicti Valliſoleti poſſit benedicere pallaa, & paramenta etiã pro prioratibus grangijs & beoeficijs ab eo dependentibua, 265. 1

Bulla 25. Eſt Mare magnum fratrum ordinis Minimorum, ibid. 2

Bulla 26. Declarans nullas eſſe tranſactiooes, & cõcordias factas ſine aſſenſu generalis aut capituli generalis, cum facultate eligendi confeſſores, & indulto vt conceſſa vni domui omnibus cenſeãtur conceſſa, 270 2

Bulla 27. Concedens multa geoerali Minimorum, & quod ſine licentia ipſius nullus poſſit tranſire ad aliam religionem, nec bona ordinis extra ordinem donare, & quod poſſit facere compoſitionem promiſſis cum conceſſione indolgentiarũ ſtationum Eccleſiarum Romæ, 271. 1

Vioæ vocis oracula huius Pontificis proponuntur, 273. cum ſeq.

Leo Papa X.

Bulla 1. Quæ vulgariter dicitur bulla vnionum, & ſii ooncupantur, multa concedens pro fratribus Minoribua, 274. 2

Bulla 2. Iterum de vnione ordinis Minorum de obſeruantia, & ordinia fratrum Minorum conuentualium, miniſtrorumque, & aliorum officialiũ electione & officio, 277. 2

Bulla 3. Pro Indiarum incolis concedens fratribus Minoribua pro cõuerſioue infidelium omnimodam poteſtatem, 280. 1

Bulla 4. Prohibens fratribua Minoribua ne ſine licẽtia prælatorum aliquam exemptionem impetrẽt & quod nullus legatuaniſi à latere poſſit aliquẽ fratrem aſſumere, 281. 1

Bulla 5. concedit, quod fratres Minores poſſint habere domos amplas, & curioſaa, & ornaméta Eccleſiaſtica, ibid. 2

Bulla 6. Concedens fratribus ordinis Minorum facultatem ad benedicendum paramenta Eccleſiaſtica, & etiam Eccleſias ſuas & Cœmeteria, & ipſas cum pollui contigerit, reconciliandi, 282. 1

Bulla 7. Prohibens fratribua Minoribua ingreſſum in monaſteria S. Claræ, 283. 1

Bulla 8. Communicans fratribus Minoribus & de nouo concedens omnia priuilegia aliorum ordinum mendicantium, ibid. 2

Bulla 9. Concedens fratribus Mioribus, & monialibus S. Claræ habitantibus in conuentibus reformatis,

Digitized by Google

matis, vt nun teneantur ad obligationes miſſarũ per conuentuales factas, 284.1

Bulla 10. Cõcedit, quod fratres Minores, & moniales eorum curę cõmiſſę poſſint celebrare feſtum ſeptem Martyrum einſdem ordinis, 285.1

Bulla 11. Concedens quod poſſint expellere ab ordine illos qui fuerunt maculati in ſeculo grauibus delictis, & ea tacuerunt tempore profeſſionis, ibid.

Bulla 12. Inhibens Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ne ſe intromittant de fratribus Minoribus, ibid. 2

Bulla 13. Concedens, quod fratres Minores poſſint recipere aliqua quibus opus non habent, & ea pro alijs commutare, 286.2

Bulla 14. pro feſto Conceptionis celebrando ſolẽniter etiam in octauis tempore interdicti, 287.1

Bulla 15. Caſſat electionem magiſtri generalis conuentualium ſub nomine miniſtri, ibid. 2

Bulla 16. Declarat ſorores tertiæ regulæ eſſe veras religioſas, & poſſe gaudere priuilegijs fratrum, 288.1

Bulla 17. Cõfirmat ſtatutum capituli generalis Lugdunenſis, quo cauetur ne moniales habeant viſitatorem niſi datum à capitulo prouinciali, 289.1

Bulla 18. Declarat, quod moniales, & ſorores curæ fratrum Minorum ſubiectæ, non tenentur admittere aliquas perſonas habentes auctoritatẽ Apoſtolicam ad ingrediendum ſua monaſteria ipſis inuitis, 290.1

Bulla 19. Præcipit diſtrictè monialibus Sanctæ Claræ, ſubijciantur ſtatutis factis, & fiendis in capitulis generalibus, & prouincialibus fratrum Minorum, & quod Abbatiſſæ tempore viſitationis teneantur realiter renuntiare ſuis officijs, 290.2

Bulla 20. Cõcedit ancillis B. Virginis Mariæ indulgentias, & abſolutiones plenarias, quas cõceſſerat fratribus Minoribus, & monialibus S. Claræ, addens inſuper aliquas, 291.2

Bulla 21. Communicat omnia priuilegia monialib. S. Claræ, & ſororibus tertiæ regulæ, dando circa hoc conſeruatores, 293.1

Bulla 22. Præcipit omnib. prælatis Eccleſiaſticis ne moleſtent fratres Minores ſuper eleemoſynis, legatis, ac ſepeliendis corporibus de ſuo ctorũ Imo potius eos defendãt à moleſtijs aliorum, præſertim presbyterorum parochialium, ibid. 2

Bulla 23. Eximit moniales Sanctæ Claræ, & tertiarias à ſolutione cuiuſcumque decimæ, vel taxæ vel collectę, etiam per ſedem Apoſtolicam impoſitæ, ſi ita ſunt pauperes, quod earũ redditus nõ ſufficiunt pro commoda illarum ſuſtentatione, 265.1

Bulla 24. Præcipit Commiſſarijs Cruciatæ, & alijs ſimilibus perſonis, ſub grauibus cenſuris, ne extrahant fratres Minores ad prædicandam Cruciatam: inhibet omnibus fratribus prædictis, & monialibus S. Claræ, ne vtantur talibus bullis ſine licentia Prælatorum, 266.1

Bulla 25. Ordinat quod illi qui antea vocabantur viſitatores monialium, de cætero vocentur Cõmiſſarii prouincialium, & quod moniales teneãtur illum admittere, ibid. 2

Bulla 26. Concedit, quod de conſenſu duarum partium monialium cuiuslibet conuentus S. Claræ & tertiariarum poſſint alienare earum bona, 297.2

Bulla 27. Concedit, quod fratres Minores regularis obſeruantiæ non teneantur celebrare niſi vnũ cum capitulum prouinciale de triennio in triennium, 298.2

Bulla 28. Concedit, quod feſtum S. Eliſabeth poſſit ſolemniter celebrari tempore cuiuſcumque interdicti, ſicut feſta Sanctorum ordinis Minorũ, 299.1

Bulla 29. Concedit, quod Eccleſiæ fratrum Minorum non poſſint ſpecialiter interdici, niſi prouideatur ſufficienter fratribus de rebus victui neceſſarijs, ibid. 2

Bulla 30. Declarat, quod indulgentijs Sanctæ Mariæ de Populo de vrbe poſſint dumtaxat gaudere fratres Mendicantes, moniales, & tertiarij, & eorum familiares, 300.1

Bullax 31. Ordinat, quod fratres Minores obſeruãtiæ habeant in proceſſionibus, & aliis actibus publicis eundem locum, quem conuentuales eiuſdem ordinis tenere conſueuerant, antequam ab eis auferretur dignitas miniſteriatus, 301 1

Bulla 32. ordinat quod omnes fratres ordinis Prędicatorum quaſcumque exemptiones habentes, niſi habuerint proprias Eccleſias parrochiales, ſint ſubiecti ſuperioribus illius ordinis, 302.1

Bulla 33. Dat fratribus ordinis Prędicatorum & eorum domibus ampliſſimam communicationem omnium priuilegiorum conceſſorum & concedendorum aliis ordinibus fratrum Mendicantium, 303.1

Bulla 34. concedit fratribus ordinis Prædicatorum vt tempore interdicti, etiam Apoſtolici, poſſint celebrare ſolemniter feſta ſuorum ſanctorũ, ib. 2

Bulla 35. Approbat, ſeu confirmat ordines, ſeu confraternitates B. Virginis Mariæ, epilogando illas 304.2

Bulla 36. Confirmat officia coronarum Domini noſtri, ac Dominæ noſtræ, inſtituta per quendam religioſum ordinis Minorum, 305.1

Bulla 37. pro communicatione priuilegiorum facta monaſteriis & perſonis totius cõgregationis ordinis ſancti Benedicti, 306.2

Bulla 38. Concedit in multis feſtiuitatibus ordinis ſancti Benedicti, & in profeſſione monachorum, & quando ipſi ſepeliuntur, ſuſpenſionem interdicti, & ceſſationis à diuinis, & quod Euchariſtiã, & alia Sacramenta poſſint licitè recipere, 307.1

Bulla 39. Similis præcedenti, addens idem priuilegium concedi pro feſtis Conceptionis, & Viſitationis Virginis, & ſancti Adelelmi confeſſoris, & hebdomadæ ſanctæ, & Reſurrectionis Dominicæ & extenditur ad moniales, ibid. 2

Bulla 40. concedit, quod fratres & ſorores tertiæ regulæ Minimorũ poſſint gaudere priuilegiis fratrum, & ſororum tertiæ regulæ Minorum obſeruantiæ, 308.2

Bulla 41. Approbat priuilegia ordinis Minorum, & de nouo concedit famulis monaſteriorum, poſſe etiam in die Paſchę, Euchariſtiam, aliaque Sacramenta miniſtrare, 309.2

Bulla 42. Prohibet quod fratres Minorum poſſint tranſire ad alios ordines ſub pœna excommunicationis, quam pœnam ponit contra retinentes, 310.2

Bulla 43. quod virtute bullarum Cruciatarum, vel aliarum indulgentiarum, nunquam intelligãtur ſuſpenſa indulta conceſſa quo ad perſonas fratrũ Minimorum. Indulgentiæ Eccleſiarum Minimorum ſemper ſunt in ſuo robore, 311.1

Bulla 44 Sorores vouentes etiam ſimplici voto cõtinentiam gaudent priuilegijs Eccleſiaſticis, etiã ſi in domibus propriis habitent, 312.1

Bulla 45. Moderationes priuilegiorum omnium ordinum mendicantium factæ in Concilio Lateranenſi ſub Leone Decimo ibid. 2

Bulla 46. Quod moniales ſanctæ Claræ debent recitare officium diuinum ſicut fratres Minores, & quod lucrantur indulgentias conceſſas fratribus Minoribus, & quod communicantes conſequuntur in-

Digitized by Google

tur indulgẽtiam plenariam, & quod feſta ſanctæ Agnetis & vndecim millium Virginum poſſint ſub duplici celebrare, 315.1

Proponuntur varia viuę vocis oracula huius Pontificis 316.2. vſque ad pag. 324.

Adrianus VI.

Bulla 1. pro conuerſione Indorum cum priuilegijs conceſſis euntibus ad prædicandum inter infideles, 325.1

Bulla 2 Pro rebus Hiſpaniarum, vt præſint perpetui adminiſtratores militiarum, 326.2

Bulla 3. Pro largientibus eleemoſynas ordini ſanctiſſimæ Trinitatis, pro redemptione Captiuorum, 328.2

Bulla 4. Mare magnum gratiarum & priuilegiorũ ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, &c. 329.2

Bulla 5. Pro ordine Eremitarũ D. Auguſtini, quod nemo poſſit eos moleſtare virtute quarumcunq. litterarum Apoſtolicarum, niſi fuerint imperratæ vocato prius eorum procuratore in Romana Curia, 332.1

Clemen VII.

Bulla 1. Pro procuratoribus, & ſyndicis domorum fratrum Minorum regularis obſeruantiæ ſanctæ & Conceptionis & Annunciationis, 334.1

Bulla 2. Cõfirmans omnia priuilegia Minorum cõmunicando ordini omnia priuilegia conceſſa & concedenda quibuſcumque ordinibus, ibid. 2

Bulla 3. Quod fratres Minores de obſeruantia poſſint ſe componere cum hæredibus ſuper legata perpetua, 335.2

Bulla 4. Quod fratres Minores exempti ab obediẽtia ordinis poſſint contra ſtatuta religionis morari in domibus fratrum, aut in eorum officiis ſe immiſcere, vel intromittere, 336.1

Bulla 5. pro tertio ordine B. Patris noſtri Franciſci, ibid. 2

Bulla 6. Pro ordine ſanctiſſimæ Trinitatis & redẽptionis Captiuorum multa concedens, 342.1

Bulla 7. Pro congregatione Sancti Benedicti Valliſoletani, quod taxa facienda pro oneribus non fiat ſine fratribus ordinis, 343.1

Bulla 8. Concedens generali Minimorum & eius ſocijs, vt certis diebus celebrando liberent animas à Purgatorio, 344.1

Bulla 9. Diſpenſans cum monialibus ordinis Minorum ſuper cantu, & ingreſſu earum in monaſteria, ibid. 2

Bulla 10. Pro ordine ſancti Iacobi ſuper decimas, 345.1

Bulla 11. Pro confratribus ſanctæ Mariæ de monte Carmelo 346.1

Proponuntur aliqua viuæ vocis oracula huius ſummi Pontificis, 348.

Paulus III.

Bulla 1. Quod fratres Minores exempti non habitent in locis vbi ſunt monaſteria, 348.2

Bulla 2. Concedens monialibus ſanctæ Claræ vt incipiant ieiunium aduentus à feſto Sãcti Andreę, & quod ſex perſonæ poſſint intrare ad ſepeliendam monialem, 345.1

Bulla 3. Eximens fratres Minores ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, confirmans priuilegia ſuorum prædeceſſorum, ibid. 2

Bulla 4. Eximens moniales ſanctæ Claræ à ſolutione decimarum, ſi non habent congruã ſuſtẽtationem, quę taxatur pro vnaquaque moniali, 350.2

Bulla 5. Confirmatio priuilegiorum ordinis Minorum conuentualium ſancti Franciſci, 353.1

Bulla 6. quod vota ſororum tertij ordinis Prædicatorum collegialiter viuẽtium ſint ſolemnia ibi. 2

Bulla 7. pro ſocietate Ieſu, pro prædicatoribus, & confeſſoribus, & pro officio diuino ab ipſis dicẽdo, 354.2

Bulla 8. Quæ eſt mare magnum huius ſacræ religionis, 355.2

Bulla 9. Pro congregatione ſancti Benedicti Valliſoletani continens abſolutionem à peccatis & & cenſuris, & diſpenſationem ab irregularitatibus prima die Lunæ Quadrageſimæ, 359.2

Bulla 10. Continens eadem die abſolutionem plenariam, pro perſonis vtriuſque ſexus huius congregationis, ibid.

Proponuntur 17. viuæ vocis oracula huius Pontificis 360. cum ſeq.

Iulius III.

Bulla 1. Moderatoria bullæ Clementis ſeptimi circa deſcendentes à Iudæis & hæreticis in ordine ſancti Franciſci, 362.1

Bulla 2. confirmans priuilegia ordinis Minorum, & ab Inquiſitoribus eximens fratres, 363.1

Bulla 3. Confirmans priuilegia ordinis prædicatorum, & eos ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis eximens, 364.2

Bulla 4. Magiſter generalis ordinis prædicatorum poteſt inſtituere notarios ad omnes actus publicos inquiſitionis, 366.1

Bulla 5. Pro congregatione ſancti Benedicti Valliſoleti, prohibens monachos ne abſoluant à caſibus reſeruatis, & ne eligant confeſſorem ſine licentia ſuorum prælatorum, ibid. 2

Bulla 6. Confirmat omnes immunitates, & gratias conceſſas ordini Minorum, 367.1

Bulla 7. conſtituens iudices conſeruatores contra moleſtantes ordinem Diui Hieronymi, 368.1

Paulus IV.

Bulla 1. Confirmans priuilegia Minorum & monialium ſanctæ Claræ, & tertij ordinis, 369.2

Bulla 2. Quod deſcendentes à Iudæis & Hæreticis igni traditis in ordine Minorum non admittantur ad officia ordinis, 372.2

Bulla 3. concedit fratribus Minoribus facultatem adminiſtrandi ſacramentum pœnitentiæ extra ſuos conuentus, 374.1

Bulla 4. Quod nullus religioſus factus Epiſcopus, poſtquam fuerit conſecratus, poſſit in religione officium obtinere, ibid. 2

Bulla 5. Prohibens continuationem prelatorum in ordine ſancti Franciſci, pag. 392. 2. Vnum viuæ vocis oraculum huius Pontificis proponitur, 375.2

Pius. IIII.

Bulla 1. Ne fratres Minores poſſint vti quo ad confeſſiones bulla Cruciatæ, & alijs confeſſionalib. nec moniales teneantur conſentire, vt mulieres ingrediantur in earum monaſteria, 376.2

Bulla 2. Confirmans omnia priuilegia ordinis Minorum de obſeruantia & S. Claræ, & tertij ordinis, 378.1

Bulla 3. Prohibens, deſcendentes ab hęreticis, Marranis & Iudæis, poſſe habere officia in ordine Minorum, 381.1

Bulla 4. Confirmans quoddam ſtatutum ordinis Sãcti Benedicti, circa eoſdem deſcendentes, 383.1

Bulla

Digitized by Google

Bulla 5. confirmatio, & extenſio facultatis conferēdi gradus in artibus & Theologia pro ſocietate Ieſu nec nō exemptionis à qualibet decimarum & impoſitionum ſolutione, ibid. 2

Bulla 6. Quomodo Inquiſitores hæreticæ prauitatis poſſunt procedere contra regulares, 385. 1

Bulla 7. exemptio monialium à ſolutione decimarum, ſubſidiorum & aliorum onerum, 386. 1

Proponuntur aliqua viuæ vocis oracula huius ſummi Pontificis, 387.

Pius V.

Bulla 1. Pro ordine Minorum, vt poſſint in die Iouis, in quo non occurrit aliquod feſtum, recitare officium Corporis Chriſti, 387. 2

Bulla 2. Pro ſepeliendis corporibus defunctorum in principatu Cathaloniæ apud mendicantes, 388. 2

Bulla 3. De proprietate ſublata fratrib. ordini Minorum conuentualium, & de Ambitu officiorum, 390. 1

Bolla 4. Vt fratres Minores in Indiis Occidentalib. poſſint officium parochorum exercere, 391. 1

Bulla 5. Quod ſocietas Ieſu, ſit ordo mendicans, 392. 1

Bulla 6. Super clauſura quarumcumque monialiū 393. 2

Bulla 7. confirmationis priuilegiorum mendicantium, 394. 2

Bolla 8. Quod fratres Capuccini non poſſint transferri ad ordinem Minorum, nec è contra, 400. 1

Bulla 9. reuocatio priuilegiorum de recipiendis & retinendis fratribus alterius ordinis præter ius commune, ibid. 2

Bulla 10. ſuper confeſſorum approbatione, 401. 2

Bulla 11. Nouitiæ monialium ordinis Prædicatorū poſſunt in articulo mortis profiteri ante annum probationis, 402. 1

Bulla 12. Quod ſuperiores ordinis Prædicatorum poſſint in vnaquaq. prouincia deputare fratres in notarios publicos, 403. 1

Bolla 13. Quod fratres ordinis prædicatorum non poſſint vti Cruciata, ſine licētia ſuorum ſuperiorum qui ſuperiores habent autoritatem Concilij Tridentini cōceſſam Epiſcopis circa ſuos ſubditos, 404. 2

Bulla 14. reuocans indulgentias quæſtuarias, 423. 2

Bulla 15. Reformationis monaſteriorum conuentualium ſancti Franciſci, 405. 1

Bulla 16. Pro reformatione monialium eiuſdem ordinis conuentualium, 401. 1

Bulla 17. Quod in ordine Minorum libri non extrahantur à bibliothecis, ſine licētia prælatia, 408. 1

Bulla 18. Reuocatio litterarum quibuſcumque mulieribus conceſſarum ingrediendi monaſteria, & loca quarumcumque ordinū regularium, ibid.

Bulla 19. Quod ordines ſancti Dominici, ſancti Auguſtini, ſancti Franciſci, Carmelitarum, Seruorū beatæ Mariæ, & minorum & ſancti Hieronymi Ieſuatorum ſunt mendicantes. 408. 1

Bulla 20. Quod ordo Minimorū eſt mēdicās, 409. 1

Bulla 21. Quod congregatio fratrum ſancti Hieronymi Ieſuatorum eſt mendicans, 410. 2

Bulla 22. Decretum concilij Tridentini de clericorum ſecularium ad ſacros ordines promotione, extenditur ad clericos regulares non profeſſos, 411. 2

Bulla 23. De trium votorum profeſſione emittenda ab his, qui ſunt in diuerſis congregationibus extra ſolemne votum religionis, 412. 2

Bulla 24. Confirmatio, & declaratio priuilegiorū, & exemptionum militiæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani, 413. 1

Bulla 25. de locis aſſignandis fratribus Recollectis ordinis Minorum de obſeruantia in prouincijs ipſius ordinis, 414. 2

Bulla 26. de ſuppreſſione ordinis Seruorum beatæ Mariæ, & de eius reformatione, 415. 1

Bolla 27. De reformatione eiuſdem ordinis, 416. 1

Bulla 28. Confirmatio inſtitutionis, & priuilegiorū ſocietatis Cruce ſignatorum, 419. 1

Bulla 29. Quod confraternitates ſanctiſſimi Domini Ieſu ſeu iuramentorum inſtitui debent in Eccleſiis ordinis fratrum Prędicatorum, ſeu in alijs Eccleſijs, cum licentia prioris conuentualis eiuſdem ordinis, ibid. 2

Bulla 30. Pro alienandis bonis congregationis Caſſinenſis, vſque ad ſummam quinquaginta millia ſcutorum, 420. 1

Bulla 31. Exemptio monaſteriorum, priorumque locorum ad hoſpitandos milites, 422. 2

Bulla 32. Tertij ordinis ſancti Franciſci de pœnitentia reformatio, 423. 2

Bulla 33. Quod præfati tertiarii ſint ſubiecti Generali & Prouincialibus ordinis Minorum, 426. 1

Bolla 34. Pro feſtiuitate ſancti Thomæ de Aquino, vt Doctoris Eccleſiæ, & de indulgentiis conceſſis viſitantibus eius ſacella, ibid.

Proponuntur 35. viuæ vocis oracula huius ſummi Pontificis, 426. cum ſeq.

Gregorius XIII.

Bulla 1. De confirmatione priuilegiorum ordinis Minorum de obſeruantia & monialium ſanctæ Claræ & tertij ordinis de pœnitentia, 429. 2

Bulla 2. ad quos poſſint fratres Minores de obſeruantia appellare, & quod non poſſint recurrere ad tribunalia ſecularia, 431. 1

Bulla 3. Cuſtodes ordinis Minorum poſſunt in partibus Indiarum Orientalium concedere facultatem pro abſolutione plenaria, & quod Prædicatorum & confeſſorum præſentatio ſit perpetua, ibid. 2

Bulla 4. Limitans poteſtatē protectoris ordinis Minorum, 432. 1

Bulla 5. Pro monialibus ſanctæ Claræ & Annūtiationis, & tertiarijs, vt ſint exemptæ à Decimis, ſi ſolū habeant ſedecim ducatos auri de Camera, pro ſuſtentatione vniuſcuiuſque monialis, 434. 2

Bulla 6. Quod decem monialibus vna ancilla deputetur, 436. 2

Bulla 7. Declaratio circa præcedentiam mendicantium & confraternitatem laicorum, ibid.

Bulla 8. Declaratio facultatis ordinariorum viſitandi & corrigendi loca, & perſonas militiæ ſancti Ioannis Hieroſolymitani, 437. 2

Bulla 9 Facultas alienandi conceſſa generali & fratribus, & monialibus Eremitarum Diui Auguſtini, 438. 1

Bulla 10. Confirmatio, & ampliatio priuilegiorum ordinis Ciſtercienſis, & confirmatio eiuſdem ordinis, 439. 2

Bulla 11. De inſtitutione ordinis ſancti Baſilii, in Hiſpania, 444. 2

Bulla 12. De reformatione eiuſdem ordinis, 447. 1

Bulla 13. Confirmatio priuilegiorum congregationis ſancti Hieronymi Ieſuatorum, 450. 1

Bulla 14. Confirmatio priuilegiorum militiæ hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, 451. 2

Bulla 15. Confirmatio priuilegiorum ordinis Præmonſtratenſis, 454. 1

Bulla 16. Decernit quod huius ordinis regimen ſolum profeſſis ordinis commendetur, 455. 1

Bulla 17. Præcipit, vt feſtum ſancti Noberti, huius ordi-

Digitized by Google

ordinis, ſexta die Iunii cum duplici, & Octauis celebretur, 456.2
Bulla 18. Facultas conſeruatores indices aſſumendi, in quibuſcumque cauſis, pro ſocietate Ieſu, 457.1
Bulla 19 Facultas medendi citra aduſtionem & inciſionem pro medicinæ peritis in eadem ſocietate, 458.2
Bulla 20. Facultas alienandi in euidentem vtilitatẽ iuxta ſocietatis conſtitutiones, 459.2
Bulla 21 Derogatio capit. nuper de decimis, pro eadem ſocietate, 460.2
Bulla 22. De indulgentia plenaria conceſſa ſemel in anno in Eccleſijs ſocietatis, & facultate celebrãdi per horam ante auroram, & conferendi gradus per ſtudiorum præfectum, & legendi in collegijs ſocietatis, etiam in vniuerſitatibus, 461.2
Bulla 23. de facultate aperiendi litteras ſacræ pœnitentiariæ conceſſa confeſſoribus ſocietatis, 463.2
Bulla 24. Cõcedens præpoſito ſocietatis, vt de eius licẽtia religioſi ſocietatis, etiam profeſſi ad quoſuis alios regulares ordines trãſire valeant, 463.2
Bulla 25. Facultas ſocietati Ieſu denuo conceditur ordines à quocunque antiſtite ſuſcipiendi, idq. etiam extra tempora non ſeruatis interſtitijs, 464.1
Bulla 26. Societatis Ieſu inſtitutũ, priuilegia, & conſtitutiones confirmantur, & eos omnes, qui peracto nouitiatu tria vota emiſerint, tametſi ſimplicia, verè & proprie religioſos eſſe declaratur, 464.2
Bulla 27. Nulli de ſocietate licet ad Carthuſiam ſe cundo tranſire, 466.1
Bulla 28. Facultas conceſſa prædicandi ſocietati, etiamſi non ſint inſigniti ſacris ordinibus, conceſſa declaratur, 466.2
Bulla 29. Confirmantur priuilegia ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, & extenduntur inter ſe, & cũ alijs ordinibus mendicantibus, 467.1
Bulla 30. Confirmantur itidem priuilegia, & inſtitutum ſanctiſſimæ Trinitatis, 468.1
Bulla 31. Commendans prælatis Eccleſiaſticis eleemoſynam ſanctiſſimæ Trinitatis, pro redemptione Captiuorum, ibid.2
Bulla 32. commendans eandem eleemoſynam omnibus Chriſti fidelibus, ibid.
Bulla 33. Commendans eandem eleemoſynam omnibus Regibus, & principibus temporalibus, 469.1
Bolla 34. Pro militijs ſancti Iacobi de la Spatha, & de Auis, vt habeant communicationem omnium priuilegiorum conceſſorum, & concedendorũ militiis ſancti Iacobi Calatrauę & Alcantaræ Regnorum Caſtellæ, ibid.2
Bulla 35. Quod milites & perſonæ militiarum ſancti Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, poſſint teſtari ſecundum eorum priuilegia, & cõſtitutiones, & derogatur motus proprius Pij Quinti, 471.2
Bulla 36. quod deſcendentes ex Iudæis, Sarracenis, & Hæreticis, ſi à fide receſſerunt de qua fuerũt conuicti non admittentur ad religionem Minorum 472.1
Bulla 37. de eleemoſynis præſtandis pro neceſſitatibus monialium, 473.1
Bulla 38. in qua reducuntur ad terminos iuris communis, & Cõcilij Tridentini cõceſſa à Pio Quinto pro Mendicantibus, 475.2
Bulla 39. pro proceſſione in feſto Corporis Chriſti facienda in Dominica infra octauam eiuſdem feſtiuitatis in quacumque Eccleſia ſeculari vel regulari, 476.2
Bulla 40. reuocans omnes facultates ingrediẽdi monaſteria monialium: præter quam conceſſas fundatricibus, dotatricibus, altricibus, &c. 478.1
Bulla 41. Reuocatio omnium licẽtiarum ingrediẽdi monaſteria monialium, & virorum, & prohibitio, ne habentes licẽtias ab Epiſcopis vel ſuperioribus in cauſis neceſſariis ingrediantur monaſteria monialium, niſi vrgentibus neceſſitatibus, ibid.2
Bulla 42. ſuper facultate quam habent ordinarij, & alii monialium ſuperiores ingrediẽdi earum monaſteria, 479.1
Bulla 43. In qua indulgentia conceditur perſonis & ſeruitoribus cõgregationis Sãcti Benedicti ſcrutantibus ſingulis noctibus conſcientias ſuas cum propoſito confitendi peccata, dicẽdo vnam orationem dominicam, & ſalutationem angelicam pro fœlici ſtatu Eccleſiæ, Quibus conceditur indulgentia plenaria in vita confeſſis, contritis, & communicatis ſingulis menſibus, ſi ter Aue Maria, & Pater noſter poſtea recitauerint, & in articulo mortis ſi nomẽ Ieſu inuocauerint, alia multa conceduntur in hac Bulla, 480.1
Proponuntur aliqua viuæ vocis oracula & declarationes illuſtriſſimorum Cardinalium, ibid.2

Sixtus Papa V.

Bulla 1. Quod fratres minores de obſeruantia libere & iuſtè poſſint retinere omnes cõuentus quos poſſident cum ſuis iuribus & indulgentijs, 481.1
Bulla 2. pro feſto Conceptionis V. Mariæ in indulgentia plenaria conceditur, 482.1
Bulla 3. Confirmatio ordinis fratrum Minorum cõuẽtualium reformatorum cum habitus deſignatione & indulgentiarum & priuilegiorum conceſſione, 483.1
Bulla 4. Qua D. Bonauentura Doctor Eccleſiæ efficitur, 484.2
Bulla 5. Qua Didacus ordinis Minorum canonizatur, 488.2
Bulla 6. Quod officium miniſtri generalis in ordine Minorum duret tantum per ſexennium reuocata Bulla Pij V. 494.1
Bulla 7. Quod Abbatiſſæ Sanctæ Claræ ſint triennales, ibid.2
Bulla 8. pro erectione confraternitatis chordigerorum in Eccleſijs fratrum minorum, 495.2
Bulla 9. Quod fratres & moniales ordinis Minorũ de obſeruantia in feſtiuitate Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, officium eiuſmodi recitare poſſint per totam octauam, 497.1
Bulla 10. pro recitatione officii S. Didaci, ibid.2
Bulla 11. pro erectione prouinciæ S. Georgii in Philippinis, cum communicatione priuilegiorum aliarum prouinciarũ Indiarũ, & cõmiſſione prouinciali huius prouinciæ vt poſſit erigere domos in quibuſcumq. locis etiam Regno Chinæ, &c. 498.1
Bulla 12. benedicit fratribus euntibus ad partes infidelium, pro eorum cõuerſione & in die ingreſſus in Indiis, & in articulo mortis in itinere plenariam indulgentiã impartitur, & cætera, 499.2
Bulla 13. Reuocatio licentiarum ingrediendi monaſteria, & inibi permanendi mulieribus ſecularibus conceſſarum, 500.1
Bulla 14. Confirmatio & innouatio omnium priuilegiorum fratrum Minorum monialiumque Sãctæ Claræ, necnon de pœnitentia nuncupatorũ ordinib. 500.2
Bulla 15. pro inſtitutione commiſſarij generalis Indiarum, & quod vocem habeat in capitulo generali, 502.1
Bulla 16. indulgentia plenaria pro feſtiuitatibus Sãctorum

ctorum ordinis Minorum, 502.2
Bulla 17. Quod fratres Capuccini de cætero non recipiant, nec retineant fratres de Obſeruãtia nec contra, 503.1
Bulla 18. cunfirmatio quarumcunque gratiarum, immunitatum, & priuilegiorum Sancti Ioannis Hieroſolymitani, 504.1
Bulla 19. Approbatio, & confirmatio ſocietatis miniſtrantium infirmis, & hoſpitalium, 505.1
Bulla 20. confirmatio gratiarum, indulgentiarum, exemptioonum ordinis Carthuſienſis, 506.1
Bulla 21. pro congregatione Sancti Benedicti Portugaliæ cui communicantur priuilegia congregationis ſancti Hieronymi Caſſinenſis, & Ciſtercienſis, 507.1
Bulla 22. pro eadem Congregatione, quod regulares, & vicarij Eccleſiarum vnitarum in vacatione prædictarum Eccleſiarum, non vocentur ad concurſum per edicta, 510.2
Bulla 23. Declarat inter priuilegia coocceſſa congregationi Sancti Benedicti, etiam includi conſeruatorias conceſſas alijs congregationibus, 511.1
Bulla 24. Ordinat quod parrochiales Eccleſię quę per ordinis Sancti Benedicti monachos ſolitæ ſunt curari ad vitam ipſorum, de cætero per preſbyteros ſeculares vel etiã per monachos ad nutum remouibiles curentur, 512.1
Bulla 25. pro fratribus diſcalciatis Carmelitarum vt poſſint recitare officiom diuinum ſecũdum breuiarium Romanum cum conceſſiooe quaruodã feſtiuitatum V. Mariæ, 513.1
Bulla 26. Approbat laudabilem conſuetudinem huius congregationis celebrandi qualibet quinta feria non impedita officium Sanctiſſimi Sacramenti cũ multis alijs iodulgentijs cõceſſis, 513.2

Gregorius. XIIII.

Bulla 1. quod Commiſſarij Generales Indiarum ordinis Minorum durent vſque ad aduentum nouorum commiſſariorum, 514.2
Bulla 2. pro inſtituto ſocietatis Ieſu, 515.1
Bulla 3. cõfirmatio & extenſio priuilegiorum Sancti Beroardi coogregatioois Hiſpaniæ, 518.1

Clemens VIII.

Proponũtur qoædam breuia ſummariè, & viuæ vocis oracula, & declaratiooes illuſtriſſimorũ Cardinalium, 520.1
Bulla 1. Pro cõfirmatione, & extenſione priuilegiorum facta fratribus minoribus de Obſeruantia, 522.1
Bulla 2. quod parrochi & clerici non poſſint petere maiorem eleemoſynam pro illis qui apud monaſteria Sancti Franciſci in partibus Indiarum ſepeliuntur, quam pro illis qui in parrochialibus Eccleſiis eligunt ſepulturam 523.2
Bulla 3. concedens fratribus Minoribus, & monialibus ſui ordinis licentiam liberam recitandi officium nominis Ieſu, 524.2
Bulla 4. eximens fratres Minores ab obſeruatione interdicti io feſtiuitate S. Didaci. & portiunculæ, 523.1
Bulla 5. quod io partibus Indiarum in ordine Minorum non poſſint aſſumi ad munus prouincialatus & aliorum officiorum niſi filij, aut iocorporati in illis prouincijs, ibid.
Bulla 6. inuocatio brachij ſecularis cum mandato executiuo contra fratres ſocietatis Ioannes de Dios, ne portent habitum Capuccinorum, 526.1
Bulla 7. moderatoria conſtitutionum Sixti V. quo ad nullitatem profeſſionum regularium, 527.2
Bulla 8. Concedens indulgentiam plenariam fratribus Minoribus & eorum parentibus & fratrib. & ipſos hoſpitantibus, dicendo pro eis Miſſam, 528.1
Bulla 9 quod Bulla Cruciatæ non proficiat fratribus pro caſibus reſeruatis, ibid.2
Bulla 10. declarans & limitans indulgentias ab ipſo & ſuis prædeceſſoribus, conceſſas, 529.1
Bulla 11. pro beatificatione S. Ioannis de ſancto Facũdo, ordinis Eremitarũ S. Auguſtini, & de eius officio & miſſa, 529.2
Bulla 12. pro celebratione officij ſancti præfati in oppido de Cea & in ciuitate Salmanticenſi vbi requieſcit, 530.2
Bulla 13. ne fratres S. Mariæ de mercede quempiã fratrem Minorem de Obſeruantia recipiaot, alteriuſve ſtrictioris ordinis profeſſorem, 531.1
Bulla 14. Pro habitu tertiariorum Regni Portugaliæ, 531.2
Bulla 15. Nemoniales ordinis Minorum poſſint habere fratres Minores, vt procuratores, & adminiſtratores temporalium, 532.1
Bulla 16. Ne aliquis poſſit p̃dicare in Eccleſiis monialium ordinis Minorum ſine licentia prælatorum eorundem Minorum, ibid.2
Bulla 17. Archiepiſcopus Toletanus cõſtituitur pro applicandis bonis conuentualium Diui Frãciſci monaſterijs ſanctæ Claræ, 533.1
Bulla 18. Pro ædificandis monaſterij datur forma, ibid.2
Bulla 19. Coofirmatio & extenſio priuilegiorum ordinis ſancti Hieronymi Hiſpaniarum, 534.1
Bulla 20. confirmatio priuilegiorum ordinis Præmonſtratenſis, 536.1
Bulla 21. Moderatoria Bullæ Sixti V. contra malè promotos & promouentes, 537.1
Bulla 22. Confirmans priuilegia congregationis ſãcti Benedicti, extendẽs cooceſſa vni monaſterio ad alia, & communicans priuiledia Ciſtercienſium, 539.2
Bulla 23. Confirmans priuilegia præfatæ congregationis, 540.2
Bulla 24. Canonizatio ſãcti Hyacinthi ordinis prędicatorum, 541.2
Bulla 25. Canonizatio, beati Raymundi, eiuſdem ordinis, 546.1
Bulla 26. Bulla data poſt contradictorium iudiciũ eximens Carmelitas Diſcalceatos à ſolutiono quartæ funeralis, 553.2
Bulla 27 quod Carmelitæ Diſcalceati ſint mendicantes, & quod io actibus publicis poſſint, ire in vltimo loco, ſine præiudicio ſui iuris, & quod non poſſiot compelli ire ad ipſos actus publicos, 556.1

Sic reſtitues nonnulla circa numeros Bullarum.

Primus Numerus pag. Secundus columnam denotat littera b. bullam.

VRBANVS PAPA SECVNDVS

PRO CONGREGATIONE S. IVSTINAE, ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

Bulla vnica.

SVMMARIVM.

1 *Quod monaſterium ſit liberum ab omni, tam Eccleſiaſtica, quàm ſæcularis perſonæ iugo.*
2 *Cōfirmat donationē monaſterio per principē factā.*
3 *Confirmat indulgentias, ibi prius poſitas.*
4 *Quod Abbas dicti monaſterij poſſit per terras dicti monaſterii conſtruere Eccleſias, cum cruce ſignare, aliaque Pontificalia exercere.*
5 *Sacrorum Ordinum collatio, Baſilicarū & altariū conſecratio, ac Chriſmatis cōfectio ipſi Abbati, & ſucceſſoribus ſuis duntaxat Apoſtolica poteſtate competit.*
6 *Quod monaſterium, & Eccleſia ſint libera ab omni iuriſdictione Archiepiſcopi.*
7 *Quod ordinētur monachi à quocunque Epiſcopo vocate.*
8 *Quod non ſoluant de donatis, vel legatis quartam, vel tertiam partem.*
9 *Quod liceat cuilibet ſepeliri facere in cæmeterio monaſterij & Eccleſiarum.*
10 *Quod liceat Abbati decidere cauſas inter ſuos vaſallos.*
11 *Confirmat omnes conceſſiones, & donationes locorum, & bonorum eidem monaſterio factas.*

VRBANVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Reuerēdiſſimo Fratri Petro Cœnobij Cauēſis Abbati, & ſucceſſoribus canonicè promouēdis, ſalutē & Apoſtolicam benedictionē in perpetuum. Cū vniuerſis ſanctæ Eccleſiæ Preſbyteris pro ſedis Apoſtolicæ authoritate, ac beneuolentia debitores exiſtamus, illis tamen locis ac perſonis, quæ ſpecialius, ac familiarius Romanæ adhærent Eccleſiæ, quæq; amplioris religionis gratia eminere noſcūtur propenſiori, nos inducunt charitatis ſtudio imminere. Apoſtolicæ ergo memoriæ prædeceſſoris noſtri Gregorij Septimi inſtitutis tenacius adhærentes, Cauen. Cœnobium, cui ſumma religio viget, quod ipſe ſingulariter dilexit, & ſuę inſtitutionis priuile-
1 gio communiuit. Nos quoque a huius noſtri priuilegij pagina communimus, & ab omni, tam ſæcularis, quam Eccleſiaſticę perſonę iugo liberum eſſe omnino decernimus. Idem namque Apoſtolicus Pontifex dum in Romana Sancta Eccleſia Archidiaconatus adhuc officio fungeretur, prędictum locum à Guiſulfo Salernitano tunc principe, in cuius manu fuerat, poſtulauit, cellas quoque plurimas, quas vſque ad id temporis ſpatium idem princeps in manu propria detinuerat, ab ipſo acquirens eidem ſancto loco contulit abſolutè, cum omnibus habitan. & habitaturis, tam in Silenteo monte, eiuſque pertinentijs, quam in locis Paſciano, Mitiliano, Caſtro Sancti Adiutoris, & pertinentiarum eorundem locorum cum omnibus Angarijs, perangarijs, penſionibus ſolutis, tam ratione terrarum,
quàm pro quolibet foculari ipſorum locorū, ſicut 2
nos ipſi in regiſtro ipſius Principis enucleatiùs vidimus contineri. Quam donationem nos authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus. Præterea Cluniacum locum illum famoſum diligens, inde te vt Abbatem præfato monaſterio pręponeret acciuit, quem deinceps, cum vniuerſis ſubiectis ſiue locis, ſeu perſonis ſingulariter dilexit, fouit, atque tuitus eſt. Mox Pontifex factus eorum libertatem decreti ſui pagina confirmauit. Sic præſtante Deo ab omnium viuentium iugo liberum, vſq; ad tempora noſtra permanſit. Noſtris autem diebus Alphanus Salernitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus confrater noſter ad eiuſdem loci ſubiectionem modis cœpit omnibus anhelare. Nobis, itaque diſponentibus baſilicam ipſius loci dedicare: ille ſuę Eccleſię minui iura clamitabat, cui nos ex abundanti ſatisfactione iuris obtulimus. Ille autem cum ad poſtulatum, & acceptatum actionis terminum perueniſſet, actionem aggredi refutauit. Sic nos præſentibus fratribus noſtris Reuerendiſſimis Epiſcopis Vvardo Sabinenſi, Oddoni Albanenſi, Bernardo Præneſtino, Ioanni Tuſculanenſi, Brunone Signino, Rangiero, Regitano, Gerardo Troiano, Ioāni Rapulino, & Cardinalibus Eccleſiæ noſtræ Hermano Presbytero ex titulo quatuor Coronatorum, Gregorio Presbytero tituli S. Vitalis, Benedicto Preſbytero tituli ſanctæ Suſannæ, Gregorio ex Diaconia ſanctæ Mariæ in via lata, Ioanne ex Diaconia ſanctæ Mariæ in ſchola Græca, Petro ex Diaconia in ſancto Adriano, Iacobo ex Diaconia ſancti Euſtachij, & Tentione ex Diaconia ſancti Georgij ad Vellum aureum Diaconibus, aſtante dilectiſſimo filio noſtro Duce Rugero, cum innumera clericorum, & laicorum turba præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cuius vicem licet immeriti gerimus in terris, ad honorem ſummæ, & indiuiduæ Trinitatis manibus noſtris proprijs in eodem loco, qui Mutilliani Caua vulgariter nūcupatur, baſilicā dedicauimus, die nonarum Septembris indulgētes eidem monaſterio, contemplatione cuiuſdam prærogatiuæ ſpecialis charitatis. Quam experti fuimus in eodem Cœnobio, imo potius perfectam religionis obſeruātiam, dum adhuc eſſemus in minoribus ordinibus conſtituti, vt quicunque in b ſtatu pœnitentię Domino opitulante fuerit poſitus, & ad dictum locum accedens fuerit ibi vna die ante ipſius Baſi-

a Vide in 3.10.qq.ſe-gu.q.63.in qua quaſt. de exempt. reg. agitur.

b Vide de indulgent. in 3.10.qq. reg.q.98.

3 Baſilicæ conſecrationem, & per totum diem ſequẽ
tem, necnon die Iouis Sancti, atque per totum diem
Veneris ſancti ſequentem, de omnibus peccatis, de
quibus verè contritus fuerit, & confeſſus illam in-
dulgentiam, & veniam à Domino conſequatur,
quam mereretur in eundo, & redeundo ad ſanctum
Iacobum Compoſtellanum, reliquis verò tempori
bus, & diebus ſingulis cauſa deuotionis illuc acce-
dentes quatuor annorum, & totidem Quadragena
rum indulgentiam ſuorum peccatorum obtineant
de ſedis Apoſtolicæ gratia ſpeciali. Quo verò ad
Capellam tuam ſitam in eodem monaſterio, ac eo
dem die conſecratam per venerabilem fratrem no
ſtrum prædictum Brunonum Epiſcopum Segninũ
in diebus, & feſtiuitatibus ſupradictis ſeptem an-
nos, & totidem Quarentenas de indulgentia, pro
ſuis peccatis confeſſis à Domino conſequatur; ac-
cedentes ſimiliter ad Eccleſiam conſtructam in ca
ſali eidem monaſterio adiacenti, & eminenti, dedi
catam ipſo die per iam dictum venerabilem fratrẽ
noſtrum Rangerium Epiſcopum Regitanum, in
4 diebus, & feſtis prædictis, necnon & in omnibus fe
ſtiuitatibus Virginis Glorioſæ, ad cuius vocabu-
lum conſtructa eſt Eccleſia memorata, ſeptem an-
a Hoc non eſt Abb. ſublatum in Conc. Trid. ſeſſ. 6. de re ſo. ca. 5 habes in 3. 10. qq. regu. q. 36. art. 6.
nos. & Quarentenas totidem, de indulgentia à Do
mino promereantur, concedentes, *a* & edicto per-
petuo confirmantes, vt tam tu, quam ſucceſſores
tui monaſterij habitas, & habendas libere poſſis Ec
cleſias conſtruere cum Cruce ſignare, aliqua Pon-
tificalia, & ſpiritualia exercere, ſacrorum *b* ordinũ
collatione, Baſilicarum, & altarium conſecratione,
& chriſmatis confectione, tibi, tuiſque ſucceſſori-
bus duntaxat applicata penitus poteſtate. Decer-
b Abbates modo tantũmodo ordin. Minores poſſunt cõferre ſuis ſubditis: habes in 3. 10. qq. regu. q. 38. ar. 2. 3. & 4.
5 nẽ. vt tam ipſius Cœnobij caput, quam Eccleſiæ
quas nunc habet, vel quas ex nunc in antea habe-
bit, ſiue plebanæ fuerint, vel rurales in ciuitate, &
Diœceſ. tantummodo Salernita. ſituatæ, ab omni
iuriſdictione Archiepiſcopali *c* ſint exemptæ de
plenitudine poteſtatis, & gratia ſpeciali. Ita vt nul-
lo iure ſeu foro contentioſo, tu vel tui ſucceſſores
fratres ipſius monaſterij, ſeu clerici ſeculares in præ
dicta ciuitate, & Diæceſi per Salernitanum Præſu-
lem, aut capitulum aliquatenus conſtringantur,
Quinimo Eccleſiæ, cum omnibus ſuis iuribus, &
6 pertinentijs pleno iure ipſi monaſterio ſint ſubie-
c Vide in 3. 10. qq. regu. q. 63. vbi de exemptione reg.
ctæ; ſi vero aliquos de tuis monachis, ſeu clericos
ſæculares in Eccleſijs ciuitatis prædictæ, & Diæce-
ſis commorantes ad ſacros elegeris ordines, pro-
moueri liceat, tibi tuiſque ſucceſſoribus, quemcun
que malueris Epiſcopum conuocare, *d* dummodo
7 Catholicus fuerit: ſed in alijs diœceſibus requiſito
d Vide in 3. 10. qq. regu. q. 24.
duntaxat primitus diœceſano de quibus Eccleſijs ſi-
tis in iã dicta ciuitate, & diœceſi: nihil tamen diœce
ſanus exigere *e* præſumat, imo potius, tã monachi,
e De exemptio. collect. vide in 3. 10. qq. q. 63. art. 8.
ſi clerici defuerint, quam ipſi clerici abſque quorũ
libet contradictione totum officium Sacerdotale,
quod animarum cura exigit, & requirit exerceant,
f dummodo ſint idonei talia exercere, de his autem
f Vide in 3. 10. qq. regu. q. 36. ar tic. 1.
quæ à Catholicis Chriſtianis eidem monaſterio,
tam inter viuos, quàm in vltima voluntate donata
fuerint, vel legata à quocunque, vel vbicunq; nul
li Epiſcoporum Diœceſanorum licitum ſit quartã,
8 vel tertiam partem in ipſis legatis ſeu donatis, tam
g Vide in 3. 10. qq. regu. q. 39. artic. 2. cũ alijs & in 3. 10. q. 46. arti. 1.
in ſtabilibus *g* quam in mobilibus exigere prætex-
tu conſuetudinis cuiuſcunque, & ſi proceſſu tem-
poris per quoſcunque contra tenorem huiuſmodi
noſtræ conceſſionis fuerit per aliquos attentatum,
illud ex nunc decernimus viribus vacuatum præ-
ſcriptione in hoc longi temporis non occurrente.
Si quis verò ad eundem locum, vel eius Eccleſias,
h Vide in 3. 10. qq. regu. q. 58. ar. 3.
ibi *h* ſepulturam elegerit, licitum ſit tibi, tuiſq; ſuc-
ceſſoribus, & fratribus in Eccleſijs ipſius Cœnobij
commorantibus ipſum in ſuo cæmeterio ſepelire,

abſque cuiuſlibet contradictione, dummodo *i*
i Qui in ſacris non poteſt in loco ſacro ſepeli vt habes in 3. 9. qq. regu. q. 61. ar. 1.
Chriſtianus & Catholicus habeatur: ſtatuimus inſu
per perpetuo valiturum, vt quoties inter vaſallos
k eiuſdem monaſterij fuerit quæſtio, quæ ipſum
quamuis contingat Cœnobium liceat tibi, tuiſque
ſucceſſoribus, & partibus ipſius querelas huiuſmo
di decidere, iuſtitia mediante, iure communi ſuper
hoc edito in aliquo non obſtante. Inſuper memora
tus excellentiſſimus Dux viſa huiuſmodi dedica- 9
k Vide in 3. 10. qq. regu. q. 63. ar. 8. & 9.
tionis ſolemnitate compunctus, vt credimus diui-
no ſpiritu nobis, & noſtro Apoſtolatui attentius ſup-
plicauit, vt donationem, & confirmationem, quam
ipſe eidẽ monaſterio facere ob reuerentiã Sanctæ,
& indiuiduæ Trinitatis & ſuorum peccatorum re-
mediũ intendebat, & dignaremur authoritate Apo
ſtolica confirmare, noſtròque mandaremus inſeri
priuilegio diligenter. Nos igitur ſuis in hac parte
precibus iuſtiſſimis inclinati in fauorẽ ipſius loci, 10
quem ſpeciali proſequimur dilectione pariter, &
deuotione, conceſſiones & deuotiones ipſis in no-
ſtro præſenti priuilegio inſeri fecimus ad cautelã,
conceſſit ſiquidem prædictus Dux eidem monaſte
rio in perpetuum, vt patres dicti monaſterij abſque
qualibet contrarietate hæredum, & ſucceſſorum
ſuorum poſſint exigere & recipere integram deci
mam partem piſcium, qui capti fuerint in Mari A-
uallone, qui de Gallocauta dicitur, vſque ad fluuiũ
de Cetera, qui eſt de territorio ipſius monaſterij,
per quinque millia paſſuum intra mare. Prædictũ
verò monaſterium mercimonia ſua abſque omni
datione, ſolutione, ſeu exitura libera libere vẽdat,
nedum in ſuis littoribus, vel portubus, imò per to-
tum ſuum ducatum, tam ipſum Cœnobium, quam
ementes eius mercimonia liberos conſtituit perpe
tuo, in qualibet præſtatione, indulſit etiam vt om-
nes homines, quos dictum Cœnobium habet, & ha 11
bebit in prædictis locis Menilliano, Paſciano Villu
la adiacenti Caſtro S. Adiutoris, in Silenti monte,
& pertinentijs eorundem locorum, tam clerici,
quam laici ſemper ſint liberi ab omni exactione pe
cuniæ rerum quarumlibet aliarum, quas pro aliqua
opportunitate, vel cauſa ipſe hic, hæredes, vel ſuc-
ceſſores aliquando duxerint à ſuis hominibus fa-
ciendas, & vt de ipſis hominibus liberam curiã, &
forum facturas omnes, ſine vllo ſuo baiulo, vel mi
niſtro habeatis, & in curia ipſius monaſterij per e-
ius ſummos veniant ad iuſtitiam faciendam, & à iu
dicibus, quos eis ſtatueris debeant rationabiliter iu
dicari, quos & Notarios publicos ſtatuendi liberã
vobis tribuit facultatem, tam in cauſis ciuilibus,
quam criminalibus omnibus, præterquam nonnul
lis cauſis de quibus condemnati legitime debeant
mori. De alijs autem criminibus omnibus, de qui-
bus pœnam aliam abſq; morte ſubire debeant quic
quid volueritis faciatis. Sin autem & de duellis ſu-
premis veſtris hominibus fuerint opportune ad ve
ſtram curiam appelletur; quoniam quicquid in præ
dictis hominibus locorum ipſorum & in tenimẽto,
in quo morãtur, poſſet ipſe Dux, & eius ſucceſſores
erigere, ſtatuere, & ordinare ſtatuendi, & erigẽdi
vobis perpetuo tribuit poteſtatem; conceſſit etiam
vobis in perpetuum, vt in quacunque parte ſui du
catus tu, vel ſucceſſores tui perſonaliter fueritis, &
vnus, vel plures homines, ibi fuerint ad mortem,
vel ad quodlibet ſupplicium iudicati, poſſitis eos
ſicut volueritis liberare, & vbicumq; per ſuum du
catum tranſitum feceritis obuioſque habueritis in
veſtro tranſitu condemnatos, qui ad ſuſpendium,
vel decollationis ſupplicium deportentur valeatis,
eos ſi vobis placuerit facere liberari. Si verò omnes
vaſalli ipſius monaſterij vendunt, offerunt, donãt,
& modis alijs alienant, terras, quas ab eodem mo-
naſterio tenent, aſſerantque eorum conſuetudines

eſſe, vt id poſſint facere ſancinit, & firmiter inhibuit prædictus Dux; vt omnes terras, quas ipſi homines ab eodem Cœnobio tenent, & quæ alienantur abſque ipſius requiſitione, dummodu euidẽter appareat, quòd ipſius monaſterij ſint, liceat vobis eas capere, & ad dominium eiuſdem Cœnobij reuocare conſuetudine aliqua non obſtante, niſi forſan, qui terras ipſas habuerint præſcriptionibus, quæ iā dictus Dux, vt ſi quis ex ſuis comitibus, baronibus, militibus, alijſque Catholicis hominibus totius ſui Ducatus de eo, quod ab ipſo in feudom tenent, voluerint in partem, vel in totum in dicto monaſterio offerre, & alienare: poteſtatem illud habeat faciendi qualiter voluerit, dictumque monaſterium bona ipſa ad ipſum taliter deuoluta, ſine omni ſua hæredumque, & ſucceſſorum ſuorum licentia percipere valeat in ſuo dominio retinere, & à quolibet ſeruitio, vel pręparatione feudũ ipſum, vel pars ipſius deinceps ſit immune. Si verò aliquis tam de vaſallis ipſius monaſterij, quàm de alijs tenens de bonis ſuis ſtabilibus, vel mobilibus, ſine hęrede legitimo vel naturali deceſſerit, vel foris factum fecerit, per quod ipſa ad manus Reipublicæ de iure poſſent applicari, licitum ſit vobis per vos eadem bona ad veſtrum dominium reuocare omni ſua hæredum, ſucceſſorum ſuorum officialium contradictione remota nulla ſuper bonis ipſis poteſtate ſibi, vel reipublicæ reſeruata, tenentes nihilominus bona ipſius monaſterij, conceſſit vos poſſe ad veſtram curiam vocare ad docendum qualiter bona ipſa tenent & niſi rationaliter docuerint bona eadem, ad ſe ſpectare, vel ſe præſcriptione legitima videlicet centenaria oſtenderint ſe munitos bona ipſa valeatis taliter occupata ad dominium eiuſdem monaſterij authoritate huius indulgentię reuocare, iure communi ſuper hunc articulum penitus reuocato. Conceſſit inſuper vobis in perpetuum, vt ſi tua ſucceſſorum & partium ipſius monaſterij manifeſta culpa non interuenerit contra eũdem Ducem hæredes & ſucceſſores ſuos, & prædictæ ſuæ congregationis futuris temporibus propter quamlibet cauſam aliam fuerint, vel in totum, vel in partem obliuioni tradita, vel omiſſæ, & præſcriptio ipſa per ſuum Sacramentum tunc nobis præſentibus præſtitum, & per ſuam hanc ſanctionem conſtituit, vt prorſus irrita reputetur, & quocunque tempore ipſum hæredem, & ſucceſſores ſuos ſuper hoc duxeritis poſtulandos dedit, & reliquireis omnibus, ſub diuinæ noſtræque benedictionis obtentu firmiter in mandatis, vt ipſas omnes conceſſiones, & exemptiones per eorum vobis priuilegia debeant confirmare, ſine omni precio & tœdio tarditatis, & nullus ipſorum eas præſumat infringere, vel mutare, ſed ipſas illæſas ſeruare debeant, & tenere donec vos in ſua hæredum, & ſucceſſorum ſuorum fide ſincera fueritis permanẽtes. Quas conceſſiones, confirmationes, exemptiones, & indulgentias collatas eidẽ monaſterio per ipſum dilectiſſimum filium Ducem Rugeriũ ratificamus, approbamus, & ex certa ſcientia confirmamus authoritate Apoſtolica, & plenitudine poteſtatis decernentes, & edicto perpetuo roborantes, vt quicũque dictum monaſterium in ſuis iuribus, poſſeſſionibus, & libertatibus læſerit, aut etiam perturbauerit, a liceat tibi ſucceſſoribus tuis, & partibus ipſius monaſterij cuiuſcunque præeminentiæ, ſiue ſtatus fuerint, ipſos authoritate præſentis noſtri priuilegij canonica monitione præmiſſa excommunicare, & excommunicatos fore denunciare, à quo abſolui non poſſint, niſi digne ſatisfecerint priuilegio eis collato, vel conceſſo, quod excommunicari, vel interdici non poſſint aliquatenus non obſtante, niſi de indulto huiuſmodi plenam, & expreſſam fecerint mentionem. Si quis autem contra hanc noſtri decreti authoritate i venire tentauerit (ſalua ſedis Apoſtolicæ, & legatorum eius reuerentia & dignitate) ſciat ſe Beati Petri Apoſtoli gratiã amiſſurum, & indignatione Apoſtolica feriendum. Obedientes verò, & huiuſmodi priuilegio ſcripta ſeruantes dignam à Deo retributionem accipiant, & benedictionem Apoſtolicam conſequantur: Egó Ioannes Aſcolanus Epiſcopus: Ego Bruno Signinus Epiſcopus SS. Ego Ioannes Ripolan Epiſcopus SS. Ego Rangerius Regmat Epiſcopus: Ego Hermanus Presbyter Cardinalis: Ego Gerardus Troianus Epiſcopus: Ego Gregorius Presbyter Cardinalis: Ego Benedictus presbyter Cardinalis SS. Ego Vrbanus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus: Ego Vbaldus Sabieñ. Epiſcopus: Ego Berardus Præneſtineñ. Epiſcopus: Ego Oddo Albeñ. Epiſcopus. Datum Salerni per manus Ioannis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, decimo octauo Kalendas Octobris, decimaquinta indictione. Anno Dominicæ Incarnationis MXCII. Pontificatus Domini Vrbani Papæ II. Anno V.

a *Vide contra occupãtes bona regularia in s.10.qq.regu.q.38.artic.7.& in 16.2.q.10.art.2.*

ALEXANDER PAPA TERTIVS.

Pro confirmatione ordinis Sancti Iacobi de la Spatha.

Bulla vnica.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex ordinem fratres, & bona Eccleſia Romanæ immediatè ſubijcit.*
2 *Coditor ordini omnia, quæ ipſe habet, & poteſt habere à Mauris, vel donatione principis acquirẽda.*
3 *Approbat religionem cum voto obedientia, paupertatis, & caſtitatis coniugalis.*
4 *Decedentibus fratre, aut vxore non poſſunt ſecundo contrahere, ſine licentia Magiſtri.*
5 *Nullus, vel nulla poſt profeſſionem poteſt ad aliam religionem tranſire ſine licentia magiſtri.*
6 *Locus vbi fiat capitulum aſſignatur, in quo ſint clerici ordinis.*
7 *Prior loci præfati mortuo magiſtro, curam habet ordinis donec alius eligatur.*
8 *Prior & terdecim poſſunt corrigere magiſtrum, & litem inter ipſum, & ordinem ortam.*
9 *Deficiente aliquo ex tredecim magiſter alium, cum conſilio aliorum ſubrogabit.*
10 *Terdecim tenentur ad capitulum occurrere ſingulis annis.*
11 *Fratres debent bellare Zelo Dei.*
12 *In capitulo debent eligi viſitatores.*
13 *Clerici ordinis ſint in obedientia magiſtri & inſtruant ipſos & eorum filios.*
14 *Clerici ordinis viuãt religioſe in clauſtris & ſuper pellicijs induantur.*
15 *Clericis ordinis decima & neceſſaria dentur.*
16 *Cõmendator cuiuſlibet loci neceſſaria adminiſtret.*
17 *Cura hoſpitum commendatur.*
18 *Prælatis Eccleſia reuerentia, & fidelibus charitas commendatur.*
19 *Epiſcopi non perdunt totum ſuum ius in locis ordini acquiſitis.*
20 *Epiſcopi non habent ius eccleſijs conſtructis in locis deſertis, aut Sarracenorum ab ipſis fratribus.*
21 *Fratres tempore interdicti poſſunt in ſuis Eccleſijs celebrare.*
22 *Nullus fratrum, nec famuli eorum poſſunt excommunicari, aut interdici.*

Digitized by Google

23 Chriſma & alia ad cultum diuinum à Catholicis Epiſcopis poſſunt peti.
24 Licet in locis ſuis oratoria conſtruere ad diuina, & ſepulturam,
25 In locis ſuis poſſunt interdictũ generale ſuſpendere.
26 Excommunicatione feriuntur imponentes manus violentas in fratres.
27 In bona fratrũ & ordinis nemo põt manus inijcere.
28 Grauamen imponitur ordini ſedi Apoſtolicæ perſoluendum.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei.
Dilectis filijs Petro Ferdinãdo magiſtro
militiæ S. Iacobi, eiuſque fratribus, cleri-
cis, & laicis tam præſentibus, quã futuris
commonem vitam profeſſis in perpetuã rei memo
riam. Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in
omnibus operibus ſuis, qui Eccleſiã ſuã noua ſem-
Pſal. 144. per prole fœcundat. Et ſicut pro patribus filios in
ea facit exurgere, ſic à generatione in generationẽ
notitiam nominis ſui, & lucem fidei Chriſtianæ dif
fundit, vt ſicut ante ortum ſolis ſtellæ, ſeſe ad occa
ſum in firmamento ſequuntur; ita in Eccleſiaſticis
gradibus generationes iuſtorum (antequam veniat
dies Domini magnus & horribilis, & tenebras no-
ſtras veri ſolis ſplendor illuminet) per tẽpora, ſibi
ſuccedant, & ſicut multi ſæpe per caudã Draconis
deijciuntur in terram, ita per adoptionem ſpiritus
Ioel. c. 2. quotidiana fiat reparatio perditorum, & de pro-
fundo inferni ad quærenda multi cæleſtia erigan-
tur; & ita corpora teneantur in terra, vt tanquam
ciues ſanctorum, & domeſtici Dei cogitatione, ac
Epheſ. c. 2. deſiderio conuerſentur in cælis. Hoc ſanè tempori-
bus noſtris in partibus Hiſpaniarum de diuino fa-
ctum munere gratulamur, vbi nobiles quidam viri
peccatorum vinculis irretiti, & miſeratione illis,
qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt
Rom. 5. ſuperna gratia ſunt afflati, & tacti ſuper multis trãſ
greſſionibus ſuis dolore cordis intrinſecus, & præ-
teritorum agentes pœnitentiam peccatorum, non
ſolũ poſſeſſiones terrenas, ſed & corpora ſua dare
in extrema quæque pericula pro Domino decreue
Ioan. c. 6. runt. Et ad exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti,
qui ait, non veni facere voluntatem meam, ſed e-
ius, qui miſit me patris, in habitu & conuerſatione
Religionis ſub vnius magiſtri ſtatuerunt obedien-
tia commorari, Eo vtique moderamine propoſitũ
ſuum & ordinem temperantes, vt quia vniuerſa tur
ba fidelium in coniugatos, & continentes diſtingui
tur, & Dominus Ieſus Chriſtus non ſolum pro vi-
ris, ſed & pro fœminis quoque, de fœmina naſci vo
luit, & cum hominibus conuerſari, habeantur in ip
ſo ordine, qui cœlibem, ſi voluerint, ducant vitam,
1. Ad Co. 7. & conſilium Beati Pauli ſequantur, qui dicit; de vir
ginibus autem præceptum Domini non habeo, cõ-
ſilium autem do, Sint etiam qui iuxta inſtitutionẽ
Dominicam ad procreandam ſobolem, & inconti-
nentiæ præcipitium euitandum coniugibus ſuis v-
tantur, & vna cum eis ad incolatum ſupernę patrię
de conualle lacrymarum & terrena tranſire, pere-
grinatione nitantur, & lacrymis diluant, & operi-
bus pietatis reatus, quibus ſupra fundamentum ſuũ
(quod Chriſtus eſt) pro cura carnis & affectibus li-
1. Cor. 3. berorum ligna, fœnum, ſtipulam ædificare contin-
git, cum alij expeditiores & continentes ædificent
aurum, argentum, & lapides precioſos. Et iſti tamẽ
& illi militent vni regi, & ſuper vnum fundamen-
tum, cæleſtem vnam ædificent manſionem promiſ
Pſal. 138. ſione Pſalmiſtæ in Domino roborati, qui minora
quoque membra Eccleſiæ confortat, & dicit: im-
perfectum meũ viderunt oculi mei, & in libro tuo
omnes ſcribentur. In horum autem fideliũ Chriſti
collegio tu dilecte in Domino fili Petre Ferdinan-
de per voluntatem Dei magiſterium, ſuper alios &
prouidẽtiam ſuſcepiſti, qui cum quibuſdam fratrũ
tuorum ad præſentiam noſtram accedens, cum hu
militate qua decuit à Sede Apoſtolica requiſiſti, vt
vos, tanquam peculiares filios in defenſionem no-
ſtram, & locum in quo caput ordinis factum fuerit
in ius & proprietatem ſacroſanctæ Romanæ Eccle
ſiæ recipere deberemus, Vnde nos deuotionem ve 5
ſtram & bonum in Domino deſiderium attenden-
tes de communi fratrum noſtrorum conſilio in ſpe
ciales & proprios ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ
filios vos recipimus & ordinem veſtrum authorita
te Apoſtolica confirmantes præſentis ſcripti priui-
legio communimus, ſtatuentes, vt quaſcunq; poſſeſ
ſiones, quæq; bona in præſentiarum iuſte, & legiti-
me poſſidetis, aut in poſterum conceſſione Pontifi-
cum, largitione Regum, vel principum, oblatione
fidelium, ſeu alijs iuſtis modis patrãte Domino po-
teritis adipiſci firma vobis & veſtris ſucceſſorib.,
& illibata permaneant, in quibus hæc proprijs du-
ximus exprimenda vocabulis, Lodium & monaſte-
rium, cum cauto, & pertinentijs ſuis, Burgũ de pon
te Nunij contra Lodium cum ſuis pertinentijs, Cre
ſcente cum cauto & ſuis pertinentijs, Quintanilla
de Pedro Fernandez cum cauto & ſuis pertinẽtijs:
Barria, cum cauto & ſuis pertinentijs, Lentamo cũ
ſuis pertinentijs, Sanctum Saluatorem del Eſtriana,
cum cauto & ſuis pertinentijs, Moncont, cum cau
to & ſuis pertinentijs, Penagoſen, cum ſuis pertinẽ
tijs, Sancta Maria de Pinel, cum ſuis pertinentijs, 2
Veles, cum ſuis pertinentijs, Alfarella, cum ſuis per
tinentijs, Orella, cum ſuis pertinentijs, Mora cũ ſuis
pertinentijs, Moraueja cum ſuis pertinentijs, Deci
mæ de Valera, & Portadgo cum ſuis pertinentijs,
Eſtremera cum ſuis pertinentijs, Alzazat cum ſuis
pertinentijs, Almodoua cum ſuis pertinentijs, La-
runda cum ſuis pertinentijs, Lazatza cum ſuis per
tinentijs. Sancimus prætereà ne occaſione antiquæ
detentionis, ſiue ſcripturæ quiſquam vobis poſſit
auferre, quæ vltra memoriam hominum, ſub Sarra
cenorum detenta ſunt poteſtate, & de munificen-
tia Principum, ſeu veſtro ſtudio & labore, aut iam
obtenta ſunt, aut in futurum, auxiliante Domino,
poteritis obtinere. Cum enim vnica ſit vobis inten
tio, & ſingularis cura ſemper emineat pro defenſio
ne Chriſtiani nominis decertare, nec ſolum res, ſed
perſonas ipſas pro tuitione fratrũ incunctanter ex-
ponere, plurimum poſſet hoc piũ opus & laudabi-
le ſtudium impediri ſi labores, & ſtipendia veſtra,
quæ in communi proficiunt, præripiantur ab alijs,
& otioſi, ac deſides, atque in laboribus ſuis nõ quæ
Ieſu Chriſti, ſed quæ ſua ſunt requirentes, emolu- *Philip. c. 2.*
menta illa perciperent, quæ pro tãtis laboribus no
bis, & pauperum Chriſti vſibus ſunt prouiſa dicẽte
Apoſtolo, qui non laborat non manducet, Inter ea
ſanè, quæ profeſſionis veſtræ in ordine ſtatutum eſt *2. Theſſ. 3.*
obſeruari, primũ eſt, vt ſub vnius Magiſtri obedien 3
tia in omni humilitate atq; concordia, ſine proprio
viuere debeatis, illorum fidelium exemplum habẽ
tes, qui ad fidem Chriſtianam Apoſtolorum prædi
catione conuerſi vendebant omnia, & ponebant
precium ad pedes illorum, diuidebaturq; ſingulis,
prout cuiq; opus erat, neq; aliquis illorũ qui poſſe
derat ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia com-
munia. Ad ſuſcipiendam quoq; prolem, quæ in ti-
more Domini nutriretur, & infirmitatis humanæ
remedium iuxta inſtitutionem Domini, & indulgẽ
tiam Apoſtoli, qui ait: Bonum eſt homini mulierem
non tangere: propter fornicationem autem vnuſ- *Ad Cor. 7.*
quiſq; vxorem ſuã habeat, & ſimiliter mulier virũ
ſuum: qui cõtinere nequiuerit coniugiũ ſortiatur,
& ſeruet inuiolatam fidem vxori, & vxor viro ne 4
thori coniugalis cõtinentia violetur. Si autem viri
præmortui fuerint & relictę vxores, quæ ordinem
ſu-

Digitized by Google

ſuſceperūt,nubere voluerint,denūcietur hoc ma
giſtro,ſiue cōmendatori , vt cum illius licētia cui
mulier ipſa vult nubat ſecundū verbū Apoſtoli
dicentis,mortuo viro ſoluta eſſe intelligitur mu
lier à lege viri, cui vult nubat, tantū in Domino.
Ad Cor.7. Quod etiá de viris intelligitur obſeruandū , vna
5 etenim vtriq; lege tenentur. Statuimus quoq; vt
Ad Ro.2. nullus fratrum,ſiue ſororum poſt ſuſceptionē or
dinis veſtri, & promiſſam obedientiam, vel redi
re ad ſæculum,vel ad aliū ordinem,ſine magiſtri
licentia audeat ſe transferre.cū ſint in ordine ve-
ſtro loca ſtatuta,vbi quiſq; diſtrictius valeat cō-
uerſari , diſcedentē verò nullus audeat retinere,
ſed ad ordinē ſuum per cenſurā eccleſiaſticā,qui
6 diſceſſerit redire cogatur . Vt autē in ordine ve-
ſtro,cum maiori omnia deliberatione tractētur
ſtatutū eſt inter vos,vt locus aliquis ordinetur,in
quo per ſingulos annos in ſolēnitate oīum ſancto
rum generale capitulum teneatur,& ſit ibi cleri-
corū conuentus,& prior,qui illorum & aliorum
clericorum,qui de ordine veſtro fuerint, curam
poſſit habere,ac fratrum,cū neceſſe fuerit proui
dear animab. Sint autem, & terdecim in ordine
fratres,qui magiſtro,cum opus fuerit , in cōſilio,
& diſpoſitione domus aſſiſtant,& eligendi magi-
7 ſtri curam habeant cōpetētem.Prior ſiquidē cle-
ricorum cū magiſter migrauerit de hac luce, de
domo & ordine ſolicitudinē gerat, cui ſicut ma-
giſtro ordinis obedientes exiſtant donec per pro
8 uidentiá terdecim prædictorū fratrum magiſtri
electio celebretur. Is(cū tranſitus magiſtri fuerit
auditus & cognitus)terdecim illos fratres,ſine di
latione aliqua cōuocabit , & ſi quiſquá eorum in
firmitate , vel alia ex cauſa infra quinquaginta
dies adeſſe nequiuerit,cū aliorū conſilio,qui præ
ſentes fuerint,aliū abſentis loco cōſtituet , vt ma-
giſtri electio ex aliquorum abſentia minime dif
feratur.Illi verò terdecim fratres(ſi magiſter,qui
pro tempore fuerit pernicioſus,aut inutilis appa
ruerit)cum conſilio Prioris clericorum,& ſanio
ris partis capituli maioribus domus corrigendi,
aut etiam amouendi eum,habeant poteſtatē . Et
ſi inter eum & capitulum emerſerint quęſtiones,
debitum eis finē imponant,ne per aliena iudicia,
vel dilabatur ordo,vel temporalis ſubſtantia diſ
ſipetur. In nullá autem ex hoc fratres illi ſuper-
biam eleuentur,ſed magiſtro ſuo deuoti, & obe-
9 dientes exiſtant . Et ſi quis eorum ex hac vita trá
ſierit,vel pro culpa, ſeu alia quacunq; fuerit oc-
caſione mutandus,magiſtri cum conſilio reliquo
rū maioris partis alium loco eius ſubſtituat.In ca
pitulo autem,quod diximus annis ſingulis cele-
10 brandum terdecim iſti fratres & Commenda-
tores domorum , niſi euidens & magna eos ne-
ceſſitas detinuerit ad ſtatutum locum inconſtan-
ter occurrant,& cōmuniter tractent, quæ ad pro
fectū ordinis animarumque ſalutem, & ſuſtenta-
tionem corporum fuerint ſtatuenda , vbi præci-
11 puè ad defenſionē Chriſtianorum intendere mo
neātur,& diſtricte præcipiatur,vt in Sarracenos,
non mūdanæ laudis amore,non deſiderio ſangui
nis effundendi,non terrenarum rerū cupiditate,
bellum tractent, ſed id tantum in pugna ſua intē
dant,vt vel Chriſtiani ab eorum tueātur incurſu,
vel ipſos ad culturá poſſint Chriſtianæ fidei pro
uocare.Eligātur & tūc viſitatores idonei,qui do
mos fratrum per anni circulū fideliter viſitēt , &
quæ ibi digna correctione īuenerint, aut ipſi cor
rigant,id aut generale capitulum ipſi deferāt cor
rigēda. Clerici præterea veſtri ordinis per villas,
& oppida ſimul maneant,& Priori,qui ſuper eos
fuerit ordinatus obediētes exiſtāt , & filios fratrū
13 qui eis à magiſtro fuerint commiſſi,inſtituāt ſciē
tia literarum , & fratribus , tam in vita quam in
morte ſpiritualia ſubminiſtrent . Induentur autē
ſuperpellicijs,& conuentum,& clauſtrū ſub Prio
re ſuo tenebunt, & humiliter faciēt, quod ab ip- 14
ſo illis,ſecundum Deum fuerit impetratum , vbi
fratres quoque, de quibus magiſtro viſum fuerit
conuerſentur.& nō ſint otioſi,ſed vacent oratio-
ni,& alijs operibus pietatis.Clericis verò de labo 15
ribus,& alijs bonis à Deo præſtitis decimę reddā
tur à fratribus,vnde libros & congrua faciāt Ec-
cleſiarum ornamenta,& in neceſſitatibus corpo
rum conuenienter ſibi prouideāt, & ſi aliquid ſu
perfuerit ſecundum prouidētiā Magiſtri , in vſus
pauperū erogetur. Vt autem concordia charitaſ-
que inter vos ſeruetur,& à peccato detractionis 16
& murmurationis cuncti debeant abſtinere , qui 17
cōmendator in quolibet loco fuerit conſtitutus,
pro facultate domus in ſanitate,& ęgritudine qđ
cùmq; opus fuerit,cū ea ſolicitudine,ac beneuo-
lentia ſubminiſtret,vt neq; in ſubſtantia, parcita-
tē,neq; in verbo amaritudinem gerere videatur.
Sit vobis præcipua cura hoſpitū,& indigentiū, &
neceſſaria illis pro facultate domus liberaliter cō 18
ferantur . exhibeatur Prælatis Eccleſiarū honor
& reuerētia,ſubminiſtretur Chriſti fidelibus Ca- 19
nonicis,monachis,Templarijs,Hoſpitalarijs,alij
que in ſanctæ religionis obſeruantia poſitis cōſi-
liū & auxilium.quorūlibet,etiam indigentia,ſi fa
cultas fuerit,ſubleuetur,vt Deus in veſtris glori-
ficetur operibus,& alij,qui viderint humilitatis,
& charitatis veſtræ prouocentur odore . Ad hæc 20
adijciendū decernimus , cum ſit locus aliquis in
quo Epiſcopus eſſe debeat,ſi,in veſtrá venerit po
teſtatē,ſit ibi Epiſcopus,qui cū Eccleſijs , & clero
ſuo deſignatos ſibi redditus,& poſſeſſiones & ſpi
ritualia iura percipiant,reliqua verò cedant in v-
ſus veſtros,& in veſtra diſpoſitione, ſine cuiuſdā
contradictione,perſiſtant. Profecto in parochiali 21
bus Eccleſijs , quas habetis nolumus Epiſcopos
ſuo iure fraudari . Si autē in locis deſertis , aut in
ipſis terris Sarracenorum de nouo Eccleſias con
ſtruxeritis,Eccleſiæ illæ plena gaudeāt libertate,
nec aliqua per Epiſcopos decimarū, aut alterius
rei exactione grauentur.Liceatq; vobis per cleri
cos veſtros idoneos eaſdē Eccleſias , cū ſuis plebi 22
bus gubernare,neq; interdicto p Epiſcopos, vel
excōmunicationi ſubdantur:ſed fas ſit vobis tam
in maiori Eccleſia quæ caput fuerit ordinis , quá
in illis excōmunicatis & interdictis excluſis,Diui 23
na ſemper officia celebrare.Pręterea ne humanis
vexationibus,& calūnijs à defenſione Chriſtiano
rū retrahi valeatis,Apoſtolica authoritate decer
nimus. ne perſonas veſtras præter legatum Apo
ſtolicæ ſedis à latere Romani Pontificis deſtinatū
interdicere quiſquá & excōmunicare præſumat.
Quod ēt de familijs & ſeruientibus veſtris ſtatui-
mus,qui ſtipendia veſtra percipiunt, donec iuſti-
tiá parati ſint exhibere, niſi forte talis fuerit cul-
pa,ex qua ipſo facto Eccleſiaſticá cēſuram incur- 24
rant. Chriſma verò,& oleum ſanctū,conſecratio
nes altarium,ſeu Baſilicarū,ordinationes clerico
rū veſtrorum,qui ad ſacros ordines fuerint pro-
mouendi,à diœceſano ſuſcipiētis Epiſcopo, ſiqui
dem Catholicus fuerit,& gratiam atq; cōionem
Apoſtolicæ ſedis habuerit,& ea gratis & abſque
vlla prauitate vobis debeat exhibere, alioquin li
ceat vobis quē malueritis Antiſtitē adire , qui no
ſtra fultus authoritate, qđ poſtulatur indulgeat.
Liceat præterea vobis ī locis veſtris,vbi quatuor 25
fratres,vel plures fuerint oratoria conſtruere, in
quib. fratres & familiæ veſtræ tātum & diuinū au
dire officiū, & Chriſtianam poſſint habere ſepul
turam. Ita.n.volumus neceſſitati veſtræ cōſulere

26 vt non debeant ex hoc adiacẽtes Eccleſiæ iniuriã ſuſtinere. Cum autem generale interdictũ terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excõmunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce Diuina officia celebrare. Nihilo minus præſenti decreto ſancimus, vt ſi quis in aliquem veſtrum fratrum videlicet, vel ſororũ violentas manus iniecerit excõmunicationis ſententię
27 ſit adſtrictus. Et illud idẽ pro tutela veſtra, tam in ſententia, quã in pœna ſeruetur, quod ſub fęlicis memoriæ Papa Innocentio prædeceſſore noſtro de tuitione clericorum generali Concilio noſci tur inſtitutũ. Decernimus ergo, vt nulli hominũ liceat iura, vel poſſeſſiones veſtras temere perturbare, aut bona veſtra auferre, vel ablata retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſeruentur eorũ, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura, ſalua ſę
28 dis Apoſtolicæ authoritate. Ad indicium autem huius à ſede Apoſtolica perceptæ libertatis decẽ Malachinos nobis noſtriſq; ſucceſſoribus annis ſingulis perſolueris. Si qua igitur ſæcularis Ecclesiaſticavè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginã ſciens contrauenire tentauerit, ſecundo tertiòvè, niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione reuocauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe Diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei, & domini noſtri Redemptoris Ieſu Chriſti aliena ſit, atq; in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cũ ctis autẽ vobis veſtra iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & ij fructũ bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictũ iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Vias tuas Domine demonſtra mihi. Sanctus Petrus. Sãctus Paulus. Ego Alexãder Catholicę Eccleſię Epiſcopus, ego Gualterus Galuã Epiſcopus, Ego Ioãnes Presbyter Cardinalis, Sanctorũ Ioannis & Paulj tituli Pãmachij, Ego Ioãnes Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, Ego Albertus Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Lucina, Ego Baſſo Presbyter Card. Sanctæ Pudentianæ tituli Paſtoris: Ego Mãfredus Presbyter Cardinalis tituli S. Ceciliæ, Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli sãctæ Sabinę, Ego Iacinthus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin, Ego Corditio Diaconus Cardinalis sãcti Theodori, Ego Cynthius Diaconus Cardinalis ſancti Adriani, Ego Vitellus diaconus Cardinalis ſanctorum Sergij, & Bachi, Ego Laborãs Diaconus Cardinalis ſãctæ Mariæ in Porticu, Ego Rainerius Diaconus Cardinalis ſancti Gregorij ad velum aureũ: Ego Viuianus Diaconus Cardinalis ſancti Nicolai in Carcere Iuliano. Datis Ferentin. per manũ Gratiani ſanctæ Romanę Eccleſię Subdiaconi & Notarij, tertio nonas Iulij indictione octaua, Incarnationis Dominicæ anno MCLXXV. Pontificatus verò Domini Alexandri Papę III. anno ſexto decimo.

INNOCENTIVS PAPA TERTIVS.

SVMMARIVM.

Innocentius approbat viua vocis oraculo ordinem fratrum Minorum.

INnocentius Papa huius nominis III. & à Beato Petro CLXXXIII. anno à creatione mundi, VMCLXI. ſecundum minorẽ cõputationẽ, ſecundũ verò maiorẽ VICCCCVI. & anno Incarnationis MCXCVIII (vt ait Vincẽtius Hiſtorialis, ad thronum Apoſtolicum aſſumptus eſt, ſeditq; annis XVIII. menſibus IIII. diebus XXIV. ſub quo anno Domini MCCVI. Põtificatus eiuſdem, anno nono ille Patriarcha pauperum Glorioſus, & Seraphicus Pater noſter Frãciſcus regulam ſuæ ſacrę religionis ordinauit Spiritu Sancto dictante, & ipſius approbationem à dicto Pontifice obtinuit fortè oraculo viuæ vocis, cum ſuper hoc Apoſtolicũ reſcriptum minimè inueniatur, niſi quod Honorius huius approbationis meminit, & chronicæ ordinis, & hiſtoria eiuſdem Sancti, ac Vincentius Hiſtorialis, hoc aſſerunt. Dedit itaq; dictus Pontifex prædicãdi licentiam prædicto S. Franciſco, & ſocijs eius, datis eiſdẽ clericalibus paruis tonſuris mittẽs illos, cum benedictione, & pace ad verbi Dei ſemen in omnem terram ſpargendum, pollicẽs in ſucceſſu tẽporum plura illis concedere. Hac igitur regulę approbatione Glorioſus pater, cũ ſocijs ſuis cõtẽtus per vniuerſum mundũ, prout poterant verbũ Dei ſeminantes pœnitentiã prædicabant. Ita q́ regula noſtra Fratrum Minorum aliquot annis, cũ hac tãtũ approbatione verbotenus facta remãſit.

HONORIVS PAPA TERTIVS.

Pro ordine Minorum.

HOnorius Tertius ſepulto Domino Innocentio Tertio, ad ſummum Põtificatũ, anno Domini MCCVIII. aſſũptus eſt, qui in Dei Eccleſiæ gubernationem, annis X. menſibus VII. floruit, & ordini noſtro aliqua conceſſit.

Oraculum viuæ vocis.

SVMMARIVM.

Approbat & cõmẽdat ordinẽ patris noſtri Frãciſci.

ANno igitur Tertio Pontificatus iſtius Dñi Honorij, cum regula fratrum Minorũ non eſſet adhuc indulto Apoſtolico & bulla cõmunita, nec modus viuendi fratrum Minorũ mundo agnitus, ab aliquibus cenſebãtur inſani, à nõnullis etiam nouitatũ inductores, & adhuc non Catholici: propter q́ multa patiebantur in primitiua eorũ religione opprobria. Quo accepto à dicto Honorio Tertio, deuotione maxima, qua ad ipsũ ordinem, atq; ad eius inſtitutionem afficiebatur motus miſit literas omnibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cęteriſque alijs prælatis, eis mãdans, vt in diœceſibus ſuis fratres tanquam Catholicos & verbi Dei ſeminatores benignè, & charitatiuè recipiãt ſe fauorabiles eis exhibẽtes, cuius Pontificis, Breue ſuper hoc datum habet hunc tenorẽ.

Bulla ſecunda.

HOnorius Epũs, &c. Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Abbatibus, Decanis, archidiaconis, & alijs Eccleſiarũ prælatis. Cum dilecti filij a Frãciſcus, & ſocij eius de vita & religione minorum fratrum abiectis vanitatibus huius mundi elegerint vitæ viam à Romana Eccleſia meritò approbatam: ac ſerendo ſemina verbi Dei Apoſtolorũ exẽplo diuerſas circumeant manſiones: vniuerſitatẽ veſtrã rogamus & exhortamur in Domino per Apoſtolica vobis ſcripta mãdantes, quatenus latores præſentium de prædicatorum fratrũ collegio exiſtentes, cum ad vos duxerint declinãdũ ipſos recipiatis ſicut Catholicos & fideles: alias eis ob reuerentiã diuinã & noſtram exhibentes vos fauorabiles & benignos. Datũ tertio Idus Iunij

a De origine ordinis Minorũ. vide in 1.10. qq. reg. q. 2. art. 3. & de eius excellentia, vide q. 4. art. 1. & art. 8.

nij Pontificatus noſtri, anno tertio,

Similes aotem literas Commẽdatitias miſit idem ſummus Pontifex vniuerſis prælatis per regnum Franciæ conſtitutis, quarũ tenor ſequitur.

Bulla tertia.

HOnorius Epiſcopus ſeruos ſeruorũ Dei venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, prioribus, ac alijs Eccleſiarum prælatis per Regnum Franciæ conſtitutis ſalutem, & apoſtolicam benedictionẽ. Pro dilectis filijs fratribus de ordine fratrum Minorum direxiſſe vobis recolimus ſcripta noſtra, vt eos haberetis diuini amoris intuitu commendatos. Sed ſicut intelleximus quidam veſtrũ quaſi habeant de ipſorum ordine conſcientiam ſcrupuloſam: cum nihil in eis ſuſpicionis dignũ inuenerint, ſicut ab alijs intelleximus, quibus adhibere poſſumus plenam fidem: ipſos in ſuis manere diœceſibus non permittunt, licet ex eo ſolũ, quod literas noſtras eiſdem cõceſſimus, nihil de eis ſiniſtri debuerit opinari. Vnde vniuerſitati veſtræ volumus eſſe notum, quod nos ordinem talium de approbatis habemus, & fratres ordinis ipſius viros recognoſcimus Catholicos, & deuotos, Quare monendos vos duximus & exhortandos per Apoſtolica, vobis ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus ipſos, tanquã verè fideles, & religioſos in veſtris diœceſibus admittatis, habentes eoſdem pro diuina & noſtra reuerentia propenſius commendatos. Dat. Viterbij Quarto Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno quarto,

Bulla quarta.

ET idem Honorius Tertios, anno octaoo ſui Põtificatus præſente Chriſti pauperculo patre noſtro Franciſco, cum ſocijs ſuis, & hoc humiliter ſupplicante regulã præfati ordinis, bullę ſuę munimine roborauit, approbauit, & cõfirmauit, quæ incipit: Honorius[a] Epiſcopus, quæ quia ſub Nicolao III. in corpore iuris ponitur, ideo illius tenorem in præſentiarũ prætermitto. Prætermitto etiam alia priuilegia conceſſa fratribus Minoribus per eundem Honorium Tertium, quia ab alijs ſummis Pontificibus plenius ea concedi inuenio, de quibus in inferioribus dicetur,

a Exijt qui ſeminat de verb. ſign. lib. 6.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla quinta.

SVMMARIVM.

Prior qui hodie dicitur magiſter ordinis poteſt diſpẽſare cum receptis ad habitum, vt promoueantur, ad vlteriores ordines, qui in ſæculo exiſtentes minus canonice Eccleſiaſticos ordines ſuſceperunt.

De origine ordin prædicatorũ, vide in 1. to. qq. regular. q. 1. Art. 2.

HOnorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio fratri Dominico, Priori ordinis Prædicatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum quibuſdam de fratribus tuis, quorũ quidam adhoc in ſæculo exiſtentes minus canonicè ordines Eccleſiaſticos aſſumpſerũt, dignaremur miſericorditer diſpenſare, vt miniſtrare in ordinibus ſic ſuſceptis, & ad ſuperiores valeant promoueri. Nos ergo de tua diſcretione gerẽtes fiduciam pleniorem, per Apoſtolica tibi ſcripta mãdamus, quatenus ſic, prout eorum ſaluti videris expedire, cum ipſis, duntaxat, qui iam habitũ ordinis ſuſceperunt, ſuper hoc miſericorditer agas, quod iuſtitiam non relinquas, ac ſi moderatè mandatum, huiuſmodi exequaris quod in extremo diſtricti examinis dignam, corã Domino poſſis reddere rationem. Datum Laterani ſexto idus Decembris, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Bulla ſexta.

SVMMARIVM.

Non tenemur accipere commiſſiones nobis à quibuſuis factas.

HOnorios[b] Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilectis filijs Magiſtro, & fratribus ordinis Prædicatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quieti veſtræ prouidere volẽtes, authoritate vobis præſentium indulgemos, vt Cõmiſſiones à Sede Apoſtolica, vel legatis eius, ſeu quibuſlibet alijs vobis factas, non teneamini contra veſtrã recipere voluntatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Dat. Laterani Nonis Martij Pontificatus noſtri, anno nono.

b Vide in 2. tom. qq. reg. q. 119. art. 2.

Pro ordine Minorum.

Bulla prima.

SVMMARIVM.

Beatum P. N. Franciſcum Catalogo ſanctorum aſcribit.

GRegorius[c] Epiſcopus, &c. Archiepiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Archipresbyteris, Archidiaconis, Decanis, & alijs Eccleſiarũ prælatis, Sicut phialæ aureæ, quas vidit Ioannes, plenas odoramentorũ, quæ ſunt ordinationes ſanctorum in conſpectu Altiſſimi, ad abolendam noſtrorũ criminum corruptelam odorem ſuauitatis emittunt: ita ſaluti noſtræ credimus plurimum expedire: ſi eorum in terris celebrem habeamus memoriam: ipſorum merita ſolemnibus recolentes præconijs, quorum in Cœlis ſperamus interceſſionibus aſſiduis adiuuari. Sanè cum de conuerſatione, vita, & meritis B. Frãciſci inſtitutoris & rectoris ordinis Fratrum Minorum, qui iuxta conſilium Saluatoris Contemptis tranſitoriis, ſecuneundum promiſſionem eiuſdem ad cęleſtia præmia fęliciter, & æterna peruenit: cuius vita, & fama præclara peccatorum depulſa caligine ambulantium in regione vmbræ mortis, tam virorũ, quam mulierum ad fidem Eccleſiæ roborãdã, & confutandam hæreticam prauitatem viuit, & adhuc viget nõ modica multitudo, tã per nos, quã per multos alios fide dignos, qui miracula, quæ Deus per illios ſancti merita operatur, plenius cognouerũt certiores effecti: auditis etiã virtutibus, & miracolorũ inſignijs, & quod inter Cardinales ſpiritualiter, & inter homines etiã conuerſationem angelicã habuiſſet: ipſum qui cũ Chriſto corporaliter meruit eſſe ĩ cęleſtibus: ne ipſius honori debito, & gloriæ detrahere videremur, quodãmodo, ſi glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari. De fratrũ noſtrorũ Conſilio, & prælatorum omniũ, qui tunc temporis apud ſedem Apoſtolicam cõſiſtebant ſanctorum Catalogo duximus aſcribendũ. Cũ igitur eius lucerna ſic exarſit hactenus in hoc mundo, quòd per Dei gratiã, iam nõ ſub modio, ſed ſuper candelabrũ meruerit collocari: vniuerſitatem veſtrã rogamus, monemus, & hortamur

c Vide in 2. tom. qq. regu. q. 69. art. 1.

per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus deuotionem fidelium ad venerationem ipſius ſalubriter excitantes feſtiuitatem eius quarto Nonas Octobris annis ſingulis ſolemniter celebretis,& pronuncieris conſtitutio die ſimiliter celebrandam, vt eius precibus Dominus exoratus ſuam nobis tribuat gratiã in præſenti, & gloriam in futuro. Datum nono Kalendas Martij, Pontificatus noſtri,anno ſecundo.

Bulla ſecunda.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Quod fratres Minores non teneantur accipere commiſſiones.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei.Dilectis filijs Generali miniſtro,& vniuerſis fratribus de ordine fratrum Minorum præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.Qui poſtpoſita vanitate ſeculi elegerunt Virtutum Domino ſub paupertatis habitu famulati,à nobis illa confouendi ſunt gratia,quę ipſorum neceſſitaribus noſcitur opportuna.Cum igitur ad hoc ſemper veræ humilitatis conuerſationis inuigilet,vt Deo placeat per deuotæ laudis obſequium, & fructum proferat animarum. Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati, vt ad recipiendum commiſſiones cauſarum,aut ſententiarum executiones,vel alia contingentia cauſas ipſas per literas ſedis Apoſtolicæ, legatos,vel delegatos ipſius per quoſlibet alios cog: non poſſitis inuiti,niſi plenam in eiſdem literis de conceſſione huiuſmodi mentio habeatur, vobis authoritate præſentium indulgemus.Nulli ergo hominum liceat,&c.Datum Later.V.Kalend.Maij Põtificatus noſtri anno quinto decimo.

Bulla tertia.

Habetur originaliter in conuentu S.Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Quod nullo modo fratres Minores faciant obedientiam manualem prælatis Eccleſiaſticis.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei dilectis filijs Generali Miniſtro, & vniuerſis fratribus ordinis fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.Inducimur præ cõuerſationis veſtræ meritis, in his quæ ſecundum Deum poſſumus vos fauore beneuolo proſequamur,Hinc eſt quod cum quidam ex prælatis Eccleſiarum qui ſicut accepimus vos ſibi deuotos inueniunt, & in exhibitione condignæ reuerentiæ ſtudioſos in eo ſe humilitati veſtræ moleſtos exhibeant, quod nouã conſuetudinem inducere molientes à vobis obedientiam exigunt manualem.Nos arbitrantes incongruum & reputantes indignum,vt nullus ex prælatis eiſdem abſq; mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali à vobis dictam obedientiam manualem præſumat exigere auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus.Nulli ergo omnino hominum,&c.Dat.Lateran.VIII.Kalendas Martij Pontificatus noſtri anno XIIII.

Bulla quarta.

Incipit declaratio Domini Gregorij Papę IX.ſuper regulam fratrum Minorum.

S V M M A R I V M.

1 *Quod fratres non ſunt aſtricti ad obſeruantiam teſtamenti S.Franciſci.*
2 *Fratres non tenentur ad obſeruantiam conſiliorum Euangelicorum ſub precepto.*
3 *Quomodo fratres circa pecunia contrectationem ſe habere debeant.*
4 *Quomodo tenentur ſe abdicare à proprietate.*
5 *Quomodo fratres peccantes tenentur recurrere ad prouinciales.*
6 *Quomodo ſunt examinandi & inſtituendi prædicatores.*
7 *Qui poſſunt venientes ad ordinem recipere.*
8 *Quomodo Generalis miniſter ſit inſtituendus.*
9 *Quomodo prohibentur fratres ingredi monaſteria monialium.*

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei,dilectis filijs Generali & prouincialibus Miniſtris ac cuſtodibus,cęterisque fratribus ordinis fratrũ Minorũ ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ.Quo elongati à ſeculo, vt columbæ pẽnis aſſumptis in ſeceſſum cõtemplationis ſupra vos altius euolaſtis, & cõſpectius peccatorum iacula præuidiſtis,& plura per quæ cõſpicitis ſalutis impedire profectum,cordis veſtri oculis perſcrutatur.Vnde quę tecta ſunt alijs in conſcientijs veſtris quandoque ſpiritus manifeſtat. Splendore intelligentiæ ſpiritualis caligine humanę infirmitatis obducto ſcrupulus interdum dubitationis introducitur,& difficultates quaſi inextricabiles ingeruntur. Sanè conſtitutis nuper in præſentia noſtra nuntijs, quos vos filij Miniſtri miſiſtis qui eratis in capitulo Generali congregati, & te fili Generalis Miniſter perſonaliter cõparente fuit nobis expoſitum,quod in regula veſtra quædam dubia & obſcura, & quædã intellectu difficilia continentur. Sed ſanctæ memoriæ Beatus Cõfeſſor Chriſti Franciſcus nolens regulam ſuã per alicuius fratris interpretationem exponi,mandauit circa vltimum vitæ ſuæ, cuius mãdatum dicitur teſtamentum,vt verba ipſius regulæ non gloſſentur,& vt verbis vtamur eiſdem, quod ſic vel ſic intelligi debeant non dicatur,adijciens quod fratres nullo modo aliquas literas ab Apoſtolica Sede petant:& alia quædam interferens, quæ non poſſent ſine multa difficultate ſeruari.propter quod hæſitantes an teneamur ad obſeruantiã teſtamenti prædicti,dubietatem huiuſmodi de conſciẽtijs veſtris,& fratrum veſtrorum per nos amoueri petiſtis,Et cum ex longa familiaritate, quam idem confeſſor nobiſcũ habuit plenius nouerimus intentionem ipſius,& in condendo prædictã regulam,& obtinendo confirmationem ipſius per Sedem Apoſtolicam ſibi aſtiterimus, dũ adhuc eſſemus in minori officio conſtituti declarari ſimiliter poſtulaſtis dubia, & obſcura regulæ ſupradictæ,necnon ſuper quibuſdam difficilibus reſponderi.Sanè quamuis prædictum Chriſti cõfeſſorẽ, piam intentionem in prędicto mandato habuiſſe credamus & vos iuſtis votis eius, & deſiderijs sãctis affectatis omnimodè conformari, nos tamen attendẽtes animarum periculum, & difficultates quas propter hæc poſſetis incurrere,dubietatem de veſtris cordibus amouendo, ad mandatum illud vos dicimus non teneri:a quod ſine conſenſu fratrum, & maximè miniſtrorũ, quos vniuerſos tangebat,obligare nequiuit:nec ſucceſſorem ſuũ

a Vide in 1.10.qq.re g.lar. q.

quodam-

al. in qua exponitur quoad aliqua regula fratrũ Minorum.

quodammodo obligauit, cum non habeat imperiũ par in parem. Ad hæc ſicut per prædictos nũtios intelleximus, dubitatur ab aliquibus fratrũ veſtrorum, nec tam ad conſilia, quam ad præcepta Euangelij teneantur, tum quia in regulæ veſtræ habetur principio. Regula & vita fratrũ Mi-

2 norum hæc eſt, ſcilicet Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangeliũ obſeruate viuendo in obedientia ſine proprio & in caſtitate, tum quia in fine ipſius regulæ continentur hæc verba, paupertatem, & humilitatem & ſanctum Euangeliũ Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus. Vnde ſcite deſiderant an ad alia Euangelij teneantur conſilia, quã ad ea, quę in ipſa regula præceptoriè, vel inhibitoriè ſunt expreſſa, præſertim cũ ipſi ad alia non ſe obligari intenderint, & vix aut nunquam omnia poſſunt ad literã obſeruari. Nos autem breuiter reſpondemus ad alia conſilia Euangelij nõ teneri *a* per regulam, niſi ad ea ad quæ vos obligaſtis in ipſa: ad cætera verò tenemini ſicut cæteri Chriſtiani, & eo magis de bono & æquo quo vos obtuliſtis holocauſtum Domino medullatum per contemptum omnium mundanorum.

a Vide in c. exijt qui ſeminat de ver. ſignif. & in Clemen. exiui de paradyſo, eo. tit.

Item cum in eadem regula ſit inhibitũ, ne fratres recipiant per ſe, vel per alios denarios vel pecuniã vllo modo, & ipſi hoc in perpetuũ obſer-

3 uare deſiderẽt, certiorari requirunt, ſi aliquibus timentibus Deũ fideles aliquos per quos ipſi ſubueniant neceſſitatibus eorundem ſine offenſione regulæ audeant præſentare, ac ad fideles eoſdem pro neceſſitatibus ipſis ſecura recurrere cõſcientia, cum denarios, vel pecuniã nouerint accepiſſe. Quos tamen denarios vel pecuniã auctoritate propria non intendunt facere conſeruari, nec nomine depoſiti exigere ab eiſdem? Super quo ducimus *b* reſpondẽdum, quod ſi rem neceſſariam velint fratres emere, vel ſolutionem facere pro iam empta: poſſunt vel nuntium eius, à quo res emitur, vel aliquem alium volẽtibus ſibi eleemoſynam facere, niſi ijdem per ſe, vel per proprios nuntios maluerint, præſentare. Qui taliter præſentatus à fratribus non eſt eorum nuntius licèt præſentetur ab ipſis, ſed illius potius, cuius mandato ſolutionem facit, ſeu recipientis eandem. Idem nuntius ſoluere ſtatim debet, ita quod de pecunia nihil remaneat penes eum. Si verò pro alijs eminentibus neceſſitatibus præſentetur: eleemoſynam ſibi commiſſam poteſt, ſicut & Dominus apud ſpiritualem amicum fratrum deponere, per ipſum loco & tempore pro ipſorũ neceſſitatibus ſicut expedire viderit diſpenſandam. Ad quem etiam fratres pro huiuſmodi neceſſitatibus poterunt habere recurſum, maximè ſi negligens fuerit, vel neceſſitates ignorauerit eorundem.

b Vide in 3.10.qq regu.q 30.& q.32 art.4.

4 Præterea, cum in ipſa regula contineatur expreſſè, quod fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, neque rem aliquam ac ipſi proceſſu temporis contaminari timeant ordinis paupertatem, præſertim cum iã dixerint aliqui paupertatem mobilium pertinere ad totum ordinẽ in communi: nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt in hoc dignaremur animarum mederi periculis, & totius ordinis puritati. Dicimus itaque, quod neque in communi, *c* nec in ſpeciali debent proprietatem habere, ſed vtenſilium & librorum, & eorum mobilium, quę licet habere, eorum vſum habeant, & fratres ſecundum quod generalis miniſter, vel prouinciales duxerint ijs vtãtur, Saluo locorum & domorum dominio, illos ad quos noſcitur pertinere. Nec vẽdi debent mobilia, vel extra ordinem commutari, aut alienari, quo quomodo, niſi Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, qui fuerit ordinis gubernator Generali, ſeu Prouincialibus miniſtris auctoritatem ſuper hoc præbuerit, vel aſſenſum. Quia in quodam eiuſdẽ regulæ capitulo continetur, vt ſiqui fratrum inſtigante humani generis inimico mortaliter peccauerint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres vt recurratur ad ſolos Miniſtros prouinciales, teneatur ad eos recurrere, quam citiùs poterunt ſine mora ipſi piè dubitant, vtrum hoc de peccatis publicis tantum intelligi debeat, an de publicis pariter & priuatis? Reſpõdetur prædictum capitulum ad manifeſta tantum, & publica pertinere, volentes vt Generalis Miniſter conſtituat & faciat tot per prouincias, quot eorum Miniſtro viderit expedire de maturioribus & diſcretioribus ſacerdotibus *d* qui ſuper priuatis audiant pęnitentes, niſi fratres Miniſtris, aut cuſtodibus ſuis ad loca eorum declinantibus maluerint confiteri.

c Hoc quo ad obſeruãtes & capuccinos eſt confirmatũ per Cõc. Trid. ſeſ. 25. de reg. c.3. eſt nominalis verò Franciſcani poſſunt habere bona in cõmuni vt habes 3.10.qq. regu. q.31. arti. 4. & poſſunt etiã habere proprũ in cõmuni moniales S. Claræ prima regula vt habes in eo 3.10 qu.19. artic.14.

5 Cæterum cum prohibente regula, nulli fratrũ liceat populo prædicare *e* niſi à Miniſtro Generali fuerit examinatus & approbatus, & ſibi officium prædicationis ab ipſo conceſſum: certificari petijſtis vtrum pro laboribus fratrum & periculoſis diſcurſibus euitandis, Generalis Miniſter dictam examinationem, approbationem, & commiſſionem officij prædicationis diſcretis aliquibus committere valeat pro examinandis generaliter illis, qui in prouincijs ſunt ſtatuti, vel ſpecialiter pro quibuſdam. Ad quod damus tale reſponſum, quod hoc generalis Miniſter nulli poteſt abſenti committere: ſed qui examinatione indigere

6 creduntur, mittantur ad ipſum: vel cum Miniſtris prouincialibus conueniant ſuper hoc in capitulo Generali. Si qui verò examinari non egent, pro eo quod in Theologica facultate & prædicationis officio ſunt inſtructi, ſi ætatis maturitas, & alia quæ requiruntur in talibus, conueniant in eiſdem, poſſunt (niſi quibus Miniſter generalis contradixerit) eo modo quo dictum eſt populo prædicare.

d Regu. debẽt ſuperſatu intra ordinem cõfiteri ordinis ſacerdotibus deputatis ad cõfitendum. Vide in eo. 3. q. reg. q. 62. art. 4.

e Vide in 3.10.qq. regu. qu.32. ar.3.

7 Super eo autem quod dubitant fratres an *f* vicarij prouincialium Miniſtrorum, quos ipſi ſibi ſubſtituunt cum ad capitulum veniunt generale, poſſint ad ordinem recipere venientes, vel reijcere iam receptos: dicimus, quod non poſſunt, quia hoc neque Miniſtris ipſis permittitur, niſi eis ſpecialis ſuper hoc licentia concedatur. Quibus etiã generalis Miniſter, ſicut cõcedere, ſic negare poteſt licentiam ſupradictam. Et cum ſecundum regulam eandem alijs quam Miniſtris prouincialibus fratrum receptio committi non valeat, multò minus poteſtatem habent prouinciales Miniſtri hoc alijs committendi quibuſinet & nõ alijs eſt commiſſum.

f Vide in 3.10.qq. regu.q.9.artic.2.

8 Inſuper dubitantibus vobis an pro eo quod in regula dicitur vt decedẽte generali *g* Miniſtro à prouincialibus Miniſtris, & cuſtodibus in capitulo Pentecoſtes fiat electio ſucceſſoris, omniũ cuſtodum multitudinẽ oportet ad generale capitulũ conuenire? An vt omnia cum maiori tranquillitate tractentur ſufficere poſſit vt aliqui de ſingulis prouincijs qui vocem habeant aliorũ interſint? Taliter reſpõdemus, vt ſingularum prouinciarum cuſtodes *h* vnum ex ſe conſtituant quem cum ſuo prouinciali Miniſtro pro ipſis ad capitulum dirigant voces ſuas committẽtes eiſdẽ, quia cum etiam conſtitueritis per vos ipſos ſtatutum huiuſmodi duximus approbatum.

g Vide in elect. & cõſtr. generalũ in 3.10. qq reg. qu. 32 ar.2.3.

h Vide in 3.10 qq.regu. qu.11. arti 6. nec hic cuſtos ſupplet vocos abſentiũ vt in eod art.

9 Denique, quia cõtinetur in regula ſupradicta, quod fratres non ingrediantur in Monaſteria *i* Monialium, præter illos quibus à Sede Apoſtolica conceſſa fuerit licentia ſpecialis: quanquã de Mona-

i Vide in 3.10.qq.re. q.41.ar.4.

Digitized by Google

Monaſterijs pauperum monialium incluſarũ fratres hactenus intelligendum eſſe crediderint, Cũ earum Sedes Apoſtolica curam habeat ſpecialẽ, &c. Et intellectus huiuſmodi per conſtitutionem quandam tempore datæ regulæ viuente adhuc B. Franciſco per prouinciales Miniſtros fuiſſe creditur in generali capitulo declaratus, certificari nihilominus poſtulaſtis: an hoc de omnibus generaliter cum regula nullum excipiat, an de ſolis Monaſterijs monialium prædictorũ intelligi debeat. Nos igitur generaliter id eſſe prohibitũ de quarumlibet cęnobijs monialium reſpondemus, & nomine Monaſterij volumus clauſtrũ, domos & officinas interiores intelligi: pro eo quod ad alia loca vbi etiam homines ſeculares conueniũt, poſſunt illi fratres cauſa prædicationis, vel eleemoſynæ petendæ accedere, quibus id à ſuperioribus ſuis pro ſua maturitate fuerit cõceſſum, exceptis ſemper prædictorum monaſteriorum incluſarum locis: ad quæ nulli datur accedendi facultas ſine licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Datum Anagniæ Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno quarto.

Bulla quinta:

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Gregorius IX. Beatum Antonium Catalogo ſanctorum aſcribit, & concedit viſitantibus eius ſepulchrum per octauas eiuſdem feſti vnum annũ indulgentia.

GRegorius IX. ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus[a] fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filijs abbatibus, prioribus, decanis, Archidiaconis, archipresbyteris & alijs Eccleſiarũ prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum dicat Dominus per prophetam, dabo vos cunctis populis in laudem, & gloriam & honorẽ, & per ſe polliceatur, quod iuſti ſicut ſol in conſpectu Dei fulgebunt, pium & iuſtum eſt, vt quos Deus merito ſanctitatis coronat, & honorat in cęlis, nos venerationis officio laudemus & glorificemus in terris. Cum ipſe potius laudetur & glorificetur in illis qui eſt laudabilis & glorioſus in ſecula, & in ſanctis. Vt enim ſuæ virtutis potentiam mirabiliter manifeſtet, & noſtræ ſalutis cauſam miſericorditer operetur, fideles ſuos, quos ſemper coronat in cęlo, frequẽter etiam honorat in ſeculo ad eorum memorias ſigna faciẽs & prodigia: per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides Catholica confirmetur. Fideles mentis torpore diſcuſſo ad boni operis excitentur inſtãtiam: hæretici depulſa, in qua iacent cæcitatis caligine ab inuio reducãtur ad viam, & Iudæi, atque pagani vero lumine cognito currant ad Chriſtum lucem, viam, veritatem & vitam. Vnde nos chariſſimi, & ſi nõ quantas debemus, quantas tamen poſſumus gratias agimus gratiarum omnium largitori, quod in diebus noſtris ad confirmationem Catholicæ fidei, & ad confuſionem hæreticæ prauitatis euidenter innouat ſigna, & mirabilia potenter immotat faciens illos coruſcare miraculis per fidẽ Catholicam tam corde quam ore, necnon & opere roborarũt. De quorum numero ſanctæ memoriæ Beatus Antonius de ordine fratrum Minorũ, qui olim degens in ſeculo magnis pollebat meritis, nunc viuens in cœlo multis coruſcat miraculis, vt eius ſanctitas certis indicijs comprobetur. Cum enim dudum venerabilis Frater noſter Epiſcopus & dilecti filij poteſtas & communitas Paduana nobis per nuntios ſuos, & literas humiliter ſupplicaſſent, vt cum Dominus eidem ſancto tãtam contulerit gloriam, & ad dandam ſcientiam primæ ſtolæ immortalitatis ipſius, & experimentum euidens de ſecunda ſepulchrum eius tot & tantis daret coruſcare miraculis, quod eius inter alios ſanctos non inuocari ſuffragia eſt indignũ: de ipſius miraculis teſtes recipi mãdaremus: nos attendentes, quod licet ad hoc vt aliquis ſanctus ſit apud Deum in Eccleſia triumphante ſola ſufficiat finalis perſeuerantia iuxta illud, eſto fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, ad hoc tamen vt ſanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante duo ſunt neceſſaria: virtus morum, & veritas ſignorum, merita videlicet & miracula: vt hæc & illa ſibi ad inuicem conſtent: cũ neq; merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis plenè ſufficiant ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitati. Sed cum merita ſana præcedunt, & clara ſuccedunt miracula: certum præbet indicium ſanctitatis, vt nos ad ipſius venerationem inducant, quem Deus ex meritis pręcedentibus, & ſignis ſubſequentibus exhibet venerandum, quæ duo ex verbis Euangeliſtæ plenius colliguntur. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et eidem Epiſcopo, & dilectis filijs fratri Iordani Sancti Benedicti, & S. Auguſtini prioribus, ac priori conuentus ordinis fratrum Prædicatorum Paduanorum receptionem teſtium de miraculis eiuſdem ſancti duximus committendam. Nuper autem tã per relationẽ prædictorum Epiſcopi & priorũ, quam per depoſitiones teſtium ſuper hoc receptorum de ipſius virtutibus, & miraculorum inſignijs certiores effecti: & experti aliquando per nos ipſos ſanctitatem vitæ, & admirabilem conuerſationem ipſius, vtpotè qui apud nos fuit aliquandiu laudabiliter conuerſatus; eiſdem Epiſcopo, & poteſtate ac communitate prædictis per ſolemnes nũcios ſuos, & literas nobis cum inſtantia denuò poſtulantibus, quod eundem fratrem ſanctorum catalogo aſcribere curaremus: vt auctoritate ſicut cõuenit Apoſtolica, dignus honor illi exhiberetur in terris, qui ſicut claris ſignis & euidentibus argumẽtis apparet, honoratur in cœlis: ipſum, qui corporaliter diſſolutus cum Chriſto eſſe meruit in cęleſtibus: ne illius honore debito, & gloriæ detrahere quodammodo videremur, ſi glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari: de fratrũ noſtrorum conſilio, & prælatorum omnium tũc apud Apoſtolicam Sedem exiſtentium, catalogo ſanctorum duximus aſcribendum. Cũ igitur iuxta Euangelicam veritatem nemo accendat lucernam & ponat eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt omnes qui in domo ſunt, lumen videãt, & prædicti ſancti lucerna ſic arſerit hactenus in hoc mundo, quod per Dei gratiam iam non ſub modio, ſed ſuper candelabrum meruerit collocari: vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus attentius & hortamur per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes: quatenus deuotionem fideliũ ad venerationem eius ſalubriter excitantes feſtiuitatẽ ipſius idibus Iunij annis ſingulis celebretis, & faciatis ſolemniter celebrari: vt eius precibus Dominus exoratus, gratiam vobis tribuat in futuro. Nos autem cupientes ſepulchrum tanti confeſſoris, qui miraculorum fulgoribus illuſtrat Eccleſiam generalem congruis honoribus frequentari

[a] *Vide in a. 20. qq. regu. qu. 68. arti. 2. vbi tradimus quod pro die feſti huius ſancti conceditur indulgẽtia plenaria.*

Digitized by Google

ri omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, illud in feſtiuitate ipſius vſque ad octauum diem annis ſingulis cum reuerentia debita viſitãtibus de omnipotentis Dei miſericordia, & de Beatorum Petri & Pauli auctoritate confiſi annum vnũ de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Spoleti, Tertio nonas Iunij, Pontificatus noſtri anno ſexto,

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Concedit, quod fratres in partes paganorum proficiſcentes poſſint cum excommunicatis communicare, & excommunicatos abſoluere, & cum fratribus ſuper irregularitate diſpenſare.

a Vide in 2.10.qq.regul. q. 61. ar.1.

GRegorius Epiſcopus, &c. Fratribus in terra a Virgianorum, & paganorũ proficiſcẽtibus. Cum meſſis multa ſit, operarij verò pauci, Euangelicus ille pater familias adhuc mittit operarios in vineam ſuam, & in hac quaſi hora vndecima vineæ ſuæ nouos deputat vinitores, quorũ laborem pari cum primis denario recompenſet. Cum igitur in terris Virgianorum, Sarracenorum, aliorumq; infidelium vobis animarum ſolicitudine cõmiſſa illius operãre clementia, qui de lapidibus põt filios Abrahæ ſuſcitare, verbo & exemplo proficiatis ibidem exiſtẽtes in inuio reducitis ad viã. Nos conſiderantes, quod miniſteriũ veſtrũ diligenter implentes vos operarios inconfuſibiles exhibetis, vitiorum ſementes extirpare de agro dñico ſatagendo: propter qđ indubitãter de vobis fiduciã obtinemus, vt qui ſpiritu viuitis, ſpiritu & ambulatis, & de doctrina veſtra & conuerſatione flores & fructus proueniant gratiores: deuotioni vťæ præſentiũ auctoritate cõcedimus, vt in terris illis vobis ſit licitũ cum excõicatis cõicare in his, quæ ad ſalutem pertinent aĩarum, Quibus & dummodo Latini ſint, & Apoſtolicæ Sedi obediant, fratres veſtri preſbyteri valeant congrua ſatisfactione præmiſſa ſecundum formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium impertiri, eorumq; confeſſione audita pœnitentiam ſalutarem iniungere: & cum ordinis veſtri fratrib. ſuper leui irregularitatis nota prouidè diſpenſare. Nulli ergo, &c. Datum XVI. Kalen. Iunij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Concedit poſſe recipere conuerſos ad vnitatem fidei, & baptiZare & inſignire charactere clericali in terris infidelium.

b Vide in 10.1.qq.regul. q. 31. ar.1. & 3. q.1. & 6. et q.31. per totam quaſt.

GRegorius Epiſcopus, &c. Fratribus ordinis Minorum in terra Sarracenorum, b & Paganorum proficiſcentibus pro zelo fidei Chriſtianæ, & pro illuminatione gentilium in ignorãtiæ, ac erroris ambulantium cæcitate, peregrinationem vobis aſſumentibus ad exteras regiones præſentium vobis auctoritate cõcedimus, vt proponere Verbum Dei, & illarum partium homines per miniſterium exhortationis veſtræ cõuerti ad vnitatem fidei Chriſtianæ cupientes recipere, ac baptizare poſſitis, & Eccleſiæ ſacroſanctæ filijs aggregare, aggregatos inſignire charactere clericali: ac eos qui per Apoſtaſiam, ſchiſma, vel hæreſim à Chriſtiani cõfeſſione nominis recedentes inter Sarracenos habitant, abſoluere, ac recõciliare per gratiam pœnitentiæ ſalutaris, ſi ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ in humilitatis ſpiritu duxerint redeundum. Datum 16. Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo, ſextum Gregorij IX. indultum non authenticum.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Quendam fratrem prædicatorem contrà ſtigmata Beati Franciſci aliqua proponentem grauiſſime redarguit.

c Vide in 2. 10. qq regu. q.69. ar.1. vbi de his ſtigmatib.

GRegorius c Epiſcopus, &c. Prioribus & prouincialibus ordinis fratrum Prædicatorũ. Non minus dolẽtes accepimus, quàm mirantes: quod quidã frater veſtri ordinis Euechardus nomine, immemor, quod ſermo prædicantium ſalis gratiæ ſemper habere debeat condimentum, cũ perueniſſet Opauiã Morauiæ ciuitatem de prædicante tranſiens in blaſphemum, in cõi dicere non expauit, quod in laudem Beati Franciſci per quoſdã ex diſcipulis ſuis pie propoſita deberent haberi pro reprobis, quod in eius corpore ſtigmata non fuiſſent. Quid vltra? Nec in Chriſto qui Sãctum eundem manibus, pedibus, ac latere huiuſmodi ſtigmatum priuilegio decorauit: nec nobis qui ex tanto miraculo cum cæteris probato ſolẽniter cãm ſpecialem habuimus, quod ipſum aſcripſimus catalogo Beatorũ deferendo: dicti fratris elatio in tantam prorupit inſaniam, quod diſcipulos memoratos corã populo quæſtuarios, & falſos prædicatores appellans imprudenter aſſeruit, quod in ipſos & conſimiles auctoritate noſtra excommunicationis poſſet ſniam promulgare. Verum cum non ſolum iam dictæ nequitiæ protulerit verba, ſed & ipſis alia peruerſa proximorũ pace, ſuaq; ſalute poſtpoſitis cumulauerit, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur: fratrem eundem, apud quemcunq; fuerit, ſuſpenſum à prædicationis officio ad noſtram mittatis præſentiam pro meritis recepturum. Datum 2. Kalend. Aprilis, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Increpat quendam Epiſcopum dubitantem de ſtigmatibus Sancti P. N. Franciſci.

d Vide in 2. 10.qq.regu. q.69. ar.3. vbi de his ſtigmatib. in conuẽtu S. Franciſ. Salmantiæ habetur quædã bul. orig. & authent. Nicol. Pa. III. confirmans Greg. Papæ IX. literas ſtigmata P. N. Fran approbantes.

GRegorius d Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Venerabili fratri Epiſcopo Cloinotenſi ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Vſq; ad terminos orbis terræ præſumptionis tuæ ſigna protendens: patentes literas exhibendas vniuerſis dixiſti fidelibus: cui dum ad ſobrietatem ſpernenti ſapere, ac damnabiliter de edito blaſphemijs manu lubrica conceſſiſti: quas inter aliqua pietati cõformia, & quędã obnoxia prauitati cõtinere percipimus: quod cum ſolus patris Æterni filius fuerit pro humana ſalute crucifixus, & ipſius duntaxat vulnera deuotione ſupplici adorare debeat religio Chriſtiana: nec Beatus Franciſcus, neq; Sanctorũ aliquis cum ſtigmatibus ſit in Eccleſia Dei depingẽdus. Et quod peccat qui contrariũ aſſerit, eiq; tanquã inimico fidei nulla credulitas debeat adhiberi. Super quo nõ modicũ admirãtes: quæ ſit cã ſuaſionis huius nõ indignè prouidimus perſcrutari, vt

ſi fortè

Digitized by Google

ſi fortè bona ſit(quod impoſſibile creditur)commendabilis habeatur, quod & in obliuionem, & tu inductus ſpiritu pœnitudinis ad ſuggerẽdum ſalutare contrarium prõptus, & facilis habeatis: etenim ſuper his ex eo ſumpſiſti forſitan argumẽtum, quod ſit indecens in ſubditis, vt talia ſibi prętendant inſignia peccatis. Ad hoc quidem prouidentes propoſitum, ſeu compẽdioſè prolatũ eſſo dummodo ſuppleret, niſi de ſpeciali gratia cuiq; benemerito inſignia huiuſmodi ſunt cõceſſa, & ſi non multa, quæ poſſumus, tñ breuiter quædã prępſidium perſpicuæ rõnis habentia reſpõdemus, videlicet, quod Dei ſapientia quæ de limo terræ ſimilem ſibi formans hominẽ, ſimilis ſibi fieri per incarnationis myſterium, vt ipſum à morte redimeret non contempſit, dilectum ſibi Beatum Frãciſcum ſuorũ ſpecies ſtigmatum decorauit: quæ temeritas, quod peccatum ſi tã ſingulare priuilegium ad indulgentis gloriã picturæ teſtificatione pareat oculis deuotorum: nonnè vt ſileamus de alijs princeps Apoſtolorũ eximius licèt poſitione diſſimili qñque depingitur crucifixus? Sed dicis intrepidus alia dum pactum reformat rõ, quia cum præteriti nequiuerint, quod de cruce futurum veritas iudicauit, neque impropriè ſuſpẽſus in cruce dr, nec incongrue tali damnatus ſupplicio figurar. Sed de Franciſci cruce vel ſtigmatibus, quod veritatis indicium, quod probabile argumentum de cruce? Siquidõ nota ſeculis vita reſpondeat; quod poſtquã religionis aſſumpſit habitum vacando virtutibus carnis continuũ ſubijt cruciatum. De ſtigmatibus verò plures fide digniſſimi, quos miraculi tãti conſcios diuinæ placuit reddere pietati teſtimonium in veritate perhibeant, & ad ipſum hoc fidelis mr̃ Eccleſia ſuffragetur quæ ex huiuſmodi miraculo cum multis alijs debita ſolemnitate probato cãm ſpecialẽ habuit, quod eundem Sanctum Beatorum Catalogo reuerenter aſcripſit. Quid ad iſta quaſi mundo publica, & tibi per cõſequens non ignota, niſi quòd voluntatis arbitriũ prætendens, vel præferens conſilio rationis nos, vel Deum potius gratis offendis, ac vtique dilectorum fratrum minorum ordinem, & deuotos eidem nimis improuide perturbas. Ad cor igitur, qui os in cęlom poſuiſti, vt de reliquo taceatur, ſine mora reuertere, ad iram ſuperbi iudicis mitigandam ſtudia ſuſcipe pęnitẽris, prompta diligentia ſi fortè ſit poſſibile prouiſurus, vt ſcandalum quod quantum in te fuit vniuerſitati fidelium per prædictas intuliſti literas deleatur, & dictorum fratrum collegia in Tentoriæ partibus in reuerentia ſint conſueta: quod vt tanto facilius auctore Deo prouenire valeat, quãto pium fere dignoſcitur, vt in futuro vulnere, quæ ſalutis ſunt etiam operetur; fraternitati tuæ in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus cordi tuo pro ſolẽni voto conſtituens, quod aliquis de cætero aliquid ea quo prouocari ſuperna maieſtas vel Sedes Apoſtolica iuſte turbari valeat, non attentans prædictum priuilegium, quo celſitudinis diuinæ dignatio ſui confeſſorem nominis reddidit glorioſum dãnabiliter infligere, aut impingere calũnijs non præſumas, ſed celebre in eiſdem partib. ad honorem conditoris, dum ſicut & in alijs habeatur quantũ in te fuerit humili deuotione procures firmiter crediturus, quod idem ſanctus cũ adhuc mortalitatis habitum baiularet, prædictis ſtigmatibus extitit inſignitus, & licèt illa viſa pluribus ipſe tanquã cõtemnens laudes hominum, vacanſq; contemplandæ dulcedini cæleſtiũ gaudiorum celare ſemper ſtuduerit, ea tamẽ migrãs ad paradiſi patriam concurrentium obtutibus publicauit. Dat. Viterbij Secundo Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri, anno vndecimo.

Bulla Decima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Quod prælati Eccleſiarum debent fratribus prædicantibus neceſſaria miniſtrare, & populum eius conuocare, & qđ tunc poſſunt confeſſiones audire.

GRegorius a Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, prioribus, decanis, Archidiaconis, & plebanis, Archipresbyteris, & alijs Eccleſiarum prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Qm̃ abundauit iniquitas, & refrixit charitas plurimorum, ſacrum ordinem dilectorũ filiorum fratrum Minorum Dñs ſuſcitauit, qui nõ quæ ſua, ſed quæ ſunt Chriſti quærentes, tam contra profugandas hæreſes, quã contra peſtes alias mortiferas extirpandas, ſe dedicauerunt Euangelizationi Verbi Dei in abiectione voluntariæ paupertatis. Nos igitur ſanctum eorum propoſitum & neceſſarium miniſteriũ fauore beneuolo proſequentes; vniuerſitati veſtræ affectuoſè duximus cõmendandos charitatem veſtrã rogantes & exhortantes in Dño, ac per Apoſtolica vobis ſcripta mãdãtes, quatenus dilectos filios fratres eiuſdẽ ordinis memorati pro reuerentia Diuina, & noſtra ad officium prædicandi, ad quod ſunt ex profeſſione ſui ordinis deputati benignè recipere procuretis: ac populos vobis commiſſos, vt ex ore ipſorum Verbi Dei ſemen deuotè ſuſcipiant, admonentes ẽt in ſuis neceſſitatibus perſonaliter aſſiſtatis: nec impediatis quominus illi ad prædicationẽ eorum acceſſerunt: tunc eorum ſacerdotib. valeãt cõfiteri: quatenus ad prædicta ſuſcipiẽda vr̃is exhortationib. præparati, tanquã bona & fructifera terra pro vitiorũ tribulis incipiãt ſegetes germinare virtutum, & dicti fratres per cooperationẽ veſtrã ſuſcepti miniſterij curſum fœliciter cõſumãdo, optatum reportent ſui laboris fructum, & finem, ſalutem videlicet animarum. Quia verò ſępè vitia ſub ſpecie virtutum occultè ſubintrãt. Et Angelus Sathanæ in Angelum lucis ſe plerumq; ſimulatè trãsformat: præſentiũ authoritate vobis mãdamus: quatenus ſiqui de prædictorum fratrũ ordine ſe dicẽtes in vr̃is partib. prædicauerint, ad quæſtum pecuniarium ſe conuertendo, per quod religionem ipſorum qui paupertatem profeſſi ſunt contingeret infamari. Vos tanquam falſarios capiatis & condemnetis eoſdem. Nulli ergo, &c. Datum Viterbij 11. Kalendas Iunij, Pontific. noſtri, anno 11.

a Vide in 2. tom. qq. regu. q. 32. arti. 5.

Bulla XI.

S V M M A R I V M.

Concedit quod Miniſtri prouinciales capitulariter congregati poſſint prædicatores inſtituere.

GRegorius b Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs Miniſtris prouincialibus ordinis fratrũ minorũ præſentes literas inſpecturis ſalutẽ & Apoſtolicam benedictionẽ. Prohibente regula veſtra nulli fratrum Minorum eſt licitum prædicare populo, niſi à generali miniſtro veſtri ordi-

b Vide in 1. to. qq. re. q. 32. ar. 5. hoc ipſum conceſſũ ab Alex. 4. vt habet. in eius cõſtit.

ordinis examinatus & approbatus fuerit,& ſibi officium prędicationis ab ipſo cōceſſum. Verum cum piuni ſit vt prædictorum fratrum laboribus,ac periculoſis diſcurſibus euitādis,necnoo quod animarum ſalus poſſit prouenire facilius Apoſtolicæ ſedis circunſpectio, ſuper prohibitione huiuſmodi opportunè remediū prouiſionis apponat. Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati vt ſinguli veſtrū in ſuis prouincijs cum definitoribus in prouincialibus capitulis congregatis fratres in ſacra pagina eruditos examinare ac approbare, & eis officium prædicationis Deum habendo præ oculis committere valeant, vobis authoritate præſentium cōcedimus facultatem. Nulli ergo omnino liceat hāc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotētis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dstum Laterani 2. idus Decemb. P.N. anno 14.

Bulla XII.

S V M M A R I V M.

Quod mulieres Deſcalciatæ cum habitu regulari non incedant.

GRegorius Epiſcopus,&c. Archiepiſcopis, & Epiſcopis ad quos literæ iſtæ peruenerint. Ad audiētiam noſtram noueritis peruēniſſe, quod nonnullæ mulieres per veſtras ciuitates, & diœceſes diſcurrentes ſe fortè de ſancti Damiani ordine mentiuntur: & vt alij ſoæ aſſertioni mendaci fide credulitatis accedant Diſcalciatæ vadunt: habitū, & cingulum monialium eiuſdem ordinis Chordulas deferentes, quas quidem Deſcalciatas ſeu Chordularias alij minoretas appellant: cum tamen moniales ipſæ vt gratum præſtent Domino famulatū perpetuò ſint incluſæ. Vnde quia in eiuſdem ordinis confuſionem, ac derogationem ordinis fratrū Minorum, & ipſorum fratrum ſcandalum, ac Monialium earundem, prædictarum mulierum religio ſimulata redundat: vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus: quatenus mulieres ipſas ad abijciendum cum eiſdē cingulis, & chordulis huiuſmodi habitum monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, cum ſuper hoc requiſiti fueritis appellatione poſtpoſita compellatis. Datum Laterani IX Kalendas Martij. Pontificatus noſtri anno 15.

Bulla XIII.

S V M M A R I V M.

Declarat & ponit caſus in quibus licitum eſt fratrib. Minoribus ingredi S. Claræ monialiū monaſteria.

GRegorius a Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Abbatiſſis, & monialibus incluſis monaſteriorum ordinis Sancti Damiani, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Veſtris pijs ſupplicationibus inclinati fratribus Minoribus, qui Monaſteriorum veſtrorū obſequijs deputantur, vt pro exercendo monaſteriorum ipſorum operæ, vel illis conſeruandis ab incendio, ſeu latronibus defendendis, aut frater preſbyter cum fratrum ipſorum clerico maturo moribus ætate pro audiendis confeſſionibus veſtris, & Extrema vnctione, & alijs ſacramentis eccleſiaſticis exhibendis vobis infirmitate cogente ac ſepeliendis corporibus decedentium ſororum monaſteria ipſa ſecundum formam, quæ in regula veſtra noſcitur contineri ingredi valeant liberam cōcedimus authoritate præſentium facultatem. Dat. Later. 17. Iulij. Pontificatus noſtri anno 15.

a Vide in 1.10.qq.r. q 66. ar. 4. & q. 67. ar. 4. vbi agitur de clauſura.

Alia in fauorem & reformationem ordinis Minorum, & Monialium Sanctæ Claræ indulſit Gregorius IX. quæ conſulto omitto, quia ab eius ſucceſſoribus plenius ſunt conceſſa.

Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius IX. cōceſſit per ſuum priuilegium, quod incipit miſerator Dominus, quod habetur Aſſiſij omnibus cā deuotionis eccleſiss fratrum Minorum in feſtiuitatibus principalibus Domini noſtri, & in feſtiuitatib. & commemorationibus Dominæ noſtræ, & B. Ioānis Baptiſtæ, & omnium Sanctorum, & B. b Franciſci, & B. Antonij, & B. Heliſabeth viſitantibus centum annos & totidem quadragenas indulgentiæ.

b Vide in 2 tom qq. regul. q. 97. ar. 1.

Item, Reuerendus Pater Rodericus teſtatur ſe vidiſſe bullam eiuſdem Gregorij qua concedūtur XV. anni indulgentiarum audientibus c prædicationes fratrum Minorum.

c Vide in 2. 10. qq. regu. q 86. ar. 5.

Bulla XIIII.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleti.

S V M M A R I V M.

Licet Abbati indumenta benedicere ſacerdotalia, ac Monachos, & clericos monaſterio pleno iure ſubiectos ad minores ordines promouere.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterij S. Facundi ordinis S. Benedicti. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ Sedis benignitas prouide penſans meritss ſingulorum, illos proſequitur prærogatiua gratiæ ſpecialis: qui ſe illa per ſuæ ſolicitudinis ſtudium dignos reddunt. Cum itaque ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, Monaſteria tuo, quoad Romanam Eccleſiam nullo pertinet mediante à Sede Apoſtolica ſit conceſſum, vt Abbates, qui pro tempore fuerint Epiſcopalib. vtātur inſignijs, & tanquam Epiſcopus ſolemniter benedicant, d ad cumulandam gratiam menſis tuę probitate inducti, authoritate tibi præſentium indulgemus, vt liceat tibi, & tuis ſucceſſoribus eiuſdem Monaſterij indumenta ſacerdotalia benedicere, e ac Monachos, & clericos ſeculares Monaſterio ipſi pleno iure ſubiectos vſque ad Acolytatus ordinē promouere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorū eius ſe nouerit incurſurum. Dstum Interamniæ III. Kalendas Iunij Pontificatus noſtri anno 10.

d Vide in 10.1.qq.re. q 19.

e Vide in 10.1 q. reg. q. 18. ar. 1. & ar. 2.

Poſt Gregorium IX. ſucceſſit in Pontificatu Cæleſtinus IIII. cuius Pontificis nullum inuenio priuilegium religioſibus conceſſum. Quod ideo credo ſucceſſiſſe, quia in Pontificatu morte præuentus per decem & ſeptem dies tantum ſtetit: in cuius locum ſucceſſit Innocentius 4.

INNOCENTIVS PAPA QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla prima.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SV M-

SVMMARIVM.

Prohibet quod nemo poſſit deferre habitum fratrum Minorum, nec ei conſimilem.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis præſentes literas inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Quia confuſio habitus ſæpè confuſionem inducit ordinum & etiam animorum, authoritate Apoſtolica diſtrictè duximus inhibendum: vt ſi non ſit in religionis ordine fratrum conſtitutus habitum a dilectorum fratrum Minorum, aut ita conſimilẽ, quod propter eum frater Minor credi poſſit, deferre nõ liceat abſq; mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Volumus ergo, & fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ſinguli veſtrum in ſuis ciuitatibus & diœceſibus illos, qui præfatũ habitum, vel prædicto modo conſimilem contra inhibitionem noſtram deferre præſumpſerint ad deponendum ipſum, cum ab ipſis fratribus fuerint requiſiti monitione præmiſſa ſublato omni obſtaculo compellatis. Dat. Later. 3. Kalend. Decemb. Pontificatus noſtri anno 1.

a Vide in 1.10 qq. regu. q. 66. art. 4.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Prelati fratrum Minorum poſſunt abſoluere & diſpenſare ſuper irregularitate.

INnocentius Epiſcopus b ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali & Prouincialibus Miniſtris ordinis fratrum Minorum præſentes literas inſpecturis Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Licèt ad hoc fratrum veſtri ordinis pia deſuadet intentio, vt ab eis in his, quæ faciunt prudenter, & prouidè procedatur: p hoc & ſuæ religioni proficere, & Dei cupientes Eccleſiam gubernare, tamen aliquando ex conditionis humanæ contingit fragilitate, quod quidam ex ipſis excedunt in caſibus, in quibus excommunicationis ſententiam & notã irregularitatis incurrunt. Quare ſupplicatione humili poſtulaſtis, vt cum viri contemplationi dediti ſint, in religionis fauorem à diſcurſibus cohibendi, ac propter viarum pericula eiſdem fratrib. ad noſtram, & diœceſanorum præſentiam impediatur acceſſus. Super hoc prouidere de benignitate Apoſtolica curaremus. Nos itaque piè volentes, qđ veſtra deuotio, in his, quæ dignè poſſumus Sedem Apoſtolicam reperiſſe gaudeat gratioſam, vt ſinguli veſtrum in prouincijs ſibi commiſſis prædictis fratribus conſtitutis abſolutione, ac diſpenſatione indigentibus, ſiue antequam ordinem intrauerint, ſiue poſtea in caſibus exceſſerunt memoratis de cõſilio diſcretorum fratrum qui literati ſint, & Deum timentes impartiri valeant abſolutionis beneficiũ, & diſpenſare cum eis iuxta formã Archiepiſcopis ſuper hoc ab Apoſtolica Sede tradita vobis authoritate præſentium concedimus facultatẽ, niſi adeò grauis & enormis fuerit exceſſus, quod merito ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Laterani III. Kalen. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo.

b Vide in 1.10. qq. regu. q. 24. per totã q & in 2. to. q. 105.

Bulla tertia.

SVMMARIVM.

Quod fratres Minores non recipiant fratres ordinis prædicatorum.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs c Generali Miniſtro, & fratribus ordinis fratrum Minorum, Salutem & Apoſtolicã benedictionem. Meminimus vobis olim in virtute obedientiæ per veſtras literas præcipiſſe, vt fratres prędicatores, & eorum ordini voto, vel iuramento etiam obligatos; nullatenus de cætero prętextu indulgentię alicuius vel aliquarum literarum obtentarum à Sede Apoſtolica, vel etiam obtinẽdam in poſterũ: quæ de hoc expreſſam non fecerint mentionem præſumeretis recipere, niſi prius prioris ſui petita licentia foret & obtenta. Decernimus etiam irritum & inane quidquid per vos in hac parte cõtra præceptum contingeret attentari: ſtatuentes vt huiuſmodi pręſumptores incurrerent excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua nequaquam abſolui poſſint, niſi ſe ad Sedẽ Apoſtolicam, ab ea ſicut iuſtum foret abſoluendi perſonaliter præſentarent. Verum quod poſt modum per aliquas alias literas nobis, & eiſdem fratribus diſtrictius duximus inhibendum ne ante probationis elapſum annum qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanæ regulariter inſtitutus, quenquam ad profeſſionem veſtrorum ordinum præſumeretis recipere, ſeu ad reuocationem faciendam, nec conſtitutum in probatione nouitium aliqualiter impedire quo minus infra eundem probationis annum ad aliam religionem, quam mallet, tranſire, ſicut de ſua procederet libera voluntate non obſtante ſtatuto contrario. ſi quod à vobis eſſet editum, quod irritum decernimus. & inane, vel aliquibus literis à Sede Apoſtolica impetratis, ſeu impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non faceret mentionẽ. Etſi fortè contra huiuſmodi noſtram inhibitionẽ, quẽquam vos vel dicti fratres reciperetis, qui taliter receptus exiſteret, nullatenus eſſet veſtro, vel eorũdem fratrum ordini obligatus, voſque, ac ipſi à receptione quorumlibet ad profeſſionem ipſorum: eſſetis ipſo facto ſuſpenſi: inſuper pœnę deberetis ſubijci, quæ fratribus ipſorum ordinum pro culpis infligi grauioribus conſueuit. Nos quidem de obligatis ordini prædictorum fratrum in præmiſſis noſtris duximus literis, ne ipſos recipere præſumatis ſtatuendo, vt huiuſmodi præſumptores ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, de illis intelligi volumus, quos poſt dictum annum probationis elapſum eorum conſtiterit ordini obligatos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Datum apud Ciuitatem Caſtellanam octauo Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno 1.

c Vide in 1.10. qq. regu. q. 12.

Bulla Quarta.

Et ſimilis conceditur à Gregorio X. & habetur eius Bulla originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Quod prælati fratrum Minorum poſſint abſoluere venientes ad ordinem excommunicatos, vel per manus iniectionem imped eos.

INnocentius Epiſcopus d ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Generali & prouincialibus Miniſtris ordinis fratrum Minorum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. In iure canonico reperitur expreſſum, vt ſiquis eorum qui ſimul viuunt per manus iniectionẽ inſucium à canone meruerit fieri alienus prælatus eiuſdem, reconciliandi, & pœnitentiã imponẽdi plenariam habeat poteſtatem: niſi atrocitas facti grauiorẽ pœnitentiã expectet: habetur etiã in eodẽ quod de ſæculo fugientes, qui religionis habitum in monaſterio ſuſceperunt, &

d Vide in 1.10. qq. regul. q. 20. art. 21.

inter

inter cætera poſt modum confitentur ſe tale commiſiſſe delictum, per quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurrerunt: in religionis fauorem, vt ſubtrahatur vagandi materia per ſuos prælatos abſolutionis beneficium conſequantur. Verũ cum perueniat & veſtræ, ac fratrum veſtrorum cõuerſationis piæ meritis, vt quãtum cum Deo poſſumus vobis pro animarum ſalute gratiam faciamus: deuotioni veſtræ præſentium authoritate cõcedimus: vt eos ex fratribus, qoi pro iniectione manuum in ſe ipſos incurrerunt, excommunicationis vinculum vel incurrerent: aot in id aute ſuſceptũ habitum inciderunt, necnon qui relicta vanitate ſeculi, cupientes veſtræ humilitatis collegio aggregari, ſe aſſerunt excommunicatione ligatos, ne ipſorum ad Deum poſſit impediri conuerſio abſoluere valeatis dum iniuriam, & damoa paſſis ſatisfaciant competenter, illis tamẽ exceptis, quorũ adeò graues, & enormes ſint exceſſus, quod meritò ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſſionis infringere, &c. Dat. Later. VIII. Kalend. Ianuarij Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Concedi generali Miniſtro, vt poſſit viſitare & corrigere fratres, qui morantur in obſequiis aliorum.

a Vide in 2.10. qq. 10. ar. 8. & q. 64. ar. 1.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Miniſtro a generali ordinis fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum ſicut accepimus attenta mente nonnulli ex fratribus tui ordinis, quæ de ſuperioris licentia in aliorum obſequijs cõmorantur exemptos ſe à tua iuriſdictione credentes: talia plerumq; perpetrãt, per quæ detrahitur ordini, & ſcandalum inde generatur. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi authoritate concedimus: vt vniuerſos fratres, qui morantur in obſequijs aliorum (illis duntaxat exceptis, qui ſunt, vel fuerint ad legatorũ Apoſtolicæ ſedis ſeruitia deputari) liberè valeas viſitare, corrigere, amouere: ac alios eis ſubſtituere, prout ſecundum Deum videris expedire. Non obſtantibus quibuſcumque literis, ſeu indulgentijs Sedis Apoſtolicæ, per quas id valeat impedire contradicentes per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni decimo ſeptimo Kalend. Septembris. Pontificatus noſtri anno quarto.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Concedit quod Miniſtri prouinciales poſſint inſtituere procuratores & ſyndicos, qui res fratribus conceſſas poſſint vendere & commutare.

b Vide in 20.3. qq. 10. q. 39. ar. 1. & artic. 2. vbi de his procuratoribus, & ſindicis late.

INnocentius b Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & prouincialibus Miniſtris fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudinſius diuinę contemplationi vacatis Domino famulando, tanto quieti veſtræ libentius prouidemus, ne pedes quos lauiſſe videmini affectu, & effectu omnia relinquendo, cogamini (quod abſit) iterum inquinare. Cum enim ſicut lecta nobis petitio veſtra continebat de rebus omnibus ordini veſtro conceſſis, vel in poſterũ cõcedendis per vos ipſos prout exigit frequenter neceſſitas, iuxta veſtri ordinis inſtituta diſponere necqueatis, nec velitis pro conſtitutionum veſtrarum puritate, & conſcientia conſtanter ſeruãda, ne vobis odioſa vagandi tribuatur materia, ſi oporteat vos ſemper in hoc ad Sedem Apoſtolicam, ad quam rerum ipſarum ſpectat proprietas, habere recurſum. Nos quieti dicti ordinis, & neceſſitatib. veſtris paterna volentes ſolicitudine prouidere: præſenti vobis authoritate cõcedimus quatenus vt ſingulis veſtrum liceat in prouincijs eis cõmiſſis per ſe, vel per alios fratres ſuos, quibus adduxerint cõmittendum conſtituere aliquos viros idoneos Deũ timentes, qui pro locorum indigentia ſingulorum rei huiuſmodi, tam conceſſas, quã etiam concedendas authoritate noſtra petere, vendere, & commutare, alienare, tractare, expendere, permutare, & in fratrum vſum conuertere valeat. Quodque vos liceat eoſdem viros ſic conſtitutos remouere, alioſq; ad illa exequenda ſine difficultate qualibet ſubrogare quoties videbitur opportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę cõceſſionis infringere, &c. Dat. Ro. tertiodecimo Kalen. Septem. Pont. noſt. anno III.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Concedit quod apoſtatas noſtri ordinis poſſumus ligare & incarcerare.

c Vide in 20.1. qq. 10. q. 30. ar. 1. & ar. 6.

INnocentius Epiſcopus c ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & prouincialibus miniſtris ac cuſtodibus, cæteriſque fratribus ordinis fratrum minorum ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Prouiſionibus noſtræ cupimus prouenire ſubſidijs, vt ſemper in melius Deo propiciante proficiat, & ſi quid obſtare dignoſcitur ſolicitè corrigatur. Vos itaque quos in diuini amore nominis, vigiles delectat extirpare vitia, & plantare virtutes, vt apoſtatas, vel inſolentes veſtri ordinis, niſi veſtris ſalutaribus monitis acquieſcant, excommunicare ligare, capere, carcerare, mancipare, ſi videbitur expedire poſſitis authoritate præſentium concedimus facultatem. Dat. Lugd. Pontifi. noſtri anno iij.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Concedit quod fratres eiecti ab ordine, vel motu proprio egreſſi non poſſint audire confeſſiones, & prædicare, &c. Niſi Sedis Apoſtolicæ authoritate tranſeant.

d Vide in 2.10. qq. 10. q. 60. ar. 2. pag. 341. & in 3. 10. quæ. 12. ar. 9.

INnocentius Epiſcopus d ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & vniuerſis prouincialibus ordinis fratrum minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt, nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu perſequente complere. Cum ſicut igitur ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, aliquis à veſtris ſacris collegijs ipſorum culpis exigentibus, quidã onus obedientiæ temeritate propria deponentes, quaſi pulli onagri vitam velint ducere abſq; iugo ac ijdem extra clauſtra veſtri ordinis peruagantes prædicationum, confeſſionum, & docendi officia exercere præſumant in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Nos veſtris precibus inclinati; ne prędicti, quos ab ordine pro ſuis culpis per vos expelli cõtigerit, vel egreſſi fuerint proprio ſuo motu, prædicare, ſeu confeſſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi de noſtra, vel veſtra licentia ad alium tranſierint ordinem; diſtrictius inhibemus.

Digitized by Google

hibemus. Quia ſi fortè contra inhibitionem aliud fuerit temerè attentatum, liceat vobis in ipſos excommunicationis ſententiam promulgare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, &c. Dat. Lugduni VI. Idus Septemb. Pont. noſt. anno IIII.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Concedit ut fratres minorum ab ordine eiecti, vel egreſſi poſſint tranſire ad ordines B. Aug. Templariorum, & c. bent tamen ad alios ordines.

a Vide in 1.10.qq.re. q.3 e.artic. 24.

INnocentius Epiſcopus a ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs miniſtris Generalibus, & prouincialibus ordinis fratrum Minorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Paci & tranquillitati veſtræ volentes in poſterum ſolicitudine prouidere: vt eiectis de veſtro ordine, vel egreſſis, qui receptione in eodem ordine ſuis exigentibus culpis reddiderunt ſe indignos, tranſeundi ad alios ordines approbatos præterquam ad Beati Auguſtini, Templariorum, Hoſpitaliorum, & aliorum religioſorum arma portantium: ad vitãdam occaſionem diuagandi, cum veſtris teſtimonialibus literis, authoritate noſtra licentiam plenam de fratrum noſtrorum conſilio concedimus authoritate præſentium facultatem. Diſtrictius inhibentes ne tales aliter ad alium ordinem tranſire, vel aliqui eos recipere, ſeu retinere præſumant: abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſpeciali faciente de præſentib. mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, &c. Dat. Lugduni, XVII. Kal. Sept. Pont. noſt. anno quarto.

Bulla Decima.

SVMMARIVM.

Præcipit Archiepiſcopis, & cæteris prælatis, vt fratres apoſtatas cum fuerint requiſiti denuncient, & faciant alios publicari.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Decanis, & alijs Eccleſiarum prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Fratrum b Minorum continent inſtituta, vt ad profeſſionem ſui ordinis, niſi per annũ in probatione fuerit, nullus admittatur: ne forte altiora ſe quærens, retro tandem reſpiciat, tanquã in commotionem dederit pedem ſuum: ſed & nulli eiuſdem ordinis fratrum poſt factam c profeſſionem, licet ordinem ipſum relinquere, nec relinquẽtem alicubi retinere. Noſque miniſtris, & cuſtodibus fratrum ipſorum cõceſſimus: vt indiſcedẽtes, donec reſipuerint eccleſiaſticam exerceant cenſuram: quia cum probati fuerint: nullus locus eſt pœnitudini, quam aliàs poſſet leuitatis occaſio excuſare. Nunc autem non ſine admiratione referimus, quòd ſicut relatum eſt nobis, cum prædictos Miniſtri, & cuſtodes taliter diſcedẽtes excommunicationi ſubijciunt: hos aliqui veſtrum, tamquam excommunicatos vitare, non curant? vnde illi magis obſtinati: contingit, dictorum fratrum ordinem, & religionem infamari. Quia vero, etſi vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo, nec neceſſitas in vota locum habeat ſed voluntas, vſque adeo tamẽ ſolutio eſt neceſſaria poſt votum: vt ſine propriæ ſalutis diſpendio alicui reſilire non liceat ab his, quę ſponte vel ſolemniter promiſit, quare nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro aptus eſt Regno Dei. Ananias & Saphira, qui abire retrorſum Sancto ſpiritui mentientes à conſpectu Apoſtolorum principis mortui ſcribuntur ſucceſſiuè delati, vniuerſitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, p Apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatenus nequis veſtrum, vnde quis in peccatis moriatur, & ordo huiuſmodi detractione ſubiaceat ſit occaſio, diſcedentes poſt profeſſionẽ factam ab eis ſecundum prædicta illius ordinis inſtituta, præſertim excommunicatione notatos ab ipſis, vitetis omninò, quos etiam, cùm ab eiſdem miniſtris, & cuſtodibus fueritis requiſiti, excommunicatos nunciare curetis: vt dum demoni ſe cognouerint inter homines, ac humano carere ſolatio: ad ordinem ſuum reddendum Deo votum, quod in eius ſuſceptione deuouerant reuertantur. Datum Lugduni octano Kalendas Mai, Pontificatus noſtri anno quarto.

b Vide in 3.10.qq.re. q.11. ar.1. & 2.

c Vide in 1.10.qq.re. q.9.

Bulla Vndecima.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Minoribus extra loca, vel conuentus ſuos exiſtentibus vt alijs ſe in officio diuino conforment.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dilectis filijs Miniſtro d Generali, & vniuerſis fratrib. Minoribus, ſalutẽ & Apoſtolicã benedictionẽ. Pro veſtro Collegio, quod ſibi libenter theſaurum, quietæ cõſcientiæ theſaurizat, id gratiæ dignè credimus, quod ab eo fructum mentis excutiatur, & in ſpiritus trãquillitate diſponat. Veſtris itaque precibus deuotis inclinati: vobis vt obſeruantia diuini officij, quod ex inſtituto regulæ veſtræ Eccleſiæ Romanæ, more excepto pſalterio celebrare debetis: ſitis perpetuò contenti: necnõ ſi cũ itineris, vel alterius rei cauſa extra conuentus, ſeu loca veſtra, quęlibet, vel quoslibet veſtrum contigerit degere: diuinum officium fratres cum fratribus, aut ſimul cum alijs regularibus, ſeu ſecularibus perſonis, vel quibuſlibet ſeparatim facere, alio quàm Romano ordine placuerit; id ad debitum, quod ratione regulæ præfatæ debetis perſoluere vobis ſufficiat, nec iterum proprium dicere teneamini tenore præſentium, nũc & in perpetuum indulgemus. Non obſtantibus cõſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, aut veſtræ prædictæ regulæ inſtitutis, alijſq; quibuſcumque contrarijs. Dat. apud ciuitatem Caſtellanam XII. Kalend. Iulij Pontificatus noſtri anno primo.

d Vide in 1.10.qq.re. q.42. ar.8. vbi agimus an hæc & ſimilia indulta ſint reuocata.

Bulla XII.

SVMMARIVM.

Concedit quod fratres minores non teneantur ad cognitionem cauſarum.

INnocentius Epiſcopus e ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali Miniſtro, & vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Quieti veſtræ prouidere volentes authoritate vobis pręſentiũ indulgemus, vt commiſſiones cauſarum, vel ſententiarum executiones à ſede Apoſtolica, vel delegatis eius, ſeu à quibuſlibet alijs factas vobis, ſine veſtra non teneamini recipere voluntate: niſi in literis apoſtolicis de conceſſione huiuſmodi mentio habeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit

e Vide in 2.10.qq.re. q.159. art. 2.

Digitized by Google

ſit indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Anagniæ VII. Idus Octob. Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Inhibet fratres Ciſtercienſes, profeſſos ordines minorum recipere.

a Vide in 3.10.qq.regul. q.12. art.11.

INnocentius Epiſcopus,&c. Abbatibus & conuentibus Ciſtercienſis *a* ordinis. Cum olim, fere Gregorius Papa prædeceſſor noſter de religioſorũ finibus omnem perturbationis materiã amputare deſiderãs vobis in virtute obediẽtiæ firmiter præcipiendo mandauit, prout in regiſtro ipſius prędeceſſoris continetur expreſſè, vt nullum de ordine fratrum minorum prætextu alicuius indulgentiæ, niſi prius ſedis apoſtolicæ, vel miniſtri ſui petita licentia, & obtenta in veſtrũ admitteretis conſortium,& receptos ad ſui reſumptionem habitus remittere curaretis: vos,ſicut accepimus non ſolum admiſſos reſtituere contempſiſtis ad plenum: verũ & plures poſt modum ex ipſis fratribus præter formam à dicto prędeceſſore noſtro vobis impoſitam non abſque inobedientiæ vitio recepiſtis. Volentes igitur,vt eiuſdem prædeceſſoris noſtri mandatum, vtpotè pluribus ſalutiferum, & ſeminarium pacis firmiter obſeruetur à vobis, vniuerſitati veſtrę per apoſtolica ſcripta præſentium authoritate mandamus, quatenus omnes quos de ordine prędicto vos vel anteceſſores veſtri contra mãdatum huiuſmodi recepiſtis ad miniſtros ipſorum ſine difficultatis obice remittentes ſtudeatis à receptione taliũ propter quietem ordinis vtriuſque de cætero abſtinere. Alioquin ne hoc per aliquorum inſolentiã impediri cõtingat, venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis locorũ veſtrorũ Diœceſanis noſtris damus literas cũ mandatis, vt eos qui ex vobis hmõi mandato apoſtolico noluerint humiliter obedire ad id monitione præmiſſa per cẽſuram eccleſiaſticã appellatione remota cõpellãt. Indulgentia ſedis Apoſtolicæ non obſtãte. Datum ſecundo Kal. Iunij Põtificatus noſtri anno quarto.

Bulla XIIII.

SVMMARIVM.

Concedit non ligari fratres minores conſtitutione, vt quis ratione contractus, vel delicti in aliquo loco conueniri poſſit.

b Vide in a.10 qq.regul.q.2 ar. 8. & q.63. art.3.

INnocẽtius Epiſcopus,&c. Generali & *b* Prouincialibus miniſtris, ac alijs fratribus de ordine fratrum Minorũ. Cum olim duxerimus ſtatuendũ, vt exempti quantumuis gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti,ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur ritè poſſint corã locorum ordinariis conueniri, & illi quoad hoc ſuã in ipſos iuriſdictionem, prout exigit exercere. Vos dubitantes vtrum per conſtitutionem huiuſmodi libertatibus, ac immunitatibus vobis,& ordini veſtro per priuilegia, & indulgentias ab apoſtolica ſede conceſſas præiudicari valeat nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere ſuper hoc indemnitati veſtræ paterna ſolicitudine curaremus. Quia vero eiuſdem ordinis ſacra religio ſic nos ab omnibus per quæ vobis poſſent prouenire diſpendia immunes libenti animo præſeruare hortatur authoritate vobis præſentium indulgemus, vt occaſione cõ-

ſtitutionis huiuſmodi nullum eiſdem libertatibus immunitatis in poſterum pręiudicium generetur. Nulli ergo. &c. Datum Peruſij XV. Kalen. Octobris, Pontificatus noſtri anno decimo.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Concedit loca fratrum minorum in quibus conuentus exiſtunt Eccleſiæ conuentuales vocari.

c Vide in 3. 10. qq. reg. q.31. ar.4.

INnocentius Epiſcopus, &c. Generali & *c* Prouincialibus miniſtris & alijs fratribus ordinis fratrum minorum. Cum tamquam veri & fideles miniſtri Chriſti elegeritis vobis in domo Domini manſiones, dignum eſſe credimus, vt habitacula veſtra inter alias honorabiles congregationes fidelium ſtatuamus. Hinc eſt igitur, quod veſtris ſupplicationibus inclinati præſentium authoritate decernimus, vt Eccleſiæ veſtræ omnes vbi conuentus exiſtunt conuentuales vocentur concedentes vobis nihilominus licentiam, vt in ipſis Eccleſijs ad opus fratrum & conuerſorum veſtrorum habere libere cœmeteria valeatis. Nulli ergo hominũ,&c. Datum II. nonas Martij, Põtificatus noſtri anno 7.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Concedit in Eccleſiis fratrum liberam ſepulturam.

d Vide in 3. 10. qq. reg. q.18. ar.3.

INnocentius Epiſcopus,&c. Generali & Prouincialibus miniſtris, & alijs fratribus de ordine fratrum minorum. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato cõcurrentes aſſenſu ſepulturam *d* eccleſiarum veſtrarũ liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni,& extremę voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo,&c. Datum V. Kalendas Martij, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Concedit minoribus de his, quæ pro diuino cultu, victu, atque veſtitu offeruntur quod nulli canonicam portionem ſoluere teneantur.

e Vide in 3.10 qq.regul. q.39. art.2.

INnocentius Epiſcopus,&c. Generali & Prouincialibus *e* miniſtris, & alijs fratribus de ordine fratrum minorum pacem veſtram, cum pacis ſitis humiles, & aſſidui profeſſores volentes in quãtum cum Domino poſſumus ab exterioris perturbationis inquietationibus Apoſtolici fauoris patrocinio communire: ne de his, quæ in ornamentis vel pro eis,ſeu fabricis, luminaribus quoq; anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſiue alijs ad perpetuum cultum diuinum Eccleſijs, vel locis veſtris in vltima voluntate legantur canonica portio ab aliquibus deducatur: dummodo in fraudem huiuſmodi legata non fiant: vt Epiſcopi, vel parochiales Eccleſiæ debita portione fraudentur authoritate pręſentiũ diſtrictius inhibemus. Nulli ergo, &c. Datum Peruſij XVI. Kalen. Iunij, Pontificatus noſtri anno decimo.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Quoſdam Epiſcopos conſeruatores pro priuilegijs proponit.

INnocentius Epiſcopus, &c. Venerabilibus fratribus Palentinenſi Calagurritanenſi Epiſcopis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. *a* Inundans malitia peruerſorum perſonis ſanctæ religioni deditis adeo frequenter exhibet ſe infeſtã quod ipſæ diuino cultui vt deberent vacare nõ poſſunt, dum eorum malitijs agitantur. Cum ergo ſicut dilecti filij miniſter fratrum minorum Regni Caſtellæ & fratres ſibi ſubiecti nobis ſignificare curarunt nonnulli, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, ipſos grauiter moleſtare præſumunt: Nos & præſumptorum huiuſmodi refragari conatibus, & dictorum miniſtri & fratrum grauaminibus volentes congruis remedijs ſubuenire, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus ipſos in perſonis, vel rebus non permittatis contra tenorem priuilegiorum, & indulgentiarum ſedis Apoſtolicæ ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores huiuſmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo; non obſtante conſtitutione de duabus dietis, edita in concilio generali. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum nihilominus exequatur. Datum Peruſij vj Kalend, Octo. Pont. noſtri anno X,

a Vide in 1.10. qq.re. q.61.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Prohibet ſubditis ne contra ordinem ſuorum prælatorum confiteantur.

INocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs magiſtro & prioribus ordinis Prędicatorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ, cum ſupernæ lucis radijs illuſtrati non ignoretis calidi aſtutias inimici, ac fruſtra idem hoſtis ſuæ fraudis retia coram oculis iaciat pennatorum, qui continua diligentia ſalutaribus profectibus ſubditorũ intendunt, quibus confectæ ſanitatis medicamina, veluti inſtructi medici, tempore neceſſitatis adhibent requiratis, Nos de veſtræ ſolicitudine ad vtiliora ſaluti, gregem creditum promouentem plenam in Domino fiduciam obtinemus. Nolumus *b* quòd illi fratres, quib. per noſtras conceſſimus literas, ſeu quibus duxerimus commendandum, vt confeſſiones generaliter audiant, & ſibi confitentibus pœnitentiam ſalutarem iniungant (dummodo confitentium adeo non fuerint enormes exceſſus, quod ipſi pro abſolutionis obtinendo beneficio ſint meritò ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi) aliquam ſuper fratres veſtræ gubernationi creditos ex conceſſione huiuſmodi habeant poteſtatem. Datum Lugduni ſeptimo Kalendas Aprilis. Pont. noſtri anno quarto.

b Vide in 1.10 qq.re. q.62.ar.4.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Euntibus ad prædicandum in terris infidelium multa priuilegia conceduntur.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs fratribus de ordine *c* Prędicatorum
in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum,
Bulgarorum, Cumanorum, Æthiopum, Syrorum,
Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zi-
corum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum,
Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſcellita-
rum, Tartarorum, Hungarorum, maioris Hunga-
riæ Chriſtianorum, Captiuorum apud Tartaros,
aliarumq; infidelium nationum Orientis, ſeu qua-
rumcumque aliarum partium proficiſcentibus, ſa-
lutem & apoſtolicam benedictionem. Cum hora
vndecima ſit diei hominibus, vt eaeant ad opus
vſq; ad mundi veſperam deputati, & illud Apoca-
lypſis Eulogium, cito credatur cum matris Eccle-
ſiæ conſolatione complendum, videlicet oportere
viros ſpirituales, vitæ munditiam, & intelligentiæ
gratiam cum Ioanne ſortitos, populis, & gentibus,
linguis, regibuſque multis denuo prophetare, quia
nõ ſequetur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophe-
tata ſalutatio (niſi iuxta Paulum Apoſtolum) prius
introeat gentium plenitudo. Nos licet immeriti
ſuper Apoſtolicæ ſedis ſpeculam conſtituti, fideli-
ter ac prudenter diſpenſandis Dei myſterijs, & o-
peribus coadiuuandis intendimus, ſi vergente ple-
nitudine temporis, poſt pia priorum ſtudia, in vi-
neam Domini Sabaoth, nouos, & pene nouiſſimos,
qui ſapientiam longum didicere per otium, opera-
rios mittere procuramus. Vos igitur, quos iuxta
profeſſæ religionis officium zelus comedit anima-
rum, & in quadriga quarta, quã varijs chariſmatũ
donis, & fidei fortitudine trahitis, vique diſcurre-
re, ac vexillũ Regis gloriæ procul leuare geſtitis:
ad gentes, quæ Ieſum Chriſtum Dominum non co-
gnoſcunt, & ad ſubtractionis filios, qui SS.R.E. nõ
obediunt, deſtinamus, vobis in remiſſionem pecca-
torum omnium iniungentes, quatenus ſeminaturi
ſuper aquas multas, in illo tantum, qui mundũ du-
xit ſe viciſſe confiſi, ad illuminationem cæteræ mul-
titudinis, & exterminium hæreticæ falſitatis, ad
confirmandum nutantium animos, & fidelium cõ-
fortandos, in luce ſermonis, & certitudine operis,
propoſitum vobis iter, ſine quorumlibet offenſio-
ne curratis. Vt autem miniſterium veſtrum hono-
retur plenius, & honorabilius impleatur, præſen-
tium vobis authoritate cõcedimus, vt in terris, quæ
adhuc ſedis Apoſtolicæ magiſterio non intendũt, 1
proponere Verbum Dei, & conſtitutis ibidem (nõ
obſtante ſi aliqua ſint excommunicatione ligati) in
verbis, officio, & cibo, ac in alijs ſecure *d* communi-
care, & ipſos ſeu etiam alios conuerti ad vnitatẽ
Chriſtianæ fidei cupientes, recipere, *e* baptizare, &
aggregare Eccleſiæ filijs valeatis: & presbyteri ex
vobis ipſos aggregatos poſſint inſignire charactere clericali, & ipſos ad Acolytatus ordinẽ promo-
uere. Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad o-
bedientiã ſedis Apoſtolicæ, qui ſunt excommuni-
catione ligati, abſolutionis *f* beneficium iuxta for- 2
mam Eccleſiæ impartiri, & ſuper eo diſpenſare
cum ipſis, qui ſacros receperunt ordines, & diui-
na celebrarunt officia ſic ligati: hoc ipſum vobis
ſit licitum. Circa illos de terris eiſdem qui tem-
poribus indebitis, vel infra ætatem legitimam, 3
aut qui omnes eadem die, vel ſuperiores preter-
miſſis inferioribus conferre, ſeu recipere ordi-
nes præſumpſerunt (ſi tamen in hoc ſeruata talis
forma extiterit, per quam ordines recepiſſent) vo-
bis præterea diſpenſare liceat, vt nulli ex nationi-
bus veſtræ prædicationi commiſſis, qui poſt ſuſce-
ptionem ſacrorum ordinum, vel in gradibus, & ca- 4
ſibus à diuina minime lege prohibitis, matrimo-
nia contraxerunt, remaneant in eiſdem: & hi qui
ad Eccleſiæ Catholicæ redierint vnitatem, vt in- 5
ter ſuos habitent, eiſque communicent. Necnon
quod clerici nationum ipſarum publicè ad obe-
dientiam

c Vide in 3.10. qq. reg. q 32 ar.3. & hoc ipſũ conceſſerũt alij Põtifices pro conuerſione Indorum.

d Vide in 2.10.qq.regul. q. 61. art.1.

e Vide in 10.1.qq.regul. q. 31. art.3.

f Hoc ipſũ cõceſſit Alexand.VI.

Digitized by Google

a Vide in 3 10. qq. re. q 5 a. art. 4. dientiam ſedis Apoſtolicæ redeuntes, gaudeant a
priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitum om-
nium fidelium in tertis prædictis, confeſſiones au-
dire, ac ipſis iniungere pœnitentias ſalutare, & ex-
6 commonicatos à canone, vel alio modo ioxta for-
mam Eccleſiæ abſoluere: dummodo iniuriam, &
7 damna paſſis ſatisfaciant competentes. Cum irre-
gularibus autem partium earum, in caſibus, in qui
bus ſolent legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac
etiam cum clericis ipſarum partium patientibus
8 defectum natalium (dommodo non ſint de adul-
terio vel inceſtu, aut de regularibus procreati) ſit
vobis diſpenſandi facultas, quam circa illos ſimili-
9 ter habeatis, qui ab vnitate Eccleſiæ Catholicæ
ſeu religione, vel clericali ordine diſceſſerunt, ſi
humiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere
de commiſſis. Ita quod ipſi religioſi ad ſua loca,
ſalua diſciplia ordinis reſumantur, & illos ex iam
10 dictis, qoi excommunicationis vinculo ſunt aſtri-
cti iuxta præmiſſam formam, & prædictæ ſatisfa-
ctionis modum abſoluere valeatis, & cum irregu-
laribnaex eiſdem (ſicut eſt expreſſum ſuperius di-
11 ſpenſare.) Ad hæc ſit vobis abſoluendi facultas,
occiſores clericorum & religioſarum perſonarum
in prædictis partibus conſtitutos, fundandi de no-
uo ibidem Eccleſias, & reconciliandi ipſas, quæ
12 ſunt caſu aliquo prophanatæ. Ac de nouo funda-
13 tis rectores idoneos prouidendi, & illis, qui de
gentibus vel ſchiſmatis nouiter ſunt conuerſi,
dandi liceotiam, vt vxores ſuas, cum quibus in
gradibus à lege diuina non prohibitis cootraxe-
runt, valeant retinere. De cauſis matrimoniali-
bus, quas in partibus illis ad audientiam veſtram
deferre contigerit legitime cognoſcendi, ad diſ-
cordantes ioter ſe adinuicem, quo ad pacem &
14 concordiam redeant. Necnon quod inordinate
viuentes, de ſuis exceſſibus ſicut viſum fuerit, ſatiſ
factionem exhibeant compellendi per cenſuram
15 Eccleſiaſticam vobis libera ſit facultas. Inſoper in
locis in quibus vos Hoſpitari contigerit, vel in lo-
cis partium earundem, in qnibus reſidentiam fa-
cietis, miſſam & cætera diuina celebrare officia, &
in eiſdem partibus cœmeteria benedicere, ac dare
indulgentias, commutare vota, facultatem & li-
16 centiam habeatis. Cæterum vobis concedimos,
quod à Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, &
Epiſcopis ordines, & alia eccleſiaſtica ſacramenta
ſuſcipere, & altaria portatilia more ipſorum, à iam
præfatis Epiſcopis benedicta babere, & eis vti poſ-
ſitis, ſi contingat vos aliquo caſu noſtra altariola
non habere, ac veſtes ſacerdotales, altaris pallas,
corporalia, per eos qui ex vobis ſunt, presbyte-
ri (cum neceſſe vobis fuerit) beoedicere, vbi Ca-
tholicorum Epiſcoporum copia non habetur, nec-
non alia facere, quæ ad augmentum Dominici no
17 minis & ampliationem Catholicæ fidei, ac repro-
bationem, & irritationem illorum qui ſacris tra-
ditiooibus contradicuot, ſicut pro loco & tem-
pore videbitis expedire. Nulli ergo omnino
hominom liceat hanc paginam ooſtræ conceſſio-
nis iofringere, vel ei auſu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, in-
dignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Pe-
tri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſu-
rum. Datum Aſſiſij X. Kalend. Auguſti. Pootific.
noſtri, anno XI.

Bulla XXI.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Quod poſſunt fratres minores in terris infidelium confeſſiones audire & pœnitentias imponere.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs fratribus ordinis fratrum minorum presbyteris in tertis Sarracenorum, Paganorum, aliorumque infidelium proficiſcentibus, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Animarum ſalutem deſiderio feruenti, quærentes authoritate vobis præſentium indulgemus, vt cum in Sarracenorum, & Pagsnorum, aliorumque infidelium terra fueritis, liceat vobis Chriſtianis, ibidem morantibus confeſſione ſuorum peccatorum, audita pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac ipſis ſi aliquibus excommunicationis ſententijs ſint aſtricti iuxta formam Eccleſiæ abſolutionis beneficium exhibere. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Ianuæ IIII. Nonas Octobris, Pontificatus ooſtri anno ſecundo.

Bulla XXII.

Habetur Originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Quod fratres non poſſunt per literas Apoſtolicas conueniri, niſi de hoc priuilegio & de eorum ordine fecerit mentionem.

INnocentius Epiſcopus ſeruos ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali miniſtro & vniuerſis fratribus de ordine fratrum minorum Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum iam per eius gratiam qui quæ mundus abomioatur aſſumit veſtri titulus ordinis adeo ſit inſignitus quod verè creditur ab his, qui contra vos literas impetrant ſine malitia ſubticeri. Nos & illorum obuiare fraudibus & veſtram innoceotiam fauorabiliter confoue volentes authoritate vobis præſentium indulgemus, vt oequeatis per literas Apoſtolicas conueniri, quæ de hac indulgentia, & veſtro non fecerint ordine mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Dat. Lateran. iij. Nonas Nouemb. Pontif. noſtri anno primo.

Bulla XXIII.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit prælatis ordinis minorum, vt poſſint abſoluere à cenſuris venientes ad ordinem.

INnocentios Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & Prouincialib. miniſtris, & cuſtodibus ordinis fratrum minorum ſalutem et Apoſtolicam benedictionem. Cæleſtis amor patriæ mentes veſtras ſic allexiſſe perſpicatur, vt quaſi hoc ſolum delectatione vobis tribuat, quod diuinæ voluntati ſit placitum, & ſalutem proferat animarũ, procedit ex hoc, quod nos veſtris pijs petitionib. fauorem largiri beneuolum delectantes, maximè cum ex Apoſtolici cura teneamur officij circa religionis augmentum attenti, & vigiles inueniri, vobis authoritate præſentium indulgemus, vt volentibus veſtro aggregari collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs ſint ligati abſolutionis beneficium iuxta formam

Eccleſiæ impertiti, & ipſos in fratres recipere, ac vos, qui poſt aſſumptum habitum recoluerint ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententia innodatos ſecūdum formam ipſam abſoluere valeatis, ita tamen quod ſi aliqui ex eis de huiuſmodi ſententijs propter debitum ſunt aſtricti ſatisfaciant, vt tenentur. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Lugduo. VIII. Kal. Februar. Pont. noſt. aono VII.

Bulla XXIIII.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmāticenſi, & habetur etiam originaliter id ipſum de verbo ad verbum conceſſum ab Alexandro Quartò.

S V M M A R I V M.

Concedit prælatis prouincialibus vt poſſint abſoluere fratres ab excommunicatione, & diſpenſare in irregularitate.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & vniuerſis miniſtris prouincialibus ordinis fratrum minorum præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionē. Licet ad fratres ordinis pia deſuadet intentio, vt ab eis in his, quæ faciunt prudenter, & prouidè procedatur per hoc & ſuæ religioni proficere, & Dei cupientes Eccleſiam honorare, tamen aliquando conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipſis exceduot in caſibus, in quibus excommunicationis ſententiam, & notam irregularitatis incurrunt. Quare à nobis ſupplicatione humili poſtulatis, vt cum viri contemplationi dediti ſint in religionis feruorem à diſcurſibus, cohibendi, ac propter varia pericula eiſdem fratrib. ad noſtram, & Diœceſanorum præſentiam impediatur acceſſus, ſuper hoc prouide de benignitate ſolita curaremus. Nos igitur piè volentes quod noſtra deuotio in his quæ dignè poſſumus ſedem Apoſtolicam reperiſſe gaudeat gratioſam vt ſinguli veſtrum in prouincijs ſibi commiſſis, prædictis fratribus conſtitutis, ibidem abſolutione, ac diſpenſatione indigentibus, ſiue priusquam ordinem intrauerint, ſiue poſt in caſibus exceſſerint memoratis de conſilio diſcretorum fratrum veſtrorum, qui literati ſint, & Deum timentes impertiri valeant abſolutionis beneficium, & diſpenſare cum eis iuxta formam Archiepiſcopis & Epiſcopis à ſede Apoſtolica traditam vobis authoritate præſentium concedimus facultatem, niſi adeo grauis fuerit & enormis exceſſus quod meriti ſint ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Anagniæ, VI. Kal. Octobris, Pootificatus noſtri anno primo,

Bulla XXV.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi,

S V M M A R I V M.

Quòd fratres poſſint habere oratoria in locis ſuis, in quibus in altari viatico diuina celebrare poſſint abſque decimis, & oblationibus.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs fratribus minoribus, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Nos attendentes veſtrarum orationem ſuffragia plurimum opportuna: quoniam eo efficaciter eſſe debet noſtra interceſſio apud Deum, quod perfectè viuentes, eius digni eſtis gratia potiori. Conſiderantes, quoque vobis negandum non eſſe, vnde nemini derogatur, dum noſtra expoſcit religio, vt quæ ſunt etiam de gratia ſpeciali vobis concedere debeamus, deuotioni veſtræ authoritate præſentium veſtris inclinari precibus indulgemus, vt in locis, in quibus degetis liceat vobis habere oratoria, in quibus cum viarico altari poſſitis miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare, omni parochiali iure parochialibus Eccleſijs reſeruato. Et ne de hoc iure poſſit quæſtio ſuboriti, illud circa oblationes, decimas, & primitias, quæ à laicis ſolent clericis exhiberi, quibus defraudari nolumus parochiales Eccleſias occaſione indulgentiæ ſupradictæ. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Anagniæ, Nonis Octobris Pootificatus noſtri anno primo.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla XXVI.

S V M M A R I V M.

1 *Ne quiſpiam in familiares, ſeruientes ac benefactores ordinis Ciſtercienſis ſeu in eos, qui molunt in molendinis monaſteriorum, vel coquunt in furnis eorum, ſeu alias cum monachis communicant excommunicationis ſentētiam promulget.*

2 *Et ſi excommunicationis ſententia contra prædictos vel præſumptionem cuiuſpiam proferatur, talis ſit irrita & inanis.*

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij, eiusq; coabbatibus & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli Eccleſiarum prælati veſtris libertatibus inuidentibus, cum eis non liceat ex Apoſtolicæ Sedis indulto in vos excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgare in familiares, ſeruientes, & benefactores, ac illos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis veſtris, quique vendendo ſeu emendo, vel alias vobis communicant, ſententias proferunt memoratas: ſicque non vim & poteſtatem priuilegiorum veſtrorum, ſed ſola verba ſeruantes, vos quodammodo excommunicant, dum vobis alios communicare non ſinunt, & ex hoc iudicati videbimini iudicio Iudæorum, & qui vobis communi-
cant in prædictis illud euenit inconuenieos quod 1
maiorem excommunicationem incurrant, quam excommunicatis communicando fuerant incurſuri. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouide-
re quieti veſtræ ſuper hoc paterna ſolicitudine cu 2
ratemus. Nos igitur *a* veſtris ſupplicationibus in- *a Vide in*
clinati ne qui prædictorum huiuſmodi ſententias *10.qq.10.q.*
in fraudem priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis de cæ- *69.ar.5.*
tero promulgare præſumat, authoritate præſentiū inhibemus decernentes eas ſi per præſumptionem cuiuſpiam taliter promulgare contigerit irritas & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotētis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Lugd. IIII. Kalend. Maij, Pontificatus noſtri anno II.

Bulla

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Licet Abbatibus moniales rebelles ac ſuperbas ab eorum ordinis vnitate reſcindere priuilegijs & indulgentijs prædicto ordini conceſſis perpetuo carituras.

a Vide de electu à religione in 10.1.qq.re. q.20. ab artic.54.

INnocentius Epiſcopus a ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque coabbatibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sic ordinis veſtri fragrantia nos delectat vt libenter illa vobis, & liberaliter concedamus, quæ fructus dulcedinis & flores ſuauitatis vobis proferant & odoris. Cum igitur ſicut nobis exponere curauiſtis nonnulli veſtri ordinis moniales ad ſuperbiam & rebellionem, offirmato calcaneo, ſuadente perditionis authore, obedientię ruptis habenis, per campum diſcurrant laſciuiæ, ac propriæ voluntatis, reiecta modeſtia monachali in ſuarum diſpendium animarum & infamiam, & ſcandalum ordinis memorati. Nos volentes morbo huiuſmodi congrui remedij medicamine ſubuenire, præſentium vobis authoritate cõcedimus, vt liceat vobis moniales huiuſmodi (ſi quas tales de cætero in corpore veſtri ordinis contigerit reperiri) reſcindere à veſtri ordinis vnitate, ne membra forſan inficiant ſaniora, priuilegiorum, & indulgentiarum prædicto ordini conceſſarum commodis perpetuo carituras. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eis ſe nouerit incurſurum. Dat. Mediolan. Idus Auguſti. Pont. noſtri anno nono.

Bulla XXVIII.

SVMMARIVM.

Declarat Summus Pontifex Decretalem quandam quam ipſe edidit contra exemptos, qua ſtatuebat, quod exempti quantacumque gauderent libertate, nihilominus ratione delicti, ſeu contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur poſſint coram ordinarijs conuenire, nullum ordini Ciſtercienſis libertatibus & immunitatibus præiudicium afferre.

b Vide in 2.10.qq.re. q.63.ar.3.

INnocentius Epiſcopus b ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque coabbatibus & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum nuper duxerimus ſtatuendum, vt exempti quantacumque gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos igitur rite poſſint coram ordinarijs locorum conueniri, & illi quoad hæc ſuam in ipſos iuriſdictionem, prout ius exigit exercere: vos dubitantes, ne per conſtitutionẽ huiuſmodi libertatibus, & immunitatibus vobis, & ordini veſtro, per priuilegia, & indulgentias ab apoſtolica ſede conceſſis præiudicari valeat, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere ſuper hoc indemnitati veſtræ paterna ſolicitudine curaremus: quia vero eiuſdẽ ordinis ſacra religio, ſic vos apud nos digno fauore conſtituit, vt nobis votiuũ exiſtat vos ab omnibus, per quę vobis poſſent prouenire diſpẽdia, immunes liberi animo præſeruare, authoritate vobis præſentium indulgemus, vt occaſione conſtitutionis huiuſmodi, nullũ eiſdem libertatibus, ac immunitatibus in poſterũ præiudiciũ generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Lugduni IIII. nonas Maij. Pontificatus noſtri anno octauo.

Bulla XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pius ſecundus confirmat & innouat ſequens priuilegium Innocentij Quarti, anno Domini 1459.*
2 *Profeſſi ordinem Ciſtercienſem in bonis parẽtum ſuccedunt, perinde ac ſi in ſæculo remanſiſſent.*

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futurã rei memoriã. Ab hac diuina nos miſeratio (meritis licet inſufficientibus ſupremæ poteſtatis) Eccleſiaſticæ principatum obtinere diſpoſuit, vt ſuam cuique iuſtitiam, prout debitores exiſtimus vbilibet miniſtremus, & quæ religioſis perſonis ſub ſuaui contemplationis iugo altiſſimo famulantibus per prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices conceſſa comperimus: illorum inhærendo veſtigijs, dum à nobis petitur reſtaurationis, & innouationis munimen propenſius ſolidemus. Hinc eſt quod nos quarundam fæ. re. Innocentij IIII. prędeceſſoris noſtri literarum, quas diligenter inſpici, & examinari fecimus, tenore de verbo ad verbum, ſignis, & caracteribus duntaxat exceptis præſentibus annotato eas, cum incipiant vetuſtate conſumi, ac dilectorum filiorum oratorum generalis capituli ordinis Ciſtercienſis ſupplicationis inſtantiã 2
authoritate apoſtolica innouamus, c & præſentes ſcripti patrocinio communimus. Tenor vero ipſarum literarũ talis eſt. Innocẽtius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque coabbatibus, & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus inclinati, authoritate vobis præſentium indulgemus, vt poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, exceptis fæudalib. quę perſonas fratrũ ad monaſteria veſtra è ſæculo fugiẽtium, & profeſſionem facientiũ in eiſdẽ ſi remanſiſſent in ſæculo tõne ſucceſſionis, d vel quocunq; alio iuſto titulo cõtigiſſent, petere ac retinere liberè valeatis cõtraria conſuetudine non obſtãte. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Lugdu. II. Kal. Nouemb. Pont. noſtri, ann. IIII.

c Vide de cõfirmatione priuilegiorum in 1.10.qq.regul.q.8.

d Vide in 2.10.qq.re. q.78.ar.8.

Per hoc autem nullum ius de nouo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſeruari. Nulli omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ innouationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotẽtis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Mantuæ, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono, VII. Kal. Aug. Pont. noſt. anno I.

Pro ordine Sanctiſſimæ Trinitatis & Redemptionis Captiuorum.

Bulla XXX.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMAN.

S V M M A R I V M.

Probibet ne litera à Sede Apoſtolica impetrare poſſint contra priuilegia ordinis Trinitatis, niſi de ipſo ordine faciant mentionem.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filijs miniſtro & fratribus ordinis SS. Trinitatis & Redemptionis Captiuorum ſalutẽ & apoſtolicam benedictionem. Paci & quieti ordinis veſtri paterna volentes ſolicitudine prouidere, ad inſtar fœlicis recordationis Honorij Papæ prędeceſſoris noſtri authoritate vobis prædicta indulgemus, vt literæ contra vos à ſede Apoſtolica impetratæ non valeant, niſi expreſſam de ordine veſtro fecerint a mentionem. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerariò contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Lugduni Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Kal. Februarij. Pontificatus noſtri anno quinto.

a De intelligentia huius clauſulæ, vide in 10. qq. regu. q. 9. artic. 6.

ALEXANDER PAPA QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi, in quo etiam habetur alia Bulla originalis huius Summi Pontificis hoc ipſum ordinãs, non tam amplè, quæ fuit data Anagniæ VII. Kalen. Auguſti, Pont. ſui anno Primo.

S V M M A R I V M.

Quod prælati ordinis poſſint fratres in ſocios authoritate Apoſtolica Archiepiſcopis, & Epiſcopis deputatos viſitare atque corrigere, & quod non tenentur eoſdem fratres in ſocios deputare, niſi eorum honeſtati viderint expedire.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sacræ religionis veſtræ forma clariſſima eſt ab vniuerſis, & ſingulis illam profitentibus mente vigili conſeruãda, ſed ab illis potiſſimè, quos pro cauſis legitimis oportet aliquando ſe de ſuis conuentibus, ſicut obedientiæ virtus exigit abſentare. Sanè nonnulli ex fratribus ordinis veſtri, qui venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis de ordine ipſo ſuſceptis, quandoque in ſocios deputãtur, illa prout accepimus præſumunt ſæpè cõmittere, quæ in eiuſdem ordinis ſcandalum, & in ſuarum vergunt periculum animarum. Cum itaq; ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam, deceat ſalubriter prouideri. Nos deuotioni veſtræ authoritate præſentium duximus concedendum, quòd ſinguli veſtrum illos ex fratribus eiſdem, de quibus authoritate literarum Sedis Apoſtolicæ, ſeu legatorũ eius dictis Archiepiſcopis, & Epiſcopis eſt prouiſum viſitare, corrigere, atque etiam, non obſtante contradictione aliqua poſſint ad eundem ordinem reuocare, ita tamen, quòd ſi poſt modum dicti Archiepiſcopi & Epiſcopi apud vos, vel aliquem veſtrũ pro habendis in ſocietate ipſorum alijs idoneis fratribus duxerint inſiſtendum, eorum in hac parte deſiderio annuatis: dũmodo id vobis conueniens, & expediens videatur. Cæterum per literas Apoſtolicas, tam obtentas, vel in poſterum obtinendas, quæ de præſentibus plenam, & expreſſam non fecerint mentionem nullos de fratribus ipſius ordinis præfatis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in ſocios teneamini deputare, niſi hoc honeſtati ordinis, & illorum ſaluti videritis expedire. Dat. Later. Kal. Maij, Pontificatus noſtri anno 6.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

Concedit quod parochiales presbyteri non impediant populum venire ad loca fratrum minorum.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Venerabilibus fratribus vniuerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, prioribus, Decanis, & alijs eccleſiarũ prælatis, & cæteris perſonis eccleſiaſticis, tam ſęcularibus, quã regularibus, cuiuſcunq; ordinis, vel profeſſionis exiſtant ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ. Nec inſolitum eſt neque nouum, vt ea quæ per occupationẽ vel infeſtinantiam fiunt, pro eo quod congruæ deliberationis limina prætereunt, in propenſioris diſcuſſionis reducãtur examen, vt rectiora, & elimatiora per attentionem penſionis diſcuſſionis emanent. Sanè quidam ab Apoſtolica ſede, tẽpore fœlicis recordationis Innocentij Papę IIII. prædeceſſoris noſtri literæ proceſſerunt, in quibus ipſe vniuerſis religioſis, cuiuſcunq; profeſſionis, vel ordinis, diſtrictè in virtute obedientiæ iniungebat, vt parochianos alienos in diebus Dominicis, & feſtiuis non reciperent de cætero in ſuis Eccleſijs, vel oratorijs temerè ad diuina, nec eis vllatenus in ſuis prædicarent Eccleſijs ante miſſarum ſolẽnia: pro quibus audiẽdis, prima diei parte idem parochiani conſueuerunt & debent in ſuis Eccleſijs conuenire: nec ſermones etiã ſolennes facerent illa hora. Sed nec ad prædicandum ſolemniter ad parochias alienas accederent, niſi eſſent ab eorũ ſacerdotibus inuitati, vel ſaltem niſi ſe ad id humiliter peterẽt, & obtinerẽt admitti. Nec ea die, qua Diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco eius prædicaret ſolenniter maximè in Eccleſia cathedrali aliquis ipſorũ in eadem ciuitate vel loco præſumeret prędicare. Si verò in caſu licito parochianum alterius in ſuis Eccleſijs recipere ad ſepulturã contingeret: omnium, quæ obtentu cõſequenter huius ſepulturę portionem canonicam, etiam non requiſiti infra octo dies à tempore receptionis eorum: Epiſcopo vel ſacerdoti, de cuius parochia mortuus eſſet aſſumptus exhibere curarent. Si autem aliquis religioſorum huius præcepti tranſgreſſor contra prędicta, vel aliquid prædictorũ venire præſumeret, præter inobedientiæ & excõmunicationis ſententiam, quam incurrere voluit ipſo facto, gradus ſui periculo ſubiaceret, & nihilominus à Diœceſano ad præmiſſa vniuerſa, & ſingula obſeruanda per cẽſuram eccleſiaſticam appellatione remota diſtrictius cogeretur. Verũ, quia ſuper præmiſſis literis cogitare, attentius, & ſtudioſius deliberare proponimus, pacis commodum, & quietis ſolatiũ Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis, potiſſimè cupientes. Pręfatas literas, & ſi quæ aliæ ſuper prædictis, vel eorũ aliquo, contra pręfatos religioſos, vel alios ex ipſis generaliter, vel ſpecialiter contra formã cõmunem, & ſolitam proceſſere, ac mãdata, ſeu præcepta facta in eis, vel earum authoritate duximus penitus reuocãda. Ideo vniuerſitati veſtrę per Apoſtoli-

Vide in 3. to. qq. reg. q. 28. ar. 1.

Digitized by Google

ſtolica ſcripta mandamus, quatenus per huiuſmodi literas, vel occaſione mandatorum, ſeu præceptorum, aut ſenrentiæ, quæ cootinent, nihil prorſus agatis, cum nullam deinceps efficaciā habeant, vel vigorem. Datum Neapoli XI. Kalend. Ianuarij Pontificatus noſtri anoo primo.

Bulla tertia.

SVMMARIVM.

Idem Alexander concedit executoriam rerum in præcedents bulla contentarum.

Vide in d. art. 1. vbi ſup.

ALexander ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Spoletano, & Aſſiſinenſi Epiſcopis. Salutem, & Apoſtolicā benedictionem. Quædam à Sede Apoſtolica tēpore fælicis recordationis Innocētij Papæ prędeceſſoris noſtri literę proceſſerunt, in quibus ipſe vniuerſis religioſis, cuiuſcunq; profeſſionis, vel ordinis exiſterent diſtrictè in virtute obediētiæ iniungebat, vt parochianos alienos diebus Dominicis, & feſtiuis nō reciperēt in ſuis Eccleſijs ſeu oratorijs temere ad diuina: nec ipſos vllatenus ad pœnitentiam admitterent ſine ſuorum licentia ſacerdotum, nec eis in ſuis prædicent Eccleſijs ante miſſarum ſolemnia, pro quibus audiendis prima diei parte ijdem parochiani cōſueuerunt, & debent in ſuis Eccleſijs cōuenire: neque ſermones etiam ſolemnes facerent illa hora. Sed neque ad prædicandum ſolemniter ad parochias alienas accederent: niſi eſſent ab eorū ſacerdotibus inuitati, vel ſaltem, niſi ſe ad id humiliter peterēt & obtinerēt admitti. Nec ea die quæ Diœceſanus Epiſcopus, vel alius loco eius prædicaret ſolēniter maximè in Eccleſia cathedrali: aliquis ipſorū in eadē ciuitate, vel loco præſumeret prædicare: ſi verò in caſu licito parochianū alterius eo in ſuis Eccleſijs recipere ad ſepulturā contingeret omniū, quæ obtentu conſequentur huiuſmodi ſepulturę portionem canonicam etiam non requiſiti infra octo dies à tempore receptionis eorum Epiſcopo, vel ſacerdoti, de cuius parochia mortuus eſſet aſſumptus, exhibere curarent. Si autē aliquis religioſorum huiuſmodi præcepti tranſgreſſor cōtra prædicta, vel aliquid prædictorum venire pręſumeret: præter inobedientiæ vitium, & excōmunicationis ſenteutiam, quam eum incurrere voluit ipſo facto, gradus ſui periculo ſubiaceret. Et nihilominus à Diœceſano ad pręmiſſa vniuerſa, & ſingula obſeruanda per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita diſtrictius cogeretur nullis eis cōtra hoc indulgentijs, vel Apoſtolicis priuilegijs valituris. Verū, quia ſuper præmiſſis literis cogitare attentius, ac ſtudioſius deliberare proponimus pacis cōmodū & quietis ſolatiū Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis potiſſimè cupiētes præfatas literas, & ſi quæ aliæ ſuper prædictis, vel eorū aliquo contra præfatos religioſos, vel aliquos ex ipſis generaliter, vel ſpecialiter præter formā communē & ſolitā proceſſere: ac mādata, ſeu præcepta facta in eis vel earū authoritate duximus penitus reuocāda. Venerabilibus fratribus noſtris vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatibus, prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipreſbyteris & alijs Eccleſiarū prælatis, & cæteris perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quā regularibus cuiuſcunq; ordinis, vel profeſſionis exiſterent: noſtris dātes literis in mādatis, vt per hmōi literas, vel occaſione mandatorū, ſeu præceptorū, aut ſententiæ, quæ cōtinent nihil prorſus agerent: cū nulla ex tunc haberent efficaciā, vel vigorem. Sed ſicut intelleximus nonnulli Epiſcopi, & alij prælati Ducatus Spoletani, & Patrionij deliberatione noſtra ſuper præmiſſis literis nullatenus expectata dilectis filijs fratribus ordinis Minorū poſt hmōi reuocationem noſtrā inhibere generaliter, vel ſpecialiter præſumpſerunt, ne in locis ſuæ iuriſdictionis prædicēt, niſi licentiā ab eis ſuper hoc habuerint ſpecialem, & hi, quibus hmōi conceſſa fuerint licentia, teſtimonialibus literis de hoc oſtendant ſe munitos, excommunicationis comminantes ſe laturos ſententiā, tam in prædicantes, quam in audiètes: ſi ſecus extiterit attentatum. Volunt etiam, quod illi quibus prædicandi concedunt licentiā, de huiuſmodi cōminatione ſententiæ frequenter in ſuis prædicationibus faciant mentionē. Inhibent, quoque parochianis ſuis, prædictis fratribus ſua cōfiteri peccata, ne hac occaſione ad ipſos accedere: & fratribus, ne aliquos in ſuis Eccleſijs recipere ad diuina præſumant. Quidā inſuper parochiales ſacerdotes eundem modū, circa prędictos fratres nō ſine multorū ſcandalo perperam obſeruare nituntur. Alias quoq; in talibus, idē prę̄lati & ſacerdotes eoſdem fratres grauare, ac moleſtare nō ceſſant in animarū ſuarum periculum ipſorum fratrū iniuriam, ac ſcandalum plurimorū. Cum igitur memoratum ordinem pro eo maximè, quòd fuit nobis in minori tunc officio conſtitutis ab Apoſtolica ſede cōmiſſus charitate præcipua diligamus & fratres eiuſdem ordinis, tāque ptæ dilectos & ſingulares filios intra mētis vbera charius amplexamur. Idēque fratres formarēt in nos, vtpotè in ſpecialē patrem totius reuerētiæ, ac deuotionis affectus, propter qđ conſtāter in animo gerimus ipſos & eundē ordinem Apoſtolicæ, beneuolentię affluentia confouere, eiſq; continuè adeſſe præſidijs opportunis. Nos pati nolentes, qđ aliquid attentetur in ipſorū fratrum præiudicium, & grauamen hmōi inhabilitationes per prędictos prælatos & ſacerdotes, ſeu per quoſcunq; alios factas, necnon ordinationes quaſlibet, & quoſcunq; proceſſus contra fratres ipſos & eorum ordinē poſt prædictam reuocationē noſtram habitos, authoritate Apoſtolica duximus reuocandos, ne reducentes prædictos fratres in eū ſtatum: in quo prius quā prædictæ ipſius prædeceſſoris manarēt literæ fuiſſe noſcuntur: decernimus irritum & inane, quidquid per quēcunq; in ipſorum præiudicium hactenus extitit, vel extiterit de cætero antequam ſuper prædictis declarauerimus literis attentatum. Ideoque fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa omnia in locis, in quibus expedire videritis: ſolēniter per vos. vel alios denunciare curetis: nō permittentes prædictos fratres eorūque ordinem cōtra huiuſmodi reuocationem & conſtitutionē noſtram ab aliquibus moleſtari, moleſtatores & contradictores hmōi per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantè conſtitutione de duabus dietis edita in Cōcilio generali, quod ſi non ambo his exequendis poteritis intereſſe alter veſtrum, ea nihilominus exequatur. Dat. Laterani, 2. Idus Sept. Pontif. noſtri anno 1.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Concedit, quod fratres ad dignitates aſſumpti bona ſua ordini reſignare debent.

ALexander Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis Minorum. Ex parte veſtra nobis fuit intimatū, quod cum cōtingat interdū ad Epiſcopalē, & alias ſuperiores, ſeu inferiores dignitates aliquos de fratribus veſtri ordinis promoueri: ipſi libros & alia quæ tpe ſuæ pro-

Vide in 2. 10. qq. 10. q. 38. ar. 6.

motionis habebant, licet nõ ad eos, cum proprium eis habere non licet, ſed ad ordinem pertineãt memoratum, proprijs vſibus applicare præſumant in ſuarum præiudicium animarum. Quare ſuppliciter poſtulaſtis à nobis, vt prouidere ſuper hoc ſalubriter curaremus. Nos igitur eorundem fratrum ſaluti, & indemnitati veſtri ordinis paterna volẽtes ſolicitudine prouidere, vt libros & alia, quæ ipſos promotionis ſuæ tempore habuiſſe, ſeu habere conſtiterit, tibi fili generalis Miniſter, vel tuis prouincialibus miniſtris, ſub mora qualibet dilatione reſignent. Ipſis fratribus iam promotis in virtute obedientiæ: illis autem, quos promoueri contigerit, nec reſignare differant authoritate huiuſmodi duximus iniungendum: niſi forſan vos ipſorum vſus eis ad tempus conceſſeritis de gratia ſpeciali. Laterani 9. Decemb. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Concedit nullum fratrem ubſque ſuorum prælatorum licentia ab aliquo in Epiſcopum aſſumi poſſe.

Vide in 1. to. 99. reg. q. 38 art. 1. ALexander Epiſcopus, &c. Miniſtro generali ordinis fratrum Minorũ. Petitio tua nobis exhibita continebat, quòd cũ aliqui fratres tui ordinis in aliquibus Eccleſijs in Epiſcopos eligũtur, vel etiam poſtulãtur, ijdem fratres propriũ velle nõ habeãt, aut nolle pro eo, quod renunciauerũt mundo & propriæ voluntati, & per ſe nequeant cõſentire: tñ irrequiſitis Miniſtris ſuis, quorum licentia & teſtimoniũ eſſet i\u0304 talibus requirenda, interdum electionibus, ſiue poſtulationibus de ſe factis temerè conſentiunt: & locorũ Archiepiſcopi fratres ipſos in Epiſcopos aſſumere, ac ordinare præſumũt. Propter quod plerumq; in eodem ordine ſcandalũ generatur, ſuper quo prouideri per ſedem Apoſtolicã humiliter poſtulaſti. Cum autem prædictum ordinem, cum ſit ractæ vitæ ſpeculum, & ſalutiferæ cõuerſationis exemplum velimus ſemper de bono in melius proſperari, authoritate præſentium de ſpeciali gratia inhibemus vt nulli præfati ordinis fratres, ſi eos in Epõs eligi, aut poſtulari contigerit, electioni, ſeu poſtulationi de ſe factæ audeant conſentire. Nec aliquis Archiepiſcopus, ſeu quicunq; alius prælatus, vel etiam legatus, ſedis ipſius, niſi fuerit Cardinalis dictos fratres, niſi tua, vel ipſorũ fratrum prouincialium Miniſtrorum, qui pro tempore fuerint licentia, & aſſenſu, aut ſedis Apoſtolicæ eiuſdem ſpeciali mandato, ad Epiſcopatus, vel alias dignitates, extra dictũ ordinem aſſumere, vel ordinare preſumant. Nos autem decernimus irritum & inane, quidquid contra inhibitionem huiuſmodi à quocunq; contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Da. Anagn. 5. Idus Iunij, Pont. noſtri, anno ſecundo.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Præcipit, quod ſemper fratres Minores habitent in monte Aluerna.

ALexander Epiſcopus, &c. vniuerſis Miniſtris cuſtodibus, & guardianis, ac cæteris fratribus ordinis fratrum Minorum. Si nouæ militiæ militãtis Eccleſię in laudem B. Frãciſci Ieſu victoris, ſigniferi penſemus præconia, necnon, & gaudia, & iubilos triumphantis: ex animo nempè cogimur eiuſdẽ ſancti, omnia pedum veſtigia, latibula montium & cauernas terrarũ, vt humana fragilitas ſinit indagare ſolicitè & reperta, cũ omni reuerentia venerari. Sanè, & dilecti filij celebrem illum vernantis Aluernæ montem (in quo ſublimatum corpus à ſublimiori animo non diſſenſit, cum ibi nimius amor interius in mente feruens, intus in Seraphici incaleſcẽs, incendij feruore prorupit exterius, decorans corpus in cruce ſplendidum ſuis Margaritis) affectionis brachijs amplectimur, tot & tanta magnifica re colentes. Quẽ. n. amicum æternæ ſalutis ille locus non delectet, quam plurimum, vbi extremo iã inſtante ſeculi ſeneſcentis interitu oſtendit exceſſus regis militem regijs militaribus inſignitum, vt regis aciem iam labentem, tantamq; ab hominib. fugientẽ defenderet, & certamẽ victorioſum triũ pbatoris ſuperni verbis & actibus hoſtes aggredientibus prædicaret. O quã ibi lugubria cordis ſuſpiria, & ex ĩternis cordis anxios ſingultus eduxit. O quoties felicẽ montis humum fęlicioribus lachrimarũ riuulis madidauit fęliciſſimũ pectus ſternens, & ſi certè interdũ ciuium ſuperiorũ ordinum præſentia, & ſolatio leuaretur. O quoties in infernorũ militia mens eius plena diuinis inſtillationibus lætabatur. Nos igitur de tanti patris orationibus confidẽtes hunc Sanctũ præfati montis locũ in ſpecialẽ aſſumimus cunctis noſtris viribus protegendũ. Quocirca vniuerſitatem veſtrã rogamus, monemus, & hortamur attentè per Apoſtolica vobis ſcripta in virtute obedientiæ firmiter præcipiendo mandantes, quatenus in prædicto loco, quẽ nulla rõne volumus deſtrui, vel ab ordine derelinqui fratres aliquos ſtatuatis, qui iugẽ ibidẽ ſtatuant dño famulatũ. Da. Neapoli. 6. Idus Aprilis Pont. noſtri, anno primo.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Concedit, quod fratres transferentes ſe de vno loco ad alium poſſint ſecum transferre materiam ædificiorum, locorum, quæ dimittunt, & libros, calices, & paramenta, &c. huiuſmodi exceptis Eccleſiis.

ALexander Epiſcopus, &c. Generali miniſtro, & Prouincialibus cuſtodibus & Guardianis, necnon & vniuerſis fratribus de ordine fratrũ Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictiunẽ. Ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alij Eccleſiarum prælati, cum fratres veſtri ordinis de locis ſuis ad alia loca, eis, & ipſi ordini pia ſedis Apoſtolicæ, vel aliorum Chriſti fidelium liberalitate conceſſa transferri contigerit: priora loca violenter occupant, & tam ea quam libros, calices & paramenta, ſibi vendicare pręſumant in animarũ diſpẽdium dicti ordinis præiudicium, & ſcandalum plurimorum. Nos igitur, ſuper his paterna ſolicitudine prouidere volentes: vt liceat eiſdem fratribus, cum de prioribus locis ad alia loca, ſe transferunt, tam ędificia, ſeu omnem ædificiorum materiam locorum quæ dimittunt exceptis duntaxat Eccleſijs, quã libros, calices & paramenta prædicta ad alia loca transferre: ac ædificia ipſa cum ſolo & alijs ad eadem loca pertinentibus præter Eccleſiam, per procuratores à vobis filijs miniſtris ad hoc deputatos vendere, ipſorumque precium in aliorum locorũ, ad quæ dicti fratres ſe transferunt, ędificationem, ſeu alias in eorum vtilitatem conuertere: cum ipſa priora loca, & alia loca fratrum ad nos, & Apoſtolicam ſedẽ ſpecialiter pertinere noſcatur præſentium authoritate indulgemus. Diſtrictius inhibentes, ne aliquis prædictorum prælatorum, ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis. prædicta bona, ſeu loca accipere, vel vſurpare, aut quocũque alio modo, ſibi vẽdicare p̃ſumãt, abſq. licentia *Vide in to. 1. 99. reg. q. 38 art. 6. & in 2. to. q. 5. art. 4.*

ſedis

ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Decernentes irritum ;& inane, quidquid contra huiuſmodi conceſſionem, & inhibitionem noſtram per quoſcunque fuerit attentatum. Nulli ergn omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ conceſſionis, & inhibitiunis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire: ſi quis autem, hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Anagniæ 12. Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla VIII.

SVMMARIVM.

Cõcedit, quod pueri ſeruitiis fratrum deputati, negotiorũ ſuorum procuratores & operarii non ligentur cẽſuris, poſſintq; audire diuina tempore interdicti.

Vide in 10. 2 qq. reg. q. 67. ar. 3. & q. 115. artic. 1.

ALexander Epiſcopus, &c. Dilectis filijs generali Miniſtro, & vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vt in veſtris domibus ſeruientes in miniſterijs opportunis ob veſtri gratiam, quam apud ſedem Apoſtulicam, ſedulè deuotionis veſtræ obſequia promereutur, noſtræ gratiæ inanes non reddantur immunes. Nos veſtræ deuotionis precibus inclinati quod ſi quando in perſonas, vel terras in quibus reſidetis excommunicationis, vel interdicti ſententiam contigerit promulgari: pueri veſtris ſeruitijs deputati, negotiorum quorum quoq; veſtrorum procuratores, & operarij, qui in veſtris locis, eorum operibus perſonaliter conſtituti inſtiterint huiuſmodi ſentẽtijs obnoxij nullatenus habeãtur, ibique poſſint audire diuina iuxta formam, quæ in locis ipſis, in eo caſu à ſede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi eiſdem cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat eoſdem, authoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſſionis & gratiæ infringere, vel ei auſu temerario cõtraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Anagniæ 5. Kal. Iulij Pont. noſtri, anno primo.

Bulla IX.

SVMMARIVM.

Concedit prelatis in eiectos ab ordine, vel egreſſos prædicantes, & confeſſiones audientes poſſe excommunicationis ſententiam promulgare.

ALexãder Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs generali, & vniuerſis Prouincialibus Miniſtris & cuſtodibus ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Iuſtis petentium deſiderijs; dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota, quæ à rationis tramite nõ diſcordant, effectu proſequẽte complere. Cnm igitur, ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum coram nobis, aliqui à veſtris ſacris collegijs ipſorum culpis exigentibus repellantur: quidam onus obedientiæ temeritate propria deponentes, quaſi pulli onagri vitam velint ducere abſque iugo, ac ijdem extra clauſtra veſtri ordinis peragrantes, prædicationũ, confeſſionum, & docendi officia exercere præſumant in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Nos veſtris precibus inclinati: ne prædicti, quos ab ordine pro ſuis culpis, per vos expelli contigerit, vel egreſſi fuerint ſuo proprio motu prædicare, cõfeſſiones audire, ſeu docere præſumant: niſi de noſtra, vel de veſtra licentia ſpeciali ad alium tranſierint ordinem, diſtrictius inhibemus. Quod ſi forte contra noſtram inhibitionem aliquid temerè fuerit attentatum, liceat vobis in ipſos fratres excommunicationis ſententiam promulgare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Datum Anagniæ, 4. Idus Octob. Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla X.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit fratres Minores ad exequendũ ſententias, vel literas contra aliquot à nemine compelli poſſe.

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs generali, & vniuerſis prouincialibus Miniſtris ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conuenit vt ſacer, & lucidus veſter ordo, ſicut religionis altitudine pollet, ſic per ſedis Apoſtolicæ gratiam priuilegio fulgeat ſpeciali. Veſtris itaque ſupplicationibus inclinati, vt nullus Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, vel quiuis alius prælatus Eccleſiaſticus, ſeu eorum Vicarij, vel officiales, vos aut aliquem de veſtris fratribus ad portandum, ſeu deferendum literas, vel exequendum aut denunciandum ſententias contra Principes ſeculares, communitates, populos, ſeu quoſcunque benefactores veſtros cogere valeat, ſine prædictæ ſedis mandato, vel licentia ſpeciali expreſſam faciente de hac indulgentia mẽtionem. Nec vos, vel quiſquam fratrum veſtri ordinis parere, vel intendere teneamini ſuper his monitionibus, mandatis, aut iuſſionibus eorundem authoritate præſentium indulgemus. Decernentes irritum & inane, quidquid circa hoc contra huiuſmodi indulti tenore à quocunque fuerit attentatũ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtræ conceſſionis, & cõſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Anagniæ 17. Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri, anno primo.

Vide in 2 10. qq regu. q. 119. artic. 2.

Bulla XI.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit prelatos ordinis Minorum poſſe quibuſcunque Pontificibus ordinandos fratres præſentare.

ALexãder Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs generali, & vniuerſis prouincialibus Miniſtris ordini fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conuenit, vt ſacer & lucidus veſter ordo, ſicut religionis altitudine pollet; ſic per ſedis Apoſtolicæ gratiam priuilegio fulgeat ſpeciali. Attendentes igitur, quod eiuſdem ordinis fratres de lucia ad loca ipſius ordinis ſæpius tranſmittuntur: propter quod ſtabilem & perpetuam in certis, & determinatis eiuſdem ordinis domi-

Vide in 3. 10. qq. regu. q. 24. ar. 1.

Digitized by Google

domibus non faciunt mentionem. Conſiderantes
eriam quod bonos,& idoneos, ac approbatos à vo
bis fratribus facitis ad ordines promoueri: veſtris
ſupplicationibus inclinati, vt liceat vobis ordinan
dos fratres eiuſdē ordinis, quibuſcunq; malueritis
Catholicis, Pontificibus communionem & gratiā
prædictæ ſedis habentibus præſentare, ipſiſq; Pōti-
ficibus præſentatis à vobis fratres, ſine qualibet exa
minatione per eoſdem Pontifices facienda,& abſq;
omni promiſſione & obligatione ipſorum ordinan
dorum fratrem ad ordines promouere, vobis,& or
dini veſtro, authoritate præſentium indulgemus.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā
noſtræ conceſſionis infringere, &c. Dat. Anagn. de
cimo ſeptimo Kal. Nouem. Pōt. noſtri, anno primo.

Bulla XII.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Francisci
Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Scribit vniuerſis prælatis egregiè laudando, extollendo & magnificando glorioſum P. N. B. Franciſcum, & ſua ſtigmata de eis fidem exhibens illis præcipiē ſque, quod denuncient populis magnalia, quæ Deus circa ipſum ſanctum fecit.

Vide in 2. to. q. 3. regu. q. 69. art. & de ſtigmatibus B. Franc. vide ſupra in conſtituti. Greg. IX.

ALexander Epiſcopus, &c. ad perpetuā rei me-
moriam. Venerabilibus fratribus Archiepiſco
pis,& Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum prælatis præ-
ſentes literas inſpecturis,& audituris, ſalutē & Apo
ſtolicam benedictionē. Benigna opera diuinæ vo-
luntatis in cælo potens & nouans ſingula ſapienter
& immutans mirabilia ſuper terram, Poſtquā Dei
filius victor mortis ad patrem vnde deſcenderat
vehiculo propriæ maieſtatis aſcendit, mirificæ for-
titudinis viros, ad conſummationem ſanctorum di
uerſis temporibus ſuſcitauit: à quibus teſtimoniū
ſpei, gloriç, cum Chriſto in Deo reconditæ, firmare
tur,& Eccleſiæ ſanctæ ad promiſſam requiem feſti
nandi, in hoc peregrinationis exilio, quod tædioſa
deſiderij eius dilatione protrahitur: per ipſos con-
ſolationis ſolatium perueniret. Inter alios autē die
bus noſtris, B. Frāciſcus alumnus Chriſti confeſſor
apparuit ſignis,& virtutibus glorioſa, qui clariſſi-
mis piè viuendi meritis,& exemplis, ſanctam fæcū
dauit Eccleſiam:& caligantia præſentia ætatis tem
pora, fulgoris ſui ſlampade illuſtrans, viæ iuſtitiæ
perfectè præparās in eremo altiſſimæ paupertatis,
quam ipſe curans,& alacriter exultans, contra car-
nem, mūdum,& demonem, velut gigas traxit poſt
ſe de inferi faucibus,& traduxit ad Dominum po-
pulum humilem, bonorum operum ſectatorem, ſi-
cut effuſa ſuper faciem orbis terræ, copioſa profeſ-
ſionis eius religioſa generatio patefecit. Vt autem
ad illuminationem gentium, celebris eius memo-
ria, tanquam rutilum ſydus, in coruſco firmamen-
ti myſtici æthere ſeruaretur; multis eum diuina po-
tentia, adhuc militantem inter homines,& demum
in ſanctorum agmine triomphātem, dignata eſt dei
ficare miraculis; quæ fçlicis recordationis Grego-
rius Papa prædeceſſor noſter, ne illa, vel peruerte-
ret æmula ſanctitatis iniquitas, vel obliuionis digi-
tus qui rebus geſtis citò ſuper dicitur aboleſceret,
ſolertiſſimis Inquiſitionibus indagata, & comper-
ta fideliſſimis documentis fecit ad laudem Dei, &
augmentum fidei,& inſtructionem ſalubrem, tam
præſentium, quam etiam futurorum, monumentis
perpetuis commendari, eundem confeſſorem San-
ctorum Catalogo aſcribendo: ſicut in plurimis lo-
cis liquido per ipſius prædictas literas apparet: ha-
rum ſeriem explicitè continentes. Porro, quia lon-
gum eſſet necdum exarare per ſingula, verum etiā
ſuccincta relatione, perſtringere, clara virtutis di-
uinæ prodigia, quæ tam in operationibus ſanitatis,
quam etiam in alijs mirabilibus argumentis, proba
uerunt eundem confeſſorem tenere, cum ſanctis ſo
lium gloriç in excelſis: ſignanter nobis ante oculos
proponere volumus recolenda frequentius,& ve-
hementius admiranda illa ſaltem iocunda Domi-
nicæ Paſſionis inſignia, quæ in eiuſdem ſancti cor-
pore dum adhuc vitali ſpiritu foueretur manus cæ-
leſtis operationis impreſſit. Viderunt namq; oculi
fideliter intuentes,& certiſſimi cōtemplantium di
giti palpauerunt quod in manibus eius,& pedibus,
expreſſa vndique ſimilitudo clauorum, de ſubiecto
propriæ carnis excreuit, vel de materia nouæ crea-
tionis accreuit, quæ equidem ſanctus ſtudioſe, ab
oculis hominum, quorum refugiebat gloriam, cū
viueret abſcondebat. Inuenta eſt patentius in ipſius
defuncti corpore non inflicta humanitus, nec facta
plaga vulneris lateralis, quaſi aliquid inſtar lateris
Saluatoris, quod ſaluationis, & redemptionis hu-
manæ, in redemptore noſtro protulit Sacramentū.
Quæ quidem plaga (ſicut quoſdam ex fratribus, ſi-
bi familiariter adhærentibus latere non potuit pro
pter defluxum humoris) diu antea viuerat in vi-
uente. Hæc igitur mira,& decora nouæ demonſtra
tionis indicia, magnæ debent eſſe deuotionis diui-
tiæ Chriſtianis, & inæſtimabiles religioſis deliciæ
in ſpiritualibus communia Eccleſiæ orthodoxæ: cū
ex eis ſincera fides Chriſti accipiat, quod etiam illi
fuerint Paſſionis Chriſti, ſine extrinſeco perſecuto
re conſortes, qui pro eius amore carnem ſuam, cū
vitijs & concupiſcentijs voluntarie crucifixerunt.
Sanè de prçfato ſancto hçc certius aſſerentes indo
ctas fabulas, ſeu vanç inuentionis deliramenta non
ſequimur, cum ea nobis dudum nota fuerit plenior
fides rerum, quando videlicet in minoribus conſti
tuti, cōfeſſoris eiuſdem familiaritatem, ex munere
diuino meruimus habere notitiam, prçfati prçde-
ceſſoris noſtri domeſticis obſequijs, tunc temporis
inſiſtendo. Cum igitur oporteat cauere prudenter,
ne tanta patrocinij gratia humani generis in me-
morato confeſſore collata in vacuum aſſumatur:
vniuerſitatem veſtram rogamus, monemus, horta-
mur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandan-
tes, quatenus eiuſdem confeſſoris pretioſa merita
miraculoſa, magnalia,& ſalutarem memoriam cele
britate annua prçdicatione frequenti & veneratio
ne recenſentes, ad ipſius deuotionem gratiç diuinç
memoriam ſubditos veſtros, celebris monitis exci-
teris. Vt eo pro vniuerſo fidelium populo, ac præ-
ſertim, pro ijs qui ſe inuocauerint diuinam miſeri-
cordiam implorante, mereantur ſupplices, quod
operum ſuorū poſſibilitas obtinere non poteſt, eius
interceſſionibus impetrare. Nemo itaq; eidem ſan
cto audeat de cçtero eſſe moleſtus, in corpore ſuo
Chriſti triumphalia ſtigmata prçferenti, ſiquis igi-
tur ſpiritu temerariç prçſumptionis inſaniens diui
ni muneris inuidus Apoſtolici iudicij ſacrilegus im
pugnator prçmiſſa, vel alia prodigiorum ſigna, qui
bus in Eccleſia Dei, ſanctitas prædicti confeſſoris
eluxit improbæ contradictionis morſibus obtrectā
da crediderit: volumus & mandamus, vt eum ſanæ
mentis reſtituat iudicialis ſeueritas diſciplinæ, ita
quod diſtricta proprij prælati caſtigatione corre-
ctus, Dei opera blaſfemare diſcat,& fidei Catholi-
cæ fructus de pia mirabilium Domini credulitate
pullulans, non areſcat. Nulli ergo omnino hominū
liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, prohi-
bitionis voluntatis infringere, vel ei auſu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attentare præſum-
pſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beato-
rum

rum Petri & Pauli Apoſt. eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Anagn. 4. Idus Nouemb. Pont. noſtri anno 1.

Bulla XIII.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit prælatos poſſe abſolui à qualibet excommunicatione per confeſſores ab eis electos.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. *Vide in 10. 2. 99. reg. 4. 20. art. 1.* Ordinis veſtri generoſa plãtatio, quæ multa religionis, & honeſtatis, & flores, & fructus, protulit effuſo longè, lateq; laudabilis cõuerſationis odore, nos prouocat: vt ſaluifera veſtra commoda, fauore beneuolo proſequentes, trãquillitatem veſtram quantum cum Deo poſſumus foueamus. Hoc eſt, quod ſicut aſſertis, ex indulto Apoſtolicæ ſedis vobis liceat, veſtri ordinis fratres curæ veſtræ commiſſos, ab excommunicatione abſoluere, & cum eis ſuper irregularitatibus diſpenſare, niſi adeo grauis, & enormis fuerit exceſſus, propter quem merito ſit ſedes conſulenda prædicta vobis authoritate præſentium indulgemus, vt fratres dicti ordinis, quos pro tẽpore proprios habueritis profeſſores, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, vobis cum expedierit iuxta indulti pręfati tenorem valeat impartiri, ne ij qui inter vos præeſſe noſcuntur, deterioris conditionis, quam cęteri cenſeantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit: indignationem omnipotẽtis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Anagn. 11. Kal. Auguſt. Pontificatus noſtri, anno ſecundo.

Bulla XIV.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Prohibet grauamina & moleſtias fratribus à clericis quoquomodo inferri.

ALexander Epiſcopus, &c. dilectis filijs generali, & Prouincialibus miniſtris, ac alijs fratribus ordinis fratrum Minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nimis iniqua viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dũ ij qui de Chriſti patrimonio impinguati luxuriant dãnabiliter in eodem Chriſtum patenter in famulis ſuis perſequi non verentur, ac ſi factus ſit impotens dominus vltionum. Cum enim abnegantes ſalubriter vos metipſos elegeritis in altiſſimæ paupertate Chriſto pauperi ad placitum famulari, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes, non deſint pleriq; tam Eccleſiarum prælati, quã alij, qui cæca cupiditate traducti, propriæ auiditati ſubtrahi reputãtes, quidquid vobis fidelium pietas elargitur, quietem veſtram multipliciter inquietat cõtra vos moleſtiarum varias occaſiones exquirentes. Volunt nãque (& ſi non omnes) vobis inuitis veſtras confeſſiones audire, ac vobis iniungere pęnitẽtias, & eucharistiam exhibere: nec volunt, vt corpus Chriſti in veſtris oratorijs reſeruetur, & fratres veſtros defunctos apud ſuas Eccleſias ſepeliri compellunt & illorum exequias celebrari. Et ſi quis decedentiũ fratrum alibi, quam in Eccleſijs ſuis eligit ſepulturã; funus primo ad Eccleſias ſuas deferri cogũt, vt oblatio ſuis vſibus cedat, nec ſuſtinẽtes vobis habere cãpanam, vel cimiterium benedictum, certis tantũ temporibus permittunt, vos celebrare diuina. Volunt etiam in domibus veſtris, certum numerũ fratrum ſacerdotum clericorum & laicorum, necnon cereorum, lampadarum, & ornamentorum pro ſua voluntate taxare; ac reſiduum cereorum, & candelarum à vobis exigunt in toto, vel in parte, quando in veſtris Eccleſijs apponuntur. *Vide in 2. 10. 99 regu. 9. 39. & in 3. 10. 9. 46.* Nec permittunt, vt noui ſacerdotes veſtri, alibi quã in Eccleſijs ſuis celebrent, primas miſſas: vos nihilominus compellentes, vt in quotidianis miſſis, quas in locis veſtris, & altaribus celebratis oblationes ad opus eorum recipiatis, & etiam conſeruetis, quidquid etiã vobis, dũ celebratis miſſarum ſolẽnia intra domorum veſtrarum ambitum pia fideliũ deuotione donatur à vobis extorquere oblationis nomine contendentes. Quod vobis, tã in ornamentis altaris, quam in luminaribus Eccleſiarũ fabricis libris & alijs neceſſitatibus veſtris abſoluiè confertur, vel in vltima volũtate legatur in parte, vel in toto vendicant iuri ſuo cogendo, vos ad Synodos ſuas, vel conuocationes accedere, ac ſuis conſtitutionibus ſubiacere. Nec his contenti: capitula, ſcrutinia, & Inquiſitiones in locis veſtris, vel alibi, de vobis facturos, ſe comminantur: fidelitatem iuramẽto firmatam à veſtris miniſtris, cuſtodibus, & Guardianis, nihilominus exigentes. Vobis quoq; vt tam extra ciuitates, quam intra, cum eis proceſſionaliter veniatis mandãtes. Excommunicationis ſententiam fulminant, in benefactores veſtros, & id ipſum vobis comminantes, vos de locis, in quib. Domino famulamini ſatagunt amouere, niſi eis obediatis in omnibus ſupradictis. *Vide in 2. 10. 99. regu. 9. 49. ar 3. & 4.* Ad hæc nec vos ad honorabiles ciuitates, & villas, vbi religioſe, & honeſtè commorari poſſitis à populis deuotè vocati audeatis accedere: & ibidẽ pro veſtris vſibus ædificia, Eccleſias, ſeu oratoria, conſtruere inhibentes: tam in accedentes fratres, ſeu conſtruentes huiuſmodi, quam in receptatores eorum, præſumunt excommunicationis ſententiã promulgare. A vobis etiam de hortorum fructibus decimas, necnõ de habitaculis veſtris, ſicut de Iudæorũ domibus contendunt redditus extorquere aſſerẽdo, quod niſi vos ibidem moraremini, eis ab illis habitatoribus prouentus aliqui ſoluerentur. Et vt vos ſuæ ſubdant totaliter ditioni, vobis miniſtros, cuſtodes, & Guardianos volunt præficere, pro ſuæ arbitrio voluntatis. A quibus omnibus veſtris moleſtijs, quidã ex eis non omnino abſtinere dicũtur. Cũ igitur ordo veſter à Fe. Re. Innocentio III. Honorio, Gregorio, & Innocentio IIII. Romanis Põtificibus, prædeceſſorib. noſtris, & vobis ipſis veſtris dignis ſit exigentibus meritis approbatus, & veſtrę religionis obtẽtu, vos inter alios religioſos, arctius amplexemur in viſceribus charitatis, & intentionis noſtræ exiſtat, quod religio veſtra, quæ quanto pręcellit meritis, tãto præeminere debet prærogatiua fauoris, & gratię ſpecialis priuilegiata, & immunis ſit in omnibus ſupradictis, ne huiuſmodi grauamina, vobis ab eiſdem prælatis, vel eorum ſubditis, vlterius inferatur authoritate præſentium diſtrictius, inhibemus. Omnes interdicti, ſuſpenſionis, & excõmunicationis ſententias, ſiquis ab ipſis, vel eorũ aliquo, præmiſſorũ occaſione, in vos vel aliquem veſtrũ, ſeu Eccleſias, & oratoria, uel benefactores veſtros promulgari cõtigerit decernentes irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã noſtræ inhibitionis & conſtitutionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc atten-

atteotare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Anag. V. Kal. Septembr. Pontif. noſtri, anno ſecundo.

Bulla XV.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit, quod prouinciales cum definitoribus capitulariter congregati, prædicatores inſtituere poſſunt.

Vide in 3. to. 99. reg. q. 32 hoc cõceſſum fuit à Greg. IX. vt patet in eius cõſtit.

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Miniſtris Prouincialibus ordinis fratrum Minorũ, præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Prohibente regula veſtra, nulli fratrum veſtrorum eſt licitum prædicare populo, niſi à generali miniſtro veſtri ordinis examinatus & approbatus fuerit, & ſibi prædicationis officium, ab ipſo conceſſum: verum cum pium ſit, quod dictorũ fratrum laboribus, & periculoſis diſcurſibus euitãdis: necnon, quod animarũ ſalus poſſit prouenire facilius Apoſtolicæ ſedis circunſpectio ſuper prohibitione hmõi, opportunæ prouiſionis remedium apponat. Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati, vt ſinguli veſtrum in ſuis prouincijs, cum definitoribus, in prouincialibus Capitulis, congregatis, fratres in ſacra pagina eruditos examinare & approbare: & eis authoritate noſtra officium prædicationis, Deũ habendo præ oculis, committere valeant: ac illi, qui iam ab ipſo generali Miniſtro quam à vobis ſic examinati, & approbati fuerint: huiuſmodi prædicationis officium, plenè exequi, & liberè exercere poſſint vobis & eidem generali miniſtro & fratribus plenariam authoritate præſentium cõcedimus facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, &c. Dat. Later. tertiodecimo Kal. Febr. Pontif. noſtri, anno tertio.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Concedit de malè acquiſitis & incertis relictis poſſe fratres recipere, quæcumque ſibi donentur.

Vide in 1. to. 99. reg. q. 38. ar. 1.

ALexãder Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus Miniſtris ac fratribus de ordine fratrum Minorum. Fœlicis re. Innocentius Papa prędeceſſor noſter, & nos poſtmodum ad inſtar ipſius dilectis filijs Magiſtro & fratribus militiæ templi Hieroſolymitani, pro exoneratione debitorũ, quibus teneri dicuntur, vt de vſuris, rapinis, & aliàs quocunq; modo illicitè acquiſitis: quæ Chriſti fideles mandãt reſtitui in vltima voluntate & dũ viuunt, etiãſi ſoſpitatè reſtituere ſint parati: ſi quibus ipſorũ reſtitutio fieri debeat, omnino inueniri non poſſunt: necnon delegatis indiſtinctè in pios vſus relictis, non expreſſis locis aliquibus, vel perſonis, vſque ad decem millia marcarum argenti, vbique locorum extra regnum Alemaniæ recipere valeãt per Apoſtolicas, ſub certa forma literas dicimur conceſſiſſe diuerſis ſuper hoc eis executoribus deputatis. Verum quia intelligimus dicti Magiſtri, & fratres ſuper præmiſſis, quæ ſiue vobis, ſiue diſpoſitioni, ſiue ordinationi alicuius vel aliquorũ ex vobis quomodolibet relinquuntur, ſeu ſi executores decedentiũ de talibus eorum diſpoſitioni relictis, vobis velint aliqua elargiri: vos occaſione conceſſionis huiuſmodi inquietãt multipliciter, & moleſtant. Nos, & volentes paci & tranquillitati veſtræ, paterna ſuper hoc ſolicitudine prouidere, vobis vniuerſis, & ſingulis, vt ſuper tales literas prædictis Magiſtris, & fratribus ab Apoſtolica ſede conceſſas, nullum vobis vtrique ordini præiudicium generetur, quin eiſdem literis, nequaquam obſtantibus, ea quæ de præmiſſis vobis, & ipſi ordini relinquuntur, & ab executoribus decedentium exhibetur: recipere ac de ijs, quæ veſtræ committuntur diſpoſitioni ordinare, ac diſponere liberè valeatis: authoritate præſentiũ indulgemus, prædicto Magiſtro & fratribus, ac etiam executoribus eorundẽ in virtute obedientiæ diſtrictius inhibẽtes, ne vos, vel veſtrum aliquos prædictarum literarum prætextu, moleſtare contra huiuſmodi tenorẽ inquietare, ſeu quomodolibet perturbare præſumãt. Nos enim nihilominus omnes excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti ſententias, quas per eoſdem executores in veſtros, vel veſtrũ aliquos occaſione huius promulgari contigerit decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo, &c. Dat. Viterbij 17. Kal. Nouembr. Pontificatus noſtri, anno tertio.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Idem quod ſuperior bulla, concedit latius.

Vide in 4. q. 38. in to. 1. 99. reg.

ALexander Epiſcopus, &c. Vniuerſis executoribus teſtamentorũ præſentes literas inſpecturis. Ex parte dilectorum filiorũ miniſtri Generalis, & fratrum ordinis Minorum fuit propoſitũ corã nobis, quod cum aliqui veſtrũ de malè ablatis, & illicitè acquiſitis, quę fideles neſcientes, quibus horum reſtitutio fieri debeat: necnõ de ijs, quę ijdem fideles, indiſtinctè nõ expreſſis perſonis, vel locis veſtro arbitrio, ſeu de cõſilio alicuius, per vna in pios vſus eroganda cõmittunt, velint eorundem fratrum indigentijs prouidere. Nonnulli Eccleſiarum prælati, necnon hoſpitalis & militiæ templi Hieroſolymitani, ac etiam militię S. Iacobi, domorũ magiſtri, & fratres, ac alij pro quibus ſuper obtinendis ab eis certis quantitatibus, legatorum huiuſmodi literas noſtras direxiſſe dicitur, per executores ſibi ſuper hoc deputatos, à nobis impedire, procurantne prædictorum fratrum Minorum indigentijs de prædictorũ legatis per vos valeat ſubueniri, propter qood duxerunt ad Apoſtolicæ ſedis auxilium recurrendum. Cum igitur noſtræ intentionis nõ fuerit, nec exiſtat, per huiuſmodi literas, prouidendi eiſdẽ fratribus de prædictis legatis vobis adimere facultatem. Vniuerſitati veſtrę præſentium authoritate concedimus, vt non obſtante cõtradictione prædictorum executorũ, eiſdem fratribus Minoribus, de prædictis legatis prouidere poſſitis, prout eiſdem neceſſitatibus, videretis expedire. Nos enim interdicti, ſuſpenſionis, vel excõmunicationis ſententias, ſi quas per executores eoſdẽ, in aliquos veſtrũ, vel fratres prædictos, ſeu quoſcũque alios, occaſione huiuſmodi contigerit promulgari decernimus irritas, & inanes. Datũ Anagniæ.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Formam licentiandi fratres ad alios ordines tranſire volentes proponit.

Vide in to. 3. 99. reg. q. 52. art. 6.

ALexander Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus miniſtris, ordinis fratrum Minorum

cum

Digitized by Google

tum & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere ſummopere debeamus, expedit, vt ſicut circa ipſam ea, quæ ſunt recta nutrimus, ſic & ea, quæ profectum virtutis impediunt corrigi diligenti ſolicitudine procuremus. Ad audientiam noſtram, quidem peruenit, quod nonnulli fratres, ordinem veſtrum profeſſi aſſerentes ſe ipſius ordinis obſeruantias ſuſtinere non poſſe, tranſeundi ad ſancti Benedicti, vel Carthuſienſium ordines procurant, ſibi à vobis licentiam, exhiberi: non ea intentione aliquando, quod remaneant in eiſdem, ſed, vt ab eis tranſeant ad alios ordines obſeruantiæ mitioris, & ab his ad ſeculum reuertantur, ſecum in apoſtaſia ſua per illorum perſonas, agi mitius confidentes: ſicque multa committunt, per quę Deum offendũt, & ordinem veſtrum, apud illos præcipue, qui de ipſo eos fuiſſe nouerint, plurimum inhoneſtant. Quia igitur honorem ordinis veſtri prædicti, & ſalutem indigentium perſonarum intimo zelamur affectu, vobis in virtute obedientiæ, authoritate præſentiũ diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquibus ipſis veſtri ordinis fratribus huiuſmodi licentiam concedaris, niſi ſub ea conditione, quod in ordine ad quem licentiantur debeant remanere. Nos enim ſi tales ab eo abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ indulgentia vel ad mitiorem ordinem tranſiuerint, vel quod abſit ad ſeculum reuertãtur, volumus vos & ſucceſſores veſtros, circa ipſos rigorem veſtri ordinis exercere, ac decernimus, quidquid circa conceſſionem huiuſmodi licentiæ ſecus fuerit irritum, & inane. Nulli ergo, &c.

Bulla XIX.

S V M M A R I V M.

Stigmata B.P.N. Franciſci, in maxima veneratione haberi dicit.

Vide in 2. 10. q. 69. ar. 3. hoc ipſũ habens inter conſtitutiones Gregor. IX. & idem habetur in conceſſ. huius Pontificis Alex. IIII. compeſ. 22.

ALexander Epiſcopus, &c. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis. Grandè, ac ſingulare miraculum, quo Beatum Franciſcum ipſe ſanctorum ſplendor, & gloria Dominus Ieſus Chriſtus mirabilis decorauit, vobis fœ. re. Gregor. Papa IX. prædeceſſor noſter clara ſua inſinuatione literarum expreſſit: videlicet, quod idem Sanctus, cum adhuc ſpatium præſentis vitæ percurreret, & poſtquam illud fœliciter conſummauit in manibus latere, ac pedibus, ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſignitus. Cum igitur, tam inſigne amoris diuini ſignum, quod vtique ante eius obitum patuit, & nobis etiam tũc notum fuit, cum eodem prædeceſſore in minori adhuc officio conſtituto, ab omnibus Chriſti incolis credi firmiter cupiamus, deuotionem veſtram rogamus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, in remiſſionem vobis peccaminum iniungendo quatenus ab aſſertione cõtrarij, quod non niſi ex cordis malignitate procederet, aurem, & mentem penitus auertatis: reddentes vobis eundem ſanctum digna veneratione propicium, apud Deum, vt adiuti precibus eius & meritis fœlicitatis æternæ poſſitis participiũ obtinere. Dat. Anagniæ,

Bulla XX.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi contra detrahentes ordinibus fratrum Prædicatorum, & Minorum.

S V M M A R I V M.

Quendam libellum contra ſtatum mendicantium editum damnat, comburi præcipiendo, &c.

Vide de ordin. mendic. in 1. 10. qq. reg. q. 1. & 3. 10. q. 48. art. 2.

ALexander Epiſcopus, &c. Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis. Quidam ſcripturæ ſacræ intelligentiam ſe habere fatentes, & infra libellum quendam valde perniciosũ, & deteſtabilem, temerè componẽtes & infra: quia in ipſo quædam peruerſa, & reproba contra poteſtatem, & authoritatem Romani Pontificis, & coepiſcoporum ſuorum; & nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant mundum, cũ ſuis operibus voluntaria inopia ſuperantes, alia verò contra eos, qui ſalutem animarum zelantes ardent, & ſacris ſtudijs procurantes, multos in Eccleſia Dei operantur ſpirituales profectus, & magnũ ſibi faciunt fructum, quidam verò contra ſalutem pauperum, ſeu mendicantium religioſorum ſtatũ, ſicut ſunt dilecti filij fratres Minores, & Prædicatores, qui vigore ſpiritus, ſeculo cum ſuis delicijs derelicto, ad ſolam cœleſtem patriam tota intentione ſuſpirant: necnon, & alia plurima inconuenientia, digna, vtique confutatione, & confuſione perpetua manifeſta comperimus continere. Quia etiã idem libellus magni ſcandali ſeminarium, & multæ conturbationis materia, exiſtebat: & inducebat etiam diſpendium animarum: cum retraherentur à deuotione ſolita, & conſueta, eleemoſynarum largitione, & conuerſione, & religionis ingreſſu fideles libellum eundem, qui ſic incipit. Ecce videntes clamabunt foris, qui ſecundum ipſius titulum *tractatus breuis de periculis nouiſſimorum temporum*, nuncupatur tanquam iniquũ, ſceleſtum, & execrabilem, & inſtructiones & documenta in eo tradita, vtpote praua, falſa, & nefaria, de fratrum noſtrorũ conſilio, authoritate Apoſtolica, præſente magna fidelium multitudine duximus reprobanda, & in perpetuum condemnanda, diſtrictè præcipientes, vt quicunque libellum illum habuerint: cum infra octo dies, ex quo huiuſmodi noſtram reprobationem, & condemnationem ſciuerint prorſus in toto, & in qualibet ſui parte comburere, & abolere procurent. In illis qui huiuſmodi præcepti noſtri fuerint contemptores excommunicationis ſententiã promulgantes firmiter in virtute obedientiæ præcipiendo, ne quiſquam prædictum libellum, iam Apoſtolico condemnatum iudicio approbare, vel quomodolibet defendere præſumat. Et ſi quis præſumpſerit, tanquam contumax, & inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ ab omnib. habeatur, &c. Ideo fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo, mandamus, quatenus ſinguli veſtrum, ad requiſitionem eorundem fratrum, in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris manentium, huiuſmodi noſtram reprobationem, condemnationem, præceptum, & prohibitionem, ac permiſſa omnia in locis earundem ciuitatum, & diœceſum, vbi expedire viderint ſolemniter publicare ſtudeant & faciant contradictores, &c. Nulli ergo, c.

Bulla XXI.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Quod fratres prædicatores non poſſint recipere fratres Minores.

Hoc breue intelligendum de profeſ. in ordi

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Magiſtro, & fratribus ordinis Prædicatorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Quo vos in Chriſto ſinceriori charitate diligimus, & plenius, vt in cunctis prouidi ſitis, & vigiles affectamus,

Digitized by Google

attrotare præſumpſerit, indigoationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Anag. V. Kal. Septembr. Pontif. noſtri, anno ſecundo.

Bulla XV.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit, quod prouinciales cum definitoribus capitulariter congregati, prædicatores inſtituere poſſunt.

Vide in 3. to. qq. reg. q. 32 hoc cõceſſum fuit à Greg. IX. vt patet in eius cõſtit.

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruotum Dei. dilectis filijs Miniſtris Prouinelalibus ordinis fratrum Minotũ, præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Prohibente regula veſtra, nulli fratrum veſtrorum eſt licitum prædicare populo, niſi à generali miniſtro veſtri ordinis examinatus & approbatus fuerit, & ſibi prædicationis officium, ab ipſo conceſſum: verum cum pium ſit, quod dictorũ fratrum laboribus, & periculoſis diſcurſibus euitãdis; necnon, quod animarũ ſalus poſſit prouenire facilius Apoſtolicæ ſedis circunſpectio ſuper prohibitione hmõi, opportunæ prouiſionis remedium apponat. Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati, vt ſinguli veſtrum in ſuis prouincijs, cum definitoribus, in prouincialibus Capitulis, congregatis, fratres in ſacra pagina eruditos examinare & approbare: & eis authoritate noſtra officium prædicationis, Deũ habendo præ oculis, committere valeant: ac illi, qui tam ab ipſo generali Miniſtro quam à vobis ſic examinati, & approbati fuerint: huiuſmodi prædicationis officium, plenè exequi, & liberè exercere poſſint vobis & eidem generali miniſtro & fratribus plenariam authoritate præſentium cõcedimus facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, &c. Dat. Later. tertiodecimo Kal. Febr. Pontif. noſtri, anno tertio.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Concedit de malè acquiſitis & incertis relictis poſſe fratres recipere, quæcumque ſibi donentur.

Vide in 1. to. qq. reg. q. 38. ar. 1.

ALexãder Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus Miniſtris ac fratribus de ordine fratrum Minorum. Fœlicis re. Innocentius Papa prędeceſſor noſter, & nos poſtmodum ad inſtar ipſius dilectis filijs Magiſtro & fratribus militiæ templi Hieroſolymitani, pro exoneratione debirorũ, quibus teneri dicuntur, vt de vſuris, rapinis, & aliàs quocunq; modo illicitè acquiſitis: quæ Chriſti fideles mandãt reſtitui in vltima voluntate & dũ viuunt, etiãſi ſoſpitatè reſtituere ſint parati: ſi quibus ipſorũ reſtitutio fieri debeat, omnino inueniri non poſſunt: necnon delegatis indiſtinctè in pios vſus relictis, non expreſſis locis aliquibus, vel perſonis, vſque ad decem millia marcarum argenti, vbique locorum extra regnum Alemaniæ recipere valeãt per Apoſtolicas, ſub certa forma literas dicimur conceſſiſſe diuerſis ſuper hoc eis executoribus deputatis. Verum quia intelligimus dicti Magiſtri, & fratres ſuper præmiſſis, quæ ſiue vobis, ſiue diſpoſitioni, ſiue ordinationi alicuius vel aliquorũ ex vobis quomodolibet relinquuntur, ſeu ſi executores decedentiũ de talibus eorum diſpoſitioni relictis, vobis vel ſot aliqua elargiri: vos occaſione conceſſionis huiuſmodi inquietãt multipliciter, & moleſtant. Nos, & volentes paci & tranquillitati veſtrę, paterna ſuper hoc ſolicitudine prouidere, vobis vniuerſis, & ſingulis, vt ſuper tales literas prædictis Magiſtris, & fratribus ab Apoſtolica ſede conceſſas, nullum vobis vtrique ordini præiudicium generetur, quin eiſdem literis, nequaquam obſtantibus, ea quæ de præmiſſis vobis, & ipſi ordini relinquuntur, & ab executoribus decedentium exhibetur: recipere ac de ijs, quæ veſtræ committuntur diſpoſitioni ordinare, ac diſponere liberè valearis: authoritate præſentiũ indulgemus, prædicto Magiſtro & fratribus, ac etiam executoribus eorundẽ in virtute obedientiæ diſtrictius inhibẽtes, ne vos, vel veſtrum aliquos prædictarum literarum prætextu, moleſtare contra huiuſmodi tenorẽ inquietare, ſeu qoomodolibet perturbare præſumãr. Nos enim nihilominus omnes excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti ſententias, quas per eoſdem executores in veſtros, vel veſtrũ aliquos occaſione huius promulgari contigerit decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo, &c. Dat. Viterbij 17. Kal. Nouembr. Pontificatus noſtri, anno tertio.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Idem quod ſuperior bulla, concedit latius.

Vide in 4. q. 38. in 10. 1. qq. reg.

ALexander Epiſcopus, &c. Vniuerſis executoribus teſtamentorũ præſentes literas inſpecturis. Ex parte dilectorum filiorũ miniſtri Generalis, & fratrum ordinis Minorum fuit propoſitũ corã nobis, quod cum aliqui veſtrũ de malè ablatis, & illicitè acquiſitis, quę fideles neſcientes, quibus horum reſtitutio fieri debeat: necnõ de ijs, quę ijdem fideles, indiſtinctè nõ expreſſis perſonis, vel locis veſtro arbitrio, ſeu de cõſilio alicuius, per vos in pios vſus erogãda cõmittunt, velint eorundem fratrum indigentijs prouidere. Nonnulli Eccleſiarum prælati, necnon hoſpitalis & militiæ templi Hieroſolymitani, ac etiam militię S. Iacobi, domorũ magiſtri, & fratres, ac alij pro quibus ſuper obtinendis ab eis certis quantitatibus, legatorum huiuſmodi literas noſtras direxiſſe dicitur, per executores ſibi ſuper hoc deputatos, à nobis impedire, procurantne prædictorum fratrum Minorum indigentijs de prædictorũ legatis per vos valeat ſubueniri, propter quod duxerunt ad Apoſtolicæ ſedis auxilium recurrendum. Cum igitur noſtræ intentionis nõ fuerit, nec exiſtat, per huiuſmodi literas, prouidendi eiſdẽ fratribus de prædictis legatis vobis adimere facultatem. Vniuerſitati veſtrę pręſentium authoritate concedimus, vt non obſtante cõtradictione prædictorum executorũ, eiſdem fratribus Minoribus, de prædictis legatis prouidere poſſitis, prout eiſdem neceſſitatibus, videretis expedire. Nos enim interdicti, ſuſpenſionis, vel excõmunicationis ſententias, ſi quas per executores eoſdẽ, in aliquos veſtrũ, vel fratres prædictos, ſeu quoſcũque alios, occaſione huiuſmodi contigerit promulgari decernimus irritas, & inanes. Datũ Anagniæ.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Formam licentiandi fratres ad alios ordines tranſire volentes proponit.

Vide in to. 3. qq. reg. q. 14. art. 14.

ALexander Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus miniſtris, ordinis fratrum Minorum

cum

Digitized by Google

cum & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere ſummopere debeamus, expedit, vt ſicut circa ipſam ea, quæ ſunt recta nutrimus, ſic & ea, quæ profectum virtutis impediunt corrigi diligenti ſolicitudine procuremus. Ad audientiam noſtram, quidem peruenit, quod nonnulli fratres, ordinem veſtrum profeſſi aſſerentes ſe ipſius ordinis obſeruantias ſuſtinere non poſſe, tranſeundi ad ſancti Benedicti, vel Carthuſienſium ordines procurant, ſibi à vobis licentiam, exhiberi: non ea intentione aliquando, quod remaneant in eiſdem, ſed, vt ab eis tranſeant ad alios ordines obſeruantiæ mitioris, & ab his ad ſeculum reuertantur, ſecum in apoſtaſia ſua per illorum perſonas, agi mitius confidentes: ſicque multa committunt, per quę Deum offendũt, & ordinem veſtrum, apud illos præcipue, qui de ipſo eos fuiſſe nouerint, plurimum inhoneſtant. Quia igitur honorem ordinis veſtri prædicti, & ſalutem indigentium perſonarum intimo zelamur affectu, vobis in virtute obedientiæ, authoritate præſentiũ diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliquibus ipſis veſtri ordinis fratribus huiuſmodi licentiam concedatis, niſi ſub ea conditione, quod in ordine ad quem licentiantur debeant remanere. Nos enim ſi tales ab eo abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ indulgentia vel ad mitiorem ordinem tranſiuerint, vel quod abſit ad ſeculum reuertãtur, volumus vos & ſucceſſores veſtros, circa ipſos rigorem veſtri ordinis exercere, ac decernimus, quidquid circa conceſſionem huiuſmodi licentiæ ſecus fuerit irritum, & inane. Nulli ergo, &c.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Stigmata B.P.N. Franciſci, in maxima veneratione haberi dicit.

Vide in 2. 20. q. 69. ar. 2. hoc ipſũ habens inter conſtitutiones Gregor. IX. & eadem habetur in conceſſ. huius Pontificis Alex. IIII. compeſ. 22.

ALexander Epiſcopus, &c. Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis. Grandè, ac ſingulare miraculum, quo Beatum Franciſcum ipſe ſanctorum ſplendor, & gloria Dominus Ieſus Chriſtus mirabilis decorauit, vobis fœ. re. Gregor. Papa IX. prædeceſſor noſter clara ſua inſinuatione literarum expreſſit: videlicet, quod idem Sanctus, cum adhuc ſpatium præſentis vitæ percurreret, & poſtquam illud feliciter conſummauit in manibus latere, ac pedibus, ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſignitus. Cum igitur, tam inſigne amoris diuini ſignum, quod vtique ante eius obitum patuit, & nobis etiam tũc notum fuit, cum eodem prædeceſſore in minori adhuc officio conſtituto, ab omnibus Chriſti incolis credi firmiter cupiamus, deuotionem veſtram rogamus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, in remiſſionem vobis peccaminum iniungendo quatenus ab aſſertione cõtrarij, quod nun niſi ex cordis malignitate procederet, aurem, & mentem penitus auertatis: reddentes vobis eundem ſanctum digna veneratione propicium, apud Deum, vt adiuti precibus eius & meritis fęlicitatis æternæ poſſitis participiũ obtinere. Dat. Anagniæ.

Bulla XX.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi contra detrahentes ordinibus fratrum Prædicatorum, & Minorum.

SVMMARIVM.

Quendam libellum contra ſtatum mendicantium editum damnat, comburi præcipiendo, &c.

Vide de ordin. mendi. in 2. 10. q. 9. reg. q. 2. & 3. 10. q. 48. art. 2.

ALexander Epiſcopus, &c. Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis. Quidam ſcripturæ ſacræ intelligentiam ſe habere fatentes, & inſta libellum quendam valde pernicioſum, & deteſtabilem, temerè componẽtes & infra: quia in ipſo quædam peruerſa, & reproba contra poteſtatem, & authoritatem Romani Pontificis, & coepiſcoporum ſuorum; & nonnulla contra illos, qui propter Deum ſub arctiſſima paupertate mendicant mundum, cũ ſuis operibus voluntaria inopia ſuperantes, alia verò contra eos, qui ſalutem animarum zelantes ardent, & ſacris ſtudijs procurantes, multos in Eccleſia Dei operantur ſpirituales profectus, & magnũ ſibi faciunt fructum, quidam verò contra ſalutem pauperum, ſeu mendicantium religioſorum ſtatũ, ſicut ſunt dilecti filij fratres Minores, & Prædicatores, qui vigore ſpiritus, ſeculo cum ſuis delicijs derelicto, ad ſolam cœleſtem patriam tota intentione ſuſpirant: necnon, & alia plurima inconuenientia, digna, vtique confutatione, & confuſione perpetua manifeſta comperimus continere. Quia etiã idem libellus magni ſcandali ſeminarium, & multæ conturbationis materia, exiſtebat: & inducebat etiam diſpendium animarum: cum retraherentur à deuotione ſolita, & conſueta: eleemoſynarum largitione, & conuerſione, & religionis ingreſſu fideles libellum eundem, qui ſic incipit. Ecce videntes clamabunt foris, qui ſecundum ipſius titulum *tractatus breuis de periculis nouiſſimorum temporum*, nuncupatur tanquam iniquũ, ſceleſtum, & execrabilem, & inſtructiones & documenta in eo tradita, vtpote praua, falſa, & nefaria, de fratrum noſtrorũ conſilio, authoritate Apoſtolica, præſente magna fidelium multitudine duximus reprobanda, & in perpetuum condemnanda, diſtrictè præcipientes, vt quicunque libellum illum habuerint: cum infra octo dies, ex quo huiuſmodi noſtram reprobationem, & condemnationem ſciuerint prorſus in toto, & in qualibet ſui parte comburere, & abolere procurent. In illis qui huiuſmodi præcepti noſtri fuerint contemptores excommunicationis ſententiã promulgantes firmiter in virtute obedientiæ præcipiendo, ne quiſquam prædictum libellum, iam Apoſtolico condemnatum iudicio approbare, vel quomodolibet defendere præſumat. Et ſi quis præſumpſerit, tanquam contumax, & inobediens, & rebellis Romanæ Eccleſiæ ab omnib. habeatur, &c. Ideo fraternitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo, mandamus, quatenus ſinguli veſtrum, ad requiſitionem eorundem fratrum, in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris manentium, huiuſmodi noſtram reprobationem, condemnationem, præceptum & prohibitionem, ac permiſſa omnia in locis earundem ciuitatum, & diœceſum, vbi expedire viderint ſolemniter publicare ſtudeant & faciant contradictores, &c. Nulli ergo, c.

Bulla XXI.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Quod fratres prædicatores non poſſint recipere fratres Minores.

Hoc breue intelligendum de profeſ. in ordi

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Magiſtro, & fratribus ordinis Prædicatorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Quo vos in Chriſto ſinceriori charitate diligimus, & plenius, vt in cunctis prouidi ſitis, & vigiles affectamus,

ne Minor non de nouitijs vt declarauit Clemēs Papa IIII. vt patet in eius bulla XII.

ctamos, turbationes non modicæ ſpiritum aſſumētes, ſi de vobis quandoque contrarium ad nos tela tu proueniat aliquorum. Sanè admirantes accepimus, quod vos nō abſque offenſa rectitudinis, quæ in veſtris debet actibus haberi continuè ſpecialis fratres Minores, & eorum ordini obligatos frequēter ad veſtram recipitis vnitatem, ſpiritum in pacis vinculo non ſeruantes. Verum cum ex hoc ſciſſure poſſit, & ſcandali exoriri materia, quæ ſolatium pacis æternæ quętentibus debet omnimode exiſtere peregrina. Vniuerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus, quatenos tam fratres eoſdem, quam eorom ordini voto vel iuramento etiam obligatos nullatenus de cætero prætextu indulgentiæ alicuius, ſeu aliquorum literarum obtentarum à ſede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de præſentibus expreſſam non faciant mentionem, niſi prius petita miniſtri ſui fuerit, & obtenta licentia recipere præſumatis, alioquin decernentes irritum, & inane, qoidquid per vos, in hac parte, contra præceptum noſtrum contigerit attentari præſentium authoritate ſtatuimus, huiuſmodi præſumptores incurrāt excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua nequaquam abſolui valeant, niſi ſe apud ſedem Apoſtolicam, perſonaliter repræſentent, ab ea ſicut viſum fuerit abſoluendi. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Neapoli XI. Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla XXII.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Qualiter venientes ad loca interdicta poſſunt fratres Minores diuina celebrare excluſis excommunicatis, &c.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs generali, Prouincialibus Miniſtris, ac cæteris fratribus de ordine fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eis qui ſanandis animarum morbis verbo intendentes opere ſolerter inuigilant, libenter illa de ſpeciali gratia indulgemus, per quæ diuinis ſuffulti præſidijs tutius, & vtilius, valeant hominum procurandæ ſaluti vacare. Hioc eſt, quod veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis authoritate cōcedimus, vt cum ad loca interdicto ſuppoſita, vos venire contigerit. poſſitis in eis excommunicatis, & interdictis excluſis, ianuis clauſis, ſuppreſſa voce, & non pulſatis campanis, diuina celebrare, niſi id vobis fuerit ſpecialiter interdictum. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Laterani Kalend. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla XXIII.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Conceditur prælatis facultas capiendi & incarcerandi Apoſtatas ordinis.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Generali miniſtro, & alijs fratribus de ordine fratrum Minorum Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus diuinitus impertientes aſſenſum capiendi, incarcerandi, & alias ſubdendi diſciplinæ rigori apoſtatas veſtri ordinis, per vos & etiam alios, ſi neceſſe fuerit, in quocunque habitu eos contigerit inueniri plenam vobis concedimus authoritate præſentium facultatem, inuocato ad hoc ſi neceſſe fuerit auxilio brachij ſæcularis. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Anagniæ Kalend. Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Inhibet fratribus confitentes abſque ſuorum parochialium licentia à quo quam moleſtari.

ALexander Epiſcopus &c. Generali & Prouincialibus Miniſtris, & vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Cum olim quidam temere ſentientes, & ad ſobrietatem ſapere neſcientes imprudenter aſſererent quod de licentia, & commiſſione diœceſanorum Epiſcoporum libere non poteratis prædicationis exercere officium & confeſſiones audire, ſine parochialium ſacerdotum licentia, & aſſenſu: nos ad tollendam, & confutandam aſſertionem huiuſmodi, & dilucidādam in talibus veritatem, dudum io quibuſdam, noſtris literis determinando expreſſimus, quod vos de licentia, vel commiſſiooe aut conceſſione legatorum ſedis Apoſtolicæ, vel ordinariorum locorum liberè poteſtis prædicare populis: audire confeſſiones, aut pœnitentias iniungere ſacerdotum parochialium aſſenſu minimè requiſito. Volentes igitur huiuſmodi noſtram determinationem irrefragabiliter obſeruari, authoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quiſquam ſuper ijs, vel eorum aliquo vos, vel aliquem veſtrum, aut etiam confitentes vobis contra præmiſſæ determinationis formam aliquatenus moleſtare præſumat. Decernentes, nihilominus irritum, & inane quidquid à quoquam contra inhibitionem huiuſmodi contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datum Anagniæ 3. Idus Martij, Pontificatus noſtri anno quinto. *Vide in 1. to. 99 regu. q. 60. ar 7. & 8.*

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

Stigmata B.P.N. Franciſci in magna haberi veneratione mandat, atque impreſſa non eſſe aſſerentes, excommunicatos denuntiat.

ALexander Epiſcopus, &c. Vniuerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis per Caſtellæ & Legionis regna cōſtitutis præſentes literas inſpecturis. Quia longum eſſet nedum exarare per ſingula verborū: ſed etiam ſuccincta relatione perſtringere clara diuinæ virtutis prodigia, quæ tam in operationibus ſanctitatis, quam etiam in alijs mirabilibus argumētis probauerunt B. Frāciſcum Chriſti confeſſorem tenere, cum ſanctis ſolium gloriæ in excelſis, ſignāter vobis ante oculos proponi volumus recolenda frequentius, & vehementius admiranda illa ſaltem Dominicæ Paſſionis inſignia, quę in eiuſdem ſancti corpore, dum adhuc vitali ſpiritu foueretur manus cęleſtis operationis impreſſit. Viderunt namque oculi fideliter intuentes, & certiſſimè contrectantium digiti palpauerunt, quod in manibus eius, & pedibus expreſſa, vndiq; ſimilitudo clauorum de ſubiecto propriæ carnis excreuerit, uel de materia nouæ creationis accreuit, quam quidem idem ſanctus ſtudioſè ab oculis hominum, quorum refugiebat *Vide in 2. to. 99. regu. q. 69. ar. 6.*

bat

Digitized by Google

bat gloriam dum viueret, abſcondebat. Inuenta eſt, quoque patētius in ipſius defuncti corpore, non inflicta humanitus, neque facta plaga vulneris lateralis, quaſi aliquod ad inſtar lateris Saluatoris, quod redemptionis & regenerationis humanæ, in Redēptore noſtro protulit Sacramentum. Quæ quidem plaga, ſicut quoſdam ex fratribus ſibi familiariter adhærentibus latere non potuit per defluxum humoris, diu antea viruerat in viuente. Hæc igitur mira & decora nouæ demonſtrationis indicia magnæ debent eſſe deuotionis diuitiæ Chriſtianis: & inæſtimabiles religionis delitiæ in ſpiritualibus conuiuijs Eccleſiæ ortodoxæ. Cum ex ijs ſincera fides accipiat, illi etiā fuerint Paſſionis Chriſti, ſine extrinſeco perſecutore conſortes, qui pro eiuſdem amore carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs voluntariè crucifixerunt, ſanè de præfato Sancto, hęc certius aſſerentes indoctas fabulas, ſeu vanæ adinuentionis deliramenta, non ſequimur: cum ea nobis dudum nota fuerit pleoior fides, quando videlicet nos minoribus conſtituti confeſſoris eiuſdem familiarem, ex munere diuino meruimus habere notitiam SS. Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri domeſticis obſequijs, tunc temporis inſiſtendo. Cū igitur oportuerit, & oporteat, cauere prudenter ne tanti patrocinij gratia cęlitus in memorato confeſſore collata, in vacuum aſſumatur: vobis & alijs Eccleſiarum prælatis per noſtras literas dediſſe meminimus in mandatis: vt eiuſdem confeſſoris precioſa merita, & miracula magnalia, & ſalutarem memoriam celebritate annua, prædicatione frequenti, & veneratione aſſidua recenſentes, ad ipſius deuotionē gratiæ diuinæ meritoriam, ſubditos veſtros celerius excitare monitis curetis: vt eo pro vniuerſo fidelium populo, ac præſertim pro his, qui cum inuocauerint diuinam miſericordiam implorante, mereantur ſupplices, quod operum ſuorum poſſibilitas obtinere non poteſt, eius interceſſionibus impetrare. Mandamus etiam vt nullus eidem ſancto auderet eſſe moleſtus in corpore ſuo Chriſti Ieſu triumphalia ſtigmata perferenti. Si quis vero ſpiritu temerariæ præſumptionis inſaniens; diuini muneris inuidus, & Apoſtolici iudicis ſacrilegus impugnator præmiſſa, vel alia prodigiorum ſigna, quibus in Eccleſia Dei ſanctitas prædicti confeſſoris eluxit, improbe contradictionibus morſibus crederet obtrectanda: voluimus & mandauimus vt eum ſanæ menti reſtitueret iudicialis ſeueritas diſciplinæ: ita quod diſtricta prælati proprij caſtigatione correptus Dei opera blaſphemare deſiſteret: & fidei Catholicæ fructus de pia mirabilium Domini credulitate pullulans non areret. Verum per huiuſmodi noſtras exhortationes, & literas, ex relatione quorundam fide dignorum dolentes accepimus, & & referimus conturbati, quod nonnulli religioſi, & clerici ſeculares, de Caſtellæ, & Legionis regionibus circa dictum confeſſorem, condignam reuerentiam agere contemnentes, quandoque in publico, & frequenter aſſerunt in occulto, quod idem confeſſor, non habuerit ſtigmata memorata; ipſi etiam in tantam prorumpūt inſaniam, quod de imagine confeſſoris eiuſdem, vbicumque illam depictam inueniunt, ſtigmata ipſa damnabiliter abolēt, & faciunt aboleri, prohibendo pictoribus, ne præfatum confeſſorem cum ſtigmatibus depingant eiſdem: propter quod ipſius confeſſoris honori, & deuotioni fidelium multum adimitur ac venerandæ religioni dilectorum filiorum fratrum de ordine Minorum grauiſſimè derogatur. Cum itaque ſuper his ad honorem Altiſſimi, opportunum per nos debeat remedium adhiberi, Apoſtolica authoritate decernimus, vt omnes de regnis prædictis, qui de imagine confeſſoris eiuſdem, huiuſmodi ſtigmata aboleuerint, ſeu abolere fecerint, & qui prædicauerint dictum confeſſorem ipſa ſtigmata nullatenus habuiſſe cuiuſcunque ordinis vel conditionis exiſtant eo ipſo, laqueum excommunicationis incurrant: à qua non poſſint abſolui, niſi perſonaliter Apoſtolicam Sedem adeant, ſuper hoc abſolutionis beneficium petituri: Et ſi tales fortè Doctores, ſeu Lectores in Theologia, ſeu quacunque alia facultate, fuerint, lectionis ſi Doctores prædicationis officijs, ſi prædicatores; ſi verò poteſtatem audiendi confeſſiones audiant, ea ſint omnino priuati: & quilibet ipſorum nihilominus qui huiuſmodi officia, vel poteſtatem ſimul habuerit, ſimilem in horum priuationem incurrant. Vt autem huiuſmodi præſumptionibus, finis deſiderabilis imponatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſeriem præſentium, omnibus religioſis, & clericis ſecularibus, & exemptis, & non exemptis veſtrarum ciuitatum & diœceſium, fideliter per vos, vel aliū, ſeu alios, exponatis: facientes excōmunicationem, & appellationem huiuſmodi, appellatione remota, firmiter obſeruari; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Præceptum verò noſtrum in hac parte taliter adimplere curatis: vt iniuria quam Dei filius in ſuo ſancto ſuper his pati dignoſcitur cordibus veſtris eſſe moleſtiſſima videatur: ita & per conſequens gratiæ diuinæ præmium, & noſtri fauoris vobis proueniat incrementum. Datum Anagniæ 5. Kal. Auguſt. Pontificatus noſtri anno quinto.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

Conuentiones & pacta in præiudicium ordinis facta irrita eſſe decreuit.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Generali Miniſtro fratrum de ordine Minorum. Mente ſolita debent à nobis illa corrigi, ac etiam in irritum reuocari, ſi non ſolum iuri contraria, ſed pijs locis quam plurimum ſunt nociua. Sanè lecta coram nobis tua petitio continebat, quod licet fratres ordinis tui ex ſtatuto, ſeu conſuetudine ipſius ordinis abſque tuo, & ſuorum prouincialium Miniſtrorum aſſenſu, nullas ſuper his poſſint compoſitiones facere, quæ ad eundem noſcuntur ordinem pertinere: nonnulli tamen guardiani, cuſtodes, & fratres ipſius ordinis pro redimendis vexationibus, quæ ſibi à religioſis perſonis, & clericis ſecularib, ſæpe ſæpius inferuntur; diuerſas cum eis compoſitiones & pacta obligationibus interpoſitis, & adiectis conditionibus, ſuper locis ad dictum ordinem pertinentibus, eorumque cœmeteriis ſine tua & ipſorum Miniſtrorum licentia, ſunt inire coacti. Quare pro parte tua humiliter petebatur à nobis, vt cū compoſitiones, & pacta, conditiones, & obligationes huiuſmodi redudent in graue detrimentum ordinis memorati, ſubuenire ſuper hoc paterna diligētia curaremus. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati compoſitiones, conditiones, & obligationes, & pacta omnia quocumque nomine cenſeantur, quę ſuper pręmiſſis abſque tua & dictorum Miniſtrorum prouincialium licentia, & aſſenſu, contra huiuſmodi prędicti ordinis ſtatutum, vel conſuetudinem taliter inita eſſe noſcuntur, cum ſint temeraria penitus, & indigne pręſentium auctoritate irrita decernimus, & nullius exiſtere firmitatis; ac miniſtros, guardianos, cuſtodes, & fratres eoſdem, ad eorum obſeruantiam non teneri. Nulli ergo, &c. Dat. Anag. 7. Kal. Augu. Pont. noſtri anno 5. *Vide in re. 1. qq. regu, q. 39. ar. 6.*

Bulla

Digitized by Google

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Scribit Archiepiſcopis & Epiſcopis ipſis mandans in virtute ſanctæ obedientiæ vt cogant rectores & clericos ſuarum adminiſtrationum adminiſtrare eccleſiaſtica ſacramenta, laicis apud fratres minores eligentibus ſepulturam.

Vide in 10. 1.99 regu. q.39. ar.8.

ALexãder Epiſcopus ſeruus ſeruorum,&c. Archiepiſcopis & Epiſcopis per Lombardiam, & Romandiolam conſtitutis, dilecti filij Miniſtri, & fratres minores adminiſtrationis Bononię nobis ſignificare curarunt quod nonnulli prælati, rectores,& clerici eccleſiarum,ciuitatum, & diœceſum, adminiſtrationis eiuſdem nobis ſubiecti parochianis ſuis,pro eo duntaxat,quod apud ipſos fratres eligunt ſepulturam,in extremis, eccleſiaſtica denegant ſacramenta.Quo circa vniuerſitati veſtræ,per Apoſtolica ſcripta, in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus prælatos,rectores,& clericos prædictos, quod prætextu huiuſmodi, parochianis eiſdem ſacramẽta non ſubtrahant: ſupradicta monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam,iuxta officij veſtri debitum,appellatione remota cogatis. Alioquin venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Rauenenſi, & dilecto filio M. Canonico Mutinenſi,damus noſtris literis in mandatis: vt ipſi ſuper hoc mandatum Apoſtolicum exequentes,eoſdem rectores,& clericos,à præſumptione huiuſmodi,monitione præmiſſa, per cenſuram eandem, ſublato appellationis impedimento compeſcant:non obſtante ſi aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas dictæ ſedis non facientes plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, ſiue quauis alia eiuſdem ſedis indulgentia, per quam id impediri valeat, vel differri,ſeu conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali.

Bulla XXVIII.

Habetur originaliter in conuentu S.Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Quod non liceat expulſis ab ordine, & apoſtatis ordinis Minorum ſub pœna excommunicationis prædicare, docere, aut confeſſiones audire.

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Generali, & vniuerſis Prouincialibus miniſtris & cuſtodibus ordinis fratrũ Minorum.Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Iuſtis petentium deſiderijs dignum eſt nos facilẽ probare conſenſum.& vota quæ à rationis tramite nõ diſcordant, effectu proſequente complere. Cum igitur ſicut ex parte veſtra fuit propoſitum,coram nobis aliqui à ſacris veſtris collegijs, ipſorum culpis exigentibus repellantur.quidam onus obedientiæ temeritate propria deponentes,quaſi pulli onagri vitam velint ducere abſque iugo, atque ijdem extra clauſtra veſtri ordinis peragrantes prædicationum,confeſſionum,& dicendi officium, exercere præſumant in ſuarum animarum diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Nos veſtris precibus inclinati,ne prædicti qui poſt ab ordine pro ſuis culpis per vos expelli contigerit, vel egreſſi fuerint, proprio ſuo motu prædicare, confeſſiones audire, ſeu docere præſumant,niſi de noſtra, vel veſtra licentia ſpeciali ad alium tranſierint ordinem, diſtrictius inhibemus. Quod ſi forte contra noſtram inhibitionem, aliquid temere fuerit attentatum, liceat vobis in ipſos fratres excommunicationis ſententiam promulgare.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c.Datum Anagniæ 4.Octobris, Pontificat.noſtri anno primo.

Sequitur Summarium Bullarum Alexandri IIII. pro minoribus quarum literæ haberi non potuerunt.

Sanctiſſimus D. Alexander IIII.conceſſit omnibus viſitantibus eccleſias noſtras, in feſtiuitate, & tranſlatione B.Franciſci & Antonij,de Indulgentia quinquaginta annos.Priuilegium incipit,Quinque prudentes.& habetur in monaſterijs Minoritarum de Aſſiſio cum Bulla Papali.

Item idem Alexander conceſſit omnibus veniẽtibus ad horas Canonicas in Eccleſijs fratrum Minorum,infra annum diebus ſingulis centum dierũ indulgentiam. Priuilegium incipit,De ſegetis Euangelicæ meſſis.& habetur Peruſij.

Item idem Alexander conceſſit omnibus recipiẽtibus fratres Minores viatores in domibus ſuis miniſtrantibus alimenta,ſoluentibus naula,paſſalia,& alia pietatis obſequia dictis fratribus miniſtrantibus,indulgentiam quadraginta annorum, Priuilegium incipit,Sicut Abrahæ, Habetur Romæ cum bulla Papali.

Item conceſſit fratres poſſe abſolui à ſuis miniſtris,& coſtodibus quando incurrunt excommunicationem maiorem participando cum excommunicatis quando aggrauata eſt ſententia.De hoc habetur Bulla.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla XXIX.

SVMMARIVM.

In grangiis & in aliis locis ordinis Ciſtercienſis quæ adeo ab Eccleſiis parochialibus diſtant, vt commode ad illas pro audiẽdis diuinis officiis religioſi tranſire non valent,poſſunt ſine iuris alieni præiudicio diuina officia celebrare.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque coabbatibus & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus benignum impartientes aſſenſum, præſentium vobis auctoritate cõcedimus, vt in grangijs & locis veſtris quæ adeo diſtant ab Eccleſijs parochialibus,quod ad eas pro audiendis diuinis officijs, non poſſitis commode habere recurſum,liceat vobis,dum modo parochiani earundem Eccleſiarum non interſint) diuina eadem celebrare ſine iuris præiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire.Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B.Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Datum Neapoli,Kalend.Febr. Pontificatus noſtri anno primo.

Vide in 10. 2.99. regu. q.75. ar.1.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Non liceat alicui Ciſtercienſis ordinis profeſſori, ſine

pro-

proprii Abbatis licentia cuipiam alterius, vel eiuſdem ordinis aut ſæculari presbytero confiteri, nec confeſſiones cuiuſpiam audire.

Vide 1to. 1. 99. regu. q. 62. ar. 4. ALexãder Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque Coabbatibus Ciſtercienſis ordinis vniuerſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Præclaræ Religionis veſtræ fauor expoſcit, & ſynceræ deuotionis quam ſedulo erga nos, & Romanam Eccleſiam, geritis merita nos inducunt, vt vos ſpeciali prærogatiua gratiæ proſequentes, veſtris precibus, quantum cũ Domino poſſumus fauorabiliter annuamus. Cum igitur fæ. re. Iulius Papa prædeceſſor noſter, vt in ordine veſtro ſublata materia ſcandali, religionis conformitas, & vitæ vnitas in charitatis integritate ſeruentur, vobis ſuis literis conceſſiſſe dicatur, vt iuxta eiuſdem ordinis ſtatuta nulli fratrũ ipſius ordinis, ſeu alij eiuſdem ordinis perſonæ abſque ſui Abbatis licentia, liceat cuipiam alterius Religionis vel ſeculari presbytero confiteri, nec ei confeſſiones earum audire, vel ei abſolutionis beneficium impartiri veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc eſt vobis à dicto prædeceſſore conceſſum gratum habentes, & ratum, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Neapoli 17. Kal. Aprilis, Pont. noſtri anno primo.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Monachi Ciſtercienſes legatis vel nunciis Romani Pontificis aut Archiepiſcopis, Epiſcopis vel aliis Prælatis quaſcunque procurationes pecuniarias ſoluere non tenentur. Si a quopiam ratione prædictorũ contra Monachos aliqua ſententia promulgetur, talis eſt irrita & inanis.

Vide in 2. to. 99. regu. q. 63. ar. 3. et. q. 65. per totam. ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati Ciſtercij eiuſque Coabbatibus & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Circa ſacrum & famoſum ordinem veſtrum, illius ſynceritatis affectum gerimus, quod ſemper ipſius iuſta deſideria libentiſſime procuramus, & ſumus ad ea ſoliciti, per quæ virtutum Domino poſſitis deuotius & quietius famulari. Sanè lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quod licet legati & Nuncij Apoſtolicæ ſedis, ac etiam Diœceſani locorum, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, necnon & alij Eccleſiarum Prælati, quoties ad monaſteria, & domos ordinis veſtri diuertũt, honeſte admittantur in eis, & charitatiue tractentur, quandoque tamen ijdem diœceſani, ac Prælati auctoritate propria, interdum vero dicti legati, ac Nuncij prætextu literarum præfatæ ſedis, in quibus aliquando continetur, quod ab exemptis & non exemptis non obſtante aliqua indulgentia Ciſtercienſibus vel aliis quibuſcunq; conceſſa: in procuratione pecuniaria prouideatur eiſdem, procuratione huiuſmodi & alia plura contra indulta, quæ prædicta ſedes conceſſit vobis communiter vel diuiſim, à vobis, & prædictis monaſterijs, ac domibus, exigere, & extorquere, ac alios vos & monaſteria ipſa, ſeu domos multipliciter moleſtare præſumunt, in ea interdicti, & in perſonas eorum ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias proferendo in veſtrum præiudicium, & ipſius ordinis detrimentum. Cum itaque dilectus filius noſter I. tituli S. Laurentii in Lucinenſi presbyter Cardinalis, qui ſemper ad hoc intentus eſſe dignoſcitur, vt ordo veſter proſperitatis affluentiam conſequatur à nobis affectuoſe petierit, vt ſuper præmiſſis prouidere paterna diligentia curaremus, nos eiuſdem Cardinalis, & veſtris precibus annuentes, quod eiſdem legatis, & Nuncijs, per ſupradictas ſeu quaſcũque alias Apoſtolicæ ſedis literas, ac etiam prædictis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſeu prælatis, in procuratione pecuniaria non teneamini prouidere, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Decernentes quod huiuſmodi ſententiæ, ſi quas in vos, vel in aliquem veſtrum, taliter contigerit de cætero promulgari, ſint irritæ penitus & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat, hãc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Viterbij Non. Iulij, Pont. noſtri anno quarto.

Bulla XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Ordo Ciſtercienſis nunquam viſitatione, vel correctione aliena indiguit.*

2 *Vniuerſis & ſingulis perſonis ordinis Ciſtercienſis in virtute obedientiæ diſtrictius inhibetur, ne aliqua illarum prætextu cuiuſuis quæſtionis vel difficultatis in eodem ordine emergentis, extra ipſum ordinem appellare præſumat.*

3 *Decernitur eos qui oppoſitum prædictorum temptare præſumpſerint rigori ordinis contra tales inibi introducto ſubiacere non obſtante quacunque appellatione.*

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Di 1
lectis filiis Abbati Ciſtercij eiuſque Coabbati
bus, & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis,
Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Virtu-
tum meritis rutilans, & ſanctitatis odore fragrans
in Eccleſiæ corpore membrum nobiliſſimum, ordo
veſter ſic à ſui plantatione, per ſemitam mandato-
rum Domini ambulauit, & vnitatem ſeruauit, & pa
cem, quod gratia gubernante Diuina, nunquam vi-
ſitationis vel correptionis alienæ officio indiguit,
vel in eo naſci potuit turpem ſibi maculam ſuper-
ducens alicuius diſſenſionis æmula, vel ſciſſura pro
pter quod ſedes Apoſtolica, eidem ordini quæſtio-
nes inter perſonas emergentes ipſius per patres Ab
bates eiuſdem terminari debere, & à nullo niſi ab
eiſdem Abbatibus, vel deputãdum ab ipſis, ad hoc
idoneis monachis dictũ ordinem viſitari poſſe vel
corrigi noſcitur indulſiſſe. Nos igitur eundem or- 2
dinem quem inter alios, ſuorum præcellentiam me
ritorum præcipua proſequimur charitate in ſua cu
pientes pace ſeruare; ac ei ne vnitatis ipſius dirum
pi poſſit vinculum, ſalubriter præcauere, vniuerſis
& ſingulis perſonis eiuſdem ordinis in virtute obe
dientiæ diſtrictius inhibemus ne aliqua ex perſonis
ipſis prætextu alicuius quæſtionis, vel difficultatis
in eodem ordine emergentis extra ipſum ordinem
appellare præſumat. Decernentes eos qui ſecus e- 3
gerint, ſiue ſint Abbates, ſiue Monachi, vel conuerſi, rigori ſæpe dicti ordinis contra tales inhibi introducto non obſtante appellatione huiuſmodi ſubiacere. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc pa Vide in 10. 1. 99. regu. q. 29. ar. 2. & 3.

ginam noſtræ inhibitionis,& conſtitutionis infringere,vel ei auſu temerario cnntraire.Siquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei,& B Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incuiſurum.Dat.Anagniæ Idibus Ruoij, Pontificatus noſtri anno ſexto.

VRBANVS PAPA QVARTVS.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Moniales Ciſtercienſis ordinis gaudent priuilegiis & indulgentiis ordinis prædicto ab Apoſtolica Sede conceſſis.

Vide in 10.
1.99 reg 9.
51.ar.7.&
14.& in 3:
50.q.6.a.4.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis,& conuentibus monialium vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem & Apoſtolicã benedictionem. Meritis ſactæ veſtræ Religionis inducimur,vt faunris benigni gratia vos iugiter proſequentes,paci & tranquillitati veſtræ,ne iurgiorum concutiatur procellis in poſterũ conſulamus. Hinc eſt,quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vt priuilegiis,& indulgẽtiis generaliter ordini veſtro ab Apoſtolica ſede conceſſis, vt in his quæ vobis competũt,vti libere valeatis auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temeratio contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei,& B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Viterbij,idib.Maij, Põtificatus noſtri anno primo.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Vota intrantiũ ordinem poſſunt à Magiſtro & Prioribus commutari in regulares obſeruantias ordinis.

Vide in 10.
1.99.reg.9.
21.art.6.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, prioribus, & vniuerſis fratribus ordinis Prædicatorum, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Qui ex Apoſtolici cura tenemur officij,circa Religionis augmentum attenti & vigiles inueniri. Super his digne votis veſtris annuimus,in quibus honorem veſtri ordinis, & animarum ſalutem contineri ſentimus. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, vt ſi aliqui votis aliquibus ſunt aſtricti,qui in ordine veſtro habitum Religionis aſſumunt,vota huiuſmodi & pœnitentias eis impoſitas, cum profeſſionem in ordine ipſo mittunt, dummodo vota ipſa non fuerint de tranſeundo ad ordinem obſeruantiæ arctioris Magiſter & priores ipſius ordinis, qui pro tempore fuerint,ac vices eorum gerentes,poſſint in obſeruantias eiuſdem ordinis commutare,vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſſionis infiingere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. D t. Viterbij,Idibus Ianuarij,Pont.noſtri anno primo.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Tempore interdicti generalis poſſumus diuina officia in noſtris monaſteriis alta voce ianuis apertis & pulſatis campanis interdictis tamen excluſis & excommunicatis.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Abbati Ciſtercienſi,eiuſque Coabbatibus,& conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis augmentum vobis Deo propitio prouenire confidimus: ſi ſuper his quæ pie cupitis non benignos ad gratiam habeatis. Cum igitur ſicut ex tenore veſtræ petitionis accepimus,vobis, & ordini veſtro,à ſui prima fundatione a ſede Apoſtolica ſit conceſſum,vt tempore generalis interdicti poſſitis excommunicatis,& interdictis excluſis, diuina officia in veſtris monaſteriis celebrare,voſque auctoritate conceſſionis huiuſmodi diuina eadem alta voce apertis ianuis,pulſaris campanis, excõmunicatis tamen,& interdictis, excluſis,duxeris hac.enus ſolemniter celebranda. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati,vt in monaſteriis veſtris quę à ſæcularium habitationibus remota ſunt diuina prædicta celebrare quemadmodum hactenus rationabiliter feciſſe noſcimini tempore ipſius interdicti libere valeatis,vobis auctoritate præſentium liberé indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis inſtringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei ac B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Viterbii 15. Idus Iunij, Pontificatus noſtri anno primo.

Vide 1 10.2.
99.regu.9.
112.per totam.

CLEMENS PAPA QVARTVS.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

1 *Quacunque priuilegia & aliæ literæ Apoſtolicæ contra ordinis communia ſtatuta à quacunq; perſona impetrentur nullum robur obtinent.*

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Abbati & cõuentui Ciſtercii Cabilonenſis diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem, Ne propter inſolentias aliquorum præſentium quæ ſua ſunt,nõ quæ Dei,turbari contingat ſacræ contemplationis otiũ cui vos ſpecialiter deuouiſtis. Nos ex hoc paci veſtræ,ac ordinis veſtri tranquillo ſtatui,paterna ſolicitudine conſulentes indulgentias omnes, & literas per quaſcunque perſonas eiuſdem ordinis contra communia ſtatuta ipſius à ſede Apoſtolica, vel eius legatis ſub quacunque forma vel expreſſione verborum de cætero impetrandas,irritas & inanes præſentium auctoritate decernimus, ac nullius omnino exiſtere firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis inſtringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij 5. Idus Iulij, Pontificatus noſtri anno primo.

Vide 1 10.2.
99.regu.9.
103.art.2.

Pro

Digitized by Google

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Succedere poſſunt fratres Prædicatores in bonis ac ſi eſſent in ſæculo, & de eis diſponere.

Vide in 2. to.99.regu. q.78. ar 6. & in to.3. q.31.ar.4.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro & fratribus ordinis Prædicatorum. Salutem & Apoſtolicã benedictionem. Obtentu Diuini nominis, cuius cultui ſub ſacræ veſtræ religionis obſeruantia ſtudetis mente deuotiſſima deſeruire, votis veſtris libenter annuimus, & petitiones veſtras in his quæ digne depoſcitis, fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli prælati, & clerici, & laici in diuerſis mundi partibus cõſtituti, aſſerentes vos fore mortoos, nec valentes propriom poſſidere, vos occaſione huiuſmodi à qoibusliber ſucceſſionibus excludere moliuntur. Quare pro parte veſtra fuit à nobis humiliter poſtulatũ, vt ſi contingat vos propter huiuſmodi præſumptionem, talium aliquod incurrere nocumentum, congruum ſuper hoc remedium adhibere per petua diligẽtia curaremus. Nos itaque veſtris ſupplicationibus benignius annuentes, auctoritate Apoſtolica declaramus quod in temporalibus bonis, in quibus ſuccederetis in ſæculo exiſtentes, licite poteſtis ſuccedere, & bonorum ipſorum poſſeſſionem apprehendere ac vendere libere bona ipſa, eorumque pretium in vtilitatem veſtram conuertere prout vobis melius videbitur expedire. Vniuerſas autem interdicti ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, quas contra præſentis declarationis tenorem, per quemcunque ferri cõtigerit, decernimus irritas & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Peruſij. 2. Idus Februarij, Pont. noſtri anno primo.

Pro ordine Minorum.

Bulla tertia.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmaoticenſi.

SVMMARIVM.

Excommunicati ſunt facientes violentiam in Eccleſijs ſuis.

Vide 1 to.2. 99.regu.q. 30.ar.2.

CLemens Epiſcopus ſerous ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, prioribus & fratribus vniuerſis ordinis fratrum Prædicatorum. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In quibuſdam locis, aliquando illas prout accepimus perſecutiones & anguſtias ſuſtinetis, vt vix ſit vobis poſſibile, qđ ibidem conditori omnium valeatis (prout cupitis) deuotum impẽdere famulatum. Hinc eſt quod oos veſtræ prouidere quieti, ac malignorum malitijs obuiare volentes, vt nullus de cætero Eccleſias, aut loca veſtra, auſu temerario præſumat infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus. Illi vero qui diuini poſtpoſito timore nominis, ſecus facere præſumpſerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à qua non poſſint abſolui niſi per ſedem Apoſtolicam, vel per conſeruatores ab ea vobis, aut eidem ordini deputatos. Nulli ergo, &c. Dat. Peruſij, 7. Idus Maij, P.N. anno 1.

Tom. 1. priu. Apoſt.

Bulla Quarta.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmaoticenſi.

SVMMARIVM.

Priuilegiis & gratiis conceſſis eis ab Eccleſiarum, Prælatis, vti poſſunt & ipſis vacantibus.

Vide 1 to.2. 99.regu. q. 19.art.6.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro & fratribus ordinis Prædicatorum. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus veſtræ deuotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus, & petitiones veſtras quã tum cum Deo poſſumus fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum cotã nobis, quod licet vobis à nonnullis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Eccleſiarum prælatis audiendi confeſſiones ſubditorum ſuorum, necnõ prædicaodi, & aliqua vota in alia pietatis opera cõmutandi in ſuis ciuitatibus & diœceſibus licentia ſit conceſſa, quia tamen ipſis prælatis decedentibus vti licentia huiuſmodi, Eccleſijs ſic vacantibus dubitatis, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis auctoritate concedimus, vt in huiuſmodi caſu poſſitis vti, tandiu libere prædicta licentia donec viduatis Eccleſijs prouiſum fuerit de Paſtore. Nulli ergo, &c, Dat. Peruſij 17. Kal. Iulij, P.N. anno 1.

Bulla Quinta:

SVMMARIVM.

Aſſumpti ad Epiſcopatum non conſecrentur, niſi reſignent omnia quæ habent ab ordine.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Magiſtro, & vniuerſis prioribus & fratribus ordinis Prædicatorum. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Prouidentia laudabilis & ſalubris in cunctis veſtris haberi decet operibus, vt exinde claritatem nominis in conſpectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (ſicut aſſeritis) contingat interdum, quod illi qui ex vobis de ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & alias prælaturas eccleſiaſticas aſſumuntur, non conſiderantes, quod ex profeſſione in ipſo emiſſa ordine, nihil habent proprium, quod ſibi ſpecialiter valeãt retinere, libros & alia quæ apud eos huiuſmodi tẽpore promotionis habent, vſibus propriis applicare, ſecumque reportare præſumant, in propriæ ſalutis diſpendium & dicti ordinis non modicum detrimeotum. Nos præſumptioni huiuſmodi volẽtes ſalubriter refragari, vniuerſis fratribus dicti ordinis ad huiuſmodi Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & prælaturas de cætero aſſumendas auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne conſecrationis munus quoquomodo recipiant antequã libros & bona continentia ordinem memoratum, quæ apud eos tempore ſuæ promotionis habere contigerit. Prioribus & conuentibus, de quibus aſſumpti fuerunt cum integritate reſignent, niſi forſan iidẽ priores de conſenſu ipſorum conuentuum, vſum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum, alioquin eo ipſo ab executione Pontificalis miniſterii nouerint ſe ſuſpẽſos, inter huiuſmodi autem libros non intelligimus comprehendi quaternullos & illas cartulas vel membranas in quibus dicti fratres ſibi certa notabilia cum aliquibus priuatis ſermooibus collegerunt. Nulli ergo, &c. Dat. Viterbij 5. Idus Iunii, Pont. noſtri anno 4.

Bulla Sexta.

S V M M A R I V M.

Prælati ordinis prædicatorum qui aliquas ſententias ſine ſcriptis proferunt, & intra menſem celebrant, poſſunt à magiſtro & prioribus prouincialibus abſolui, & ipſi à ſuis confeſſoribus.

a De poteſtate ad abſoluēdū cōceſſa prælatis regularib. vide in to. 1. qq. regu. q. 20. per totam.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis a filijs Magiſtro & prioribus cōuentualibus ordinis Prædicatorum ſalutem & Apoſtolicā benedictionem.

Exigentibus veſtræ deuotionis meritis, votis veſtris libenter annuimus & petitiones veſtræ quantum cum Deo poſſumus fauorabiliter exaudimus, Ex parte ſiquidem veſtra fuit propoſitum coram nobis, quod cōtingit interdum, quod aliqui ex fratribus veſtris, excommunicationis, ſuſpēſionis, aut interdicti ſententias ex quadam in cautela proferunt ſine ſcriptis, & poſt modum ex quadam ſimplicitate plerumque diuina officia contra conſtitutionem ſuper hoc editam celebrant infra menſem, ſuper quo petijſtis eis Apoſtolicæ ſedis prouidentia ſubueniri. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati præſentium vobis auctoritate concedimus, vt ſinguli veſtrum in proprijs cōuentibus, & locis vobis commiſſis cum fratribus conſtitutis ibidem ſuper irregularitate huiuſmodi diſpenſetis, impoſita eis ſuper hoc pęnitentia competenti, & quod de cętero in ſimilibus non excedant, Quod ſi aliqui veſtrum in huiuſmodi caſu exceſſerint, confeſſores quos pro tēpore vos habere contigerit diſpenſandi modo prædicto vobiſcum libere ſit de noſtra conceſſione facultas. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Peruſij 5. Kalendas Iulij, Pōtificatus noſtri anno primo.

Vide I to. 1. qq. regu. q. 62. per totam.

Pro ordinibus in paupertate fundatis.

Bulla Septima.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Nullus ex ordinibus in paupertate fundatis ædificare poteſt prope Eccleſias ſuas ad trecentas cannas octo palmarum.

Vide I to. 2. qq. reg. qu. 49. art. 5.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Magiſtro, Prioribus, & vniuerſis fratribus ordinis Prædicatorum. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad conſequendam gloriam cęleſtis patriæ, ſic diuina pietas humilitatem veſtram per ſuam gratiam cernitur allexiſſe quod ſemper ad hoc intenti eſtis, & vigiles, vt illam vobis & proximis per innocentis vitæ ſtudium acquiratis. Hæc enim & alia ſancta paupertimæ religionis veſtræ merita nos inducunt, quod ſumus ex intimo cordis affectu ſoliciti, vt in omnibus, quæ ad Dei laudem, & tranquillum ſtatum deuotionis veſtræ cupitis, habeamus pro nidēriæ ſtudium efficacis. Sane non ſine quadam turbatione animi frequenter audiuimus, quod inter vos & religioſos aliquos illa de cauſa æmulationis, & diſſenſionis materia oritur, quia ipſi domos & eccleſias regulares iuxta loca veſtra non ſine graui veſtro præiudicio & diſpendio veſtro quandoque conſtruere pręſumebant. Cum itaque ad Apoſtolici ſpectet officij dignitatem de regno militantis Eccleſiæ cuiuſlibet ſcandali materiam abolere, nos digne volentes quod huiuſmodi æmulationis, & diſſenſionis occaſio, per diligentiæ noſtræ ſtudium amputetur, auctoritate præſentium ordinamus & diſtrictius inhibemus, quod nulli liceat à modo de Minorum pœnitentiæ Ieſu Chriſti. B. Mariæ de Monte Carmeli, Eremitarum S Auguſtini, S. Clarę, alijſq; ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, ſeu quibuslibet alijs ordinibus, aliquod monaſterium, Eccleſiam, vel oratorium ædificare, ſeu conſtruere, nullique ſæculari vel Religioſo cuiuſcunque profeſſionis, Eccleſiam, vel monaſteriū, ſeu oratorium iam ædificatum in aliquem transferre de ordinibus memoratis infra ſpatium trecentarū cannarum à veſtris Eccleſiis menſurandarum, per aerem etiam vbi alias recte menſurari loci diſpoſitio non permittit. Præterea ſtatuimus, vt quicquid contra huiuſmodi ordinationis, & inhibitionis noſtræ tenorem ex nunc in antea ædificatum fuerit, dituatur. Et ne de notitia ordinum, & quantitate cannarum huiuſmodi, aliqua poſſit dubitatio exoriri, illos ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex regula vel conſtitutionibus ſuis extra ſepta Eccleſiarum monaſteriorum ſuorum, vel officinarum eorum & clauſuram ipſorum, nullas debent poſſeſſiones habere. Quod ſi aliquis de ordinibus ipſis poſſeſſiones in aliquibus membris ſuis habere, in aliis vero non habere noſcatur, eum quoad ordinationem, inhibitionem, & ſtatutum huiuſmodi prædictis ordinibus in paupertate fundatis, anoumerari volumus, & quamlibet cannarum ipſarum octo palmorum longitudinem continere. Non obſtantibus varia locorum conſuetudine, ſiue priuilegiis, indulgentijs, ſeu literis quibuſcunque iam ſupradictis ordinibus, quam mulieribus vel eorum alicui ab Apoſtolica ſede ſub quacunque forma conceſſis, ſeu etiam concedendis, quæ de præſentibus ſpecialem & expreſſam non fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Peruſii XII. Kal. Decemb. Pont. noſtri anno 1.

Pro militias Lazari Hieroſolymitani.

Bulla Octaua.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas militum ſemel in anno eleemoſynas colligendi.*
2 *Milites ab impedientibus, & opprimentibus defendantur ab Epiſcopis & alijs.*
3 *Milites abſque pretio ſepeliantur.*
4 *Et à decimis ſint exempti.*
5 *Milites, qui habitum depoſuerunt, & coerceantur, vt hic.*
6 *Indulgentia conceſſa præſtantibus eleemoſynas iſtis Militibus.*

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, & aliarum Eccleſiarum prælatis, ad quos iſtæ literæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam

Google

cam benedictionem.
Cum dilectis filijs Magiſtro,& fratribus Militiæ
hoſpitalis S.Lazari Hieroſolymitani fuerit à fel.re.
Innocentius Papa prædeceſſore noſtro indultum,
à nobis poſtmodum cõfirmatum, vt ſemel in anno
recipiantur in eccleſijs, ad eleemoſynas colligen-
das;quidam autem veſtrum auaritiæ ardore ſuccen
ſi confratrias ſuas, confraternitati illorum eadem
1 die in ipſorum aduentu præponunt. Et ſic fratres
ipſi confuſi, aut nihil exinde, aut modicum conſe-
quantur.Quia igitur hoc eſt indecens,& in contem
ptum Dei, eccleſiæq; Romanæ redundat, præde-
ceſſoris ipſius veſtigijs inhærentes,vniuerſitati ve-
ſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus,atque præ-
cipimus, quatenus confratres ipſi loca veſtra, pro
eleemoſynis colligendis acceſſerint, benigne reci-
piatis,& honeſte tractetis, eoſdem ipſis eccleſiis ve
ſtris admouere populum, & eleemoſynas quærere
permittatis confratrias,quas facere poteſtis quoti
die,ipſorum confratrijs, quæ ſemel in anno fiunt,
nullatenus præponentes, nec occaſione illarum e-
2 leemoſynæ pauperum Chriſti depereant, & impe-
Vide in to. 8.qq.reg.q. 90.art.2.
diantur opera pietatis. De parochianis autem vi-
ris, qui domos illorum inuadunt per violentiam,
vel infringunt,aut indebitis moleſtijs opprimunt fra
tres ipſos, & de tam depoſita, quam res decipiunt
eorundem, cum exinde querimonia poſuerint co-
ram vobis, tam diſtrictam eis iuſtitiam faciatis, &
ita iure eorum defendere, & manutenere curetis,
quod ipſi ad vos pro defectu iuſtitiæ ſæpè recurre-
re non cogantur,& nos ſolicitudinem,& obedien-
tiam veſtram debeamus merito commẽdare,voſq;
beneficiorum,quæ in ſancta domo illa fiunt,parti-
cipes exiſtatis. Præterea liberas, & abſolutas per-
ſonas, quæ ſi domum eorum in ſanitate, vel infir-
mitate reddent, libere, & ſine moleſtia recipi per-
mittatis ab eis, nec ipſos ſuper hoc reciprocetis ali-
quatenus impedire. Illud etiam non mediocriter
mouet nos, nec modicum eccleſiæ derogat hone-
ſtati,quod quidam veſtrum contra inſtitutiones ſan
3 ctorum Patrum, in Rotonenſi Concilio editas fra-
trum Militum,ac donatorum ipſorũ, corpora cum
decedũt,nolunt ſine pretio ſepeliri, vnde quia tam
praua exactio, & iniqua non eſt aliquatenus tole-
randa,in obedientiæ vobis virtute præcipimus, vt
Vide de ſepultura fratrũ in to. 8.qq.reg.q. 52.
nullo modo à fratribus & perſonis prædictis, vel
alijs pro ſepultura quicquã exigere, vel accipere,
niſi ipſa ſpontanea decedentium liberalitas vel pa-
rentum deuotio vobis contulerit, attentetis,ſed abſ
que pretio ſepeliatis corpora mortuorum vti ſi-
quis vlterius hoc attentauerit, taliter aduertatis in
eum,quod ſimilia non præſumat. Ad hæc præſen-
4 tium vobis auctoritate præcipimus ne ab eis, con-
tra tenorẽm priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis, de
omnibus fructibus terræ,quibus propria induſtria,
vel expenſis colunt,& laborant, ac etiam de nutri-
mentis animalium ſuorum, nec de ipſis animalibus
decimas *e* exigere præſumatis. Cum autem orato-
e Vide Iro. 8.qq.reg.q. 94.art.4.
ria,vel cœmeteria,ſecundum quod eis eſt beneficiũ
priuilegiorum Eccleſiæ Romanæ conceſſum du-
xerint conſtruenda, vos fratres Archiepiſcopi, &
Epiſcopi eis pro ſe, & familia ſua tantum oratoria
orantium dedicare, ac *d* cœmeterium benedicere
d Vide aliqua in to. 8.q.19.art. 4 & q.28. art.2.
procuretis,nec aliquis veſtrum contra tenorẽ pri-
uilegiorum ipſorum, id impedire audeat aliquate-
nũs,vel turbare. De cætero quoque fratres ſeu Mi-
lites,ac donatos Militiæ præfati hoſpitalis in ve-
ſtris epiſcopatibus conſtitutos,qui crucem, & diui
e De apoſtatis & fugitiuis fratribus,vide in to.1.qq.regu.q.30.
nũ habitũ deponunt, & quod ac per illecebras ſi-
mul & vitiorum *e* abrupta vagantur, & illos etiam
qui Prioribus ſuis contumaces, & rebelles exiſtũt,
& bolinas detinent contra voluntatem ipſorũ, mo
neatis iuſtanter,& pro officij veſtri debito compel

Tom.1. priu. Apoſt.

latis, vt habitum depoſitum reaſſumentes in obe- 5
dientia prælatorum ipſorum deuote & humiliter
perſeuerent, & bolinas,ſiue alia officia per violen-
tiam nullo modo detinere præſumant. Quicunque
autem mandatorum veſtrorum extiterint contem
ptores,excommunicationis ſententia eos compel
latis,quam faciatis vſque a ſatisfactionem condi
gnam inuiolabiliter obſeruari. Præterea quicunq;
beneficia perſoluerint,annuatim eis B.Petri & Pau
li Apoſtolorum auctoritate confiſi ſeptimam par-
tem *f* iniunctæ ſibi pœnitentiæ relaxamus, Apoſto-
f Vide Iro. 2 qq.reg.q. 94 ar.3 vbi dicimus renceatur eſſe indulgentias quaſ..arias.
lica quoque auctoritate ob reuerentiam ipſius ve-
nerabilis Hoſpitalis facimus,vt his,qui eorum fra-
ternitatem aſſeruerint, ſi forſan Eccleſiæ ad quas
pertinent à diuinis officijs fuerint interdictæ,ipſoſ
que mori contigerit, ſepulturam eccleſiaſticam *g*
non negetis, niſi excommunicati, vel nominatim
fuerint interdicti, aut etiam publici vſurarij *h* tu-
g Vide in to 2.qq.regu.q. 100. ar 1. & 2.
mulando deferre ad Eccleſias huiuſmodi Hoſpita-
lis,& oblationes,tam pro eis,quam pro alijs,qui in
eorum cæmeteriis requieſcunt exhibitas ſine alicu
ius iudicis præiudicio retinere, hoc etiam addito,
h Vide in 3.10.qq.regu.q.56.ar tic.4.
vt receptiones fraternitatis eiuſdem ſeu etiam col
lectarum,ſaluo iure dominorum ſuorum, ſub B.Pe
tri,& noſtra protectione conſiſtant. Adiicimus inſu
per,vt ſi eorundem fratrum, qui ad eaſdem frater-
nitates miſſi fuerint,vel collectas in qualibet ciui-
tate,aut Caſtellum,vel vicum aut alium locum de
uenerint,ſi forte locus ille fuerit diuinis officiis in-
terdictus,in eorum iucundo aduentu ſemel aperta
Eccleſia annuatim excommunicatis, & nominatim
interdictis excluſis auctoritate diuina ibi *i* officia
i Vide in 2. 10.qq.reg.q. 109. art.2. & 4.
cęlebrentur. Salua in omnibus ſupradictis declara
tione Concilij Generalis ad maiorem quoque mer
cedis veſtrę criminaliter. Nihilominus,vt ſupra mã
dando, pręcipimus,quatenus hanc noſtram conſti-
tutionem per parochias veſtras nunciari, propriis
literis faciatis. Mandamus etiam, vt ſi qui de cleri-
cis Eccleſiarum veſtrarum pręducti Hoſpitalis fra-
tribus cum licentia prelati & capituli ſui ſponte,ac
gratis per annum & biennium, ſi decreuerint, de-
ſeruire, nequaquam impediantur. Datum Peruſię,
5.Kal.Maij,Pont.noſtri anno 1.

Pro ordine Minorum.

Bulla Nona.

S V M M A R I V M.

Concedit nullum legatum, vel quemcunque aliũ, quaſ libet ſententias contra fratres promulgare poſſe.

CLemens Epiſcopus,&c.Miniſtro generali. &
fratribus ordinis fratrum Minorum. Exigẽti-
bus veſtrę deuotionis meritis votis veſtris libenter
annuimus & petitiones veſtras quantum cum Deo
poſſumus fauorabiliter exaudimus. Ex parte ſiqui-
dem veſtra fuit propoſitum coram nobis,quod nõ
nulli Apoſtolicę ſedis legati,& delegati, eorumque
ſubdelegati authoritate literarum ſedis eiuſdem in
quibus de ordine veſtro ſpecialis mentio non habe
tur in aliquos veſtrum, vel loca veſtra, excom-
municationis,ſuſpenſionis, & interdicti ſententias
fulminare pręſumunt, & faciunt ab aliis fulmi-
nari: ac mandant eos excommunicatos publicos
denuntiari, & tanquam excommunicatos ab om-
nibus arctius euitari in veſtrum non modicum
pręiudicium, & ſcandalum plurimorum. Vo-
lentes ergo paci, & tranquillitati veſtrę paterna
ſolicitudine pręcauere, veſtris ſupplicationibus
inclinati, ne ab aliquo legato niſi de latere Apo-

ſtolicæ ſedis miſſo, vel delegato, vel ſubdelegato auctoritate literarum ſedis prædictæ excommunicati, ſuſpendi vel interdici poſſitis, niſi literæ ipſæ plenam & expreſſam de ordine veſtro & indulto huiuſmodi fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ac decernimus. Nihilominus omnes ſententias irritas, & inanes, ac nullius exiſtere firmitatis: quas contra tenorem præſentis indulti per quemcunque de cætero contigerit promulgati. Nulli ergo omnino, &c. Dat. 17. Kal. Iulij, Pont. noſtri anno primo.

Bulla X.

Habetur in Conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi authentica.

S V M M A R I V M.

Concedit fratres de ſedis Apoſtolicæ legati licentia poſſe prædicare, & confeſſiones audire.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Generali Miniſtro, & fratribus vniuerſis ordinis Minorum. Quidam temerè ſentientes, & ad ſobrietatem ſapere neſcientes imprudenter præſumunt aſſerere, quod de licentia, vel commiſſione, aut conceſſione Romani Pontificis, ſeu legatorum Apoſtolicæ ſedis, vel ordinariorum locorū, vos ſine ſacerdotum porochialium licentia, & aſſenſu non poteratis liberè prædicare populis, audire confeſſiones, abſoluere confitentes, ac pœnitentias iniungere ſalutares. Nos igitur volentes aſſertionem tam temerariam penitus confutare, ac elucidare in omnibus veritatē deliberatione prouida declaramus, quod ſi vobis detur licentia, committatur ſeu cōcedatur à legatis *a* prædictæ ſedis, aut ordinarijs locorum (nec dum à Romano Pontifice, de quo proculdubio eſſet erroneum dubitare an in omnes alicuius conſenſu, imo inuitis quibuſlibet huiuſmodi poſſe concedere poteſtatem) populis legatis & ordinarijs ſubiectis eiſdem libere prædicare poteſtis, audire confeſſiones, abſoluere vobis confitentes, ac pœnitentias vobis confitēntibus iniungere ſalutares, aliorum inferiorum prælatorum, & rectorum eccleſiarum ac ſacerdotum parochialium aſſenſu nullatenus requiſito, illis caſibus exceptis, qui de iure, conſuetudine, ſeu retentione, ab eis ſpecialiter facta ſedi legatis, & ordinarijs prædictis ſpecialiter relinquuntur, ad quos non licet vos manus extendere, niſi vobis ſpecialiter committatur. Ideoque auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus: ne quiſquam ſuper his, vel eorum aliquo vos vel aliquem veſtrum, aut etiam confitentes vobis, vel ad prædicationes veſtras forſitan accedentes contra præmiſſæ declarationis formam aliquatenus moleſtare præſumant. Decernentes nihilominus irritum & inane quidquid à quoq; contra declarationem, & inhibitionem huiuſmodi contigerit attentari. Nulli ergo hominum, &c. Datum Peruſi. 12. Kal. Iulij, Pont. noſtri anno primo.

a De poteſtate legatorū à latere, vide in 2. 10. qq. regu. q. 124. a. 3.

Bulla XI.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Concedit monialibus S. Claræ non teneri ad ſubſidia, vel legata quibuſcunque ſoluenda.

CLemens Epiſcopus, &c. Vniuerſis Abbatiſſis, & conuentibus ſororum incluſarum monaſteriorum ordinis S. Claræ. Quanto ſtudioſius deuota mente, ac humili diuinæ contemplationis vacatis obſequijs: tanto libentius veſtræ pacis procuramus modum, & quietis. Attendentes igitur quod licèt quamplura Monaſteria veſtri ordinis ob varias poſſeſſiones obtineant, idem tamen ordo in paupertate fundatur, voſque voluntarie pauperes Chriſto pauperi deſeruitis, veſtris ſupplicationib' inclinati: vt vos, vel veſtrum aliquæ, ad exhibendum procurationes aliquas legatis, vel nuncijs Apoſtolicæ Sedis, ſiue ad præſtandum *b* ſubuentionem quamcunque, vel ad contribuendum in exactionibus vel collectis, ſeu ſubſidijs aliquibus per literas dictæ Sedis aut legatorum, vel nuntiorum ipſorum, ſeu rectorum terrarum vel regionum quarumcumque minimè teneamini: nec ad id cogi poſſitis, etiamſi in huiuſmodi ſedis eiuſdem contineatur literis, quod ad quæuis exempta, & non exempta loca & monaſteria ſe extendat, & aliqua eis cuiuſcumque tenoris exiſtat ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat: niſi forſitan literæ ipſæ dictæ ſedis de indulto huiuſmodi, & ordine veſtro plenam & expreſſam fecerint mentionem, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nos enim decernimus irritas & inanes interdicti, ſuſpenſionis & excommonicationis ſententias, ſi quas in vos vel aliquam veſtrum, aut aliquod monaſteriorum veſtrorum, ſeu quoſcunque alios occaſione veſtri, præmiſſorum prætextu contra huiuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem per quemcumque de cætero contigerit promulgari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, &c. Datum Peruſio 10. Kalen. Decembris Pontificatus noſtri anno 1.

b Vide in 10. 2 qq. regu. q. 44. arti. 5. & qu. 65. ar. 3. & in 3. 10. qq. regu. q. 74. art. 16.

Bulla XII.

S V M M A R I V M.

Declarat prohibitionem factam fratribus prædicatoribus & minoribus de ſe inuicem non recipiendis intelligi de tam profeſſis, non vero de nouitiis.

CLemens Epiſcopus, &c. Generali & prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Lecta nobis veſtra petitio continebat, quod fœlicis recordationis Alexander *c* Papa prædeceſſor noſter, vobis, & dilectis filijs magiſtro & alijs fratribus ordinis fratrum prædicatorum olim in virtute ſanctæ obediētiæ per ſuas literas præceperit; vt vos eorum ordini, vel ipſi veſtro voto, vel etiam iuramēto obligatus nullatenus prætextu indulgentiæ alicuius, ſeu aliquarum literarum obtentarum à ſede Apoſtolica, vel etiam obtinendarum in poſterum, quæ de illis expreſſam non fecerint mentionem præſumeretis recipere, niſi prius miniſtri, vel prioris ſui petita foret licentia & obtenta. Decreuit etiam irritum & inane, quidquid per vos, vel ipſos in hac parte cōtra præceptum ſuum contingeret attentari ſtatuens, vt huiuſmodi præſumptores incurrerent excommunicationis ſententiam ipſo facto, à qua nequaquam abſolui poſſint, niſi ſe apud ſedem Apoſtolicam ab ea ſicut viſum foret abſoluendi, perſonaliter præſentarent. Poſt modum verò per quaſdam alias literas vobis, & eiſdem fratribus duxit diſtrictius inhibendum, ne ante annum probationis elapſum, qui eſt maximè in ſubſidium fragilitatis humanę regulariter inſtitutus quemquam ad profeſſionem veſtrorum ordinum pręſumeretis recipere, ſeu ad renunciationem ſęculi faciendam: nec conſtitutum in probatione nouitium aliquatenus impedire: quominus infra eundem annum probationis ad aliam religionem quam mallet transiret: ſicut de ſua pro

c Vide ſupra hoc bullario inter indulta Alex. IIII. indultum penultimum, & vltimū.

cederet

cederet libera voluntate: non obſtantibus ſtatuto contrario, ſi quod à vobis, vel ipſis, eſſet editum, quod ipſe decrenit irritum, & inane: vel aliquibus literis à ſede Apoſtolica impetratis, ſeu etiam impetrandis, quæ de præmiſſis expreſſam non fecerint mentionem. Et ſi fortè contra huiuſmodi ſuam inhibitionem, quemquam vos vel dicti fratres receperitis, qui taliter receptus exiſteret nullatenus eſſet veſtro, vel eorundem fratrum ordini obligatus: voſq; ac ipſi à receptione quorumlibet ad profeſſionem dictorum ordinum eſſetis ipſo facto ſuſpenſi, & inſuper pœnæ deberetis ſubijci, quæ fratribus ipſorum ordinum pro culpis inffligi grauioribus conſuenit. Nos igitur ipſius prædeceſſoris, qui ſuper hoc certum edidit declarationis oraculum, veſtigijs inhærentes, quod ipſi de obligatis ordinibus prędictis in præmiſſis ſuis literis dixerat, ne ipſi, vel vos, recipere præſumereris eoſdem, ſtatuentes, vt huiuſmodi præſumptores ipſo facto excommunicationis incurrant ſententiam: de illis tantum intelligi volumus: quos prædictum annum probationis elapſum eiſdem eſſe conſtiterit ordinibus obligatos. Cæterum nolumus quòd per aliquã prohibitionem, ſeu cõſtitutionem noſtram, ſi qua poſtmodum à vobis forſitan emanauit, quæ huic declarationi videatur contraria: præiudicium aliquod declarationi generetur eidẽ. Nulli ergo, &c. Dat. Viterbij II. nonas Iulij. Pont. noſtri anno 4.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Inhibet quibuslibet prælatis priuilegia fratrum dubia, vel clara poſſe interpretari.

De Interpretatione ſtatutorũ, vide in to. 1. qq. regu. q. 21. per totum.

Clemens Epiſcopus, &c. Magiſtro & fratribus ordinis prædicatorũ & Generali miniſtro, & fratribus ordinis minorũ. Ordinis veſtri ſacra religio ſub qua virtutum Domino in humilitate ſpiritus laudabiliter deſeruitis promeretur: vt nos ipſum ordinem ſincere diligentes in Domino charitate, illa, vobis libenti animo concedamus, per quę materia ſubmota, grauaminis ſtatus veſtri tranquillitas procuretur. Sane tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtratis, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alij Eccleſiarum prælati veſtris libertatibus derogantes, indulgentias, ſeu priuilega vobis ab Apoſtolica ſede conceſſa, interpretari, & ad ſuũ intellectum trahere moliuntur; quanquam intellectum ipſum verba indulgentiarum, & priuilegiorum huiuſmodi exprimere videantur: ac vos iuxta ipſorum interpretationem priuilegia ipſa ſeruare compellunt in veſtrum non modicum præiudiciũ & grauamen. Quia verò ſuper hoc Apoſtolicę prouiſionis remedium imploraſtis, nos veſtris ſupplicationibus annnentes, ne præfati Archiepiſcopi, Epiſcopi, & prælati prædicta priuilegia & indulgentias, ſiue clara, quæ interpretationem nõ indulgẽt, ſiue dubia contineant, de cætero interpretari præſumant authoritate præſentium diſtrictius inhibemus. Volentes, vt cum eius ſit interpretari, cuius eſt concedere interpretatio ſuper huiuſmodi dubijs, & obſcuris dictæ Sedis iudicium requiratur. Nulli ergo hominum, &c. Datum Viterbij, nonis Iulij, Pontificatus noſtri, anno 4.

Bulla XIV.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Centum dies indulgentia conceditur in feſtis in hac Bulla contentis.

Pro feſtiuitatib. ordinis minorũ habetur modo indulgentia plenaria vt habes in to. 2. qq. reg. q. 11.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs generali, ac Prouincialibus miniſtris, & vniuerſis fratribus ordinis Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Loca ſanctorum omnium pia & prompta deuotione ſunt à fidelibus Chriſti veneranda: vt dum Dei veneramur amicos, ipſi nos amabiles Deo reddant, & illorum nobis vendicantes quodammodo patrocinium apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, eorum mereamur interceſſionibus obtinere. Cupientes igitur, vt Eccleſiæ locorum veſtrorum cõgruis honoribus frequententur, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias ipſas in dedicationibus ipſarum, ac anniuerſario dedicationum earum die, vſque ad octo dies ſequentes, necnon in Beatæ Mariæ Virginis, Sanctorum, Franciſci, Antonij, & Claræ, ac etiam aliorum ſanctorum, in quorum honore altaria maiora in Eccleſijs ipſis ſunt conſtructa, feſtiuitatibus cauſa deuotionis, venerabiliter viſitauerint, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, centum dies de iniunctis ſibi pœnitentijs annis ſingulis miſericorditer relaxamus: Dat. Peruſij quinto Idus Octobris, Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Præcipit Eccleſiarum prælatis, vt denuntient publice eſſe excommunicatos eos, qui retinent apud ſe aut auxilium, vel fauorem præſtant fratribus minoribus apoſtatantibus ab ordine.

Vide de apoſtatis ab ordine 1 to. 2. qq. reg.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Venerabilibus fratribus vniuerſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs Abbbatibus, prioribus, Archipresbyteris, Decanis, Archidiaconis, plebanis, & alijs eccleſiarum prælatis, & rectoribus, ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Cum ſicut ex parte dilectorum filiorum Generalis & Prouincialium miniſtrorum ordinis fratrum minorum fuit propoſitum coram nobis, nonnullæ perſonæ eccleſiaſticæ, ſeculares, & regulares, apoſtatas eiuſdem ordinis, qui poſt profeſſionem in ipſo ordine factam ad ſeculum reuertuntur, quoſdam videlicet in religionis habitu, aliquos vero in ſeculari ſecum, aut in ſuis obſequijs vel Eccleſiis, ſeu monaſteriis detinere præſumunt in animarum ſuarum diſpendium, in iniuriam prædicti ordinis, & ſcandalum plurimorum. Nos volẽtes ſuper his paterna ſolicitudine prouidere, vniuerſitati veſtræ ad inſtar fęlicis recordationis Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mãdamus: quatenus ſinguli veſtrũ, cum à fratribus requiſiti fueritis, omnes illos cuiuſcunque conditionis exiſtãt, qui huiuſmodi apoſtatas, poſt quã per miniſtros, cuſtodes, ſeu guardianos prædicti ordinis quorum ſunt curæ cõmiſſos, excommunicati publicè fuerint à ſe non reiecerint, ſed ſciẽter eos ſecum, aut in ſuis obſequijs, vel Eccleſiis, vel monaſteriis retinuerint, vel eis in hoc auxilium præſtiterint, vel fauorem; cum ipſis communicando taliter in crimine huiuſmodi criminoſo, poſt latam in eos excommunicationis ſentẽtiã, ſimili ſententia inuoluantur denuntietis excommunicationis vinculo innodatos. Contradictores per cenſurã eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus à ſede Apoſtolica ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicati non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam de indulto huiuſmodi

mentionem. Datum Viterbij 18. Kalen. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Mare magnum Clementis Papę IIII. pro fratribus minoribus, quòd incipit, Virtute conſpicuus, hîc non ponitur, quia Sixtus Papa IIII. lapſus in ſuo marimagno pro eiuſdem minoribus. Et aduertendum quòd maremagnum dicti Clementis habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticēſi.

GREGORIVS PAPA DECIMVS.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

1 *Præclara Ciſtercienſis ordinis commendatio.*

2 *De conſilio 13. Cardinalium vniuerſa perſona ordinis, monaſteria, loca, & bona ipſius, ac ordo ipſe à ſolutione decimarum, ſeu alterius cuiuslibet exactionis, quocumq; nomine cenſeatur, vel quantumcumq; generaliter ſub quauis forma verborum exigantur, eximuntur, irritaq; declarantur quæcumq; excōmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiæ, ſi quæ propter huiuſmodi occaſionem in monachos, aut eorum monaſteria à quoquam ferantur.*

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, Dilectis filijs vniuerſis Abbatibus, ac Abbatijs, & conuentibus ordinis Ciſtercienſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. In veſtitu deaurato Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, quæ varietate circundata ſponſo ſuo ſpecioſo forma præ filijs hominum inuariabilis integritate fidei, & ſoliditate ſpei, à dextris aſtitit Ciſtercienſis ordo diuinis mancipatus obſequijs, & inter religiones cæteras glorioſæ Virgini ſingularitate deuotionis aſcriptus, ex inſtitutione primaria, & profeſſorum ipſius, quantū ex alto conceditur, proſecutionis inſtantia rutilat, charitate, candet caſtimonis, & pulchritudine cōuerſationis elucet: huius ordinis candidi Nazaræi, dicti videlicet profeſſores eiuſdem ſub arctæ obſeruantiæ diſtrictione viuentes, in conſpectu eorūdem Regis Regum, & Reginæ cœleſtis, Phyalas odoramentorum plenas, in orationum aſſiduitate præſentant, beneplacitis illorum per opera pietatis inſeruiunt, & ſic Hoſpitalitatem obſeruant, quod ſibi pauperes, pauperibus diuites, illis munifici, ſibi parci laboribus non parcunt proprijs, ſed victu in ſui vultus ſudore quæſito, ſe reum exhibent, illis vt ſubueniant abundanter. Hæc quidem nobis fauorem omnium vendicant, hęc vos fauorabiles recto cuiuslibet pectoris pij iudicio repræſentāt. Solet enim Regum, & principum, aliorūmque magnatum familiaribus ipſorum contemplatione deferri. Quanto itaque amplius, tam particularibus eorundem ſummi Regis, & Reginæ cœleſtis famulis, ipſorum obtentu in ſuis eſt ſubueniendum neceſſitatibus, & opportunitatibus aſſiſtendum? Profectò immenſa inter comparata diſparitas menſuram comparationis huiuſmodi non admittit. Hæc nos monent attentius, hæc nos, & fratres noſtros hortantur inſtantius, vobis & monaſterijs veſtris contra incidentiū, decimarum, a & aliarum b exactionum inſtantias opportuno remedio prouidere. Quid enim opus eſt ea decimare, vel per partes exigere ad ſeruiendum exinde Domino, quæ ipſius ſunt ſeruitijs totaliter deputatæ? Ideòque de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio, vos monaſteria, cæteraque loca, & bona eiuſdem ordinis, ac ipſum ordinem ab onere cuiuſlibet repentinæ, atque extraordinariæ decimæ, ſeu alterius exactionis eximimus, diſtrictius inhibentes vobis, dictiſque monaſterijs, locis, aut bonis, de cætero huiuſmodi decimam, & exactionem quocunque nomine cenſeantur imponi, aut imponendas in poſterū, quarumcunque generaliter, ſub quauis forma, vel expreſſione verborum, à vobis exigi, vel vos ſuper illis aliquatenus moleſtari, decernētes ex nunc omnem ſententiam ſuſpenſionis, interdicti, ſeu excōmunicationis in vos, monaſteria, loca, vel bona prędicta, propter hoc quacunque authoritate latam, irritā & inanem: ac viribus omnino carere. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Lugduni per manum Magiſtri Lafranti Archidiaconi Pergamēſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vice Cancellarij. Nonis Aprilis, indictione tertia, Incarnationis Dominicæ Anno M.CCLXXV. Pontificatus vero Domini Gregorij Papæ Decimi, Anno Quarto.

a A decimarum ſolutione ſūt exempti regulares, vide in 2. to. qq. regul. q. 44.

b De exemptione ab exactionibus & tributis, vide in 2. to. qq. regu. q. 61. & in 3. to. q. 74.

Pro omnibus Regularibus.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Præcepit omnibus prælatis religioſis tam viris, quam fœminis ſub pœna excommunicationis, ne in receptionibus nouitiorum ad religionem, vel poſt petant aut exigant paſtus, ſeu prandia, vel cœnas, aut pecunias, ſeu aliqua iocalia, vel res aliquas, ſed quod pure & ſimpliciter eos recipiant ad correctionem.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Tenorem quarūdam literarum fœlicis recordationis Vrbani Papæ Quinti, prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius repperimus præſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt, Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ne in vinea Domini noſtræ licet inſufficienti iuncta cuſtodiæ, naſcētes vepres, & ſpinæ adeò conualeſcant, quod ſperatam fructificationem ipſius valeant impedire, diligentiæ noſtræ incumbit officio, vt illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. Sanè multorum fide dignorum relatione didicimus, quòd in nōnullis Eccleſijs, monaſterijs, prioratibus; & alijs locis religioſis tam virorum, quam mulierum, ordinum, religionum, & partium diuerſarum, illa deteſtabilis, & ab omnibus reprobata ſeruatur abuſio, quod cū perſonæ aliquæ recipiunt in eis ad obſeruantiam regularem, perſonæ ipſæ circa ſumptuoſos paſtus, ſeu prandia capitulis, & conuentibus ipſarum Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & locorum facere, aut pecunias, ſeu iocalia, ſeu res alias ipſis Eccleſijs, monaſterijs, præſidentibuſque eis, ex ſtatuto, vel conſuetudine (quæ corruptelæ dicendæ ſunt potius) tribuere dignoſcuntur, vel compelluntur, ex quibus decori ſanctæ, & immaculatæ Eccleſiæ detrahitur, & quamplures tam execratione huius criminis, quam expenſarum onere à ſacræ religionis propoſito retrahuntur, ipſæque Eccleſiæ, monaſteria, & loca famulantiū Deo conſuetis numeris remanent deſtituta. Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & alijs pœnis in talia præſumentes inflictis, in iure in ſuo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorem. Vniuerſis; & ſingulis Abbatibus, prioribus Decanis, Præpoſitis, & magiſtris, Abbatiſſis, & priorißis, alijſque prælatis quouis nomine nuncupentur, & eorum officialibus, quarumcumque Eccleſiarum, monaſteriorū, prioratuum, domorum, & locorum quorumlibet

De modo quo poſsūt ante ingreſſum religionis diſponere de rebus ſuis ingredientes. Vide in to. 3. qq. regu. q. 16. per totam, &

de donationibus ab iſ ſis faciĕdis. Vide in 2. to. qq regu. q. 47. & de dotibus datis in profeſſionibus monialiũ. Vide in eodem to. 2. q. 48.

ordinum & religionum, & militarium tam exemptorum, quam non exemptorum quocunque nomine cenſeantur, & capitulis, & conuentibus ac ſingularibus eorum perſonis, tam maribus, quam mulieribus volentibus ingredi eorum religiones, Eccleſias, monaſteria, prioratus, domos, ſeu loca in earum perſonarum receptione, ſeu ante, vel poſt illam, quæcumque paſtus ſeu prandia, ſeu cenſus, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad Eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum alium deputata, ſeu deputanda: de cætero directè, vel indirectè petere, ſeu exigere quo quomodo præſumant, ſed eas cum omnimoda puritate recipiant, ac in victu, & veſtitu, ſicut alias perſonas ſuarum Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, & domorum, & locorum ſincera charitate pertractent, illaque, quę perſonæ illuc ingredientes, plane, ac ſponte & plena libertate, omnique actione ceſſante, quæcumque dare, vel offerre Eccleſijs, monaſterijs, prioratib. domibus, ac locis huiuſmodi voluerint cum gratiarum actione, duntaxat. Nos enim eos, qui ſecus egerint, ſi ſingulares ſint perſonæ, tam dantes, quam recipientes huiuſmodi excommunicationis ſententiæ, ſi vero capitula, vel conuentus fuerint, ſuſpenſionis ſententiæ eo ipſo decernimus ſubiacere, à quibus præterquam in mortis articulo abſolui nequeant, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Cæterum perſonis illis vtriuſque ſexus, quæ iam labe huiuſmodi ſunt fædatæ, earum prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia vberanti concedimus, quod per ſuos locorum Diœceſanos, hac vice duntaxat, à crimine huiuſmodi, & nota infamiæ inde contracta, authoritate Apoſtolica abſoluantur, impoſita proinde ipſis pœnitentia ſalutari, de qua ipſorum diſcretione videbitur expedire. Et demum cum ipſis vt in eorum Eccleſijs, monaſterijs, prioratibus, dignitatibus, & locis remanere valeant, licitè miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas, quæ in præmiſſis recipiendo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, omnia præcepta huiuſmodi, quæ ad communem vſum monaſteriorum, ſeu locorum eorũ ſunt applicata, ea ad dictũ vſum licitè concedimus retineri. Si vero ad ſpecialem vſum Abbatis, Abbatiſſæ, Prioris, Priorisſæ, aut alterius ſingularis perſonę retineantur, illa venire præcipimus in communi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & pręcepti infringere vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum, ſecundo Nonas Augusti, Pontificatus noſtri anno ſeptimo. ¶ Cæterũ, vt tenor earundem literarum hic inſertarum, omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica authoritate decernimus, vt illis idem robur, eamque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quod vel quem haberent originales literæ ſupradictæ. Et eidem prorſus tenori eadem fides adhibeatur, quandocumque, & vbicũque in iudicio, vel alibi fuerit exhibitus vel oſtenſus, & eiſdem ſtetur firmiter & in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri decreti infringere, &c. Datum Auinioni 12. Kalend. Martij. Pont. noſtri, anno ſecundo.

INNOCENTIVS PAPA QVINTVS.

INnocentius V. in Chriſti Vicarium fuit electus anno Domini MCCLXXV. die 21. menſis Ianuarij in Aretio, fuit de ordine fratrum Prædicatorum Petrus de Tarantaſia vocatus, Cardinalis & Epiſcopus Hoſtienſis, ſedit tantum menſibus 5. & diebus 20. vnde nihil valuit concedere propter breuitatem vitæ eius.

ADRIANVS PAPA QVINTVS.

ADrianus V. vice Petri ſucceſſit anno Domini MCCLXXVI. in menſe Iunij Othoponus Genuenſis appellatus extitit antea & tituli S. Adriani Diaconus Cardinalis, fuitque nepos Domini Innocentij Papæ Quarti, qui de Roma Viterbium veniens. Cum tantum per menſem, & nouem dies fuiſſet in Papatu ibidem moritur & ex magna deuotione, quam ad ordinem habebat ibidem in fratrum Minorum Eccleſia ſepelitur, & nihil ſuarum gratiarum nobis potuit elargiri propter temporis anguſtiam.

IOANNES PAPA XXI.

IOannes XXI. eodẽ anno ſcilicet MCCLXXVI. in Viterbio ad Papatum aſſumitur, vocabaturque Petrus Medicus Cardinalis, & Epiſcopus Tuſculanus natione Portugalenſis, ſedit menſibus 8. quia cadente camera noua, quam ſibi conſtrui fecerat, oppreſſus debitum commune exoluit, & ſuæ poteſtatis nobis nihil contulit, quod viderim.

NICOLAVS PAPA III.

ANno II. ſui Pontificatus IX. Kalend. Septembris videns quorundam mordaces inſultus contra regulam fratrum Minorum fieri: ad declarandum regulæ dubia apud Surianum reſidens, cũctis alijs negotijs prætermiſſis ferè per duos menſes edidit illam præclaram, maturam, ac perſpicuã conſtitutionem, *Exiit qui ſeminat*, quæ per excellentes viros, tam Summos Pontifices, quam alios fuit approbata. Et licet poſtea Ioannes XXII. aliquid videatur contra illam dixiſſe, hoc fecit quaſi ex indignatione, quia prætendebat ſe offenſum ab aliquibus fratribus, & principalibus ordinis, tamen ipſe prope obitum ſuum, quidquid contra dictam Decretalem, *Exiit qui ſeminat*, dixerat reuocauit, vt declaratum eſt in quodam capitulo Generali in conuentu Meclienenſi celebrato per fratres de Obſeruantia, anno Domini MCCCCXCIX. De quo infra in conſtitutionibus Martini Quinti Papæ.

Pro congregatione Sancti Benedicti Vallisoleti.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Bona quæ monachi & conuerſi quocunque iure in ſæculo habere poterant, a monaſterio poſſunt peti, recipi, & retineri.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati, & conuentui monaſterij de ſancto Facundo ad Romanam Eccleſiam, nullo medio pertinentis, Ordinis

Sancti

Sancti Benedicti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus inclinati, præſentium vobis authoritate concedimus, vt poſſeſſiones, & alia bona mobilia, & immobilia, quæ liberas perſonas monachorum, & conuerſorum veſtrorum mundi vanitate relicta, ad veſtrum monaſterium conuolantium, & profeſſionem facientium in eodem iure ſucceſſionis, vel alio iuſto titulo, ſi remanſiſſent in ſæculo contigiſſent, & ipſi potuiſſent alijs liberè erogare, feudalibus, duntaxat exceptis, valeatis petere, recipere, ac etiam retinere, ſine iuris præiudicio alieni. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum 4 Idus Aprilis. Pont. noſt. ann. V.

Vide in 2. to. 99. regu. q. 78. ar. 8.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

1 *Licitum eſt his prædicatoribus prædicare in terris infidelium & hæreticorum & cum eis communicare, & baptizare, & ad fidem recipere infideles, & ſi ſint presbyteri poſſunt ſic ad fidem receptos charactere clericali inſignire.*

2 *Licitum eſt his prædicatoribus abſoluere in dictis partibus ligatos excommunicatione, & cum eis diſpenſare ſi male ſint promoti.*

3 *Licitum eſt eiſdem diſpenſare cum illis qui matrimonium contraxerunt cum impedimento non prohibito lege diuina.*

4 *Licitum eſt eiſdem in præfatis terris omnium fidelium confeſſiones audire, & eos abſoluere.*

5 *Licitum eſt diſpenſare cum irregularibus ſicut diſpenſant legati ſedis Apoſtolicæ.*

6 *Hæc ipſa facultas ipſis committitur circa illos qui receſſerunt in his partib. ab vnitate Eccleſiæ.*

7 *Licitum eſt eiſdem illos abſoluere à vinculo excommunicationis.*

8 *Licitum eſt eiſdem ibidem fundare Eccleſias de nouo, & eas reconciliare ſi ſint prophanatæ.*

9 *Licitum eſt eiſdem de cauſis matrimonialibus in eiſdem partibus cognoſcere.*

10 *Licitum eſt eiſdem diuina celebrare officia, cæmeteria benedicere, dare indulgentias & vota commutare.*

11 *Licitum eſt eiſdem à Catholicis Epiſcopis ordines & alia ſacramenta recipere & altaria portatilia habere, & deficientibus Epiſcopis poſſunt benedicere ſi fuerint presbyteri corporalia, & alia ad cultum diuinum pertinentia.*

12 *Concedit Summus Pontifex illis vt poſſint facere omnia, quæ ad fundationem, & ampliationem fidei pertinent.*

Vide ſupra ſimile indultum inter conceſſiones Innocen. iiij. Et inter conceſſiones Alex. iiij.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs fratribus de ordine prædicatorũ ad terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Vulgarorum, Cumanorum, Valacorum vbicunq; exiſtentium, Æthiopum, Syrorum, Ibernorum, Alanorum, Bazarorum, Bothorum, Zirorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moleſticorum, Tartarorum, aliarumque cæterarũ nationum Orientis, communionem S.R.E non habẽtium proficiſcentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum hora vndecima ſit diei hominibus, vt exeãt ad opus vſque ad mundi veſperã deputatis, & illud Apocalypſis eulogium cito credatur cum matris Eccleſiæ conſolatione complendũ, videlicet oportere viros ſpirituales vitæ munditiam, & intelligentiæ gratiam cum Ioanne Sortitos populis & gentibus, linguis, Regibuſque multis, denuo baptizare, quia non ſequeretur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophetam ſaluatio: niſi ſcilicet iuxta Paolum Apoſtolum prius introeat gentiũ fortitudo. Nos licet immeriti ſuper Apoſtolicæ ſedis ſpeculum conſtituti fideliter, & prudenter diſpenſandis Dei miniſterijs, & operibus coadiuuandis intendimus, ſi vergente plenitudine temporis, poſt pia priorũ ſtudia, in vineã Domini Sabaoth, nouos, & plene nouiſſimos, quos ſapiẽtiam lingua dicere per otium operarios mittere procuramus. Vos igitur quos iuxta profeſſæ religionis officium zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quam varijs chariſmatum donis, & fidei fortitudine trahitis: vbique diſcurrere, ac vexillũ regis gloriæ procul leuare geſtitis ad gẽtes, quæ Ieſũ Chriſtum Dominum non cognoſcunt, & ad ſubtractionis filios, qui ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt, deſtinamus, vobis in remiſſionem omnium peccatorum iniungentes, quatenus ſeminaturi ſuper aquas multas, in illo tantum, qui mundum dixit ſe viciſſe confiſi, ad illuminationẽ cæcæ multitudinis & exterminium hæreticæ falſitatis ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos in luce ſermonis, & certitudine operis propoſitum vobis iter ſine quarũlibet offenſione curratis. Vt autem miniſterium veſtrũ honoretur plenius, & honorabilius impleatur, præſentium vobis authoritate concedimus, vt in terris, quæ adhuc ſedis Apoſtolicæ magiſterio non intendunt proponere Verbum Dei, & conſtitutis, ibidem, non obſtãte, ſi aliqua ſint excommunicatione ligati, in verbis, officio, & cibo, ac in alijs ſecurè communicare, & ipſos, ſeu etiam alios conuerti ad vnitatem Chri-
ſtianæ fidei cupientes recipere, baptizare, & aggre 1
gare Eccleſiæ filijs valeatis. Et presbyteri ex vobis ipſos aggregatos poſſint Inſignire charactere
clericali, & ipſos ad acolytatus ordinem promoue 2
re. Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ, qui ſunt excommunicatione ligati abſolutionis beneficium iuxta formam Eccleſiæ impartiri, & ſuper eo diſpenſare cum ipſis, qui ſacros receperunt ordines & diuina celebrarunt officia, ſic ligati, hoc ipſum vobis ſit licitũ circa illos de terris eiſdem, qui temporibus indebitis vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die vel ſuperiores prætermiſſis inferiorib. cõferre, vel recipere ordines præſumpſerunt, ſi tamẽ in hoc ſeruata talis forma extiterit, per quam ordi-
nes recepiſſent. Vobis præterea diſpenſare liceat, vt 3
illi ex nationibus veſtræ prædicationi commiſſis, qui in caſibus & gradibus à diuina lege minimè prohibitis matrimonia contraxerunt, remaneant in eiſdem, & hi qui ad Eccleſiæ Catholicæ redierint vnitatem, vt inter ſuos habitent eiſque communicent. Necnon quod clerici nationum ipſarũ publicè ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ redeuntes gaudeant priuilegio clericali. Et ſit etiam vo-
bis licitum omnium fidelium in terris prædictis 4
confeſſiones audire, ac ipſis iniungere pœnitẽtias ſalutares, & excommunicatos à canone, vel alio modo iuxta formam Eccleſiæ abſoluere, dummodo iniuriam, & damna paſſis ſatisfaciant compe-
tenter. Cum irregularibus autem partium illarum 5
in caſibus, in quibus ſolent legati ſedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac etiam cum clericis ipſarum partium patientibus defectum natalium, dũmodo nõ ſint de adulterio vel inceſtu, aut de regularib. procreati, ſit vobis diſpenſandi facultas. Quam circa

illos

6 illos ſimiliter habeatis qui ab vnitate Eccleſiæ Ca
thnlicę.ſeu à religione, vel clericali ordine diſceſ-
ſerunt,ſi humiliter redicre voluerint , & dignè ſa-
tisfacere de cōmiſſis , ita quòd ipſi religioſi ad ſua
7 loca ſalua diſciplina ordinis reaſſumantur. Et illos
ex iam dictis, qui excōmunicationis vinculo ſunt
aſtricti iuxta præmiſſam formam,& prædictæ ſatiſ
factionis modum : abſoluere valeatis, & cum irre-
8 gularibus , ſicut eſt præmiſſum ſuperius diſpenſa-
re. Ad hæc ſit vobis abſoluendi facultas occiſores
clericorum,& religioſarum perſonarū in prędictis
partibus conſtitutos , fundandi de nouo ibidē Ec-
cleſias, & reconciliādi ipſas, quæ ſunt aliquo pro-
fanatæ ac de nouo fundatis rectores idoneos proui
dendi:& illis qui degentibus vel ſchiſmaticis noui
ter ſunt cōuerſi dandi licentiā, vt vxores ſuas,cum
quibus in gradibus lege diuina nō prohibitis con-
9 traxerunt , valeant retinere. De caſibus matrimo-
nialibus, quas in partibus illis ad audientiam ve-
ſtrā deferri cōtigerit:legitimè cognoſcendi, ac di-
ſcordātes inter ſe ad vnitatē, quod & ad pacem,&
concordiam redeant,necnon quod inordinatè vi-
uentes de ſuis exceſſibus,ſicut iuſtum fuerit,ſatisfa
ctionem exhibeant,compellendi per cenſuram Ec
10 cleſiaſticam vobis libera ſit facultas. Inſuper in lo-
cis,in quibus vos Hoſpitari contingerit , vel in lo-
cis partium earūdē,in quibus reſidentiam facietis,
miſſam,& cætera diuina celebrare officia,& in eiſ-
dē partibus cœmeteria benedicere, ac dare indul-
gentias,commutare vota(vltra marioæ peregrina-
tionis continentiæ, & religionis votis exceptis) fa-
11 cultatem,& licentiam habeatis. Cæterū vobis con
cedimus,quòd à Catholicis Patriarchis,Archiepi-
ſcopis,& Epiſcopis,poſſitis ordines , & alia Eccle-
ſiaſtica ſacramenta recipere , & altaria portatilia
(more ipſorum)à iam præfatis Epiſcopis habere,
ac veſtes ſacerdotales, altaris pallas, & corporalia
per eos , qui ex vobis ſunt presbyteri,cum neceſſe
fuerit vobis benedicere , vbi Catholicorum Epi-
12 ſcoporum copia non habetur. Necnon alia facere,
quæ ad augmentum Dominici nominis, & amplia
tionem Catholicæ fidei, ac reprobationem & irri-
tationem illorum , qui ſacris traditionibus contra-
dicunt,ſicut pro loco & tempore videbitis expedi
re. Nulli ergo hominum liceat, &c, Dat. Romæ 3.
Kal. Septem. Pont. noſtri, anno primo.

Pro ordine Minorum.

Bulla tertia.

SVMMARIVM.

Eximit fratres minores ab ordinarijs , & dat autho-ritatem generali ſuper omnes fratres eiuſdem ordinis, vt poſſit procedere ad eorum liberam viſitationem, & punitionem etiam ſuper exemptos quoſdā.

De exemptione religioſorū ab ordinarijs, vide in to. 4. 99. regul. 9. 63.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. etſi cunctorū fidelium quorum licet immeriti,& ſuperni pōtificatus officij curam gerimus ſtatu ſalubriter dirigendo noſtræ ſolicitudinis partes libēter adhibeamus. Ad ordinem tamen fratrum minorū eo ſpecialius noſtrę mentis oculos flectimus,quo ex illo fructus vberes in agro Dominico continnò prouenire cōſpicimus: & vt omnium aduerſantium ab eis ademptis anfractibus cum pacis dulcedine, & quietis amœnitate ſub regulari habitu in mandatis Domini valeant libentius gloriari. Exhibita,ſiquidem nobis nuper pro parte dilecti filij Agneti de Peruſio miniſtri Generalis, & fratrum dicti ordinis petitio continebat,quod licet ipſi fratres, illorumque domos,& loca,per ſpeciale ſedis Apoſtolicæ priuilegium ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate quorumcunque ordinariorum ſint exempti,pariter & immunes , & dumtaxat Romano Pontifici,ac ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti exiſtant, nihilominus nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi,eorumq; vicarij,ſiue alij locorum ordinarij in diuerſis mundi partibus,& præſertim,in Hiſpaniæ, & Legionis cōſiſtentibus, eoſdē fratres moleſtare,perturbare , & inquietare,ac eos inuitos detinere præſumunt , in graue ipſorum Archiepiſcoporum,Epiſcoporū,& ordinariorum periculū dictæ ſedis contemptū , ac fratrum,& ordinis prædictorum damnū, & præiudicium,& ſcandalum plurimorum. Quare pro parte miniſtri & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc eis prouidere de opportuno remedio dignaremur . Nos igitur illo volentes,eidē miniſtro,& fratribus præſidio ſubuenire,quod huiuſmodi perſonarum præſumptio retundatur,& eiſdē Archiepiſcopis,Epiſcopis,officialibus , & alijs ordinarijs quibuſcunque præcludatur aditus ſimilia committendi huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,authoritate Apoſtolica præſenti irrefragabili conſtitutione,ſtatuimus,& mandamus, quod nulla perſona cuiuſcunque dignitatis,ſtatus, gradus ſeu conditionis exiſtat, de cætero eoſdē fratres moleſtare, perturbare, capere, opprimere,aut quoquo modo offendere,vel contra voluntatē retinere .ſeu de domibus, in quibus habitāt expellere præſumāt. Quod ſi forſan quiſpiam temerè contra præſentem hanc noſtram conſtitutionē venire pręſumpſerit, & ab ipſis fratribus monitus,à præmiſſis reſipiſcere,quoquo modo contempſerit excommunicationis pœnam ipſo facto incurrat. Et nihilominus ne eiſdē fratribus delinquēdi tacitè concedi videatur impunitas,aut occaſio malignandi, miniſtro Generali dicti ordinis pro tempore exiſtenti cōcedimus, quod omnes & ſingulos fratres,ſiue in monaſterijs monialium ſiue in alijs domibus,conuentibus , Eremitorijs, & locis dicti ordinis cōmorantes etiā ab obedientia viſitatione , & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis Apoſtolicæ indulta ſe exemptos eſſe,præter regulæ dicti ordinis formā prætēdentes? Nō obſtantibus quibuſcūque priuilegijs,exēptionibus,indultis, & literis Apoſtolicis,eis,eorumq; monaſterijs,ſiue domibus,cōuētibus,& locis,ſeu Eremitorijs præfatis, per vos,vel ſedem Apoſtolicam, in genere,vel in ſpecie cōceſſis,de quibus in noſtris literis habēda eſſet mentio ſpecialis,iuxta cōſtitutiones, & regularia inſtituta, antiquā eiuſdem ordinis,corrigere , viſitare,punire,& emēdare,ac in criminib. grauiorib. ſi res ipſa exegerit, cū moderamine tamen tortoræ ſubijcere poſſit & valeat, authoritate Apoſtolica tenore præſentium literarum licentiā concedimus, ac pariter facultatem, conſtitutionibus Apoſtolicis dicti ordinis,iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis: conſuetudinibus vel ſtatutis,cæteriſq; contrarijs non obſtātibus quibuſcunque. Nulli ergo hominum omnino,&c. Da. Ro. apud Sanct. Pet. ann. Incarnationis Dominicæ MCCCCL. 17. Kal. Febr, Pont. noſtri anno 4.

Bulla Quarta.

Canonizationis B.P.N. Franciſci, quæ originaliter habetur in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

NIcolaus Epiſcopus, &c. Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutē & apoſtolicā benedictionem. Literas fr. re. Gre. Papæ IX. prædeceſſoris noſtri nō abolitas non cancella-

cellatas, nō vitiatas vera bulla bullatas inſpeximus diligenter, quarum tenorem de verbo ad verbum ex certa ſcientia, præſentibus fecimus annotari, decernentes, ac ſtatuentes, vt idem tenor eandē vim, eundemq; vigorem, atque idem robur per omnia obtineat, ſit inſertus. Quæ ipſæ literæ, Bulla ipſa munitas obtinere noſcuntur, etiam ſi dictæ literæ nunquā in poſterum apparerent, & eadem ſibi fides in iudicio, & extra iudicium adhibeatur omnino, quę prædictis originalibus literis pręberetur. Prędictus vero tenor earūdem literarum talis eſt. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtę peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Confeſſor Domini glorioſus Beatus Frāciſcus, qualis vitę meritis proceſſerit ad patriā perpetuæ claritatis explicare literis, arbitramur fore ſuperfluum, cum id ferè peruenerit ad fidelium notitiam ſingulorum. Veruntamen grandè ac ſingulare miraculum, quo ipſorū ſanctorum ſplēdor, & gloria Dominus Ieſus Chriſtus mirabiliter decorauit vniuerſitati veſtrę, tenore præſentium, non indignè duximus exprimendū. Videlicet quòd idem ſanctus, cum adhuc ſpatium præſentis vitæ percurreret, & poſtquam illud fœliciter conſummauit manibus, latere, ac pedibus ſpecie ſtigmatum diuinitus extitit inſignitus, quo ad noſtram, & fratrum noſtrorum deducto notitiā, & cū cæteris eiuſdem miraculis per teſtes fide digniſſimos probato ſolemniter, ex ipſo ſpecialem cauſam habuimus, quod confeſſorem eundem de dictorum fratrum, & omnium prælatorum conſilio, qui tunc apud ſedem Apoſtolicam exiſtebant, ſanctorum Catalogo duximus aſcribendum. Igitur cum id ab vniuerſis fidelibus credi firmiter cupiamus, deuotionem veſtrā rogamus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, in remiſſionem vobis peccaminum iniungendo, quatenus ab aſſertione cōtrarij aures de cætero penitus auertentes, cōfeſſorem eundem apud Deum, pia vobis reddatis veneratione propicium, vt eius precibus, & meritis, & in pręſenti à Domino proſperitatis gaudium, & in futuro fœlicitatis æternæ percepiſſe ſolatium exulteris. Dat. Viterbij, Nonis Aprilis. Pontificatus noſtri, anno 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ annotationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Suriani 7. Kalen. Septembr. Pontific. noſtri anno ſecundo.

MARTINVS PAPA
QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Francisci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Minoribus poteſtatem conſtituendi ſyndicos, ac eos reuocandi.

Vide in 3. to. qq. regu. q. 38. per totam, & utrū fratribus minoribus ob ſeruātibus poſſit deferri hæreditas per ſyndicū acceptanda, vide in to. 2. qq regu. q. 78. art. 2. 3. & 4.

MARTINVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exultantes in Domino, quòd ſacri veſtri ordinis profeſſores in Dei beneplacitis cōformari promptitudinem deuotionis, & operis illius ſtudent imitari veſtigia, eiuſque vias cuſtodire, qui deſcendens à patre luminum, & ſerui formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolauit. Cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti ordinis purè obſeruantia in ſui vigore ſeruetur, ijdemque fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri (excluſis quibuſdam ſolicitudinibus) liberius, & quietius diuinis vacent obſequijs, & offerentium, donantium, aut in vltima voluntate relinquentiū, ordini prædicto, vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid propter Deum pia intentio non fraudet, ſicq; nos ſolicitudini, quæ prædictus ordo pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel vtilitas ſuaderet, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeret, ad quam omnium rerum mobilium, & immobiliū quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat, penſata incommoditate, vel difficultate potius, quæ per hoc ingeri poſſet fratribus ſupradictis benignè indulgētes. Volenteſque hæredum, & executorum negligentijs obuiare, vt fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi ordini relictis, ſibi in teſtamētis eleemoſynis non fraudentur, ac ſperātes, quod his, qui pro ſtatu proſpero dicti ordinis agenda fuerint, per vos eo ſalubrius, & vtilius conſuletur, quo maiori fueritis in hac parte authoritate muniti. Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo ordine nominandi pro locorum indulgentia ſingulorū, quas perſonas per vos taliter nominatas, in his adminiſtrationem legitimā, & generalem gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe de plenitudine poteſtatis, præſentium authoritate conſtituendo decernimus, qui res ipſas, & rerum prædictarū pretium, & dictas eleemoſynas nomine dictæ Eccleſiæ recipiant per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates (prout eis licet ex regula, vel ex declaratione regulæ) conuertenda: ſicut & quando à te fili Generali, vel ſingulis alijs veſtrum in prouincia, vel cuſtodia, ſibi decreta ab eiſdem fratribus, de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta tranſigendi, quam & paciſcendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda iurandi, & cuiuſlibet alterius iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamento occuparent, vel violenter auferrent, ſiue qui contra voluntatem fratrum quomodolibet retinerent, & generaliter in omnibus cauſis, pro rebus & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſibus cōceſſis. Nec non pro immunitatibus, libertatibus, & iuribus, ac priuilegijs eorundem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberā habeant authoritate Apoſtolica in iudicio, & extra iudicium poteſtatem: reuocandique perſonas eaſdem, & earum quamlibet, & alias eis ſubrogandi, vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eandem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem: plenam & liberam concedimus authoritate præſentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum apud vrbem veterem quintadecima Kalendarum Februarij. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Vide in 2. to. qq. reg. q. 126. de legatis factis fratribus minoribus regularis obſeruantiæ. Circa hāc generalem adminiſtratiōē, vide etiam aliqua in in to. 1. qq. regul. q. 26, art. 3. 4. & q. 27. ar. 5. & art. 6.

Pro

Digitized by Google

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

Habetur authentica in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit generali per ſe, & prouincialibus in ſuis capitulis quod poſſint facere prædicatores, & cõfeſſores.

Id ipſum ba conceſſit Gregorius IX. vt patet inter eius conceſſiones, & Alexander IIII conceſſione xiij.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs magiſtro, & Prouincialibus prioribus ordinis prædicatorum ſalutem, &c. Ad fructus vberes quos in agro Dominico prædicando verbo, pariter & exemplo confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia ſacer ordo veſter, & humiles ipſius ordinis profeſſores produxerũt hactenus, & in futurum ſpetatur Deo auſpice producturos, attentè conuerſationis aciem conuertẽtes, vt fratres eiuſdẽ ordinis prædicationis, & audiendi confeſſiones officia, eo liberius, & efficacius exequi valeant, quo certius de ipſorũ circa eadem authoritate cõſtabit tibi fili magiſter per te, vobis vero prouincialibus, prioribus cum definitoribus, in prouincialibus veſtris capitulis congregatis: committendi authoritate Apoſtolica fratribus eiuſdem ordinis in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis, à vobis prædicationis officium, audiendi verò confeſſiones, abſoluendi confitentes, & iniũgendi eiſdem pœnitentias ſalutares: etiam fratribus alias idoneis concedendi, Eiſdem quoque ordinis fratribus, quibus dicta officia per vos taliter commiſſa, ſiue conceſſa fuerint, quod eadem liberè valeant exercere, plenam damus, & concedimus authoritate preſentium facultatẽ, diſtrictius inhibentes ne quis fratres ipſius ordinis, quibus dicta officia per vos taliter concedenda duxeritis, vt præmittitur, ſeu etiam committenda in exercitio, aut executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. apud vrbem veterẽ. 4. Idus Ianuarij. Pont. noſtri, anno primo.

HONORIVS PAPA QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Decernit irrita pacta quæcunque à fratribus ordinis minorum cum prælatis Eccleſiarum in præiudicium ordinis inita.

Hoc eſt reuocatũ per Bonifaciũ VIII. prout habes in to. 1 qq. reg. q. 39. art. 8.

HOnorius Epiſcopus, &c. Dilectis filijs Generali miniſtro, & fratribus ordinis minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religionis fauor ſub qua virtutum Domino deſeruitis, & fructus vberes, qui ex veſtris laboribus in Eccleſia vniuerſali diuina gratia cooperante proueniunt, nos inducunt, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, per quæ ab impedimentorum obſtaculis liberati, fructificare liberius in eadem Eccleſia valeatis. Sanè ex parte veſtra fuit propoſitũ corã nobis, quod nonnulli miniſtri, cuſtodes, guardiani, & fratres veſtri ordinis in receptionibus domorum, & locorum eiuſdem ordinis, cum prælatis, rectoribus, & clericis Eccleſiarum, in quarum territorio domus & loca prædicta conſiſtunt, ſine tua fili generalis, & alicuius prædeceſſorum tuorũ, ac Generalis capituli ordinis prædicti licentia, & aſſenſu compoſitiones, & pacta varia in præiudicium indulgentiarum, & priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis eidem ordini conceſſorum inire temerè præſumpſerint: cũ id eis nec ex authoritate competeret, neque ex ſpeciali eſſet conceſſione commiſſum, nec à te, ſiue à tuis prædeceſſoribus, præfatè generalis, vel ab eorum capitulo fuerunt compoſitiones, & pacta huiuſmodi acceptata. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quia ex conuentionibus, & pactis eiſdem præſumptis, taliter in his quæ ordini præfato, tam ex Apoſtolicæ ſedis priuilegijs, ac indulgẽtijs, quã à iure cõi conceſſa eſſe noſcuntur, nimiũ derogetur, prouidere ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Nos igitur volentes ſuper hoc de Apoſtolica benignitate prouidere, præſentiũ tenore decernimus, qd ex cõuentionibus, & pactis talibus, & taliter initis, in ijs, quæ ipſi ordini, vel perſonis, aut locis eiuſdem, ſiue de iure communi competant, ſiue per priuilegia, vel indulgentias ſint conceſſa eidem ordini, locis, domibus, vel perſonis præiudicium nullum fiat: ſed compoſitionibus, & pactis ipſis (dummodo nec à te memorate Generalis, nec à prædeceſſorum tuorum aliquo, vel dicto capitulo accepta fuerint) nequaquam obſtantibus, & tã ipſius ordinis domibus, perſonis, & locis, quam ijs cum quibus eadem cõpoſitiones & pacta ſunt inita, ius priſtinum abſque alicuius impedimenti obice integrum conſeruetur. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam 4. Idus Februarij. Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla Secunda.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit Epiſcopis locorum denegantibus, aut vltra quatuor menſes differentibus per alios Epiſcopos poſſe poni primarios lapides in Eccleſijs conſtruendis & alia.

De ædificatione monaſteriorum. Vide in to. 2. qq. regu. q. 49.

HOnorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali Miniſtro, & fratribus de ordine minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra, fuit propoſitum coram nobis, quod licet vobis, per ſpecialia priuilegia Sedis Apoſtolicæ ſit indultum, vt ad ciuitates, vel villas, vbi religiosè, ac honeſtè commorari poſſitis à populis euocari accedere, vbiq; pro veſtris vſibus, ædificia, & Eccleſias, ſiue oratoria cõſtruere valeatis. Diœceſani tamen locorum in Eccleſijs, ſeu oratorijs, quæ de nouo vultis conſtruere, primariũ lapidem ponere, & conſtructa conſecrare, ac cœmeteria vobis iuxta Eccleſias, vel oratoria prędicta benedicere denegãt pro ſuæ libito voluntatis. Aliqui vero Diœceſanorum ipſorum cum ad Eccleſias, & loca veſtra pro præmiſſis exequẽdis propter euectionem, & perſonarum multitudinem quas ſecum ducunt grauant vos non modicũ in expenſis. Quare nos humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc paterna ſolicitudine dignaremur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni veſtræ authoritate præſentium indulgemus; vt ſi Diœceſani prędicti à vobis humiliter requiſiti, huiuſmodi lapidem in prædictis Eccleſijs, vel oratorijs

cellatas, nō vitiatas vera bulla bullatas inſpeximus diligenter, quarum tenorem de verbo ad verbum ex certa ſcientia, præſentibus fecimus annotari, decernentes, ac ſtatuentes, vt idem tenor eandē vim, eundemq; vigorem, atque idem robor per omnia obtineat, ſit inſertus. Quæ ipſæ literæ, Bulla ipſa munitas obtinere noſcuntur, etiam ſi dictæ literæ nunquā in poſterum apparerent, & eadem ſibi fides in iudicio, & extra iudicium adhibeatur omnino, quę prædictis originalibus literis pręberetur. Prędictus vero tenor earūdem literarum talis eſt. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtę peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Confeſſor Domini glorioſus Beatus Frāciſcus, qualis vitę meritis proceſſerit ad patriā perpetuæ claritatis explicare literis, arbitramur fore ſuperfluum, cum id ferè peruenerit ad fidelium notitiam ſingulorum. Veruntamen grandè ac ſingulare miraculum, quo ipſorū ſanctorum ſplēdor, & gloria Dominus Ieſus Chriſtus mirabiliter decorauit vniuerſitati veſtrę, tenore præſentium, non indignè duximus exprimendū. Videlicet quòd idem ſanctus, cum adhuc ſpatium præſentis vitæ percurreret, & poſtquam illud fœliciter conſummauit manibus, latere, ac pedibus ſpecie ſtigmarum diuinitus extitit inſignitus, quo ad noſtram, & fratrum noſtrorum deducto notitiā, & cū cæteris eiuſdem miraculis per teſtes fide digniſſimos probato ſolemniter, ex ipſo ſpecialem cauſam habuimus, quod confeſſorem eundem de dictorum fratrum, & omnium prælatorum conſilio, qui tunc apud ſedem Apoſtolicam exiſtebant, ſanctorum Catalogo duximus aſcribendum. Igitur cum id ab vniuerſis fidelibus credi firmiter cupiſmus, deuotionem veſtrā rogamus, & hortamur in Domino Ieſu Chriſto, in remiſſionem vobis peccaminum iniungendo, quatenus ab aſſertione cōtrarij aures de cætero penitus auertentes, cōfeſſorem eundem apud Deum, pia vobis reddatis veneratione propitium, vt eius precibus, & meritis, & in pręſenti à Domino proſperitatis gaudium, & in futuro fœlicitatis æternæ percepiſſe ſolatium exultetis. Dat. Viterbij, Nonis Aprilis, Pontificatus noſtri, anno 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam noſtræ annotationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Suriani 7. Kalen. Septembr. Pontific. noſtri anno ſecundo.

MARTINVS PAPA
QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Minoribus poteſtatem conſtituendi ſyndicos, ac eos reuocandi.

Vide in 3. to. qq. regu. q. 38. per totam, & vtrū fratribus minoribus ſeruātibus poſſit deferri hereditas per ſyndicū accipiando, vide in to. 2. qq regu. q. 78. art. 2. 3. & 4.

MARTINVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus Miniſtris, ac Cuſtodibus vniuerſis ordinis fratrum Minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exultantes in Domino, quòd ſacri veſtri ordinis profeſſores in Dei beneplacitis cōformari promptitudinem deuotionis, & operis illius ſtudent imitari veſtigia, eiuſque vias cuſtodire, qui deſcendens à patre luminum, & ſerui formam accipiens, ſe in laudis ſacrificium placabilem hoſtiam immolauit. Cogitare inducimur honeſta remedia, quibus dicti ordinis purè obſeruantia in ſui vigore ſeruetur, ijdemque fratres, qui pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri (excluſis quibuſdam ſolicitudinibus) liberius, & quietius diuinis vacent obſequijs, & offerentium, donantium, aut in vltima voluntate relinquentiū, ordini prædicto, vel fratribus eiuſdem ordinis aliquid propter Deum pia intentio non fraudet, ſicq; nos ſolicitudini, quæ prædictus ordo pro ſuis neceſſitatibus, quoties ingrueret neceſſitas, vel vtilitas ſuaderet, recurrere ad Romanam Eccleſiam cogeret, ad quam omnium rerum mobilium, & immobiliū quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat, penſata incommoditate, vel difficultate potius, quæ per hoc ingeri poſſet fratribus ſupradictis benignè indulgētes. Volentesque hæredum, & executorum negligentijs obuiare, vt fratres ſecundum modos licitos, & congruos ipſi ordini relictis, ſibi in teſtamētis eleemoſynis non fraudentur, ac ſperātes, quod his, qui pro ſtatu proſpero dicti ordinis agenda fuerint, per vos eo ſalubrius, & vtilius conſuletur, quo maiori fueritis in hac parte authoritate muniti. Diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus perſonas ſpeciales, quæ non ſint de ipſo ordine nominandi pro locorum indulgentia ſingulorū, quas perſonas per vos taliter nominatas, in his adminiſtrationem legitimā, & generalem gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe de plenitudine poteſtatis, præſentium authoritate conſtituendo decernimus, qui res ipſas, & rerum prædictarū pretium, & dictas eleemoſynas nomine dictæ Eccleſiæ recipiant per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates (prout eis licet ex regula, vel ex declaratione regulæ) conuertenda: ſicut & quando à te fili Generali, vel ſingulis alijs veſtrum in prouincia, vel cuſtodia, ſibi decreta ab eiſdem fratribus, de aſſenſu veſtro extiterint requiſiti, ac eædem perſonæ petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta tranſigendi, quam & paciſcendi, conueniendi, compromittendi, remittendi, refutandi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia, & veritate dicenda iurandi, & cuiuſlibet alterius iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamento occuparent, vel violenter auferrent, ſiue qui contra voluntatem fratrum quomodolibet retinerent, & generaliter in omnibus cauſis, pro rebus & locis huiuſmodi ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſibus cōceſſis Necnon pro immunitatibus, libertatibus, & iuribus, ac priuilegijs eorundem ſine cuiuſlibet ſatiſdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberā habeant authoritate Apoſtolica in iudicio, & extra iudicium poteſtatem: reuocandique perſonas eaſdem, & earum quamlibet, & alias eis ſubrogandi, vel nominandi per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eandem in prædictis, vel ſimilem habeant poteſtatem: plenam & liberam concedimus authoritate præſentium facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum apud vrbem veterem quintadecima Kalendarum Februarij. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Vide in 2. to. qq. reg. q. 126. de legatis factis fratribus minoribus regularis obſeruantiæ.

Circa hāc generalem adminiſtrationē; vide etiam aliqua in to. 1. qq. regul. q. 26. art. 3. 4. & q. 27. ar. 2. & art. 6.

Pro

Digitized by Google

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

Habetur authentica in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Concedit generali per ſe, & prouincialibus in ſuis capitulis quod poſſint facere prædicatores, & cõfeſſores.

Id ipſum diceſſit Gregorius IX. vt patet in ter eius cõceſſiones, & Alexander IIII cõceſſione xiij.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs magiſtro, & Prouincialibus prioribus ordinis prædicatorum ſalutem, &c. Ad fructus vberes qoos in agro Dominico prædicando verbo, pariter & exemplo confeſſiones audiendo, & per alia virtutum exercitia facer ordo veſter, & humiles ipſius ordinis profeſſores produxerũt hactenus, & in futurum ſperatur Deo auſpice producturos, attentè conuerſationis aciem conuertẽtes à vt fratres eiuſdẽ ordinis prædicationis, & audiendi confeſſiones officia, en liberius, & efficacius exequi valeant, quo certius de ipſorũ circa eadem authoritate cõſtabit tibi fili magiſter per te, vobis vero prouincialibus, prioribus cum definitoribus, in prouincialibus veſtris capitulis congregatis: committendi authoritate Apoſtolica fratribus eiuſdem ordinis in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis, à vobis prædicationis officium, audiendi verò confeſſiones, abſoluendi confitentes, & iniũgendi eiſdem pœnitentias ſalutares: etiam fratribus alias idoneis concedendi. Eiſdem quoque ordinis fratribus, quibus dicta officia per vos taliter commiſſa, ſiue conceſſa fuerint, quod eadem liberè valeant exercere, plenam damus, & concedimus authoritate præſentium facultatẽ, diſtrictius inhibentes ne quis fratres ipſius ordinis, quibus dicta officia per vos taliter concedenda duxeritis, vt præmittitur, ſeu etiam committenda in exercitio, aut executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. apud vrbem veterẽ. 4. Idus Ianuarij. Pont. noſtri, anno primo.

HONORIVS PAPA QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Decernit irrita pacta quæcunque à fratribus ordinis minorum cum prælatis Eccleſiarum in præiudicium ordinis inita.

Hoc eſt reuocatũ per Bonifaciũ VIII. prout habes in to. 2 qq. reg. q. 39. art. 8.

HOnorius Epiſcopus, &c. Dilectis filijs Generali miniſtro, & fratribus ordinis minorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religionis fauor ſub qua virtutum Domino deſeruitis, & fructus vberes, qui ex veſtris laboribus in Eccleſia vniuerſali diuina gratia cooperante proueniunt, nos inducunt, vt illa vobis fauorabiliter concedamus, per quæ ab impedimentorum obſtaculis liberati, fructificare liberius in eadem Eccleſia valeatis. Sanè ex parte veſtra fuit propoſitũ corã nobis, quod nonnulli miniſtri, cuſtodes, guardiani, & fratres veſtri ordinis in receptionibus domorum, & locorum eiuſdem ordinis, cum prælatis, rectoribus, & clericis Eccleſiarum, in quarum territorio domus & loca prædicta conſiſtunt, ſine tua fili generalis, & alicuius prædeceſſorum tuorũ, ac Generalis capituli ordinis prædicti licentia, & aſſenſu compoſitiones, & pacta varia in præiudicium indulgentiarum, & priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis eidem ordini conceſſorum inire temerè præſumpſerint: cũ id eis nec ex authoritate competeret, neque ex ſpeciali eſſet conceſſione commiſſum, nec à te, ſiue à tuis prædeceſſoribus, præfatè generalis, vel ab eorum capitulo fuerunt compoſitiones, & pacta huiuſmodi acceptata. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quia ex conuentionibus, & pactis eiſdem præſumptis, taliter in his quæ ordini præfato, tam ex Apoſtolicæ ſedis priuilegijs, ac indulgẽtijs, quã à iure cõi conceſſa eſſe noſcuntur, nimiũ derogetur, prouidere ſuper hoc paterna ſolicitudine curaremus. Nos igitur volentes ſuper hoc de Apoſtolica benignitate prouidere, præſentiũ tenore decernimus, qd ex cõuentionibus & pactis talibus, & taliter initis, in ijs, quæ ipſi ordini, vel perſonis, aut locis eiuſdem, ſiue de iure communi competant, ſiue per priuilegia, vel indulgentias ſint conceſſa eidem ordini, locis, domibus, vel perſonis præiudicium nullum fiat: ſed compoſitionibus, & pactis ipſis (dummodo nec à te memorate Generalis, nec à prædeceſſorum tuorum aliquo, vel dicto capitulo accepta fuerint) nequaquam obſtantibus, & tã ipſius ordinis domibus, perſonis, & locis, quam ijs cum quibus eadem cõpoſitiones & pacta ſunt inita, ius priſtinum abſque alicuius impedimenti obice integrum conſeruetur. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam 4. Idus Februarij. Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla Secunda.

Habetur originaliter in conuentu ſancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Concedit Epiſcopis locorum denegantibus, aut vltra quatuor menſes differentibus per alios Epiſcopos poſſe poni primarios lapides in Eccleſijs conſtruendis & alia.

De ædificatione monaſteriorum. Vide in to. 2. qq. regu. q. 48.

HOnorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali Miniſtro, & fratribus de ordine minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte veſtra, fuit propoſitum coram nobis, quod licet vobis, per ſpecialia priuilegia Sedis Apoſtolicæ ſit indultum, vt ad ciuitates, vel villas, vbi religioſè, ac honeſtè commorari poſſitis à populis euocati accedere, vbiq; pro veſtris vſibus, ædificia, & Eccleſias, ſiue oratoria cõſtruere valeatis. Diœceſani tamen locorum in Eccleſijs, ſeu oratorijs, quæ de nouo vultis conſtruere, primariũ lapidem ponere, & conſtructa conſecrare, ac cœmeteria vobis iuxta Eccleſias, vel oratoria prędicta benedicere denegãt pro ſuæ libito voluntatis. Aliqui vero Diœceſanorum ipſorum cum ad Eccleſias, & loca veſtra pro præmiſſis exequẽdis propter euectionem, & perſonarum multitudinem quas ſecum ducunt grauant vos non modicũ in expenſis. Quare nos humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc paterna ſolicitudine dignaremur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni veſtræ authoritate præſentium indulgemus; vt ſi Diœceſani prędicti à vobis humiliter requiſiti, huiuſmodi lapidem in prædictis Eccleſijs, vel orato-

sijs

Digitized by Google

rijs ponere Eccleſias, vel oratoria prædicta, ac etiã altaria veſtra cõſecrare, cœmeteria benedicere denegauerint, vel id facere vltra quatuor menſes diſtulerint, vos per quoſcunque volueritis Epiſcopos gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habẽtes, præmiſſa recipere liberè valeatis. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam. Pontificatus noſtri, anno primo.

NICOLAVS PAPA QVARTVS.

Pro Ordine Minorum, & ſororum S. Claræ.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Ordinauit quod omnes cuſtodes ordinis minorum vnũ ex ſe debeant conſtituere, quem ad miniſtri Generalis electionem mittant, qui vnam tantum vocẽ pro ſe, & alijs habeat.

De cuſtodibus vide in 3. to. qq. regul. q. 70.

NIcolaus Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum minorũ, Ad ſtatum pacificum veſtri ordinis conſeruandũ, quem cœleſtis agricola ſumma benignitas in horto plantauit Eccleſiæ, tanto libentius ſtudium efficax operamque ſolicitam adhibemus, quanto illũ ſinceriori charitate complectimur, & vberiores ſalutis fructus ex ipſo proueniunt fidelium animabus. Expoſuit ſiquidẽ nobis, veſtræ deuotionis humilitas, q in Beati Franciſci regula inter cætera cõtinetur, quod generalis miniſtri ordinis eiuſdẽ electio à miniſtris & cuſtodibus prouincialibus celebretur. Cumque ab ipſius ordinis fratribus olim viuente adhuc fœ. re. Gregorio Papa IX. prædeceſſore noſtro reuocaretur in dubium: vtrum vniuerſos ordinis memorati cuſtodes, electioni huiuſmodi oporteret perſonaliter intereſſe, dictus prædeceſſor ſuper hoc ab eiſdem fratribus requiſitus, declarando reſpondit: vt ſingularum prouinciarum cuſtodes vnũ ex ſe ipſis conſtituant, eique ſup hoc committant vices ſuas. Similiſq; reſponſionis oraculum à piæ memoriæ Nicolao Papa IIII. prædeceſſore noſtro extitit in hac parte prolatum. Verũ, quia in generali ordinis ſupradicti capitulo, in monte Puſſulanenſi Magaſo Diœceſis nuperrimè celebrato, de huiuſmodi dubitationis articulo expreſſa (vt dr) mẽtio fuit, Nos nolẽtes, vt ſuper hoc aliqñ aliquis poſſit vlterius dubitare, authoritate Apoſtolica declarando ſtatuimus, & ſtatuendo ẽt declaramus: vt cum huiuſmodi electio fuerit faciẽda, cuſtodes vniuſcuiuſq; prouinciæ vnũ ex ſe ipſis cõſtituant, vt ei vices ſuas committãt ipſumque ad locũ, in quo electio eadẽ tunc fuerit celebrãda tranſmittant, iiſque, qui ſic ab ipſis cuſtodibus conſtitutus extiterit vnam vocem duntaxat pro ſe, & eis omnib. habeat, & intelligatur habere, ac p vna voce tantummodo ab alijs admittatur, præſertim, cum hoc à præfati Gregorij prædeceſſoris noſtri tempore vſque nunc fuerit obſeruatum, quod ſi ẽt cuſtodes illius prouinciæ, in qua huiuſmodi dẽat electio celebrari præſentes aderant in loco ad hoc tunc temporis deputato: non omnes fuerint ad eãdem electionem admiſſi: ſed vnus ipſorum ab eis tunc fuerit conſtitutus, pro ipſis omnibus admiſſus extitit ad eandem pro ſe, ac eis vnam vocem tantummodo ſit habiturus, & ſic volumus in poſterũ obſeruari. Datum Reate 3. Idus Martij. Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Mortuo miniſtro generali in ordine Minorum vicarius generalis abſque Apoſtolicæ ſedis licentia aſſumi non poteſt donec miniſtri generalis electio fuerit ſubſecuta.

Vide de hoc vicario in 3. to. qq. regu. q. 76, ar. 2.

NIcolaus Epiſcopus, &c. Generali & Prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum Minorum, Quoniam reuocatur à nobis in dubiũ, prout veſtræ deuotionis aſſertio profitetur, an generali veſtri ordinis decedente miniſtro, poſſit per ordinẽ ipſum generalis inſtitui, vel ordinari vicarius, donec huiuſmodi miniſtri electio fuerit ſubſecuta. Nos diligentius attendentes, quod in eodem ordine à ſuæ inſtitutionis exordio nullus omnino, præter vnum duntaxat eſt habitus poſt miniſtri generalis obitũ vicarius generalis; & nolentes, quod in hac parte dubitatio aliqua vlterius vendicet ſibi locũ, authoritate Apoſtolica ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtrictius inhibemus, ne generalis ordinis ſupradicti vicarius nullo generali miniſtro exiſtente aliquatenus conſtituatur, vel aſſumatur abſque Romani Pontificis, & dilecti filij noſtri M. ſanctæ Mariæ in porticu diaconi Cardinalis, cui gubernatio, protectio, & correctio fratrum eiuſdem ordinis per ſedem Apoſtolicam ſunt commiſſæ, vel eius cui eas in futurum committi contigerit licentia ſpeciali, per ipſius Romani Pontificis patentes literas concedenda, facientes plenam & expreſſam de ſtatuto, ordinatione, ac inhibitione huiuſmodi mentionem. Nos enim nihilominus irritum decernimus, atque inane, ac nullius exiſtere firmitatis, ſi ſecus ſuper hoc fuerit quomodolibet attentatum. Nulli ergo hominũ, &c. Dat. Reate 2. Idus Maij Pont. noſtri, anno primo.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Prohibet diuiſionem prouinciarum abſque ſedis Apoſtolicæ licentia fieri.

Vide in 3. to. qq. regu. q. 23. ar. 8.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei; Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum Minorum S. & A. B. Quia prouinciarum ordinis veſtri diſtinctio in generali capitulo pridẽ, dum adhuc fœ. re. Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter viueret, celebrato, ſua in capitulo ipſo prædeceſſore præfato exhibente præſentia facta fuit: licet poſt modũ fuerit duarum prouinciarũ diuiſio ſubſecuta. Nos volentes, vt prædicta diſtinctio ſolemniter edita, ſiue facta, & etiam præfata poſt modum ſubſecuta diuiſio, robur obtineat perpetuæ firmitatis Apoſtolica authoritate ſtatuimus, ordinamus, & diſtrictius inhibemus, ne de cætero aliarum prouinciarũ prædictarum alia diſtinctio, ſeu diuiſio, vel nouarum prouinciarũ multiplicatio abſque Pontificis Romani præſentia ſpeciali, per eius patentes literas concedenda faciente plenam & expreſſam de huiuſmodi ſtatuto, ordinatione, ac inhibitione, necnon dilecti filij noſtri M. ſanctæ Mariæ in Porticu diaconi Cardinalis, cui gubernatio, protectio, & correctio fratrũ veſtri ordinis per ſedem Apoſtolicam ſunt commiſſa, vel eius cui eos committi contigerit in futurum, quomodolibet præſumatur. Nos enim nihilominus irritum decernimus, & inane, ſi ſecus in hac parte contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Reate 3. Idus Maij Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla

Bulla Quarta.

Habetor originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Prohibet fratribus Minoribus eunt bus ad alios ordines licentia petita, vel non petita, obtenta, vel nō obtenta habere prælaturam vel adminiſtrationem.

Pro ordinibus mend. ſimile indultum habetur ĩclo. 2. de reg. de quo in 3. to mo qq. reg. q. 12. artic. 48.

NIcolans Epiſcopus ſeruus ſernorum Dei. Dilectis filijs generali, & Prouinciali, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. In veſtri ordinis regula per ſedem Apoſtolicam confirmata, inter cætera continetur, quod eam profeſſis de ipſa egredi, nullo modo licebit, nec vobis licentiandi, & abſoluendi ab ordine ipſo poteſtas tribuitur ex regula prædicta. Sed nonnulli ordinis veſtri fratres poſt factam in ipſo profeſſionē, ab eis infirmitate mentita & alijs confectis mendacijs, ac per malignitatis aſtutijs occaſionibus varijs adinuentis, & ambitionibus creſcentibus in eiſdem, à ſuperiorib. ſuis interdum exeundi de ordine ipſo licentiam poſtulant, eandem quem obtinent ab eiſdem; interdum verò illicentiati exeunt de eadem ad alios conuolantes in quibus dignitates, prælaturas, & officia aſſumunt, non ſine propriæ ſalutis diſpendio, & derogatione non modica honeſtatis ordinis memorati. Nos igitur volentes huic morbo congruæ medelæ remedium adhibere, ac animarum obuiare periculis, & euagandi materiam amputare, authoritate Apoſtolica ſtatuimus, & etiā ordinamus, vt fratres veſtri ordinis, qui poſt profeſſionem ab eis in ipſo ordine factam, ad quoſcunque ordines, profeſſiones cuiuſlibet, petita, vel non petita, obtēta, vel non obtenta, à ſuis ſuperioribus licentia immediatè, vel per alium, vel alios ordines, tranſierūt iam, vel trāſierint in ordine, ſiue ordinibus ad quæ vel ad quos, tranſitum habuerunt, aut eos in poſterum habere contigerit, vel etiam extra illos: ad nullam omnino adminiſtrationem, vel officium curam animarum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem, vel prælaturam ſeu perſonarum quoquo modo poſſint aſſumi abſque Apoſtolicæ ſedis ſpeciali, & expreſſa licentia per ipſius ſedis patentes literas concedenda, facientes plenam, certam, & determinatam de ſtatuto, & ordinatione huiuſmodi mentionem. Nos enim nihilominus ex tunc irritum, & inane decernimus, ſi ſecus in hac parte fuerit attentatum. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum Romæ ſecundo Idus Maij. Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Quod ſi contingat loca in quibus habitant fratres Eccleſiaſtico ſuppom interdicto, cum clauſula, & non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque religioſis conceſſit, & omnia ſacramenta in eis prohiberi, quod fratres poſſunt diuina celebrare, & recipere ſacramenta clauſis ianuis.

Vide aliqua pro ſuſpenſione interdicti in Eccleſiis regularium tu. 10. qq. q. 111. a. 2.

NIcolans Epiſcopus ſeruns ſeruorum Dei. Dilectis filijs miniſtro, & fratribus ordinis fratrum Minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Meritis veſtræ religionis inducimur, vt petitionibus veſtris, in his quæ animarum ſalutem continent fauorabiliter annuamus. Sanè petitio veſtra nobis exhibita continebant, quod contingit in terdum ciuitates, & alia loca in quibus habitatis ſupponi Eccleſiaſtico interdicto, & non obſtantibus aliquibus priuilegijs, ſeu indulgentijs, quibuſcunque religioſis à ſede Apoſtolica conceſſis, exceptis baptiſmate paruulum, & pœnitentijs morientium, omnia in eis Eccleſiaſtica ſacramenta prohiberi: propter quod ſine conſcientiarum veſtrarum diſpendio confiteri peccata, & ab ipſis abſolui, ac diuina celebrare interdicto durante huiuſmodi nō poteſtatis: nec etiam euchariſtię, ac vnctionis extremæ in mortis articulo recipere ſacramenta: ſuper quo per ſedem Apoſtolicā petiuiſtis humiliter vobis de ſalutari remedio prouideri. Nos itaq; veſtris ſupplicationibus inclinati: vt tempore talis interdicti veſtra confiteri peccata, & ab ipſis abſolui, ac ſimul legere diuinum officium, miſſas celebrare ianuis clauſis, non pulſatis campanis voce ſubmiſſa; excommunicatis, & interdictis, ac omnibus perſonis, quæ non ſunt de ordine veſtro excluſis, necnō temporibus conſuetis iuxta morem veſtri ordinis ſacræ communionis, & vnctionis extremæ ſacramenta recipere: prohibitione huiuſmodi, ſeu aliquibus literis ſuper hoc à ſede prædictam impetrandis, quæ de ordine prædicto, & hac indulgentia ſpecialem, non fecerint mentionem nequaquā obſtantibus valeatis: vobis authoritate præſentiū indulgemus. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Reate 8. Kal. Septemb. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Concedit monialibus Sanctæ Claræ ne teneren ur ad exhibendas procurationes, &c. alegatis, vel quibuſcunque perſonis.

Vide in 2. to. qq. reg. q. 61. ar. 2.

NIcolans Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Abbatiſſis & conuentibus incluſarum monaſteriorum ordinis S. Claræ, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanto ſtudioſius deuota mente, & humili contemplationis animo, diuinis vacatis obſequijs, Attendentes igitur, quod licet plurima monaſteria veſtri ordinis, varias poſſeſſiones obtineant: idem tamen ordo in paupertate fundatur, voſque voluntariè pauperes Chriſto pauperi deſeruitis: veſtris ſupplicationibus inclinati, vt vos, ſeu veſtrarū aliqua, ad exhibendum procurationes aliquas legatis, vel nuncijs Apoſtolicæ ſedis, ſiue ad præſtandū ſubuentionem quācunque, vel ad contribuendum in exactionibus, vel collectis, ſeu ſubſidijs aliquibus, per dictæ ſedis, ſeu legatorum, aut nuntiorum ipſorum, ſeu rectorum, quaſcunque literas impetratas, vel impetrandas etiam minimè teneamini, nec ad id cogi poſſitis, etiamſi in huiuſmodi ſedis eiuſdem contineatur literis, quod ad quæuis exempta, vel non exempta loca, vel monaſteria ſe extendāt; & aliqua eius cuiuſcumque tenoris exiſtat ipſius ſedis indulgentia conceſſa: niſi forſan literæ ipſę dictæ ſedis Apoſtolicæ de indulto huiuſmodi, & de ordine veſtro, ac nomine Cardinalis, cui gubernatio, & protectio & correctio fratrum Minorum, ac etiam cura monaſteriorum, Abbatiſſarum, monialium ſanctæ Claræ ordini præſentiū, & futurorum pro tempore commiſſa fuerint plenam, & expreſſam fecerint mentionem authoritate vobis præſentium indulgemus. Nos enim decernimus irritas & inanes interdicti, ſuſpenſionis, aut excommunicationis ſententias ſi quas in vos, vel in aliquem veſtrum, aut aliquod monaſteriū veſtrorū, ſeu quoſcū que alios veſtri occaſione præmiſſorum prætextu contra huiuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem, per

per

Digitized by Google

per quemcunque de cętero cõtigerit promulgari. Nulli ergo hominum liceat, &c. Datum apud vrbem veterem quintodecimo Kalen. Februarij, Pontificatus noſtri, anno primo.

Pro Tertiarijs B.P.N. Franciſci.

Bulla Septima.

S V M M A R I V M.

Ponit & approbat formam viuend fratrum, & ſororum tertii ordinis P. N. Franciſci ponens ſtatuta ab ipſis obſeruanda.

Vide in to. 2. qq. regu. q. 65. ar. 5. in quo probatur tertiarios eſſe Eccleſiaſticos vide in 3. to. qq. re. queſ. 72. in qua de tertiarijs agitur.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruotum Dei. Dilectis filijs fratribus & dilectis in Chriſto filiabus, ſororibus ordinis de pęnitentia, tam pręſentibus, quam futuris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Super montem Catholicæ fidei, quã populis gentium, qui ambulabant in tenebris diſcipulorum Chriſti ſinceta admonitio igne charitatis exæſtuans verbo ſolicitę prędicationis edocuit quã que Romana ſeruat, & tenet Eccleſia ſolidũ Chriſtianæ religionis poſitum noſcitur fundamentum nullis concutiendum turbinibus, nullis conquaſſãdum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt enim certa veraque fides abſq; cuius conſortio nemo in cõſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit, hæc eſt, quæ ſaluris ſemitam præparat, & fœlicitatis æternæ præmia gaudiaque pollicetur: ideo glorioſus Chriſti confeſſor B. Franciſcus huius ordinis inſtitutor, viam aſcendendi ad Dominũ verbo pariter & exemplo demonſtrans, in ipſius ſinceritate fidei, quos filios erudiuit: eoſque illam profiteri, conſtanter tenere ſimiliter, ac opere voluit adimplere, vt per eius ſemitam ſalubriter incedentes, mererentur poſt vitę præſentis ergaſtulum æternæ beatitudinis effici poſſeſſores. Nos igitur ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi, & ad eius augmentũ benignius attendentes ſtatuimus, vt omnes quos ad obſeruandam huius vitæ formã aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſe receptionem ipſorum de fide Catholica & obedientia erga præfatam Eccleſiã diligenti examinatione ſubdantur. Et ſi eas profeſſæ fuerint, vereque crediderint admitti, ſeu recipi tutè poterunt ad eandem, præcauendum eſt tamen ſolicitè, neqois hęreticus vel ſuſpectus de hæreſi, aut etiam infamatus ad obſeruantiã vitæ ipſius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum: aſſignetur ille, quantocius, inqoiſitoribus prauitatis puniendus. Cum autem fraternitatem huiuſmodi, quis intrare voluit, miniſtri ad receptionem eorum deputati eius officium, & ſtatum, & conditionem explorent: ſibi fraternitatis eiuſdem onera (& præcipuè alienorũ reſtitutionem) apertius exponẽtis. Quibus præmiſſis, ſi eidem placuerit iuxta modum huiuſmodi induatur: & de alienis (ſi quæ fuerint apud eum) ſatiſfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundum exhibitam pignoris cautionem: ſeque nihilominus proximis conciliare procuret. Quibus omnibus ad effectum productis poſt vnius anni ſpacium cum aliquorum diſcretorum fratrum concilio (ſi is videbitur ſibi idoneus) recipiatur, hoc modo videlicet, vt promittat ſe diuina præcepta omnia ſeruaturum, ac etiam ſatisfacturum vt congruit de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum commiſerit, cum interpellatus ad viſitatoris voluntatem extiterit. Et huiuſmodi ab eo facta promiſſio per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur, alio autem modo nullus à miniſtris recipiatur eiſdẽ, niſi eis aliter viſum fuerit conditione perſonæ, ac ipſius inſtãtia ſolita conſideratione diſcuſſis. Ordinamus pręterea ſtatuẽtes, vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum, eãdem egredi valeat ad ſeculum reuerſurus, poſſit tamen habere tranſitum liberum ad religionem aliquam approbatam. Mulieribus verò viros habentibus, (niſi de ipſorum licentia & cõſenſu) non pateat ad conſortium dictæ fraternitatis ingreſſus. Fratres ipſius fraternitatis de vili panno in precio & colore non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiãtur, niſi fuerit ad tempus in pretio per viſitatorem de conſilio miniſtrorum ob cauſam legitimam, & apertam cum aliquo diſpenſatum. Chlamydes quoque atque pelles abſque ſcolaturis ſciſſas, vel integras affibulatas tamen vel patolas vt cõgruit honeſtati, clauſuſque manicas fratres habeat ſupra dicti Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de huiuſmodi humili panno facta vel ſaltem cum chlamyde habeãt grauellum, vel placentioi coloris albi, vel nigri, aut paludellum, amplom de canapo, vel lino abſq; aliqua eriſpatura conſutũ. Circa humilitatem verò panni, & pelliciones ſororum ipſarum iuxta conſuetudine cuiuſlibet earundem, ac loci conſuetudinem, poterit diſpenſari. Biudis, ſeu ligaturis ſericis non vtantur: pelles babeant agninas, burſas, & corrigias de corio ſimpliciter abſque ſetico vilo ſactas (etiã nõ alias) tam fratres habeãt, quã ſorores depoſitis cæteris (iuxta Apoſtolorũ principis Beati Petri ſalubre conſiliom) vanis huius ſeculi ornamentis. Sit eis ad inhoneſta conuiuia, vel ſpectacula, ſiue curias, & choreas acceſſus penitus interdictus. Hiſtrionibus, ſiue vanitatis intuitu nec doneot, & ne quidquã à propria donetur familia prohibere procurent. Ab eſu autẽ carniũ ſecunda quarta & ſexta feria, dieq; Sabbati abſtineãt vniuerſi, niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaſerit. Minutis verò per triduũ carnes dentur, nec ſubtrahãtur in itinere cõſtitutis. Sitq; earũ veſcio licita ſingulis, cũ ſolẽnitas præcipua interuenire contigerit, & qua cæteri Chriſtiani ab antiquo epulis carnis veſci ſolent. Alijs autẽ dieb. in quibus ieiunium non ſeruatur oua & caſeus nõ negentur, ſed cum & religioſis cæteris in eorũ conuentualibus domibus, licitè ſumere valeant de appoſitis ab eiſdem, ſintque prandij cœnæque refectione contenti, exceptis languidis, viatoribus, & infirmis, ſit ſanis cibus moderatus, & potus: cũ textus euangelicus habeat. *Attendite ne corda veſtra crapula, & ebrietate grauentur.* Prandium autẽ, vel cæna non niſi præmiſſa ſemel oratione ſumat, poſt ſumptionem cuiuſlibet cum Deo gratias iteranda, quod ſi omitti contigerit dicatur tribus vicib. Pater noſter. Qualibet verò Sexta feria totius anni ieiunium celebretur, niſi forte infirmitate, aut alia cauſa legitima excuſetur, vel niſi feſtũ natalis Domini, feria ipſa occurrerit obſeruandum. Sed à feſto omnium ſanctorum vſq; ad Paſcha, quarta & ſexta feria ieiunabunt. Alia quæ ab Eccleſia ſunt inſtituta, vel ordinarijs ex cauſa communiter indita ieiunia nihilominus ſeruaturi. In qoadrageſima verò Beati Martini, vſq; ad diem natalis Domini, & à Dominica quinquageſimæ, vſque ad Paſcha dieb. ſingulis (exceptis Dominicis) ieiunare procuret: niſi aliud fortaſſe infirmitas, vel neceſſitas alia ſuaſerit. Sorores grauidæ, vſque ad purificationis ſuæ diem ab exercitatione aliqua corporali (orationibus duntaxat exceptis) poterunt ſi voluerint abſtinere. Laborantes autem propter fatigationis afficientis inſtantiam à Dominicæ Reſurrectionis feſto, vſque ad feſtiuitatem Beati Franciſci prædicti, ter in die (ſi labori exerciti incumbent) licitè ſumere cibum poſſint. Cum verò contigerit aliorum imminere laboribus de cunctis appoſitis die qualibet ſumere licebit eiſdem, niſi 6. feria vel dies ſit

alia,

alia, in qua ab Eccleſia generaliter ieiunium noſcatur inſtitutum, ſinguli autem fratrum, & ſororum ipſorum ter in anno, videlicet in natalis Domini, Reſurrectionis ipſius, & Pentecoſtes feſtiuitatibus propria peccata confiteri, & Euchariſtiam deuotè ſuſcipere non poſtponant reconciliando ſe proximis, & reſtituendo etiam aliena. Impugnationis arma ſecum fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ, Chriſtianæ fidei: vel etiam terræ ipſorum, aut de ſuorum licentia miniſtrorum. Dicant vniuerſi quotidie ſeptem horas canonicas, videlicet matutinum, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas, & completorium clerici videlicet ſcientes ſpalterium pro prima. *Deus in nomine tuo, &c. Beati immaculati, &c. vſque ad legem pone*, ac alios horarum Pſalmos iuxta clericorum ordinem cum Gloria Patri dicant. Cum verò ad Eccleſiam non accedẽt pro matutino Pſalmos dicere ſtudeãt, quos dicunt clerici, vel Eccleſia cathedralis, vel ſaltem, *Beati immaculati*. Alij pro matutino duodecim, & pro qualibet hora ſeptẽ, videlicet Pater noſter, cum Gloria Patri dicere non omittant. Quibus videlicet primæ à completorij horarum, minorũ ſymbolum, & *Miſerere mei Deus*, addiſcant, qui voluerint. Sed ſi in horis non dixerint conſtitutis, dicant tribus vicibus Pater noſter. Infirmi autẽ huiuſmodi horas dicere non teneantur, niſi velint. In Quadrageſima verò ſancti Martini & in maiori Eccleſia, in quarum parrochijs habitant, matitunalibus horis adire procurẽt, niſi cauſa rationabili excuſentur. Omnes præterea quibus de iure facultas affuerit condant, ſeu faciant teſtamentum, & de bonis ſuis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immadiatè ſequentes ordinent, & diſponant, ne quenquam eorum decedere contingat inteſtatum. De pace verò inter fratres & ſorores, aut etiam extraneos in diſcordia poſitos facienda: ſicut miniſtris videbitur: ita fiat adhibito (ſicut facultas affuerit) Epiſcopi diœceſani conſilio, in hac parte. Si verò fratres, vel ſorores contra ius, vel eorum priuilegia per poteſtates, ſeu rectores locorum vbi domicilium obtinent varijs iniurijs, ſeu vexationibus impetantur: miniſtri loci ad Epiſcopos, vel ad alios locorum ordinarios ſtudeant habere recurſum. Iuxta conſilium & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuti. A iuramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant, niſi neceſſitate cogẽte in caſibus per indulgentiã ſedis Apoſtolicæ exceptis, videlicet pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, & venditionis, & donationis vbi videbitur expedire. In communi quoque loquela vitent, prout poterunt iuramenta, & ſi aliquis minus cautè iurauerit lapſu linguæ, prout contingere in multiloquio conſueuit, die ipſo in ſero cum debet cogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus Dominicam orationem propter incautè facta huiuſmodi iuramenta. Memor autẽ ſit quilibet, vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur. Vniuerſi fratres, & ſorores cuiuſcunq; ciuitatis, aut loci diebus ſingulis (ſi commodè poterunt) miſſæ officium audiant, & menſe quolibet ad Eccleſiam, ſiue locum ad quam, vel quem, miniſtri curauerint intrare conueniant, miſſarum ſolẽnia inibi audituri. Vnuſquiſque autem vſualis monetæ denarium miſſario tribuat, qui pecuniam huiuſmodi colligat, & de conſilio miniſtrorum inter fratres, & ſorores paupertate grauatos, & præcipuè infirmantes, ac eos qui funerum exequijs inter fuerunt, & deinde inter pauperes alios diuidãt cõgruenter. Offerant inſuper de dicta pecunia Eccleſiæ memoratæ. Cumque ſic commodè potuerint vnũ religioſum, & in verbo Dei cõpetenter inſtructũ habere procurent, qui eos ad pœnitentiã & miſericordiæ opera exercenda hortetur, ac ſolicitè moneat, & etiam inducat. Et ſtudeat quilibet cũ miſſæ celebratur officium & prædicationis verbũ proponitur ſeruare ſilentium: orationi, ac officio ſit præſens: niſi in caſu ſcilicet quatenus communis vtilitas fraternitatis impediat. Cum autẽ quenquam ex fratribus infirmari contigerit, miniſter per ſe, vel alium, ſeu alios (ſi hoc idem infirmus fecerit intimare) ſemel in hebdomada viſitare teneatur, ægrotum ipſum ſolicitè ad recipiendam pœnitentiam, prout melius & efficacius expedire videbitur, & poterunt inducentes neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. Et ſi præfatus infirmus de præſenti luce migrauerit fratribus, & ſororibus tunc in ciuitate, vel loco vbi eum contigerit mori præſentibus nuncietur, vt defuncti exequijs procurent perſonaliter intereſſe, à quibus donec miſſarum fuerint celebrata ſolemnia, & corpus humo conditum non recedant. Hocque circa ſororea infirmas decedentes volumus obſeruari. Præterea infra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediatè ſequentes, quilibet fratrum & ſororum ipſorum dicat pro anima eius videlicet ſacerdos Miſſam vnam, ſciens Pſalterium quinquaginta Pſalmos, & illiterati totidem Pater noſter, & in fine cuiuſlibet Requiem æternam adijciat. Et poſt hæc infra annum pro fratrum & ſororum eorum, iam viuorũ, quam mortuorum ſalute tres Miſſas faciant celebrari. Qui verò Pſalterium ſciuerit illud dicant, & cæteri orationem Dominicam centies dicere non omittant, requiem æternam in fine cuiuſlibet addituri. Miniſteria quoque & alia diuina officia, quæ præſentis ſeries formulæ exprimit: impoſita ſibi quiſque deuotè ſuſcipiat, curetque fideliter exercere. Officium autem cuiuſlibet certi temporis ſpacio limitetur. Nullus miniſter inſtituator ad vitam, ſed eius miniſterium certum tempus comprehendat. Ad hoc miniſtri & ſorores ciuitatis & loci cuiuſlibet ad viſitationem in aliquo loco religioſo, vel in Eccleſia, vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe conueniant, vt viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius probatæ religionis exiſtat, quique illis iniungat pœnitentiam de commiſſis exceſſibus ſalutarẽ: nec quis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere. Quia vero preſens viuendi forma inſtitutionem à B. Franciſco prælibato ſuſcepit, conſulimus, vt viſitatores, & informatores de fratrum minorum ordine aſſumantur quos cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem ordinis ſuper hoc requiſiti fuerint duntaxat aſſignent. Nolumus tamen congregationem huiuſmodi à laico viſitari. Huius autem viſitationis officium ſemel exerceatur in anno: niſi neceſſitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda. Incorrigibiles & inobedientes monitio congrue præueniat vt ſi ſe corrigere non curauerint de ipſius congregationis conſortio expellantur, de conſilio omnium diſcretorum. Vitent huiuſmodi fratres & ſorores iuxta poſſe litigia inter ſe illa (ſi ſuſcitari contigerit) dirimendo. Alioquin de iure coram illo reſpondeat, apud quem poteſtas reſidet iudicandi. Ordinarij autem locorum, vel viſitator cum fratribus & ſororibus vniuerſis in abſtinentijs, ieiunijs & auſteritatibus alijs ex cauſa legitima (cum expedire viderint) poterunt diſpenſare. Miniſtri verò manifeſtas fratrum & ſororum culpas viſitatori denuncient puniendas. Et ſi quiſquam incorrigibilis fuerit poſt trinæ admonitionis inſtantiã à miniſtro diſcretorũ aliquorum fratrum conſilio viſitatori annuncient eidem de fraternitatis conſortio abijciẽdus ab ipſo in congregatione poſt modum publicandus. Cæterum in præmiſſis omnibus, ad quæ fratres & ſorores veſtri ordinis non ex diuinis præceptis, vel ſta-

tutis tenentur Eccleſiæ nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligare: ſed impoſitam ſibi pœnitentiam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiant,& efficaciter ſtudeant adimplere. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Reate 17. Kal. Sept. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Octaua.

S V M M A R I V M.

Papa concedit quod fratres tertii ordinis eligant viſitatorem de ordine fratrum Minorum.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vnigenitus Dei filius cuius liuore ſanati ſumus, & ſanguinis fonte regenerati ſolus ſuam fundauit Eccleſiam, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, beatoq; Petro Apoſtolorum Principi æternæ vitæ clauigero, cæleſtis, & æterni ſimul imperij iura commiſit diſperſos Iſrael ad ouile ſuum miniſterio Paſſionis inductos ligandi: itaque ſoluendi ſibi, & in eo ſucceſſoribus tradito principatu. Quare Romano Pontifici, eiuſdemque Principis in principatu huiuſmodi ſucceſſori: hæ vigiliæ præcipuè,& ſollertiæ ſedulæ ſtodia, & deſideria non vacua imminent ex debito Apoſtolicæ ſeruitutis, vt Eccleſiam ipſam nouo ſemper fœtu multiplicet, & congreget illi gregem,& diſciplinis, & regulis informatam. Nam humanæ naturæ conditio tanquam vas figuli fragilitati ſubiecta frangitur,& facile reparatur, propterea ſiquidem fideles eiuſdem Eccleſiæ, vt in azymis ſynceritatis & veritatis alitos vigilanter oportet cauere: ne ſucceſſores eiuſdem principis ordinationibus, vel doctrinis minorando detrahant, vel quoquo modò labijs detractionis obſiſtant, cū ſecundum Apoſtolum ordinationi ſit obuius qui poteſtati reſiſtit. Cum itaque ille glorioſus B. Franciſcus confeſſor eximius igne charitatis ſuccenſus verbo, & opere Apoſtolorum diſcipulus, ad ampliandam in domo Domini familiam plenus ſpiritu veritatis conſurgens: vt ambulantium in tenebris pedes eruditionis ſine literis dirigeret in viam ſalutis æternæ quendam ordinem inſtituerat pœnitentium titulo inſignitum in quo normam tradidit promerendi æterna. Nos ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi & ad eius augmentum benignius intendentes, vt quod in zelo ipſius confeſſoris extiterit, incrementa augeretur virtutis: & eiuſdem ordinis profeſſores adiectione noſtræ ſolicitudinis magis ac magis de virtute proficiat in virtutem, ordinem ipſum approbando, ordinationes nō nullas ſalutaris perſuaſionis noſtris literis in eodē ordine duximus obſeruandas. Inter cæteras eiſdem fratribus paterno conſulentes affectu, vt huiuſmodi normam viuendi ſequerentur,& ſequendo amplecterentur eandem. Et cum naturalis perſuadeat ratio,& rationi æquitas acquieſcat, vt prædicti ordinis profeſſores ob ipſius confeſſoris reuerentiā, dilectorum filiorum noſtrorum ordinis Minorum dirigantur & regulentur doctrina, qui vtrinſq; alūnus extitit inſtitutor de ordine ſupradicto fratrum Minorum viſitatores & procuratores aſſumere procurent. Verum quia, proh dolor, nonnulli ex ordine prædicto pœnitentium, Eccleſiæ & confeſſores eorundem degenere filij aduerſum perſuaſionem & conſilium huiuſmodi conſurgentes: non metuunt affirmare, quod huiuſmodi noſtro conſilio acquieſcentes: illos ſecus volentes ſaluari nequiūt in eodem ordine pœnitentium: nec formidantes præſumptuoſius agere in hac parte: callidis ſuggeſtionibus ſubuertunt ipſi conſilio adhærere cupiētium volentes, illudque adimplentes prohibitionibus præſumptuoſis, & moleſtationibus grauibus perſequendo. Nos præſumptores huiuſmodi nolentes conniuentibus oculis pertranſire: prohibemus ne quis onus huiuſmodi profeſſionis cuiuſcunque conditionis, & ſtatus exiſtat auſu nefario præſumat impedire, quatenus, omnes dicti ordinis pœnitentium regulam obſeruantes, qui huiuſmodi noſtrum cupiunt ſequi conſilium, illud adimpleant & ſequantur. Decernentes omnino proceſſus contra huiuſmodi noſtrum conſilium adhærentes habitos & habendos, nullius exiſtere firmitatis. Cæterum quoniam cupimus vehemētes huiuſmodi noſtrum ſalubre conſilium adimpleri: omnes, qui illud ſuſceperint,& adimpleuerint reuerenter, Apoſtolicæ & noſtræ benedictionis gratiam amplius conſequantur, & gaudeant priuilegijs eiuſdē ordinis pœnitentium ab eadem ſede conceſſis, & in poſterum concedendis. Impedientes verò quo minus promiſſum adimpleant conſilium, quod ab huiuſmodi impedimento deſiſtant per locorum ordinarios compeſci volumus,& mandamus. Nō obſtantibus quibuſcunque priuilegijs ſub quacumq; forma verborum obtentis, per quæ effectus præſentium poſſet quodammodo impediri. Et inſuper volumus quod huiuſmodi fratres noſtro ſalubri conſilio adhærentes debeant habere miniſtro de ſe ipſis iuxta formam in prædicta regula comprehenſam. Datum apud Vrbem veterem 6. Idus Auguſti Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Nona.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmantino, & ea per communicationem gaudent omnes conuentus ordinis Minorum, necnon omnes conuentus ordinum mendicantium quo ad feſtiuitates Virginis Mariæ.

S V M M A R I V M.

Conceduntur indulgentia pro aliquibus feſtiuitatibus virginis Mariæ & B.P.N. Franciſci, & D. ui Antonii viſitanda in his feſtiuitatibus, & in octa diebus ſequentibus Eccleſiam D. Franciſci Zamarenſem.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Vitæ perennia gloria, qua mira benignitas conditores omnium beatam coronat aciem ciuium ſupernorū à redemptis precio ſanguinis fuſi de precioſo corpore Redemptoris, meritorū debet acquiri virtute: inter quæ illud eſſe prægrande dignoſcitur, quod vbique ſed præcipuè in ſanctorum Eccleſijs maieſtas altiſſimi collaudetur. Cupientes itaque, vt Eccleſia dilectorum filiorum Guardiani, & fratrum ordinis Minorum Zamorenſis congruis honoribus frequentetur. De omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Apoſtolorū eius authoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eandem Eccleſiam deuota viſitauerint annuatim in annunciationis, natiuitatis purificationis & aſſumptionis B. Mariæ Virginis, ac Beatorum Franciſci & Antonij Confeſſorum feſtiuitatibus, & per octo dies feſtiuitates ipſas immediatè ſequentes vnum annum & quadraginta dies de iniuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum apud Vrbem veterem X. Kalend. Nouem. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla

Bulla Decima.

Habetur duplicata originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Declarat fratres Minores & eorum bona eſſe immediatè ſubiectos iuriſdictionis ſedis Apoſtolicæ, & exemptos ab ordinarus.

NIcolus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali & Prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorū ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quia nonnulli qoi hæſitare ſe aſſerunt vbi non eſt aliquatenus hæſitandum, non ſine malignantis aſtutia in dubium reuocare conantur, vtrum vos & ordo veſter exemptionis priuilegio gaudeatis, & an iuris, & proprietatis Beati Petri, ac etiam à cuinſuis alterius iuriſdictione prorſus exempti, & tam in ſpiritualibus, quam temporalibus quarum vobis vſum habere licet immediatè ſubiecti ſedi Apoſtolicæ exiſtatis. Quantuincunque vobis, & eidem ordini per diuerſos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices ſuper his plenè ſicut aſſetitur, eſt prouiſum. Nos ture, eiuſdem ordinis prouidere quieti paternæ ſolicitudinis ſtudio intendentes, ſicque volentes ſuper hoc omnem dubitationis, ambiguitatis, & quætelæ materiā funditus amputare, ne quis vos, & eundem ordinem ſuper exemptione huiuſmodi, ac alijs iuris, & ipſius ordinis libertatibus, & immunitatibus quibuſcumque, vobis, & ei à ſede Apoſtolica conceſſis impugnare valeat, vel qnomodolibet moleſtare, vos, & ordinem ipſum à cuiuſuis alterius iuriſdictione omnimodæ prorſus eximimus de ſpeciali gratia. Decernentes vos, & eundem ordinem immediatè ſedi ſubiacere prædictæ. Eccleſias verò, & oratoria, domos, loca, & libros, vtenſilia, & alia mobilia, & immobilia, quorum vſum habetis ex licitæ, cum cæteris quocunque modo pertineutibus ad prædicta, & aliquod prædictorum in ius & proprietatem Beati Petti Apoſtolica authoritate ſuſcipimus. Illis ex eis dumtaxat exceptis, in quibus expreſſe donatores, ſeu tranſlatores ſibi proprietarem & dominium conſtiterit reſeruaſſe. Præterea Eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, quæ tenetis & inhabitatis, & tenebitis, & inhabitabitis in futurum. Dum & quoties illa vos tenere, & inhabitare contigerit eſſe omnino exempta decernimus, nulloque medio ſedi memoratæ ſubeſſe. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum 2. Kal. Maij, Pont. noſt. an. 1.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Vndecima.

S V M M A R I V M.

Confeſſiones pauperum in hoſpitalibus monaſteriorū Ciſtercienſium commorantium, monachus ad hoc per Abbatem electus audire, & eiſdem ſine alieni iuris præiudicio Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valet.

Hoc priuil. videtur reuocatū quātum ad audition ē confeſſionū ex his, quæ ha-

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Ciſtercij & aliorum monaſteriorum Abbatibus Ciſtercienſis ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Honeſtis deſiderijs veſttis præſertim, quæ ſalutem continent animarū, quantum cum Deo poſſumus libenter aſſenſum beneuolum impartimur. Præſentata ſiquidem nobis veſtra petitio continebat, quod ad hoſpitalia infra ſepta monaſteriorum veſtrorum ad charitatis opera deputata, pauperum infirmorum confluit multitudo. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt ſinguli veſtrū in ſingulis hoſpitalibus monaſteriorū veſtrorum: quibus præeſtis deputādis aliquē, vel aliquos idoneos de monachis monaſteriorum ipſorū in ſacerdotio conſtitutos, qui confeſſiones pauperū in eiſdem hoſpitalibus commorantium audiant, & eis iniungant pœnitentiam ſalutarem, ac miniſtrent Eccleſiaſtica ſacramenta, licentiam largiremur. Nos itaque attendentes huiuſmodi veſtram petitionem fauore Apoſtolico non indignam, veſttis ſupplicationibus inclinati vobis licentiam huiuſmodi ſine iuris præiudicio alieni authoritate præſentiū concedimus poſtulatam. Dat. Romæ apud S. Mariā Maiorem Kal. Martij Pont. noſtri anno 2.

bētur in 1. 10. qq. regu. q. 17. a. 14.

CELESTINVS PAPA QVARTVS.

CEleſtinus IIII. anno Domini MCCXCIIII. in vigilia ſanctæ Ciciliæ ad ſummum Pontificatum ſublimatus eſt. Sedit menſibus quinque & vno die. Dicebatur Frater Petrus Morenus de prouincia terræ Laboris, conuerſatione Eremita. Qui elegit abiectus eſſe in domo Dei; & edita prius conſtitutione, quod Papa poſſet Papatui reſignare, apud Neapolim coram Cardinalibus depoſitis Papatus inſignijs, & Pontificalibus ornamētis ſolitariā vitam magis, quam mundanam amplectens: reſignauit Papatus oneri, & honori, & cum tam parum ſedit nihil ab eo inuenitur conceſſum.

BONIFACIVS PAPA OCTAVVS.

Pro ordine Minorum & monialium Sanctæ Claræ.

Bulla Prima.

In primo ſui Pontificatus anno pro concordia fratrum mendicantium, cum clericis, & rectorib. Eccleſiarum ſuper prædicationibus & cōfeſſionibus, & Canonica portione edidit illam cōſtitutionem, quæ incipit, ſuper cathedram. Eſt in Clem. in tit. de ſepulturis.

Bulla Secunda.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Liberum proceſſum in criminalibus concedit prælatis ordinis Minorum apicibus iuris, ac appellatione poſtpoſitis.

BOnifacius ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali & Prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad augmentū continuum religionum, & ordinum quos Romana ſuſcepit & approbauit Eccleſia paternis ſtudijs intendentes, & conſiderantes attentius, quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ religiones, & ordines ſic prædictos, ſtatuſque regulares ſalubriter dirigit, & conſeruat, quodque ſi eam perire, vel remitti contingeret ordo quilibet collabi neceſſario cogeretur. Penſantes etiam, quod ſi regularium

Vide in 10. 2. qq. regul. q. 3. ar. 1. et circa apices iuris aliqua proponūtur in 2. 10 qq. reg. q. 13. a. 1. & quod deferre iuramentū teſtibus pertinent ad a-

picem iuris habes in eo dem 2.10 q. 70.ar.3.in 2 impreſ.

perſonarum correctio rimas, & apices ſequerentur huiuſmodi, rigor lenteſceret, ac multiplici læſione torperet. Nos veſtris ſupplicationibus inclinati vobis authoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones & punitiones fratrum eiuſdem ordinis delinquentium infligendas prælati ordinis ſupradicti, ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis & apicibus ipſis poſtpoſitis liberè procedere valeant ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam facienda ipſius ordinis inſtituta, nec volumus eiſdem licere fratribus ab eiſdem correctionibus, & punitionibus aliquatenus appellare, prænia in hoc deliberatione, ac maturitate debita obſeruatis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam, &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum 3. Idus Nouembr. Pont. noſt. anno 1.

Bulla Tertia.

S V M M A R I V M.

Papa concedit monialibus ſanctæ Claræ exemptionem à ſolutione decimarum.

Vide in to. 2.qq. regu. q.44. ar.5. & in 3. to. q.74.a.16.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Abbatiſſis, & conuentibus monialium incluſarum ſiue ordinis ſanctæ Claræ, ſiue Damiani, ſeu minoriſſæ dicãtur, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Laudabilis ſacra religio, quæ in monaſterijs veſtris, & alijs perſonis in eis degentibus ſub onere volũtariæ paupertatis iugiter colitur: ſic à vobis mundanæ diſſolutionis releguit illecebras: vt inter alia clauſtralis abſtinentiæ nexibus religatæ puritate fulgeatis obſeruãtiæ regularis, & voluntatis libitum coarctãtes omnino ſub obedientia debita dignam, & ſedulam exhibeatis Domino ſeruitutem. Hinc eſt, quod nos pium & congruum reputantes, vt vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus fore proſpeximus opportunam. Vobis vniuerſis, & ſingulis authoritate præſentiũ indulgemus, vt ad præſtationem decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus & alijs omnibus bonis, quę in præſentiarum habetis, & iuſtis modis præſtante Domino acquiſieritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet ordinariorum, & etiam legatorum, & nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, & quibuſlibet taliis, & collectis, & ad exhibendum pedagia, Theolonia, & alias exactiones quibuſcunque Regibus, principibus, ſeu alijs perſonis minime teneamini: nec ad id compelli aliqualiter valeatis. Nulli ergo omninò &c. Dat. Anag. 5. nonas Iunij Pontificatus noſtri, anno 2.

Bulla Quarta.

S V M M A R I V M.

Innouat Papa literas Innocentij IIII. diſponentes circa monaſteria monialium ſanctæ Claræ.

De poteſtate ſuperiorũ ordinis Minorũ ſuper moniales ipſius ordinis. vide in to. 1.qq. reg. q. 17.ar.8.& 9.

BOnifacius Epiſcopus, &c. Generali & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum minorum, Quaſdam literas fælicis record. Innocentij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri, quæ nobis præſentatæ fuerunt inſpeximus diligenter, & earum tenorem vt de ipſis habeatur in poſterum certitudo de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari. Qui talis eſt. Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum minorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet olim quibuſdam veſtrum per noſtras literas formatas diſſimiles continentes, quædam monaſteria ordinis ſancti Damiani duxerimus committenda. Cupientes tamen eorum vtilitatibus ſic veſtro miniſterio prouideri, ne ſanctæ contemplationis etiam occurſu occupationum multiplicium valeat impediri; præſentium authoritate ſtatuimus, vt dictæ moniales, vel aliæ ſi quas vobis ſub quacunque forma, committi contigerit Apoſtolicæ ſedis indulgentia conceſſa, vel concedenda in poſterum non obſtare niſi expreſſam fecerit de præſentibus mentionem: hoc ſolum à vobis commiſſionis noſtræ beneficio conſequitur, videlicet ſub magiſterio, ac doctrina veſtra, & eorum qui pro tempore miniſtri fuerint debeant permanere, illis gaudentes priuilegijs, quæ veſtro ordini ſunt conceſſa, vel in poſterum concedentur, & contraria conſtitutione ipſius ordinis non obſtãte animarum ſuarum ſolicitudinem gerentes & curam; ac eis de conſtitutionibus veſtri ordinis, quæ ipſis competunt exhibẽtes: eiſdem monaſterijs per vos, & alios fratres veſtros, quos ad hoc idoneos videritis, quoties expedierit, viſitationis officium impendere valeatis; corrigendo, & reformando, ibidem, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, ſeu reformationis officio noueritis indigere: Inſtituatis nihilominus, & deſtituatis, mutuetis, & ordinetis, prout ſecũdum Deum videritis expedire. Electio tamẽ Abbatiſſæ liberè pertineat ad conuentum, Confeſſionis earum audiatis, & miniſtretis eis Eccleſiaſtica ſacramenta. Et ne pro eo quod in eiſdem monaſterijs fratres veſtri ordinis reſidere continuè non tenentur pro defectu ſacerdotis poſſit periculum imminere ad confeſſiones earum in neceſſitatibus articulo audiendas, & miniſtranda ſacramenta prædicta, nec non diuina officia celebranda deputetis aliquos diſcretos, & prouidos capellanos. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſa omnia iuxta conſtitutionis huiuſmodi tenorem, cũ eas veſtro incorporari ordini non velimus, curetis diligenter, & ſolicite adimplere. Nulli ergo, &c. Datum Lugduni quarto Idus Iunij Pontificat. noſtri, anno quarto. Nos igitur eiuſdem prædeceſſoris noſtri veſtigijs inhærendo, prædictas literas, & proceſſus per eas habitos approbantes, ac omnia in literis ipſis conceſſa, quæ eidem prædeceſſor noſter ſtatuit inuiolabiliter obſeruari debere authoritate præſentium decernentes diſcretioni veſtræ inſtar dicti prædeceſſoris per Apoſtolica ſcripta mandamus; quatenus omnia præmiſſa, etiamſi eædem literæ de cætero nullatenus apparerent circa præfata monaſteria. & earum perſonas, ſiue ordinis ſanctæ Claræ, ſiue ſancti Damiani, ſiue Minoriſſæ dicãtur, exequi diligenter, & ſolicitè ſtudeatis. Nulli ergo, &c. Dat. Anag. V. nonas Iulij Pont. noſt. anno 2.

Bulla Quinta;

S V M M A R I V M.

Concedit monialibus ſanctæ Claræ, vt gaudeant priuilegiis fratrum Minorum.

Vide in 1. to.qq. re. q. 11.ar.13.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis in Chriſto filiabus vniuerſis Abbatiſſis, & conuentibus incluſarum ſanctæ Claræ præſentibus & futuris, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. In ſinu ſedis Apoſtolicæ veſter ordo cõſiſtens ſic ſplendet per incrementa virtutum: quòd dignè mereatur præcipuis attolli fauoribus, & ſpiritualibus gratijs confoueri. Nos quidem ordinẽ ipſum libenter proſequimur, prærogatiua fauoris, & augmenta ſuorum proceſſuum proponemus. Sanè fœ. re. Vrbanus Papa Quartus prędeceſſor noſter, cum multa ſalubrius obſeruare, & oẽ ſub diuerſorum

magiſte-

Digitized by Google

magiſterio viuendi modos incurrere valeatis diſſerentes inter cætera ſtatuit, vt ſub illorum Cardinalium, qui forent pro tempore gubernationi, protectioni atque correctioni ordinis fratrum Minorum à ſede Apoſtolica deputati, obedientia, cura, & regimine deberetis de cætero permanere: quibus teneremini firmiter obedire, & ipſi animarum veſtrarum ſolicitudinem gerentes, & curam monaſterijs ordinis dictæ ſanctæ, & perſonis degentibus in eis, capellanis, cõuerſis, & familiæ tam per ſe, quam per viros idoneos, quoties expedire videbitur viſitationis officium ſtuderent impendere. Corrigendo, reformando, ibidem, tam in capite, quam in membris, quæ correctionis, ſeu reformationis cauſa noſcerent indigere, inſtituerent nihilominus, & deſtruerent, ordinarent, atque diſponerent, prout ſecundum Deum expedire viderent. Cum igitur per hæc, & alia, inter veſtrum, & dictorum fratrum Minorum ordines ſpecialis eſſe charitas cenſeatur, nos volentes, vt idem ordo, vt fœlicioribus exinde augeatur auſpicijs: & vt tanto ſalubrius poſſitis Deo reddere vota veſtra, quãto potioribus fueritis libertatibus & gratijs à ſede Apoſtolica communita: Apoſtolica authoritate vobis concedimus, vt vos, ac omnia ſingula monaſteria veſtri ordinis, tam exemptionis, priuilegijs, quam omnibus immunitatibus, libertatibus, & indulgentijs, ac alijs priuilegijs quibuſcunque vtamini, & gaudeatis, ac vti & gaudere poſſitis, quæ præfato fratrum Minorum ordini, ac eius fratribus & perſonis ſunt ab eadem ſede conceſſa, vel in poſterum concedentur, quatenus huiuſmodi exemptionis priuilegium, & immunitates, libertates & indulgentiæ, ac alia priuilegia vobis competunt, vel competere poſſunt, vel poterunt, & quatenus vos, & monaſteria ipſa poteſtis, & poteritis eſſe capacia eorundem. Nulli ergo omnino, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum. Nonis Aprilis Pontificatus noſtri, anno quarto.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Concedit fratres Minores à prælatis inuitatos poſſe cum ipſis monialium ſanctæ Claræ monaſteria intrare.

Hoc eſt priuil. præter reg. B. P. N. Franciſ. prout habes in to. 1. qq. re. q. 46. ar. 3.

BOnifacius Epiſcopus, &c. Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis fratrum Minorum. Habet veſtræ deuotionis aſſertio, quod ordinis veſtri fratres ab Eccleſiarum prælatis, cum in aliquibus monaſterijs, & alijs religioſis locis diuerſorum ordinum ſuarum ciuitatum, & diœceſum intendunt officium viſitationis impendere inuitantur, vocantur etiam ad defunctorum celebrandas exequias, generales proceſſiones, & prædicationes faciendas, & audiendas confeſſiones etiam infirmorum. Et quia fratres ipſi monaſteria monialiũ, & loca, quæ ſanctæ Claræ ordinis non exiſtunt, ingredi nequeunt, veſtra illis regula obſiſtente, cæteris religioſis, & alijs tunc præſentibus monaſteria, & alia loca intrantibus ſupradicta prouidere ſuper hoc (præſertim, cũ fæ. re. Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter certam ordinationem in hac parte duxerit faciendam) de benignitate ſedis Apoſtolicæ dignaremur. Nos itaque veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati: quod memorati fratres à prælatis eiſdem, ſicut præmittitur inuitati poſſint vnà cum ipſis monaſteria, & loca prædicta cuiuſcunque ſint ordinis liberè ingredi, & in eis morã contrahere prælatis ibidem præſentibus ante dictis vobis & ordini veſtro authoritate præſentium indulgemus, Nulli ergo hominum liceat, &c.

Tom. 1. priu. Apoſt.

Pro Eremitarum D. Auguſtini ordine.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Concedit ordini Eremitarum D. Auguſtini, quod nemini liceat ædificare apud eos eccleſias, monaſteria, ſeu oratoria infra ſpatium cẽtum quadraginta cannarum per aerem menſurandarum.

Vide in 2. to qq. regu. q. 68. art. 5.

BOnifacius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs generali, alijſque prouincialibus, prioribus, ac vniuerſis fratribus ordinis Eremitarum D. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad conſequendam gloriam cæleſtis patriæ, ſi diuina pietas per ſuam gratiam humilitatẽ veſtram cernitur allexiſſe, quod ſemper ad hoc intenti eſtis, & vigiles, vt illã vobis, & proximis per innocentis vitæ ſtudium acquiratis. Hæc & alia ſancta pauperrimæ religionis veſtræ merita nos inducunt, quod ſimus ex intimo cordis affectu ſoliciti, vt in omnibus, quæ ad laudem Dei, & tranquillũ ſtatum deuotionis veſtræ cupitis, habeamus prouidentiæ ſtudium efficacis. Sanè non ſine quadã turbatione animi frequenter audiuimus, qđ inter vos & religioſos aliquos, illa de cauſa æmulationis, & diſſenſionis materia oritur, quod ipſi domos, & Eccleſias regulares iuxta loca veſtra nõ ſine graui veſtro præiudicio, & ſcandalo manifeſto quandoq; conſtruere præſumebãt. Cũ itaq; ad Apoſtolici ſpectat officij dignitatẽ de regno militantis Eccleſiæ cuiuſlibet ſcãdali materiam abolere, nos dignè volentes, quod huiuſmodi æmulationis, & diſſenſionis occaſio per diligentiæ noſtræ ſtudium amputetur, authoritate præſentium ordinamus, & diſtrictius inhibemus, quod nulli liceat à modo de minorum, prædicatorum, pœnitentiæ Ieſu Chriſti, sãctæ Mariæ de monte Carmeli, Sanctæ Claræ, alijſque ordinibus in paupertate fundatis, nullique mulierum de prædictis, ſeu quibuſlibet alijs ordinib. aliquod monaſterium Eccleſiam, vel oratoriũ ædificare ſeu conſtruere. Nulli quoque ſeculari, vel religioſo cuiuſcunque profeſſionis Eccleſiã, vel monaſteriũ, ſeu oratorium, iam ædificatum in aliquẽ transferre de ordinibus memoratis, intra ſpatium centum quadraginta cannarum à veſtris Eccleſijs menſurandarum per aerem, etiam vbi alias menſurari loci diſpoſitio non permittit. Præterea ſtatuimus, vt quodcunque contra huiuſmodi ordinationis, & inhibitionis noſtræ tenorem ex tunc in antea ædificatum fuerit, diruatur. Et ne de notitia ordinum, & quantitate cannarum huiuſmodi aliqua poſſit dubitatio exoriri: illos ordines intelligi volumus in paupertate fundatos, qui ex regula, vel conſtitutionibus ſuis extra ſepta Eccleſiarũ, monaſteriorum ſuorum, vel officinarum eorum, & clauſuram ipſorum nullas debent poſſeſſiones habere. Quod ſi aliquis de ordinibus ipſius poſſeſſiones in aliquibus membris ſuis habere, in alijs verò nõ habere noſcatur, cum ad ordinationem, & inhibitionem huiuſmodi de prædictis ordinibus in paupertate fundatis annumerari volumus, & quãlibet cannarum ipſarum octo palmorum longitudinem cõtinere. Non obſtantibus varia locorum conſuetudine, vel priuilegijs, indulgentijs, ſeu literis quibuſcunque, tam ſupradictis ordinibus, quã mulieribus, vel alicui eorum ab Apoſtolica ſede ſub quacũque forma conceſſis, ſeu etiam concedendis, quæ de præſentibus ſpecialem, & expreſſam non facerent mentionem. Nulli ergo omnino, &c. Dat. Laterani 2. Kal. Martij Ponti. noſtri, anno 1.

Bulla Octaua.

S V M M A R I V M.

Perſonæ ordinis Eremitarum S. Auguſtini Eccleſiæ loca, oratoria Domus & omnia ſpectantia ad ordinem, & perſonæ degentes cum eis ſoli Romano Pontifici tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus abſque vllo medio ſunt ſubiecta, ita vt à cuiuslibet diœceſani, aut alterius poteſtatis iuriſdictione & dominio omnino & in perpetuum ſint exempt.

Vide in 2. 10. 99. reg. q. 63. ar 5. & ar. 6. & ar 7.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Priori Generali, & vniuerſis prioribus & fratribus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini tam præſentibus, quam futuris religioſam vitam profeſſis. Salutẽ & Apoſtolicam benedictionem. Sacer ordo veſter in agro Dominico diuina diſpoſitione plantatus Apoſtolicis gratijs, dignè meretur attolli, cuius profeſſores mundanis à ſe relegatis illecebris, cœleſtium contemplationi vacãtes inſiſtunt iugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinẽ, quem in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili decreuimus & volumus permanere, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigentes, ad ea libenter intendimus per quæ profeſſores iam dicti nullum internæ pacis patiantur excidium, nullumque religionis ſtatui proferant detrimentum, ſed eo deuotius Diuino cultui, ac ſalutis inſtant operibus quo quietior ſtatus fuerit eorundem, ipſius amplioti fuerint libertate donati. Ea propter dilecti in Domino filij deuotionis veſtræ precibus fauorabiliter annuentes, vos, & prædictum ordinem, & perſonas, & Eccleſias, oratoria, domos, & res alias & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem in quib. habitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurũ cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, ac perſonis degentibus in eiſdem in ius, & proprietatem B. Petri & Apoſtolicæ ſedis aſſumimus. Illaq; à cuioſcunq; Diœceſani, & cuiuſlibet alterius poteſtate, iuriſdictione & dominio omnimodo in perpetuum protſus eximimus, de gratia ſpeciali decernẽtes ex nũc vos & ordinẽ veſtrũ ac perſonas, & eccleſias, oratoria, domus & loca præfata, ac pertinentia ad eadẽ ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi tã in ſpiritualibus, quã in tẽporalibus abſq; vllo medio ſubiacere. ita quod nec locorũ ordinarij, nec alia quæuis perſona eccleſiaſtica in vos, & ordinem, perſonas, eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, vtporè prorſus exempta poſſint excommunicationis aut ſuſpenſionis aut interdicti promulgare ſententias, vel aliam poteſtatem, ſeu iuriſdictionem aliquam exercere. Quod ſi forſan quidquam in contrarium à quoquam fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum & inane. Nulli ergo omnino hominũ, &c. Dat. Later. 12. Kal. Februar. Pont. noſtri anno 4.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Nona.

S V M M A R I V M.

Quicunque prælati cum in monaſterijs Ciſtercienſiũ ſolemnia celebrauerint, oblationes nullatenus ſibi vſurpare præſumant, ſed eas eiſdem monaſterijs dimittant.

Vide in 10. 3. 99. regul. q. 21. art. 2.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbati monaſterij Ciſtercienſis, eiuſque Coabbatibus, & conuentibus vniuerſis Ciſtercienſis ordinis ſalutem & apoſtolicam benedictionẽ. Series oblatæ nobis veſtræ petitionis habebat quod licet ea quæ in Eccleſijs monaſteriorũ veſtri ordinis præ deuotionis affectu à Chriſti fidelibus in miſſarũ ſolemnijs offeruntur fratrũ monaſteriorum ipſorum vſibus ex ſpeciali priuilegio ſedis Apoſtolicæ debeãt deputari, nonnulli tamẽ eccleſiarum prælati ducti auaritiæ ſpiritu, cũ in eiſdẽ monaſteriorum prædictorum eccleſijs prædictę ſolemnia celebrant, oblationes quæ ad manus eorũ huiuſmodi celebrationis tempore fieri dignoſcuntur, ad ſe pertinere indebite aſſerentes prædictas oblationes à monaſterijs ipſis aſportare præſumũt, in ipſorum monaſteriorum, & perſonarum deſeruientium in eiſdem non modicum præiudicium, & grauamen. Super quo petiſtis humiliter per Apoſtolicæ ſedis clementiam prouideri. Nos itaq; ad veſtrum & monaſteriorum ac perſonarum in ipſis degentium ſtatum fœlicem, & proſperum pijs ſtudijs intercedentes authoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne aliqui prælati, cum ipſos in eiſdem eccleſijs monaſteriorum prædictorum ſolemnia celebrare contigerit prælibatas oblationes tũc prouenientes ibidem ſibi quomodolibet vendicare præſumant, ſed eas in monaſterijs ipſis ſeu locis eorum omnino dimittant fratrum, monaſteriorũ, vel locorum ipſorum vſibus profuturas. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Anagniæ 5. Idus Septemb. Pont. noſtri anno 1.

Bulla Decima.

S V M M A R I V M.

Prælati ordinis Ciſtercienſis moniales & ſorores ſibi ſubiectas ſecundum conſuetudines & ſtatuta ordinis rimulis & apicibus iuris poſtpoſitis corrigere valent: nec ab huiuſmodi correctionibus licet eis vlla earum appellare.

BOnifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſis Monaſteriorum Ciſtercienſis ordinis & eorum conuentibus vniuerſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Ad augmentum continuum Religionum, & ordinum quos Romana ſuſcepit & approbauit Eccleſia paternis ſtudijs intercedentes, ac conſiderantes attentius quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, religiones & ordines ſupradictos, ſtatuſq; regulares ſalubriter dirigit & cõſeruat, quodque ſi eas perire vel remitti cõtingeret, ordo quilibet collabi neceſſario cogeretur, Penſantes etiam quod ſi regularium perſonarum correctio rimas iuris & apices ſequentur huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet, Nos horum conſideratione ac precibus dilecti filij noſtri Roberti tituli S. Potentianæ presbyteri Cardinalis ſuper hoc nobis ſupplicantis inducti vobis authoritate Apoſtolica indulgemus, vt ad correctiones & punitiones Monialium & ſororum eiuſdem ordinis delinquentium infligendas, prælati ordinis ſupradicti ad quos eadem ſpectare noſcuntur, rimulis & apicibus ipſis poſtpoſitis, libere procedere valeãt, ſecundũ cõſuetudines approbatas & generalia facta & etiã faciẽda ipſius ordinis ſtatuta. Nec volumus eiſdẽ licere monialibus, & ſororibus ab eiſdẽ correctionibus & punitionibus aliquatenus appellare: præuia in hoc deliberatione ac maturitate debita obſeruatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginã noſtræ cõceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aũt hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei,

ac

Vide in 10. 2. 99. reg q. 17. ar 8. & ar. 9 & ar. 10. & 2 10. q. 2. ar. 8.

Vide in 2. 10. 99. regu. q. 29. ar. 2.

ac B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Februarij, Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Vndecima.

S V M M A R I V M.

Nullus de terris Monaſteriorum Ciſtercienſium cultis, aut incultis, traditis iam vel tradendis aliquibus cultoribus excolendis de quibus hactenus decimas non percepit à monachis, vel earundem cultoribus decimas aut primitias extorquere præſumat.

Vide in to. 2. qq. reg. q. 44. ar. 4. Boifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Vniuerſis Abbatibus, Abbatiſſis & conuentibus ordinis Ciſtercienſis, tam præſentib. quam futuris. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. In Eccleſiæ fundamento veſter ordo nitore claro coruſcans vniuerſalem gregis Dominici aulam illuminat, & currentibus in ſtadio rectum iter inſinuat, quo ad ſalutis brauium facilius perueniatur. Nos quidem ob hoc, & propter magnæ deuotionis affectum, quem ad nos, & Apoſtolicam ſedē habetis ordinem ipſum, ac vos & alios eiuſdem ordinis profeſſores intima charitate proſequimur, ac ſyncetis affectibus excitamus, ad veſtra & illorum commoda, in quibus honeſte poſſumus promouenda, ideoque præmiſſorum intuitu & obtentu dilecti filij noſtri Roberti tituli S. Potentianæ presbyteri Cardinalis, qui tanquam præfati ordinis, quem profeſſus extitit, promotor aſſiduus neceſſitates veſtras, & dicti ordinis nobis reuerenter expoſuit, & ſuper illis noſtræ prouiſionis auxilium implorauit. Vobis authoritate præſentium indulgemus, vt de terris veſtris cultis & incultis ad ordinem veſtrum ſpectantibus quas alijs conceſſiſtis, vel concedetis in poſterum excolendas, de quibus tamen aliquis decimas, ſeu primitias nō percepit, nullus à vobis, ſeu cultoribus terrarum ipſarū, aut quibuſcūq; alijs decimas, ſeu primitias exigere, vel extorquere præſumat. Nos enim nihilominus irritum decernimus & inane quidquid contra tenorem huiuſmodi indulgentiæ fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cōceſſionis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & B. *q. 18. ar. 2.* Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Laterani 15. Kalend. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno 8.

BENEDICVS PAPA VNDECIMVS.

Anno primo ſui Pontificatus XIII. Kalend. Martij promulgari fecit illā conſtitutionem inter cunctas ſolicitudines, quæ eſt modificas & in aliquo detrahens conſtitutioni Bonifacij VIII. de prædicationibus & confeſſionibus, & canonica portione, quæ iam eſt inſerta in ſexto Decretalium, inter extrauagantes.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.
Tom. 1. priu. Apoſt.

S V M M A R I V M.

Eximit ordinem Minorum & eius perſonas & loca à iuriſdictione ordinariorum.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & prouincialibus, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum. Salutē, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cæteros ordines, quos cœleſtis agricolæ ſumma benignitas in horto plantauit eccleſiæ, fratrum minorum ordinē iam per orbis prouincias ſuperna gratia propagante diffuſum: dum minori fungeremur officio ſincera charitate dileximus: ad ſtatum eius fœliciter promouendum ſolicitis ſtudijs intēdentes: nec minuit itaque, ſed auxit potius circa ipſum præhabitæ dilectionis affectum perſonæ noſtræ ſubſecuta promotio ad apicem apoſtolicæ dignitatis: cum tanto propenſius ad ipſius ordinis intēdamus augmentum, quanto nobis facultas præſtantior, quamque noſtris non exigentibus meritis noſcitur cælitus attributa. Licet igitur nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri præfatū ordinē prælatorū iuriſdictione quorumlibet protſus exemerint, ipſumque fore decreuerint per ipſorum literas ſpeciales exemptum. Nos tamen ordinem ipſum abſolutis fructus innumeros qui ex ipſo noſcūtur animabus fidelium prouenire gerentes in viſceribus charitatis. Et propterea nolentes omnino, vt quiſquis cuiuſcumque ſit ordinis, dignitatis, conditionis, aut ſtatus vos generaliter, aut ſpecialiter ac præfatum ordinem ſuper exemptione ipſius, ac alijs veſtri dicti ordinis libertatibus, & immunitatibus quibuſcumque, ſub quauis forma, vel expreſſione verborum vobis, & eidem ordini ab Apoſtolica ſede conceſſis impugnare, impedire, ac turbare valeat, vel quomodolibet moleſtare, vos & ordinem ipſum ab omnium & ſingulorum quorumlibet prælatorum, & perſonarum eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate ac iuriſdictione protſus eximimus de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Ita quod nec ēt ratione delicti commiſſi, vel initi contractus, aut rei ſitæ poſitæ, vel exiſtentis extra loca veſtra exēpta poſſitis coram eis non obſtante conſtitutione fæ. re. Innocentij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri in contrarium edita impleti, moleſtari ſeu quomodolibet conueniri: decernentes vos & ordinem ipſum immediatè eidem ſedi, ac ſoli tantummodo Romano Pontifici ſubiacere. Eccleſias inſuper oratoria, domos ac loca, quæ tenetis & inhabitatis ad præſens, ac tenebitis & habitabitis in futurū, dū & quoties vos illa tenere, & inhabitare contigerit: exempta protſus exiſtere nulloque medio ſedi ſubeſſe decernimus prælibatæ. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto nonas Aprilis Pont. noſtri anno 1. *Vide in 1. to qq. regu. q. 63. ar. 5. ar. 6. & 7.*

Pro ordine Eremitarum Diui Auguſtini.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

Concedit vt prior generalis Eremitarum D. Auguſtini poſſit abſoluere fratres excommunicatos, & cū eiſdem ſuper irregularitate diſpenſare, aliiſque hoc ipſum prioribus committere, ſiue ante ingreſſum ordinis ſiue poſt in cenſuras huiuſmodi incurrerint.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio priori generali fratrum Eremitarū D. Auguſtini. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet ad hæc fratrum tui ordinis pia deſuadet,

Digitized by Google

intentio, vt ab eis in his quæ faciunt, prudenter, & prouide procedatur, per hæc & ſuæ religioni proficere, & Dei cupientes eccleſiam honorare, tamen aliquando ex conditionis humanæ fragilitate contingit, quod quidam ex ipſis excedunt in caſibus, in quibus excommunicationis ſententiam & notã irregularitatis incurrunt. Quare à nobis ſupplicatione humili poſtulaſti, vt cum viri contemplationi dediti ſint in religionis fauorem à diſcurſib. cohibendi, ac propter viarum pericula eiſdem fratribus ad noſtrã, & diœceſanorum præſentiam impediatur acceſſus, ſuper hæc prouidere de benignitate ſolita curaremus. Nos itaque pie volentes quod in his quæ dignè poſſumus ſedem Apoſtolicã ijdẽ fratres ſe reperiſſe gaudeãt gratioſam, aut prædictis fratribus abſolutione & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquam ordinem intrauerint, ſiue poſtea in caſibus exceſſerint memoratis de conſilio diſcretorum fratrũ præfati ordinis, qui literati ſint & Deum timẽtes impertiri valeas abſolutionis beneficium, ac diſpenſare cum eis prout ſecundum Deum expedire videris: abſolutionem quoque ac diſpenſationem huiuſmodi prioribus prouincialibus dicti ordinis committere quoties, & quando opportunum fuerit, plenam & liberam tibi concedimus tenore præſentium facultatem, niſi adeò fuerit grauis & enormis exceſſus, quod tales meritò ſint ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi. Dat. Latera, 4. Idus Februa. Pont. noſtri, anno 1.

CLEMENS PAPA
QVINTVS.

ANno Domini MCCCV. in vigilia Pentecoſtes aſſumptus eſt ad Summum Pontificatũ, nominabatur antea Bernardus de Gotho natione Vaſconus, tunc Archiepiſcopus Burdegalenſis, ante cuius electionẽ ſedes vacauit menſibus XI. fuit autem electus & cũ diſcordia maxima, & propter incenſos in Italia belli motus & exulceratiſſima ſeditionum vulnera, quibus mederi non poterat, Curiam Romanam in Gallias tranſtulit, & Auenione Pontificiam Cathedram euexit. Clementinas congeſſit. Templariorum ordinem patrum decreto in Concilio Viennenſi deleuit. Et regularibus parum conceſſit in octo annis & menſibus decem & diebus quindecim, in quibus ſedit.

Anno VII. ſui Pontificatus pridie nonas Maij concluſum eſt in cauſa quæ vertebatur inter fratrem Vbertinum cum ſuis ſequacibus ex vna parte, & ordinem fratrum Minorũ ex alia, ſuper quo edidit illam declarationem ſuper regulam eorundem fratrum in Concilio Viennenſi quæ incipit exiuit de Paradiſo, eſtque in Clementinis in titulo de verborum ſignificatione.

IOANNES PAPA
VIGESIMVS SECVNDVS.

IOannes XXII. anno Domini MCCCVII. Lugduni VI. Idus Auguſti aſſumptus eſt ad Pontificij ſummi gradum dictus antea Iacobus de Oza Cardinalis, qui poſt ſedis Apoſtolicæ vacationem poſt mortẽ Clementis V. per multum tempus nouiſſime voce omnium ſe ipſum in Pontificem elegit Lugduni in Eccleſia fratrum prædicatorum pro conclaui ſelecta, & in Auguſtiſſimo templo D. Ioannis Baptiſtæ coronatur nonis ſeptẽbris. D. Thomam in ſanctorum catalogum retulit, Thomam ſcilicet philoſophum & Theologum Dominicanæ familiæ ſplendorem. Et Thomam Epiſcopum Herferdenſem præclaro ſtemmate natum, Clementinarum editionem confirmauit, & conſtitutiones edidit quæ extrauagantes vocentur.

Anno II. ſui Pontificatus, videns hic Pontifex aliquos fratres ordinis Minorum diſceptare circa obſeruantiam, vel intelligentiam ſuæ regulæ, & declarationum iam factarum conſtitutionem ſuper duobus articulis regulæ edidit, Quæ incipit, *Quorundam exigit*.

Eodem anno III. Kalen. Ianuarij contra quoſdã ſub regula B.P.N. Franciſci nouum ordinem inſtituentes quandam edidit conſtitutionem quæ incipit, *Sacra Romana ac venerabilis eccleſia*.

Eodem anno Kalen. Februarij edidit aliam bullam aggrauatoriam ad præcedentem, quæ incipit *Glorioſam Eccleſiam*.

Eodem anno idem Dominus Ioannes ſuper regulam fratrum minorum & declarationem eiuſdem ſcilicet Nicolai III. conſtitutionẽ quandã edidit quæ incipit, *Ad conditorem* canonũ. Et poſtea occaſione diſſenſionis habitæ inter ipſum, & fratrem Michaelem de Selena ordinis Minorum generalem miniſtrum, & fratrem Guillelmũ Ochan, dictus Pontifex alias tres conſtitutiones edidit. Primam quæ incipit. *Cum inter nonnullos*. Aliam quæ incipit, *quia quorundam mentes*. Tertiam quæ incipit, *quia vir reprobus*. Quæ omnes extrauagantes habentur communiter in fine Clementinarum in extrauagantibus gloſſatis.

Aduertendum, quod in capitulo generali Meclinenſi; vbi tertio electus eſt in generalem Reuerendus pater claræ memoriæ frater Oliuerius Maillardi factæ ſunt circa paupertatem nonnullæ declarationes: inter quas prima fuit quæ ſequitur.

Capitulum generale declarauit, quod Papa Ioãnes XXII. reuocauit ante mortem ſuam quidquid dixerat ſeu ſecerat contrarium eccleſiæ & determinationi Romanorum Pontificum, Quare conſtitutiones quas ſecerat contra declarationes Regulę fratrum minorum factas à Nicolao III. & à Clemente V. Nullius ſunt roboris vel momenti, ita habetur in memoriali a ordinis,

Pro omnibus Regularibus.

a Fol. 246 pag. 2.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Damnat & reprobat quoſdam articulos quos tenuerat quidam Ioannes Magiſter Pariſienſis contra confeſſores regulares.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac Dilectis filijs eccleſiaſticis ad quos præſentes peruenerint. Salutem & Apoſtolicam benedictionẽ, vas electionis doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mũdum docuit vniuerſum præſumptuoſam illorũ audaciã refrænare ſolicitus qui prudentiæ propriæ innitentes in errores varios prolabuntur. Non plus ſapere quã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ ſalubri doctrina ſuggeſſit, vt iuxta ſapientis eloquia quiſq; prudentiæ ſuæ modũ ponat. Sanè cũ dilectũ filium magiſtrum Ioannem de Poliaco ſacrę Theologiæ Doctorem certis de cauſis de fratrũ noſtrorum conſilio ad noſtram præſentiam vocaſſemus: fide digna ad noſtrum relatio perduxit auditum, quod ipſe in quibuſdam articulis tangentibus pœnitentiæ ſacramentum non ſobriè, ſed perperam ſapiebat, infra ſcriptos articulos continentes errores docens publicè in ſuis prędicationibus & ſcho-

lis

a *Vide 1 to. 1. 99. reg. 4. 40. ar. 4. & art. 8.*

b *De hoc nō feci articulū ſpecialē, imo præſuppoſuit tanquā certū, & punctū tetigit i 1. 20. q. reg. 4. 40. art. 4.*

lis, Primo quidem aſtruens, quod confeſſi a fratribus habentibus licentiam generalem audiendi cōfeſſiones, tenentur eadem peccata quæ cōfeſſi ſunt iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo quod ſtante ſtatuto omnis vtriuſque ſexus edito in Concilio generali: Romanus Pontifex non poteſt facere quod Parochiani b non tenentur cōfiteri omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti, quem dicit parochialem ſacerdotem curatum, imo neq; Deus poteſt hoc facere, quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio quod Papa non poteſt dare licentiam generalem, nec poteſtatem audiendi confeſſiones, imo neque Deus: quin confeſſus habenti licentiam generalem teneatur iterum confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe vt præmittitur parochialem ſacerdotem. Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſtā nobis veritatem haberent, articulorum præmiſſorum eidem Magiſtro Ioanni copiā fecimus aſſignare, & ad defenſionis ſuæ audientiam plenam propoſuimus tā in noſtra, & dictorum fratrum noſtrorum præſentia in cōſiſtorio, quam alias corā aliquibus de dictis fratribus per nos ad huiuſmodi deputatis. Verum etiam licet præfatus Magiſter Ioannes præfatos articulos & contenta in ipſis defendere niteretur: aſſerebat ſe tamen paratū credere, & tenere in præmiſſis & alijs ea quæ tenendū & credendum eſſe ſedes Apoſtolica diffiniret. Nos igitur attendentes quod dictorum articulorum aſſertio, prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum ipſos per plures magiſtros in Theologia examinari fecimus diligēter, nos ipſi etiam cum dictis fratribus noſtris collationem habuimus ſolertem cum ipſis, per quā quidem collationem, & examinationem contrarijs demonſtratis in conſiſtorio reuocauit, aſſerens ſe credere eos non veros, ſed eorum contrarium verum eſſe cum diceret ſe neſcire rationibus in contrariū replicare. Ideoque ne per aſſertionem prædictorū, & doctrinam huiuſmodi in errorem (quod abſit) anima ſimplicium prolabantur, omnes prædictos articulos, & quemlibet eorum tanquam falſos, & erroneos à doctrina ſana deuios authoritate Apoſtolica damnamus & reprobamus de dictorum fratrū conſilio prædictorum doctrinam ipſis contrariam veram eſſe & Catholicam, aſſerentes quod illi qui prædictis fratribus confitentur: non magis tenentur peccata eadem confiteri, quam ſi alias illa fuiſſent confeſſi eorum proprio ſacerdoti iuxta dictū Concilium generale, optantes autem veritatis vias notas eſſe fidelibus, & cunctis erroribus præcludere aditum ne ſubintrent fœ. re. Alexandri V. & Clementis IIII. Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia imitādo vniuerſis & ſingulis inhibemus, ne quiſquam dictos articulos per nos vt præmittitur damnatos, & etiam reprobatos & contenta in eis, vel aliquo ipſorum vtpotè à Catholicis mentibus reſpuenda tenore audeat, ſeu defenſare quomodolibet vel docere. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipiendo mandamus, quod vniuerſi, & ſinguli veſtrum in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris conuocato clero conuenienter præmiſſa omnia, & ſingula per vos ſeu alios ſolemniter publicetis. Nos enim magiſtro Ioanni mandamus quod ipſe in ſcholis & in ſermone Pariſienſi, præſentes articulos & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo & aſſeueratione conſtanti publicè debeat reuocare quod ſe facturum dictus Ioannes efficaciter repromiſit. Dat. Auinioni 8. Auguſti, Pontific. noſtri anno 5.

Pro violenta percuſſione.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Papa decernit ſuper abſolutione excommunicatorum ſcilicet quando iniuria, vel percuſſio dicatur atrox, vel leuis & quomodo aggrauatur, de quo non poſſe dari regulam certam dicit, ſed arbitrio & diſcretioni prælatorum relinquit.

PErlectis literis veſtris circa abſolutionem excommunicatorum vos in eis dubitare perſpeximus quæ eſſet modica aut leuis iniuria circa quā ſicut talis loquitur abſoluendi vobis contulimus poteſtatem. Ad quod cum ſit facti potius quam iuris quæſtio vobis prout poſſumus reſpondemus. Illam videlicet modicam percuſſionem aut impulſionem pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis quæ ad liuorem mutilationemq; mēbri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam vel effuſionem ſanguinis non excedit: nec ſi tam leuiſſimi ictus vt pugni percuſſione ſanguinis exiret tranſire in atrocem iniuriam profitemur, vt propter hoc ſit ab abſolutione talium abſtinendum: vt tamen non ſolum ipſum factum imo etiam facti qualitas, percutiendi modus, aut iniurādi circa hoc diligentius attendatur, & ipſius facti circunſtantia loci videlicet, & etiam perſonæ, quæ ſit leuis, vel modica, grauis, aut enormis iniuria, manifeſtius cognoſcatur. Loci quidem, vt in theatro, vel in foro, coram Rege, prælato, vel iudice, in eccleſia coram multis, in alio loco publico alicui iniuria cōferatur. Perſonæ, velut ſi Magiſter, vel iudex, aut etiam magiſtratus aut prælatus, pater, aut patruus, vel aliquis in dignitate vel perſonatu conſtitutus ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patiatur: per hæc quidē graues videantur iniuriæ, & quæ ſint leues aut modicæ tanquam ex oppoſito cognoſcantur. Sanè quia negotij natura non patitur, vt ad plenum omnia differantur: iudicium autem talis enormis iniuriæ veſtro duximus arbitrio committendum: vt poteſtatem veſtram cum ad hæc proceſſeritis temperetis, vt citra metas huiuſmodi potius quam vltra eas circa abſolutionem talium procedatur: ne iniuriantes de vicina abſolutione confiſi de facili in atroces prorumpant percuſſiones, vel iniurias, & ſententias canonis iam periculoſius contemnentes in excommunicationis ſententias procliuius prolabantur, tolerabilius eſt enim aliquos, qui per vos etiam poſſunt abſolui, nobis vel ſuperiori abſoluendos relinquere: quam contra ſtatuta Canonum imagine quadam abſolutionis (quod non fit ſine grandi periculo) quemque relinquere innodatum: cum vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu, &c.

Pro omnibus Regularibus.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Religioſi non poſſunt terras infidelium peragrare ſine licentia ſuperioris.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad noſtrum nuper relatio fide digna peruenit auditum quod nonnulli religionis geſtantes habitum, ſed à veritate religionis omnino vacui & modeſtia penitus alieni ad

partes

Digitized by Google

partes quodammodo infideliom ſe transferunt, in quibus pauci fideles reſpectu infidelium commorā tur, vt ibidem facilius decipere ſimpliciū auimos & ipſos,& alios in errores præcipitare,ſeu retinere valeant ſub ouium veſte,ac religionis habitu,lupinum animum occultātes, doctrinas ſuas reprobas, & erroneas, quibns fidelium mentes quantum in eis eſt cortumpere ſatagunt in ipſis partibus periculoſe nimirum aſpetgere non omittunt, necnon os ſuum ponentes in cœlum,lingua eorum tranſeunte ſuper terram S.R.E. ſanis auſibus non verentur, ex quibus Deus offenditur,periculoſa ſuſcitantur ſcandala. paratur ſimplicibus laqueus, ipſique talium præſumptores de hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos verè ex his fore hæreticos comprobantur. Nos itaque tantis obuiare periculis paternæ diligentiæ ſtudijs cupientes, vniuerſis & ſingulis religioſis cuiuſcumque religionis,ordinis & ſtatus,vel conditionis exiſtant,de fratrum noſtrorum conſilio,diſtrictius authoritate præſentium inhibemus, ne ipſorum aliquis abſque ſuperioris ſui ordinis licentia ſibi per ipſius literas patentes conceſſa de cætero ad partes ſe conſerant ante dictas, ſuperioribus ſuis nihilominus iniungentes ne quibuſuis ſui ordinis fratribus (niſi duntaxat viris literatis prouidis & expertis) huiuſmodi licentiam impartiri præſumant. Nos enim quoſcumque ſcientes ſuper quo conſcientias oneramus eorum, præſumentes contrarium quouis modo excommunicationis ſub iacere volumus ſententiæ, & decernimus ipſo facto,à qua nullus ab alio quam à Romano Pōtifice poſſit niſi dumtaxat in mortis articulo abſolutionis beneficium obtinere. Cæterum vniuerſis Eccleſiarum prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo tenore præſentium mandamus, quatenus nullos religioſos ad partes ſe transferentes prædictas,niſi per patentes ſui ordinis literas, de licentia ſpeciali ſe illuc transferendi,ſibi conceſſa, prælatis eiſdem ſecerint fidem plenam in ſuis ciuitatibus,& diœceſibus. ac terris, & locis alijs ad prædicationis officium vel diuinorum celebrationem admittant,ſed ipſos potius velut apoſtatas capiant,ſeu capi faciant,eos carcerario cuſtodi, donec de dicta licentia à modo prædicto ſibi conſtiterit detinendo,& nihilominus ſi quos religioſos approbare,quæ ſedes reprobauit Apoſtolica,vel quæ alias ſciunt fidei obuia in ſuis prædicationibus ſeu ſecretis collationibus dogmatizare præſumpſerint, vt tales quibuſcumque ceſſantibus priuilegijs poſſint authoritate Apoſtolica licitè capere,& carcerari cuſtodiæ, ſicut ſuos poſſunt ſubditos mancipare licentiam impendere. Et inſuper tenore præſentiū mandamus eiſdem vt de præmiſſis ſummariè & de plano, ac ſine ſtrepitu & iudicij figura per ſe vel per alium,ſeu alios ſulemniter & fideliter ſtudeant informare,quouſque de prædictis, ſeu eorum aliquo repererint reos eſſe iuxta ſtatuta canonum, & aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis nō poſtponant. Non obſtantibus exemptionibus, & alijs quibuſcumque priuilegijs,indulgentijs,gratijs,& literis Apoſtolicis eiſdem religionibus, vel ordinibus communiter,vel diuiſim ſub quacumque forma,vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis etiam ſi de illa plena, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum præſentibus ſit habenda, quę quantum ad prędicta,vel aliquod eorundem eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo omnino,&c. Dat. Auin. 7. Id. P.N. anno 9.

Pro ordine Præmonſtratenſi.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Non tenentur Præmonſtratenſes ſoluere decimas etiā de habitis poſt Concilium Generale.

IOānes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbatibus Præmonſtraten. & cæteris Abbatibus & Canonicis Præmonſtraten. ordinis, tam præſentibus quam futuris religioſam vitam profeſſis in perpetuum. In Apoſtolicæ ſedis ſpecula (licet immeriti) prouidente Domino conſtituti pro ſingulorum ſtatu ſoliciti eſſe compellimur. & ea ſincerè tenemur amplecti,quæ ad incremētum pertinent Religionis, & ad virtutum ſpectent ornatū: quatenus Religioſorum quies ab omni ſit perturbatione ſecura,& à vigore mundanæ oppreſſionis ſeruetur illæſa,cum Apoſtolica fuerit tutione munita. Attendentes itaque quomodo Religio & ordo veſter multa refulgens gloria meritorum,& gratia redolens ſanctitatis palmites ſuos à mari vſq; ad mare extenderit,ipſum ordinem, & vniuerſas domos eiuſdem Apoſtolica protectione duxit muniēdas. Ea propter dilecti in Domino filij,veſtris iuſtis ſupplicationibus annuentes,prout ex bona memoria Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum,videlicet Innocentij,& Alexādri apparet, quod de omnibus poſſeſſionibus quas propriis manibus vel ſumptis colitis,ſeu de nutrimentis animalium veſtrorū,nulla eccleſiaſtica vel ſæcularis perſona decimam à vobis exigere præſumat, quidam peruerſo intellectu conficto dicentes,quod hęc nō debent,nec poſſunt intelligi niſi de ijs,quæ ſunt ante Generale Concilium acquiſita, vos & ordinem veſtrum,ac vniuerſas domos eiuſdem ordinis in genere & in ſpecie fatigant. Nos tamen propagationem ordinis veſtri,& tranquillitatem veſtram,impenſis deſideriis affectantes, præfatis & pluribus alijs fauoribus proſequi gratia ampliori veſtris ſupplicationibus inclinati,vobis de ſpeciali gratia concedimus quod de cætero vos,atque omnes Abbates,& Canonicos, & vniuerſas domos in genere & in ſpecie tam præſentes,quam futuras,à præſtationibus decimarum,tam de poſſeſſionibus,& hęreditatibus habitis ante & poſt concilium memoratum quam de cætero habendis:& tam de noualibus,ſiue ante,ſiue poſt huiuſmodi concilium acquiſitis, & acquirendis,quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolitis,ſiue excoletis,quam alias quomodocumque & qualitercumque, per vos vel per alios excolantur,& etiam de illis poſſeſſionibus, de quibus aliquis hactenus percepit: necnon de hortis, virgultis,& piſcationibus veſtris, & veſtrorum animalium nutrimentis inuicem ſeruamus immunes. Quibuſcunque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,& aliis in contrarium editis, etiam iuramento,& confirmatione Apoſtolica,vel quacumque firmitate alia roboratis non obſtantibus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinionis Ianuarij, Pontificatus noſtri,anno primo.

BENEDICTVS PAPA DVODECIMVS.

Pro congregatione Sancti Benedicti Vallisſoleti.

Bulla Prima,

SVMMARIVM.

1 *Nulli perſonæ licet excommunicare, ſuſpendere, aut interdicere Monachum aliquem, vbilibet habitantem præter Romanum Pontificem, aut legatum Cardinalem Apoſtolicæ Sedis.*

2 *Tempore generalis interdicti terræ, licet Monachis in ſuis eccleſiis, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis, excluſis excommunicatis, & interdictis, ſuppreſſa voce clericis, & familia ſua diuina officia celebrare, & debita ſepultura peragere.*

3 *Nulli Epiſcopo ſeu alteri perſonæ licet, quemlibet clericorum cuiuſcunque eccleſiæ dicti Monaſterii, quacunque occaſione excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, niſi de ſpeciali mandato Sedis Apoſtolicæ.*

4 *Non ſoluant Monachi decimas de laboribus, quos propriis manibus aut ſumptibus colunt, ſeu de nutrimentis ſuorum animalium.*

5 *Infra parochias eccleſiarum ad ipſum Monaſterium pertinentium, ſeu in damnum alicuius earũ nullus, abſque aſſenſu Abbatis poteſt eccleſiam ædificare, & quod alias ædificatum fuerit, authoritate Apoſtolica in irritum reuocetur.*

6 *In Monachos qui vbicunque morentur ab Epiſcoporum ſubiectione omnino liberi ſunt, ac ſi in corpore Monaſterii morarentur, aut in eccleſias exemptas, vel ipſarum clericos nullus præter Abbatem, vel de eius mandato, ſuſpenſionis, interdicti, ſeu excommunicationis ſententiam poteſt promulgare, aut ab Abbate in ſubditos promulgatã, aliquatenus relaxare, & aliter factum tanquã cõtra Sedis Apoſtolicæ indultum irritum ſit, nec ab aliquo obſeruetur.*

7 *Libertates & immunitates Monaſterio & eius Eccleſiis conceſſa, & hactenus obſeruata confirmantur.*

BEnedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilectis filijs Abbati & conuentui monaſterij Sanctorum Facundi & Primitiui ordinis S. Benedicti. Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Deuotionis veſtræ ſinceritas promeretur, vt petitionibus veſtris, illis præſertim, quę veſtrorum quietis & pacis commoda reſpiciunt fauorabiliter annuamus, Sanè pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas fœlicis recordationis Cœleſtini Papæ III. prædeceſſoris noſtri gratioſè vobis conceſſas, quæ incipiunt vetuſtate conſumi, quarumque tenorem de verbo ad verbũ præſentibus inſeri fecimus, innouare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Tenor vero dictarum literarum talis eſt. Cœleſtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Ioanni Abbati & conuen ſui Monaſterij Sanctorum Facundi & Primitiui, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quanto monaſterium veſtrum maiori præeminet ſanctitate, & in eo quotidie per regulares obſeruãtias. Omnipotenti Deo gratior, honeſta & acceptabilior immolatur, tanto nos qui aliquando in eo præſentialiter fuimus, & religionem loci oculis noſtris aſpeximus libentius & facilius inuitamur, ad ea vobis per multa priuilegia de fratrum conſilio concedenda, quibus decor veſtri Monaſterij augeatur, & vos ac
ſucceſſores veſtri à quorumlibet in feſtinatione muniti, diuino poſſitis obſequio liberius & expeditius inſudare. Quocirca dilecti filij in Domino veſtris iuſtis precibus annuentes, præſenti pagina ſtabilimus, vt non liceat alicui omnino perſonæ, præ- 1
ter Romanum Pontificem aut legatum Cardinalē *Vide 1 to. 2.*
Apoſtolicæ ſedis, ad quam ſpecialiter pertinetis, in *qq. reg. qu.*
Monachos veſtros vbilibet habitantes, excommu- *59. art. 5.*
nicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiam promulgare. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis in Eccleſijs veſtris, excluſis
excommunicatis & interdictis, clauſis ianuis, non 2
pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, clericis & fami- *Vide 1 2 to.*
liæ veſtræ diuina officia celebrare, & debita pera- *qq. regu. q.*
gere ſepulturæ. Prohibemus inſuper, ne licitum ſit *108. art. 3.*
alicui Epiſcoporum ſeu cuilibet alij quemlibet cle
ricorum veſtrorum, pro alicuius exceſſu ſententia 3
excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti no *Vide 1 2. to.*
tare, vel aliquem Eccleſiarum veſtrarum occaſio- *qq. regu. q.*
ne alicuius Eccleſiæ, vel perſonæ interdicto ſuppo- *109. art. 4.*
nere, niſi fortè ſuper ijs à ſede Apoſtolica mandatũ expreſſum contigerit emanare. Sanè laborum ve- 4
ſtrorũ, quos proprijs manibus, aut ſumptibus coli- *Vide 1 to. 2.*
tis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, nul- *q. 44. ar. 4.*
lus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Statuimus etiam, & præſentium auctoritate vetamus, ne infra Parochias Eccleſiarum, ad ipſum Monaſterium S. Facundi pertinentium, vel in damnum alicuius earum, abſq; Abbatis aſſenſu, aliquis 5
Eccleſiam ædificare præſumat, ſaluis tamen priui- *Hoc ideo*
legijs & indulgentiis Apoſtolicæ ſedis: quod ſi con *quia Abba*
tra hoc aliquis ædificare præſumpſerit, per Abba- *tes ſunt ordinary præ*
tem auctoritate Apoſtolica in irritum reuocetur. *dictarũ parochiarũ, cõtra quorũ volũtatem nemo in ſuo territorio poteſt eccleſiã ædificare vt habetur in 2. to. qq. regu. q. 49. art. 3.*
Adiicimus autem, vt ſi in Monachos veſtros, quo- 6
cumque loco veſtro morantes, quos omnes ab Epiſcoporum ſubiectione, ita per omnia liberos eſſe volumus ac ſi in corpore Monaſterii morarentur, aut in Eccleſias exemptas, vel ipſarum clericos, ſuſpenſionis, interdicti, ſeu excommunicationis ſententiam quiſquam præter Abbatem veſtrum, ſeu alium de mandato ipſius promulgare præſumpſerit, aut à nobis in ſubditos veſtros canonicè promulgatã aliquatenus relaxare, quod taliter factum fuerit, id tanquam contra ſedis Apoſtolicæ indulta prolatum nullam habeat firmitatem, nec ab aliquo obſeruetur. Ad vltimum quoque libertates, & im- 7
munitates Monaſterio & Eccleſiis veſtris iuſtè con *Nemo pot*
ceſſas, & hactenus obſeruatas præſenti pagina con *ſuæ iuriſdi*
firmamus, Decernimus ergo, vt nulli omnino ho- *ctione inter*
minum liceat hãc paginam noſtræ conſtitutionis, *dicere aut*
prohibitionis, & confirmationis infringere, vel ei *ſuſpendere,*
auſu temerario contraire. Si quis autem hoc atten- *nec ea relaxare. Vide in 2. to. qq. reg. q. 108. ar. 1. & in 3. to. q. 65. De cõfirmatione priuilegiorũ vide in to. 3. qq. reg. q. 8.*
tare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beati Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Datum Lateran. 2. Idus Iulii, Pontificatus noſtri, anno quarto. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati prædictas literas auctoritate Apoſtolica innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum ius vobis de nouo adquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, cõmunionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beati Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Taraſcon. Aui. Diœceſis 15. Kalen. Ianuarii, Pont. noſtri anno 10.

Bulla Secunda.

Pro ordine Sanctiſſimæ Trinitatis & Redemptionis Captiuorum.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Pr ecipis prelatis omnibus & Eccleſiarum capitulis a que militaribus ordinibus, ne extorqueant tertiam vel quartam partem eleemoſynarum, vel aliquid aliud.*

2 *Sine licentia prædictorum liberè liceat fratribus ſeu Nuntius prædicare ac expetere præfatam eleemoſynam ad Redemptionem Captiuorum.*

3 *Conſtituit iudices Apoſtolicos conſeruatores ſuper contentis ſub Datis Paniſcolæ 14. Kal. Auguſti, Anno Domini 1413. Pontificatus ſui 19.*

4 *Et animaduertendum eſt quod & ſi ipſe Benedictus XIII. fuit tempore ſchiſmatis, omnia tamen quæ conceſſit ille, & alii duo Papæ qui eodem tempore cum eo contendebant de electione, approbata & confirmata ſunt in Sacroſancto Concilio Conſtantienſi. Et poſt citationem nihil conceſſit ordini, ſed ante.*

BEnedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Venerabilibus fratribus Autienſis & Elnenſis, ac Ouetẽſis Epiſcopis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad futurã rei memoriam. Syncer æ deuotionis affectus, quem dilecti filij Miniſtri & fratres ordinis S. Trinitatis & Redemptionis Captiuorum in Regnis & terris Regis Caſtellæ deuotioni ſubiectis, ac nonnullis alijs mun i partibus conſiſtentes ad nos & Romanam gerunt Eccleſiam promeretur, vt ad illa fauorabiliter intendamus quæ eis fore conſpicimus opportuna. Exhibita ſiquidem nobis, noper pro parte dictorum Miniſtrorum & fratrum petitio continebat, quod licet ipſi tam ex indultis Apoſtolicæ ſedis, quam de antiqua approbata, & hactenus pacifice obſeruata cõſuetudine in eiſdem Regnis, terris, & partibus, ad prædicandum ſeu proponendum Verbum Dei in Eccleſijs coram populo pro eleemoſynis & charitatiuis ſubſidijs ad opus Redemptionis Captiuorum petendis fratres ipſos ſeu Nũcios ſuos mittere, idemque fratres ſiue Nuncij abſque impedimento & contradictione quibuſcunq; ibidem recipi, & admitti ſoliti ſint: tamen nonnulli locorum Diœceſani, & officiales eorum, ac Eccleſiarum Cathedralium capitula, necnon dilecti filij hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolym. ac S. Iacobi de Spata, Calatrauæ, & Alcantaræ Militiarum Magiſtri, ſeu præceptores in eorum Eccleſijs, & locis eoſdem fratres modernis temporibus, ſuper præmiſſis impediunt, ac eleemoſynas & ſubſidia huiuſmodi petere, necnon pia legata per fideles defunctos eis relicta, recipere non permittunt, donec licentias ſeu literas dimiſſorias ab eis obtinuerint, pro quarum ſcripturis & ſigillis, & Eccleſiarum fabricis, aliiſque ſumptis occaſionibus, ſiue cauſa tertia vel quarta parte eleemoſynarum & ſubſidiorum, aut legatorum huiuſmodi, ſeu alias pecuniarum quantitates exigunt, & ab eis extorquere nitũtur in magnum ordinis, Miniſtrorum, & fratrum, necnon captiuorum prædictorum præiudicium & grauamẽ. Quare pro parte Miniſtrorum & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prouidere eis ſuper his de opportuno remedio de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod tantum prædictorum Miniſtrorum & fratrum (qui captiuos Chriſtianos de manibus infidelium Sarracenorum redimũt) præiudicium, & grauamen, ac ipſorum captiuorum diſpendium (quibus ex debito Paſtoralis officij tenemur patrociniũ impartiri) clauſis non debemus oculis pertranſire eorumdem Miniſtrorum, & fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati eiſdem Miniſtris, & fratribus Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia cõcedimus, vt ipſi ſeu eorum Nuncij abſque alicuius 1
loci, Diœceſis, officialis, capituli ſiue hoſpitalis, aut Militiarum prædictarum, Magiſtrorum ſeu præceptorum, aut cuiuſcunque alterius licentia ſeu conſenſu, Miniſtros ſeu Nũcios huiuſmodi mittere, ijdemque Miniſtri, & fratres, & Nuncij Verbũ Dei, vt præfertur proponere ſeu prædicare, ac eleemoſynas, ſubſidia, & legata iuxta indulta, & conſuetudinem huioſmodi abſque literis quorumcunque & ſolutione tertiæ, aut quartæ partis, ſeu alterius quantitatis pecuniarum huiuſmodi ſimiliter petere, & recuperare liberè & licitè valeant, quacunq; conſuetudine contraria non obſtante: nos enim eiſdem diœceſanis, officialibus, capitulis, Magiſtris, ac præceptoribus, & quibuſuis alijs ad quos præſentes peruenerint, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mãdamus quatenus eoſdem Miniſtros, fratres, & Nuncios in præmiſſis fauorabiliter habeant recommendatos. Inhibentes eiſdem Diœceſanis, officialibus, Capitulis, Magiſtris, præceptoribus, & alijs prædictis in eoſdem Miniſtros fratres ſeu Nuncios ſuper præmiſſis quouis quæſito colore impedire præſumant, ac decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

2 *Dummodo ſint ab ordinario approbati, prout habet in 3 10. qq. re. q 32. ar. 3. & 6.*

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios non permittatis 3
Miniſtros, fratres, & Nuncios ſupradictos contra conceſſionem & inhibitionem huiuſmodi ab eiſdem Diœceſanis, officialibus, Capitulis, Magiſtris, Præceptoribus, vel quibuſuis alijs quomodolibet moleſtari, moleſtatores huiuſmodi ac contradictores quoslibet & rebelles cuiuſcũque dignitatis ſeu præeminentiæ fuerint auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtante conſuetudine ſupradicta, ſeu ſi eiſdem Diœceſanis, officialibus, capitulis, Magiſtris, Præceptoribus, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem, ac ipſorum perſonis & locis, ordinibus, ac nominibus proprijs mentionem. Datum Paniſcolæ Dertuſenſis Diœceſis. Decimoquarto Kalen. Auguſti, Pontificatus noſtri, anno decimo nono.

Bulla Tertia.

Super eleemoſynas petendas pro captiuis.

SVMMARIVM.

1 *Conſtituit vt fratres Sanctiſſimæ Trinitatis poſſint committere vni vel pluribus perſonis vt petant eleemoſynas pro redemptione Captiuorum.*

2 *Ordinat vt præfatæ perſonæ eas eleemoſynas collectas cuſtodiant, & integre præfatis fratribus perſoluant.*

3 *Præcipit in virtute ſanctæ obedientiæ ordinariis & locorum & regnorum prælatis & Dominis cuiuſcunque fuerint conditionis vt fauorem ad petitionem huius eleemoſynæ impartiantur.*

4 *Conſtituit iudices conſeruatores.*

BEnedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Venerabilibus fratribus Cordubenſis & Galagurritenſis Epiſcopis, ac dilecto filio Abbati Monaſterij S. Facundi Legionenſis Diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium votis libenter annuimus eaque fauore proſequimur oppor-

Digitized by Google

opportuno. Hodie ſiquidem quædam à nobis literæ emanarunt, quarum tenor talis eſt.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
1 perpetuam rei memoriam, Exigit deuotionis ſynceritas, & religionis ſub qua dilecti filij Miniſtri & fratres ordinis S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Virtutum Domino famulatum impendunt, promeretur honeſtas, vt ad illa fauorabiliter intendamus, quæ eis pro Redemptione Captiuorũ huiuſmodi fore coſpicimus opportuna. Hinc eſt quod nos ipſorum Miniſtrorum, & fratrum in hac parte ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia præſentium tenore ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod ijdem Miniſtri vel fratres vni, vel pluribus perſonæ, ſeu perſonis in qualibet ciuitate, villa, & alio loco quolibet, committere, vt ipſa, vel ipſæ vicinos per Eccleſias etiã Cathedrales, ac Metropolitanas ciuitatum, villarum, & locorum ipſorum deferre, ac pro Redemptione Captiuorum huiuſmodi, ſicut pro aliis piis operibus, ſiue locis conſuetum eſt, ſubſidia petere libere & licite valeant. Quodque perſona ſeu per-

Queſtus eleemoſyna pro Redemptione Captiuorũ, nõ eſt ſublatus per Concil. Trid. prout habes in 2. 10. qq. regu. q. 37. ar. 7.

2 ſonæ huiuſmodi ea quæ pro præmiſſis habuerint, receperint, ſeu recollexerint fideliter cuſtodiãt & obſeruent. Illaque abſque diminotione qoacumq; Miniſtro dicti ordinis cui competierit, aut eius certo nuntio tradant fideliter & aſſignent, ac de ſic receptis, traditis, & aſſignatis fiat, vt in regula ipſius ordinis pro Redemptione Captiuorum huiuſmodi eſt fieri conſuetum, Vobis enim locorum ordinariis, & quibuſuis alijs, cuiuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam ſi Pontificali, Imperiali vel Regali, aut alia qnacumque Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiẽdo mandamus, quatenus eoſdem Miniſtros fratres, & Nuncios in præmiſſis & circa ea fauorabiliter habeant recommendatos. Ordinarijs, & alijs prædictis diſtrictius inhibentes, ne ab ipſis Miniſtris, fratribus, & Nuncijs, tertiam, vel quartam partem eleemoſynarum, ſubſidiorum, aut legatorum huiuſ-
3 modi petere, vel exigere, ſeu ipſos ſuper his vel alias, ſuper præmiſſis quouis quæſito colore impedire, perturbare, aut moleſtare quoquomodo præſumant, ac decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam qnauis auctoritate ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac prouincialibus, & ſynodalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus prædictorum, & aliorum ordinum, ac Eccleſiarum, quorumcunque etiam iuramẽto confirmatione Apoſtolica vel alia qoauis firmitate latis, & aliis contrariis qoibuſcunque, etiam ſi de illis eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinarionis, mandati, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Datum Paniſcolæ Certucenſis Diœceſis 8. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri, anno vigeſimotertio,

4 Nos cupientes vt præmiſſa debitum conſequantur effectum diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos, ſeu alium, ſiue alios, ſtatutum, ordinationem, mandatum, inhibitionem, & conſtitutionem noſtram huiuſmodi faciatis auctoritate Apoſtolica inuiolabiliter obſeruari: non permittentes Miniſtros, & fratres, & Nuncios ſupradictos cõtra præinſertarum noſtrarum literarum tenorem ab eiſdem ordinariis, vel quibuſuis aliis quomodolibet moleſtari: contradictores quoſcumque, & rebelles, cuiuſcumque dignitatis (vt præmittitur) exiſtant, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, non obſtantibus omnibus ſupradictis vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Paniſcolæ Derurſenſis Diœceſis, octauo Kalend. Auguſt. Pontific. noſtri, anno viceſimo tertio.

Pro Mendicantibus.

Bulla Quarta.

S V M M A R I V M.

Fratres mendicantes ad ordines monachorum nigrorum, & Ciſtercienſium abſque Romani Pontificis ſpeciali licentia expreſſam faciente de huiuſmodi conſtitutione mentionem non tranſeant, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis & gratiis conceſſis in contrarium ordinibus mendicantibus.

BEnedictus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam. Regularem vitam profeſſi ſic expedit ſubtrahi omnem inquietudinis, & turbationis materiam, quod in contemplationis ſuauitate quieſcere valeant, & tranquillum Domino reddere famulatum. Cum igitur ex eo quod profeſſores ordinum mendicantium ad monachorum nigrorum, & Ciſtercienſium ordines conſueuerunt plerumque tranſire; multas in dictis ordinibus turbationes, infeſtinationes, moleſtias, damna, & ſcandala proueniſſe experientia doceat manifeſtè, Nos his ex debito paſtoralis officij, pro futuro tempore occurrere cupientes de conſilio fratrum noſtrorũ, decernimus, ne quis cuiuſuis ordinis mendicantiũ profeſſor ad aliquem dictorum duorum ordinum quoquo modo tranſire valeat ſine Romani Pontificis licentia ſpeciali plenam, & expreſſam faciente de conſtitutione huiuſmodi mentionem. Non obſtantibus priuilegiis Apoſtolicis quibuſcumq; conceſſis in contrarium dictis ordinibus mendicantibus, ſeu eorum prælatis, aut aliquibus eorumdem. Quæ quoad hoc nullius ex nunc fore decernimus firmitatis. Nulli ergo omnino, &c. Dat. Aui. 4. Nonas Iulij, Pont. noſtri, anno primo.

Vide in to. 3. qq. reg. q. 58. art. 13.

Pro ordine Ciſtercienſi,

Bulla Quinta,

S V M M A R I V M,

Quodlibet monaſterium ordinis Ciſtercienſis vnam tantum decimam, & vnam procurationem pro legatis, & Nuntiis Apoſtolicis perſoluunt pro ſe, & omnibus membris, & grangiis ſibi ſubiectis, ſiue in vna, ſiue in diuerſis Diœceſibus exiſtant.

BEnedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis vniuerſis collectoribus decimæ & procurationum legatis & Nuntiis ſedis Apoſtolicæ debitarum authoritate Apoſtolica deputatis, & in poſterum deputandis, ſalutem & Apoſtolicã benedictionem. Fauoris noſtri prouenire debet auxilio, vt quod piè, ac iuſtè pro monaſteriorum, ac membrorum ſuorum vtilitate, & quiete depoſcitur affectu beneuolo prouidè concedatur. Sanè dilecti

Vide de ex6 prima regularib à collectis in to. 4. qq. reg. q. 65. art. 2.

filii

filij Abbas Ciſtercij, eiuſque coabbates, necnon dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, & vniuerſi conuẽtus monſteriorum, & locorum conuentualiũ Ciſtercienſis ordinis nobis ſignificare curarunt, quod licet ſecundum ſtatutum, & ordinationem noſtram ſingulis monaſteriis, & aliis conuentuslibus locis ordinis prælibati per Abbatem, ſeu alium regimini præſidentem de ſeniorum ſui conuentus conſilio duo burſarij deputentur: quorum vnus principalis exiſtat, qui ſi quidem Burſarij omnes pecunias ipſius monaſterij, vel loci conuentualis vndique prouenientes vniuerſaliter recipiunt, & de dicti Abbatis, vel regimini præſidentis mandato illas diſtribuũt, prout fuerit opportunum, & tam de antiquo more, quam de obſeruantia eorumdem in decima, quæ per ſedem Apoſtolicam pro tempore imponitur, & procurationibus, legatis, & Nontiis ſedis Apoſtolicæ debitis, quomodolibet monaſterium dicti ordinis pro ſe, & omnibus membris, & grangiis nullam ſeparatam ſolutionem facientibus, ſed concurrentibus in ſolutione prædicta cum huiuſmodi principali monaſterio ſeu conuentuali loco, cui ſub eſſe noſcuntur. Nonnulli tamen ex vobis eos pro huiuſmodi locis, & membris conſiſtentibus extra Diœceſim in qua monaſterium ſeu locus conuentualis cui ſubſunt exiſtunt, decimas, & procurationes huiuſmodi ſeparatim exigere & extorquere pro eorum libito moliuntur, ipſos ſuper hoc multipliciter moleſtantes. Nos igitur eorum ſuper præmiſſis prouidere quieti, ac huiuſmodi obuiare moleſtiis intendentes vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtrictè præcipientes mandamus, quatenus ex quo monaſterium, ſeu conuentualis locus huiuſmodi, pro ſe membris, & grangiis ſibi ſubiectis, ſiue in vna eadem Diœceſi, ſiue diuerſis Diœceſibus conſiſtant, decimam & procurationes huiuſmodi ſibi impoſitas duxerint perſoluendas, nullam aliã ſolutionem à prædictis membris, ſeu grangiis exigatis. Ne quod abſit ex diuerſitate huiuſmodi ſolutionum: bis exigi, ſiue ſolui contingat, quod ſemel eſt tantummodo perſoluendum. Nos inſuper omnes proceſſus & ſententias, quos vel quas contra mandatum huiuſmodi per vos, vel aliquem veſtrũ haberi, ſeu proferri contigerit irritos decernimus, & inanes & nullius exiſtere firmitatis. Dat. Aui decimo Kal. Martij, Pont. noſtri, anno 5.

CLEMENS PAPA SEXTVS.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Confirmat Pontifex priuilegium Bonifacii VIII. neminem ſcilicet præter Romanum Pontificem in ordinem Eremitarum Diui Auguſtini, & eius fratres bonaque ſua iuriſdictionem aliquam exercere poſſe. Additque, quod non poſſint conueniri ratione delicti, vel contractus, aut rei de qua agitur reuocando conſtitutionem Innocentii Quarti oppoſitum decernentem.

De exẽptione regulariũ ab ordinariis, vide in 10. e. qq regu. q. 63 ar. 1. & art. 6. & 7. & art. 11.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs generali, ac alijs prioribus, & fratribus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad fructus vberes, quos ſacer ordo veſter in agro militantis Eccleſiæ, cęleſtis agricolæ diſpoſitione plantatus indeſinenter producit, conſiderationis noſtræ aciem conuertentes, & conſiderantes attente, quod voluntariam eligentes pro Chriſti nomine paupertatem ſub arctæ religionis iugo, deuotum Deo inceſſanter obſequium exhibetis, dignum ducimus vt vos, & ordinem veſtrum ſpeciali ſedis Apoſtolicę libertate, & priuilegio muniamus. Sane petitio veſtra nuper nobis exhibita continebat, quod licet ſęlicis recordationis Bonifacius Papa Octauus prædeceſſor noſter tunc inhumanis ſgens, vos, & ordinem veſtrum, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, res alias, & bona veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitatis, tunc vel inhabitatetis in poſterum cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, ac perſonis degentibus in eiſdem in ius, & proprietatem Beati Apoſtolorum principis, ac ſedis Apoſtolicæ aſſumpſiſſet, illaque à cuiuſcunque Diœceſani, & cuiuslibet alterius poteſtate, iuriſdictione, & dominio in perpetuum exemiſſet, omnino decernens ex tunc vos, & ordinem ipſum, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domus, & loca præfata, necnon & pertinẽtia ad eadem ſoli Romano Pontifici, & eidem Sedi, in ſpiritualibus, & tẽporalibus abſque vllo medio ſubiacere, ita quod nec locorum ordinarij, nec alia quæuis perſona Eccleſiaſtica in vos, & ordinem, & perſonas, & Eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, vtpotè prorſus exempta poſſent excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti promulgare ſententias, vel alias poteſtatem, ſeu iuriſdictionem aliquam exercere, ac omnino irritum: & inane ſi quid foret in contrarium attentatum: tamen, quia in indulto exemptionis huiuſmodi non cauetur, quod vos ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua ageretur conueniri minimè valeatis, vos timentes ſuper his forſitan in poſterum moleſtari, nobis humilites ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc, de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur qui vos, & ordinem ipſum ſpeciali proſequimur in Domino charitate, cupientes attente, vt eo ſit quietior ſtatus veſter, quo ampliori dictæ ſedis doctati fueritis libertate, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, vt huiuſmodi eiuſdem prædeceſſoris indulto in ſuo robore permanente coram quibuſuis Diœceſanis, & locorum ordinarijs, ac alijs iudicibus quibuſcumque ratione delicti, contractus, ſiue re, de qua agitur cõueniri, vel impeti nullatenus valeatis. fœlicis recordationis Innocentij Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri, & alijs conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Decernẽtes ex nũc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Auinione 14. Kalend. Auguſt. Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Tres Abbates iudices conſeruatores deputantur pro defenſione rerum mobilium, & immobilium, iuriſdictionum, & omnium monaſteriorum Ciſtercienſis ordinis poſſeſſionum.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Sanctæ Genouefæ Pariſienſis, & Sancti Clementis Metenſis, ac S. Pauli Biſuntinẽſis monaſteriorum Abbatibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ (diſponente Dominio)

De iudicib. cõſeruatoribus vide in 1. 10. qq. regu. q. 61.

Digitized by Google

minio) pręſidentes circa curam Eccleſiarum, & mo
naſteriorum omnium ſolertia reddimur indefeſſa
ſoliciti, vt earum occurramus diſpendiis, & vtilita
tibus (diuina cooperãte clementia) ſalubriter inten
damus. Sanè dilectorum filiorum Abbatis Ciſter-
cienſis ad Romanam Eccleſiam nullo medio perti
nentis Cabilonenſis Dįœceſis, ac Abbatum, & dile-
ctarum filiarum Abbatiſſarum, monaſteriorum or
dinis Ciſtercienſis, ac eorumdem monaſteriorum
conuentualium conqueſtione percepimus, quod
nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Abbates, Prio
res, & alij Eccleſiarum prælati, & clerici, atque Ec-
cleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam etiam ſæ
culares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Ba-
rones, milites, nobiles, & laici, Communia ciuita-
tum, vniuerſitates, oppidorum, caſtrorum villarum
& aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ ci-
uitatum, & Dįœceſum, ac partium diuerſarũ, in qui-
bus dicta monaſteria, ac alia loca & membra eiſdẽ
monaſteriis ſubiecta conſiſtere dignoſcuntur, occu
parunt, & occupari fecerunt caſtra, villas, & alia lo
ca, domos, Eccleſias, grangias, molẽdina, decimas,
obedientias, caſalia, terras, vineas, poſſeſſiones, cen
ſus, redditus, & prouentus, iuriſdictiones, & iura,
ac nonnulla bona mobilia, & immobilia ad dicta
monaſteria, & huiuſmodi alia membra eorum ſpe
ctantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu deti-
nentibus præſtant cõſilium, auxilium, & fauorem,
Nonnulli etiam, ciuitatum, & Diœceſum atque par
tium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum
recipere non formidant dictis Abbatibus, Abbatiſ-
ſis, & conuentibus ſupradictis, caſtris, villis, & locis
Eccleſiis, grangiis, molendinis, decimis, caſalibus,
caſtris, terris, iuriſdictionibus, poſſeſſionibus, cenſi
bus, iuribus, bonis, & rebus aliis ad monaſteria, &
membra prædicta ſpectantibus multiplices mole-
ſtias, ac iniurias inferunt & iacturas. Quare pro par
te dictorum Abbatum, Abbatiſſarum, & conuen-
tuum nobis extitit humiliter ſupplicatum, vt cum
valde difficile reddatur eiſdem pro ſingulis quere-
lis ad Apoſtolicam ſedem habere recurſum proui-
dere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.
Nos igitur conſideratione venerabilis fratris noſtri
Guillermi Eipſcopi Tuſculanenſis, & chariſſimi in
Chriſto filij noſtri Ioannis Regis Franciæ illuſtris
nobis ſuper his humiliter ſupplicantium aduerſus
occupatores, detentores, præſumptores, moleſtato
res & iniuriatores huiuſmodi illo volentes eiſdem
Abbatibus, & Abbatiſſis, & conuentibus remedio
ſubuenire, per quod illorum compeſcatur temeri-
tas, & aliis aditus committendi ſimilia præcluda-
tur, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta man-
damus quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrũ per
vos, vel alium, ſeu alios etiam ſi ſint extra loca, in
quibus deputati eſtis conſeruatores, iudices, Abba-
tibus, Abbatiſſis, & conuentibus ſupradictis effica-
cis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitta-
tis eoſdem ſuper præmiſſis, & quibuſlibet aliis bo-
nis, & iuribus ad ipſos communiter, vel diuiſim ſpe
ctantibus ab eiſdem, & quibuſcunque aliis indebi-
tè moleſtari, ſeu eis grauamina, damna, vel iniurias
irrogari; facturi ipſis cum ab eis, vel eorum aliqui-
bus ſeu procuratore, ſeu procuratoribus eorundẽ,
vel aliquorum ipſorum fueritis requiſiti, de prædi
ctis, & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione
Eccleſiarum, grangiarum, caſtrorum, caſalium, ter
rarum, poſſeſſionum, iuriſdictionum, iurium, & bo
norum mobilium, & immobilium, redditnum quo
que, & prouentuum, ac aliorum quorumcumq; bo
norum, necnon de quibuslibet iniuriis, moleſtiis,
atque damnis præſentibus, & futuris in perſonis, &
rebus ipſorum illatis eiſdem, in illis videlicet, quæ
iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, ſimpli
citer, & de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, in
aliis verò prout qualitas eorum exegerit iuſtitiæ
complementum, occupatores ſeu detentores, mole
ſtatores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi.
necnon contradictores quoslibet & rebelles cuiuſ
cunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis etiã
ſi Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis dignitatis exti-
terint, quandocunque, & quotieſcunque expedie-
rit authoritate noſtra per cenſuram Eccleſiaſticam
appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad
hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non
obſtantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij Pa
pæ Octaui prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur
ne aliquis extra ſuam ciuitatem, & Diœceſim niſi
in certis expreſſis caſibus, & in alijs vltra vnam
dietam à fine ſuæ Dįœceſis ad iudicium euocetur,
ſeu ne iudices, & conſeruatores à ſede deputati prę
dicta extra ciuitatem, Diœceſim, in quibus deputa
ti fuerint contra quoſcunque procedere, ſiue alijs
ſuas vices committere, aut aliquos vltra vnam die
tam à fine Diœceſis eorundem trahere præſumãt;
ſeu quod de alijs quam manifeſtiſſimis iniurijs &
violentiis, ac aliis quæ iudicialem indaginem exi-
gunt pęnas in eos, ſi ſecus egerint, & id procurãtes
adiectis conſeruatores ſe nullatenus intromittant,
& tam de duabus dietis in Concilio generali: dum
modo vltra tertiam vel quartam aliquis extra ſuã
ciuitatem & Dįœceſim authoritate præſentium ad
iudicium non trahatur, quam aliis quibuſcunque
conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Roma-
nis Pontificibus tam de iudicibus delegatis, & con
ſeruatoribus, quam perſonis vltra certum numerũ
ad iudiciũ non vocandis, & aliis editis, quæ veſtræ
poſſent in hac parte iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſ
que libero exercitio quomodolibet obuiare, ſeu ſi
aliquibus communiter, vel diuiſim à præfata ſit ſe-
de indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel in
terdici, ſeu extra, vel vltra loca ad iudicium euoca
ri non poſſint per literas Apoſtolicas facientes ple
nam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indul
to huiuſmodi & eorum perſonis, locis, ordinibus,
& nominibus propriis mentionem, & qualibet alia
dictæ ſedis indulgentia generali, vel ſpeciali cuiuſ
cunq; tenoris exiſtat, per quam præſentibus non
expreſſam, vel totaliter non inſertam, veſtræ iuriſ-
dictionis explicatio in hac parte valeat quomodo-
libet impedire, & de qua cuiuſq; toto tenore de
verbo ad verbum in noſtris literis habenda ſit mẽ-
tio ſpecialis, Cæterum volumus, & Apoſtolica au-
thoritate decernimus quod præſentes literæ per
concedentis obitum non expirent, & quod quili-
bet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per
alium incboatum, quamuis idem inchoans nullo
fuerit impedimento canonico præpeditus, quod-
que à datis præſentium ſit vobis, & cuique veſtrũ
in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cęptis &
non cęptis, præſentibus & futuris perpetuata pote
ſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore eaq; firmi
tate poſſitis in præmiſſis omnibus, & ſingulis cęp-
tis, & non cęptis, præſentibus, & futuris, & pro prę
dictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula
coram vobis cępta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, &
cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus, & ſingu-
lis per citationem, vel modum alium perpetuata
legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper
conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium e-
dita non obſtante. Dat. Auinioni 4. Non. Februarii,
Pontificatus noſtri, anno nono,

Bulla Quarta,

SVMMARIVM.

Abbates in ingreſſu eorum ad monaſterium non tene-
tur

tur reddere rationem de expenſis Burſariis ſub ſuſpenſionis pœna.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam Apoſtolicæ ſedis prouidentia circunſpecta, geſta etiam Summorum Põtificum attente proſpiciens, & conſiderans diligenter, nonnunquam illa commutat in melius, & quandoque ſubmouet, vel ſuſpendit cum cauſa rationabilis id expoſcit. Dudum quidem ſæ. re. Benedictus Papa duodecimus prædeceſſor noſter in ordinationibus, & conſtitutionibus quas pro vtilitate Ciſtercienſis ordinis edidit, inter cætera ſtatuit, & etiam ordinauit quod Abbates monaſteriorum vel aliorum locorum conuentualium dicti ordinis regiminibus præſidentes, ſi domet extra monaſteria, & loca ipſorum conſiſterent, de prouentibus monaſteriorum, & locorum ipſorum, vel aliundè pecunias aliquas eos recipere fortè contingeret, in ipſorum ingreſſu ad monaſteria & loca prædicta dictas pecunias traderent Burſariis in monaſteriis, & locis huiuſmodi deputatis; ſi qua de dictis pecuniis expendiſſent computatis. Abbates vero ſeu alij regiminibus præſidentes, ſi ſecus attentare, vel ſibi talia retinere præſumerent ab ingreſſu Eccleſiæ à diuinis officiis poſt lapſum duorum menſium à die ingreſſus huiuſmodi computandum tam diu ſuſpẽſi exiſterent donec ea traderent Burſarijs memoratis. Cum autem nuper pro parte dilectorum filiorum Ioannis Abbatis Ciſtercienſis, ac cæterorum coabbatum ſuorum pridem in proximo generali capitulo congregatorum Ciſtercij, & omnium aliorum Abbatum Ciſtercienſis ordinis fuerit nobis humiliter ſupplicatum, vt cum præmiſſa eiſdẽ Abbatibus, & præſidentibus, qui virtute ſuæ regulæ plenam adminiſtrationem habere noſcuntur, & iuxta regulam ipſam debent de omnibus ordinare: grauia valde reddantur, & exinde videatur vileſcere authoritas officij paſtoralis, ac ſubditi ſe quoad hoc ſuperiores maioribus ſuſpicantes in pluribus non obſequuntur ſuperiorum nutibus ſicut prius, in animarum ſuarum ſalutis diſpendium, & contemptum obedientiæ regularis, ſuper hoc de remedio opportuno prouidere ſalubriter dignaremur. Nos conſiderantes attentius, quod in tráquillitate cordis authori pacis acceptius deſeruitur: ex his, & aliis rationabilibus cauſis mouentibus ad hoc animum noſtrum in dicti, & eorundem Abbatum deuotis ſupplicationibus inclinati pœnam ſuſpenſionis huiuſmodi authoritate Apoſtolica tenore præſentium ſuſpendimus, quouſque ſuper hoc aliud duxerimus ordinandum, volentes, & authoritate eadem concedentes, quod ſi qui Abbates, ſeu præſidentes pęnam huiuſmodi incurrerunt, ab illa per dilectos filios priores clauſtrales monaſteriorum, & aliorum locorum ſuorum, quibus ſuper hoc plenam concedimus facultatem abſolui valeant, & cum eis ſuper irregularitate per eos inde contracta forſitan diſpenſari. Nulli ergo omnino hominũ &c. Dat. Aui. Nonis Oct. Pont. noſtri, an. 1.

INNOCENTIVS PAPA
SEXTVS.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla vnica.

SVMMARIVM.

Concedit Summus Pontifex Eremitis D. Auguſtini vt oblatis, & familiaribus ſuis poſſint porrigere ſacramenta & apud eos ſepelire, & quod poſſint eos admittere ad diuina tempore interdicti.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filiis Generali, & aliis Prioribus ac fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Religionis fauor ſub qua Virtutum Domino mente vigili deſeruitis, & deuotionis veſtræ merita nos inducunt, vt vos illa gratia proſequamur, quę vobis, & ordini veſtro dignoſcitur opportuna. Dudum ſiquidem fęlicis recordationis Papa Clemens VI. prædeceſſor noſter Apoſtolica vobis authoritate conceſſit, vt ijs qui veſtris immorarentur obſequiis cuncta Eccleſiaſtica ſacramenta libere miniſtrare, & ipſos cum decederent in veſtris cęmeteriis ſepelire poſſitis. Et inſuper, ſi quando in terris in quibus reſideretis, vel earum perſonas interdicti, vel excommunicationis ſententias contingeret promulgari, familiares veſtris ſeruitiis deputati, huiuſmodi ſententiis obnoxij minime haberentur, ibique poſſint audire diuina, iuxta formam, quæ locis in eo caſu à ſede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi cauſã dediſſent eiſdem, vel eos contingeret ſpecialiter excommunicari, ſeu etiam interdici. Cum autem ipſius prædeceſſoris literæ ſuper hoc confectæ propter ipſius ſuperuenientem obitum bullatæ non fuerint. Nos vt prædictæ conceſſionis effectu propterea non priuemini, volentes vos in hac parte fauoribus proſequi opportunis, veſtris ſupplicationibus inclinati, vt familiaribus veſtris, qui veſtris immorantur, & immorabuntur, obſequiis, veſtris tamen ſumptibus prædicta ſacramenta miniſtrare, ac ipſis cum deceſſerint in veſtris cęmeteriis ſepelĩre poſſitis. Et inſuper ſi quando in terris, in quibus vos contigerit reſidere, vel earum perſonas, præmiſſas ſententias contigerit promulgari, familiares ipſi huiuſmodi ſententiis obnoxij minimè habeantur: ibique poſſint audire diuina iuxta formã, quæ ipſis locis in eo caſu, ab eadem eſt ſede conceſſa, niſi cauſam dederint eiſdem, vel eos contigerit ſpecialiter excommunicari, ſeu etiam interdici. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus Apoſtolicis contrariis, etiamſi de illis, & totis ipſarum tenoribus de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda, vobis authoritate prædicta tenore præſentiũ indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Aui. 17. Kal. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno primo.

VRBANVS PAPA
QVINTVS.

Bulla vnica.

SVMMARIVM.

Licet monachis Ciſtercienſibus in ſingulis caſtris, & arcibus, ad qua propter bellorum diſcrimina confugiunt altare portatile erigere, & ibidem miſſas, & alia diuina officia alta voce celebrare.

VRbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filiis Abbati, & cõuẽtui monaſterij Ciſtercienſis Cabilonẽſis Diœceſis, cęteriſque omnibus Abbatibus & conuentibus Ciſtercienſis ordinis vbilibet conſtitutis, ſaluẽ & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ veſtræ religionis in qua deuotum Deo redditis famulatum promeretur honeſtas, vt petitionibus veſtris in his pręſertim, quæ ad conſolationẽ animarum veſtrarum *Vide 7 3. ſo. 99. regu. 9. 18. art. 3.*

cedere

cedere valeant, fauorabiliter annuamus. Com itaque (ſicut eshibita nobis pro parte veſtra petitio cōtinebat) frequenter contingat, quod vos propter guerrarum diſcrimina, quæ in monaſteriorum veſtrorum partibus frequenter ingruunt, tute reſidere in ipſis monaſteriis non valentes, ad caſtra & fortalitia ipſis monaſteriis veſtris vicina recurrere, & in eis ad tempus morari oportet. Nos veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt liceat vobis in ſingulis caſtris, & fortalitiis ipſis, in locis tamen ad hoc congruis & honeſtis erigere altare portatile, ſuper quo quandiu ibidem occaſione prædicta moram traxeritis, ſinguli veſtrum qui fuerint in ſacerdotio conſtituti, miſſas, & alia diuina officia etiam alta voce celebrare cum debita reuerentia, & honore (iure parochialium Eccleſiarum & cuiuſlibet alterius in omnibus ſemper ſaluo) liberè valeatis deuotioni veſtræ authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino, &c. Dat. Auinioni 5. Idus Octobris. Pont. noſtri anno 2.

GREGORIVS PAPA

VNDECIMVS.

Pro omnibus Regularibus.

Bulla Prima.

Habetur authentica in Conuento Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit fratres in Papa capellanos aſſumptos in obedientia prælatorum ordinis permanere.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani Pontificis circumſpectam ſic ſedis Apoſtolicæ priuilegia & indulta moderari pertinere dignoſcitur, qđ ex eis materia malignandi nulli detur, ac perſonæ, quæ ſub religionis habitu vacare debēt ſtudio piæ vitæ à bono obedientiæ, & à perſeuerantia diuini ſeruitij nullatenus retrahatur. Sane nuper ad noſtrum relatio fide digna perduxit auditum quòd nonnulli religioſi etiam mendicantes qui in capellanos ſedis Apoſtolicę ſe recipi procurant, propterea bonum obedientiæ, & correctionem recuſantes per mundum, & vt plurimum ſine ſuperiorum ſuorum licentia ſæpius euagando diſcurrunt, & quandoque ad Romanam Curiam accedunt, aſſerentes ſine huiuſmodi ſuperiorum ſuorum licentia, ſe hoc facere poſſe. Nos igitur in præmiſſis prout ex debito tenemur paſtoralis officij ſalubriter prouidere cupientes, authoritate Apoſtolica tenore pręſentium ſtatuimus, volumus, & etiā ordinamus, quòd omnes & ſinguli religioſi quorumcunque ordinū etiam mendicantium dictæ ſedis Apoſtolicæ, qui ſunt, & antea erunt, perinde eorum ſuperioribus & correctionibus ipſorum in omnibus & per omnia ſint ſubiecti, ac ſi prædicti capellani *a* non eſſent, non obſtantibus exemptionibus, & alijs quibuſcumque priuilegiis, indulgentiis, & gratiis, & literis Apoſtolicis capellanis dictæ ſedis, vel alias cōmuniter, vel diuiſim ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum à dicta ſede conceſſis, vel in poſterum concedendis, etiam ſi de illis plena & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda, quæ quoad hæc alicui in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Dat. Aui. 5. Idus Nouembris. Pontificatus noſtri anno tertio.

a Vide aliquid in 2. to. qq. regu. q. 64. art. 5.

Tom. 1. priu. Apoſt.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Famulis & ſeruitoribus euntium ad prædicandum infidelibus, concedit quod ſemel in vita poſſint abſolui ab omnibus quorumcunque grauibus.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Qui relictis parentibus, amicis, & patria, abiectiſq; mundi illecebris, ſe ad partes infidelium conferunt, vt prædicantibus fidē Catholicam, prout ſciūt & poſſunt iugiter ſeruiant, non indigne merentur, vt eos ſedes Apoſtolica cōgruis gratiis proſequatur. Cum itaque nō nullos fratres ordinis fratrum Prædicatorū, ad partes Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorū, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gotorū, Scytharum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorū, Armenorum, Indorum, Morithorum, aliarumq; nationum Orientis, & Aquilonis ad prædicandum in eiſdem fidem præfatam præſentialiter deſtinemus. Nos volentes eorundem fratrū veros & continuos familiares, ad ſeruiendū fratribus ipſis, tāto promptiores reddere, quanto exinde maius præmium ſe viderint percepturos, Vniuerſis & ſingulis eiſdem, qui cū fratribus ipſis ſe conferent, quandiu in eiſdem partibus in ſeruitiis ipſorum erunt, vt confeſſor, quem quilibet eorum duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo plenā remiſſionem, eis in ſinceritate fidei, & vnitate Sanctæ Romanę Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, vel ſucceſſorū noſtrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium perſiſtentibus, authoritate Apoſtolica concedere valeat, tenore præſentium indulgemus Sic tamen quod idē confeſſor, de iis quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam per ipſos (ſi ſuperuixerint) vel per hæredes eorum (ſi tunc forte tranſierint) faciēdam iniungat, quam ipſi, vel illi teneantur facere vt prę fertur, & ne (quod abſit) propter huiuſmodi gratiā ijdem familiares, reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex cōfidentia remiſſionis huiuſmodi aliqua forte committerent, quoad illa, prædicta remiſſio eis nullatenus ſuffragetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & voluntatis infringere, &c. Si quis autem, &c. Dat. Auin. 11. Nonas Martij, Pont. noſtri anno 4.

De abſolutionibus plenariis vide in to. 1. qq. regu. q. 62. art. 6.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Prohibet quod nullus religioſus bona ad proprium, vel commune commodum deputata extra ordinē ferat.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus vniuerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis, electis vbicunque conſiſtentibus, ad quos præſentes peruenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petitionibus ſupplicum, & iis præcipuè quæ animarum ſalutem, & reſtitutionem iurium quorumlibet reſpiciunt, libenter annuimus, & eis quantum cum Deo poſſumus fauorem Apoſtolicum impartimur. Sane petitio pro parte dilectorū filiorum prioris generalis fratrum ordinis Eremitarum S. Auguſtini, nobis nuper exhibita continebat, quod ſæpè nonnulli diſciplinam effugere cupientes non petita nec obtēta quidam vero alii præfati ordinis profeſſores petita & obtenta ſuorum ſuperiorum licentia, præfatum ordinem egrediūtur, & ad alios

Circa fratres minores, & alios vide in to. 1. qq. reg. q. 27. ar. 6. & in to. 3. qq. reg. q. 29. in qua de paupertate agitur.

ordi-

ordines ſe transferont, ac bona ad eorum, vel communem fratrum dicti ordinis vſum deputata ſecũ ferunt in animarum ſuarum periculũ dicti ordinis præiudiciũ, & iacturam. Quare dictus prior, & fratres nobis humiliter ſupplicarunt vt eis ſoper hoc prouidere de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur animarum ſaluti, ac indemnitati dictorum prioris fratrum, & ordinis prouidere volẽtes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos & ſinguli veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios cum per dictum priorem, vel alios ſuperiores in eodem ordine ac pro parte fratrum eiuſdem ordinis ſuper his fueritis legitimè requiſiti omnes, & ſingulos prædictos, qui abſque licentia receſſerunt, & alios ipſius ordinis profeſſores, qui deinceps (quod abſit) abſqoe ſedis Apoſtolicæ licentia debita, præfatum ordinem egredientes ad alios ordines ſe transferunt, & bona huiuſmodi aſportabunt quacumque præfulgeãt dignitate, vt ad præfatum ordinem redeant, ac receptores, & fautores eorum, vt ad ipſos redire permittant, & tam eoſdem quam illos, qui (vt præfertur) de licentia receſſerunt, ac alios dicti ordinis profeſſores, qui ex nunc io antea cum debita licentia de præfato ordine Eremitarum ad huiuſmodi alios ordines ſe tranſtulerint, & ſecum bona ſimilia aſportauerunt, necnon ipſorum, & bonorum huiuſmodi receptores, vt bona huiuſmodi præfatis prioribus, & fratribus reſtituant, necnon contradictores quoſlibet ſuper ijs, & rebelles per cenſura in Eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. Non obſtantibus ſi eis, vel quibuſuis alijs communiter vel diuiſim à dicta ſede ſit indultum quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas noo facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem. Datum apud Villam nouam Auinioni 14. Nonas Maij. Pont. noſtri anno 4.

Anno Domini M. CCCLXXVIII. mortuo Gregorio Nono factũ eſt ſchiſma io Eccleſia Dei, quod durauit quaſi XL. annis, videlicet vſque ad Conciliom Conſtantienſe, in quo electus eſt Martious V. vt iofra patebit. Itaq; à dicto Gregorio XI. qui fuit indubitatus Pontifex vſque ad Martinum V. qoi etiam fuit indubitatus Pontifex, fuerunt electi ſucceſſiuè VIII. Pontifices: Videlicet Vrbanus Sextus anno Domini M. CCCLXXIX. Romæ fuit electus propter vim Romanorum, ſed quia Cardinales hoc metu fecerunt non ex aoimo, fugientes ad ciuitatem Fondorum dixerunt eum oon eſſe Papam: & elegerunt loco eius Dominum Robertum de Gebenis eodem anno, qoi dictus eſt Clemens Septimus. Et ortum ſchiſma peſſimum & ſubtiliſſimũ adeo perplexum erat, vt etiam viri doctiſſimi, noo valerent diſcutere cui eſſet magis adhærendum Et fuit continuatum per XL. fere anoos cum graui ſcãdalo totius cleri, & grandi iactura animarum propter hæreſes, & alia deuia quę tunc pullularunt, eo qood non eſſet diſciplina in Eccleſia cootra huiuſmodi. Et ideo ab iſtu Vrbano V. vſque ad Martinũ V. fuit dubium cui eſſet adhærendum. In quo etiã noſter minorum ordo dubitauit. Anno Domini M. CCCLXXXIX. mortuo Vrbano VI. Dominus Petrus de Thomacellis aſſumptus eſt ad Papatum Romæ, & vocatus Bonifacios IX. Loco Vrbani Sexti, & continuatur ſchiſma cum Clemente Septimo. Qui Bonifacius vſq; ad annũ Domini M. CCCCIII. cum dicto Clemente Septimo in ſchiſmate vixit, Anno Domini M. CCCCIII. mortuo Bonifacio eligitor Romæ ad Papatum Coſmatus de Peruſio, & vocatus eſt Innocentius Septimus, qui cum dicto Clemente VII. contendentes vixit duobus annis, Anno Domini M. CCCCVI. dictus Innocentius VII. obiit Romæ. Et eodem anno aſſumptus eſt ad Summi Pontificatus apicem Dominus Angelos Cirarios & vocatus eſt Gregorius XII. qui etiam cum dicto Clemente VII. in ſchiſmate permanſit vſque ad ſeqoentem anoum. Eodem anoo dictus Clemẽs VII. mortuus eſt in ciuitate Aoinionenſi. Et in loco eios electus eſt Petrus à Luna Hiſpanus & vocatus eſt Benedictus XIII. qui perdurauit vſqoe ad Concilium Couſtantienſe, ſed nec tuoc quidem obediuit, ſed permanens pertinax mortuus eſt in Regno Aragoniæ. Et cum moreretur iuſſit Cardinalibus ſuis, quod ſtatim aliom loco ſui eligerent, quod & fecerunt, & idolum leuantes Clementem VIII. vocaoerunt, quem Martinus V. tanquam contumacem excommunicauit.

Anno Domini M. CCCCVI. congregatum eſt Conciliom Piſis, in quo incboata eſt materia de modo faciendæ vnioois. Quod Concilium depoſuit dictum Gregorium XII. & Clemeotem VIII. & ſuſtulit Petrum de Candia, qui in eodem Concilio electus eſt Alexander V. cuius inſtitutio peior ſciſſura fuit, quia Concilium non præualuit exequi bonũ, quod decreuit, & ſic additum eſt ſchiſma ſchiſmati, quia tres gerebant ſe pro ſummis Pontificibus. Qui Alexander in dicta electione per annom duraoit, & ſic ex hac vita migrauit. Quo defuncto electus eſt ad Papatum Ioannes XXIII. Qui primũ quidem bene inchoauit pro vnione, & fuit io Concilio Conſtantienſi, & obtulit ceſſionem Papatus, ſed poſtea deprauatus fugit latenter, & tñ capitur, & ſic coactus ceſſauit, & factus iterum Cardinalis defunctus ſepoltus eſt Florentiæ.

Anno Domini M. CCCCXIIII. tanto ſchiſmate durante congregatum Concilium magnum Conſtantienſe, ad quod fratres zelatores ordinis fratrũ Minorum ſtatim habuerunt recurſum, petentes ſibi de remedio prouideri pro obſeruantia ſuæ regulæ, & reformatione ſui ordinis, qui cum Dei Eccleſia etiam io ſchiſmate, & extra regularem obſeruaotiam ambulabat. Et tunc à dicto Concilio pro hac obſeruantia datum eſt ſequens decretum.

Generale Decretum ſacri Concilij Conſtantineoſis, conſulte ſalubriterque ſeparans fratres Minoores de obſeruantia ab aliis fratribus conuentualibus.

SVMMARIVM

Decreti.

1 *Proponitur poteſtas Miniſtri Prouincialis in obſeruantes.*
2 *Primus vicarius generalis obſeruantia nominatur.*
3 *Superioritas miniſtri generalis in fratres obſeruantia declaratur.*
4 *Facultas tollendi ſuperflua conuentus per aliquos fideles, & amicos diſponenda, & conuertenda in vſus fratrum.*
5 *Modus reformandi conuentus conuentualium proponitur.*
6 *In quo conuentus incepit obſeruantia.*
7 *Fratres obſeruantiæ non poſſunt fieri capellani.*
8 *Obedientia & vrbanitas inter conuentuales, & obſeruantes præcipitur.*

SAncta Conſtantinenſis Synodus, dilectis filiis Eccleſiæ Generali, & Prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus cæteriſque ordinis Minorum prælatis, ac fratribus, ſalutem, & omoipotentis Dei benedictionem Supplicationibus perſooarũ, quæ voto religionis ſunt aſtrictæ illis præſertim libenter annuimus: qoos ad fidem tendere conſpicimus, per quem perſooæ ipſæ ſub placida tranquillitate iuxta

ſuam

ſuam profeſſionem quieſcant,ac ſedulum, & tran-
quillum in humilitatis ſpiritu Domino valeant red
dere famulatum. Nuper ſiquidē pro parte religio-
ſorum virorum,guardianorum, & fratrum veſtri
ordinis conuentuum,videlicet de Sancto Andoma
ro Morinenſis,de Sagro Sagienſis,de Varenis Re-
menſis,de dola Biſuntinenſis,de Lauala, Bondonis
Cenomanenſis,de Clerio Nauetenſis, de Ambaſia
Turnuenſis,de Sancto Ioanne Angliacenſis,Xatēſis
de Brichario de Toleto, & Fōtianato Comitis Ma
leacenſis diœceſum infra Prouincias Burgundiæ,&
Turoniæ iuxta modum dicti ordinis exiſtentium:
nobis humiliter ſupplicatio preſentata continebat,
quod diuina cooperante elemētia his temporibus
nouiſſimi regularis obſeruantia veſtri iam dicti or-
dinis in præfatis cōuentibus inceperat vigere: ſed
variis obſtantibus impedimentis per miniſtros, &
cuſtodes illarum prouinciarum eis præſtitis,in ipſa
obſeruantia non mediocriter impediebantur,quo-
rum impedimentorum occaſione ſcandala multa
pullulabant,humiliter & deuotè ſupplicantes,qua
tenus eis de remedio opportuno prouidere digna-
remur.Eorum igitur ſupplicationi tanquam iuſtæ
benignè annuentes: cupientes ſcandala quæq; de
medio veſtri ordinis tollere, ac vnitate in ea con-
ſeruata fratres in pacis dulcedine confouere, ſtatui
mus,& decreuimus eiſdem ſupplicationibus fore
prouidendum,& de facto tenore præſentium pro-
uidemus eis iuxta formam per reuerendiſſimos pa
tres dominos videlicet Iordanem Epiſcopum Al-
banenſem de Vrſinis ipſius ordinis protectorem,&
Petrum tituli Sancti Griſogni Epiſcopum Camaren
ſem vulgariter nuncupatum Sanctæ Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinales,& alios ex parte huius ſacri Con
cilij ſuper hoc ſpecialiter deputatos, ordinatam &
traditam,atque per religioſum virum fratrem Ioā
nem de Rocha in ſacra pagina profeſſorem, & vi-
carium in præſenti Concilio cum miniſtro Genera
li vna cum pluribus aliis magiſtris, & diſcretis fra-
tribus ordinis veſtri ex vna parte,& fratres dictos
conuentus repræſentantes ex alia concordatam,vi
delicet quod fratres prædictorum conuentuum,de
cætero quouſque illud ſuper hoc per ſacrū genera
le Concilium ordinatum fuerit,poſſint, & valeant,
quilibet in ſua prouincia eligere, de prædicta ſtri-
cta obſeruantia vnum fratrem idoneum, quem in
ſcriptis miniſtro illius prouinciæ præſentatum ip-
ſum dictus prouincialis miniſter infra triduū poſt
illius præſentationem ſuum vicarium conſtituere
debeat ad ipſos regendos in ſolidum loco, & vice
eius:& eis prouidendum in omnibus quibuſcunq;
& ipſis modis quibus ipſe prouincialis miniſter
prouidere poſſet eis,ita, quod de ipſorum fratrum
regimine in nullo ſe poſſint intromittere dicti pro
uinciales,vel cuſtodes,ſed ab ipſius vicarios,cura &
correctio eorū omnino pertineat, exceptio, quod
ad ſuæ ſuperioritatis cognitionem miniſter prouin
cialis poſſit ſi voluerit illos viſitare in propria per
ſona, & tunc punire de conſenſu maiorum, & di-
ſcretorum cōuentus,in quo fiet hæc viſitatio,quid-
quid punitionis repererit dignum: quem ſi conſti-
tuere renuerint prædicto modo, ex tunc eiuſdem
præſentari conſtitutio à vicarium miniſtri genera-
lis inferius annotatum deuoluatur, & pertineat ab
ſolutè. Qui quidem vicarij huiuſmodi prouincia-
rum poſſint,& debeant vna cum fratribus diſcretis
ſibi ſubditis forma ſolita in electionibus ordinis
ſeruata, in ſimili eligere inter ſe alium fratrem ad
hoc ſufficientem,& idoneum pro eorumdem vica-
riorum correctione, & totius huius ſtrictæ obſer-
uantiæ in prædictis prouinciis meliori regimine,
quem per eos in ſcriptis miniſtro generali ordinis,
qui erat pro tempore, præſentatum humiliter ip-
ſum miniſter generalis ſuper illos ſuum vicariū cō-
ſtituere intra triduum poſt illam præſentationem
benignè debeat,& charitatiuè,alioquin ipſo triduo
tranſacto, ſit & habeatur vicarius ipſius generalis
authoritate huius ſacri Concilij conſtitutus: qui
quidem vicarius generalis in ſua congregatione,
vel alias ſolus poſſit, & debeat vicarius præfatos
quoties opus fuerit punire,& fratribus aliis ſibi ſub
ditis prouidere in omnibus quibuſcunque caſi-
bus, quibus miniſter generalis eis potuiſſet proui-
dere:ne ipſos,vt ſæpius contingit,quoties miniſtro
generali indigent longius oporteat euagari.Et pro 2
hac vice primaria conſtituimus in præfatum mini
ſtri generalis vicarium fratrem Nicolam Rodul-
phi,apud nos de hac laudabili obſeruantia, proui-
dentia,ac diligentia ſolerti multipliciter commen
datū,quē volumus poſſe deponi, quoties vicariis,
& aliis fratrib. diſcretis. ſæpè dictis videbitur expe-
dire.Poſſit tamen generalis miniſter,qui eſt,& qui 3
erit pro tempore ipſos fratres,& conuentus in ſua
perſona quoties voluerit viſitare prælibato vicario
non obſtante,& punire, ſi quid in dicta viſitatione
puniendum repererit, ſicut moris eſt in ordine &
alias facere conſueuit. Verumtamen non intendi-
mus quod præfati vicarij propter mortem,depoſi
tionem,ſeu mutationem illorum quorum vice fun
gentur,poſſint à ſuis officiis remoueri,vel in eis im
pediri,niſi ſuper hoc aſſenſus maiorum, & diſcre-
torum ſibi ſubditorū prius interuenerint, ad quos
ſemper eos deponere,& alios eligere,& ante dictis
Generali, & Prouincialibus miniſtris præſentare
modo, & forma præmiſſis quoties fuerit opportu-
nū volumus,& decernimus pertinere. Inſuper poſ 4
ſit,& debeat ipſe vicarius generalis, & ſui ſucceſſo
res cōuentus ſibi ſubditos ad ſtatum dictæ ſtrictæ
obſeruantiæ conſonum;iuxta declarationes,& ſta-
tuta ſedis Apoſtolicæ & ordinis reducere, tollēdo
quaſcunq; ſuperfluitates,ſiue ſint in rebus mobili-
bus,ſiue immobilibus,quantum fieri poterit bono
modo habito ſemper conſilio maiorum, & diſcre-
torum,ſibi obediētium,eligēdo, ſi opus eſt aliquos
fideles, qui ipſas ſuperfluitates authoritate huius
ſacri Concilij vendant,commutent,aut aliis in ope
ribus conuertant, Inſuper ſtatuimus quod omnes, 5
& ſinguli conuentus prædictarum prouinciarum,
quoties maiori,vel minori parti fratrum in eis exi
ſtentium placuerit,ad hanc ſtrictam obſeruantiam
reducere ſe,& vicariis ante dictis ſe ſubdere,hoc li
berè facere poſſint & etiam ſinguli fratres cuiuſcū
que conuentus, contradictione cuiuſque non ob-
ſtante,à quorum vicariorum obedientia, & ſubie-
ctione nullus poſſit exire ſine ſpeciali licentia vica
rij Generalis ante dicti,non tamen per hoc intendi
mus,quod fratres,& conuentus qui voluerint, poſ
ſint ſecundum hanc ſtrictam obſeruantiam viuere,
manendo immediatè ſub cura miniſtrorum prouin
cialium,exceptis prenominatis conuentibus,& cō-
uentu de Mirabelo Pictauinenſis Diœceſis,quē vo- 6
lumus expreſſe,& ordinamus curę, & regimini pre
dictorum vicariorum ſubeſſe,& ex cauſa,& ſicut in
eo hęc ſtricta regularis obſeruantia in partibus il-
lis ſumpſit exordium ,ita in illo tanquam in aliorū 7
ſpectaculo ſemper eluceſcat. Cęterum cum iuxta
ſententiam ſapientis volatilia ad ſibi ſimilia habi-
tualiter conueniant,ſtatuimus, quod quando huiuſ
modi obſeruantes peregrinationis ſtudio, vel alias
per mundum proficiſcentur ad loca, & conuentus
communitatis ordinis declinēt, ſi voluerint,ad alia
vero loca fratrum in obſeruantia ſibi ſimiliū ſem-
per declinare teneantur,iuxta quod in ſtatutis ordi
nis continetur,Inſuper quilibet prouincialis mini-
ſter prouinciarum premiſſarum vicario ſępe dicto
pro pręſenti duos conuentus in ſua prouincia fide

liter aſſignet aptos ad manendum munitos libris, aliiſque rebus pro cultu diuino, quoties ab eodem vicario per literas, aut alias in ſuo prouinciali capitulo fuerit requiſitus eligendos per ipſos prouincialem, ita vt propter hanc aſſignationem mobilia quæcumque dicta conuentibus pertinentia quomodocumque ſit, non debeant abigi, ſeu ſegregari ſecundum diſpoſitionem protectoris ordinis veſtri. Et ſi contigerit, quod miniſtri prouinciales, cuſtodes, vel alij expulerint, vel eiecerint fratres huiuſmodi obſeruantiæ ab aliquo, vel aliquibus conuentuum prædictorum, à quindecim menſibus citra violenter, & alios loco eorum inibi collocauerint, vel, mobilia ad ipſos conuentus, ſeu aliquem ipſorum ſpectantia deportauerint, volumus, & mandamus diſtrictè prædictos fratres indilate recedere, & exire de dicto conuentu. Mandantes tenore præſentium prælibato vicario Generali, quatenus authoritate noſtra omnibus modis, quibus fieri poterit honeſtè, & licitè ipſos exire, & prædicta bona reſtituere compellat per cenſuras Eccleſiaſticas, & alios fratres & ſubditos ſuos ibidem denuo collocando, omnibus quibuſcumq; diſtrictè prohibentes, nequis eum ſuper hoc impedire præſumat, ſub excommunicationis pœna, ſed magis ei præbeat vnuſquiſque auxilium, & iuuamen, ſtatuentes vlterius ne fratres huiuſmodi obſeruantiæ fiant capellani honoris, vel maneant, continue in domibus ſæcularium cauſa confeſſionis, vel alias, citra tamen aliorum fratrum veſtri ordinis præiudicium, ne forte fræno obedientiæ relaxato, vel conuerſatione feruor deuotionis eorum teneſcat. Præcipimus inſuper, & mandamus diſtrictè in virtute obedientiæ ſanctæ omnibus, & ſingulis fratribus conuentuum prædictorum, & aliis in futurum ſub cura, & regimine prædictorum: quatenus ipſis vicariis firmiter obediant, & pareât cum effectu, in omnibus in quibus fratres illius ordinis ſuo generali, & prouincialibus miniſtris obedire debent. Cæterum cum prædicta ſint de voluntate partium ſicut præfertur per nos ſtatuta, & ordinata ſtrictius inhibemus omnibus, & ſingulis miniſtris, & cuſtodibus qui ſunt, & erunt in futurum, atque aliis fratribus veſtri ordinis ne occaſione controuerſiæ prius ſuper his motæ, proſecutionis in præſenti concilio factæ, ſeu alia quauis cauſa, fratres de hac obſeruâtia præſentes, vel futuros inquietent, moleſtent, vel affligant: ſeu eorum vicarios, ſeu de ſecta noua, ſeu reprobata quoquomodo vocent, nec etiam fratres dictæ obſeruantiæ alios fratres veſtri ordinis, ne eleemoſynas, vel oblationes ſibi dandas impedire præſumant. Quod ſi de cætero alij aliis facto circa præmiſſa, vel eorum aliquod hincinde iniuriati fuerint, manus violentas in eis ponendo, eos incarcerando, arraſtrando, libris ſpoliando, aut alias maculam hæreſis falsè imponendo; ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrant iniuriâtes, à qua non poſſint, articulo mortis excepto abſolui, niſi per eum, Cardinalem, qui pro tempore huius ordinis erit protector de cæteris lenioribus iniuriis verbalibus omnes quicumque fuerint in hoc culpabiles deprehenſi puniâtur per eorum prælatos. Circa præmiſſa ſententiarum fulminationibus, aut appellationibus interpoſitis, & literis fœlicis recordationis Alexandri Papæ V. & earum confirmationibus non obſtantibus; quas tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac nullius roboris, vel momenti declaramus, & aliis quibuſcumque ſtatutis Apoſtolicis, vel huiuſmodi ordinis in contrarium editis non obſtantibus. Datum Conſtâtiæ IX. Kalend. Octobris, anno à Natiuitate Domini, MCCCCXIIII. Apoſtolica ſede vacante.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Bulla Concilii Baſilienſis confirmans præfatum decretum Concilii Conſtantienſis ſuper obſeruantia fratrum Minorum.

SAcroſancta generalis Synodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitimè congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans, ad futuram rei memoriã. Sic refloruit hactenus in agro militantis Eccleſiæ inclyta Franciæ, domus, ſicque fructificauit in fidei ſinceritate etiã præclara principum, & prælatorum Regni illius deuotio, vt grauiſſima etiã ad ea, quę pacem, ſtatum, & tranquillitatem eorum, qui in ſpiritu humilitatis virtutum Domino ſub regulari obſeruantia famulantur, recipiant ſui auxilij fauoreſque extenderint: vnde profecto votis ipſorum fauoroſius dignè duximus auditionis gratiã impartiri. Sanè nuper Eccleſiæ filij Charoli Regis Francorum, nec nonnullorum dilectorum Eccleſię filiorum, Ducum, principum, atq; prælatorum Regni Franciæ nobis petitio exhibita cõtinebat, quod olim pro parte dilectorum filiorum guardianorũ, & fratrum conuentuum de Sancto Andamaro Morineoſis de Sacro Saginenſis, de Verenis Reměſis, de Dola Biſuntinenſis, de Lauallo Cænomanenſis, de Clicio Matenſis, de Ambaſia Turonenſis, de Sãcto Ioanne Angliacenſis Diœceſum ordinis fratrũ minorum infra prouincias Franciæ, Burgundiæ, & Thuroniæ, iuxta modum dicti ordinis exiſtentiũ, ſacra Conſtantienſi ſynodo expoſito, quod diuina cooperante clementia temporibus illis, vt dicebãt regularis obſeruantia dicti ordinis in præfatis conuentibus inceperat vigere: ſed variis obſtantibus impedimentis per miniſtros & cuſtodes illarum prouinciarum eiuſdem ordinis eis præſtitis in ipſa obſeruantia non mediocriter impediebantur, ex quorum impedimẽtorum occaſione ſcandala multa pullulabant, & propterea eidem ſynodo humiliter ſupplicatio, vt ſuper hoc de remedio opportuno prouidere, ipſaque dictorum guardianorum & fratrum ſupplicationibus inclinata, ac cupiens ſcandala quęcunque de medio tollere: in quadam ſua ſeſſione publica, licet inter cętera tunc nonnulla ſalubria etiam per dictos fratres dictorũ conuentuũ, impedimentis, tam miniſtrorum, quam cuſtodum prædictorũ, & quorũcunq; aliorum eiuſdem ordinis fratrum quibuſlibet ceſſantibus, ſub certis modo, forma, & pęnis confectis, & expreſſis, quouſq; aliud ſuper hoc per ſacrum Concilium foret ordinatum, obſeruanda ſtatuiſſet & ordinaſſet, prout in conſtitutionibus & decretis huiuſmodi, quorum tenorem pręſentibus haberi volumus pro expreſſis plenius continetur: tamen nonnulli ex dictis miniſtris & pręſidentibus ordinis pręfati decreta & conſtitutiones huiuſmodi parui pendentes, quædam ſtatuta, & ordinationes, per quæ decreto & conſtitutionibus prædictis, necnon regulæ Beati Franciſci, & conſtitutionibus Apoſtolicis in corpore iuris incluſis, ad relationem & remiſſionem obſeruantiæ regularis ordinis eiuſdem in Aſſiſſinenſi, & Bononienſi capitulis eorum generalibus ſucceſſiuè, & nouiſſimè celebratis non parum derogatur, dicitur per legatum Apoſtolicum fieri procuraſſe; ac etiam edidiſſe, propter quod noua inter fratres conuentuum eorundem maxime prouinciarum Franciæ, & Burgundiæ, & Thuroniæ præmiſſarum, necnon miniſtros & præſidentes prædictos, diſſenſionis materia extitit exorta,

orta, ac in hoc ſacro Concilio per eoſdem fratres introducta, graueſque inde fratres dictorum conuentuum ipſarum Franciæ, Burgundiæ, & Thuroniæ prouinciarum moleſtias, & diſtractiones patiuntur, ſcandala quoque in clero, & in populo diuerſarum partium regni prædicti ſuſcitatur, & maiora: niſi ſuper hoc debitè prouideatur veriſimiliter incommoda ſuccedant. Quare pro parte ipſius regis, qui licet ad ordinem ipſum, & memoratos fratres præ maximè, tamen ad illos, qui regularem eiuſdem ordinis, iuxta conſtitutiones & decreta prædicta obſeruantiam ſeruant, ex qua ſperat Domino propitiante Regno, & populo ſuo, quam plurima bona proueniſſe, & prouenire noſcuntur deuotum gerit affectum: necnon principum & prælatorum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſcandalis & diſſenſionibus huiuſmodi obuiare, & ſuper præmiſſis opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, quorum intereſt ne noxia grauiora ſuccedant: ſublato maiori diſpendio congruam in præmiſſis adhibere medelam, & paci dictorum fratrum obſeruationique laudabilium conſtitutionum prouidere cupientes; cum ad plenariam & finalem quæſtionis huiuſmodi deciſionem, generalemque ordinis ipſius reformationem, quam ante huius Concilij diſſolutionem duce paracleto facere (aliis in præſentiarum grauioribus negotiis quibus neceſſario incumbimus præpediti) diſpoſuimus intendere nequeamus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, & omnia, & ſingula circa obſeruationem regularem fratrum conuentuum prædictorum per ſacram Conſtantienſem ſynodũ ante dictam ſtatuta, decreta, & ordinata huiuſmodi in ſuo robore pleno vigore & firmitate perſiſtere debere, donec & vſque per nos, & generale Cõcilium, aliud fuerit ordinatum authoritate vniuerſalis Eccleſiæ tenore præſentium decernimus, declaramus, ſtatuimus, & ordinamus; ac volumus, quod decreta, & conſtitutiones huiuſmodi interim irrefragabiliter obſeruentur. Non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis & ordinationibus capitulorum ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quibuſcunque firmitatibus aliis roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, declarationis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Baſileæ 6. Nonas Oct. anno à Natiuitate Domini M. CCCCXXXV.

Anno Domini M. CCCCXVII. præfatum Concilium Conſtantienſe depoſitis Gregorio XII. qui ſponte ceſſit ſacro Concilio, & Petro de Luna, qui Benedictus XIII. vocatus eſt, & idolo eius Clemente VIII. & Ioanne XXIII. elegit Martinum V. & ſic rediit vnio diu in Eccleſia Dei deſiderata.

MARTINVS PAPA QVINTVS.

MArtinus V. electus eſt vnus, & vniuerſalis paſtor totius Eccleſiæ, anno Domini MCCCCXVII. In dicto Concilio Conſtantienſe, ſeditque annis XIIII. & menſibus III. Qui fuit potentiſſimus ſuper omnes, diues, & iuſtitiarius magnus: plateas & ſtratas publicas ſecuras reddidit, hæreticos deleuit: multa bona patrauit, pro terra ſancta recuperanda multos theſauros congregauit, ſed morte præuentus res impedita eſt, & Concilium breuiter ante mortem congre

gari iuſſit in Baſilea.

Anno tertio ſui Pontificatus nonis Maij cum ab aliquibus Miniſtris ordinis Minorũ diceretur Concilium Conſtantienſe de inſtitutione obſeruantiæ eſſe reuocatum, & propterea fratres obſeruantes ſibi ſubmitterent, illoſque ab incepto impedirent habuerunt dicti obſeruantes recurſum ad Martinum V. qui approbauit dictum decretum, & proteſtatus eſt nunquam ſe dediſſe, vel dare aliquid cõtra conceſſa in dicto Concilio reuocans quæcunque ordinata, ſtatuta contra dictum decretum Conſtantienſe, cuius bullam non refero in præſentiarum, cum poſtea dictum decretum fuerit confirmatum in Concilio Baſilienſi, prout in ſuperioribus diximus huius confirmationis tenorem adducentes.

Pro ordine Tertiariorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Concedit quod omnes fratres & ſorores tertii ordinis ſubiiciantur Generali, & Prouincialibus miniſtris ordinis Minorum.

MArtinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri Iordano Epiſcopo Albanenſi, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Licet inter cætera regularis obſeruantiæ iugum ſine quo non vera, ſed ficta cenſetur eſſe religio præcipuum exiſtat: & propterea abſonum ſit, & abſurdũ, quod quis habitu ſe religioſum foris exhibeat, & lupi rapacis more regulariter viuere, regularemque diſciplinã ſuſcipere omnino contemnat, ſanè pro parte dictorum filiorum Antonij de Maſſa generalis, & ſingulorum prouincialium Miniſtrorum, vniuerſorumque fratrum ordinis Minorum petito nobis nuper exhibita continebat: quod nonnullæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ vtriuſq; ſexus in diuerſis mundi partibus conſtitutæ, quæ ſub quodam velamine ſanctitatis habitum griſeum ordinis fratrum Minorum habitui quaſi conformem deferentes: & à beato Franciſco nomen aſſumentes de tertia regula dicti Franciſci, alias de pœnitentia ſe appellant tam ex priuilegijs (vt aſſerunt) conceſſis, quam etiam propria authoritate nonnunquam in communi quandoque verò ad partem ſub quadã viuendi norma, quaſi in propriam libertatem, & abſque debita ſubiectione, & obedientia, religioſam vitam viuere ſe aſſerunt, & præſumunt: vnde dicti ordinis non ſolum confuſio generatur, & contemptus, verum etiam ſimplices ſic decepti in diuerſas inducuntur hæreſes, & errores, pluraq; ſcandala, & pericula proueniunt animarum. Quare pro parte Generalis, & Prouincialium miniſtrorum, ac fratrum prædictorũ fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt ſuper præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attente conſiderantes, incongruum exiſtere, quod huiuſmodi perſonæ habitũ de dicto ſancto cõceſſum gerant, & de tertio ordine nominare præſumãt, & iuriſdictionem, aut diſciplinam ſuperiorum dicti ordinis Minorum ſuſcipere paruipendant: ac alias ſubiectæ præfato ordini nõ exiſtant: ac ſuper iis ſalubriter occurrere cupientes: conſpectioni tuæ de qua in his & alijs ſpecialẽ in Domino fiduciã obtinemus, per Apoſtolica ſcripta cõmittimus, & mãdamus quatenus ſi ita eſt, omnes, & ſingulos fratres, & ſorores de tertia regula S. Franciſci, alias de pœnitẽtia nuncupatos tã præſentes, quam futuros cuiuſcũq; gradus, vel cõditionis exiſtant, vbicũq; exiſtãt *Vide 73. 20. 77. reg.*

eidem ordini,& eius ſuperioribus in omnibus(eorũ tamen viuendi,& continendi forma ſemper ſalua)authoritate noſtra ſubiacere, ipſoſq; prædictos Generali, & Prouincialibus miniſtris pro tempore exiſtẽtibus,quemadmodum ceteri,& veri dicti ordinis fratres,& ſorores ſubiecti exiſtunt,ſubiectos eſſe decernas: ſtatuens & ordinãs authoritate prædicta;quod præfati miniſtri,fratres de tertia regula, & ſorores prædictas quoties expediens fuerit per ſe:vel alias ad hoc idoneos viſitare,corrigere, & delinquentes, & excedentes pro demeritis puniſe,& emendare,eorumque confeſſiones audire,eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungere, & omnia ſacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare,omnemque aliam(ſi tamen illorum obſeruantiæ, & continentiæ penitus non obuient) iuriſdictionem exercere valeant, in eodem contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. Non obſtantibus priuilegiis,gratiis,cõceſſionibus, & literis Apoſtolicis de regula huiuſmodi, eiſdem fratribus,& ſororibus,eorumque religioni in genere,vel in ſpecie, ſub quauis verborum forma cõceſſis,etiam ſi de eis,eorumque totis tenoribus, ac de verbo ad verbum eſſet in præſentibus ſpecialis & expreſſa mentio facienda,quibus in quantum præmiſſis contraria fuerint derogamus. Nec non conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis etiam non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ apud ſanctos Apoſtolos Pont.noſtri anno 10.

Pro ordine Minorum,

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Proponuntur cenſura contra magiſtros per ſaltũ promotos.

Vide in s: to.qq.req. MArtinus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.Cum valde periculoſum ſit animabus Chriſti fidelium vt in ſacra Theologia ad magiſterij gradum indigni promoueantur, quorum erroribus ſcandala, & nonnunquam hæreſes pullulant: nos prout paſtorale officium requirit paterno ſtudio circa reformationẽ perſonarum ipſarum intendentes,ne ignorantia diuinarum ſcripturarum religioni Chriſtianæ damnum pariat: partes Apoſtolicæ ſolicitudinis adhibemus. Relatione ſiquidem nonnullarum fide dignarum perſonarum ipſarum ad noſtram notitiam peruenit, quod nonnulli fratres ordinis Minorum variis mundi partibus commorantes tracti ambitione regularem diſciplinam ordinis eiuſdem contemnentes,antequam curſum ſtudij artium liberalium,in facultate Theologiæ per Apoſtolicas, necnon Generales, & Prouinciales conſtitutiones, ac regularia præfati ordinis inſtituta, definitum debitè peregerint,& alias ad gradum,& honorem magiſterij in eadẽ facultate obtinendũ idonei fuerint in facultate prædicta gradum, & honorem huiuſmodi,impendi,ac magiſtralia inſignia ſibi conferri procurant hactenus,prout etiam de præſenti procurant. Nos igitur ne imperitorum ambitio Chriſtianæ fidei detrimentum afferat opportunè prouidere volentes vniuerſis. & ſingulis Cancellarijs,rectoribus,decanis, magiſtris,doctoribus ſtudiorum ac vniuerſitatibus eorundem vbicumque conſiſtẽtium in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus,ne deinceps prædictis fratribus aut eorum alicui,niſi curſum per conſtitutiones, & ſtatuta huiuſmodi,vt præmittitur præfixum perfecerint,& alias ad dictum obtinendum, idonei exiſtant gradum,& honorem,& inſignia prædicta cõferre quomodolibet præſumant,decernentes,& eadem authoritate ſtatuentes, quod quilibet ex magiſtris,aut doctoribus,qui alias,quam vt præmittitur gradum & inſignia huiuſmodi fratribus, ipſis aut ipſorum alicui impendere præſumpſerit, gradu,& honore miniſterij careat,ac à lecturis,& alijs actibus,gratiſque magiſtralibus, ipſo facto perpetuò ſit priuatus,necnon ad gradum,honorem,& inſignia prædicta de cætero per eum aſſumenda, gratijs magiſtralibus, actibuſque legitimis ipſo facto ſit priuatus, & omnino inhabilis exiſtat. Volumus inſuper, vt eiſdem pœnis ſubiectus ſit, quicunque præter rigorem huiuſmodi gradum,& inſignia prædicta ſuſcipere præſumpſerit. Volumus autẽ, quod ſi aliqui ex dictis fratribus bachalaureatum pro huiuſmodi gradu magiſterij conſequendo contra conſtitutiones,& ſtatuta prædicta fuerint adepti:& illius prætextu libros ſententiarum publicè & actualiter legant à lectura huiuſmodi ſub eadem pœna penitus,& omnino ceſſent,alias ab eorum ſuperioribus pœnis grauioribus per cenſuram Eccleſiaſticam arceantur. Non obſtantibus,quibuſcumque exemptionibus,priuilegiis & indultis, ac literis Apoſtolicis generalibus,vel ſpecialibus, vniuerſitatibus,aut ſingularibus perſonis earundem & fratribus prædictis ſeu eorum alicui communiter, vel diuiſim per nos ac prædeceſſores noſtros à ſede Apoſtolica quomodolibet conceſſis, etiamſi de eis, ac de eorum totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialis in his literis mentio eſſet facienda, quæ quoad hoc eis, aut alicui eorũ ſuffragari nolumus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Et ne ignorãtia huius noſtræ voluntatis & decreti, literæ huiuſmodi effectum minime conſequantur, vniuerſis & ſingulis prouincialibus miniſtris ſuæ pœna priuationis ſuorum officiorum, quam ipſo facto ſi ſecus fecerint,incurrere volumus, harum ſerie præcipimus & mandamus,vt in eorum prouincijs dictarũ literarum publicationem, & earum executionem debitis temporibus efficiãt. Nulli ergo omnino hominum,&c.Dat. Romæ apud ſanctos Apoſtolos 10, Kal.Februarij Pont.noſtri,anno 3.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Confirmat & modificat Pontifex conſtitutiones ordinis fratrum Minorum,& hac Bulla apud Minoritas Martiniana vulgariter vocatur.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam,Peruigilis more paſtoris Romanus Pontifex animaduertens, commiſſum ſibi gregem Dominicum per laudabilia religioſorum exempla in ſemitam mandatorum Altiſſimi dirigi, & ad ſalutarium optionem operum prouocari,nonnunquam ſuper his,quæ medio ſuæ prouiſionis ad commodabilem ſacræ religionis reformationem proceſſerunt adijcit,declarat,modificat,ordinat,& diſponit:prout rerum,& temporũ qualitate penſata id in Domino cõſpicit ſalubriter expedire. Cum itaque pridem dilectus filius noſter tituli S.Petri ad Vincula presbyter Cardinalis, cui de venerabili fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Cõcilio per alias noſtras literas ſuper hoc plenæ legationis officium commiſeramus, ac omnimodam conceſſeramus facultatem, vigore cõmiſſionis,conceſſionis,& literarum huiuſmodi, generali capitulo fratrum Minorum,quod tunc in ciuitate noſtra Aſſiſina celebratur præſidendo,nonnullas ſuper reformatione ordinis dictorum fratrum Mino-

Habetur auth. in cõment. S. F. Salm.

Minorum ſalubres, & honeſtas conſtitutiones in eodem capitulo edidiſſe noſcatur, prout in ſuis literis eius ſigillo munitis vidimus, plenius contineri. Nos conſtitutionum & literarum eorundem tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, illaſq; harum ſerie approbantes, & confirmantes: ſuper eis vt proſperioribus in poſterum ſucceſſibus gratulentur motu proprio, non ad alicuius inſtantiam, ſed de noſtra mera prouidẽtia, additiones, declarationes, & modificationes authoritate Apoſtolica ordinamus, edimus, & facimus quę ſequuntur. Primo videlicet, quod vbi fratres particulares dicti ordinis monialium & ſororum ordinis ſanctæ Claræ, a ſancti Damiani, & Minoriſſarum ac alia quæcumque monaſteria, ſiue loca regularia mulierũ, per quaſcumque etiam Apoſtolicas literas, ſibi commiſſa ſub certis pęnis aſtringũtur miniſtris Prouincialibus, vt illorum iuriſdictioni ſubſint, prout conuenit aſſignare, niſi per illos eis denuo fuerit recommiſſa adiiciendo decernimus, volumus, & mãdamus, ſorores & moniales eaſdem (etiamſi in contrarium habeãt, quæuis priuilegia, vel indulta, quæ necnon eiſdem particularibus fratribus conceſſas literas huiuſmodi, quæ ad hoc caſſamus, irritamus & annullamus) ad ſubtrahendum ſe à ſubiectione & obedientia ipſorum particularium fratrum, & aliorum quorumcunque, niſi de nouo illis recommittantur (vt præfertur) ſeque omnino ipſorũ miniſtrorum, & per eos deputandorum viſitatorum iuriſdictioni, & obedientiæ ſubmittendum per eandem conſtitutionem pari modo aſtringi & pœnis ſimilibus obligari. Præterea decernimus, quod exceptis iis, de quibus in conſtitutionibus fœ. re. Be-

2 nedicti Papæ duodecimi prædeceſſoris noſtri fit mentio, nulli omnino hominum, tam regularium, quam ſecularium cuiuſcumque gradus, præeminẽtiæ, dignitatis, excellentiæ, nobilitatis, & conditionis fuerit prætextu ſibi deſuper quauis authoritate conceſſæ cuiuſcunque licentiæ, quam ſimiliter caſſamus, irritamus, & annullamus monaſteria, ſeu loca ſororum, & monialum huiuſmodi, ſeu aliquod ex eis b ingredi, nec etiam protectori, aut generali miniſtro dicti ordinis Minorum pro tempore exiſtentibus, ſeu præfatis Prouincialibus miniſtris, & quibuſcumque viſitatoribus licentiam ſuper ingreſſu huiuſmodi, aliis ab exceptis antedictis incõſulto Romano Pontifice concedere licentiam quouo modo. Item vbi cauetur de diuino officio, ſe-

3 cundum ordinem dictæ Romanæ Eccleſiæ peragẽdo: ſtatuimus quod de omnibus commemorationibus, & feſtis trium lectionum, feſta nouem lectionũ fieri, & vtrumque feſtum ſanctæ Crucis, ſub duplici officio, ſine commemorationibus ſanctorum eiſdem diebus occurrentium celebrari: prout à piæ memoriæ Gregorio Papa Vndecimo prędeceſſore noſtro fuit ordinatum. Quodque ſuper rubrica de

4 feſtis occurrentibus infra octauas, feſta ipſa nõ de præcedentibus, ſed ſolum intra eaſdem octauas exiſtentibus, ſicut etiam nonnulli alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri declarauunt intelligi debeat. Item vbi præfato generali Miniſtro duo ſocij notabiles, vnus videlicet citramontanus, & alius vltramontanus, addito ſocio ſcriptore, & alio ſeruito-

5 re cum vno famulo dumtaxat decreti ſint, adiicimus eidem duos famulos & vnum eleemoſynariũ ſecularem, vel alterius religionis. Qui quidem eleemoſynarius à procuratoribus, prouinciarum, aut prouincialium miniſtrorum, conuentuum, vel domorum, & locorum dicti ordinis Minorum omnia illa, quæ pro victu, veſtitu, equis, famulorum ſalario, & aliis ipſi generali miniſtro, eiuſque comitiuæ neceſſaria & opportuna fuerint exigere, & exacta pro huiuſmodi neceſſariis exponere habeat. Quique de præmiſſis exactis, & expoſitis eidem miniſtro generali primum, & deinde capitulo generali, loco, & tempore celebrationis eiuſdem, vt inibi per totum ordinem ſecundum prouinciarum numerum diuidantur, rationem reddere teneatur. A- 6
diicimus etiam quod ſinguli duorum ſociorum principalium generalis miniſtri prædictorum ſingulos ſeruitores, fratres, vel alias perſonarum ſuarũ & equorum ſibi aſſignatorum ſeruitiis inſtitutos famulos, quibus ſicut cæteris de familia eiuſdem generalis miniſtri prouideatur habere valeant atque poſſint: his tamen, & aliis eis ſimilibus eiuſdẽ 7
generalis miniſtri, prout ſecundum loca, & tempora, ac lõgas, vel breues moras expedire viderit moderationi relictis, cuius etiam generalis miniſtri, vel per eum ad hoc deputandum coertioni, & cõpulſionis præfatis procuratores, & principales eorum, neceſſaria huius dicto eleemoſynario, forſitã ſoluere, vel exhibere recuſantes aut ſolutionẽ huiuſmodi, longius debito differentes ſuper hoc omnino volumus ſubiacere. Item præfato generali miniſtro interdicitur poteſtas licentiandi aliquem ad curſum magiſterij, niſi præſentatus fuerit à miniſtro ſuæ prouinciæ, quem nemo audeant præſentare niſi de conſilio & aſſenſu capituli prouincialis modificando declaramus, hoc fore intelligendum in illis prouinciis, in quibus ſolet prouinciale capitulum, vel congregatio habens vim capituli ſingulis annis celebrari, alias idem generalis miniſter de 8
proborum conſilio ad magiſterij curſum licẽtiare valeat, atque poſſit. Item vbi dicto generali miniſtro pecuniarum exactio prohibetur: declaramus 9
quod pro ſuis neceſſitatibus poſſit eleemoſynas à quibuſcumque recipere, qui ſponte illas voluerint erogare: dummodo exigendo, & extorquẽdo penitus abſtineat. De veſtimentis autem per miniſtros 10
& cuſtodes debitis ſecundum regulam, & conſtitutiones præfati Benedicti prædeceſſoris prouiſio ob- 11
ſeruetur. Item vbi Generali, & Prouincialibus miniſtris, ac cuſtodibus & Guardianis, cęteriſque fratribus prędictis inhibetur, ne vllatenus quidquam exigant aliquo colore, vel cauſa: qui ſecus fecerint eo ipſo ſuis officijs ſint priuati: ſibiq; eorũ ſubditi deinceps, obedire minime teneantur, & ſi aliquis miniſtrorum generali miniſtro quidquam contribuere pręſumpſerit ipſo facto ſuo officio ſit priuatus, volumus, & etiam declaramus contributiones huiuſmodi intelligi debere, ſi in modũ exactionũ, vel extorſionum, tam ex parte dantiũ, quã recipientium factę fuerint: non autem modum eleemoſynarum ſupradictũ, quem volumus in ſuo robore permanere. Quod ſi forſitan taliter obſeruatum non extiterit: huiuſmodi priuationum in quocunq; dictarum conſtitutionum per eundem Cardinalem, 12
vt pręfertur editarum loco tangantur, diffinitionem, & determinationem ſolum ſpectare ad ſummum Pontificem, quoad miniſtrum generalem, & ad generalem miniſtrum, quoad miniſtros Prouinciales, & ad Prouinciales miniſtros, quoad alios fratres antedictos. Quas quidẽ omnes & ſingulas additiones declarationes & modificationes per nos, vt præmittitur à quibuſcumq; fratribus dicti ordinis Minorum, & alijs quorum intererit, ſeu intereſſe poterit perpetuo & irrefragabiliter obſeruari volumus, & mandamus. Rurſus per iuramentũ quo dilectus filius Guillelmus de Caſali eiuſdem ordinis Minorum Generalis miniſter de diſpenſationẽ vllam ſuper dictis conſtitutionibus per eundẽ Cardinalem editis, vel earum aliqua non petendo, vel obtenta non vtẽdo in præfato capitulo Aſſiſij celebrato, vt accepimus pręſtito: quã plurima eidẽ ordini Minorũ, cuius proſperi ſtatus directionis onus, ipſi Guillelmo miniſtro principaliter incũbit, fru-

a Vide 1. 10. qq. regu. q. 17. ar. 8. & 9.

b De clauſu. monia. quoad ingreſſum vide in 10. 1. qq. regu. q. 66. & totã.

De celebra. quoad officiũ diuinũ vide in 10. 1. qq. regu. q. 42. & modo ſecũdũ

cõſt. Pij V. hæc reducẽda ſunt ad termi. breuiarij Re. reform. per Cõc. Trid.

Vide de gradatus in 2. to qq. regu. q. 71. ar. 2. & 3.

ctuoſa & vtilia ingruentibus caſibus pro tempore impedire: aut in ipſius ordinis præiudicium differri poſſe: necnõ eũdẽ Guillelmum miniſtrum, qui eſt caput, arctius quã membra ligati minus congruum fore recentes, ſibi iuramentũ huiuſmodi, cuius formam præſentibus haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, eadẽ authoritate, motu ſimili harum ſerie penitus relaxamus, cumq; ad illius obſeruantiã decernimus & volumus non teneri. Præmiſſis necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque. Alias tamen conſtitutionibus ante dictis per præfatum Cardinalem editis in omnibus ſemper ſaluis. Nulli ergo omnino, &c. Dat. Romæ apud ſanctos Apoſtolos, ſexto Kalendas Auguſti, Pont. noſtri anno 13.

Pro conuentu S. Benedicti Valliſoletani.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Quoties alicuius cauſa Eccleſiaſtica, ſeu ſecularis cognitio, aut executio aliquarum literarum per ſedem Apoſtolicam, ſeu aliquos legatos, Priori, vel alicui ex conuentu fuerint commiſſa, eas abſque inobedientia nota ſeu cenſurarum & pœnarum in ipſis literis contentarum incurſu remittere valeant dummodo tales cauſa fidem Catholicam non concernant.

Vide in 2. to.qq.regu. q.120.a.2.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Dilectis filiis Priori, & conuentui monaſterij S. Benedicti de Valleioleti: per priorem ſoliti gubernari, ordinis eiuſdem ſancti Palentin diœceſis. Salutem & Apoſtolicã benedictionem. In decore ſanctæ religionis ſub qua mundanis abiectis illecebris deuotum, & ſedolum exhiberis Altiſſimo famulatum ingenti mentis exultatione refecti libenter vos Apoſtolici fauoris præſidio, ita proſequimur, vt diuinæ contemplationi, ad quam eſtis diuina diſpenſatione vocati liberius, & intentius vacare Deo propitio valeatis. Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ioannis Regis Caſtellæ & Legionis illuſtris petitio continebat; idem Rex cupiat, quod in monaſterio veſtro, quod olim per ſuos prædeceſſores Reges Caſtellæ & Legionis illuſtres fundamentum extitit, & in quo ſub regulari obſeruantia & clauſura perpetua eſtis diuino obſequio mancipati, & ad quod prætereaipſe Rex deuotionem gerit in Domino ſingularem, cauſæ, ſeu negotia aliqua pro tempore minimè pertractẽtur, ne illorum diſcuſſio, quæ ab actiua vita dependet, ſæculareſque tumultus, & ſtrepitus ad ſe trahit mẽtes veſtras à cœleſtium meditationibus diſtrahat, & à ſupernorum contemplationibus alienet, ſed cauſis & negotiis ipſis ad examine veſtro ſecluſis vos debitæ quieti relicti: poſſitis ei cui ſoli placere nouiſtis commodius, atque feruentius deſeruire. Nos ipſius Regis deſiderium huiuſmodi plurimũ in Domino commendantes eius in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt quotieſcumque, & quandocumque in futurum vobis, vel alicui veſtrum per quaſcunque Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum eius literas cognitionem quarumcunque cauſarum, ſiue etiam executionem quarumcunque negotiorũ, tam ſpiritualium, quã temporalium; & tam Eccleſiaſticarum, ſeu Eccleſiaſticorum, quam prophanarum, ſeu prophanorum, ſub quibuſuis modis, & formis committi contigerit, vos, & veſtrum ſinguli, quibus commiſſiones huiuſmodi factæ fuerint cauſas, & negotia ipſa etiam ſi in literis eiſdem, quod cognitio, & executio prædictæ per vos fieri debeãt ſententiæ, cenſuræ, aut pœnæ quæcumque adiectæ fuerint, dummodo aliqua cauſarum, ſeu aliquod negotiorum huiuſmodi fidem Catholicam non concernat, ad ſedem ſiue legatos eoſdem abſque alicuius inobedientiæ nota, ipſarumque ſententiarum cenſurarum, ſeu pœnarũ incurſu remittere liberè, & licitè valeatis: vobis authoritate Apoſtolica tenore præſentium indulgemus, Non obſtantibus cõſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis contrariis quibuſcũque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctos Apoſtolos, 9. Kal. Septemb. Pont. noſtri, anno 13.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Monaſteria & perſonæ ordinis Ciſtercienſis, tam de poſſeſſionibus, ac noualibus, acquiſitis, vel acquirendis ante, vel poſt Concilium Generale, quomodocumque, & qualitercumque excolantur, quam de illis poſſeſſionibus, de quibus aliquis hactenus decimas percepit, ac de hortis, Virgultis, piſcationibus, & animalium nutrimentis à præſtatione decimarum eximuntur.

Vide in 2. to.qq.regu. q.44.ar.4.

MArtinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis Archidiaconis, Præpoſitis, & aliis Eccleſiarum prælatis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti diſponente Domino præſidentes, circa curam Eccleſiarum, ac monaſteriorũ omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti: vt iuxta debitum paſtoralis officij eorum occurramus diſpendiis, & profectibus diuina cooperante clementia ſalubriter intendamus. Cum Abbates Ciſterciẽſis ordinis ad commonitionem fœlicis recordationis Innocentij Papæ prædeceſſoris noſtri ſtatuerũt, vt de cætero fratres ipſius ordinis ne occaſione ſuorum priuilegiorum grauarentur, de alienis terris, & ab eo tempore acquirẽdis, ſi eas propriis manibus, aut ſumptibus colerent, decimas perſoluerẽt Eccleſiis quibus ratione prædiorum antea ſoluebãtur, niſi cum eiſdem Eccleſiis aliter duceret componendum dictus prædeceſſor noſter. Quia ſperabat, vt Eccleſiarum prælati proniores, & efficaciores exiſterent ad exhibendum de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum, & eorum priuilegia diligentius, & perfectius obſeruarent; ſtatutum huiuſmodi gratum habentea, & ratum hoc ad alios regulares, qui ſimilibus gaudent priuilegiis extendi voluit, & mandauit. Sed (quod dolẽtes referimus) res in contrarium eſt verſa: ſicut ex graui querela dilecti in Chriſto filij Ioannis Abbatis Ciſterciẽſis, necnon aliorum Abbatum, Priorũ, Abbatiſſarũ nobis innotuit. Nonnulli Eccleſiarum Prælati, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alij clerici eorum priuilegia temerè cupientes, & cõtendentes malitioſè ipſorũ peruertere intellectũ ipſos, & ipſas, ac conuentus & monaſteria, grangiaſque inquietant multipliciter. Nã cum ſit ipſis, & præfato ordini indultum, vt de noualibus, quæ propriis ſumptibus excolũt, ſiue de hortis, virgultis, ſiue piſcationibus ſuis, ſiue de ſuorũ animaliũ nutrimentis, nullus ab eis decimas exigere vel extorquere præſumat, quidã peruerſo intellectu conficto dicentes, quod hæc non poſſunt, nec debent intelligi, niſi de his quæ ſunt ante generale Concilium acquiſita, ipſos & dictum ordinem, ac

mo-

monaſteria dicti ordinis, grangiaſque in genere & in ſpecie ſuper his multiplici vexatione fatigant. Nos enim propagationem ordinis & tranquillitatem præfatorum Abbatum, priorum, Abbatiſſarũ & conuentuum dicti ordinis intenſis deſiderijs affectantes præfatis, & alijs pluribus fauoribus proſequi gratiæ amplioris eorum ſupplicationibus inclinati de ſpeciali gratia, necnon ex cõſideratione nõnullorum Regum, & Principum, qui nobis ſuas deſtinarunt literas cõcedentes vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus dictũ Abbatem & omnes & ſingulos Abbates, Priores, Abbatiſſas, & omnia, & ſingula monaſteria & ſingulares perſonas dicti ordinis præſentia & futura vbicunque pro tempore conſiſtentia, & à præſtatione decimarum, tam de poſſeſſionibus habitis ante vel poſt Concilium memoratum, quam de cæteris habendis, & tam de noualibus, ſiue ante, ſiue poſt Concilium huiuſmodi acquiſitis, & acquirendis, quæ proprijs ſumptibus excolunt, ſeu excolent, quam alias quomodocunque, vel qualitercunq; excoluntur, & etiam de illis poſſeſſionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de hortis, virgultis, & piſcationibus ſuis, & de ſuorum animaliũ nutrimentis ſinguli veſtrum omnino ſeruetis immunes, Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticã appellatione poſtpoſita compeſcẽdo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, ordinationibus, & alijs in contrarium editis, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis non obſtantibus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem. Nono Kalend. Octobris Ponti, noſtri, anno ſeptimo.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Præſentatur coram generali ſinodo Baſilienſi quoddã priuilegium Martini Quinti cuius innouatio poſtulatur, in priuileg o dicto habetur, ne aliquis Ciſtercienſem ordinem profeſſus prætextu quarumcunq; literarum ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum eius, aut quauis alia ratione ad aliquem alium ordinem præter Cartuſienſium, ſine ſpeciali capituli generalis, vel Abbatis Ciſtercij licentia tranſeat, neque Abbates huiuſmodi licentiam dare præſumant, omnia contenta in hoc priuilegio generalis ſynodus Baſilienſis innouat, anno 1437.

SAcroſancta generalis ſynodus Baſilienſis in Spiritu ſancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad perpetuam rei memoriam. Dilectis Eccleſiæ filijs Ciſtercienſis Cabilonenſis diœceſis, cæteriſq; monaſteriorum, & locorũ Ciſtercienſis ordinis Abbatibus & conuentibus, ſalutem & Omnipotentis Dei benedictionem, Syncerae deuotionis affectus, quem ad vniuerſalẽ Eccleſiam in vinea Domini etiam nobiſcum laborantes geritis, non indignè meretur, vt petitionib, veſtris, in his præſertim per quæ iura, & libertates veſtræ vtilius conſeruentur fauorabiliter annuamus. Sanè pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas fœlicis re. Martini Papæ V. quarum tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, cum illæ ex accidente caſu fortuito in parte deſtructæ noſcantur, innouare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor talis eſt, Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam. Experiẽtia ipſa docet, quod qui cũ ea vocatione, qua ſunt vocati non contenti, priori vocatione derelicta ſe in vocatione recipiunt alienas, nunquam, vel raro fructum bonum afferunt, qui potius tam his quos reliquerunt, quam illis quibus vltimo adhæſerunt, multiplices cauſas magni ſcandali, & opprobrij ſubminiſtrant, & præterea hac affectione & deuotione præcipuis, quas ad ordinem Ciſtercienſem gerimus merito inducimur vt quieti dilectorum filiorum Ciſtercienſis Cabilonenſis diœceſis & aliorum eiuſdem ordinis monaſteriorum, Abbatum, & conuentuum coram nobis deducta cum non parua mentis diſplicentia accepimus: nonnulli dicti ordinis profeſſores, vel vt ſic debita obedientiæ iugum euadant, vel laxius viuere valeant frugis vitæ melioris, aut alijs prima facie honeſtis apparentibus cauſis prætenſis de dicto ordine etiam prætextu literarum ſedis Apoſtolicæ ſeu legatorum eius ſuper hoc impetratarum, aut alias temerè prout hoc cauteloſius colorare poſſunt ad alios ordines ſe transferunt, & plerumque in huiuſmodi alijs ordinibus parochialium Eccleſiarum, aut aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum magis pinguium quam in ipſo Ciſtercienſi ordine habere poſſunt regimina procurant; interdum vero bona mobilia monaſteriorum à quibus recedunt ſecum furtim aſportant, & vt plurimum vitam ducunt diſſolutam, In graue animarum ſuarum periculum, Diuinæ maieſtatis offenſam, & huiuſmodi ordinum opprobrium, necnon damnum, & ſcandalum, plurimorum, Nos igitur pro debito officij paſtoralis nobis diuinitus iniuncti ſuper his ſalubriter prouidere volentes authoritate Apoſtolica præſenti, perpetua, & irrefragabili conſtitutione prohibemus ne aliquis dicti Ciſtercienſis ordinis profeſſor, etiam prætextu quarumcunque literarum prædictæ ſedis, ſeu legatorum eius, aut alias quouis quæſito colore ad aliquem alium ordinem (fratrum Cartuſienſium duntaxat excepto) ſine ſpeciali generalis capituli dicti ordinis, vel Abbatis Ciſtercienſis pro tempore exiſtentis licentia, & cõſenſu; niſi ex legitima & iuſta cauſa, coram ipſo Abbate, vel generali procuratore dicti ordinis in Romana curia pro tempore exiſtenti ſufficienter probata, ac legitima & iuſta reperta tranſire quoquo modo præſumat. Tranſgreſſores enim prohibitionis huiuſmodi ad quæcumque officia, & beneficia Eccleſiaſtica, tam prædicti Ciſtercienſis, quam alterius ordinis ad quem ſe tranſtulerint inhabiles eſſe: prælatoſque, & conuentus monaſteriorum locorum, ad quos profeſſores ipſi ſe tranſtulerint, & recepti fuerint ad reſtitutionem, & ſatisfactionem omnium damnorum, & intereſſe, quæ dictus ordo Ciſtercienſis ex trãſitu profeſſorum huiuſmodi ad alios ordines incurreret, obligatos, ac ſtrictos eſſe volumus, & decernimus per præſentes conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus monaſteriorum, & ordinis prædictorum, & alijs cõtrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis voluntatis, & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, Dat. Conſtantiæ idibus Iannarij, Pont. noſtri, anno 1.

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præfatas literas authoritate vniuerſalis Eccleſiæ innouamus, volentes, & authoritate vniuerſalis Eccleſiæ decernentes, quod tenor huiuſmodi vbicũ-

que exhibitus fuerit, vel oſtenſus in omnibus ſtetur firmiter,& adhibeatur plena fides ſicut eiſdem literis originalibus adhiberetur,ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum vobis de nouo ius acquiri volumus,ſed antiquũ dumtaxat ſt quod ſit conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis,voluntatis conſtitutionis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ XI.Kal. Aprilis,anno à Natiuitate Domini 1437.

Viuæ vocis oraculo Martini V.

MArtinus V.cum ſæpe boni religioſi ex charitate,vel prælatorum obedientia cogũtur ad confeſſiones audiendas,& ſint multiplices,& inexplicabiles ſententiæ excommunicationis in corpore iuris,quarum nonnullæ etiam aperitiſſimis ignorantur: ex quo dicti religioſi propter conſcientiæ timorem, quoniam dubitant ſe incurriſſe in aliquã cenſuram Eccleſiaſticã abſoluendo inaduertenter aliquos aliqua excommunicatione innodatos, cuius excommunicationis abſolutio ſuperiori reſeruatur, ne dicti religioſi cogantur contra charitatẽ & prælatorum obedientiã facere,vel præſatas metuere ſcrupuloſitates conceditur, quod dicti religioſi, ſi præſata, vel ſimili cauſa inaduertenter incurrerint,irregularitatem, vel excommunicationẽ poſſint per eorum idoneos confeſſores authoritate Apoſtolica abſolui & diſpenſari cum oportuerit. Et quod prędicta vires habeãt oraculo viuę vocis nõ obſtante,quod non fiat bulla,vel quibuſcunque alijs contrarijs, niſi ex craſſa, & ſupina ignorãtia cenſuram,vel irregularitatem incurrerint.

INNOCENTIVS PAPA SEPTIMVS.

Pro fratribus Prædicatoribus.

Bulla Vnica.

SVMMARIVM.

Fratres ex obedientia itinerantes, & non habentes copiam confeſſoris ordinis poſſunt alteri presbytero confiteri.

INnocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs magiſtro Generali. Prouincialibus, Prioribus ordinis Prædicatorum,ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Prouenit ex veſtræ deuotionis affectu, quo nos & Romanam Eccleſiam reueremini vt petitiones veſtras(illas præſertim,quæ fratrum veſtri ordinis animarumque ſalutem concernunt) & quas ex deuotionis feruore prodire conſpicimus,quantũ cum Deo poſſumus ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod plerumq; contingit,nonnullos ex fratribus veſtri ordinis, per eorum ſuperiores ad diuerſas mundi partes,negotijs pro tempore ingruentibus deſtinari, & huiuſmodi fratres neminem interdum ex fratribus eiuſdem ordinis præſertim presbyterum penes ſe habere, cui ſua peccata valeant confiteri. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis,vt animarum fratrum eorundem ſalu-
Vide in 1. 10.qq regu. q.68.ar.1. ti, & eorum quieti prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,fratribus huiuſmodi,quos pro tempore(vt præfertur)itinerare: & per eorum ſuperiores mitti contigerit, vt ſi aliquem presbyterũ idoneum ex profeſſoribus dicti ordinis habere nõ poſſint quemcunque alium presbyterum idoneum & diſcretum religioſum, vel ſecularem, in eorum confeſſorem eligere valeant, qui confeſſiones eorũ audire & eorum confeſſionibus diligẽter auditis, pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere, libere & licitè poſſit niſi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica ſit merito conſulenda authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia,tenore præſentium indulgemus,nulli ergo,&c. Dat. Viterbij 16.Kal.Nouẽb. Pontifi.noſtri,anno 1.

IOANNES PAPA VIGESIMVS TERTIVS.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Abbas Ciſtercij, & capitulum generale, monaſteria, tam monachorum, quam monialium, & prioratus ordinis pauperioribus monaſterij eiuſdem ordinis vnire valent, ac poſſeſſionem accipere, diœceſani aut cuiuſuis alterius licentia minime requiſita, non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis ordinationibus & monaſteriorum conſtitutionibus etiam iuramento firmatis.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati monaſterij Ciſtercij Cabilonẽſis diœceſis, eiuſque coabbatibus vniuerſis in eorũ generali capitulo quandocunque congregandis,ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis,ſub qua mundanis calcatis illecebris deuotũ & ſedulum in humilitatis ſpiritu exhibetis Altiſſimo famulatum,merita promerentur, vt ea quæ veſtræ religionis,& ordinis commoditatem reſpiciũt fauore vobis beneuolo cõcedamus. Hinc eſt quod nos volentes veſtræ paci & tranquillitati conſulere, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt quæcunque monaſteria dicti ordinis, tam monachorum quam etiam monialium, & quorum facultates fructus redditus, & prouentus non ſufficiunt ad ſuſtentationem tot regularium perſonatũ in eiſdem monaſterijs,pro tempore degentiũ,quot in eis pro augmento diuini cultus,ac miſſis & alijs diuinis officijs celebrandis,ſecundum eiuſdem ordinis ſtatuta,& præmiſſorum, ac regularium ceremoniarum obſeruantiam requiruntur alijs monaſterijs religionis, & ordinis prædictorum pro commodiori ſuſtentatione degentium in eiſdem: & quãdo pro ſtatu & quiete huiuſmodi perſonarum id noueritis expedire(ſuper quibus veſtras cõſcientias oneramus) cum omnibus iuribus,& pertinentijs ſuis vnum videlicet alteri monachorum, & aliud alteri monialium monaſterijs eiuſdem ordinis monaſteria, cuiuſcunque taxæ, ſeu annui valoris fuerint,& quæ cum eorum iuribus,& pertinentijs ſuis vniuerſis præſentibus haberi volumus pro expreſſis, authoritate Apoſtolica annectere & vnire: ita quod cedentibus,vel decedentibus huiuſmodi monaſteriorum Abbatibus, vel Abbatiſſis, ſeu Prioribus,vel Prioriſſis(ſi monaſteria ipſa per priores, aut Prioriſſas fuerit ſolita gubernari) aut ea quomodolibet dimittentibus, liceat alijs Abbatibus,& Abbatiſſis, aut Prioriſſis, quorum monaſterijs alijs ſic vacantia venient vnienda, corporalem *Vide in tt. 3.qq.regu. q.80.ar.1. & 2.* poſſeſſio-

poſſeſſionem huiuſmodi vacantium monaſteriorum,iuriumq; & pertinẽtiarum prædictorũ authoritate propria apprehẽdere, & perpetuo retinere, ac fructus,redditus,& prouentus dictorum monaſteriorũ vnicuiuſdorum in ſuos vſus, ac pro ſuſtentatione huiuſmodi perſonarum degentium in eiſdẽ liberè conuertere, diœceſani loci aut cuiuſcunq; alterius ſuper hoc licentia minimè requiſita, liberè & licitè valeatis, deuotionis veſtræ de ſpecialis dono gratiæ concedimus per præſentes. Non obſtãtibus quibuſcũq; reſeruationibus generalibus, vel ſpecialibus de huiuſmodi, vel alijs monaſterijs ordinum quorumcunque per nos,aut ſedem Apoſtolicã hactenus forſan factis,necnon conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis,atque noſtris,ac ſtabilimentis,ſtatutis, & cõſuetudinibus monaſteriorum,& ordinis prædictorum, etiã iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quacunq; firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcũque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ voluntatis,& conceſſionis infringere,vel ei auſu temerario contraire: ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Conſtantiæ 7.Kal.Febru, Pont.noſtri, anno 5.

Bulla Secunda,

SVMMARIVM.

Omnia & ſingula priuilegia immunitates,libertates, & exemptiones per quoſcunque Romanos Pontifices,aut Reges ordini Ciſterciensi conceſſa,approbantur & confirmantur. Decerniturque, vt illa vbicunque,& quandocunque fuerint exhibita in perpetuũ obſeruentur,quicquid vero contra hanc approbationem à quoquam quauis authoritate contingerit attentari,irritum eſt,& inane.

De confir. priuil. Vide in 1. 20.qq.regu. gu.8.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Et ſi quibuslibet perſonis Eccleſiaſticis,ac religioſis; præſertim illis, qui mundi contemnentes illecebras in humilitatis habitu Regi cunctorum Principum abſtinentia, & diuinis officijs ſuas animas deuouerunt,ex paternę pietatis officio teneamur aſſiſtere,profeſſores tamẽ Ciſtercienſis ordinis vtriuſq; ſexus eo feruentiori charitate cõplectimur, quo ipſum ordinem in Dei Eccleſia conſpicuum & inſignem vberiori dilectione proſequimur. Vnde ſi quando priuilegia,gratię, & indulta,pro exaltatione, & incremento eiuſdem ordinis,ac pace, & tranquillitate in eo virtutũ Domino militantium, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,aut Imperatores,& Reges conceſſa,& indulta comperimus, vt perpetuã firmitatem obtineant,ea merito Apoſtolici roboris clypeo cõmuniti. Sane petitio dilectorum filiorum Abbatis monaſterij Ciſterciẽſis, Cabilonẽſis diœceſis, eiuſque coabbatum,Abbatiſſarũ,& conuentuum ordinis eiuſdem nobis nuper exhibita cõtinebat, quod olim nonnulla priuilegia, immunitates,exemptiones,libertates,gratiæ conſeruatoriæ, & indulta per fæ.re. Innocentium IIII.Alex.IIII. Vrba.IIII.Gregor.IX.Honor.III.Clem,V.& quã plures alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Põtificibus in eorũ obedientijs habitos, ac etiã per recolendæ memoriæ prælatos, Pontifices,ac Imperatores Romanos, & alios Reges pro augmento diuini cultus,ac ſaluberrimo ſtatu & incremento ordinis prælibati cõceſſa fuerint pariter & indulta. Verũ (ſicut eadem petitio ſubiungebat) cũ cõtingat interdũ dicti ordinis profeſſi cõtra huiuſmodi priuilegia & indulta per locorum ordinarios,ac prælatos & alios,qui nomen Domini in vacuum recipere non formidãt, indebite moleſtari: pro parte Abbatis Ciſtercij, coabbatum eius Abbatiſſarum,& conuentuũ ordinis prælibati nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi priuilegijs gratijs & indultis, ac literis prædeceſſorum prælatorum,Pontificum, Imperatorum,& Regum præfatorũ robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & alias ad eorũ perpetuum robur obtinendum partes Apoſtolicæ prouiſionis interponere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eorundem prædeceſſorum veſtigijs inhærentes, ac cupientes tranquillitati, & paci Abbatum & Abbatiſſarũ & conuentuum,ac profeſſorum huiuſmodi quantum cum Deo poſſumus prouidere,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati priuilegia, immunitates, libertates,exemptiones, conſeruationes,gratias,& indulta per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus in eorũ obedientijs habitos,Abbatibus dicti monaſterij Ciſtercienſis, eiuſque coabbatibus, abbatiſſis,& conuentibus ordinis eiuſdem,coniunctim, vel diuiſim (vt præfertur) conceſſas & conceſſa,nec non Prelatorum,Pontificum, Imperatorum, Regum & Dominorum tẽporalium literas huiuſmodi,& omnia, & ſingula in eis contenta, prout rite,& iuſte,ac rationabiliter proceſſerunt & præfato ordini fuerũt indulta,ex nũc in perpetuum authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus,ac etiam confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Vniuerſos, & ſingulos Eccleſiæ Prælatos, Patriarchas,Primates, Archiepiſcopos,Epiſcopos, Abbates,Priores,Decanos,Archidiaconos,Præpoſitos, Archipresbyteros, officiales, necnon Principes Chriſtianos, quacunque dignitate fulgentes, & eorum officiarios, ciuitatum quoque,villarum, ſeu communitatum Rectores, & maiores togãtes, monentes,& hortantes,attente, eiſque per Apoſtolica ſcripta in virtute obediẽtiæ diſtricte præcipiẽdo,mandantes, quatenus prædictos Abbates,Abbatiſſas,conuentus,& perſonas ordinis prænominati, præiactis priuilegijs,immunitatibus,exemptionib, libertatibus,gratijs,conſeruatorijs,& indultis gaudere permittant pacifice, & quiete. Decernẽtes ea vbicunque,& quandocunque exhibita fuerint,vel oſtenſa in perpetuum obſeruanda; ac ex nunc irritum,& inane quidquid contra approbationẽ, confirmationem,communitionem,& decretum noſtra huiuſmodi à quocunque & quauis authoritate ſciẽter,vel ignoranter contigerit quomodolibet attẽtari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, cõfirmationis,cõmonitionis,rogationis,monitionis, hortationis,mãdati & cõſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c, Dat. Conſtant.7. Kal. Februarij Pontificatus noſtri,anno 5.

EVGENIVS PAPA QVARTVS.

Pro congregatione Sancti Benedicti Valliſoleti.

Bulla Prima,

SVMMARIVM:

1 *Ampliſſima facultas recipiendi beneficium abſolutionis, à quibuſcumque criminibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, & quibuſcumque excommunicationibus.*

2 Diſpen-

2 *Diſpenſatio in quibuſcunque irregularitatibus & inhabilitatibus, exceptis tribus caſibus, qua omnia etiam ad Nouitios in ipſo profeſſionis actu extenduntur.*
3 *Poſſunt præfici huiuſmodi diſpenſati dignitatibus & officijs congregationis.*
4 *Abſolutio Generalis à quibuſcunque excommunicationibus, & ſententijs & cenſuris Eccleſiaſticis, ex ignorantia, vel negligentia incurſis cum poteſtate eligendi confeſſorem.*

Beatiſſimè pater. Cum Monaſteriorum S.
Benedicti de Valliſoleto ordinis eiuſdẽ
Sancti Palentin. Diæceſ. in regulari ob-
ſeruantia, & ſub perpetua clauſura con-
ſtitutum ſit, ac per illius Monaſterij Monachos, ſi-
ue religioſos in obſeruantia, & ſub clauſura ſimili-
bus S. Claudij extra muros Leginnen. S. Ioannis ex
tra muros Burgen. reformata, necnon eidem Mo-
naſterio S. Benedicti ſubiecta S. Mariæ de conſola-
tione loci de Calabazanos, S. Mariæ de Miſericor-
dia loci de Fromeſta ordinis & diæceſ. prædictorũ
de nouo fundata, Monaſteria fore noſcantur: vt igi
tur degentes pro tempore in obſeruantia huiuſ-
modi puris cordibus & mundis corporibus Altiſſi-
mo Domino vota ſua exoluere valeant ſupplicatur
humiliter S. V. pro parte priori & conuentus dicti
monaſterij S. Benedicti quatenus illius ac reforma
torũ, & fundatorum prædictorum, necnon omniũ
& ſingulorum aliorum Monaſteriorum, quæ in fu-
turum prædicto Monaſterio S. Benedicti ſubijci,
aut per eiuſdem Monaſterij, ſiue ſuperiorem pro
tempore ex ſubiectis ſibi, aut ſubijciendis Mona-
chis, ſiue religioſis pro tempore exiſtentibus in re-
gulari obſeruantia fundari, & inſtitui, ſiue reforma
ri, aut in fraternitate conſtitutionibus & ordinatio
nibus, habitu, & modo viuendi, ſibi aggregari Do-
mino diſponente contingat ſuperioribus quibuſcũ
que nominibus appellentur pro tempore præſenti
bus, & futuris concedere dignemini, vt ipſi per ſe,
& presbyteri monachi per quemuis eorum pro au
diendis confeſſionibus pro tempore deputandi, &
ad nutum reuocandi. Omnes & ſingulos nunc exi-
ſtentes, & qui tempore fuerint ſingulorum mona-
ſteriorum prædictorum, monachos, profeſſos, con
uerſos, fratres, & quoſcunq; religioſos, perpetuoq;
donatos, & oblatos, ac ſub pena reincidentiæ noui
tios, ſi forſan profeſſionem non emittant, ab omni-
1 bus, *a* & ſingulis ſuis peccatis, criminibus, exceſſi-
bus, & delictis, etiam quantumcũq; enormibus an
te, & poſt ingreſſum religionis, in quibuſcunq; caſi
bus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis commiſſis.
Necnon à quibuſcunque excommunicationum, ſu
ſpenſionum, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſen
tentiis, cenſuris, & penis à iure vel ab homine ſedis
Apoſtolicæ, vel alia quauis authoritate, aut per pro
uincialium ſynodalium, aut generalium Concilio-
rum conſtitutiones, ſiue per regularia dicti ordinis
inſtituta in genere vel in ſpecie promulgatis, ſi quas
ante, vel poſt ingreſſum religionis incurrerint, etiã
ſi propterea ad ſedem Apoſtolicã ſpecialis haben-
dus foret recurſus, abſoluere: necnõ cũ ſingulis ex
2 ſupradictis ſuper quibuſcunq; irregularitatibus, *b*
& inhabilitatibus quouis modo contractis, in qui-
buſcumq; caſibus etiã dictæ ſedi ſpecialiter reſer-
uatis, præterquam in Bigamiæ, voluntariæ mutila-
tionis membri, ac volũtarij homicidij propria ma-
nu, vel de expreſſo mandato, vel cõſilio commiſſi,
caſibus eum profeſſis, aut profiteri volẽtibus, cum
in ipſo profeſſionis actu fuerint, vt nihilominus nõ
promoti, ad omnes etiam ſacros ordines promoue
ri, & promoti in illis miniſtrare, & ad quaſcunque
dignitates, adminiſtrationes, & officia dicti ordi-

a Vide in 1.10. qq. re. q. 10. per totam quæſtionem.

b Vide in 1.10. qq. re. q. 14. per totam.

nis poſſint etiã præfici & aſſumi diſpenſare, ac eos 3
habilitare ſemel duntaxat necnon etiã quocunque
tempore omnes & ſingulos ſupradictos, ac indiſtin
ctè quoſcumque Nouitios, donatos, oblatos præ-
ſentes & futuros dictorum monaſteriorum in qui-
buſcumque caſibus ſedi Apoſtolicæ minimè reſer- 4
uatis. Item à quibuſcumque excommunicationum,
ſuſpenſionum, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis
ſententijs, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine
prolatis, vel proferendis aut fulminãdis, in genere
tantũ vel ſpecie nõ nominata perſona ſpecialiter, &
expreſſe, ſi quas incurrerũt, aut in futurũ forſan ex
inaduertentia, ignorãtia, vel negligentia incurrere
cõtigerit abſoluere, ac ſuper irregularitatibus &
inhabilitatibus præmiſſorum occaſione quomodo
libet contractis, aut ſi quas in futurum ex huiuſmo
di ſententijs, ſicut præmittitur cõtrahere contige-
rit diſpenſare, & eos habilitare *c* ipſiſque omnib. &
ſingulis Euchariſtiæ, *d* Extremæ Vnctionis, & alia
Eccleſiæ ſacramenta miniſtrare, ac pœnitentias eis
ſalutares iniungere, totiens quotiens opus fuerit,
aut deuotioni prædictorũ videbitur expedire au-
thoritate Apoſtolica liberè, & licitè valeant & poſ-
ſint de gratia ſpeciali, ac ſuperiores ipſi præmiſſa
omnia, & ſingula, ſi opus fuerit, vt ſupra religioſis
alijs idoneis ſacerdotibus committere, ac etiam in
præmiſſis confeſſores *e* ſibi cum facultate præmiſ-
ſa eligere, & electos & alios huiuſmodi commuta-
re quotiens eis viſum fuerit, authoritate prædicta
valeãt & quod gratia ſit perpetua, ac quod per præ
ſentẽ conceſſionem veſtræ ſanctitatis non intendit
aliqualiter alijs priuilegijs, indultis, & conceſſioni
nibus Monaſteriorũ obſeruantiæ & ordinis prædi-
ctorum in ſpecie vel in genere à ſede Apoſtolica,
ſeu alias quomodolibet competentibus, ſeu cõpe-
tendis, aut cõcedendis eorum fauorem quomodo-
libet reſpicientibus, ſed ea etiã in ipſorum fauorem
in ſuo plenario robore permaneant, præſentib. per
petuis futuris temporibus duraturis concedere &
indulgere dignemini de gratia ſpeciali. Cõſtitutio-
nibus Apoſtolicis aut cæteris in contrarium faciẽ-
tibus non obſtantibus quibuſcumque, & cum clau
ſulis opportunis conceſſum vt petitur de omnibus
in præſentia D.N. Papæ Ioan. Cardi. Sancti Pauli,
& quod ſola ſignatura ſufficiat abſque literarum
Apoſtolicarum confectione conceſſum Ioan. Car-
din. Sancti Pauli.

c Vide in 1.10. qq. re. q. 20. arti. 14. & art. 20.

d Vide in 10.1. qq. re. q. 56. ar. 1.

e Vide in 1.10. qq. re. q. 20. artic. 28.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Poſſunt monaſteria Congregationis recipere reliquias a quibuſcumque perſonis, & eas collocare in ſuis Eccleſiis abſque pœna incurſu.

Evgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Di-
lectis filijs Priori & conuentui monaſterij S.
Benedicti de Valleolet. Per priorem *f* ſoliti guber
nari ordinis eiuſdem Sancti Palentin. Diæceſis. Sa-
lutem & Apoſtolicam benedictionem. Iniunctũ no
bis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officiũ tũc pera-
gere non ambigimus, ſi ad ea ſolita benignitatis ex
tendamus intuitum, quæ ex deuotionis ardore pro
dire conſpicimus & animarum ſalutis afferre va-
leant incrementum. Cum itaque ſicut exhibita no-
bis nuper pro parte veſtra petitio continebat, non-
nullæ etiam eccleſiaſticæ, tam ſeculares, quam or-
dinum quorumcunque regulares, ac laicæ in par-
tibus Hiſpaniæ commorantes perſonæ ad veſtrũ
Monaſterium S. Benedicti de Valleoleti ordinis
eiuſdem Sancti Palentin. Diæceſ ob perpetuã clau-
ſuram & regularem obſeruantiam, ſub quibus in
præfato

f Vide de reliquijs ſãctorum in 10.3. qq. re. q. 55. ar. 2.

præfato Monaſterio Altiſſimo famulamini,& diuinum officium quod inibi continuo deuotè Altiſſimo celebratis, ſingularem gerentes deuotionis affectum, & propterea dictum Sancti Benedicti,aliaque pro tempore per vos reformata,ſeu vobis aggregata,& vnita Monaſteria , atque loca ſpecialib. fauoribus proſequi cupientes, aliquas ſanctorũ reliquias, quæ in ſuis Monaſterijs, ſeu Eccleſijs ſunt reconditæ, vobis ad illas in veſtro,ſeu alijs Monaſterijs atq; locis huiuſmodi , ſeu in illorum Eccleſijs conſeruandas libenrer & gratuite offerrent , ſi ſibi deſuper à nobis licentia concederetur:pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt perſonatum huiuſmodi pro deſiderio in præmiſſis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati quibuſcũq; Eccleſiaſticis ſecularibus,& ordinũ quorũcunque regularibus perſonis, in dictis partibus cõſiſtentibus,cuiuſcunque ſtatus,gradus, ordinis,vel conditionis fuerint,quod quaſcunque & qualeſcũque Sanctorũ reliquias, de ipſorum eccleſijs,ſeu locis,vbi reconditæ exiſtunt accipere , & illas vobis liberaliter donare poſſint,vobiſque quod reliquias ſic vobis donatas huiuſmodi recipere, & in præfato Sancti Benedicti,vel alio quocunq; ex monaſterijs ſiue locis vobis vnitis,ſeu per vos iam reformatis,& vobis aggregatis , ſeu quæ per vos reformari,aut vobis aggregari in poſterum contigerit, vel eorũ,aut alicuius ipſorũ Eccleſijs in loco ad id honeſto collocare & reponere valeatis,abſque alicuius pœnæ incurſu liberè & licitè authoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali dono gratiæ cõcedimus pariter & indulgemus.Non obſtãtibus ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum , & Monaſteriorum, in quibus huiuſmodi reliquiæ forſan reconditæ fuerint,ac ordinum eorundem,ſi aliquorum extiterint iuramento , confirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis,priuilegijs,quoq; & literis Apoſtolicis, generalibus , vel ſpecialibus quorumcũque tenorũ exiſtant, illis præſertim quibus etiam ſub excommunicationis pœna expreſſe inhiberetur, ne huiuſmodi reliquiæ de loco vbi reconditæ fuerint, auferri, & ad alia loca transferri poſſint,quibus omnibus illis alias in ſuo robore permanſuris,quoad præmiſſa derogare intendimus,& expreſſe derogamus per præſentes: cæteriſque contrarijs quibuſcunq;.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſſionis, intentionis & derogationis infringere : vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit , indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum,anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto , ſeptimo Idus Feb.Pon.noſtri anno 17.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Quod reliquiæ poſſint transferri ad monaſterium Sancti Benedicti Valliſoleti.

BEatiſſimè Pater. Cum quam plures Chriſti fideles,tam laicæ,quam Eccleſiaſticę,ſecularesque perſonæ,& ordinum *a* quorumcunque regularea in partibus Hiſpaniæ commorantes,ad monaſteriũ D.Benedicti Valliſoleti per Priorẽ ſoliti gubernari ordinis eiuſdẽ ſancti propter perpetuam inclusionem,& obſeruantiam regularem,quæ in præfato monaſterio Deo cooperante habentur, & obſeruantur: Necnon propter obſequium Dei & officium diuinum,quod continue inibi deuotè expletur & ordinatur , ſingularem gerentes deuotionis affectum,ac ſperantes quod ſanctorum reliquię inibi cum maxima reuerentia & veneratione reuerẽtur & conſeruarentur, pro ornamento & maiori tã illius,quam ad ipſum pro tempore confluentium perſonarum deuotione,aliquas ſanctorũ reliquias, quæ in ſuis eccleſijs ſeu monaſterijs conſiſtunt,præfato & alijs monaſterijs illis aggregatis,ſuper eius perſonas reformatis traderentur libenter,& gratiãter offerrentur. Si eis deſuper A.S.R.licentia concederetur. Supplicat.F.S. Prior & conuentus præfati monaſterij. Quatenus omnibus & ſingulis fidelibus prædictis & ſpecialiter Abbati monaſterij S. Iſidori Legionen.ordinis Sancti Auguſtini,quaſcũque ſanctorum reliquias de eorum eccleſijs ad Sancti Benedicti , & quæcumque alia monaſteria ſeu loca aggregata, ſeu reformata prædicta transferendi, illiſque donandi & concedendi. necnon Priori & conuentui præfatis,aliiſque perſonis dictorũ monaſteriorum huiuſmodi, reliquias recipiendi,& illas in eorum Eccleſijs in loco congruo & honeſto collocandi,& conſeruandi abſque alicuius pœnæ, & excommunicationis , vel alterius pœnæ incurſu plenam & liberam licentiam concedere dignemini,de gratia ſpeciali, non obſtantibus quibuſcumque,etiam ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ per ſedem Apoſtolicam,vel alias factis prohibitionibus ſub quibuſcumque verborum formis,inhibitionibus,& prohibitionibus,necnon cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,ac ſtatutis & conſuetudinibus,etiam iuramento &c Cęteriſque contrarijs quibuſcumque , cum clauſulis opportunis Conceſſum vt petitur,in pręſentia Domini noſtri Papæ Ioan. S.Pauli , & quod ſola ſignatura fiat abſque literarum Apoſtolicarum confectione.Conceſſum Ioan. Cardin. Sancti Pauli. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Septimus Idus Februarij,anno ſexto decimo.

a Vide in 3.to.qq.re. q.55. ar.2.

Pro congregatione Sanctæ Iuſtinæ alias Caſſinenſis.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Quod congregatio poſſit acceptare donatione, & legata ſibi facta & fienda ac pro acceptatione huiuſmodi fienda procuratores conſtituere, ac prout ipſi videbitur in ſuos vſus,ac pro fœlici ſtatu, & directione conuerti licitè poſſint.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Diſpoſitione diuina gregi Dominico quamuis immeriti præſidentes, dum præclara dilectorum filiorum cõgregationis monachorum de obſeruantia S. Iuſtinæ ordinis *b* S.Benedicti merita recenſemus. Intra noſtræ mentis arcana,& ad commendabiles,quibus eorũ miniſterijs erga Deum & homines indeſinenter exuberat fructus , digne noſtros diffundimus cogitatus , votis illis gratum offerimus libenter auditum per quæ ipſorum ſtatui ac indemnitatibus conſuli poſſit, eorumque religio ſalubria iugiter ſuſcipiat incremẽta. Cum itaq; ſicut exhibita nobis nuper pro parte congregationis huiuſmodi petitio continebat,eis diuerſæ donationes , & legata facta fuerint ipſorum monaſterijs , ſiue locis non expreſſis , & propterea ab aliquibus excitetur, an congregatio prædicta cum ſingulares perſonæ proprietatis incapaces ſint præmiſſa ſuper quorum aliquibus lis indeci-

b Vide in 2.to.qq re. q.125. per totam.

Digitized by Google

deciſa pendet, & quæ deinceps eis annuente Domino fient donationes, & legata valeat acceptare. Nos omnem ſuper his ambiguitatis materiam ſemouere, necnon cõſcientiarum ſcrupulis obuiare, cupientes, ipſius congregationis in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod congregatio prędicta donationes, & legata huiuſmodi acceptare, necnõ ipſa vel eius viſitatores pro pręmiſſis, & etiam quę dictis monaſterijs ac locis hactenus facta fuerũt, & in antea fieri contigerit, donationibus, legatiſque vendicandis, ac recipiendis, ſyndicos, ſiue procuratores conſtituere, & deputare, necnon donationes, & legata prædicta etiam quæcunque, & qualiacũque fuerint, prout generali præfatæ cõgregationis capitulo, ſiue dictis viſitatoribus pro tempore videbitur inter huiuſmodi monaſteria, ac loca, illorũque perſonas, & alias in dictæ cõgregationis vſus, ac pro fęlici eius ſtatu, & directione diſpenſari, cõuerti, & diſtribui licite poſſint: authoritate Apoſtolica decernimus, & indulgemus per præſentes. Nõ obſtantibus li is pendentia huiuſmodi ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum locorum, & ordinis prędictorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1431. tertio Id. Nou. Pont. noſtr. anno 1. M. de Gadagnis Gra. de mandato Domini noſtri Papæ P. Coſſel.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Quod monachi licet in diuerſis monaſterijs ſint profeſſi, vnum tamen corpus, & vna congregatio exiſtant.*
2 *De approbatione dictæ congregationis. De annali celebratione capituli generalis. De electione loci ſequentis Capituli. De electione definitorum. De poteſtate deſinitorum.*
3 *Quod ordinationibus dictorum Definitorum ab omnibus dictæ congregationis pareatur.*
4 *Quod dicti deſinitores poſſint eligere Abbates, & Priores, ac eos ad eorum beneplacitum abſoluere & amouere.*
5 *De electione & poteſtate Præſidẽtis, & Viſitatorũ.*
6 *Quod officium Præſidentis & Viſitatorum duret tantum per annum.*
7 *Quod locus capituli non immutetur niſi de conſenſu Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum.*
8 *Quod dictis Viſitatoribus & prælatis omnibus dictæ congregationis obedientia impendatur.*
9 *Quod nullus recipiatur ad profeſſionem, niſi de conſenſu duarum partium conuentus.*
10 *Quod tranſlati de vno monaſterio ad aliud monaſterium dictæ congregationis ſint abſoluti à Priori monaſterio, & in alio pro conuentualibus habeantur ac ſi eſſent profeſſi ibi.*
11 *Quod monaſteria & perſonæ dictæ congregationis poſſint vti præeminentijs & dignitatibus eis a ſede Apoſtolica, vel alias conceſſis, dummodo ordinationibus congregationis non obſiſtant.*
12 *Quod monaſteria non ſint ſibi inuicem ſubiecta.*
13 *Quod acta & inſtrumenta inter congregationem & prælatos volentes reducere, & c. reuocatio priuilegij Martini V.*
14 *Quod electiones prælatorum pertineant ad capitulum generale aut præſidentem, & Viſitatores.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi ex ſolicitudinis debito Paſtoralis ſub regulari obſeruantia ſingulis Altiſſimo ſamulãtibus in his, per quæ ſuis ſtatutis, & indẽnitatib. cõſulitur, nos fauorabiles eſſe deceat, pariter & benignos: præclarã tamẽ dictorũ filiorum monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ congregationẽ ordinis S. Benedicti, ad quos etiam antequam diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumeremur, ſpecialem geſſimus in Domino charitatis affectum, ſpiritualis dono lætitiæ vitam, & conuerſationem contemplãtes, quibus eis alijſque proficiunt, & ſalutaria pijs fidelium mentibus exempla tranſmittunt, tãto ſolertius ea proſequi, necnon inſtaurare ſtudijs geſſimus aſſiduis, per quę cõgregationis huiuſmodi ſtatus fœliciter adaugeri, ſolidarique poterit, quanto per aſſumptionẽ huiuſmodi maior nobis deſuper tributa facultas eſt, & ampliorem Chriſticolis ſperamus inde iugiter prouenire ſalutem. Attento itaque quod fæ. re. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter nonnulla eiſdẽ monachis contulit priuilegia, quæ non vſque adeo ad pleniorem eiuſdem cõgregationis ſoliditatem, augmentumvè ſunt ſufficientia. Idcirco nos propter dictorum monachorũ laudabilem vitam, & exemplares mores nobis à diu cognitos, præfatum prædeceſſorem noſtrum, ſequentes, atque vbi opportunum fuerit, nõnulla innouantes, & adijcientes proprio motu authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, nec non irrefragabili perpetuaque conſtitutione ſancimus: & pręſentiũ ſerie ſtatuimus, volumus pariter & ordinamus q̃d omnes & ſinguli dictæ congregationis ordinem 1
ipſum profeſſi præſentes & futuri, quãuis in diuerſis pro tẽpore monaſterijs, ſiue locis morentur, vnũ tamen corpus, & vna congregatio exiſtant. Quam 2
quidem congregationẽ authoritate etiam, & ſcientia ſimilibus approbamus, & vt à Chriſti fidelib. in reuerentia, & deuotione habeatur, hortamur, eãq; ſub ordine & regula B. Benedicti eſſe declaramus, ac ſtatuimus, quodque pro eorũ ſalubri ſtatu in loco ad id congruo generale iuxta laudabilẽ quæ deſuper dudum viguit conſuetudinem, capitulũ per cor *a* ſingulis annis celebretur, nec illud poſtquam inchoatum fuerit, donec pro alio futuro celebrando capitulo ſimilis locus electus, & acceptatus extiterit, quomodolibet diſſoluatur. In quo quidẽ capitulo *b* nouem ex ijs, qui in illo habere vocẽ poſſunt eligantur diffinitores, qui ſic electi totum capitulũ præfatum repræſentantes pro ſalubri dictæ congregationis ſucceſſu, ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes, ac omnia & ſingula quę in ſpiritualibus & temporalibus ipſius congregationis, ac pręfatæ regulæ ſtatum, obſeruãtiam & indemnitatem necnon circa diuini officij directionem & ordinationem abſque tamẽ ipſius regulæ variatione, ſubſtantiæ, vel effectus interpretationẽ, declarationẽ quomodolibet concernere poterunt authoritate prædicta inſtituendi, *c* ordinandi, & interpretãdi, declarandi, necnõ ea quæ ſic inſtituta ordinata, interpretata, vel declarata fuerint, in toto vel in parte prout rerũ & temporum qualitates exegerint, amouendi, alterandi, & in melius commutandi plenam & liberam in omnibus habeant facultatem. Quorum Definitorum ſtatutis, conſtitutionibus, ordinationibus, definitionibus & correctionibus, ſinguli de cõgregatione huiuſmodi, cuiuſcunq; digni- 3
tatis, ſtatus, gradus, ſiue conditionis exiſtant, in omnibus efficaciter parere teneantur. Volentes ac ſtatuentes, quod huiuſmodi Definitores de prædictis monaſte-

a De reſtitutione capitulorũ generalium, ſimul & vocalium. Vide in 3. to. q. 9. reg. q. 67. per totam.

b De celebratione capitulorum. Vide in to. 1. q. 9. reg. q. 41.

c Quid fieri debeat in capitulis generalibus. Vide in d. q. 67. ar. 3. & in d. q. 41. ar. 3.

monaſterijs,& locis,ac eorum bonis,prout vtilitatibus præfatę congregationis videbitur eis expedire,liberè diſponere, necnon eos ex ipſis monachis præſentibus & futuris, quos ad idoneos iudicauerint in *a* Abbates & Priores vacantium pro tempore monaſteriorum ac prioratuum huiuſmodi, alias iuxta dictæ congregationis inſtitutiones,ordinationes,& ſtatuta eligere,ſiue nominare,necnon ad beneplacitum *b* eorum aliter electos , ſiue nominatos abſque aliqua cauſæ cognitione à regimine, & adminiſtratione dictorum monaſteriorum & prioratuum,quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere, & amouere; ac etiã omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis omnib. & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna fuerint,facere, & exequi liberè & licitè poſſint, & valeant. Planè ne poſt diſſolutionem huiuſmodi capituli prædicta congregatio regiminis ſolatio deſtituta remaneat,quoque vel plures prout definitoribus huiuſmodi viſum fuerit, viſitatores *c* deputentur, quorum vnos iuxta ipſorum definitorum diſpoſitionem Præſidentis vocem,nomenque ſuſcipiat, & ad eum ſecundum huiuſmodi decreta capituli ſingula prædictæ congregationis negotia deferantur.Ipſique Præſidens & viſitatores omnia,& ſingula faciant,diſponant,& exequãtur,ſuper quibus ab huiuſmodi capitulo muniti poteſtate fuerint,vel quæ ab eo receperint in commiſſis, aut alias iuxta eorum conſtitutionis,& ſtatuta,quorum officia vſq; ad ſequens anno proximè futuro tũc celebrandum huiuſmodi congregationis capitulum dumtaxat durent; locus autẽ capituli prælati,poſtquam electus & acceptatus fuerit abſque rationabili cauſa,de Præſidentis quoque , necnon maioris partis viſitatorum eorundem aſſenſu nullatenus immutetur,Præterea omnes & ſinguli præſentes & futuri dictæ congregationis prælati , necnõ monachi,conuerſi,& commiſſi,ſub præfatorum viſitatorum & conſequenter illorum prælatorum in quorum monaſterij , ſiue locis ipſi monachi conuerſi, & commiſſi morãtur,*d* obedientijs inſiſtãt eas hinc inde, prout decens fuerit, humiliter impenſuri, & inſuper ne facilitate præcipiti,religionis iugũ quis acceptet,nullus ex monaſteriorum,ſiue locorũ huiuſmodi prælatis abſque deliberatione matura,nec non duarum partium ſui conuentus aſſenſu quempiam in monachum, ſiue conuerſum monaſterij,ſiue loci cui præſit quomodolibet ad profeſſionẽ *e* recipiat,aliter vero inibi recepto ; niſi poſtea prædictus accedat aſſenſus ſtandi, vel morandi ibidem ſit pœnitus interdictum , Sanè vt cuiuſlibet materia turbationis adempta perſonæ congregationis huiuſmodi quietius valeant Altiſſimo famulari , omnes & ſinguli quos de prioribus in quibus profeſſi fuere monaſterijs, & locis ad alia præſentia,& futura dictæ congregationis monaſteria , ſiue loca iuxta ordinationem capituli huiuſmodi transferri contigerit,aut aliis pro conuentualibus quomodolibet deputari,ex tunc ab ipſis prioribus,monaſterijs, ac locis realiter abſoluti ſint, & aliorum monaſteriorum, locorumque prædictorum , quandiu ſteterint ibi monachi, ac ſuppoſiti reputentur , & pro conuentualibus inibi habeantur in actibus & negotijs capitularibus , ac ſi ibidem profeſſi forẽt , Porrò ne præmiſſorum occaſione monaſterijs, & locis congregationis huiuſmodi , vel eorum alicui detractum foret quomodolibet exiſtimetur omnia monaſteria & loca præfata,necnon *f* ſingulum prælati,ac perſonæ quibuslibet eis à ſede Apoſtolica vel alias qualitercunque conceſſis de iure, ſeu conſuetudine quomodolibet debitis, iuribus, præeminentijs,ac dignitatibus in concuſſe gaudeãt & vtantur,dummodo illa præmiſſis, & alijs huiuſmodi Congregationis ordinationibus, & inſtitutis non obſiſtant , *g* nec propterea ex monaſterijs ipſis vnum reputetur,alteri ſubiectum, ſed eis in ſua libertate remanentibus, illa viciſſitudinis admiraculo coniuncta ſub fœlici dictæ congregationis regimine vniformi regularis obſeruantiæ greſſu , ſibi inuicem ſuffragentur. Adijcientes quod quotieſcumque prælatus aliquis monaſteriorum cui præfuerit , ad eiuſdem congregationis obſeruantiam reducere, & ſub illa reformare delegerit, iuxta ſtatuta,decreta, necnon ordinationes cõgregationis huiuſmodi,prout congruentius poterit ipſam reformationem *h* faciat eiuſq; deſuper acta , *i* conuentiones,& modi quæ de conſenſu congregationis eiuſdem vel illorum , quos ad id deputauerit,in formã publicam redacta fuerint,eo ipſo confirmationis Apoſtolicæ ſint robore ſuffulta. Sanè cum præfatus prædeceſſor prædictæ congregationi cõceſſerit,quod vacantibus monaſterijs quæ tũc erãt dictæ congregationis electione rite & canonicè celebratæ à duabus partibus eligentiũ authoritate Apoſtolica confirmata,*K* ipſo facto cenſerentur.Quodque de omnibus redditibus monaſteriorum prædictorum quinta pars pro decenti ſuſtentatione prælatorum deputaretur , aliæ vero quatuor partes per cellatarios abſque contradictione Prælatorum,in monachorum,& conuentuum vtilitatibus diſpenſarentur, Nos attendentes , quod huiuſmodi ordinationes & decreta non ad conſeruationem & augmentum dictæ congregationis, ſed ad eius diſpendium maximum cederent,& detrimentum ; omnia & ſingula ſtatuta , & decreta, electionum , & redditium diuiſiones huiuſmodi reuocamus , pariter & annullamus, Volentes *l* & ſtatuentes quod electiones Abbatum & Priorum ad dictæ congregationis capitulum generale , aut Præſidentem & viſitatores iuxta conceſſam eis, vt præmittitur facultatem, ac eorum conſtitutiones, & ſtatuta pertineant, quibus taliter electi iuxta regulam B. Benedicti , & eorum conſtitutiones monaſteria ipſa, ſiue loca & eorum bona,tam in ſpiritualibus , quam temporalibus regendi , & gubernandi, licita ſit facultas & libera.Non obſtantibus præmiſſis,& alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,etiam ſi de illis ſpecialis & expreſſa ac de verbo ad verbum præſentibus mentio habenda eſſet,Quibus quoad præmiſſa ſpecialiter derogamus , necnon monaſteriorum, prioratuum & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,cæteriſque contrarijs quibuſcunque, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis , ordinationis,approbationis, hortationis,declarationis,conſtitutionis,adiectionis,reuocationis,annullationis, voluntatis,ſtatuti , & derogationis infringere , vel ei auſu temerario contraire . Siquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei , ſe nouerit incurſurum . Datum Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Dominicæ 1434. Nono Kal.Decembris , Pontificatus noſtri anno ſecundo. A.de Florentia duplicata P, gratis de mandato Domini noſtri Papæ Ioannis de Steccatis.

Margin numbers and notes (left): 4 — *a Vide in 2.10.qq.re. q.53.ar.1.2.& 3.* — *b Ad beneplacitũ cũ cauſa tamen Vide in 2.10.qq.reg.q.25.a.1.& 2.& 3.* — 5 — *c Vide in 3.10.qq.re.q.77.per totam quæſtionem.* — 6 — 7 — 8 — 9 — *d Vide in 3.10.qq.re. q.19.* — *e Vide in 3.10.qq.re. q.17.ar.7.* — 10 — 11 — *f De communicatione priuilegio vide in 10.1.qq.re. q.51.ar.6.*

Margin numbers and notes (right): *g Vide in 4.q.11.ar. fin.* — 12 — 13 — *h Ad prælatos pertinet reformatio vide in 2.10.qq.reg. q.47.* — *i Vide in 10.1 qq.re. q.37.ar.3.* — *K De confirmatione electorũ vide in 2.10.qq regul.q.12.ar.2.& q.13.art.6.* — *l Vide in 3.10.qq re. q.52.*

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

1 *Quod monaſteria congregationis S. Iuſtinæ per Prælatos congregationis regantur.*

2 *Quod capitulum ſiue Præſidens cum maiori parte viſitato-*

viſitatorum poſſint eligere ex monaſterijs Abbates, & Priores, & ad eorum nutum amouere.

3 *Quod taliter electi poſſint regere monaſteria, & omnia facere, ac ſi munus benedictionis impenderetur.*

4 *Quod nullus poſſit accipere commendam, ſiue adminiſtrationem monaſteriorum vel ſuper eorum fructibus penſionem acquirere.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi monaſteria, piaque loca ſingula, necnon in illis ſæculi deſiderijs abdicatis omnium conditori Domino ſub regulari caſtimonia famulantes, Apoſtolicis fauoribus & præſidijs, ex iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio cõfouere teneamur. Monaſteria tamen, & loca commendabilis, Deoque & hominibus acceptæ congregationis monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ ordinis S. Benedicti, necnon eorum perſonas ob multiplices quos exemplari vita conferunt in Dominico grege fructus ſpecialibus affectionibus, & gratijs proſequi ſatagimus, & vt eorum per amplius ad ædificationem plurimorum ſolidetur ſtatus, ac ſuccedat, & propagetur religionis exiſtentia ſalutaris, potiores curas & ſolicitudines aſſiduis ſtudijs adhibemus. Cupientes igitur vt noſtrę prouiſionis ope monaſteria, Prioratus, & loca congregationis huiuſmodi votiua iugiter in ſpiritualibus ac temporalibus incrementa ſuſcipiant, & de illis quæ diſpendium, necnon inconuenientium poſſent eis occaſionem congerere & via prout opportunum fuerit, penitus adimatur. Motu proprio non ad congregationis prædictæ, vel alterius pro ea nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam præſentis perpetuo valituræ conſtitutionis edicto Apoſtolica authoritate ſtatuimus & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus monaſteria, & prioratus congregationis huiuſmodi,
1 quæ nunc ſunt, & ſucceſſu temporis, authore Domino prædictæ congregationi quomodolibet vniẽtur incorporabuntur, aut ſubijcientur per prælatos dumtaxat de congregatione a prædicta regantur, & gubernentur, & quoties illa vbicumque etiam apud ſedem Apoſtolicam, & qualitercumque vacare contigerit, etiam ſi quæuis ſpeciales, vel generales de illorum prouiſionibus, ſiue diſpoſitionibus per ipſam ſedem reſeruationes factæ fuerint capitulum, ſi tunc celebretur, alioquin præſidens cum ad hoc iuxta eorum conſuetudines, & ſtatuta deputatis, illos ex ipſis monachis præſentibus, & futuris, quod ad id b idoneos fore crediderint in Abbates, & Priores tunc vacantium monaſteriorum & Prioratuum huiuſmodi, alias iuxta dictæ congregationis ordinationes & ſtatuta, eligere, ſiue nominare, necnon ad nutum & beneplacitum eorum taliter electos ſiue nominatos à regimine,
2 & adminiſtratione dictorum monaſteriorum, & prioratuum quibus tunc præfuerint, & quę tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere & amouere. Præfatique ſic electi, & nominati abſque alicuius ſedis prædictæ, vel alterius prouiſionis, ſiue diſpoſitionis adminiculo, & præter hoc quod eis propterea munus benedictionis impendatur, illis monaſterijs, & prioratibus, ad quæ ſic electi, ſiue nominati fuerint præeſſe: ac illa in huiuſmodi ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare: necnon omnia & ſingula, quæ per Abbates, & Priores aliorum monaſteriorum, & locorum dictæ congregationis iuxta illius ſtatuta & ordinationes huiuſmodi fieri poterunt, facere & exercere
3 libere & licitè valeant. Et vt perſonæ congregationis huiuſmodi eo liberius quo quietius Altiſſimo ſua dirigere vota poſſint, & ſuper prædictis illius monaſterijs, prioratibus, & locis aliorum potius facultates, & redditus, quam proficere in dicta congregatione quærentium motibus, & inſtantijs improbis non turbentur, per quaſcumque literas Apoſtolicas etiam motu ſimili, & cum reſeruationibus permiſſis, ac quibuſcumque derogatorijs, propter quas effectus præſentium quomodolibet impediri, vel differri poſſint clauſulis conceſſis hactenus, ac in poſterum concedendis aduerſus noſtra ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, nullus de prædicta congregatione, vel alter cuiuſcumque ſtatus, gradus ordinis ſeu conditionis ſit: etiam ſi Cardinalatus Pontificali, vel alia quauis digni-
tate præfulgeat, aliquid ex ipſis monaſterijs, Prioratibus, & locis eiuſdem congregationis titulum, aut commendam, ſiue adminiſtrationem, vel alias ſeu ſuper quibuſuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, quamcunque penſionem ſibi vendicare, vel ius deſuper acquirere poſſit: niſi in dictis literis de præſentibus ac ipſa congregatione ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, & alias ex ipſarum tenore literarum euidenter apparuerit, ſingulos Romanos Pontifices, qui eas conceſſerint ex certa ſcientia cum rationabilibus ſubiectione cauſæ prædictis noſtris ſtatutis, & ordinationibus derogare voluiſſe, atque velle. Decernentes ipſas literas ad aliquod ex eiſdem monaſterijs, prioratibus, & locis ipſius congregationis, alias contra huiuſmodi noſtrorum ſtatutorum, & ordinationum continentiam, atque formam nullatenus extendi debere: necnon irritum & inane quidquid in contrarium à quocunque quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Rurſus interdicimus omnibus & ſingulis, etiam præmiſſa dignitate prælitis, ne ſub excommunicationis pœna, quam alias ipſo facto incurrant, contra noſtra ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi poſtquam eis illa innotuerint, vel facta ipſis fides extiterit, quocumque quæſito colore, quempiam de dicta congregatione ſuper quouis ex illius monaſterijs, prioratibus, & locis prædictis ratione tituli, ſiue commendæ, & adminiſtrationis, aut penſionis huiuſmodi, vel alias impetere, ſiue moleſtare quoquo modo præſumant. Non obſtantibus reſeruationibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs & indultis Apoſtolicis, quæ ad impediendum, vel differendum effectum huiuſmodi, aut quominus ipſa noſtra ſtatuta, & ordinationes vim, vigoremque perpetuos habeant, alicui nullatenus ſuffragentur, ac monaſteriorum, Prioratuum & locorum congregationis, necnon ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, & interdicti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto. Tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto. A. de Florentia duplicata, gratis mandato Domini noſtri Papæ Ioannes de Steccatis.

a Vide in 2.10.qq.re. q.12.ar.8.

b Dignum eſt eligendum vide in 2.10. q.99.regu. q.13.ar.2. 3.& 4.

Bulla

Bulla Septima.

S V M M A R I V M.

1 *Quod congregatio ſit exempta ab omnibus legatis Epiſcopis, & quibuſcumq; alijs iuriſdictionibus habentibus ordinariam, contrafacientes excommunicantur.*

2 *Quod Prælati vel monachi non compellantur adire ad Concilia.*

3 *Quod non valeant cogi, quod miſſæ, aut alia celebrentur, in eorum locis nec incarcerentur aliqua perſona.*

4 *Quod monaſteria & eorum loca ſint exempta ab omnibus gabellis, &c.*

5 *Quod Prælati vel monachi non poſſint interdici, ſuſpendi, excommunicari, nec ad iudicium, &c.*

6 *Quod Diœceſani non permittant grauari tallys collectis, gabellis, aut ſubſidijs & charitatiuis loca & perſona, &c.*

7 *Quod loca congregationis ſint exempta ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, &c.*

8 *Quod ſint libera ab omnibus cenſibus, &c. Ratione viſitationis, ſubiectionis debendis quibuſcunque ordinarijs, &c.*

9 *Quod nullus præſumat exigere primitias, decimas, quarteſias de quibuſcunque poſſeſſionibus, &c.*

10 *Quod monaſteria poſſint acquirere hereditates legata & fideicommiſſa, &c.*

11 *Quod ipſi monachi poſſint petere bona eis debita, &c*

Quod bona, firma & illibata ſeruentur.

12 *Quod qui contra hoc indultum venerit, &c. ſit excommunicatus.*

13 *Quod nulla præſcriptio currat, &c.*

14 *Quod impedientes perſonas venientes ad religionem, excommunicentur, &c.*

15 *Quod nemo extrahat aliquem de religione, vel retinere, &c.*

16 *Quod non teneantur exequi literas ab aliquo impetratas, &c.*

17 *Quod non poſſint cogi ſubire iuramentum, &c. vel ad ferendum teſtimonium.*

18 *Quod teſtimonia perſonarum dictæ congregationis legitima ſint in cauſis ipſorum, &c.*

19 *Quod per aliquem actum contra priuilegia conceſſa non præiudicetur, &c.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Etſi ex debito miniſterij Paſtoralis quibuſlibet perſonis regularem vitã profeſſis nos doceat eſſe in ſuis opportunitatibus & commodis fauorabiles & benignos, cõgregatione tamẽ monachorũ de obſeruantia S, Iuſtinæ ordinis S. Benedicti ob laudabilis vitæ merita, & virtutũ incrementa, tanquã nouellã plantationẽ à non nullis annis citra in præfato ordine renaſcentẽ, ad cuius incrementũ, & bonũ regimẽ etiam dũ in minoribus cõſtituti eramus impendimus opẽ & operã efficacẽ. Eos nunc ad apicẽ ſummi Apoſtolatus aſſumpti propẽſiori charitate complectimur quo pretioſiores ac vberiores fructus per eorũ labores & operã diligentẽ conſpicimus in populum Domini prouenire. Cupiẽtes igitur vt ipſi eo quietiori animo valeãt reddere Altiſſimo vota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare, quo fuerint ampliorib. per ſedem Apoſtolicã priuilegijs, indulgentijs, & gratijs communitis motu proprio, non in ipſorum monachorũ, aut alicuius vlterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios cõgregationẽ præfatã, eiuſq; Præ

Vide in 2. co. qq. reg. 9.63.

vſidentis, & maioris par-

fidẽtes, Viſitatores, Abbates, ·onis eiuſdem ſub pœ-

nachos, cõuerſos, cõmiſſos, non ipſo facto incurrãt: a

lanos qui tẽpore fuerint, ẽt curã h·i priuilegio infra

necnon familiares, & ſeruitores ipſoru huiuſmodi non

in præfata cõgregatione, & in futurũ p abiecerint,

erũt, ac ẽt ipſius monaſteria, prioratus, & ··g ſede A-

nunc ſunt & in poſterũ Cõgregationi prædic· n poſ-

cunque vniri vel incorporari, ſeu ſubijci vel agg· m,

gari cõtigerit. Necnon omnia & ſingula dictorum monaſteriorũ, prioratuũ, & locorum, vt præmittit' præſentiũ & futurorũ eccleſias, capellas, etiã ſi ipſis cura animarũ immineat oratoria, manualia, mẽbra, caſtra, fortalitia ædificia, villas, grãgias, vineas, oliueta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molẽdina, aquas aquarũ decurſus, iura, iuriſdictiones, prædia poſſeſſiones quaſlibet, & beneficia quæcunq; quæ in præſenti ſunt, & in futurum erũt, dictæ congregationis & quæ omnia & ſingula per eorũ vocabula, fines, valores quãtitates, & qualitates hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis à quorumcũque legatorũ, delegatorũ, & ſubdelegatorũ, nec nõ nunciorũ Apoſtolicorũ ſedis ac vicariorũ, Rectorũ, & quorumuis officialiũ Romanæ Eccleſiæ, ac ẽt Patriarcharũ, Archiepiſcoporũ, Epiſcoporũ, electorũ, adminiſtratorũ, & aliorũ quorumcunq; iudicum, ordinariorũ, quouis nomine & poteſtate fungantur, locorum, ordinariorum, ditione, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: ita quod in dictam congregationem vel eius ſingulares perſonas ſeu benefactores occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſmodi monachis conuerſentur, ſeu ab eis recipiant abſolutionis beneficium, & Euchariſtiæ ſacramentum, necnon in monaſteria, prioratus, loca, & perſonas in eis degentes, ratione delicti, exceſſus ſeu cõtractos, aut rei de qua agitur vbicunque ineatur cõtractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſuis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione ſedis Apoſtolicæ, & de indulto huiuſmodi, ac congregatione prædicta mentionem expreſſam faciente quomodolibet directe & indirecte ferre, promulgare non poſſint. Decernentes ex nũc quidquid in contrarium actum fuerit irritum & inane, nulliuſque fore roboris, vel momenti, de ſpecialia dono gratiæ plenitudine poteſtatis, tenore præſentium protſus eximimus, & totaliter liberamus, illaque omnia, & ipſorum quodlibet, in ius & proprietatem Beati Petri, & ſedis eiuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra, retento nobis & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in feſto B. Petri & Pauli annis ſingulis nobis, & cameræ Apoſtolicæ perſoluendo, auri vnciæ vnius in ſignum perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod ſi huiuſmodi legati, aut ordinarij, ſeu perſonæ ſupradictæ, contra prædictam, vel aliquod prædictorum non ſolum facere, ſed attentare quomodolibet præſumpſerint, & requiſiti per eiuſdem congregationis prælatus, vel monachos, ſuper notificationem præſentis priuilegij, vt deſiſtant, & id facere neglexerint, infra tres dies à die requiſitionis, ſiue notitiæ vt præfertur, eo caſu ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & nihilominus quod aliter actum eſt, eo ipſo ſit irritum &
inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momẽti. Inſuper cũ contigerit fieri concilia generalia, prouincialia, ſeu ſynodalia etiam Apoſtolica, aut quauis auctoritate firmata, ſeu quaſuis congregationis quouis nomine cenſeantur, eccleſiaſticarum vel laicarum perſonarum cuiuſuis dignitatis, aut ſtatus exiſtant præfati Prælati ſeu monachi ad ea ire, ſiue mittere, niſi ad ipſius congregationis capitulũ ge- 2

a Vide in 1.10. qq. re. q. 30. ar. 9.

F nerale

que exhibitus fuerit, vel oſtenſus in omnibus ſtetor firmiter,& adhibeatur plena fides ſicut eiſdem literis originalibus adhiberetur,ſi forent exhibire, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum vobis de noub ius acquiri volumus,ſed antiquũ dumtaxat ſi quod ſit conſeruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis,voluntatis conſtitutionis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, & vniuerſalis Eccleſiæ ſe nouerit incurſurum. Datum Baſileæ XI.Kal. Aprilis,anno à Natiuitate Domini 1437.

Viuæ vocis oraculo Martini V.

MArtinus V.cum ſæpe boni religioſi ex charitate,vel prælatorum obedientia cogũtur ad confeſſiones audiendas,& ſint multiplices,& inexplicabiles ſententiæ excommunicationis in corpore iuris,quarum nonnullæ etiam aperitiſſimis ignorantur: ex quo dicti religioſi propter conſcientiæ timorem, quoniam dubitant ſe incurriſſe in aliquã cenſuram Eccleſiaſticã abſoluendo inaduerteuter aliquos aliqua excommunicatione innodatos, cuius excommunicationis abſolutio ſuperiori reſeruatur, ne dicti religioſi cogantur contra charitatẽ & prælatorum obedientiã facere, vel præfatas metuere ſcrupuloſitates conceditur, quod dicti religioſi, ſi præfata, vel ſimili cauſa inaduertenter incurrerint,irregularitatem, vel excommunicationẽ poſſint per eorum idoneos confeſſores authoritate Apoſtolica abſolui & diſpenſari cum oportuerit. Et quod prędicta vires habeãt oraculo viuę vocis nõ obſtante,quod non fiat bulla,vel quibuſcunque alijs contrarijs, niſi ex craſſa, & ſupina ignorãtia cenſuram,vel irregularitatem incurrerint.

INNOCENTIVS PAPA SEPTIMVS.

Pro fratribus Prædicatoribus.

Bulla Vnica.

SVMMARIVM.

Fratres ex obedientia itinerantes, & non habentes copiam confeſſoris ordinis poſſunt alteri presbytero confiteri.

INnocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs magiſtro Generali. Prouincialibus, Prioribus ordinis Prædicatorum,ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ. Prouenit ex veſtræ deuotionis affectu, quo nos & Romanam Eccleſiam reueremini vt petitiones veſtras (illas præſertim, quæ fratrum veſtri ordinis animarumque ſalutem concernunt) & quas ex deuotionis feruore prodire conſpicimus, quantũ cum Deo poſſumus ad exauditionis gratiam admittamus. Sanè petitio pro parte veſtra nobis nuper exhibita continebat, quod plerumq; contingit, nonnullos ex fratribus veſtri ordinis, per eorum ſuperiores ad diuerſas mundi partes, negotijs pro tempore ingruentibus deſtinari, & huiuſmodi fratres neminem interdum ex fratribus eiuſdem ordinis præſertim presbyterum penes ſe habere, cui ſua peccata valeant confiteri. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt animarum fratrum eorundem ſaluti, & eorum quieti prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, fratribus huiuſmodi, quos pro tempore (vt præfertur) itinerare: & per eorum ſuperiores mitti contigerit, vt ſi aliquem presbyterũ idoneum ex profeſſoribus dicti ordinis habere nõ poſſint quemcunque alium presbyterum idoneum & diſcretum religioſum, vel ſecularem, in eorum confeſſorem eligere valeant, qui confeſſiones eorũ audire & eorum confeſſionibus diligẽter auditis, pro commiſſis eis debitam abſolutionem impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere, libere & licitè poſſit niſi talia fuerint, propter quæ ſedes Apoſtolica ſit merito conſulenda authoritate Apoſtolica de ſpeciali gratia, tenore præſentium indolgemus, nulli ergo, &c. Dat. Viterbij 16. Kal. Nouẽb. Pontifi. noſtri, anno 1.

Vide in 1. to. qq. regu. q. 69. ar. 1.

IOANNES PAPA VIGESIMVS TERTIVS.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla Prima.

SVMMARVM.

Abbas Ciſtercij. & capitulum generale, monaſteria, tam monachorum, quam monialium, & prioratus ordinis pauperioribus monaſterij eiuſdem ordinis vnire valent, ac poſſeſſionem accipere, diœceſani aut cuiuſuis alterius licentia minime requiſita, non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis ordinationibus & monaſteriorum conſtitutionibus etiam iuramento firmatis.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs Abbati monaſterij Ciſtercij Cabilonẽſis diœceſis, eiuſque coabbatibus vniuerſis in eorũ generali capitulo quandocunque congregandis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis, ſub qua mundanis calcatis illecebris deuotũ & ſedulum in humilitatis ſpiritu exhibetis Altiſſimo famulatum, merita promereutur, vt ea quæ veſtræ religionis,& ordinis commoditatem reſpiciũt fauore vobis beneuolo cõcedamus. Hinc eſt quod nos volentes veſtræ paci & tranquillitati conſulere, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt quæcunque monaſteria dicti ordinis, tam monachorum quam etiam monialium, & quorum facultates fructus redditus, & prouentus non ſufficiunt ad ſuſtentationem tot regularium perſonatũ in eiſdem monaſterijs, pro tempore degentiũ, quor in eis pro augmento diuini cultus, ac miſſis & alijs diuinis officijs celebrandis, ſecundum eiuſdem ordinis ſtatuta,& præmiſſorum, ac regularium ceremoniarum obſeruantiam requiruntur alijs monaſterijs religionis, & ordinis prædictorum pro commodiori ſuſtentatione degentium in eiſdem; & quãdo pro ſtatu & quiete huiuſmodi perſonarum id noueritis expedire (ſuper quibus veſtras cõſcientias oneramus) cum omnibus iuribus,& pertinentijs ſuis vnum videlicet alteri monachorum, & aliud alteri monialium monaſterijs eiuſdem ordinis monaſteria, cuiuſcunque taxæ, ſeu annui valoris fuerint,& quæ cum eorum iuribus,& pertinentijs ſuis vniuerſis præſentibus haberi volumus pro expreſſis, authoritate Apoſtolica annectere & vnire: ita quod cedentibus, vel decedentibus huiuſmodi monaſteriorum Abbatibus, vel Abbatiſſis, ſeu Prioribus, vel Prioriſſis (ſi monaſteria ipſa per priores, aut Prioriſſas fuerit ſolita gubernari) aut ea quomodolibet dimittentibus, liceat alijs Abbatibus,& Abbatiſſis, aut Prioriſſis, quorum monaſterijs alijs ſic vacantia venient vnienda, corporalem

Vide in m. 3. qq. regu. q. 80. ar. 1. & 2.

poſſeſſio-

Digitized by Google

poſſeſſionem huiuſmodi vacantium monaſteriorum,iurjumq; & pertinētiarum prædictorū authoritate propria apprehēdere, & perpetuo retinere, ac fructus,redditus,& prouentus dictorum monaſteriorū vniendorum in ſuos vſus, ac pro ſuſtentatione huiuſmodi perſonarum degentium in eiſdē libere conuertere, diœceſani loci aut cuinſcunq; alterius ſuper hoc licentia minimè requiſita, liberè & licitè valeatis, deuotionis veſtræ de ſpecialis dono gratiæ concedimus per præſentes.Non obſtātibus quibuſcūq; reſeruationibus generalibus, vel ſpecialibus de huiuſmodi, vel alijs monaſterijs ordinum quorumcunque per nos,aut ſedem Apoſtolicā hactenus forſan factis,necnon conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis,atque noſtris,ac ſtabilimentis,ſtatutis, & cōſuetudinibus monaſteriorum,& ordinis prædictorum, etiā iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quacunq; firmitate alia roboratis, cæterisque contrarijs quibuſcūque.Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginā noſtræ voluntatis,& conceſſionis infringere,vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,& Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.Datum Conſtantiæ 7.Kal.Febru, Pont.noſtri, anno 5.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

Omnia & ſingula priuilegia immunitates,libertates, & exemptiones per quoſcunque Romanos Pontifices,aut Reges ordini Ciſterc:enſi conceſſa,approbantur & confirmantur. Decerniturque, vt illa vbicunque,& quandocunque fuerint exhibita in perpetuū obſeruentur,quicquid vero contra hanc approbationem à quoquam quauis authoritate contingerit attentari,irritum eſt,& inane.

De confir. priuil. Vide in 1. 20.qq.regu. gul.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Et ſi quibuſlibet perſonis Eccleſiaſticis,ac religioſis; præſertim illis, qui mundi contemnentes illecebras in humilitatis habitu Regi cunctorum Principum abſtinentia, & diuinis officijs ſuas animas deuouerunt,ex paternæ pietatis officio teneamur aſſiſtere,profeſſores tamē Ciſtercienſis ordinis vtriuſq; ſexus eo feruentiori charitate cōplectimur, quo ipſum ordinem in Dei Eccleſia conſpicuum & inſignem vberiori dilectione proſequimur.Vnde ſi quando priuilegia,gratiæ, & Indulta,pro exaltatione, & incremento eiuſdem ordinis,ac pace, & tranquillitate in eo virtutū Domino militantium, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,aut Imperatores,& Reges conceſſa,& indulta comperimus, vt perpetuā firmitatem obtineant,ea merito Apoſtolici roboris clypeo cōmuniti. Sane petitio dilectorum filiorum Abbatis monaſterij Ciſterciēſis, Cabilonēſis diœceſis, eiuſque coabbatum,Abbatiſſarū,& conuentuum ordinis eiuſdem nobis nuper exhibita cōtinebat, quod olim nonnulla priuilegia, immunitates,exemptiones,libertates,gratiæ conſeruatoriæ, & indulta per fæ.re.Innocentium IIII.Alex.IIII. Vrba.IIII.Gregor.IX.Honor.III.Clem.V.& quā plures alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pōtificibus in eorū obedientijs habitos, ac etiā per recolendæ memoriæ prælatos, Pontifices,ac Imperatores Romanos, & alios Reges pro augmento diuini cultus,ac ſaluberrimo ſtatu & incremento ordinis prælibati cōceſſa fuerint pariter & indulta. Verū(ſicut eadem petitio ſubiungebat) cū cōtingat interdū dicti ordinis profeſſi cōtra huiuſmodi priuilegia & indulta per locorum ordinarios,ac prælatos & alios,qui nomen Domini in vacuum recipere non formidāt, indebite moleſtari: pro parte Abbatis Ciſtercij, coabbatum eius Abbatiſſarum,& conuentuū ordinis prælibati nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi priuilegijs gratijs & indultis, ac literis prædeceſſorum prælatorum,Pontificum,Imperatorum,& Regum præfatorū robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, & alias ad eorū perpetuum robur obtinendum partes Apoſtolicæ prouiſionis interponere de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos igitur eorundem prædeceſſorum veſtigijs inhærentes, ac cupientes tranquillitati, & paci Abbatum & Abbatiſſarū & conuentuum,ac profeſſorum huiuſmodi quantum cum Deo poſſumus prouidere,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati priuilegia, immunitates, libertates,exemptiones, conſeruationes,gratias,& indulta per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu pro Romanis Pontificibus in eorū obedientijs habitos,Abbatibus dicti monaſterij Ciſtercienſis, eiuſque coabbatibus, abbatiſſis,& conuentibus ordinis eiuſdem,coniunctim, vel diuiſim (vt præfertur)conceſſas & conceſſa,nec non Prelatorum,Pontificum, Imperatorum, Regum & Dominorum tēporalium literas huiuſmodi,& omnia, & ſingula in eis contenta, prout rite,& iuſte,ac rationabiliter proceſſerunt & præfato ordini fuerūt indulta,ex nūc in perpetuum authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus,ac etiam confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Vniuerſos, & ſingulos Eccleſiæ Prælatos, Patriarchas,Primates, Archiepiſcopos,Epiſcopos, Abbates,Priores,Decanos,Archidiaconos,Præpoſitos, Archipresbyteros, officiales, necnon Principes Chriſtianos, quacunque dignitate fulgentes, & eorum officiarios, ciuitatum quoque,villarum, ſeu communitatum Rectores, & maiores rogātes, monentes,& hortantes,attente, eiſque per Apoſtolica ſcripta in virtute obediētiæ diſtricte præcipiēdo,mandantes, quatenus prædictos Abbates,Abbatiſſas,conuentus,& perſonas ordinis prænominati, præiactis priuilegijs,immunitatibus,exemptionib, libertatibus,gratijs,conſeruatorijs,& indultis gaudere permittant pacifice, & quiete. Decernētes ea vbicunque,& quandocunque exhibita fuerint,vel oſtenſa in perpetuum obſeruanda; ac ex nunc irritum,& inane quidquid contra approbationē, cōfirmationem,communitionem,& decretum noſtra huiuſmodi à quocunque & quauis authoritate ſciēter,vel ignoranter contigerit quomodolibet attētari.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, cōfirmationis,cōmonitionis,rogationis,monitionis, hortationis,mādati & cōſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c,Dat. Conſtant.7. Kal. Februarij Pontificatus noſtri,anno 5.

EVGENIVS PAPA QVARTVS,

Pro congregatione Sancti Benedicti Valliſoleti.

Bulla Prima.

S V M M A R I V M.

1 *Ampliſſima facultas recipiendi beneficium abſolutionis, à quibuſcumque criminibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, & quibuſcumque excommunicationibus.*

2 *Diſpen-*

2 Diſpenſatio in quibuſcunque irregularitatibus & inhabilitatibus, exceptis tribus caſibus, quæ omnia etiam ad Nouitios in ipſo profeſſionis actu extenduntur.

3 Poſſunt præfici huiuſmodi diſpenſati dignitatibus & officijs congregationis.

4 Abſolutio Generalis à quibuſcunque excommunicationibus, & ſententijs & cenſuris Eccleſiaſticis, ex ignorantia, vel negligentia incurſis cum poteſtate eligendi confeſſorem.

BEatiſſimè pater, Cum Monaſteriorum S. Benedicti de Vallisoleto ordinis eiuſdē Sancti Palentin. Diæceſ. in regulari obſeruantia, & ſub perpetua clauſura conſtitutum ſit, ac per illius Monaſterij Monachos, ſiue religioſos in obſeruantia, & ſub clauſura ſimilibus S. Claudij extra muros Leginnen. S. Ioannis extra muros Burgen. reformata, necnon eidem Monaſterio S. Benedicti ſubiecta S. Mariæ de conſolatione loci de Calabazanos, S. Mariæ de Miſericordia loci de Fromeſta ordinis & diæceſ. prædictorũ de nouo fundata, Monaſteria fore noſcantur: vt igitur degentes pro tempore in obſeruantia huiuſmodi puris cordibus & mundis corporibus Altiſſimo Domino vota ſua exoluere valeant ſupplicatur humiliter S. V. pro parte priori & conuentus dicti monaſterij S. Benedicti quatenus illius ac reformatorũ, & fundatorum prædictorum, necnon omniũ & ſingulorum aliorum Monaſteriorum, quæ in futurum prædicto Monaſterio S. Benedicti ſubijci, aut per eiuſdem Monaſterij, ſiue ſuperiorem pro tempore ex ſubiectis ſibi, aut ſubijciendis Monachis, ſiue religioſis pro tempore exiſtentibus in regulari obſeruantia fundari, & inſtitui, ſiue reformari, aut in fraternitate conſtitutionibus & ordinationibus, habitu, & modo viuendi, ſibi aggregari Domino diſponente contingat ſuperioribus quibuſcũque nominibus appellentur pro tempore præſentibus, & futuris concedere dignemini, vt ipſi per ſe, & presbyteri monachi per quemuis eorum pro audiendis confeſſionibus pro tempore deputandi, & ad nutum reuocandi. Omnes & ſingulos nunc exiſtentes, & qui tempore fuerint ſingulorum monaſteriorum prædictorum, monachos, profeſſos, conuerſos, fratres, & quoſcunq; religioſos, perpetuoq; donatos, & oblatos, ac ſub pena reincidentiæ nouitios, ſi forſan profeſſionem non emittant, ab omni-
1 bus, *a* & ſingulis ſuis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, etiam quantumcũq; enormibus ante, & poſt ingreſſum religionis, in quibuſcunq; caſibus, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis commiſſis. Necnon à quibuſcunque excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis à iure vel ab homine ſedis Apoſtolicæ, vel alia quauis authoritate, aut per prouincialium ſynodalium, aut generalium Conciliorum conſtitutiones, ſiue per regularia dicti ordinis inſtituta in genere vel in ſpecie promulgatis, ſi quas ante, vel poſt ingreſſum religionis incurrerint, etiã ſi propterea ad ſedem Apoſtolicã ſpecialis habendus foret recurſus, abſoluere; necnõ cũ ſingulis ex
2 ſupradictis ſuper quibuſcunq; irregularitatibus, *b* & inhabilitatibus quouis modo contractis, in quibuſcumq; caſibus etiã dictæ ſedi ſpecialiter reſeruatis, præterquam in Bigamiæ, voluntariæ mutilationis membri, ac volũtarij homicidij propria manu, vel de expreſſo mandato, vel cõſilio commiſſi, caſibus cum profeſſis, aut profiteri volẽtibus, cum in ipſo profeſſionis actu fuerint, vt nihilominus nõ promoti, ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, & promoti in illis miniſtrare, & ad quaſcunque dignitates, administrationes, & officia dicti ordi-
nis poſſint etiã præfici & aſſumi diſpenſare, ac eos 3
habilitare ſemel duntaxat necnon etiã quocunque tempore omnes & ſingulos ſupradictos, ac indiſtinctè quoſcumque Nouitios, donatos, oblatos præſentes & futuros dictorum monaſteriorum in quibuſcumque caſibus ſedi Apoſtolicæ minimè reſer-
uatis. Item à quibuſcumque excommunicationum, 4
ſuſpenſionum, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & penis à iure, vel ab homine prolatis, vel proferendis aut fulminãdis, in genere tantũ vel ſpecie nõ nominata perſona ſpecialiter, & expreſſe, ſi quas incurrerũt, aut in futurũ forſan ex inaduertentia, ignorãtia, vel negligentia incurrere cõtigerit abſoluere, ac ſuper irregularitatibus & inhabilitatibus præmiſſorum occaſione quomodolibet contractis, aut ſi quas in futurum ex huiuſmodi ſententijs, ſicut præmittitur cõtrahere contigerit diſpenſare, & eos habilitare *c* ipſiſque omnib. & ſingulis Euchariſtiæ, *d* Extremæ Vnctionis, & alia Eccleſiæ ſacramenta miniſtrare, ac pœnitentias eis ſalutares iniungere, totiens quotiens opus fuerit, aut deuotioni prædictorũ videbitur expedire authoritate Apoſtolica liberè, & licitè valeant & poſſint de gratia ſpeciali, ac ſuperiores ipſi præmiſſa omnia, & ſingula, ſi opus fuerit, vt ſupra religioſis alijs idoneis ſacerdotibus committere, ac etiam in præmiſſis confeſſores *e* ſibi cum facultate præmiſſa eligere, & electos & alios huiuſmodi commutare quotiens eis viſum fuerit, authoritate prædicta valeãt & quod gratia ſit perpetua, ac quod per præſentẽ conceſſionem veſtræ ſanctitatis non intendit aliqualiter alijs priuilegijs, indultis, & conceſſionibus Monaſteriorũ obſeruantiæ & ordinis prædictorum in ſpecie vel in genere à ſede Apoſtolica, ſeu alias quomodolibet competentibus, ſeu cõpetendis, aut cõcedendis eorum fauorem quomodolibet reſpicientibus, ſed ea etiã in ipſorum fauorem in ſuo plenario robore permaneant, præſentib. perpetuis futuris temporibus duraturis concedere & indulgere dignemini de gratia ſpeciali. Cõſtitutionibus Apoſtolicis aut cæteris in contrarium faciẽtibus non obſtantibus quibuſcumque, & cum clauſulis opportunis conceſſum vt petitur de omnibus in præſentia D.N. Papæ Ioan. Cardi. Sancti Pauli, & quod ſola ſignatura ſufficiat abſque literarum Apoſtolicarum confectione conceſſum Ioan. Cardin. Sancti Pauli.

a Vide in 1.20. qq.re. q.20. per totam quæſtionem.

b Vide in 1.20. qq.re. q.24. per totam.

c Vide in 1.20. qq.re. q.20. arti. 14. & art. 20.

d Vide in 10.1. qq.re. q.56. ar.1.

e Vide in 1.20. qq.re. q.20. artic. 28.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Poſſunt monaſteria Congregationis recipere reliquias à quibuſcumque perſonis, & eas collocare in ſuis Eccleſiis abſque pœna incurſu.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Priori & conuentui monaſterij S. Benedicti de Valleolet. Per priorem *f* ſoliti gubernari ordinis eiuſdem Sancti Palentin. Diæceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Iniunctũ nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officiũ tũc peragere non ambigimus, ſi ad ea ſolita benignitatis extendamus intuitum, quæ ex deuotionis ardore prodire conſpicimus & animarum ſalutis afferre valeant incrementum. Cum itaque ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, nonnullæ etiam eccleſiaſticæ, tam ſeculares, quam ordinum quorumcunque regulares, ac laicæ in partibus Hiſpaniæ commorantes perſonæ ad veſtrũ Monaſterium S. Benedicti de Valleoleti ordinis eiuſdem Sancti Palentin. Diæceſ ob perpetuã clauſuram & regularem obſeruantiam, ſub quibus in

f Vide de reliquijs sãctorum in 10.3 qq.re. q.55. ar.2.

præfato

præfato Monaſterio Altiſſimo famulamini,& diuinum officium quod inibi continuo deuotè Altiſſimo celebratis, ſingularem gerentes deuotionis affectum, & proprerea dictum Saucti Benedicti,aliaque pro tempore per vos reformata,ſeu vobis aggregata,& vnita Monaſteria, atque loca ſpecialib. fauotibus proſequi cupientes, aliquas ſanctorũ reliquias, quæ in ſuis Monaſterijs, ſeu Eccleſijs ſunt reconditæ, vobis ad illas in veſtro,ſeu alijs Mooaſterijs atq; locis huiuſmodi, ſeu in illorum Eccleſijs conſeruandas libenter & gratuite offerrent, ſi ſibi deſuper à nobis licentia concederetur:pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt perſonatum huiuſmodi pro deſiderio in præmiſſis annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati quibuſcũq; Eccleſiaſticis ſecularibus,& ordinũ quotũcuoque tegularibus perſonis, in dictis patribus cõſiſtentibus,cuiuſcunque ſtatus,gradus, ordinis,vel conditionis fuerint,quod quaſcunque & qualeſcũque Sanctorũ reliquias, de ipſorum eccleſijs,ſeu locis,vbi reconditæ exiſtunt accipere, & illas vobis liberaliter dooare poſſint,vobiſqoe quod reliquias ſic vobis donatas huiuſmodi recipere, & in præfato Saucti Benedicti,vel alio quocunq; ex monaſterijs ſiue locis vobis vnitis,ſeu per vos iam reformatis,& vobis aggregatis, ſeu quæ per vos reformari,aut vobis aggregari in poſterum contigerit, vel eorũ,aut alicuius ipſorũ Eccleſijs in loco ad id honeſto collocare & reponere valeatis,abſque alicuius pœnæ incurſu liberè & licitè authoritate Apoſtolica tenote præſentium de ſpeciali dono gratiæ cõcedimus pariter & indulgemus.Non obſtãtibus ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, & Monaſteriorum, in qoibus huiuſmodi reliquiæ forſan reconditæ fuerint,ac ordioum eorundem,ſi aliquorum extiterint iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis,priuilegijs,quoq; & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcũque tenorũ exiſtant, illis præſertim quibus etiam ſub excommunicationis pœna expreſſe inhiberetur, ne huiuſmodi reliquiæ de loco vbi reconditæ fuerint, auferri, & ad alia loca transferri poſſint,quibus omoibus illis alias in ſuo robore permanſuris,quoad pręmiſſa derogare intendimus,& expreſſe derogamus per præſentes: cæteriſqoe contrarijs quibuſcunq;.Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſſionis, intentionis & derogationis infringere: vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, iodignationem Omnipotentis Dei,ac Bearorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum,anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, ſeptimo Idus Feb.Pon.noſtri anno 17.

Bulla Tertia.

S V M M A R I V M.

Quod reliquiæ poſſint transferri ad monaſterium Sancti Benedicti Vallisoleti.

BEatiſſimè Pater. Cum quam plures Chriſti fideles,tam laicæ,quam Eccleſiaſticę,ſeculareſque perſonæ,& ordinum *a* quorumcunque regulares in partibus Hiſpaniæ commorantes,ad monaſteriũ D.Benedicti Valliſoleti per Priorẽ ſoliti gubernari ordinis eiuſdẽ ſancti propter perpetuam inclusionem,& obſeruantiam regularem,quæ in pręfato monaſterio Deo cooperante habentor, & obſeruantur: Necnon propter obſequium Dei & officium diuinum,quod continue inibi deuotè expletur & ordinatur, ſingularem gerentes deuotionis affectum,ac ſperantes quod ſanctorum reliquię inibi cum maxima reuerentia & veneratione reuerẽtur & conſeruatentur, pro ornamento & maiori tã illius,quam ad ipſum pro tempore confluentium perſonarum deuotione,aliquas ſanctorũ reliquias, quæ in ſuis eccleſijs ſeu monaſterijs conſiſtunt, præfato & alijs monaſterijs illis aggregatis,ſuper eius perſonas reformatis traderentur libenter,& gratãter offerrentur. Si eis deſuper A.S.R.licentia concederetur. Supplicat.F.S. Prior & conuentus præfati monaſterij. Quatenus omnibus & ſingulis fidelibus prædictis & ſpecialiter Abbati monaſterij S. Iſidori Legionen.ordinis Sancti Auguſtini,quaſcũque ſanctorum reliquias de eorum eccleſijs ad Sancti Benedicti, & quæcumque alia monaſteria ſeu loca aggregata, ſeu reformata prædicta transferendi, illiſque donandi & concedendi. necnon Priori & conuentui præfatis,aliiſque perſonis dictorũ monaſteriorum huiuſmodi, reliquias recipiendi,& illas in eorum Eccleſijs in loco congruo & honeſto collocandi,& conſeruandi abſque alicuius pœnæ, & excommunicationis, vel alterius pœnæ incurſu plenam & liberam licentiam concedere dignemini,de gratia ſpeciali, non obſtantibus quibuſcumque,etiam ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ per ſedem Apoſtolicam,vel alias factis prohibitionibus ſub quibuſcumque verborum formis,inhibitionibus,& prohibitionibus,necnon cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,ac ſtatutis & conſuetudinibus,etiam iuramento & c Ceteriſque contrarijs quibuſcumque, cum clauſulis opportunis Conceſſum vt petitur,in pręſentia Domini noſtri Papæ Ioan. S.Pauli, & quod ſola ſignatura fiat abſque literarum Apoſtolicarum confectione.Conceſſum Ioan. Cardin. Sancti Pauli. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum. Septimus Idus Februarij.anno ſexto decimo.

Pro congregatione Sanctæ Iuſtinæ alias Caſſinenſis.

Bulla Quarta.

S V M M A R I V M.

Quod congregatio poſſit acceptare donatione, & legata ſibi facta & fienda ac pro acceptatione huiuſmodi fienda procuratores conſtituere, ac prout ipſi videbitur in ſuos vſus,ac pro fœlici ſtatu, & directione conuerti licitè poſſint.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Diſpoſitione diuina gregi Dominico quamuis immeriti præſidentes, dum præclara dilectorum filiorum cõgregationis monachorum de obſeruantia S. Iuſtinæ ordinis *b* S.Benedicti merita recenſemus. Intra noſtræ mentis arcana,& ad commendabiles,quibus eorũ miniſterijs erga Deum & homines indeſinenter exuberat fructus, digne noſtros diffundimus cogitatus, votis illis gratum offerimus libenter auditum per quæ ipſorum ſtatui ac indemnitatibus conſuli poſſit, eorumque religio ſalubria iugiter ſuſcipiat incremẽta. Cum itaq; ſicut exhibita nobis nuper pro parte congregationis huiuſmodi petitio continebat,eis diuerſæ donationes, & legata facta fuerint ipſorum monaſterijs, ſiue locis non expreſſis, & propterea ab aliquibus excitetur, an congregatio prædicta cum ſingulares perſonæ proprietatis incapaces ſint præmiſſa ſuper quorum aliquibus lis indeci-

a Vide in 3.10.qq.re. q.35.ar.3.

b Vide in 2.10.qq.re. q.125. per totam.

deciſa pendet, & quæ deinceps eis annuente Domino fient donationes, & legata valeat acceptare. Nos omnem ſuper his ambiguitatis materiam ſemouere, necnon cõſcientiarum ſcrupulis obuiare, cupientes, ipſius congregationis in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod congregatio prędicta donationes, & legata huioſmodi acceptare, necnõ ipſa vel eius viſitatores pro pręmiſſis, & etiam quę dictis monaſterijs ac locis hactenus facta fuerũt, & in antea fieri contigerit, donationibus, legatiſque vendicandis, ac recipiendis, ſyndicos, ſiue procuratores conſtituere, & deputare, necnon donationes, & legata prædicta etiam quæcunque, & qualiacũque fuerint, prout generali præfatæ cõgregationis capitulo, ſiue dictis viſitatoribus pro tempore videbitur inter huiuſmodi monaſteria, ac loca, illorũque perſonas, & alias in dictæ cõgregationis vſus, ac pro fęlici eius ſtatu, & directione diſpenſari, cõuerti, & diſtribui licite poſſint authoritate Apoſtolica decernimus, & indulgemus per præſentes. Nõ obſtantibus li is pendentia huiuſmodi ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum locorum, & ordinis prędictorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1431, tertio Id. Non. Pont. noſtr. anno 1. M. de Gadagnis Gra. de mandato Domini noſtri Papæ P. Coſſel.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Quod monachi licet in diuerſis monaſterijs ſint profeſſi, vnum tamen corpus, & vna congregatio exiſtant.*

2 *De approbatione dictæ congregationis. De annali celebratione capituli generalis. De electione loci ſequentis Capituli. De electione definitorum. De poteſtate definitorum.*

3 *Quod ordinationibus dictorum Definitorum ab omnibus dictæ congregationis pareatur.*

4 *Quod dicti definitores poſſint eligere Abbates, & Priores, ac eos ad eorum beneplacitum abſoluere & amouere.*

5 *De electione & poteſtate Præſidentis, & Viſitatorũ.*

6 *Quod officium Præſidentis & Viſitatorum duret tantum per annum.*

7 *Quod locus capituli non immutetur niſi de conſenſu Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum.*

8 *Quod dictis Viſitatoribus & prælatis omnibus dictæ congregationis obedientia impendatur.*

9 *Quod nullus recipiatur ad profeſſionem, niſi de conſenſu duarum partium conuentus.*

10 *Quod tranſlati de vno monaſterio ad aliud monaſterium dictæ congregationis ſint abſoluti à Priori monaſterio, & in alio pro conuentualibus habeantur ac ſi eſſent profeſſi ibi.*

11 *Quod monaſteria & perſonæ dictæ congregationis poſſint vti præeminentijs & dignitatibus eis à ſede Apoſtolica, vel alias conceſſis, dummodo ordinationibus congregationis non obſiſtant.*

12 *Quod monaſteria non ſint ſibi inuicem ſubiecta.*

13 *Quod acta & inſtrumenta inter congregationem & prælatos volentes reducere, & c. renocatio priuilegij Martini V.*

14 *Quod electiones prælatorum pertineant ad capitulum generale aut præſidentem, & Viſitatores.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi ex ſolicitudinis debito Paſtoralis ſub regolari obſeruantia ſingulis Altiſſimo famulãtibus in his, per quæ ſuis ſtatutis, & indẽnitatib. cõſulitur, nos fauorabiles eſſe deceat, pariter & benignos; præclarã tamẽ dictorũ filiorum monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ congregationẽ ordinis S. Benedicti, ad quos etiam antequam diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumeremur, ſpecialem geſſimos in Domino charitatis affectum, ſpiritualis dono lætitiæ vitam, & conoerſationem contemplãtes, quibus eis alijſque proficiunt, & ſalutaria pijs fidelium mentibus exempla tranſmittunt, tãto ſolertius ea proſequi, necnon inſtaurare ſtudijs geſſimus aſſiduis, per quę cõgregationis huiuſmodi ſtatus fœliciter adangeri, ſolidarique poterit, quanto per aſſumptionẽ huiuſmodi maior nobis deſuper tributa facultas eſt, & ampliorem Chriſticolis ſperamos inde iogiter prouenire ſalutem. Attento itaque quod fæ. re. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter nonnulla eiſdẽ monachis contulit priuilegia, quæ non vſqoe adeo ad pleniorem eiuſdem cõgregationis ſoliditatem, augmentumvè ſunt ſofficientia. Idcirco nos propter dictorum monachorũ laudabilem vitam, & exemplares mores nobis à diu cognitos, præfatum prædeceſſorem noſtrum, ſeqoentes, atqoe vbi opportonum fuerit, nõnulla innouantes, & adijcientes proprio moto authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, nec non irrefragabili perpetuaque conſtitutione ſancimus & pręſentiũ ſerie ſtatuimus, volumos pariter & ordinamus qđ
omnes & ſinguli dictæ congregationis ordinem 1
ipſom profeſſi præſentes & futori, quãuis in dioerſis pro tẽpore monaſterijs, ſiue locis morentur, vnũ
tamen corpus, & vna congregatio exiſtant. Quam 2
quidem congregationẽ authoritate etiam, & ſcientia ſimilibus approbamus, & vt à Chriſti fidelib. in reuerentia, & deuotione habeator, hortamur, eãq; ſub ordine & regula B. Benedicti eſſe declaramus, ac ſtatuimos, quodque pro eorũ ſalubri ſtatu in loco ad id congruo genesale iuxta laudabilẽ quæ de ſuper dudum viguit conſuetudinem, capitulũ per cot *a* ſingulis annis celebretur, oec illud poſtquam inchoatum fuerit, donec pro alio futuro celebrando capitolo ſimilis locus electus, & acceptatus extiterit, quomodolibet diſſoluatur. In quo quidẽ capitulo *b* nouem ex ijs, qui in illo habere vocẽ poſſunt eligantur diffinitores, qui ſic electi totum capitulũ præfatum repræſentantes pro ſalubri dictæ congregationis ſucceſſo, ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes, ac omnia & ſingula quę in ſpiritualibus & temporalibus ipſius congregationis, ac pręfatæ regulæ ſtatum, obſeruãtiam & indemoitatem necnon circa diuini officij directiooem & ordinationem abſque tamẽ ipſius regulæ variatione, ſubſtantiæ, vel effectus interpretationẽ, declarationẽ quomodolibet concernere poterunt authoritate prædicta inſtituendi, *c* ordinandi, & interpretãdi, declarandi, necnõ ea qoæ ſic inſtituta ordinata, interpretata, vel declarata fuerint, in toto vel in parte prout rerũ & temporum qualitates exegerint, amouendi, alterandi, & in melius commutandi planam & liberam in omnibus habeant facultatem.
Quorum Definitorum ſtatutis, conſtitutionibus, ordinationibus, definitionibus & correctionibus, ſinguli de cõgregatione huiuſmodi, cuiuſcunq; digni 3
tatis, ſtatus, gradus, ſiue conditionis exiſtant, in omnibus efficaciter parere teneantur. Voleotes ac ſtatuentes, quod huiuſmodi Definitores de prædictis monaſte-

a De reſeri tione capitulorũ generalium, ſimul & vtilitate. Vide in 3. to. qq. regu. q. 67. per totam.

b De celebratione capitulorum Vide in to. 1. qq. reg. q. 41.

c Quid fieri debeat in capitulis generalibus. Vide in d. q. 67. ar. 3. & in d. q. 41. ar. 2.

monaſterijs, & locis, ac eorum bonis, prout vtilitatibus præfatę congregationis videbitur eis expedire, liberè diſponere, necnon eos ex ipſis monachis præſentibus & futuris, quos ad idoneos iudicauerint in *a* Abbates & Priores vacantium pro tempo- 4
re monaſteriorum ac prioratuum huiuſmodi, alias iuxta dictæ congregationis inſtitutiones, ordinationes, & ſtatuta eligere, ſiue nominare, necnon ad beneplacitum *b* eorum taliter electos, ſiue nominatos abſque aliqua cauſæ cognitione à regimine, & adminiſtratione dictorum monaſteriorum & prioratuum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere, & amouere; ac etiā omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis nominib. & circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportuna fuerint, facere, & exequi liberè & licitè poſſint, & valeant. Planè ne poſt diſſolutionem huiuſmodi capituli prædicta congregatio regiminis ſolatio de-
5 ſtituta remaneat, quinque vel plures prout definitoribus huiuſmodi viſum fuerit, viſitatores *c* deputentur, quorum vnus iuxta ipſorum definitorum diſpoſitionem Præſidentis vocem, nomenque ſuſcipiat, & ad eum ſecundum huiuſmodi decreta capituli ſingula prædictæ congregationis negotia deferantur. Ipſique Præſidens & viſitatores omnia, & ſingula faciant, diſponant, & exequātur, ſuper quibus ab huiuſmodi capitulo muniti poteſtate fue-
6 rint, vel quæ ab eo receperint in cōmiſſis, aut alias iuxta eorum conſtitutionis, & ſtatuta, quorum officia vſq; ad ſequens anno proximè futuro tūc celebrandum huiuſmodi congregationis capitulum dumtaxat durent; locus autē capituli prælati, poſt-
7 quam electus & acceptatus fuerit abſque rationabili cauſa, de Præſidentis quoque, necnon maioris partis viſitatorum eorundem aſſenſu nullatenus
8 immutetur. Prętere a omnes & ſinguli præſentes & futuri dictæ congregationis prælati, necnō monachi, conuerſi, & commiſſi, ſub præfatorum viſitatorum & conſequenter illorum prælatorum in quorum monaſterij, ſiue locis ipſi monachi conuerſi,
9 & commiſſi morātur, *d* obedientijs inſiſtāt eas hinc inde, prout decens fuerit, humiliter impenſuri, & inſuper ne facilitate præcipiti religionis iugū quis acceptet, nullus ex monaſteriorum, ſiue locorū huiuſmodi prælatis abſque deliberatione matura, nec non duarum partium ſui conuentus aſſenſu quempiam in monachum, ſiue conuerſum monaſterij, ſiue loci cui præſit quomodolibet ad profeſſionē *e* recipiat, aliter vero inibi recepto; niſi poſtea prædictus accedat aſſenſus ſtandi, vel morandi ibidem
10 ſit pœnitus interdictum, Sanè vt cuiuſlibet materia turbationis adempta perſonæ congregationis huiuſmodi quietius valeant Altiſſimo famulari, omnes & ſinguli quos de prioribus in quibus profeſſi fuere monaſterijs, & locis ad alia præſentia, & futura dictæ congregationis monaſteria, ſiue loca iuxta ordinationem capituli huioſmodi transferri contigerit, aut alias pro conuentualibus quomodolibet deputari, ex tunc ab ipſis prioribus, monaſterijs, ac locis realiter abſoluti ſint, & aliorum monaſteriorum, locorumque prædictorum, quandiu ſteterint ibi monachi, ac ſuppoſiti reputentur, & pro conuentualibus inibi habeantur in actibus & negotijs capitularibus, ac ſi ibidem profeſſi forēt,
11 Porrò ne præmiſſorum occaſione monaſterijs, & locijs congregationis huiuſmodi, vel eorum alicui detractum foret quomodolibet exiſtimetur omnia monaſteria & loca præfata, necnon *f* illorum prælati, ac perſonæ quibuſlibet eis à ſede Apoſtolica vel alias qualitercunque conceſſis de iure, ſeu conſuetudine quomodolibet debitis, iuribus, præeminentijs, ac dignitatibus inconcuſſe gaudeāt & vtantur, dummodo illa præmiſſis, & alijs huiuſmodi Congregationis ordinationibus, & inſtitutis non obſiſtant, *g* nec propterea ex monaſterijs ipſis vnum reputetur, alteri ſubiectum, ſed eis in ſua libertate remanentibus, illa viciſſitudinis adminiculo coniuncta ſub fœlici dictæ congregationis 12
regimine vniformi regularis obſeruantiæ greſſu, ſibi inuicem ſuffragentur. Adijcientes quod quo- 13
tieſcumque prælatus aliquis monaſteriorum cui præfuerit, ad eiuſdem congregationis obſeruantiam reducere, & ſub illa reformare delegerit, iuxta ſtatuta, decreta, necnon ordinationes cōgregationis huiuſmodi, prout congruentius poterit ipſam reformationem *h* faciat eiuſq; deſuper acta, *i* conuentiones, & modi quæ de conſenſu congregationis eiuſdem vel illorum, quos ad id deputauerit, in formā publicam redacta fuerint, eo ipſo confirmationis Apoſtolicæ ſint robore ſuffulta. Sanè cum præfatus prædeceſſor prædictæ congregationi cōceſſerit, quod vacantibus monaſterijs quæ tūc erāt dictæ congregationis electione rite & canonicè celebratæ à duabus partibus eligentiū authoritate Apoſtolica confirmatæ, *K* ipſo facto cenſerentur. Quodque de omnibus redditibus monaſteriorum prædictorum quinta pars pro decenti ſuſtentatione prælatorum deputaretur, aliæ vero quatuor partes per cellararios abſque contradictione Prælatorum, in monachorum, & conuentuum vtilitatibus diſpenſarentur, Nos attendentes, quod huiuſmodi ordinationes & decreta non ad conſeruationem & augmentum dictæ congregationis, ſed ad eius diſpendium maximum cederent, & detrimentum: omnia & ſingula ſtatuta, & decreta, electionum, & redditiuum diuiſiones huiuſmodi reuocamus, pariter & annullamus, Volentes *l* & ſtatuentes quod electiones Abbatum & Priorum ad dictæ congregationis capitulum generale, aut Præſidentem & viſitatores iuxta conceſſam eis, vt præmittitur facultatem, ac eorum conſtitutiones, & ſtatuta pertineant, quibus taliter electi iuxta regulam B. Benedicti, & eorum conſtitutiones monaſteria ipſa, ſiue loca & eorum bona, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus regendi, & gubernandi, licita ſit facultas & libera. Non obſtantibus præmiſſis, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, etiam ſi de illis ſpecialis & expreſſa ac de verbo ad verbum præſentibus mentio habenda eſſet. Quibus quoad præmiſſa ſpecialiter derogamus, necnon monaſteriorum, prioratuum & ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, ordinationis, approbationis, hortationis, declarationis, conſtitutionis, adiectionis, reuocationis, annullationis, voluntatis, ſtatuti, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1432. Nono Kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo. A. de Florentia duplicata P, gratis de mandato Domini noſtri Papæ Ioannis de Steccatis.

a Vide in 2.10.qq.re. q.53. ar.1. 2. & 3.

b Ad beneplacitū cū cauſa tamen Vide in 2.10.qq. reg.q.25.a. 1. & 2. & 3.

c Vide in 3.10.qq.re. q. 77. per totam quæſtionem.

d Vide in 3.10.qq.re. q.19.

e Vide in 3.10.qq.re. q.17. ar.7.

f De communicatione priuilegio vide in 10.1.qq.re. q.55. ar.6.

g Vide in d.q.55. ar. fin.

h Ad prælatum pertinet reformatio vide in 2. 10. qq. reg. q.47.

i Vide in 10.1 qq.re. q.27. ar.3.

K De Confirmatione electorū vide in 2. 10. qq regul.q. 52. ar.2. & q.53. art.6.

l Vide in 3.10.qq re. q.52.

Bulla Sexta.

S V M M A R I V M.

1 Quod monaſteria congregationis S. Iuſtinæ per Prælatos congregationis regantur.

2 Quod capitulum ſiue Præſidens cum maiori parte viſitato-

Bulla Septima.

S V M M A R I V M.

1 *Quod congregatio ſit exempta ab omnibus legatis Ep ſcopis, & quibuſcumq; alijs iuriſdictionibus habentibus ordinariam, contrafacientes excommunicantur.*

2 *Quod Prælati vel monachi non compellantur adire ad Concilia.*

3 *Quod non valeant cogi, quod miſſæ, aut alia celebrentur, in eorum locis nec incarcerentur aliqua perſona.*

4 *Quod monaſteria & eorum loca ſint exempta ab omnibus gabellis, &c.*

5 *Quod Prælati vel monachi non poſſint interdici, ſuſpendi, excommunicari, nec ad iudicium, &c.*

6 *Quod Diœceſani non permittant grauari collijs collectis, gabellis, aut ſubſidijs & charitatiuis loca & perſona, &c.*

7 *Quod loca congregationis ſint exempta ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, &c.*

8 *Quod ſint libera ab omnibus cenſibus, &c. Ratione viſitationis, ſubiectionis debendis quibuſcunque ordinarijs, &c.*

9 *Quod nullus præſumat exigere primitias, decimas, quarteſias de quibuſcunque poſſeſſionibus, &c.*

10 *Quod monaſteria poſſint acquirere hereditates, legata & fideicommiſſa, &c.*

11 *Quod ipſi monachi poſſint petere bona eis debita, &c*

Quod bona, firma & illibata ſeruentur.

12 *Quod qui contra hoc indultum venerit, &c. ſit excommunicatus.*

13 *Quod nulla præſcriptio currat, &c.*

14 *Quod impedientes perſonas venientes ad religionem, excommunicentur, &c.*

15 *Quod nemo extrahat aliquem de religione, vel retinere, &c.*

16 *Quod non teneantur exequi literas ab aliquo impetratas, &c.*

17 *Quod non poſſint cogi ſubire iuramentum, &c. vel ad ferendum teſtimonium.*

18 *Quod teſtimonia perſonarum dicta congregationis legitima ſint in cauſis ipſorum, &c.*

19 *Quod per aliquem actum contra priuilegia conceſſa non præiudicetur, &c.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Etſi ex debito miniſterij Paſtoralis quibuſlibet perſonis regularem vitã profeſſis nos doceat eſſe in ſuis opportunitatibus & commodis fauorabiles & benignos, cõgregatione tamẽ monachorũ de obſeruantia S. Iuſtinæ ordinis S. Benedicti ob laudabilis vitæ merita, & virtutũ incrementa, tanquã nouellã plantationẽ à nonnullis annis citra in præfato ordine renaſcentẽ, ad cuius incrementũ, & bonũ regimẽ etiam dũ in minoribus cõſtituti eramus impendimus opẽ & operã efficacẽ. Eos nunc ad apicẽ ſummi Apoſtolatus aſſumpti propẽſiori charitate complectimur quo pretioſiores ac vberiores fructus per eorũ labores & operã diligentẽ conſpicimus in populum Domini prouenire. Cupiẽtes igitur vt ipſi eo quietiori animo valeãt reddere Altiſſimo vota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per ſedem Apoſtolicã priuilegijs, indulgentijs, & gratijs communitis motu proprio, non in ipſorum mona-

Vide in 2. to. qq. reg. q. 63.

chorũ, aut alicuius vlterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios cõgregationẽ præfatã, eiuſq; Præ-

ſidentis, & maioris par- fidẽtes, Viſitatores, Abbates, [...]onis eiuſdem ſub pœ- nachos, cõuerſos, cõmiſſos, no[...] ipſo facto incurrãt: lanos qui tẽpore fuerint, ẽt curã h[...] priuilegio infra necnon familiares, & ſeruitores ipſo[...]huiuſmodi non in præfata cõgregatione, & in futurũ p[...] abiecerint, erũt, ac ẽt ipſius monaſteria, prioratus, & [...] ſede A- nunc ſunt & in poſterũ Cõgregationi prædic[...]n poſ- cunque vniri vel incorporari, ſeu ſubijci vel agg[...]m, gari cõtigerit. Necnon omnia & ſingula dictorum monaſteriorũ, prioratuũ, & locorum, vt præmittit

c Vide in 1. 10. qq. ro. q. 30. ar. 9.

præſentiũ & futurorũ eccleſias, capellas, etiã ſi ipſis cura animarũ immineat oratoria, manualia, mẽbra, caſtra, fortalitia ædificia, villas, grãgias, vineas, olioeta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molẽdina, aquas aquarũ decurſus, iura, iuriſdictiones, prædia poſſeſſiones quaſlibet. & beneficia quæcunq; quæ in præſenti ſunt, & in futurum erũt, dictæ congregationis & quæ omnia & ſingula per eorũ vocabula, fines, valores quãtitates, & qualitates hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis à quorumcũque legatorũ, delegatorũ, & ſubdelegatorũ, nec nõ nunciorũ Apoſtolicorũ ſedis ac vicariorũ, Rectorũ, & quorumuis officialiũ Romanæ Eccleſiæ, ac ẽt Patriarcharũ, Archiepiſcoporũ, Epiſcoporũ, electorũ, adminiſtratorũ, & aliorũ quorumcunq; iudicum, ordinariorũ, quouis nomine & poteſtate fungantur, locorum, ordinariorum, ditione, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: ita quod in dictam congregationem vel eius ſingulares perſonas ſeu benefactores occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſmodi monachis conuerſentur, ſeu ab eis recipiant abſolutionis beneficium, & Euchariſtiæ ſacramentum, necnon in monaſteria, prioratus, loca, & perſonas in eis degentes, ratione delicti, exceſſus ſeu cõtractus, aut rei de qua agitur vbicunque ineatur cõtractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſuis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione ſedis Apoſtolicæ, & de indulto huiuſmodi, ac congregatione prædicta mentionem expreſſam faciente quomodolibet directe & indirecte ferre, promulgare non poſſint. Decernentes ex nũc quidquid in contrarium actum fuerit irritum & inane, nulliuſque fore roboris, vel momenti, de ſpeciali dono gratiæ plenitudine poteſtatis, tenore præſentium prorſus eximimus, & totaliter liberamus, illaque omnia, & ipſorum quodlibet, in ius & proprietatem Beati Petri, & ſedis eiuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra, retento nobis & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in feſto B. Petri & Pauli annis ſingulis nobis. & cameræ Apoſtolicæ perſoluendo, auri vnciæ vnius in ſignum perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod ſi huiuſmodi legati, aut ordinarij, ſeu perſonæ ſupradictæ, contra prædictam, vel aliquod prædictorum non ſolum facere, ſed attentare quomodolibet præſumpſerint, & requiſiti per eiuſdem congregationis prælatos, vel monachos, ſuper notificationem præſentis priuilegij, vt deſiſtant, & id facere neglexerint, infra tres dies à die requiſitionis, ſine notitiæ vt præfertur, eo caſu ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & nihilominus quod aliter actum eſt, eo ipſo ſit irritum & inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momẽti. 2
Inſuper cũ contigerit fieri concilia generalia, prouincialia, ſeu ſynodalia etiam Apoſtolica, aut quauis auctoritate firmata, ſeu quaſuis congregationis quouis nomine cenſeantur, eccleſiaſticarum vel laicarum perſonarum cuiuſuis dignitatis, aut ſtatus exiſtant præfati Prælati ſeu monachi ad ea ire, ſiue mittere, niſi ad ipſius congregationis capitulũ ge-

viſitatorum poſſint eligere ex monaſterijs Abbates, & Priores, & ad eorum nutum amouere.

3 *Quod taliter electi poſſint regere monaſteria, & omnia facere, ac ſi munus benedictionis impenderetur.*

4 *Quod nullus poſſit accipere commendam, ſiue adminiſtrationem monaſteriorum vel ſuper eorum fructibus penſionem acquirere,*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi monaſteria, piaque loca ſingula, necnon in illis ſæculi deſiderijs abdicatis omnium conditori Domino ſub regulari caſtimonia famulantes, Apoſtolicis fauoribus & præſidijs, ea iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio cōfouere teneamur. Monaſteria tamen, & loca commendabilis, Deoque & hominibus acceptæ congregationis monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ ordinis S. Benedicti, necnon eorum perſonas ob multiplices quos exemplari vita conferunt in Dominico grege fructus ſpecialibus affectionibus, & gratijs proſequi ſatagimus, & vt eorum per amplius ad ædificationem plurimorum ſolidetur ſtatus, ac ſuccedat, & propagetur religionis exiſtentia ſalutaris, potiores curas & ſolicitudines aſſiduis ſtudijs adhibemus. Cupientes igitur vt noſtrę prouiſionis ope monaſteria, Prioratus, & loca congregationis huiuſmodi votiua ingiter in ſpiritualibus ac temporalibus incrementa ſuſcipiant, & de illis quæ diſpendium, necnon inconuenientium poſſent eis occaſionem congerere & via prout opportunum fuerit, penitus adimatur. Motu proprio non ad congregationis prædictæ, vel alterius pro ea nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtātiam præſentis perpetuo valituræ conſtitutionis edicto Apoſtolica authoritate ſtatuimus & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus monaſteria, & prioratus congregationis huiuſmodi,

1 quæ nunc ſunt, & ſucceſſu temporis, authore Domino prædictæ congregationi quomodolibet vniētur incorporabuntur, aut ſubijcientur per prælatos dumtaxat de congregatione a prædicta regantur, & gubernentur, & quoties illa vbicumque etiam apud ſedem Apoſtolicam, & qualitercumque vacare contigerit, etiam ſi quæuis ſpeciales, vel generales de illorum prouiſionibus, ſiue diſpoſitionibus per ipſam ſedem reſeruationes factæ fuerint capitulum, ſi tunc celebretur, alioquin præſidens cum ad hoc iuxta eorum conſuetudines, & ſtatuta deputatis, illos ex ipſis monachis præſentibus, & futuris, quod ad id b idoneos fore crediderint in Abbates, & Priores tunc vacantium monaſteriorum & Prioratuum huiuſmodi, alias iuxta dictæ congregationis ordinationes & ſtatuta, eligere, ſiue nominare, necnon ad nutum & beneplacitum eorum taliter electos ſiue nominatos à regimine,

2 & adminiſtratione dictorum monaſteriorum, & prioratuum quibus tunc præfuerint, & quę tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere & amouere. Præfatique ſic electi, & nominati abſque alicuius ſedis prædictæ, vel alterius prouiſionis, ſiue diſpoſitionis adminiculo, & præter hoc quod eis propterea munus benedictionis impendatur, illis monaſterijs, & prioratibus, ad quæ ſic electi, ſiue nominati fuerint præeſſe: ac illa in huiuſmodi ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare: necnon omnia & ſingula, quæ per Abbates, & Priores aliorum monaſteriorum, & locorum dictæ congregationis iuxta illius ſtatuta & ordinationes huiuſmodi fieri poterunt, facere & exercere

3 libere & licitè valeant. Et vt perſonæ congregationis huiuſmodi eo liberius quo quietius Altiſſimo ſua dirigere vota poſſint, & ſuper prædictis illius monaſterijs, prioratibus, & locis aliorum potius facultates, & redditus, quam proficere in dicta congregatione quærentium motibus, & inſtantijs improbis non turbentur, per quaſcumque literas Apoſtolicas etiam motu ſimili, & cum reſeruationibus permiſſis, ac quibuſcumque derogatorijs, propter quas effectus præſentium quomodolibet impediri, vel differri poſſint clauſulis conceſſis hactenus, ac in poſterum concedendis aduerſus noſtra ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, nullus de prædicta congregatione, vel alter cuiuſcumque ſtatus, gradus ordinis ſeu conditionis ſit: etiam ſi Cardinalatus Pontificali, vel alia quauis digni-

tate præfulgeat, aliquid ex ipſis monaſterijs, Prioratibus, & locis eiuſdem congregationis titulum, aut commendam, ſiue adminiſtrationem, vel alias ſeu ſuper quibuſuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, quamcunque penſionem ſibi vendicare, vel ius deſuper acquirere poſſit: niſi in dictis literis de præſentibus ac ipſa congregatione ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, & alias ex ipſarum tenore literarum euidenter apparuerit, ſingulos Romanos Pontifices, qui eas conceſſerint ex certa ſcientia cum rationabilibus ſubiectione cauſæ prædictis noſtris ſtatutis, & ordinationibus derogare voluiſſe, atque velle. Decernentes ipſas literas ad aliquod ex eiſdem monaſterijs, prioratibus, & locis ipſius congregationis, alias contra huiuſmodi noſtrorum ſtatutorum, & ordinationum continentiam, atque formam nullatenus extendi debere: necnon irritum & inane quidquid in contrarium à quocunque quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Rurſus interdicimus omnibus & ſingulis, etiam præmiſſa dignitate præditis, ne ſub excommunicationis pœna, quam alias ipſo facto incurrant, contra noſtra ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi poſtquam eis illa innotuerint, vel facta ipſis fides extiterit, quocumque quæſito colore, quempiam de dicta congregatione ſuper quouis ex illius monaſterijs, prioratibus, & locis prædictis ratione tituli, ſiue commendæ, & adminiſtrationis, aut penſionis huiuſmodi, vel alias impetere, ſiue moleſtare quoquo modo præſumant. Non obſtantibus reſeruationibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs & indultis Apoſtolicis, quæ ad impediendum, vel differendum effectum huiuſmodi, aut quominus ipſa noſtra ſtatuta, & ordinationes vim, vigoremque perpetuos habeant, alicui nullatenus ſuffragentur, ac monaſteriorum, Prioratuum & locorum congregationis, necnon ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, & interdicti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare prǽſumpſerit, Indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto. Tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto. A. de Florentia duplicata, gratis mandato Domini noſtri Papæ Ioannes de Steccatis. 4

a Vide in 2.20.qq.10. q.12.ar.8.

b Dignum eſt eligendus vide in 2.20. q.qq. regu. q.13. ar.2. 3. & 4.

Bulla

Digitized by Google

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

1 *Quod congregatio ſit exempta ab omnibus legatis Epiſcopis, & quibuſcumq; alijs iuriſdictionibus habentibus ordinariam, contrafacientes excommunicantur.*
2 *Quod Prælati vel monachi non compellantur adire ad Concilia.*
3 *Quod non valeant cogi, quod miſſæ, aut alia celebrentur, in eorum locis nec incarcerentur aliquæ perſonæ.*
4 *Quod monaſteria & eorum loca ſint exempta ab omnibus gabellis, &c.*
5 *Quod Prælati vel monachi non poſſint interdici, ſuſpendi, excommunicari, nec ad iudicium, &c.*
6 *Quod Diœceſani non permittant grauari tallijs collectis, gabellis, aut ſubſidijs & charitatiuis loca & perſonæ, &c.*
7 *Quod loca congregationis ſint exempta ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, &c.*
8 *Quod ſint libera ab omnibus cenſibus, &c. Ratione viſitationis, ſubiectionis debendis quibuſcunque ordinarijs, &c.*
9 *Quod nullus præſumat exigere primitias, decimas, quarteſias de quibuſcunque poſſeſſionibus, &c.*
10 *Quod monaſteria poſſint acquirere hereditates, legata & fideicommiſſa, &c.*
11 *Quod ipſi monachi poſſint petere bona eis debita, &c*
Quod bona, firma & illibata ſeruentur.
12 *Quod qui contra hoc indultum venerit, &c. ſit excommunicatus.*
13 *Quod nulla præſcriptio currat, &c.*
14 *Quod impedientes perſonas venientes ad religionem, excommunicentur, &c.*
15 *Quod nemo extrahat aliquem de religione, vel retinere, &c.*
16 *Quod non teneantur exequi literas ab aliquo impetratas, &c.*
17 *Quod non poſſint cogi ſubire iuramentum, &c. vel ad ferendum teſtimonium.*
18 *Quod teſtimonia perſonarum dictæ congregationis legitima ſint in cauſis ipſorum, &c.*
19 *Quod per aliquem actum contra priuilegia conceſſa non præiudicetur, &c.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Etſi ex debito miniſterij Paſtoralis quibuſlibet perſonis regularem vitã profeſſis nos doceat eſſe in ſuis opportunitatibus & commodis fauorabiles & benignos, cõgregationẽ tamẽ monachorũ de obſeruantia S. Iuſtinæ ordinis S. Benedicti ob laudabilis vitæ merita, & virtutũ incrementa, tanquã nouellã plantationẽ à nonnullis annis citra in præfato ordine renaſcentẽ, ad cuius incrementũ, & bonũ regimẽ etiam dũ in minoribus cõſtituti eramus impendimus opẽ & operã efficacẽ. Eos nunc ad apicẽ ſummi Apoſtolatus aſſumpti propẽſiori charitate complectimur quo pretioſiores ac vberiores fructus per eorũ labores & operã diligentẽ conſpicimus in populum Domini prouenire. Cupiẽtes igitur vt ipſi eo quietiori animo valeãt reddere Altiſſimo vota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per ſedem Apoſtolicã priuilegijs, indulgentijs, & gratijs communitis motu proprio, non in ipſorum monachorũ, aut alicuius vlterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios cõgregationẽ præfatã, eiuſq; Præ-

Vide in 2. to. qq. reg. q. 63.

Tom. r. priu. Apoſt,

fidẽtes, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, monachos, cõuerſos, cõmiſſos, nouitios, ac eorũ capellanos qui tẽpore fuerint, ẽt curã habẽtes animarũ, necnon familiares, & ſeruitores ipſorũ, qui nũc ſunt in præfata cõgregatione, & in futurũ pro tempore erũt, ac ẽt ipſius monaſteria, prioratus, & loca quę nunc ſunt & in poſterũ Cõgregationi prædictæ quãcunque vniri vel incorporari, ſeu ſubijci vel aggregari cõtigerit. Necnon omnia & ſingula dictorum monaſteriorũ, prioratuũ, & locorum, vt præmittitur præſentiũ & futurorũ eccleſias, capellas, etiã ſi ipſis cura animarũ immineat oratoria, mannalia, mẽbra, caſtra, fortalitia ædificia, villas, grãgias, vineas, oliueta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molẽdina, aquas aquarũ decurſus, iura, iuriſdictiones, prædia poſſeſſiones quaſlibet. & beneficia quæcunq; quæ in præſenti ſunt, & in futurum erũt, dictæ congregationis & quæ omnia & ſingula per eorũ vocabula, fines, valores quãtitates, & qualitates hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis à quorumcũque legatorũ, delegatorũ, & ſubdelegatorũ, nõ nunciorũ Apoſtolicorũ ſedis ac vicariorũ, Rectorũ, & quorumuis officialiũ Romanæ Eccleſiæ, ac ẽt Patriarcharũ, Archiepiſcoporũ, Epiſcoporũ, electorũ, adminiſtratorũ, & aliorũ quorumcunq; iudicum, ordinariorũ, quouis nomine & poteſtate fungantur, locorum, ordinariorum, ditione, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: ita quod in dictam congregationem vel eius ſingulares perſonas ſeu benefactores occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſmodi monachis conuerſentur, ſeu ab eis recipiant abſolutionis beneficium, & Eucharistiæ ſacramentum, necnon in monaſteria, prioratus, loca, & perſonas in eis degentes, ratione delicti, exceſſus ſeu cõtractus, aut rei de qua agitur vbicunque ineatur cõtractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut alias quaſuis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione ſedis Apoſtolicæ, & de indulto huiuſmodi, ac congregatione prædicta mentionem expreſſam faciente quomodolibet directe & indirecte ferre, promulgare non poſſint. Decernentes ex nũc quidquid in contrarium actum fuerit irritum & inane, nulliuſque fore roboris, vel momenti, de ſpecialis dono gratiæ plenitudine poteſtatis, tenore præſentium prorſus eximimus, & totaliter liberamus, illaque omnia, & ipſorum quodlibet, in ius & proprietatem Beati Petri, & ſedis eiuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra, retento nobis & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in feſto B. Petri & Pauli annis ſingulis nobis, & cameræ Apoſtolicæ perſoluendo, auri vnciæ vnius in ſignum perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod ſi huiuſmodi legati, aut ordinarij, ſeu perſonæ ſupradictæ, contra prædictam, vel aliquod prædictorum non ſolum facere, ſed attentare quomodolibet præſumpſerint, & requiſiti per eiuſdem congregationis prælatos, vel monachos, ſuper notificationem præſentis priuilegij, vt deſiſtant, & id facere neglexerint, infra tres dies à die requiſitionis, ſine notitiæ vt præfertur, eo caſu ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat, & nihilominus quod aliter actum eſt, eo ipſo ſit irritum & inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momẽti. Insuper cũ contigerit fieri concilia generalia, prouincialia, ſeu ſynodalia etiam Apoſtolica, aut quauis 2
auctoritate firmata, ſeu quaſuis congregationis quouis nomine cenſeantur, eccleſiaſticarum vel laicarum perſonarum cuiuſuis dignitatis, aut ſtatus exiſtant præfati Prælati ſeu monachi ad ea ire, ſiue mittere, niſi ad ipſius congregationis capitulũ ge-

F nerale

nerale celebrandum,aut alias iuxta eorum ordina-
tionem nullatenus compelli poſſint,etiam per lite
ras Apoſtolicas non facientes ſpecialem de huiuſ-
modi indulto præfatæ congregationi conceſſo.nec
congregationis perſonæ huiuſmodi , quod in eorũ
3 locis *a* miſſæ aut alia diuina officia celebretur . or-
dines conferantur, vel agitentur cauſæ ciuiles,ſeu
criminales proceſſiones conuocentur, aut ſynodus
conuentus , ſeu quæuis congregationes tam eccle-
ſiaſticarum quam laicarum perſonarum congre-
gentur,ſiue quod huiuſmodi congregationis loca
ad vſum,hoſpitium,habitationem,detentionem,&
incarcerationem,eccleſiaſticarum aut laicarũ per-
ſonarum deputentur aſtringi, ſeu cogi aliqualiter
valeant,contraque omnia, aut aliquod prædictorũ
quæuis perſona cuiuſcunque conditionis, vt præ-
fertur,aut ſtatus exiſtat, attentare præſumens, niſi
facta ei de huiuſmodi indulto notitia deſtiterit,ip-
ſo facto ſententiam excommunicationis incurrat ,
& ne quandoque in poſterum Reges,Principes,Ba
rones,Milites,nobiles, laicales perſonæ,communi-
tates,vniuerſitates,magiſtratus, R[illegible]res,& officia
les ciuitatum,terrarum, caſtrorum, diœceſium di-
uerſarum , monaſterijs, prioratibus,locis,capellis,
Eccleſijs,manualibus,grangijs, caſtris,poſſeſſioni-
bus,ac bonis, necnon Prælatis , & monachis ipſius
4 congregationis gabellas,*b* talias,datia,collectas im
poſitas,onera etiam ad pontium refectionem , &
viarum reparationem , & alia varia & diuerſa gra-
uamina inferre,indicere, & imponere, aut indicta
& impoſita exigere præſumant,diſtrictius prohibe
mus,ac ſub pœna excommunicationis, ac maledi-
ctionis æternæ , quam à notitia præſentis indulti
niſi deſtiterint incurrant mandamus.Non obſtanti-
bus ſi dictis ſæcularibus, vel quibuſlibet alijs perſo
nis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede in-
dultum,quod illa imponere, ſeu exigere valeant ,
etiam ab exemptis per ſe, vel alios quoquo modo,
5 aut quod interdici, ſuſpendi , vel excommunicari,
ſeu vltra vel extra certa loca ad iudicium euocari
non poſſint,per literas Apoſtolicas non facientes
plenam, & expreſſam , ac de verbo ad verbum de
indulto huiuſmodi ex certa ſcientia,ac ipſa congre
gatione ſpecialẽ mentionem. Cõmittentes inſuper
hac per Apoſtolica ſcripta præſentium tenore mã-
dantes omnibus & ſingulis delegatis, ſubdelegatis,
ac Nuncijs Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſco-
pis,Epiſcopis,ac Rectoribus vniuerſis præſentibus
& futuris,in quorum diœceſi, ſunt & erunt in futu
rum loca,& perſonæ huiuſmodi,quatenus præfata
loca,ac etiã perſonas in eis degentes,& eorum bo-
na talis collectis impoſitionibus gabellarũ,ſubſi-
dijs &t charitatiuis, aut quibuſuis alijs onerib. rea-
6 libus,vel perſonalibus ſeu mixtis,etiam per eãdem
ſedem indictis , conceſſis ſeu datis, aut permiſſis,
ſeu indicendis,aut concedendis de cætero grauari
quoquo modo minime permittant . Contradicto-
7 res per cenſurã Eccleſiaſticã, aut alia iuris remedia
appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo. Inſuper vt li-
berius,ac commodius neceſſitatibus ſuis prouide-
re,ac hoſpitalitati & pauperum ſubuentioni vaca-
re poſſint volumus, & decernimus monaſteria,prio
ratus,loca,manualia,grangias,poſſeſſiones,& bona
quæ in præſenti ſunt ipſius congregationis & erũt
in futurum,ac prælatos,monachos,& perſonas præ
fatas ab omni impoſitione,exactione,collecta, deci
ma,ſubſidio, aut alio quoconque grauamine quo-
uis nomine cenſeantur per nos,aut ſucceſſores no-
ſtros faciendo, ſeu imponendo,nec non à quorum-
cunque occaſione legatorũ etiam de latere, ſubde-
legatorum, nuntiorum Apoſtolicorum, ordinario
rum,diœceſanorum, ſeu alterius cuiuſcunq; etiam
Apoſtolica , ſeu quauis auctoritate , tam impoſito-
rum , quam imponendorum per literas Apoſtoli-
cas non facientes plenam & expreſſam , ac de ver-
bo ad verbum,de huiuſmodi indulto, ac congre-
gatione ipſa mentionem ſpecialem , necnon à cha-
ritatiui, & alterius cuiuſcunque ſubſidij,vel impo 8
ſitionis collectæ,vel alterius cuiuſcunque exactio-
nis, & oneris realis,perſonalis , vel miſti ſolutione
de cætero prorſus exemptos,liberos, & immunes
fore ; ita vt cogi, vel inquietari per dictas perſo-
nas , aut alias quaſcunque pro huiuſmodi oneri-
bus,impoſitionibus, grauaminibus , exactionibus,
& ſolutionibus minime poſſint , & debeant. Nec-
non ab omnibus cenſibus , redditibus , & ſolutio-
nibs ratione viſitationis , aut ſubiectionis quocun-
que iure hactenus debitis , aut in futurum deben-
dis quibuſcunque ordinarijs, capitulis, collegijs,
congregationibus , vniuerſitatibus , aut alijs qui-
buſuis perſonis,eiuſdem plenitudine poteſtatis om
nino liberamus,& penitus abſoluimus. Non obſtan
tibus præſcriptionibus,conſtitutionibus, conſuetu 9
dinibus, ſtatutis, decretis, priuilegiis Apoſtolicis ,
quibuſcunque in contrarium facientibus , de qui-
bus ſpecialis , & expreſſa ac de verbo ad verbum
eſſet mentio facienda. Cæterum de quibuſcunque
poſſeſſionibus vbilibet conſtitutis quæ in præſenti
ſunt,& in futurum erunt monaſteriorum, priora-
tuum, & bonorum prædictorum quæ præfati præ-
lati,Monachi,vel perſonæ colunt, ſeu coli faciunt.
aut in futurum colent , ſeu coli facient , ſiue *c* de
hortis, virgultis , piſcationibus eorundem, vel de
nutrimentis animalium ipſorum nullus ab ipſis ,
vel alijs pro eis primitatis decimas quarta, aut alio
quocunque nomine cenſeantur exigere vel extor-
quere præſumant,nec illa aliquibus ſoluere tenean
tur, ſiue ad id à quoquam directe vel indirecte
compelli poſſint inuiti Generalis Concilij,& qui-
buſcunque alijs Apoſtolicis,vel prouincialibus,aut
ſynodalibus cõſtitutionibus nequaquã obſtãtibus.
Decernentes ex nunc irritos & inanes quoſcunque 10
proceſſus,& ſententias etiam interdicti , quos, vel
quas contra inhibitiones noſtras huiuſmodi per
quemuis, aut quauis auctoritate fieri cõtigerit,aut
quomodolibet promulgari. Quodque præfatæ cõ-
gregationis monaſteria, & loca hæreditates *d* lega
ta,& fideicõmiſſa per mediam perſonã monacho-
rum aut alias qualitercũque delatas, bona mobilia
& immobilia in quibuſcunq; ciuitatibus & locis
quouis titulo acquirere,ipſique monachi & perſo-
næ petere,& exigere poſſint præfata bona vndecũ
que,vel qualitercunque eis debita, & quæ ſi in ſæ-
culo remanſiſſent, ius petendi & exigendi haberẽt
ipſis eorum monaſterijs acquirenda quibuſcũque
ſtatutis,ordinationibus , & decretis cuiuſuis eccle-
ſiaſticæ ſiue ſæcularis perſonæ cõmunitatis, colle-
gij,ſiue vniuerſitatis , aut alterius cuiuſcunq; gra-
dus,ſtatus,dignitatis,officij exiſtat nullatenus obſtã
tibus præſentium literarũ ſerie ſtatuimus. Preterea
quaſcunque poſſeſſiones,bona,iura, & iuriſdictio- 11
nes ad ipſa monaſteria,loca,eccleſias,capellas,ora
toria,& hoſpitalia, tã præſentia , quã futura ipſius
cõgregationis in quibuſcunque partibus conſtitu-
ta ſpectantia & pertinentia,quorum nomina & co-
gnomina hic haberi volumus pro ſufficienter ex-
preſſis,quæ in præſentiarum monachi cõgregatio-
nis huiuſmodi iuſte,& canonice poſſident ſeu in fu
turum conceſſione Pontificum,largitione Regũ ,
vel Principum , oblatione fidelium vel alijs iuſtis
modis præſtante Domino poterunt adipiſci ipſis
monaſterijs,capellis,oratorijs,ſeu hoſpitalib. præ-
ſentibus & futuris firma,rata,& illibata ſeruari vo-
lumus.Decernentes, vt nulli omnino hominum li-
ceat pfata monaſteria, ſiue loca, vt præfertur,res , &
bona mobilia,aut immobilia,poſſeſſiones, domos,

molen-

a Vide in 10.3.qq.re. q.4.ar.2.

b Vide in 10.2.qq.re. q.65.ar.2. & in 3. to. qq.reg. qu. 74.

c Vide in 10.2.qq.re. q.44.ar.4. & in 3. to. qq.re.q.47. ar.16.

d Vide in 10.2.qq.re. q.78. ar.3. & 9. & qu. 118.

a Vide in 10.1.qq.re. q.39.ar.7. molendina, aquas piſcarias, iora *a* ſeu iuriſdictiones temere perturbare, aut illa vel eorum aliquod auferre, vel oblata retinere, occupare ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare. Qood ſi aliqua Eccleſia-
12 ſtica, ſæcularisvè perſona, cuiuſcunque gradus, vel conditiunis exiſtat, etiam ſi Pontificali dignitate præfulgeat contra hoc noſtræ exemptionis, liberationis, decreti, conceſſionis, deſenſionis, conſeruationis, & libertatis indultū venire, dicta bona intra, iuriſdictiones, exēptiones, & indulta, vel aliqnod eorum violando, occupādo, turbādo, vel diminuēdo, ſeu indebite fatigare præſompſerit, nec facta ei notitia de huiuſmodi noſtro indulto infra tres dies ſe correxerit, aut idoneam cautionem de ſatisfaciē do præſtiterit, excommonicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi dicta ſatisfactione præſtita præter quam in articulo mortis, & tonc de ſatisfaciādo per ſe ſi ſuperuixerit, aut per ſuos hæredes, vel ſucceſſores idonea præſtita cautione nequeat abſolutionis beneficium obtinere.
13 Inſuper cū plerumque contingat in curia, aut neglectu prælatorum, qui hactenus bona monaſteriorū dictę congregationis, anteqnam præfatæ coogregationi vnirentur gubernarunt, aut poſtmodum ex ignorantia, vel alia qoanis cauſa à pleriſque ipſorum monaſteriorum bona in præiudicium animarū ſuarum indebite detineri, & occupari, præſertim ſub colore præſcriptionis, aut alias quocūq; modo, ex quo non modica iactura cōſoeuit præfatis monaſterijs eoenire. Nos volentes de remedio opportuno prouidere in fauorē obſeruātiæ regularis ex certa ſciētia, motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ volumus, ſtatuimus, & decernimus, qd̄ contra præfatæ congregationis monaſteria, loca, perſonas, & bona aliqua non currat præſcriptio niſi poſt
b Vide in 3.10.qq.re. q.35.ar.2. lapſum *b* ſeſaginta annorū, quod quidē indultum tam in caſibus, rebus, & bonis præteritis, quā futuris poteſtate, & ſcientia ſimilibus exteodi, & locum habere omnino volumus. Nō obſtaotibus qoibuſ-
14 cumque in cootrariom facientibus. Prohibemus *c*
c Vide in 3.10.qq.re. q.14.ar.3. & 4. inſuper ne aliqui, cuiuſpiam ſtatus, gradus vel conditionis exiſtant, perſonas, qoæ de iure communi religionem ingredi non prohibentur, ex ſæculo fugientes ad conuerſationem huiuſmodi congregationis venire cupientes, verberibus aut violentijs quibuſcunque impedire, vel prohibere aut à monaſterijs, & locis ipſius congregationis præſentib. & futuris ioiuriam aliquam ingredi volētibos, aut recipientibus irrogando, ſeu eos moleſtando huiuſmodi perſonas euellere. & extrahere audeant,
15 vel præſumant. Contra facientes vero ipſo facto excōicationis ſententiam incurrant, dum tamē cum hoc præſens ſtatutum fuerit eis ad notitiam deductum non deſtiterint à prædictis, à quo nō poſſint præter quam in mortis articulo oiſi per ſedem Apoſtolicam abſolutionis beneficiom obtinere. Præterea ad obſtruendas vias quibus præfati monachi extra congregatiouem hoiuſmodi, in eorum præiudiciom aoimarum vagari poſſint, prohibemus omnes, & ſingulas perſooas Eccleſiaſticas, & ſæculares cuiuſcunqne ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quaconque præfulgeant authoritate, & dignitate, ne quemqoam es prælatis, vel monachis
d Vide in 10.2.qq.re. q.15.ar.1. congregationis prædictæ penes ſe obſeqoiorum, *d* vel ſeruitorum aliqoorum ſui, ſeu monaſteriorum ſuurum obtentu, aut ſi abſque licentia ſuorom ſuperiorum adiſſe diuerterent, ſeu alias quauis cauſa, etiā occaſione arctioris vitæ, ordiois, vel religionis à dicta congregatiooe abſtrahere, ſeu etiam ad ſponte venientes retinere præſumant, etiam authoritate literarum Apoſtolicarum, in quibus de huiuſmodi perſona, ac congregatione nominatim, & expreſſa mentio facta non fuerit abſque conſenſu capituli generalis, ſeu præſidentis, & maioris partis viſitaiorom coogregationis eioſdem ſub pœna *e* excommunicationis, quam ipſo facto incurrāt: *e Vide in 1.10.qq.re. q.30.ar.9.* niſi facta eis notitia de hoioſmodi priuilegio inſra tres dies perſonam congregationis huiuſmodi non reſtituet in reum effectu, vel à ſe realiter abiecerint, à qua ſententia, niſi in mortis articulo, aut ſede Apoſtolica recipientes, aut recepti abſolui non poſſint. Non obſtantibus quarumconque religionum, vel ordinum, aut alterius cuiuſois perſonæ, priuilegijs, & indultia quibuſcunque, de quibus eſſet ſpecialis, & de verbo ad verbum mentio facienda. Quibus omnibus volumus nominatim & ſpecialiter per huiuſmodi indolto quoad præmiſſa derogari. Inſuper traoquillitati eorum intendentea, ne hi, qui Marthæ circa plurima ſatagitis officium di- 16
miſerunt eligentes, potius cum Maria circa pedes Domini reſidere ad audiendum verbum illius cauſarum turbinibus perturbentur, ſi contingat aliquem literas Apoſtolicas, commiſſorias de admi- *Vide in 2.10.qq.re.q.119.ar.2.*
niſtraoda ioſtitia, executione facienda, viſitatione exercenda, aot alia quauis cauſa ad aliquem prælatom, ſeu monachum dictæ congregationis directas impetraſſe, niſi huic indulto expreſſe, ſpecialiter, & nominatim derogetur ad huiuſmodi cauſas taliom obtentu literatum præter liberam eorum voluntatem procedere, vel exequi minime teneri indulti huiuſmodi tenore decernimus. Plane ne prælatos, & monachos huiuſmodi etiam cauſarum ſtrepitus inquietet, & ab otio ſancto deducat, ne quis prælatos, monachos, & perſonas de huiuſmodi congregatione ſubire de calumnia, & 17
f Vide in 10.2.qq.re. q.10.ar.2. veritate diceoda *f* iuramentum, aut ad ferendum teſtimoniom, quacunque ex cauſa compellet inuitos ſiue extra cioitates, & Diœceſes ſuas trahat, ſeu io eos, vel eorum aliquem propterea excommunicationis, vel alterius cenſurę ſeo pœnæ ſententiam proferat, per literas Apoſtolicæ ſedis, vel legatorom eius: niſi in eiſdem literis de hoiuſmodi indulgentia plena, & expreſſa, ac de verbo ad verbum facta fuerit mentio ſpecialis eadem aothoritate indulgemus escommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, & alias ſantentias, ſi quas eos, vel aliqnem eorum contra indultum huiuſmodi promulgari contigerit, decernentes præſentium tenore irritas & inanes. Prælatorum vero monachorū, conoerſorum, & nooitiorum ipſius congregationis teſtimonia in cauſis ipſorum ciuilibus, & criminalibus, in iudicio, & extra legitima ſint, & iuridica, & vt eis libere, & licite vti poſſint concedimus per præſentes. Adijcientes *g* etiam, vt ſi qoandoq; *g Vide in 3.10.qq.re. q.35.ar.3.* contigerit per aliqoem, aut plures actus, contra huiuſmodi, aot qoæcunque alia decreta, priuilegia, & indulta gratias, & immunitates præfatæ congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocunqoe cuiuſcunque conditionis, dignitatis, grados, ſeu ſtatus exiſtat ex negligentia vel ignorātia præſentium, & futurorum, quibus ea concedūtur, aut alia quauis cauſa aliter attentari, vel obſeruari, ignoranter, vel ſcienter, nullum tamē per hoc prędiudicium decretis priuilegijs, & indultis, gratijs, & immunitatibus præfatia volumus generari, ſed illa in ſuo robore, & vigore permanere. Nō obſtantibus in Conſtantienſi, & alijs Concilijs, ac à fœlicis recordationis Innocentio IIII. & Martino V. necnon alijs Summis Pontificibus pędeceſſoribus noſtris editis conſtitutionibus, & ordinationibus, etiā ſi de illis ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio habenda pręſentib. eſſet quibus quo ad pręmiſſa ſpecialiter derogamus, necnon monaſteriorū, prioratuū, & ordinum pręđictorum, iuramēto, cōfirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cō-

deciſa pendet, & quæ deinceps eis annuente Domino fient donationes, & legata valeat acceptare. Nos omnem ſuper his ambiguitatis materiam ſemouere, necnon cōſcientiarum ſcrupulis obuiare, cupientes, ipſius congregationis in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod congregatio prędicta donationes, & legata huiuſmodi acceptare, necnō ipſa vel eius viſitatores pro pręmiſſis, & etiam quę dictis monaſterijs ac locis hactenus facta fuerūt, & in antea fieri contigerit, donationibus, legatiſque vendicandis, ac recipiendis, ſyndicos, ſiue procuratores conſtituere, & deputare, necnon donationes, & legata prædicta etiam quæcunque, & qualiacūque fuerint, prout generali præfatæ cōgregationis capitulo, ſiue dictis viſitatoribus pro tempore videbitur inter huiuſmodi monaſteria, ac loca, illorūque perſonas, & alias in dictæ cōgregationis vſus, ac pro fęlici eius ſtatu, & directione diſpenſari, cōuerti, & diſtribui licite poſſint authoritate Apoſtolica decernimus, & indulgemus per præſentes. Nō obſtantibus li is pendentia huiuſmodi ac conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis & conſuetudinibus monaſteriorum locorum, & ordinis prędictorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1431. tertio Id. Nou. Pont. noſtr. anno 1. M. de Gadagnis Gra. de mandato Domini noſtri Papæ P. Coſſel.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Quod monachi licet in diuerſis monaſterijs ſint profeſſi, vnum tamen corpus, & vna congregatio exiſtant.*

2 *De approbatione dictæ congregationis. De annali celebratione capituli generalis. De electione loci ſequentis Capituli. De electione definitorum. De poteſtate definitorum.*

3 *Quod ordinationibus dictorum Definitorum ab omnibus dictæ congregationis pareatur.*

4 *Quod dicti definitores poſſint eligere Abbates, & Priores, ac eos ad eorum beneplacitum abſoluere & amouere.*

5 *De electione & poteſtate Præſidētis, & Viſitatorū.*

6 *Quod officium Præſidentis & Viſitatorum duret tantum per annum.*

7 *Quod locus capituli non immutetur niſi de conſenſu Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum.*

8 *Quod dictis Viſitatoribus & prælatis omnibus dictæ congregationis obedientia impendatur.*

9 *Quod nullus recipiatur ad profeſſionem, niſi de conſenſu duarum partium conuentus.*

10 *Quod tranſlati de vno monaſterio ad aliud monaſterium dictæ congregationis ſint abſoluti à Priori monaſterio, & in alio pro conuentualibus habeantur ac ſi eſſent profeſſi ibi.*

11 *Quod monaſteria & perſonæ dictæ congregationis poſſint vti præeminentiis & dignitatibus eis a ſede Apoſtolica, vel alias conceſſis, dummodo ordinationibus congregationis non obſiſtant.*

12 *Quod monaſteria non ſint ſibi inuicem ſubiecta.*

13 *Quod acta & inſtrumenta inter congregationem & prælatos volentes reducere, & c. reuocatio priuilegii Martini V.*

14 *Quod electiones prælatorum pertineant ad capitulum generale aut præſidentem, & Viſitatores.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi ex ſolicitudinis debito Paſtoralis ſub regulari obſeruantia ſingulis Altiſſimo famulātibus in his, per quæ ſuis ſtatutis, & indēnitatib. cōſulitur, nos fauorabiles eſſe deceat, pariter & benignos: præclarā tamē dictorū filiorum monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ congregationē ordinis S. Benedicti, ad quos etiam antequam diuina fauente clementia ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumeremur, ſpecialem geſſimus in Domino charitatis affectum, ſpiritualis dono lætitiæ vitam, & conuerſationem contemplātes, quibus eis alijſque proficiunt, & ſalutaria pijs fidelium mentibus exempla tranſmittunt, tāto ſolertius ea proſequi, necnon inſtaurare ſtudijs geſſimus aſſiduis, per quę cōgregationis huiuſmodi ſtatus fœliciter adaugeri, ſolidarique poterit, quanto per aſſumptionē huiuſmodi maior nobis deſuper tributa facultas eſt, & ampliorem Chriſticolis ſperamus inde iugiter prouenire ſalutem. Attento itaque quod fæ. re. Martinus Papa V. prædeceſſor noſter nonnulla eiſdē monachis contulit priuilegia, quæ non vſque adeo ad pleniorem eiuſdem cōgregationis ſoliditatem, augmentumvè ſunt ſufficientia. Idcirco nos propter dictorum monachorū laudabilem vitam, & exemplares mores nobis à diu cognitos, præfatum prædeceſſorem noſtrum, ſequentes, atque vbi opportunum fuerit, nōnulla innouantes, & adijcientes proprio motu authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia, nec non irrefragabili perpetuaque conſtitutione ſancimus: & pręſentiū ſerie ſtatuimus, volumus pariter & ordinamus qđ omnes & ſinguli dictæ congregationis ordinem 1
ipſum profeſſi præſentes & futuri, quāuis in diuerſis pro tēpore monaſterijs, ſiue locis morentur, vnū tamen corpus, & vna congregatio exiſtant. Quam 2
quidem congregationē authoritate etiam, & ſcientia ſimilibus approbamus, & vt à Chriſti fidelib. in reuerentia, & deuotione habeatur, hortamur, eāq; ſub ordine & regula B. Benedicti eſſe declaramus, ac ſtatuimus, quodque pro eorū ſalubri ſtatu in loco ad id congruo generale iuxta laudabilē quæ deſuper dudum viguit conſuetudinem, capitulū per eos ª ſingulis annis celebretur, nec illud poſtquam inchoatum fuerit, donec pro alio futuro celebrando capitulo ſimilis locus electus, & acceptatus extiterit, quomodolibet diſſoluatur. In quo quidē capitulo ᵇ nouem ex ijs, qui in illo habere vocē poſſunt eligantur diffinitores, qui ſic electi totum capitulū præſatum repræſentantes pro ſalubri dictæ congregationis ſucceſſu, ſtatuta, conſtitutiones, & ordinationes, ac omnia & ſingula quę in ſpiritualibus & temporalibus ipſius congregationis, ac præfatæ regulæ ſtatum, obſeruātiam & indemnitatem necnon circa diuini officij directionem & ordinationem abſque tamē ipſius regulæ variatione, ſubſtantiæ, vel effectus interpretationē, declarationē quomodolibet concernere poterunt authoritate prædicta inſtituendi, ᶜ ordinandi, & interpretādi, declarandi, necnō ea quæ ſic inſtituta ordinata, interpretata, vel declarata fuerint, in toto vel in parte prout rerū & temporum qualitates exegerint, amouendi, alterandi, & in melius commutandi plenam & liberam in omnibus habeant facultatem. Quorum Definitorum ſtatutis, conſtitutionibus, ordinationibus, definitionibus & correctionibus, ſinguli de cōgregatione huiuſmodi, cuiuſcunq; digni 3
tatis, ſtatus, gradus, ſiue conditionis exiſtant, in omnibus efficaciter parere teneantur. Volentes ac ſtatuentes, quod huiuſmodi Definitores de prædictis monaſte-

a De celebratione capitulorū generalium, ſimul & vtiliate. Vide in 3. to. qq. regu. q. 67. per totam.

b De celebratione capitulorum. Vide in 10. 1. qq. reg. q. 45.

c Quid fieri debeat in capitulis generalibus. Vide in 1. q. 67. to. 3. & in d. q. 45. ar. 2.

monaſterijs,& locis ac eorum bonis,prout vtilita-
tibus præfatæ congregationis videbitur eis expedi
re,liberè diſponere, necnon eos ex ipſis monachis
præſentibus & futuris, quos ad idoneos iudicaue-
4 rint in *a* Abbates & Priores vacantium pro tempo
re monaſteriorum ac prioratuum huiuſmodi, alias
iuxta dictæ congregationis inſtitutiones,ordinatio
nes,& ſtatuta eligere,ſiue nominare,necnon ad be
neplacitum *b* eorum taliter electos , ſiue nomina-
tos abſque aliqua cauſæ cognitione à regimine, &
adminiſtratione dictorum monaſteriorum & prio
ratuum, quibus tunc præfuerint, & quæ tunc pro-
pterea vacare cenſeantur, abſoluere, & amouere ;
ac etiã omnia, & ſingula, quæ in præmiſſis omnib.
& circa ea quomodolibet neceſſaria, vel opportu-
na fuerint,facere, & exequi liberè & licitè poſſint,
& valeant. Planè ne poſt diſſolutionem huiuſmodi
capituli prædicta congregatio regiminis ſolatio de
5 ſtituta remaneat,quinque vel plures prout defini-
toribus huiuſmodi viſum fuerit, viſitatores *c* depu
tentur, quorum vnus iuxta ipſorum definitorum
diſpoſitionem Præſidentis vocem,nomenque ſuſci
piat, & ad eum ſecundum huiuſmodi decreta capi
tuli ſingula prædictæ congregationis negotia de-
ferantur. Ipſique Præſidens & viſitatores omnia,&
ſingula faciant,diſponant,& exequãtur, ſuper qui-
bus ab huiuſmodi capitulo muniti poteſtate fue-
6 rint,vel quæ ab eo receperint in cõmiſſis, aut alias
iuxta eorum conſtitutionis,& ſtatuta,quorum offi
cia vſq; ad ſequens anno proximè futuro tũc cele-
brandum huiuſmodi congregationis capitulum
dumtaxat durent; locus autẽ capituli præſati,poſt-
quam electus & acceptatus fuerit abſque rationa-
7 bili cauſa,de Præſidentis quoque , necnon maioris
partis viſitatorum eorundem aſſenſu nullatenus
8 immutetur,Præterea omnes & ſinguli præſentes &
futuri dictæ congregationis prælati, necnõ mona-
chi,conuerſi,& commiſſi,ſub præfatorum viſitato
rum & conſequenter illorum prælatorum in quo-
9 rum monaſterij , ſiue locis ipſi monachi conuerſi,
& commiſſi morãtur, *d* obedientijs inſiſtãt eas hinc
inde, prout decens fuerit, humiliter impenſuri, &
inſuper ne facilitate præcipiti religionis iugũ quis
acceptet,nullus ex monaſteriorum,ſiue locorũ hu-
iuſmodi prælatis abſque deliberatione matura,nec
non duarum partium ſui conuentus aſſenſu quem-
piam in monachum, ſiue conuerſum monaſterij,ſi
ue loci cui præſit quomodolibet ad profeſſionẽ *e*
recipiat,aliter vero inibi recepto ; niſi poſtea præ-
dictus accedat aſſenſus ſtandi, vel morandi ibidem
10 ſit pœnitus interdictum , Sanè vt cuiuſlibet mate-
ria turbationis adempta perſonæ congregationis
huiuſmodi quietius valeant Altiſſimo famulari ,
omnes & ſinguli quos de prioribus in quibus pro-
feſſi fuere monaſterijs, & locis ad alia præſentia,&
futura dictæ congregationis monaſteria , ſiue loca
iuxta ordinationem capituli huiuſmodi transferri
contigerit,aut alias pro conuentualibus quomodo
libet deputari,ex tunc ab ipſis prioribus,monaſte-
rijs , ac locis realiter abſoluti ſint, & aliorum mo-
naſteriorum, locorumque prædictorum , quandiu
ſteterint ibi monachi, ac ſuppoſiti reputentur , &
pro conuentualibus inibi habeantur in actibus &
negotijs capitularibus , ac ſi ibidem profeſſi forẽt ,
11 Porrò ne præmiſſorum occaſione monaſterijs , &
locijs congregationis huiuſmodi , vel eorum ali-
cui detractum foret quomodolibet exiſtimerut
omnia monaſteria & loca præfata,necnon *f* illo-
rum prælati,ac perſonæ quibuſlibet eis à ſede Apo
ſtolica vel alias qualitercunque conceſſis de iure ,
ſeu conſuetudine quomodolibet debitis , iuribus,
præeminentijs,ac dignitatibus inconcuſſe gaudeãt
& vtantur,dummodo illa præmiſſis, & alijs huiuſ-
modi Congregationis ordinationibus, & inſtitutis
non obſiſtant , *g* nec propterea ex monaſterijs ip-
ſis vnum reputetur,alteri ſubiectum, ſed eis in ſua
libertate remanentibus, illa viciſſitudinis admini-
12 culo coniuncta ſub fœlici dictæ congregationis
regimine vniformi regularis obſeruantiæ greſſu ,
13 ſibi inuicem ſuffragentur. Adijcientes quod quo-
tieſcumque prælatus aliquis monaſteriorum cui
præfuerit , ad eiuſdem congregationis obſeruan-
tiam reducere, & ſub illa reformare delegerit,
iuxta ſtatuta,decreta,necnon ordinationes cõgre-
gationis huiuſmodi,prout congruentius poterit ip
ſam reformationem *h* faciat eiuſq; deſuper acta , *i*
conuentiones,& modi quæ de conſenſu congrega-
tionis eiuſdem vel illorum , quos ad id deputaue-
rit,in formã publicam redacta fuerint,eo ipſo con-
firmationis Apoſtolicæ ſint robore ſuffulta. Sanè
cum præfatus prædeceſſor prædictæ congregatio-
ni cõceſſerit,quod vacantibus monaſterijs quæ tũc
erãt dictæ congregationis electione rite & canoni-
cè celebratæ à duabus partibus eligentiũ authori-
tate Apoſtolica confirmata, *K* ipſo facto cenſeren-
tur. Quodque de omnibus reddibus monaſterio-
rum prædictorum quinta pars pro decenti ſuſten-
tatione prælatorum deputaretur , aliæ vero qua-
tuor partes per cellararios abſque contradictione
Prælatorum,in monachorum.& conuentuum vti-
litatibus diſpenſarentur, Nos attendentes , quod
huiuſmodi ordinationes & decreta non ad confir
mationem & augmentum dictæ congregationis ,
ſed ad eius diſpendium maximum cederent,& de-
trimentum : omnia & ſingula ſtatuta , & decreta,
electionum , & redditium diuiſiones huiuſmodi
reuocamus , pariter & annullamus, Volentes *l* &
ſtatuentes quod electiones Abbatum & Priorum
ad dictæ congregationis capitulum generale , aut
Præſidentem & viſitatores iuxta conceſſam eis, vt
præmittitur facultatem, ac eorum conſtitutiones,
& ſtatuta pertineant, quibus taliter electi iuxta re-
gulam B. Benedicti , & eorum conſtitutiones mo-
naſteria ipſa, ſiue loca & eorum bona,tam in ſpiri-
tualibus , quam temporalibus regendi , & guber-
nandi, licita ſit facultas & libera. Non obſtantibus
præmiſſis,& alijs conſtitutionibus, & ordinationi-
bus Apoſtolicis,etiam ſi de illis ſpecialis & expreſ-
ſa ac de verbo ad verbum præſentibus mentio ha-
benda eſſet,Quibus quoad præmiſſa ſpecialiter de
rogamus , necnon monaſteriorum, prioratuum &
ordinum prædictorum iuramento, confirmatione
Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſta-
tutis,& conſuetudinibus,cæteriſque contrarijs qui
buſcunque, &c. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam noſtræ ſanctionis , ordinatio-
nis,approbationis, hortationis,declarationis,con-
ſtitutionis,adiectionis,reuocationis,annullationis,
voluntatis,ſtatuti , & derogationis infringere , vel
ei auſu temerario contraire . Siquis autem hoc at-
tentare præſumpſerit,indignationem Omnipoten
tis Dei , ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ
apud Sanctum Petrum , anno Incarnationis Do-
minicæ 1432. Nono Kal.Decembris , Pontificatus
noſtri anno ſecundo. A.de Florentia duplicata P,
gratis de mandato Domini noſtri Papæ Ioannis de
Steccatis;

a Vide in 2.10.qq.reg.q.53.ar.1.2.& 3.
b Ad beneplacitũ cũ cauſa tamen Vide in 2.10.qq.reg.q.21.a.1.& 2.& 3.
c Vide in 3.10.qq.re.q.77.per totam quaſtionem.
d Vide in 3.10.qq.re.q.19.
e Vide in 3.10.qq.re.q.17.ar.7.
f De communicatione priuilegio vide in 10.1.qq.re.q.35.ar.6.
g Vide in d.q.55.ar.fin.
h Ad prælatos pertinet reformatio vide in 2.10.qq.reg.q.47.
i Vide in 10.1 qq.re.q.27.ar.3.
K De Confirmatione electorũ vide in 2.10.qq regul.q.12.ar.2.& q.13.art.6.
l Vide in 2.10.qq re.q.52.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

1 Quod monaſteria congregationis S. Iuſtinæ per Prælatos congregationis regantur.
2 Quod capitulum ſiue Præſidens cum maiori parte viſitato-

viſitatorum poſſint eligere ex monaſterijs Abbates, & Priores, & ad eorum nutum amouere.

3 *Quod taliter electi poſſint regere monaſteria, & omnia facere, ac ſi munus benedictionis impenderetur.*

4 *Quod nullus poſſit accipere commendam, ſiue adminiſtrationem monaſteriorum vel ſuper eorum fructibus penſionem acquirere.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam. Et ſi monaſteria, piſque loca ſingula, necnon in
illis ſæculi deſiderijs abdicstis omnium
conditori Domino ſub regulari caſtimonia famulantes, Apoſtolicis fauoribus & præſidijs, ex iniuncto nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio cõfouere teneamur, Monaſteria tamen, & loca commendabilis, Deoque & hominibus acceptæ congregationis monachorum de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ ordinis S. Benedicti, necnon eorum perſonas ob multiplices quos exemplari vita conferunt in Dominico grege fructus ſpecialibus affectionibus, & gratijs proſequi ſtagimus, & vt eorum per amplius ad ædificationem plurimorum ſolidetur ſtatus, ac ſuccedat, & propagetur religionis exiſtentia ſalutaris, potiores curas & ſolicitudines aſſiduis ſtudijs adhibemus. Cupientes igitur vt noſtrę prouiſionis ope monaſteria, Prioratus, & loca congregationis huiuſmodi votiua iugiter in ſpiritualibus ac temporalibus incrementa ſuſcipiant, & de illis quæ diſpendium, necnon inconuenientium poſſent eis occaſionem congerere & via prout opportunum fuerit, penitus adimatur. Motu proprio non ad congregationis prædictæ, vel alterius pro ea nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiam præſentis perpetuo valituræ conſtitutionis edicto Apoſtolica authoritate ſtatuimus & ordinamus, quod in antea perpetuis futuris temporibus monaſteria, & prioratus congregationis huiuſmodi,
1 quæ nunc ſunt, & ſucceſſu temporis, authore Domino prædictæ congregationi quomodolibet vniẽtur incorporabuntur, aut ſubijcientur per prælatos
dumtaxat de congregatione [a] prædicta regantur, & gubernentur, & quoties illa vbicumque etiam apud ſedem Apoſtolicam, & qualitercumque vacare contigerit, etiam ſi quæuis ſpeciales, vel generales de illorum prouiſionibus, ſiue diſpoſitionibus per ipſam ſedem reſeruationes factæ fuerint capitulum, ſi tunc celebretur, alioquin præſidens cum ad hoc iuxta eorum conſuetudines, & ſtatuta deputatis, illos ex ipſis monachis præſentibus, & futuris, quod ad id [b] idoneos fore crediderint in Abbates, & Priores tunc vacantium monaſteriorum & Prioratuum huiuſmodi, alias iuxta dictæ congregationis ordinationes & ſtatuta, eligere, ſiue nominare, necnon ad nutum & beneplacitum eorum taliter electos ſiue nominatos à regimine,
2 & adminiſtratione dictorum monaſteriorum, & prioratuum quibus tunc præfuerint, & quę tunc propterea vacare cenſeantur, abſoluere & amouere. Præfatique ſic electi, & nominati abſque alicuius ſedis prædictæ, vel alterius prouiſionis, ſiue diſpoſitionis adminiculo, & præter hoc quod eis propterea munus benedictionis impendatur, illis monaſterijs, & prioratibus, ad quæ ſic electi, ſiue nominati fuerint præeſſe: ac illa in huiuſmodi ſpiritualibus & temporalibus regere & gubernare: necnon omnia & ſingula, quæ per Abbates, & Priores aliorum monaſteriorum, & locorum dictæ congregationis iuxta illius ſtatuta & ordinationes huiuſmodi fieri poterunt, facere & exercere
3 ſe libere & licitè valeant. Et vt perſonæ congregationis huiuſmodi eo liberius quo quietius Altiſſimo ſua dirigere vota poſſint, & ſuper prædictis illius monaſterijs, prioratibus, & locis aliorum potius facultates, & redditus, quam proficere in dicta congregatione quærentium motibus, & inſtantijs improbis non turbentur, per quaſcumque literas Apoſtolicas etiam motu ſimili, & cum reſeruationibus permiſſis, ac quibuſcumque derogatorijs, propter quas effectus præſentium quomodolibet impediri, vel differri poſſint clauſulis conceſſis hactenus, ac in poſterum concedendis aduerſus noſtra ſtatuta & ordinationes huiuſmodi, nullus de prædicta congregatione, vel alter cuiuſcumque ſtatus, gradus ordinis ſeu conditionis ſit: etiam ſi Cardinalatus Pontificali, vel alia quauis dignitate præfulgeat, aliquid ex ipſis monaſterijs, Prio- 4
ratibus, & locis eiuſdem congregationis titulum, aut commendam, ſiue adminiſtrationem, vel alias ſeu ſuper quibuſuis illorum fructibus, redditibus, & prouentibus, quamcunque penſionem ſibi vendicare, vel ius deſuper acquirere poſſit: niſi in dictis literis de præſentibus ac ipſa congregatione ſpecialis & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio fiat, & alias ex ipſarum tenore literarum euidenter apparuerit, ſingulos Romanos Pontifices, qui eas conceſſerint ex certa ſcientia cum rationabilibus ſubiectione cauſæ prædictis noſtris ſtatutis, & ordinationibus derogare voluiſſe, atque velle. Decernentes ipſas literas ad aliquod ex eiſdem monaſterijs, prioratibus, & locis ipſius congregationis, alias contra huiuſmodi noſtrorum ſtatutorum, & ordinationum continentiam, atque formam nullatenus extendi debere: necnon irritum & inane quidquid in contrarium à quocunque quauis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Rurſus interdicimus omnibus & ſingulis, etiam præmiſſa dignitate præditis, ne ſub excommunicationis pœna, quam alias ipſo facto incurrant, contra noſtra ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi poſtquam eis illa innotuerint, vel facta ipſis fides extiterit, quocumque quæſito colore, quempiam de dicta congregatione ſuper quouis ex illius monaſterijs, prioratibus, & locis prædictis ratione tituli, ſiue commendæ, & adminiſtrationis, aut penſionis huiuſmodi, vel alias impetere, ſiue moleſtare quoquo modo præſumant. Non obſtantibus reſeruationibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs & indultis Apoſtolicis, quæ ad impediendum, vel differendum effectum huiuſmodi, aut quominus ipſa noſtra ſtatuta, & ordinationes vim, vigoremque perpetuos habeant, alicui nullatenus ſuffragentur, ac monaſteriorum, Prioratuum & locorum congregationis, necnon ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, & interdicti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Florentiæ anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo quarto. Tertio Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno quarto. A. de Florentia duplicata, gratis mandato Domini noſtri Papæ Ioannes de Steccatis.

[a] *Vide in 2.20. qq. re. q. 52. ar. 8.*

[b] *Dignum eſt eligendum vide in 2.20. q. 99. regu. q. 53. ar. 2. 3. & 4.*

Bulla

Bulla Septima.

S V M M A R I V M.

1 *Quod congregatio ſit exempta ab omnibus legatis Epiſcopis, & quibuſcumq; alijs iuriſdictionibus habentibus ordinariam, contrafacientes excommunicantur.*
2 *Quod Prælati vel monachi non compellantur adire ad Concilia.*
3 *Quod non valeant cogi, quod miſſa, aut alia celebrentur, in eorum locis nec incarcerentur aliqua perſona.*
4 *Quod monaſteria & eorum loca ſint exempta ab omnibus gabellis, &c.*
5 *Quod Prælati vel monachi non poſſint interdici, ſuſpendi, excommunicari, nec ad iudicium, &c.*
6 *Quod Diœceſani non permittant grauari ſ alijs collectis, gabellis, aut ſubſidijs & charitatiuis loca & perſona, &c.*
7 *Quod loca congregationis ſint exempta ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, &c.*
8 *Quod ſint libera ab omnibus cenſibus, &c. Ratione viſitationis, ſubiectionis debendis quibuſcunque ordinarijs, &c.*
9 *Quod nullus præſumat exigere primitias, decimas, quarteſias de quibuſcunque poſſeſſionibus, &c.*
10 *Quod monaſteria poſſint acquirere hereditates, legata & fideicommiſſa, &c.*
11 *Quod ipſi monachi poſſint petere bona eis debita, &c*
Quod bona, firma & illibata ſeruentur.
12 *Quod qui contra hoc indultum venerit, &c. ſit excommunicatus.*
13 *Quod nulla præſcriptio currat, &c.*
14 *Quod impedientes perſonas venientes ad religionem, excommunicentur, &c.*
15 *Quod nemo extrahat aliquem de religione, vel retinere, &c.*
16 *Quod non teneantur exequi literas ab aliquo impetratas, &c.*
17 *Quod non poſſint cogi ſubire iuramentum, &c. vel ad ferendum teſtimonium.*
18 *Quod teſtimonia perſonarum dictæ congregationis legitima ſint in cauſis ipſorum, &c.*
19 *Quod per aliquem actum contra priuilegia conceſſa non præiudicetur, &c.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Etſi ex debito miniſterij Paſtoralis quibuſlibet perſonis regularem vitã profeſſis nos doceat eſſe in ſuis opportunitatibus & commodis fauorabiles & benignos, cõgregatione tamẽ monachorũ de obſeruantia S. Iuſtinæ ordinis S. Benedicti ob laudabilis vitæ merita, & virtutũ incrementa, tanquã nouellã plantationẽ à nonnullis anniscitta in præfato ordine renaſcentẽ, ad cuius incrementũ, & bonũ regimẽ etiam dũ in minoribus cõſtituti eramus impendimus opẽ & operã efficacẽ. Eos nunc ad apicẽ ſummi Apoſtolatus aſſumpti propẽſiori charitate complectimur quo pretioſiores ac vberiores fructus per eorũ labores & operã diligentẽ conſpicimus in populum Domini prouenire. Cupiẽtes igitur vt ipſi eo quietiori animo valeãt reddere Altiſſimo vota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per ſedem Apoſtolicã priuilegijs, indulgentijs, & gratijs communitis motu proprio, non in ipſorum monachorũ, aut alicuius vlterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios cõgregationẽ præfatã, eiuſq; Præ-

Vide in 2. eo. qq. reg. q.63.

fidẽtes, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, mo
nachos, cõuerſos, cõmiſſos, nouitios, ac eorũ capel-
lanos qui tẽpore fuerint, ẽt curã habẽtes animarũ,
necnon familiares, & ſeruitores ipſorũ, qui nũc ſunt
in præfata cõgregatione, & in futurũ pro tempore
erũt, ac ẽt ipſius monaſteria, prioratus, & loca quę 1
nunc ſunt & in poſterũ Cõgregationi prædictæ qn
cunque vniri vel incorporari, ſeu ſubijci vel aggre
gari cõtigerit. Necnon omnia & ſingula dictorum
monaſteriorũ, prioratuũ, & locorum, vt præmittit
præſentiũ & futurorũ eccleſias, capellas, etiã ſi ip-
ſis cura animarũ immineat oratoria, manualia, mẽ-
bra, caſtra, fortalitia ædificia, villas, grãgias, vineas,
olineta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſca-
tiones, molẽdina, aquas aquarũ decurſus, iura, iu-
riſdictiones, prædia poſſeſſiones quaſlibet. & bene-
ficia quæcunq; quæ in præſenti ſunt, & in futurum
erũt, dictæ congregationis & quæ omnia & ſingu-
la per eorũ vocabula, fines, valores quãtitates, &
qoalitates hic haberi volumus pro ſufficienter ex-
preſſis à quorũcũque legatorũ, delegatorũ, & ſub
delegatorũ, nec nõ nunciorũ Apoſtolicorũ ſedis ac
vicariorũ, Rectorũ, & quorumuis officialiũ Roma
næ Eccleſiæ, ac ẽt Patriarcharũ, Archiepiſcoporũ,
Epiſcoporũ, electorũ, adminiſtratorũ, & aliorũ quo
runcunq; iudicum, ordinariorũ, quouis nomine &
poteſtate fungantur, locorum, ordinariorum, di-
tione, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatio-
ne, & correctione: ita quod in dictam congrega-
tionem vel eius ſingulares perſonas ſeu benefacto-
res occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab
eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſmodi mona-
chis conuerſentur, ſeu ab eis recipiant abſolutio-
nis beneficium, & Euchariſtiæ ſacramentum, nec-
non in monaſteria, prioratus, loca, & perſonas in
eis degentes, ratione delicti, exceſſus ſeu cõtractus,
aut rei de qua agitur vbicunque ineatur cõtractus,
ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat
excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aut
alias quaſuis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſio-
ne ſedis Apoſtolicæ, & de indulto huiuſmodi, ac
congregatione prædicta mentionem expreſſam fa
ciente quomodolibet directe & indirecte ferre,
promulgare non poſſint. Decernentes ex nũc quid
quid in contrarium actum fuerit irritum & inane,
nulliuſque fore roboris, vel momenti, de ſpecialis
dono gratiæ plenitudine poteſtatis, tenore præſen-
tium prorſus eximimus, & totaliter liberamus, il-
laque omnia, & ipſorum quodlibet, in ius & pro-
prietatem Beati Petri, & ſedis eiuſdem, ac ſub eo-
rum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra,
retento nobis & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in
feſto B. Petri & Pauli annis ſingulis nobis. & came-
ræ Apoſtolicæ perſoluendo, auri vnciæ vnius in ſi-
gnum perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod ſi
huiuſmodi legati, aut ordinarij. ſeu perſonæ ſupra-
dictæ, contra prædictam, vel aliquod prædicto-
rum non ſolum facere, ſed attentare quomodo-
libet præſumpſerint, & requiſiti per eiuſdem con-
gregationis prælatos, vel monachos, ſuper noti-
ficationem præſentis priuilegij, vt deſiſtant, & id
facere neglexerint, infra tres dies à die requiſitio-
nis, ſiue notitiæ vt præfertur, eo caſu ipſo facto ſen
tentiam excommunicationis incurrat, & nihilo-
minus quod aliter actum eſt, eo ipſo ſit irritum &
inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momẽti. In- 2
ſuper cũ contigerit fieri concilia generalia, prouin-
cialia. ſeu ſynodalia etiam Apoſtolica, aut quanis
auctoritate firmata, ſeu quaſuis congregationis
quouis nomine cenſeantur, eccleſiaſticarum vel
laicarum perſonarum cuiuſuis dignitatis, aut ſtatus
exiſtant præfati Prælati ſeu monachi ad ea ire, ſiue
mittere, niſi ad ipſius congregationis capitulũ ge-

nerale celebrandum,aut alias iuxta eorum ordina-
tionem nullatenus compelli poſſint,etiam per lite
ras Apoſtolicas non facientes ſpecialem de huiuſ-
modi indulto præfatæ congregationi conceſſo,nec
congregationis perſonæ huiuſmodi, quod in eorũ
3 locis *a* miſſæ aut alia diuina officia celebretur, or- *a Vide in 10.3.qq.10, q.4.ar.1.*
dines conferantur, vel agitentur cauſæ ciuiles,ſeu
criminales proceſſiones conuocentur, aut ſynodus
conuentus, ſeu quæuis congregationes tam eccle-
ſiaſticarum qoam laicarum perſonarum congre-
gentur,ſine quod huiuſmodi congregationis loca
ad vſum,hoſpitium,habitationem,detentionem,&
incarcerationem,eccleſiaſticarum aut laicarũ per-
ſonarum deputentur aſtringi, ſeu cogi aliqualiter
valeant,contraque omnia, aut aliquod prædictorũ
quæuis perſona cuiuſcunque conditionis, vt præ-
fertur,aut ſtatus exiſtat, attentare præſumens, niſi
facta ei de huiuſmodi indulto notitia deſtiterit,ip-
ſo facto ſententiam excommunicationis incurrat,
& ne quandoque in poſterum Reges,Principes,Ba
rones,Milites,nobiles, laicales perſonæ,communi-
tates,vniuerſitates,magiſtratus, R[illegible]res,& officia
les ciuitatum,terrarum,caſtrorum, diœceſium di-
uerſarum, monaſterijs, prioratibus,locis,capellis,
Eccleſijs,manualibus,grangijs, caſtris,poſſeſſioni-
bus,ac bonis, necnon Prælatis, & monachis ipſius
4 congregationis gabellas,*b* talias,datia,collectas im
b Vide in 10.2.qq.10. q.61.ar.2. & in 3.10. qq.reg.qu. 74.
poſitas,onera etiam ad pontium refectionem, &
viarum reparationem, & alia varia & diuerſa gra-
uamina inferre,indicere, & imponere, aut indicta
& impoſita exigere præſumant,diſtrictius prohibe
mus,ac ſub pœna excommunicationis, ac maledi-
ctionis æternæ, quam à notitia præſentis indulti
niſi deſtiterint incurrant mandamus.Non obſtanti-
bus ſi dictis ſæcularibus,vel quibuſlibet alijs perſo
nis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede in-
dultum,quod illa imponere, ſeu exigere valeant,
etiam ab exemptis per ſe,vel alios quoquo modo,
5 aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari,
ſeu vltra vel extra certa loca ad iudicium euocari
non poſſint,per literas Apoſtolicas non facientes
plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de
indulto huiuſmodi ex certa ſcientia,ac ipſa congre
gatione ſpecialẽ mentionem. Cõmittentes inſuper
hac per Apoſtolica ſcripta præſentium tenore mã-
dantes omnibus & ſingulis delegatis, ſubdelegatis,
ac Nuncijs Apoſtolicis, Patriarchis, Archiepiſco-
pis,Epiſcopis,ac Rectoribus vniuerſis præſentibus
& futuris,in quorum diœceſi, ſunt & erunt in futu
rum loca,& perſonæ huiuſmodi,quatenus præfata
loca,ac etiã perſonas in eis degentes,& eorum bo-
na talis collectis impoſitionibus gabellarũ,ſubſi-
dijs & charitatiuis, aut quibuſuis alijs onerib. rea-
6 libus,vel perſonalibus ſeu mixtis,etiam per eãdem
ſedem indictis, conceſſis ſeu datis, aut permiſſis,
ſeu indicendis,aut concedendis de cætero grauari
quoquo modo minime permittant. Contradicto-
7 res per cenſurã Eccleſiaſticã, aut alia iuris remedia
appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo. Inſuper vt li-
berius,ac commodius neceſſitatibus ſuis prouide-
re,ac hoſpitalitati & pauperum ſubuentioni vaca-
re poſſint volumus, & decernimus monaſteria,prio
ratus,loca,manualia,grangias,poſſeſſiones,& bona
quæ in præſenti ſunt ipſius congregationis & erũt
in futurum,ac prælatos,monachos, & perſonas pre
fatas ab omni impoſitione,exactione,collecta, deci
ma,ſubſidio, aut alio qoocunque grauamine quo-
uis nomine cenſeantur per nos,aut ſucceſſores no-
ſtros faciendo, ſeu imponendo,nec non à quorum-
cunque occaſione legatorũ etiam de latere, ſubde-
legatorum, nuntiorum Apoſtolicorum, ordinario
rum,diœceſanorum, ſeu alterius cuiuſcunq; etiam
Apoſtolica, ſeu quauis auctoritate, tam impoſito-
rum, quam imponendorum per literas Apoſtoli-
cas non facientes plenam & expreſſam, ac de ver-
bo ad verbum,de huiuſmodi indulto, ac congre-
gatione ipſa mentionem ſpecialem; necnon à cha-
ritatiui, & alterius cuiuſcunque ſubſidij,vel impo 8
ſitionis collectæ, vel alterius cuiuſcunque exactio-
nis, & oneris realis,perſonalis, vel miſti ſolutione
de cætero prorſus exemptos,liberos, & immunes
fore; ita vt cogi, vel inquietari per dictas perſo-
nas, aut alias quaſcunque pro huiuſmodi oneri-
bus,impoſitionibus, grauaminibus, exactionibus,
& ſolutionibus minime poſſint, & debeant. Nec-
non ab omnibus cenſibus, redditibus, & ſolutio-
nibs ratione viſitationis, aut ſubiectionis quocun-
que iure hactenus debitis, aut in futurum deben-
dis quibuſcunque ordinarijs, capitulis, collegijs,
congregationibus, vniuerſitatibus, aut alijs qui-
buſuis perſonis,eiuſdem plenitudine poteſtatis om
nino liberamus,& penitus abſoluimus.Non obſtan
tibus præſcriptionibus,conſtitutionibus, conſuetu 9
dinibus, ſtatutis, decretis, priuilegiis Apoſtolicis,
quibuſcunque in contrarium facientibus, de qui-
bus ſpecialis, & expreſſa ac de verbo ad verbum
eſſet mentio facienda. Cæterum de quibuſcunque
poſſeſſionibus vbilibet conſtitutis quæ in præſenti
ſunt,& in futurum erunt monaſteriorum, priora-
tuum, & bonorum prædictorum quæ præfati præ-
lati,Monachi,vel perſonæ colunt, ſeu coli faciunt,
aut in futurum colent, ſeu coli facient, ſiue *c* de *c Vide in 10.2.qq.10. q.44.ar.4. & in 3.10. qq.10.q.47. ar.16.*
hortis, virgultis, piſcationibus eorundem, vel de
nutrimentis animalium ipſorum nullus ab ipſis,
vel alijs pro eis primitias decimas quarta, aut alio
quocunque nomine cenſeantur exigere vel extor-
quere præſumant,nec illa aliquibus ſoluere tenean
tur, ſiue ad id à quoquam directe vel indirecte
compelli poſſint inuiti Generalis Concilij,& qui-
buſcunque alijs Apoſtolicis,vel prouincialibus,aut
ſynodalibus cõſtitutionibus nequaquã obſtãtibus.
Decernentes ex nunc irritos & inanes quoſcunque 10
proceſſus,& ſententias etiam interdicti, quos, vel
quas contra inhibitiones noſtras huiuſmodi per
quemuis, aut quauis auctoritate fieri cõtigerit,aut
quomodolibet promulgari. Quodque præfatæ cõ-
gregationis monaſteria, & loca hæreditates *d* lega *d Vide in 10.2.qq.10. q.78. ar.8. & 9. & qu. 118.*
ta,& fideicõmiſſa per mediam perſonã monacho-
rum aut alias qualitercũque delatas, bona mobilia
& immobilia in quibuſcunq; ciuitatibus & locis
quouis titulo acquirere,ipſique monachi & perſo-
næ petere,& exigere poſſint præfata bona vndecũ
que, vel qualitercunque eis debita, & quæ ſi in ſæ-
culo remanſiſſent, ius petendi & exigendi haberẽt
ipſis eorum monaſterijs acquirenda quibuſcũque
ſtatutis,ordinationibus, & decretis cuiuſuis eccle-
ſiaſticæ ſiue ſæcularis perſonæ cõmunitatis, colle-
gij, ſiue vniuerſitatis, aut alterius cuiuſcunq; gra-
dus,ſtatus,dignitatis,officij exiſtat nullatenus obſtã
tibus præſentium literarũ ſerie ſtatuimus.Preterea
quaſcunque poſſeſſiones,bona,iura, & iuriſdictio- 11
nes ad ipſa monaſteria, loca, eccleſias,capellas,ora
toria,& hoſpitalia, tã præſentia, quã futura ipſius
cõgregationis in quibuſcunque partibus conſtitu-
ta ſpectantia & pertinentia,quorum nomina & co-
gnomina hic haberi volumus pro ſufficienter ex-
preſſis,quę in prçſentiarum monachi cõgregatio-
nis huiuſmodi iuſte,& canonice poſſident ſeu in fu
turum conceſſione Pontificum, largitione Regũ,
vel Principum, oblatione fidelium vel alijs iuſtis
modis præſtante Domino poterunt adipiſci ipſis
monaſterijs,capellis,oratorijs,ſeu hoſpitalib. præ-
ſentibus & futuris firma,rata,& illibata ſeruari vo-
lumus.Decernentes, vt nulli omnino hominum li-
ceat pꝛ̃fata monaſteria, ſiue loca, vt præfert,res, &
bona mobilia,aut immobilia,poſſeſſiones, domos,

molen-

a Vide in molendina, aquas piſcarias, iura a ſeu iuriſdictio-
10.1.qq.re. nes temere perturbare, aut illa vel eorum aliquod
q.39.ar.7. auferre, vel oblata retinere, occupare ſeu quibuſli-
bet vexationibus fatigare. Quod ſi aliqua Eccleſia-
12 ſtica, ſæcularisvè perſona, cuiuſcunque gradus, vel
conditionis exiſtat, etiam ſi Pontificali dignitate
præfulgeat contra hoc noſtræ exemptionis, libera-
tionis, decreti, conceſſionis, defenſionis, conſerua-
tionis, & libertatis indultũ venire, dicta bona iura,
iuriſdictiones, exẽptiones, & indulta, vel aliquod
eorum violando, occupãdo, turbãdo, vel diminuẽ-
do, ſeu indebite fatigare præſumpſerit, nec facta ei
notitia de huiuſmodi noſtro indulto infra tres dies
ſe correxerit, aut idoneam cautionem de ſatisfaciẽ-
do præſtiterit, excommunicationis ſententiam ip-
ſo facto incurrat, à qua niſi dicta ſatisfactione præ-
ſtita præter quam in articulo mortis, & tunc de ſa-
tisfaciãdo per ſe ſi ſuperuixerit, aut per ſuos hære-
des, vel ſucceſſores idonea præſtita cautione ne-
13 queat abſolutionis beneficium obtinere. Inſuper cũ
plerumque contingat in curia, aut neglectu præla-
torum, qui hactenus bona monaſteriorũ dictę con-
gregationis, antequam præfatæ congregationi vni-
rentur gubernarunt, aut poſtmodum ex ignoran-
tia, vel alia quauis cauſa à pleriſque ipſorum mo-
naſteriorum bona in præiudicium animarũ ſuarum
indebite detineri, & occupari, præſertim ſub colo-
re præſcriptionis, aut alias quocũq; modo, ex quo
non modica iactura cõſueuit præfatis monaſterijs
euenire. Nos volentes de remedio opportuno pro-
uidere in fauorẽ obſeruãtiæ regularis ex certa ſciẽ-
tia, motu proprio, ac de plenitudine poteſtatis Apo-
ſtolicæ volumus, ſtatuimus, & decernimus, qđ con-
tra præfatæ congregationis monaſteria, loca, perſo-
nas, & bona aliqua non currat præſcriptio niſi poſt
b Vide in lapſum b ſexaginta annorũ, quod quidẽ indultum
3.10.qq.re. tam in caſibus, rebus, & bonis præteritis, quã futu-
q.35.ar.2. ris poteſtate, & ſcientia ſimilibus extendi, & locum
habere omnino volumus. Nõ obſtantibus quibuſ-
14 cumque in contrarium facientibus Prohibemus c
c Vide in inſuper ne aliqui, cuiuſpiam ſtatus, gradus vel con-
3.10.qq.re. ditionis exiſtant, perſonas, quæ de iure communi
q.14.ar.3. religionem ingredi non prohibentur, ex ſæculo fu-
& 4. gientes ad conuerſationem huiuſmodi congrega-
tionis venire cupientes, verberibus aut violentijs
quibuſcunque impedire, vel prohibere aut à mo-
naſterijs, & locis ipſius congregationis præſentib.
& futuris iniuriam aliquam ingredi volẽtibus, aut
recipientibus irrogando, ſeu eos moleſtando hu-
iuſmodi perſonas euellere, & extrahere audeant,
15 vel præſumant. Contra facientes vero ipſo facto ex-
cõicationis ſententiam incurrant, dum tamẽ cum
hoc præſens ſtatutum fuerit eis ad notitiam dedu-
ctum non deſtiterint à prædictis, à quo nõ poſſint
præter quam in mortis articulo niſi per ſedem A-
poſtolicam abſolutionis beneficium obtinere. Præ-
terea ad obſtruendas vias quibus præfati monachi
extra congregationem huiuſmodi, in eorum præ-
iudicium animarum vagari poſſint, prohibemus
omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, & ſæcu-
lares cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis e-
xiſtant, & quacunque præfulgeant authoritate, &
dignitate, ne quemquam ex prælatis, vel monachis
d Vide in congregationis prædictæ penes ſe obſequiorum, d
10.2.qq.re. vel ſeruitorum aliquorum ſui, ſeu monaſteriorum
q.13.ar.1. ſuorum obtentu, aut ſi abſque licentia ſuorum ſu-
periorum adiſſe diuerterent, ſeu alias quauis cau-
ſa, etiã occaſione arctioris vitæ, ordinis, vel religio-
nis à dicta congregatione abſtrahere, ſeu etiam ad
ſponte venientes retinere præſumant, etiam autho-
ritate literarum Apoſtolicarum, in quibus de hu-
iuſmodi perſona, ac congregatione nominatim, &
expreſſa mentio facta non fuerit abſque conſenſu

capituli generalis, ſeu præſidentis, & maioris par-
tis viſitatorum congregationis eiuſdem ſub pœ-
na e excommunicationis, quam ipſo facto incurrãt: e Vide in
niſi facta eis notitia de huiuſmodi priuilegio infra 1.10.qq.re.
tres dies perſonam congregationis huiuſmodi non q.30.ar.9.
reſtituerint cum effectu, vel à ſe realiter abiecerint,
à qua ſententia, niſi in mortis articulo, aut ſede A-
poſtolica recipientes, aut recepti abſolui non poſ-
ſint. Non obſtantibus quarumcunque religionum,
vel ordinum, aut alterius cuiuſuis perſonæ, priui-
legijs, & indultis quibuſcunque, de quibus eſſet
ſpecialis, & de verbo ad verbum mentio facienda.
Quibus omnibus volumus nominatim & ſpeciali-
ter per huiuſmodi indulto quoad præmiſſa dero-
gari. Inſuper tranquillitati eorum intendentes, ne 16
hi, qui Marthæ circa plurima ſatagitis officium di-
miſerunt eligentes, potius cum Maria circa pedes
Domini reſidere ad audiendum verbum illius cau-
ſarum turbinibus perturbentur, ſi contingat ali-
quem literas Apoſtolicas, commiſſorias de admi- Vide in 2.
niſtranda iuſtitia, executione facienda, viſitatio- 10.qq.re.q.
ne exercenda, aut alia quauis cauſa ad aliquem 119.ar.2.
prælatum, ſeu monachum dictæ congregationis
directas impetraſſe, niſi huic indulto expreſſe, ſpe-
cialiter, & nominatim derogetur ad huiuſmodi
cauſas talium obtentu literarum præter liberam
eorum voluntatem procedere, vel exequi mini-
me teneri indulti huiuſmodi tenore decernimus.
Plane ne prælatos, & monachos huiuſmodi etiam
cauſarum ſtrepitus inquietet, & ab otio ſancto de-
ducat, ne quis prælatos, monachos, & perſonas de
huiuſmodi congregatione ſubire de calumnia, & 17
veritate dicenda f iuramentum, aut ad ferendum f Vide in
teſtimonium, quacunque ex cauſa compellet inui- 10.2.qq.re.
tos ſiue extra ciuitates, & Diœceſes ſuas trahat, ſeu q.10.ar.2.
in eos, vel eorum aliquem propterea excommuni-
cationis, vel alterius cenſurę ſeu pœnæ ſententiam
proferat, per literas Apoſtolicæ ſedis, vel legato-
rum eius: niſi in eiſdem literis de huiuſmodi in-
dulgentia plena, & expreſſa, ac de verbo ad ver-
bum facta fuerit mentio ſpecialis eadem authori-
tate indulgemus excommunicationis, ſuſpenſio-
nis, & interdicti, & alias ſententias, ſi quas eos, vel
aliquem eorum contra indultum huiuſmodi pro-
mulgari contigerit, decernentes præſentium teno-
re irritas & inanes. Prælatorum vero monachorũ,
conuerſorum, & nouitiorum ipſius congregatio-
nis teſtimonia in cauſis ipſorum ciuilibus, & crimi-
nalibus, in iudicio, & extra legitima ſint, & iuridi-
ca, & vt eis libere, & licite vti poſſint concedimus
per præſentes. Adijcientes g etiam, vt ſi quandoq; g Vide in
contigerit per aliquem, aut plures actus, contra 3.10.qq.re.
huiuſmodi, aut quæcunque alia decreta, priuile- q.31.ar.3.
gia, & indulta gratias, & immunitates præfatæ
congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à
quocunque cuiuſcunque conditionis, dignitatis,
gradus, ſeu ſtatus exiſtat ex negligentia vel ignorã-
tia præſentium, & futurorum, quibus ea concedũ-
tur, aut alia quauis cauſa aliter attentari, vel obſer-
uari, ignoranter, vel ſcienter, nullum tamẽ per hoc
prę iudicium decreris priuilegijs, & indultis, gra-
tijs, & immunitatibus præfatis volumus generari,
ſed illa in ſuo robore, & vigore permanere. Nõ ob-
ſtantibus in Conſtantienſi, & alijs Concilijs, ac à
fœlicis recordationis Innocentio IIII. & Marti-
no V. necnon alijs Summis Pontificibus prędeceſ-
ſoribus noſtris editis conſtitutionibus, & ordina-
tionibus, etiã ſi de illis ſpecialis & expreſſa, ac de
verbo ad verbum mentio habenda pręſentib. eſſet
quibus quo ad pręmiſſa ſpecialiter derogamus,
necnon monaſteriorũ, prioratuũ, & ordinum pręe-
dictorum, iuramẽto, cõfirmatione Apoſtolica, vel
quacunque firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõ-

ſuetudioibus,cæteriſque contrarijs quibuſcunque, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtræ exemptionis,liberatioois,ſuſceptionis,com miſſionis,maodati,inhibitionis,abſolutionis,volū-tatis,cooſtitutionis, prohibitionis,conceſſionis,ad iectionis,& derogationis inſiingere,vel ei auſu temeratio contraire.Si quis autem hoc attentare præſumpſerit , iodignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Paoli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum.Dat.Florentiæ,anno Incar.Dominicæ, 1434.Septimo Kal.Martij. Pont.noſt.anno 4. A.de Floreotia. Grat. De mandato Domini noſtri Papæ Ioan.de Steccatis,

Bulla Octaua.

S V M M A R I V M,

1 *Quod monachi non poſſint cogi ad funeralia , & preceſſiones ordinaria, ſeu alia authoritate , niſi de mandato Apoſtol co.*

2 *Quod ſuperiores poſſint capere & incarcerare , ac capi facere omnes monachos inobed entes, & rebelles,ac vagos, & fugitiuos,ac de alia monaſteria ſe transferentes,*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs congregationis voitatis ordinis ſancti Benedicti,ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.Sacræ religionis zelus ſub qua ſedolo præbetis Altiſſimo famulatum, necnon ſama bonæ conuerſationis,& vitæ,quibus veſtra religio palā apud Chriſti fideles in odorem ſuauitatis diffunditur, nos inducunt,vt ea quæ ad quietem,& bonom regimen veſtrum pertinere noſcuntur, vobis fauorabiliter concedamus.Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati,vobis, & veſtrum cuilibet,
1 vt ad eundem ad proceſſiones publicas ſeu funera
a Vide in lia ordinaria,vel alia authoritate quacunqoe,*a* præ
10.3.qq.re, ter quam de ſpeciali ſedis Apoſtolicæ mandato co
q.36.ar,1, gi ſeu compelli inuiti minime poſſitis. Quodqoe
etiam huiuſmodi congregationis Præſidentes,Viſitatores,Abbates,Priores,aut alij ab eiſdem ad hoc deputati pro tempore exiſtentes omnes& ſingolos monachos veſtræ congregationis vagos,aut fugitiuos,aut ſuis ſuperioribus inobedientes,& rebelles,& qui habita licentia cōditionē eis impoſitam non impleuerint,aut lapſo licentię termino ad propria monaſteria noo redierint, ſiue qui ſuorum ſuperiorum mandatis oon paruerint, vel ad alia loca ſeu monaſteria, abſque ſpeciali priuilegio literarū Apoſtolicarum,aot Abbatum, ſeo ſuperiorum ſuorum licentia ſe transtulerint, vel aliqoorum in qua cunqoe dignitate etiam Cardinalatus conſtitutorum ſeruitijs io Romana Curia,vel extra abſque li
2 teris ſedis Apoſtolicæ dederint,ſeu ab eis literas fa-
Vide in 1, miliaritatis , aut capellanatus obtinuerint,capere,
10.qq.reg. detinere;& incarcerare,ſeo capi,& incarcerari fa-
q.31.ar.6, cere,& mandare, ac eos per cenſuram Eccleſiaſti-
cam,& alia iuris remedia appellatione poſtpoſita, ad debitam , & ſolitam obedientiam compellere valeant,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit,auxilio brachii ſæcularis , authoritate Apoſtolica concedimus per præſentes. Conſtitutionibus,& ordinationibus ac literis Apoſtolicis niſi de hoiuſmodi indulto,ac præfata congregatione per eaſdem literas fieret de verbo ad verbum mentio ſpecialis,ſtatutis etiam & cōſuetudioibus ipſius ordinis,& alijs in cōtrarium editis non obſtantibus quibuſcunq;, Nulli ergo omnino,Dat.Florentiæ, Anno Incarn. Dom.1434.V.Kal.Nouemb.Pontifi.noſtri anno 4. Poggius.Regiſtrata in Camera Apoſt.Ioan.de Steccatis,gratis de mandato Domini noſtri Papæ,

Bulla Nona.

S V M M A R I V M.

1 *Quod non liceat prælatis , neque monachis ab inſtituitis congregationis & correctione capituli appellare etiam ad ſedem Apoſtolicam .*

2 *Quod procedatur contra monachos ſecundum ſtatuta congregationis & non ſecundum ius cōmune.*

3 *Quod poſſit agi contra monachos obtinentes licentiam Apoſtolicam de ſe transferendo,&c.*

4 *Quod tempore interdicti omnes habitantes intra ſepta monaſterij poſſint audire diuina, & ſacramenta ſuſcipere.*

5 *Quod monachi poſſint ordinari , abſque examine, & quod qu cunque Epiſcopus in monaſterijs duntaxat abſque licentia Diœceſani poſſit ipſos ordinare & alia Pontificalia exercere.*

6 *Quod monaſteria ſint libera à ſolutione cenſus ordinarij etiam ratione viſitationis.*

7 *Quod Epiſcopi non poſſint in monaſteriis audire cauſa ,nec proceſſiones prouocare,aut miſſas celebrare inuitis monachis.*

8 *Quod non liceat ducere mulieres intra ſepta monaſterii ſub pœna excommunicationis a qua poſſint abſolui per præſidentem, & viſitatores.*

9 *Quod in omnibus caſibus in quibus eſſet neceſſaria authoritas ordinarii , illam prælati cum conuentu habeant.*

10 *Quod nemo de congregatione poſſit retinere penes ſe aliquem,qui abſque licentia ſuperiorum ſuorū ad ſe diuerterit abſque licentia capituli generalis ſeu præſidentis, & viſitatorum ſub pœna excommunicationis.*

11 *Quod ſententia lata per ordinarios contra obtinentes beneficia eis per congregationem collata, aut ipſorum ſubditos,vel recipientes ab eis ſacramenta ſint nulla.*

12 *Quod prælati non poſſint aſtringi ad audiendum cauſas eis cōmiſſas,niſi derogetur huic priuilegio.*

13 *Quod monachi non poſſint aſtringi ad perhibendū eorum teſtimonium eis inuitis.*

14 *Quod poſſint perhibere teſtimonia in cauſis propriis,*

15 *Quod monaſterio poſſint acquirere bona, vbique,et vndecumque ſibi debita,& quaſi in ſæculo remanſiſſent,ius petendi haberent , eorum monaſteriis acquirendo,*

16 *Quod poſſint audire confeſſiones omnium perſonarum,& eis ſacramentum Euchariſtiæ miniſtrare,ac illos abſoluere, & diſpenſare abſque licentia ſuperiorum.*

17 *Quod monachi poſſint promoueri non obſtante defectu natali.*

18 *Quod Abbates ante benedictionem poſſint regere monaſteria ,*

19 *Quod per quemcunque contrarium actum præiudicium aliquod priuilegiis huiuſmodi nō generetur.*

20 *Quod non poſſit derogari huic priuilegio,niſi ſeruata forma hic expreſſa .*

EVgenius Epiſcopus ſeruos ſeruorū Dei,ad perpetuā rei memoriā. Regularem vitā agentib. Apoſtolicū cooaenit adeſſe præſidiū,ne forte cuius libet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet,aot robur(quod abſit)religioois infringat. Cupiētes itaq; dilectorū filiorū congregationis monachorū vnitatis,alias de obſeruantia S.Iuſtinæ noncupatæ Ordinis S.Benedicti nobis, & Romanę Eccleſiæ immediate ſubiectę opportunitatibus,& cōmodis pp eorū excellentiā meritorū,ac vitæ ſanctimoniā nos reddere beneuolos, & fauorabiles.Motu proprio nō ad ipſorū monachorū,aut alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis ioſtaotiā,ſed de no
ſtra mera libertate , ne neq̄ ſpiritus veneno afflatis 1
malignan-

Digitized by Google

malignandi in ipſa congregatione materia præbeatur, authoritate Apoſtolica ſtatuimus, diſtrictius inhibentes, ne cui Prælatorum, *a* vel monachorum dictæ congregationis ab inſtitutis, ordinationibus, correctionibus, & mandatis capituli generalis, ſiue præſidentis, ſiue viſitatorum, aut Rectorum ipſius congregationis, ad quemcunque etiam ad Sedem Apoſtolicam, niſi de ſpeciali indulto Summi Pontificis liceat appellare: appellationem nihilominus, ſi quam interponi contingat, cum inde ſequutis irritam decernendo.

a Vide in 1.10.qq.re. q.29.ar.2. & 3.

2 Cum autem contra aliquem prælatum, vel monachum dictæ congregationis agi contigerit ciuiliter, *b* vel criminaliter ſecundum conſuetudines, & ſtatuta congregationis præfatæ iuris communis apicibus, dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſſis procedi debere, tenore præſentium volumus & mandamus, ſtatuentes, quod prælati dictæ congregationis cõtra

b Vide in 10.2.qq.re. q.31.ar.3.

3 monachos eiuſdem qui licentiam *c* ſe ab Apoſtolica ſede habere dixerint, ad aliud quodcumq; monaſterium, ſiue locum ſe transferendi obtentu literarum Apoſtolicarum, niſi in ipſis literis ſpecialis, nominata, & expreſſa mentio fieret de ipſa cõgregatione, & huiuſmodi indulto eidem conceſſo reuocando: & tunc ſi infra tres menſes id non impleuerint, tanquam contra Apoſtatas agere valeãt, niſi tempus in literis Apoſtolicis fuerit expreſſum infra quod ſe debeant ad huiuſmodi monaſteria, ſiue loca tranſtuliſſe, quo caſu non prius agere poſſint contra eos, quã dicta tempora fuerint elapſa.

c Vide in 10.3.qq.re. q.32.a.20.

4 Cæterum cum per alias noſtras certi tenoris literas, quarum tenorem hic haberi volumus pro expreſſo memoratæ congregationi duxerimus indulgendum, vt ſi *d* contingat ciuitates, terras, vel loca, in quibus monaſteria, vel loca dictæ congregationis conſiſtant Eccleſiaſtico eſſe ſuppoſita interdicto, ipſi tamen dictæ congregationis prælati, monachi, ianuis clauſis, interdictis excluſis, ſubmiſſa voce miſſas, & alia diuina officia celebrare poſſint. Nos volentes congregationem ipſam vberioris dono gratiæ confouere, vt huiuſmodi tempore interdicti etiam conuerſi, *e* commiſſi, capellani, & laici, qui intra ſepta monaſteriorum, ſiue locorum pro tempore habitauerint à prædictæ congregationis monachis, ad id deputatis, miſſas, & alia diuina officia audire, & eccleſiaſtica ſacramenta licite ſuſcipere valeant ſimiliter præſentium tenore ſtatuimus.

d Vide in 10.2.qq.re. q.112.artic.2.

e Vide in 1.10.qq.re. q.113.a.1.

Inſuper cum dudum congregationi huiuſmodi, quod monachi præſentes, & futuri prædictæ congregationis præſentati à ſuis ſuperiori-

5 bus ordinari poſſint à quocunque Catholico Epiſcopo per ante factas noſtras literas indulſerimus. Volentes etiam eandem congregationem amplioribus fauoribus proſequi, quod abſque alio *f* examine monachi huiuſmodi ordinari debeant de præſentantium conſcientia confidentes. Quodq; congregationi huiuſmodi quemcunque Catholicum Epiſcopum gratiam, & communionem ſedis Apoſtolicæ habentem, in dictis congregationis, monaſterijs, & locis duntaxat aduocare valeãt, cui liceat Apoſtolica authoritate abſque alia licentia, & contradictione *g* Diœceſani, nulla vt præfertur examinatione præmiſſa monachos ordinare, Miſſas celebrare, Eccleſias, altaria, & vaſa conſecrare, *h* veſtes benedicere, & alia Pontificalia exercere, de quo Diœceſanum loci non oporteat timere quod huiuſmodi ordinationes occaſione iuris ſui præiudicium incurrat, eadem authoritate indulgemus.

f Vide in 1.10.qq.re. q.18.a.16.

g Vide in 10.3.qq.re. q.24.ar.8.

h Vide in 10.1.qq.re. q.36.ar.6.

6 Cumque alias per eaſdem noſtras literas congregationem præfatam ab omni iuriſdictione ordinariorum, & à charitatiuis ſubſidijs, ac ab omnibus oneribus eximentes ſub noſtra, & Beati Petri protectione ſuſceperimus, prout in dictis literis plenius continetur, quarum tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo. In dubium poſtea verſum eſt, prout nobis relatum extitit, an antiquos cenſus ratione viſitationis, aut ſubiectionis huiuſmodi ordinarijs, vniuerſitati, collegijs, ſiue capitulis hactenus debitos monaſteria dictæ congregationis, de cætero ſoluere teneãtur. Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere declaramus, & nihilominus ſtatuimus, quod dictæ cõgregationis, monaſteria, ſiue loca à die exẽptionis huiuſmodi ab omnibus cenſibus *i* redditibus, & ſolutionibus ratione viſitationis, aut ſubiectionis, quocũque iure hactenus debitis, aut in futurũ debẽdis, quibuſcunque ordinarijs, capitulis, collegijs, cõgregationibus, vniuerſitatibus, aut alijs quibuſcunque perſonis de plenitudine poteſtatis apoſtolicæ omnino liberamus, & penitus abſoluimus. Non obſtãtibus præſcriptionibus, conſuetudinibus, ſtatutis, decretis, & priuilegijs Apoſtolicis quibuſcunque in contrarium faciẽtibus, de quibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet mentio facienda.

i Vide in 10.2.qq.re. q.66. & in 3.10.qq.re. 174.

7 Vt autem huiuſmodi congregationis monachi liberius in eorũ regularis vitæ obſeruantia valeant perdurare omnes, & ſingulos Epiſcopos, & locorum quorumlibet ordinarios, aut alias quaſuis perſonas ad monaſteria, ſiue loca dictæ congregationis cauſa ordinis celebrandi, ſeu cauſas ciuiles, aut criminales exercendi, conuentus ſiue Synodos, & proceſſiones conuocandi, Miſſas, & alia officia celebrandi ſub excõmunicationis pœna quam incurrant ipſo facto ſi aliter attentauerint accedere, vel immorari ipſis inuitis tenore præſentium prohibemus.

8 Plane, vt huiuſmodi congregationis *k* monachi in vitæ honeſtate, & odore bonæ famæ apud Deum & homines cõſeruentur, & quia ibi cautius eſt agendum vbi maius imminet periculum animarum, eadem authoritate ſtatuimus, quod nulli hominum liceat quaſcunque mulieres laicas, ſeu religioſas cuiuſcunque ætatis ſtatus, gradus, authoritatis, vel conditionis exiſtant, quauis occaſione ducere, ſiue ipſis mulieribus ingredi, ſeu commorari infra ſepta monaſteriorum præfatæ congregationis. Quod ſi aliter ſcienter attentatum fuerit, tam ipſæ mulieres, quam earũ ductores, ſed, & ipſi receptatores, ſi voluntarie hoc fecerint, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, à qua dictę cõgregationis perſonæ abſolui poſſint per Præſidentẽ, & Viſitatores cõgregationis huiuſmodi.

k Vide in 10.1.qq.re. q.48.per totam.

9 Quin *l* etiam ne prædictæ congregationis monachi ab eorum quiete diſtracti Romanæ Curiæ pro crebris obtinentibus licentijs frequentare cogantur, quod in omnibus caſibus, in quibus de iure cõmuni prælatis, & monachis dictæ cõgregationis authoritas, ſiue licentia, ſeu diſpenſatio ordinarij eſſet neceſſaria, ſi ab eiſdem exempti non eſſent prælatis, Abbatibus, Prioribus, & Rectoribus huiuſmodi, qui pro tempore fuerint vna cũ eorum conuentibus authoritate Apoſtolica abſque eo quod ad Sedem Apoſtolicã habeãt recurſum, huiuſmodi licentiã, & authoritatẽ tenore præſentiũ indulgemus.

l Vide in 1.10.qq.regu. q.23.a.10.

10 Prohibemus ẽt *m* ad obſtruendas vias, quibus præfati monachi extra cõgregationẽ huiuſmodi in eorũ præiudicium animarũ vagari poſſint, omnes, & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, aut ſæculares cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quacũq; fulgeãt authoritate, & dignitate, nequaquã ex prælatis, vel monachis cõgregationis prædictæ penes ſe obſequiorũ, vel ſeruitiorũ aliquorũ ſui, ſeu monaſteriorũ ſuorũ obtentu, aut ſi abſque licentia ſuorũ ſuperiorũ à ſe diuerterint, ſeu alia quauis cã à dicta cõgregatione abſtrahere; ſeu ẽt ad ſe ſpõte venientes retinere præſumant, ẽt authoritate literarũ Apoſtolicarum, in quibus de huiuſmodi perſonis ac

m Vide in 10.2.qq.re. q.64.ar.2.

congregatione nominatim & expreſsè mentio fa-
cta non fuit abſque conſenſu capituli generalis, ſeu
Præſidentis, & maioris partis Viſitatorum congre-
gationis eiuſdem ſub pena excommunicationis,
quam ipſo facto incurrant. ſi facta eis notitia de
huiuſmodi priuilegio infra tres dies perſonam ip-
ſam dictæ congregationi non reſtituerint cum effe
ctu, vel ab eis abiecerint, à qua ſententia nonniſi in
mortis articulo, & à ſede Apoſtolica recipientes,
& recepti abſolui poſſint. Non obſtantibus quarū-
cunque religionum, vel ordinum, aut alterius cu-
iuſuis perſonæ priuilegijs, & indultis quibuſcūq;
de quibus eſſet ſpecialis, & de verbo ad verbum
mentio facienda, quibus omnibus volumus nomi-
natim, & ſpecialiter per huiuſmodi indultum quo-
ad præmiſſa derogari. Præterea ne quies, & pax mo
nachorum & perſonarum de dicta congregatione
a Vide in 1.10.qq.re. q.33.ar.1. quouis a modo etiam per indirectum conturbari
contingat: quaſcunque ſententias latas ab ordina
rijs, ſeu à quibuſcunque perſonis quacunque præ-
11 fulgeant dignitate contra benefactores dictæ con-
gregationis occaſione beneficiorum eidem colla-
torum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum huiuſ-
modi monachis conuerſentur, ſeu ab eis recipiant
abſolutionis beneficium, & Eucharistiæ ſacramen
tum, ipſo facto irritas & inanes eadem authoritate
b De exemptione indultorum. Vide in 1.10. qq.reg. q.120.ar.3. decernimus. Cum b autem interdum contingat
nonnullos monachos inobedientes & rebelles à
monaſterijs & eorum ſuperiorum obedientia ſe
ſubtrahere, & vt inuitis ſuperioribus redeant Apo-
ſtolicas literas impetrare huiuſmodi malignātibus
obuiare volentes, ne quis prædictæ congregatio-
nis monachos vel prælatos vigore quarumcunq;
literarum huiuſmodi, niſi nominatim & expreſsè
apparuerit de mente Summi Pontificis qui pro té-
pore fuerit huic noſtro indulto velle derogare ad
ipſos recipiendos compellere poſſint, etiam ſi in
huiuſmodi literis clauſula, priuilegijs, & indultis
dictæ congregationi conceſſis non obſtantibus, &
de quibus expreſſa mētio fieri debeat, expreſsè cō-
tineatur præſentis paginæ tenore decernimus. In-
ſuper tranquillitati eorum intendentes ne ij, qui
12 Marthæ circa plurima ſatagentis officium dimiſe-
runt eligentes potius cum Maria circa pedes Do-
mini reſidere ad audiendum Verbum illius cauſa-
rum turbinibus perturbentur. Si contingat ali-
Vide in 1.10.qq.reg. q.120.ar.2. quem literas Apoſtolicas commiſſoriss de admini
ſtranda iuſtitia, examinatione facienda, viſitatione
exercenda, aut alia quauis cauſa ad aliquem præla
tum, vel monachum dictæ cōgregationis directas
impetraſſe, niſi huic indulto expreſsè, ſpecialiter, &
nominatim derogetur, ad huiuſmodi cauſas taliū
obtentu literarum præter liberam eorum volun-
tatem procedere, vel eas exequi minimè teneantur
tur indulti huiuſmodi tenore decernimus. Plane
13 ne prælatos, & monachos huiuſmodi cauſarum
ſtrepitus inquietet, & ab otio ſancto deducat, ne
quis prælatos, monachos & perſonas de huiuſmo-
di congregatione ſubire de calumnia, & veritate
dicenda iuramentum, aut ad ferendum c teſtimo-
c Vide in 1.10.qq.re. q.10.ar.2. nium, quacunque cauſa compellat inuitos, ſiue ex-
tra ciuitates & Diœceſes ſuas trahat, ſeu in eos &
eorum aliquem propterea excōmunicationis, vel
alias cenſuras ſeu pœnæ ſententias proferat per li-
teras Apoſtolicæ ſedis, vel legatorum eius, niſi in
eiſdem literis de huiuſmodi indulgentia plena, &
expreſſa, ac de verbo ad verbum facta fuerit men-
tio ſpecialis, eadem authoritate indulgemus, excō-
municationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alias ſen-
tentias, ſi quas in eos, vel in aliquem eorum contra
indultum huiuſmodi promulgari contigerit, decer
nentes præſentium tenore irritas, & inanes. Præla-
tos etiam ſeu monachos congregationis præfatæ
monachorum conuerſorum, & cōmiſſorum ipſius
cōgregationis in cauſis eorumdem ciuilibus, & cri *d Vide in 1.10.qq.re. q.10.ar.1.2.3.4.*
minalibus teſtimonio d libere, & licite vti poſſe, te
nore præſentium declaramus. Quodque præfatæ
congregationis monaſteria, bona mobilia, & im-
mobilia in quibuſcūque ciuitatibus, & locis, quo- 14
uis titulo acquirere poſſint petēdi ēt & exigēdi mo
nachis, & perſonis huiuſmodi prædicta bona vnde 15
cūq; e & qualitercūq; eis debita, & quæ ſi in ſæcu- *e Vide in 10.2.qq.re. q.77.ar.1. q.78.ar.8.*
lo remanſiſſent, ius petendi, & exigendi haberēt ip
ſis eorū monaſterijs acquirenda. Non obſtantibus
quibuſcunque ſtatutis, ordinationibus, & decretis
cuiuſuis eccleſiaſticæ vel ſæcularis perſonæ, com-
munitatis collegij, ſiue vniuerſitatis, aut alterius cu
iuſcunque gradus, ſtatus, dignitatis, officij, & autho
ritatis exiſtat, præſentiū literarum ſerie ſtatuimus.
Præterea cum ſæpe contingat ob deuotionem quā 16
ad monachos prædictæ congregationis nonnullæ
perſonæ habent ſingularē ad prædictos monachos
pro eorum ſalute animarum recurrere. Nos volen
tes eorū ſatisfacere deuotioni & in fauorē religio-
nis, ac obſeruantiæ regularis, quod liceat huiuſmo
di perſonis ad dictæ cōgregationis prælatos, ſiue
monachos deputatos, à ſuis ſuperioribus ad audiē-
das f confeſſiones accedere, quas poſſint audire *f Vide in 10.1.qq.re. q.61.ar.3. & q.63.ar. 3. & 4.*
abſque aliqua dictarum perſonarum ſuperiorū li-
centia & cōtradictione, ac eis abſolutionis benefi-
ciū impendere ab omnibus peccatis, & diſpēſare,
ſuper omnes caſus præter ea peccata, & eos caſus,
de quibus ipſis confeſſoribus ad eorū ordinarios vi
debitor recurrendū, aut de quibus eſſet ſedes Apo
ſtolica cōſulenda, & eis miniſtrare Euchariſtiæ ſa-
cramētū de ſpecialis dono gratiæ elargimur. Quin
etiam cum religionis fauore nōnulla cōcedantur,
quæ alias interdici ſolent, quod ſi qui ex monachis
cōgregationis præfatæ defectum nataliū patiātur,
in monaſterio tamē alias laudabiliter cōuerſati hu
iuſmodi defectu g nō obſtāte ad ſacros ordines, & 17
officia, prælationes, dignitates, & honores in eorum *g Vide in 1.10.qq.re. q.13.ar.1. & 6.*
monaſterijs iuxta conſtitutiones eorū libere & lici
te valeāt promoueri congregationi prememoratæ
tenore præſentium indulgemus. Volentes inſuper,
quod prælati congregationis præfatæ licet h mu- *h Vide in 1.10.qq.re. q.12.ar.4.*
nus benedictionis nō acceperint, perinde tamē mo
naſteria ipſius i congregationis regere, & admini- *i Vide in 10.1.qq.re. q.17.ar.2.*
ſtrare, ac omnes actus in ipſis valeāt exercere, ac ſi
munus huiuſmodi fuerint cōſequuti. Adijciētes k
etiam, quod ſi quandoque contigerit per aliquem, 19
aut plures actus contra huiuſmodi decreta, priuile- *k Vide in 10.3.qq.re. q.36.ar.4. & q.37.ar. tit.3.*
gia & ordinationes, aut ipſorum aliquod à quocū-
que cuiuſcunque conditionis, dignitatis, gradus,
ſeu ſtatus exiſtat ex negligentia, vel ignorātia præ-
ſentiū, & futurorū, quibus hæc cōcedūtur, aut alia
quauis cauſa propter quā fuerit aliter attentatum,
vel pro tempore obſeruatum ignoranter, vel ſcien
ter, nullum tamen præiudicium decretis huiuſmo-
di volumus generari, ſed in ſuo vigore, ac robore
permanere. Poſtremo cū plerunque contingat præ 20
nimia importunitate petentium, ac negotiorum
multitudine, & ſuppreſſione veritatis Summos Pō
tifices fatigatos, aut circumuentos ea cōcedere, qui
bus alias nullatenus annuerent, authoritate præſen
tium ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod
quæcunque literæ Apoſtolicæ etiam proprio mo-
tu confectæ, aut in futurū conficiendæ, & ſi in eiſ-
dē clauſula, priuilegijs, & indultis dictæ congrega-
tionis cōceſſis nō obſtantibus & de quibus expreſ-
ſa mētio fieri dēat expreſſe cōtineatur, quæ obuiēt,
& cōtra faciant huic præſenti priuilegio, aut cuili-
bet eius particulæ, niſi appareat euidentiſſime, &
apertiſſime, quod Summus Pontifex, qui pro tēpo-
re fuerit huic indulto vel alicui eius parti, vellet p
literas Apoſtolicas derogare facientes ſpecialem
mentio-

mentionem de verbo *a* ad verbum ex certa ſcien- *a Vide in 1.10.qq.re.*
tia de huiuſmodi priuilegio, ac ipſa congregatio- *q.9.ar.6.*
ne diuerſis nominibus eã nominando per hæc prę-
ciſe vocabula congregationẽ vnitatis, alias de ob-
ſeruantia Sanctæ Iuſtinæ nuncupatam, cauſaſq; le-
gitimas allegauerit, curijs obuiare intendat decre-
tis, nullius ſint roboris vel momenti. Non obſtanti
bus in Conſtantienſi, & alijs Concilijs, ac à fœlicis
recordationis Innocentio IIII. & à Martino V. &
alijs Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris
editis conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam ſi
de illis ſpecialis, & expreſſa ac de verbo ad verbum
præſentibus mentio habenda eſſet, quibus quo ad
præmiſſa ſpecialiter derogamus necnon monaſte-
riorum, prioratuum, & ordinum prædictorum iu-
ramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis fir
mitate alia roboratis, ſtatutis & conſuetudinib. cę-
teriſq; in contrarium facientibus quibuſcumque.
Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã
noſtrorum ſtatuti, inhibitionis, voluntatis, manda-
ti, conceſſionis, declarationis, liberationis, abſolu-
tionis, prohibitionis, conſtitutionis, elargitionis, or
dinationis & derogationis infringere, vel ei auſu te
merario contraire. Si quis autẽ, &c. Dat. Bononiæ,
Anno Incarn. Dominicæ. 1436. Pridie Kalend. Iu-
lij, Põtificatus noſtri anno VI. A. de Florentia. Gra.
de mandato Domini noſtri Papæ. Ioann. de Stecc.
Reg. in Cam. Apoſt.

Bulla Decima.

SVMMARIVM.

1 *Quod conſtitutiones capituli generalis, præſidentis, viſitatorum, & rectorum obligent perſonas congregationis Sanctæ Iuſtinæ, ſed non ad peccatũ, niſi per contemptum appellatione remota.*
2 *Quod capitulum, præſidens, ſeu viſitatores, Abbates, ſiue Priores poſſint procedere ciuiliter, aut criminaliter contra quamcunque perſonam dictæ congregationis omiſſis ſolemnitatibus iuris communis.*
3 *Quod contra monachos qui authoritate literarum Apoſtolicarum ſibi dicunt licere transferre ſe ad alium locum, niſi impleuerint tempus ſtatutum poſſit procedi tanquam contra apoſtatas.*
4 *De ſubtrahentibus ſe ad obedientiam inuitis ſuperioribus volentes reuerti.*
5 *De impetrantibus beneficia, ſine licentia.*
6 *De his qui non ſunt in ſacris vtrum teneantur dicere officium diuinum.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam. Regularem vitam
agentibus, Apoſtolicum conuenit adeſſe pręſidiũ,
ne fortè cuiuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à
propoſito reuocet, aut robur (quod abſit) ſacræ re-
ligionis infringat. Cupientes, itaq; dilectorum fi-
liorum vniuerſorum monachorũ congregationis
de obſeruantia Sanctæ Iuſtinæ nuncupatæ, ordinis
Sancti Benedicti, nobis, & Romanæ Eccleſiæ im-
mediatè ſubiectæ opportunitatibus, & commodis
propter eorum excellentiam meritorum, atq; vi-
tæ ſanctimoniã nos reddere beneuolos & fauora-
biles, motu proprio nõ ad ipſorum monachorum,
aut alicuius alterius ſuper hoc nobis oblatę petitio
nis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ne
ſpiritus nequam ſuis venenoſis afflatibus malignan
1 di in ipſa congregatione materiam prębeat, autho-
ritate Apoſtolica ſtatuimus, & decernimus, omnia *b Vide in*
& ſingula *b* inſtituta, & ordinationes, correctiones, *10.1.qq.re.*
& mandata capituli generalis, necnon Pręſidentis, *q.10.ar.2,*
Viſitatorum, & Rectorum, ipſius congregationis, *& ar.6.*
ab eiuſdem prælatis, monachis, & perſonis inuiola-
biliter obſeruari, illiſque perpetuo parendũ fore,
ita tamen quod ad peccatũ niſi cõtra fiat ex contẽ-
ptu aliquem non obligent. Diſtrictius inhibentes
eiſdem prælatis, monachis, & perſonis, ne ad quem
cunq; etiam Apoſtolicam ſedem à dictis inſtitutis,
ordinationibus, correctionib., & mãdatis, ſeu eorũ
aliquo articulo coniunctim vel diuiſim audeant ap *c Vide in*
pellare, *c* niſi de ſpeciali dictæ ſedis indulto, irritũ *1.10.qq.re.*
decernendo, & inane quicquid in contrarium à *q.39.ar.2.*
quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoran
ter contigerit attentari. Cum vero contra aliquem
prælatum, vel perſonam dictæ congregationis per
illius capitulum, ſeu præſidentem vel Viſitatores, 2
Abbates, ſiue Priores agi contigerit ciuiliter, vel
criminaliter, ſecundum conſuetudines, & ſtatuta
congregationis prædictę iuris communis apicib. *d* *d Vide in*
dilationibus, terminis, & litium anfractibus omiſ- *1.10.qq.re.*
ſis, procedi debere tenore præſentium volumus, *q.3.ar.1.*
& mandamus, ſtatuentes, quod præfatæ dictæ con-
gregationis contra monachos eiuſdem, qui licen-
tiam à ſede Apoſtolica habere dixerint ad aliud
quodcunque monaſterium, ſiue locum ſe transfe-
rendi obtentu literarum *e* Apoſtolicarum, niſi in 3
ipſis literis ſpecialis nominata, & expreſſa fieret *e Vide in*
mentio de ipſa congregatione, & huiuſmodi indul *10.3.qq.re.*
ti eidem conceſſi reuocatione, & tunc ſi infra tres *q.12.*
menſes id non impleuerint, tanquam contra Apo-
ſtatas *f* agere & procedere valeant, niſi tempus in *f Vide in*
literis Apoſtolicis fuerit expreſſum infra, quod ſe *1.10.qq.re.*
debeant ad huiuſmodi monaſteria, ſiue loca tran- *q.30.ar.6.*
ſtuliſſe. Quo caſu non prius agere poſſint contra
eos, quam dicta tempora fuerint elapſa. Planè cum 4
interdum contingat nonnullos monachos inobe-
dientes, & rebelles à monaſterijs, & eorum ſupe-
riorum obedientia ſe ſubtrahere, & vt inuitis præ-
fatis ſuperioribus redeant Apoſtolicas literas impe
trare, huiuſmodi malignantibus obuiare volentes,
ne quis præfatæ congregationis prælatos, mona-
chos, vel conuerſos, vigore quarumcunque litera-
rum huiuſmodi, niſi nominatim, & expreſsè appa-
ruerit de mente Summi Pontificis, qui pro tẽpore
fuerit huic noſtro indulto velle derogare ad ipſos
recipiendos compellere poſſit, etiam ſi in huiuſmo-
di literis, clauſula, priuilegijs, & indultis dictę con
gregationi conceſſis non obſtantibus, & de quibus
expreſſa mentio fieri debeat, expreſsè contineatur,
præſentis paginæ tenore decernimus. Præterea v
omnis materia inſtabilitatis, ambitionis, & ſcandali 5
de mentibus monachorum dictæ congregationis
tollatur, volumus, & ordinamus, ac etiam in virtu-
te ſanctæ obedientiæ & maledictionis æternæ inhi
bemus, ne ſicut religioſi electionibus *g* de ſe factis *g Vide in*
abſque ſui ſuperioris obtenta licentia ſpeciali, non *1.10.qq.re.*
valeant de iure cõi quolibet conſentire, ſic dictę cõ *q.11.ar.2.*
gregationis monachi præſentes & futuri etiã in ip-
ſa congregatione officia regiminis vniuerſalis aut
particularis monaſterij, ſub Abbatis, Prioris, ſiue
alio quocũque vocabulo aliquod beneficiũ *h* Ec- *h Vide in*
cleſiaſticũ extra dictã congregationẽ per ſe vel aliũ *10.1.qq.re.*
impetrare, aut ipſum quãuis oblatũ acceptare poſ- *q.34.ar.1.*
ſint, abſque ſpeciali licentia capituli dictæ congre- *& ar.8.*
gationis, vel Præſidentis, cũ maiori parte viſitato-
rũ. Quod ſi ſecus quiuis facere præſumpſerit, ipſo
facto careat impetratis, & ad Eccleſiaſtica benefi-
cia ſpecialiter ad illud, cui abſq; ſpeciali & obten-
ta licentia, vt præfertur conſenſerit, aut procuraue
rit, promoueri perpetuo ſit inhabilis. Et ſi cõtra ſu
periorũ ſuorũ inhibitionẽ contendere præſumpſe-
rit, ſi monitus infra tres dies nõ ceſſauerit, excõica-
tionis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua niſi fa
cta debita ſatisfactione abſolui non poſſit. Sanè
cum ex debito mutuæ charitatis, in quo vis obſer-

uantiæ regularis maximè conſiſtit, plerumque præ-
fati monachi ſint varijs monaſteriorum officijs oc
cupati, adeoque in choro intereſſe nequeuntes offi
cium diuinum dicere vix ſine labore, & tædio, ac
ipſa charitatis opera implere nequeant. Nos atten-
dentes, quod virtus charitatis omnes ſupereminet
virtutes, quodque hilarem datorem diligit Deus
præſentium tenore ſtatuimus, quod præfati mona-
6 chi taliter occupati, aut qui alias non adeo docti
ſunt, aut minus experti, *a* vt officium diuinum, cō- *a Vide in 10. 2. qq. re. q. 42. ar. 2. & ar. 5. & ar. 7.*
mode dicere poſſint, dummodo in ſacris non ſint
ordinibus conſtituti, licet profeſſionem emiſerint,
tamen ad perſoluendum totum integrum officiũ
non teneantur, ſed eorum prælati habita conſide-
ratione ſuppoſitorũ ſuorum vltra officium Beatæ
Virginis ad quod obligati remaneant iuxta diſpen
ſationem eis creditam, ſi expedire eis videbitur ani
mabus eorum aliquid aliud dicendum imponant,
quod cum alacritate animi perſolui poſſit, ad qđ
monachi ipſi obligati huiuſmodi ſeruitutis impoſi
tæ penſum perſoluere nullatenus permittant. Non
obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus,
necnon priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, quæ ad
impediendum, & differendum effectum huiuſmo-
di, aut quominus ipſa ſtatuta, & ordinationes, vim
vigoremque perpetuo habeant, & alicui ſuffragen
tur, emanaſſent, & in poſterum emanarent, ac mo-
naſteriorum, prioratuum, & locorum congregatio
nis, necnon ordinis prædictorum iuramento, & cō
firmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate ro
boratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; con-
trarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominũ
liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, conſtitutio
nis, inhibitionis, voluntatis, mandati, & ordinatio-
nis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si
quis autem. &c. Datum Bononiæ, anno incar. Do.
1436 Pridie Kal. Iulij. Pontificatus noſtri anno 6.
A. de Florentia, gratis de mandato Domini no-
ſtri Papæ Ioannes de Steccatis.

Bulla Vndecima.

SVMMARIVM.

1 *Quod monachi congregationis Sanctæ Iuſtinæ poſſint ordinari à quocunque Catholico Antiſtite abſque licentia.*
2 *Quodque Epiſcopus poſſit in eorum Eccleſijs miſſas celebrare, conſecrationes, & omnia Pontificalia exercere.*
3 *Quod perſonæ dictæ congregationis poſſint abſolui in mortis articulo abſolutione plenaria.*
4 *De pœnitentia fienda a dictis perſonis prædicta abſolutione obtinenda.*
5 *De indulgentijs ſtationum.*
6 *Quod ſacerdotes itinerantes ante diem, & vſque ad nonam valeant miſſas celebrare.*
7 *Quod tempore interdicti ipſis monachis liceat, ianuis clauſis, interdictis excluſis, & ſubmiſſa voce & alia diuina officia audire, & celebrare.*
8 *Quod prælati dictæ congregationis poſſint abſoluere intrantes eandem congregationem à voto cuiuſcunque religionis.*
9 *Quod prælati poſſint abſoluere commiſſos ab omni voto excepto religionis.*
10 *Quod prælati poſſint abſoluere quoſcunque ingredientes dictam congregationem à quacunque excommunicatione.*
11 *Quod dictæ congregationis confeſſores poſſint audire confeſſiones cuiuſcunque perſonæ abſque licentia proprij ſacerdotis, ac eos abſoluere à quibuſcunque peccatis, ſuſpenſionibus, excommunicationibus, & interdictis præter quam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis.*
12 *Quod dicti confeſſores poſſint permutare vota, & diſpenſare in omnibus caſibus, præterquam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, ac eis Euchariſtiæ ſacramenta miniſtrare.*
13 *Quod mulieres non poſſint ingredi monaſteria dictæ congregationis.*
14 *Quod capitulum generale poſſit concedere licentias, quæ ſpectarent ad Epiſcopum, ſi ab eo exempti non eſſent.*
15 *Quod prælati dictæ congregationis poſſint prædicta monaſteria regere & inſignia deferre, licet munus benedictionis non acceperint.*
16 *Quod illegitimè nati poſſint ad ſacros ordines, & ad dignitates eiuſdem congregationis promoueri.*
17 *Quod participantes cum excommunicatis, nullam maculam peccati incurrant.*
18 *Quod in dictis monaſterijs ſepultura ſit libera.*
19 *Quod ſi aliquando contingat, per aliquem aut plures actus fieri contra hæc priuilegia, nullum tamen per hoc præiudicium generetur huiuſmodi indultis.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam. Et ſi quaſlibet per-
ſonas ſæculi deſiderijs abditis omnium conditori
Domino ſub regulari obſeruantia famulantes, Apo
ſtolicis fauoribus & præſidijs ex iniuncto nobis de
ſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officio confouere te-
neamur, laudabilem tamen Deoque & hominibus
acceptam congregationem monachorum de ob-
ſeruantia Sanctæ Iuſtinæ ordinis Sancti Benedicti
nobis & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectam
propenſioribus priuilegijs, & gratijs proſequi ſata
gimus, & eiſdem potiores curas, & ſolicitudines
aſſiduis ſtudijs adhibemus, Sanè cum plerunq; cō-
tingat præfatos monachos ordinationum ſuſcipiē-
darum cauſa extra monaſteria vagari, atque vt plu
rimorum tumultu cum alijs ſæcularibus ordines
recipere, ex quo eorum deuotio perturbatur, &
quies, volumus, & authoritate Apoſtolica ex certa
ſcientia ſtatuimus, & decernimus, quatenus ipſius
congregationis monachi præſentes & futuri, om-
nes etiam ſacros ordines ad quos per eorũ ſuperio 1
res præſentati *b* fuerint, à quocunq; maluerint Ca- *b Vide in 10. 1. qq. re. q. 18. ar. 1. & ar. 6. & in 3. 10. qq. regu. q. 14. ar. 5.*
tholico Antiſtite, gratiã & communionẽ Apoſtoli-
cæ ſedis habente ſtatutis à iure tẽporibus, abſq; ali
quo dictorum monachorum *c* examine, recipere
valeant, atque huiuſmodi Antiſtes in dictæ congre
gationis monaſterijs, & locis duntaxat aduocare,
quibus Apoſtolica authoritate abſque alia licentia, *c Vide in 10. 1. qq. re. 18. ar. 6.*
& conditione Diœceſani nulla, vt præfertur exa-
minatione præmiſſa, monachos ordinare, miſſas *d*
celebrare, Eccleſias, Altaria, & vaſa conſecrare, ve- 2
ſtes benedicere, & alia Pontificalia exercere. Nec *d Vide in 10. 1. qq. re. q. 19. ar. 4. & ar. 5.*
propterea volumus Diœceſanũ loci, iuris ſui præiu
diciũ incurrere. Porro *e* vt Abbatũ, Priorũ, mona-
chorũ, conuerſorũ, cõmiſſorum, & nouitiorũ præ-
ſentiũ, & futurorũ congregationis huiuſmodi de- 3
uotio amplius propagetur, & eorũ animarũ ſaluti *e Vide in 10. 1. qq. re. q. 61. ar. 6. ar. 7. & ar. 8. & ar. 9.*
fructuoſius conſulatur, vt cõfeſſores idonei quos
præfati monachi de ſuorũ voluntate ſuperiorum,
aut ipſi ſuperiores pro libito elegerint, omniũ pec-
catorũ ſuorũ de quibus corde contriti & ore cõfeſſi
fuerint, plenã ſemel tantũ in mortis articulo remiſ-
ſionẽ eis in ſinceritate fidei, vnitate S.R.E. ac obe-
dientia & deuotione noſtra, vel ſucceſſorum no-
ſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrã-
tium perſiſtentibus authoritate Apoſtolica conce-
dere valeant, ipſorum monachorum deuotioni in- *f Vide in 5. 10 qq. re. q 61. ar. 6. & q. 40. ar. 5.*
dulgemus, ſic tamen quod ipſi confeſſores, de his,
de quibus fuerit ſatisfactio *f* impendenda, illã præ-
fatæ cõgregationis perſonis, prout illas contigerit
per ſe vel alios ſicuti congruerit faciendam iniun-
gat,

gat, quam ipſe iuxta eorum poſſibilitatem facere
4 teneantur. Et ne (quod abſit) aliquæ ex præfatis per
ſonis propterea procliuiores reddantur ad illicita
in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex cõ
a Vide in 1.10.qq.re. q.20.ar.16 fidentia *a* remiſſionis huiuſmodi aliqua forſan com
miſerint, quo ad illa eis prædicta remiſſio nullate-
nus ſuffragetur, quodque ſinguli ex præfatis mona
chis clericis quam plurimum conceſſione abſolu-
tionis huiuſmodi gaudere voluerint, ſeptem Pſal-
mos Pœnitentiales cum Litaniis, & orationibus
conſuetis, Conuerſi vero, & commiſſi, ſi prædictos
Pſalmos dicere commodè non potuerint quinqua
gies Pater noſter, & totidem Aue Maria ſingulis
hebdomadis ad dicendum inchoare debeant, vt
iuxta huiuſmodi impoſitionem legitimo ceſſante
impedimento per annum integrum, etiam ſi toti-
dem plus minuſue ex alia quauis cauſa eos dixiſſe,
aut dicere oportere contingeret, nihilominus dice
re & complere teneantur. Ceſſante vero dicto im-
pedimento, quam primum commodè poterunt im
poſitionem huiuſmodi reficere teneãtur. Præterea
5 ipſis Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, Priori-
bus, Rectoribus, monachis, conuerſis, commiſſis, &
nouitiis, qui pro tempore fuerint indulgemus per
præſentes, quod ſi diebus illis, quibus habetur ac-
b Vide 1.10. 2.qq regul. q.88. ceſſus ad *b* ſtationes Eccleſiarũ in vrbe pro indul-
gentiis ſi quinque Altaria ſui loci; aut pauciora ſi
tot non habuerint, viſitauerint, ſemelque Miſerere
mei Deus pro ſingulo Altari, pro fœlici ſtatu Sãctę
Romanæ Eccleſiæ, dixerint, ſimilem, ſeu tantam in
dulgentiam, qualem & quãtam ij, qui dictas Eccle-
ſias vrbis in die ſtationum viſitant, conſequi ſolẽt,
conſequantur. Si vero ipſos contingat propter obe
dientiam, aut alias cauſas pro bono ipſius congre-
gationis exire propria monaſteria, & vbicunque
commodius potuerint, totidem altaria in quacunq;
Eccleſia dicẽdo ſemel, Miſerere mei Deus, pro quo
libet Altari, vt præmittitur, viſitauerint, aut con-
uerſi, ſiue commiſſi, aut alij neſcientes Miſerere, ſi
dicta altaria viſitantes ter Pater noſter, & totidem
Aue Maria pro quolibet altari dixerint, eandem
etiam indulgentiam conſequantur, quodque huiuſ
6 modi congregationis ſacerdotes in itinere conſti-
c Vide 1.10. 2.qq.regu. q.42.ar.1. & art.3. tuti, aut alias ad hoc cauſa ſubſiſtente, Ante diem, *c*
& vſque ad nonam incluſiuè celebrare valeant, te-
nore præſentium duximus concedendum. Præte-
rea ſi contingat ciuitates, terras, vel loca, in quibus
7 monaſteria, ſiue *d* loca dictæ congregationis exi-
d Vide 1.2. 10.qq.regu. q.109.a.4. ſtant, Eccleſiaſtico eſſe ſuppoſita interdicto, ipſi ta-
men dictæ congregationis prælati, monachi, con-
uerſi, commiſſi nouitij & capellani, *e* necnon laici,
e Vide in 2.10.qq.re. q.115.a.1. qui intra ſepta ipſorum locorum pro tempore ha-
bitauerint, à præfatæ congregationis monachis ad
id deputatis ianuis clauſis, interdictis excluſis, &
ſubmiſſa voce miſſas, & alia diuina officia, audire,
& celebrare, ac eccleſiaſtica ſacramẽta licitè mini-
ſtrare, & ſuſcipere valeant, præſentium tenore ſta-
tuimus. Liceat inſuper præfatis præſidenti, viſitato
8 ribus, Abbatibus, Prioribus, Rectoribus præfatæ
congregationis præſentibus, & futuris perſonas vo
lentes eorum congregationi ſociari, quæ religio-
num locum, vel ordinem alium quemcunque etiã
9 arctiorem ingredi voluiſſent, *f* tali voto non obſtã
f Vide 1.10. 2.qq.regu. q.25.ar.6. te ad probationem, profeſſionemque recipere, eaſ-
que authoritate Apoſtolica ab ipſo voto abſolue-
re, & cum ipſis diſpenſare, dummodo in tali reli-
gione ſeu ordine, de quo vouiſſent, profeſſionem
non emiſerint. Quod ſi tamen ante profeſſionem
emiſſam ab ipſa receſſerint congregatione huiuſ-
modi diſpenſatio nullius ſit roboris vel momenti;
necnon quod præfati præſidens, viſitatores, Abba-
tes, Priores, *g* & Rectores cum commiſſis quandiu
in monaſteriis ſuis, aut ſub obedientia eorum vixe-
rint ſuper omnibus (excepto dumtaxat voto reli- *g Vide in 1.10.qq.re. q.21.ar.3. & in 3.10. qq.regu.q. 21.art.3.*
gionis) eadem authoritate diſpenſare valeant. Cum
verò aliquis quocumque excommunicationis vin-
culo innodatus vellet congregationem ipſam Al-
tiſſimo famulaturus ingredi, liceat dictæ congrega
tionis prælatis, & qui loco eorum in ipſorum abſen
tia conſtituuntur, ingredienti huiuſmodi iniunctis 10
ei iuxta poſſibilitatem, reſtitutione, & pœnitentia
ſalutari tanquam vni ex monachis præfatæ cõgre-
gationis *h* beneficium abſolutionis impendere, ac
ad probationem recipere, ita tamen ſi in prædicta *h Vide 1.1. 10.qq.reg. q.20.a.11.*
perſeuerauerint congregatione vſque ad profeſſio
nem incluſiuè, alias in eandem ipſo facto reincidãt
excommunicationem. Præterea cum ſæpè contin-
gat ob deuotionem quam ad monachos præfatæ 11
congregationis nonnullæ perſonæ habent, ſingula-
rem ad huiuſmodi monachos pro earum ſalute ani
marum recurrere, Nos volentes earum deuótioni
ſatisfacere, quod liceat dictæ congregationis præ-
latis, ſiue monachis deputatis à ſuis ſuperioribus
ad audiendum huiuſmodi perſonarum cõfeſſiones
accedere, illaſque audire, *i* & perſonæ ipſæ eis con *i Vide 1.10. 1.qq.regu. qq.11.art. 3.cum ſeq.*
fiteri poſſint abſque alia ſuperiorum ſuorum licen-
tia, necnon eis pœnitentia & ſatisfactione iniunctis
quoties oportuerit, abſoluere ab omnibus, & ſingu
lis peccatis præterquam ſedi Apoſtolicæ dumtaxat
reſeruatis; necnon à quibuſcumque excommunica
tionum, ſuſpenſionũ, & interdicti ſententiis, aliiſq;
Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, quas à iure vel ab
homine latas ſatisfactione iniuncta incurriſſe, quo
modolibet cenſebuntur. Inſuper & vota omnia per 12
mutare, *k* ac in omnibus, & ſingulis caſibus etiam *k Vide in 10.1.qq.re. q.13.ar.3. & art.4.*
ordinariis, aut per ſynodales, ſeu prouinciales con-
ſtitutiones reſeruatis, cum eis diſpenſare. Præterea
cẽſuras, pœnas, & vota, ac caſus, de quibus eſſet me
rito ſedes Apoſtolica conſulenda, eiſque, ac omni-
bus qui ad prædictos monachos ad huiuſmodi de-
uotionem recurrerint, Euchariſtiæ Sacramentum
miniſtrare valeant: de ſpecialis dono gratię in fauo
rem obſeruantiæ regularis licentiam elargimur.
Planè, vt huiuſmodi congregationis monachi in vi
tæ honeſtate, & odore bonæ famæ apud Deum, & 13
homines conſeruentur & quia ibi cautius eſt agen
dum vbi maius periculum imminet animarum, ea-
dem authoritate ſtatuimus, quod nulli hominum
liceat, *l* quaſcunque mulieres laicas, ſeu religioſas *l Vide 1.1. 10.qq.regu. q.48.*
cuiuſcunque ſtatus, ætatis, gradus, authoritatis, vel
conditionis exiſtant, Quauis occaſione ducere, ſiue
ipſis mulieribus ingredi, ſeu commorari intra ſepta
monaſteriorum præfatæ congregationis. Quod ſi
aliter ſcienter attentatum fuerit, tam ipſę mulieres,
quam earum ducẽtes, ſed etiã ipſi receptatores, ſi
voluntariè hoc fecerint, ipſo facto ſententiam ex-
communicationis incurrant, à qua dictæ congrega
tionis perſonæ abſolui poſſint per præſidentem, &
viſitatorem congregationis huiuſmodi. Quin etiã 14
ne præfatæ congregationis monachi ab eorum
quiete diſtracti Romanam curiam pro crebris obti
nendis licentiis frequentare cogantur, quod in om
nibus caſibus, in quibus *m* de iure communi præla *m Vide in 1.10.qq.re. q.22.art. 10. & in 2. tom. q.47. ar.9.*
tis, & monachis dictæ congregationis authoritas
ſiue licentia, ſeu diſpenſatio ordinarij eſſet neceſſa
ria, ſi ab eodem exempti non eſſent, Prælatis, Abba
tibus, Prioribus, & Rectoribus huiuſmodi, qui pro
tempore fuerint, vna cum eorum conuentibus de
licentia tamen & conſenſu dictæ congregationis,
capituli generalis, aut præſidentis cũ maiori parte
viſitatorum auctoritate Apoſtolica abſq; eo, quod
ad ſedem Apoſtolicam habeãt recurſum, huiuſmo
di licentiam, authoritatem, & diſpenſationem te-
nore præſentium indulgemus. Volentes inſuper 15
quod prælati congregationis præfatæ licet benedi
ctionis *n* munus non acceperint, perinde tamen *n Vide 1.10.*

mo-

Digitized by Google

monaſteria ipſius congregationis regere, & admi-
niſtrare, atque omnes actus in ipſis valeant exerce-
re, & inſignia deſerre, ac ſi munus huiuſmodi fuiſ-
ſent conſecuti. Sanè cum religionis fauore nonnul-
16 la concedantur. Quæ alias interdici ſolent, quod ſi
qui ex monachis congregationis præfatæ defectũ
a natalium patiantur, in monaſterio tamen alias lau
dabiliter conuerſati fuerint, vt huiuſmodi defectu
non obſtante, ad ſacros ordines, ac officia, prælario
nes, dignitates, & honores eorum monaſteriorum,
juxta illorum conſtitutiones liberè, & licitè valeãt
promoueri congregationi memoratæ tenore præ-
ſentium indulgemus. Quodque vt animarum eorũ
17 ſaluti prouideatur, prælati, monachi, & perſonæ di-
ctæ congregationis quocunque nomine cenſean-
tur, propter participationem etiam in diuinis, *b* cũ
excommunicatis, ſuſpenſis, & interdictis à iure, vel
ſtatutis ordinariorum: nullam excõmunicationis,
ſeu cenſuræ, aut peccati maculam incurrant, niſi ip
18 ſi excommunicati eſſent ſpecialiter denunciati *c* ſe
pulturam quoque in locis, & monaſteriis dictæ cõ-
gregationis præſentibus, & futuris liberam eſſe vo
lumus, & eorum deuotioni & liberæ volũtati. Qui
ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi forte excommu
nicati, ſeu interdicti ſint, aut etiam publicè vſura-
19 rij, nullus obſiſtat, ſaluo tamen iure illarum Eccle-
ſiarum à quibus corpora aſſumuntur. Adiicientes *d*
etiam quod ſi quandoque contigerit per aliquem,
aut plures actus contra huiuſmodi, aut quęcunque alia priuilegia, indulta, gratias immunitates, & ordinationes præfatæ congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocuoque cuinſcunque conditionis, dignitatis, gradus, ſeu ſtatus exiſtat ex negligentia, vel ignorantia præſentium, vel futurorum quibus hæc conceduntur, aut alia quauis cauſa, propter quam fuerit aliter attentatum, vel pro tẽpore obſeruatum ignoranter, vel ſcienter: nullũ tamen præiudicium decretis, priuilegiis, indultis, gratiis, immunitatibus, ordinationibus huiuſmodi volumus generari: ſed in ſuo vigore, ac robore permanere. Non obſtantibus in Conſtantienſi, & aliis Conciliis, ac à fœ. re. Innocentio Quarto, Martino Quinto, & aliis ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris editis conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam ſi de illis ſpecialis, & expreſſa præſentibus mentio habenda eſſet: quibus quo ad præmiſſa ſpecialiter derogamus. Necnon monaſteriorum, prioratuum, & ordinum prædictorum iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis ſtatutis, & cõſuetudinibus, cæteriſq; contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ voluntatis, conſtitutionis, cõceſſionis, ſtatuti, adiectionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Bononiæ, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo ſexto, pridie Kal. Iulij. Pontificatus noſtri, anno ſexto. A. de Florentia grat. de mandato Domini noſtri Papæ Ioan. de Steccatis.

a Vide 1 to. 1. qq. reg. q. 13. ar. 4. cum ſeq. — *b Vide in 2. to. qq. re. q. 63. ar. 2.* — *c Vide in 3. to. qq. re. q. 58. ar. 3. cum ſeq.* — *d Vide 1 to. 3. qq. re. q. 31. art. 2.* — *1. qq. regu. q. 12. ar. 4.*

Bulla XII.

SVMMARIVM.

Quod monaſteria non teneantur ſoluere aliquam canonicam portionem, aut decimas parochianis, aut Epiſcopis, vel aliis ſibi quomodolibet debitis, etiam de relictis, aut donatis, vel legatis, tam inter viuos, quã in vltimis voluntatibus.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Eccleſiarum & monaſteriorum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum omnium, præſertim regularem vitam profeſſarum ſtatum ſalubriter dirigendum, iuxta paſtoralis officij debitum, curam, & ſolicitudinis noſtræ partes libenter impendimus. Cum itaque dudum congregationi monachorum de obſeruantia ſanctæ Iuſtinæ, alias vnitatis nuncupatæ ordinis Sancti Benedicti nobis, & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectę per alias noſtras certi tenoris literas, quarum tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, ſepulturam in monaſteriis & locis eorum, ſaluo tamen iure parochianorum illarum Eccleſiarum à quibus corpora aſſumuntur, prout in prædictis literis plenius continetur conceſſerimus. Nos volentes prædictæ cõgregationis monachos, qui à pluribus citra temporibus in obſeruantia regulari, & vitæ ſanctimonia variis multiplicarunt, prout in dies multiplicantur virtutum meritis: & vt Altiſſimo poſſint commodius, & quietius deſeruire, ac reparationi monaſteriorum eorum, qua maxima indigent, vacare amplioribus fauoribus proſequi, motu proprio non ad ipſorum, aut alicuius eorum nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, omnibus, & ſingulis dictæ congregationis monaſteriis, prioratibus, grangiis, membris, manualibus, & locis, vt ad dãdum, ſeu ad ſoluendum aliquam *e* Canonicam portionem, ſiue Decimas, *f* aut aliud quodcumque. quod loco earum ſolui conſueuiſſet parochianis Epiſcopis, Archiepiſcopis, capitulis collegiis, vniuerſitatibus, cõmunitatibus, fabricis, & aliis quibuſcunque, ex quacunque cauſa hactenus debita, ſeu quæ deberi prætendant, quomodolibet in futurum etiam ab eiſdẽ derelictis legatis, & donatis, tam in vltimis voluntatibus, quam inter viuos, ſeu quacunque occaſione conceſſis, præteritis, & in poſterum concedendis minimè teneantur. Quibuſcunque conſtitutionibus Apoſtolicis, ac præfatis noſtris literis: quibus quatenus huic noſtro indulto obuiant, volumus derogare: & aliis conſuetudinibus ſtatutis, præſcriptionibus, & priuilegiis, ſub quacunque forma, aut quibuſcunque clauſulis editis non obſtantibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus præſentibus expreſſa, & ſpecialis, ac indiuidua foret habenda mentio authoritate Apoſtolica tenore præſentium ex certa ſcientia de ſpecialis dono gratię indulgemus. Decernentes ex nunc omnes & ſingulas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliaſque quaſcunque ſententias quas contra perſonas dictę congregationis ſiue monaſteria, & loca, & alias in præiudicium conceſſionis huiuſmodi promulgari nullas; necnon irritum & inane quicquid aliud in contrarium à quocunque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę voluntatis, conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prẹſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtoli eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Bono. anno Incar. Domi. 1436. 5. non. Iulij Pont. noſtri, anno 6. A. de Florentia duplicata gratis de mandato Domini noſtri Papæ Ioan. de Steccatis.

e Vide in 1. qq. re. q. 39. art. 2. — *f Vide in 2. qq. re. q. 44. art. 4.*

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Quod capitulum generale ſeu præſidens cum viſitatoribus poſſint dare licentiam alienandi, ſeu permutãdi quacunque bona non excedentia illorum pretium quantitate ducentorum florenorum auri abſque licentia Apoſtolica.

Eu-

EVgenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Licet ex debito paſtoralis officij circa regimen monaſteriorum ſolicitè intendamus; ad ea tamen quæ ſub obſeruantia regulari Altiſſimo famulantur propenſionem, diligẽtiam, & ſtudium adhibemus, vt inibi diuinus cultus augeatur, & perſonæ in eis degentes poſſint quietius reddere Altiſſimo vota ſua. Sanè cum ſæpè cõtingat prælatos, & conuentus monaſteriorum congregationis vnitatis, alias de obſeruantia S. Iuſtinæ nuncupatæ ordinis S. Benedicti: nobis & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectæ ex nonnullis rationabilibus cauſis prædia, poſſeſſiones, vineas, oliueta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſcatiões, molendina, aquas, aquarum decurſus, cenſus, decimas, iura, iuriſdictiones, & alia bona immobilia ad monaſteria ipſa ſpectantia vendere, alienare, & permutare velle propter quod neceſſe eſt eis, vt ad ſedem Apoſtolicam pro licentia; aut authoritate recurrat: & ſic à quiete, & otio ſancto diſtrahi.[a] Nos volẽtes eorum tranquillitati, & vt accuratius contemplationi, cui vita eorum dedita eſt, vacare poſſint de remedio opportuno prouidere. Motu proprio non ad eorum, aut alicuius alterius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate ſtatuimus, & ordinamus: quod quotieſcunque huiuſmodi congregationis prælati: & conuentus qui pro tempore fuerint, vendere, alienare, permutare, vel in emphuteuſim, aut ad annuum cẽſum concedere voluerint, ſeu ad longum tempus prædia, poſſeſſiones, vineas, oliueta, hortos, ſyluas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molendina, aquas, aquarum decurſus, cẽſus, decimas, iura, iuriſdictiones, & alia bona immobilia monaſteriorum huiuſmodi, quæ nunc ſunt, & in futurum dante Domino erunt dictæ congregationis, dummtamen ſingula huiuſmodi prædia, poſſeſſiones, & bona immobilia quocunque vocabulo cenſeantur, quantitatem pretij florenorum auri de Camera ducentorum ſecundum communem æſtimationem non excedant recurſum habeant ad capitulum, cum celebrari contigerit, alias ad præſidentem, & viſitatores congregationis huiuſmodi. Quod quidem capitulum & præſidens vna cum omnibus viſitatoribus ipſi præſidenti aſſiſtentibus ſi conſpexerint huiuſmodi alienationes, ſiue conceſſiones in euidentem vtilitatẽ prædictorum monaſteriorum cedere, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, huiuſmodi prælatis & conuentibus prædicta bona immobilia vendendi, permutandi, alienandi, aut aliter concedendi, vt præfertur abſque eo quod vendentes, ſeu ementes recurſum habeant ad ſedem eandem: ſiue ordinarios, aut quoſcunque alios pro licentia, & authoritate huiuſmodi, aut confirmatione obtinentis, ſeruatis tamen aliis iuris ſolennitatibus licentiam, & authoritate Apoſtolica authoritate largiri, atque impendere valeant: conſtitutionibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſtitutionibus dicti ordinis, & aliis nõ obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem &c. Dat. Bononiæ, anno Incar. Domi. 1436. 6. nonas Iulij, Pontificatus noſtri, anno 6. A. de Florentia gratis de mãdato Domini noſtri Papæ, regiſtrata in Camera Apoſtolica.

[a] Vide in 10.1.qq.re. q.17.

Bulla XIV.

SVMMARIVM.

Quod vniones monaſteriorum non intelligantur reuocari, ſed in ſuo robore permaneant.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad monaſteriorum, ac religioſorum locorum, & in eis ſub ſacro religionis iugo degentium perſonarum omnium ſtatũ ſalubriter, & proſpere dirigendum paterna ſolicitudine vigilantes eorum profectibus libenter intẽdimus, & ijs, quæ eis per ſedem Apoſtolicam gratioſè conceſſa ſunt, vt perpetuo perdurent fauorem quantum cum Deo poſſumus Apoſtolicum adhibemus. Dudum ſiquidem ex certis, ac diuerſis tunc expreſſis rationabilibus, cauſis, animum noſtrũ mouentibus ſanctæ Iuſtinæ Paduanenſis, ac ſancti Petri Peruſin. Necnon beatæ Mariæ propè Ceſenam mutos ordinis ſancti Benedicti: & nonnulla alia in diuerſis partibus, conſiſtentia monaſteria, prioratus, & Eccleſias, ac loca Eccleſiaſtica, tam ſecularia, quam regularia prędicti: & aliorum diuerſorum ordinum vniuerſitati, ſeu congregationi monachorum vnitatis, alias de obſeruantia ſanctę Iuſtinę nuncupatę dicti ordinis ſancti Benedicti, ſub certis modis. & formis tunc expreſſis inter alia vniuimus. cõceſſimus, appropriauimus, & donauimus, prout in diuerſis noſtris deſuper confectis literis. Quarũ tenorem hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſo, plenius continetur. Nos igitur[b] attendentes, quod monachi de congregatione huiuſmodi à pluribus annis citra, prẹſertim in Italię partibus in eorum monaſteriis, ac locis ſub regulari obſeruantia vitęque caſtimonia ad laudem. & gloriam Altiſſimi, ac populi deuotionis augmẽtum laudabiliter viuentes variis multiplicarunt, & quotidie multiplicant virtutum meritis, & ne ad debitum literarum huiuſmodi conſequendum effectum quomodolibet impediri valeant prouidere volentes: motu proprio non ad ipſorum monachorum, ſeu alicuius eorum nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate authoritate Apoſtolica ex certa ſcientia tenore prẹſentium volumus, ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod per quaſcunque reuocationes, caſſationes, ſeu annullationes quarumcunque vnionum, incorporationum, annexionum, & appropriationum, de prẹdictis & quibuſuis aliis monaſteriis, prioratibus Eccleſiis, ſiue locis Eccleſiaſticis per nos, ſeu ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, aut eorum aliquem, etiam per literas, ſeu conſtitutiones, voluntates, & ordinationes noſtras, aut Pontificum eorundem in genere, vel in ſpecie, ſeu quibuſuis formis, vel verborum expreſſionibus de cętero forſan faciendas, nullum vniuerſitati, ſeu congregationi monachorum huiuſmodi, quin prędictarum eius conceſſarum, ac ſuper ſimilibus de aliis monaſteriis Eccleſiiis, prioratibus, ac locis Eccleſiaſticis faciendis, vnionibus, incorporationibus, appropriationibus, & donationibus per nos forſan concedendarum literarum totalem & plenarium vigor ſortiatur effectum valeat, ſiue poſſit præiudicium inferre. Sed illę omnes etiam poſt reuocationes, caſſationes, & annullationes prędictas in ſuo robore permaneãt, & permanere debeant, prout in omnibus & per omnia, ac ſi quo ad eas, & ipſarum ſingulas reuocatio, annullatio, & caſſatio prędicta nullatenus emanaſſent, niſi alias ipſe vnionum, conceſſionum, appropriationum, & donationum expeditę, & expediendæ literæ huiuſmodi in reuocationum, caſſationum, & annullationum literis conſtitutionibus, & ordinationibus huiuſmodi de verbo ad verbum inſererentur, ac in eis ſpecialis, & expreſſa ac indiuidua de ipſis monaſteriis, & locis, ac dicta congregatione mentio contineretur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, ſtatuti, conſtitutionis, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ &c.

[b] Vide in 10.3.qq.re. q.8. art. 2.

Datum

Datum Bononiæ, Anno Incar. Domi. 1436. Pridie Kalen. Iulij Pon. noſtri, anno 6. A. de Florentia gra. De mandato Do. noſtri Papæ Ioann. de Steccatis, regiſtrata in camera Apoſtolica.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Quod ſi contigerit aliquem præla um à monaſterio abeſſe committatur regimen alteri, &c.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pōtificis prouidentia circunſpecta, circa quorumlibet monaſteriorum, & aliorum religioſorum locorum, ac in eis præſertim ſub ſacro religionis iugo, & regulari obſeruantia degentium perſonarum ſtatum ſalubriter & proſpere dirigendum libenter intendēs nonnunquam ſtatuit decernit, ordinat, atque declarat, prout locorum, temporum, & perſonarum qualitate penſata id ad huiuſmodi ſtatus conſeruationem, & augmentationem conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis inter alia ſtatuimus, & ordinauimus, quod monaſteria, prioratus, cōgregationis monachorum de obſeruantia ſanctæ Iuſtinæ, alias vnitatis nuncupatæ ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, tunc illi vnita, ſubiecta, & appropriata, ac in antea vnienda, ſubiicienda, & incorporanda per prælatos dumtaxat præfatæ congregationis ex tūc in antea perpetuis futuris temporibus gubernarentur, & quoties illa vbicumque etiam apud ſedem Apoſtolicam, & qualitercunque vacare contigerit, etiāſi quæuis ſpecialis, vel generalis de illorum prouiſionibus, ſiue diſpenſationibus per ſedem eandem reſeruationes factæ fuiſſent. Capitulum ſi tunc celebraretur aliquorum præſidens, a & qui commodè adeſſe poſſent, cum maiori ſuorum conſultorum parte, viſitatoris dictæ congregationis illos ex ipſis monachis præſentibus, & futuris, quos ad id idoneos fore crediderint Abbates, & Priores, tunc vacātium monaſteriorum & prioratuum huiuſmodi, alias iuxta ipſius congregationis ordinationes, & ſtatuta eligere & nominare, necnon ad nutum, ſeu beneplacitum ipſorum taliter electos, & nominatos à regimine, & adminiſtratione dictorum monaſteriorum, & prioratuum, quibus tunc præeſſent, & quæ tunc propterea vacare cenſerentur abſoluere, & amouere, præfatique ſic electi, ſiue nominati abſque alicuius ſedis prædictæ, vel alterius prouiſionis, ſiue confirmationis adminiculo, & præter hoc quod eis propterea munus benedictionis impenderetur ipſis monaſteriis, & prioratibus, ad quæ ſic electi, ſiue nominati forent præeſſe, ac illa in huiuſmodi ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare: necnon omnia & ſingula, quæ per Abbates, & Priores aliorum monaſteriorum, & locorum dictæ congregationis iuxta illius ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi fieri poterant facere, & exercere liberè, & licitè valeant prout in noſtris deſuper confectis literis plenius cōtinetur. Poſt modum vero, ſicut nobis innotuit licet monaſteria, & prioratus congregationis huiuſmodi per Abbates & priores ad illorum regimina per capitulum, ſeu viſitatores prædictos iuxta ſtatutum & ordinationem noſtram huiuſmodi deputatos laudabiliter recta, & gubernata extiterint, necnon ex ipſorum vita laudabili, & operibus fructuoſis plura in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſceperint, & continuè ſuſcipiant incrementa, Tamen quia plerumque contingit propter inordinatas ſuſpiciones Dominorum temporalium, aut guerrarum turbines, ſed incumbentem neceſſitatem pro variis cōgregationis ipſius occurrentibus negotiis, vel quia ita capitulo generali videretur pro bono ipſius congregationis expedire, prælatos præfatæ congregationis abeſſe à monaſteriis & prioratibus ad quæ ſunt deputati; ita quod pro congregationis huiuſmodi monachorum, ac aliorum præſentium, & futurorum monaſteriorum, prioratuum conſeruatione, & ſtatu proſpero ac fælici utile iudicetur, & expediat. quod abſente prælato ne monaſterium, cui præeſt damna ſuæ abſentiæ patiatur alius per capitulum dictæ congregationis, ſeu præſidentium, cum ad hoc deputatis iuxta eorum conſtitutiones & ſtatuta, qui monaſterium regat, & gubernet prædicta durante abſentia deputetur: Quodque prælatus huiuſmodi, qui abſens fuerit aliud dictæ congregationis monaſterium authoritate capituli, & præſidentis, vt præfertur regere, & gubernare: non obſtantibus, quod alterius monaſterij titulum habeat, valeat & poſſit. Hoc igitur ſuper hoc commodo, vtilitati, ac ſtatui congregationis, ac illius monaſteriorum, & prioratuum, præſentium, & futurorum huiuſmodi quantum nobis ex alto conceditur, ſalubriter prouidere volentes motu proprio, & ex certa ſcientia & authoritate Apoſtolica in fauorem obſeruantię regularis ſtatuimus, decernimus, & ordinamus, quod quoties contigerit prælatum à monaſterio, vel prioratu præfatę cōgregationis ad quod, vel quem eſt deputatus abeſſe vel ad ipſius gubernationem non accedere, ex ſupra dictis, vel alia quauis cauſa capitulum dictæ congregationis, ſiue præſidens cum ad hoc deputatis iuxta eorum conſtitutiones, & ſtatuta, regimen, curam & adminiſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus authoritate Apoſtolica alteri committere durante abſentia prędicta poſſit & valeat. Quodque prælato ipſi abſenti ſi fuerit opportunum prę fatę congregationis aliud monaſterium, ſiue prioratum in ſpiritualibus, & temporalibus authoritate etiam Apoſtolica regēdi, & gubernandi dictum capitulum, ſeu prędſidens cum deputatis, vt præfertur committere non obſtante quod alterius monaſterij, ſeu prioratus titulum habeat & gubernationem valeat & poſſit. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon congregationis & ordinis prędictorum iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunque alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quę in dictis literis non obſtare voluimus, cęteriſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. Bononię, anno Incar. Domin. 1437. Idib. Auguſti Pontificatus noſtri, anno 7. Blondus. Gratis de mandato Domini noſtri Papę A. de Magio.

a Vide ſtr. 3 99. pag. 976. artic. 4. & 5.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

1 *Quod breuiarium monaſticum confectum per Ludouicum Epiſcopum Torriſinum primum cōgregationis inſtitutorem viſum & correctum per omnia monaſteria, & loca congregationis perpetuis futuris temporibus in conuentu dicatur.*

2 *Quod eidem non poſſit aliquid addi, vel minui niſi de licentia ſedis Apoſtolicæ, poſſit tamen emendari compoſitio verborum per definitores Capituli generalis.*

3 *Quod propterea non intenditur obuiari, qui pro loco & tempore, ac pro alia ſubſiſtente cauſa dicta cōgregationis perſona lectiones abbreuiare, aut elongare, ſeu extra conuentum quocunque breuiario non omiſſis ipſius officii ſubſtantialibus valeant* dum-

Digitized by Google

dummodo eo animo, id non fecerint, quod formã huius breuiarij alterare velint.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Capitulo generali, præſidenti, viſitatoribus, prælatis, & perſonis congregationis de obſeruantia ſanctæ Iuſtinę ordinis S Benedicti, nobis, & Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis zelus qua ſedulum præbetis Altiſſimo famulatum promeretur, vt veſtris cõmoditatibus conſulamus. Cum itaque congregatio veſtra à triginta & eo amplius annis citra virtutum merito, & perſonarũ numero in Dei laudem & gloriam, ac proximorũ & Chriſti fidelium ædificationem non modicam aucta eſſe cognoſcitur, adeo, vt pleraq; in Italiæ partibus ſolemnia monaſteria habeatis, necdum pro varietate diuinorum officiorum quã in ſingulis ferme monaſteriis reperitis, vnum omnibus commune, & vniforme officium, vt cæteri penè ordines congregationis, quæ facere aſſumpſiſtis, ex quo plerumq; turbationes, & animorũ varietates, dum quilibet pro captu mentis ſuæ, aut monaſterij vbi reſidet ordine, & cõſuetudine officium ipſum dicere, aut breuiare ſcribere cupit, cum ſimul in capitulo generali congregamini, aut ex altero in alterum vos contingit transferri monaſterium in dicta exurgant cõgregatione, quod diſcordiarum ſeminarium poſteris parere poſſet. Quodq; ab omnium officiorũ varietatem inter vos plerique ipſius diuini officij minus docti reperiantur, tum tedio pleriq; affecti: vnicum & commune quoddam diſcant officium non habeatur. Idcirco congregationis veſtræ Capitulũ generale volens huiuſmodi turbationibus & varietatibus, tam præſentibus, quam de facili poſſent euenire, futuris plures ſuper hoc à nonnullis annis citra ordinationes edidit, vt vnicum cõficeretur breuiarium, quo omnis cõgregatio vni deberet, quod cum voluntatum plurimorum diuerſitate fieri nõ poſſet, vt aliquando tandem finem huiuſmodi varietatibus imponere matura deliberatione præhabita ſtatuit, vt vnum breuiarium ſecundum ordinem monaſticum conficeretur, quod poſtquam per venerabilem fratrem noſtrum Ludouicum Epiſcopũ Teruiſenenſem, primum dictæ congregationis inſtitutorem, & tam officij monaſtici, quam ſecundũ Curiam ex longa vtriuſque experientia doctum & expertum, viſum, & correctum fuerit ab omnibus ipſius congregationis perſonis ſine aliqua alteratione recipi deberet. Quod dicti capituli decretum prædictus Epiſcopus exequi volens omni cum ſolertia, diligentiq; cura viſum & correctum ad nos cum chordula ligatum, ſuoq; conſueto ſigillo mu-
1 nitum direxit. Nos verò qui præfatæ congregatio-
nis ad qua ſingularem gerimus deuotionẽ paci & vnitati ſummis deſideriis intendimus de remedio opportuno tantæ varietati prouidere volentes, motu proprio ex certa ſcientia authoritate Apoſtolica tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus huiuſmodi breuiarium per omnia monaſteria, prioratus & loca dictæ congregationis perpetuis & futuris temporibus, & non aliud in conuentu practicetur, dicatur, & obſeruetur, ad cuius exẽpla alia, quæ de nouo ſcribenda ſunt breuiaria conficientur, & cui aliquid adere, minuere, aut alterare, præter quam de licentia noſtra, aut ſedis Apo-
2 ſtolicæ, falſis & latinitatibus tamen orthographis duntaxat exceptis nullarenus liceat, verborum vero in compoſitione, ſi quam in eodem breuiario reperiri contigerit, vt vniformis fiat correctio ca-
3 pituli generalis definitores poſſint emendare. Non intendẽtes propter hoc obuiare, quin pro loco, pro tempore, pro aliqua ſubſiſtente cauſa dictæ congregationis perſonæ lectiones breuiari, aut elongari, aut extra conuentum quocunque breuiarij non omiſſis ipſius officij ſubſtantialibus vti valeant, dummodo eo animo id nõ fecerint, quo formam huius breuiarij alterari velint, breuiaria autem portatilia iuxta huiuſmodi formam lectionibus tamen ad libitum abbreuiatis, de cætero in dicta congregatione ſcribantur, Antiphonariis autem quæ de nouo conficienda ſunt, & iuxta huiuſmodi ritum ſcribi volumus, donec ipſa ſcribantur, prout in quolibet monaſterio reperiuntur, dum cantant, vti valeant tenore præſentium concedimus. Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis autem hoc attentare &c. Dat. Flor. anno Incar. Domi. 1441. Pridie Idus Septem. Pont. noſtri, anno 11. Blondus duplicata Gra. de mandato Do. noſtri Papæ Ioan. de Steccatis.

a Vide in 1. 10. qq. 10. q. 30.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quod ad inſtantiam Abbatis & conuentus monaſterij ſancti Pauli extra muros vrbis fuerunt in Cancellaria Apoſtolica inſpecta & examinata litera Honorij Papæ III. in præſenti priuilegio inſerta.*

2 *Quod ordo monaſticus ſecundum Deum, & beati Benedicti regulam in eodem loco conſtitutus perpetuis futuris temporibus ibi obſeruetur.*

3 *Quod omnia bona præſentia, & futura eiuſdem monaſterij firma ſemper ſint.*

4 *Quod in ipſis bonis ſunt omnia infra ſcripta propriis vocabulis expreſſa.*

5 *Quod dictum monaſterium nulli, niſi Romano Põtifici, ſit ſubiectum.*

6 *Quod Abbas ipſius monaſterii, cum mitra, & annulo, ſandaliis, tunica, dalmatica, miſſarum ſolẽnia celebret, & clero aſtantis benedicat, ac ſi per manus ſummi Pontificis fuerit in ſacerdotem ordinatus ſuper altare maius licentiam habeat celebrandi.*

7 *Quod monachi ipſius monaſterij poſſint ſuſcipere ordinationes ad ſacros ordines à quocunq; Epiſcopo.*

8 *Quod idem Abbas dummodo ſit presbyter poſſit exhibere minores ordines monachis ſuis, cum neceſſe ſit.*

9 *Quod nullus ſine ſpeciali mandato Apoſtolico poſſit in Abbatem, & monachos præfatos, aut oblatos ſententiam excommunicationis promulgare, aut ſynodum conuocare, & ſi alius irritum.*

10 *Quod obeunte Abbate dicti monaſterii nullus ibidẽ proponatur, niſi quem fratres communi cõſenſu ſecundum regulam Beati Benedicti de ipſa cõgregatione. Si tamen in ea per examinationem Romani Pontificis reperiatur idoneus, duxerit eligẽdum, & ſi in eodem monaſterio non reperiatur idoneus, tunc Romanus Pontifex perſonam idoneam de illa congregatione præficiet.*

11 *Quod remittatur eidem monaſterio debita vim pecuniæ, & vaccæ, quod antiquitus ſedi Apoſtolicæ conſueuerit exhiberi, ſaluis gratuitis exequiis in Natiuitatis, & Reſurrectionis Domini noſtri feſtiuitatibus ſolitis impendi.*

12 *Quod liceat monachis dicti monaſterii in cauſis propriis ſuis teſtimonium perhibere.*

13 *Quod poſſint recipere iuuenes in nouitios.*

14 *Quod liceat eiſdem vbicumque manentibus, cũ generale fuerit interdictum excluſis excommunicatis, ſuppreſſa voce non pulſatis campanis diuinũ officium celebrare.*

15 *Quod ſicut contra Romanam Eccleſiam: niſi cẽtenaria currit præſcriptio, ita quoque præfato monaſterio minoris temporis non obſiſtat.*

16 *Quod ibidem ſit liberè ſepultura vnicuique.*

Euge-

EVgenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam. Ex Apoſtolicæ ſe-
dis prouiſione: necnon perſonarum præſertim ſub
regulari obſeruantia præ ſtudio vitæ Domino fa-
mulantium deuotione proueuire dignoſcitur, vt
Romanus Pontifex, quandoque prædeceſſorū ſuo-
rum Romanorum Pontificum geſta innouet, inno-
uationem reſtauret, & authoritate Apoſtolica ful-
ciat innouata. Hinc eſt quod nos ad inſtantiam dile
ctorum filiorum Abbatis, & conuentus monaſterij
ſancti Pauli extra muros vrbis ordinis ſancti Bene-
dicti, quaſdam fœ. re. Honorij Papæ Tertij præde-
ceſſoris noſtris litteras in Cancellaria Apoſtolica
inſpici: necnō examinari diligenter, & earum cum
incipiant vetuſtate conſumi tenorem ſubſcriptioni
bus, & characteribus omiſſis de verbo ad verbum
pręſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt, Domino ſan
cto meritoque beato prædicatori præcipuo egre-
gio Doctori Paulo Apoſtolo. Honorius indignus
Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, reuerentiæ votū
1 cum deuotione perenni. Cum aliqua tibi beatiſſi-
mè Paule vas electionis & gratiæ prædicatori per
priuilegij paginam conferre videmur, non noſtra
concedimus: ſed tua potius confirmamus, quia bo
na omnia, quę habemus tuis interuenientibus meri
tis à patre luminum, à quo eſt omne datum opti-
mum, & omne donum perfectum nos accepiſſe fa-
temur, ideoque magis tua reputamus eſſe, quam no
ſtra, & vtinam ita noſtra, ſint tua, vt tua quoque ſint
noſtra quatenus, qui tuum officium exequendum
ſuſcepimus, ad tuum etiam ſuſcipiamur conſortiū
obtinendum. Sacratiſſimum itaque monaſterium,
in quo tuum venerabile corpus celebri memoria
requieſcit ad ius & proprietatem Apoſtolicæ ſedis,
iure pertinens ſpeciali ad exemplar fœ. re. Innocē
tij Papæ Tertij ſub Beati Petri, & noſtra protectio-
2 ne ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio com-
munimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt ordo
monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedi-
cti regulam in eodem loco conſtitutus eſſe digno-
ſcitur perpetuis, ibidem temporibus inuiolabiliter
3 obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quę
cumque bona idem monaſterium in præſentiarū
rationabiliter poſſidet, aut in futurum conceſſione
Pontificum largitione, Regum, vel Principum ob-
latione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis præſtāte Do-
mino poterit adipiſci firma ſemper & illibata eidē
monaſterio perſeuerent, in quibus hæc propriis du
ximus vocabulis exprimenda: locum ipſum, in quo
4 prædictum monaſterium ſitum eſt, & Burgum eiuſ
dem cum Mola, & aliis poſſeſſionibus adiacētibus
oblationes, tam maioris altaris, quam confeſſionis
ipſius, & aliorum altarium ſanctum Menatem cum
terris, vineis, ab vtraque parte viæ Scilianæ, vſque
ad pontem Peſſimianum centum montes cum vi-
neis, & pratis iuxta Cœnobium memoratum Flo-
ranum cum ſuis pertinentiis, trifuſam cum ſuis per-
tinentiis, turrem Ioannis de Petro, cum ſuis pertinē
tiis, quæ antiquo nomine appellatur Draconi Man
dram cum Eccleſia, & aliis ſuis pertinentiis, Eccle-
ſiam ſancti Proculi cum Gacaldo Lapigio, & Scina
zelo, & aliis ſuis pertinētiis. Ardeam cum roca ſua,
& turre maiori, & Eccleſiis ſuis, & aliis pertinen-
tiis. Patricam cum Eccleſiis, & pertinentiis in Ho-
ſtiēſi Ciuitate, Eccleſiam ſanctæ Dei genitricis Ma
riæ Salinarum, paria ſeptem in vrbe vetere, & de-
paria poſita in Abinea, & paria duo poſita in eodē
territorio, cum caſa Maſaritia ſuiſque mancipiis, ca
ſtrum Decimi cum Eccleſiis ſuis, & Villa Salinarū
in campo maiori, & apud Hoſtiam. Item monaſte-
rium ſancti Clementis cum villa ſua, caſtrum Fuſu-
gnanum cum ſuis pertinentiis, poſſeſſiones in ciui-
tate Velletri cū Eccleſia S. Mariæ, ac Cellulis ſuis,
turrim poſitā in Terencenelo Lucembrucenſi cum
ſuis pertinentiis, poſſeſſiones in Aritia cum vineis,
hortis, & tenimentis, & molis in Albano, cellam S.
Nicolai, cellam S. Mariæ minoris & totum Palsti-
num cum ſuis eccleſiis & pertinentiis, Caſtellionē
cum ſuis pertinentiis. Tertiam partem laici Capru-
laci Villeranum & caſam nouam cum ſuis pertinen
tis, caſtrum Oſcæ, caſtrum Coniiciæ, ſanctum Iulia-
num, ſanctum Victorinum, Corcurulum Medieta-
tem laici Boranni, Paſſanum, & montem Proculum
cum omnibus ad prædicta caſtra pertinentibus, Ec
cleſiam S. Laurentii ſub columna, & Eccleſiam S.
Mariæ in Oliuero cū omnibus Eccleſiis ſupra ſcri-
ptorum caſtrorum intus & extra caſam in Anania
cū omnibus poſſeſſionibus, prædicto monaſterio
ibidem collatis. ſextam partem in caſtellari de Fu-
ſtignanſi in ciuitate Tiburtinenſi, Eccleſiam ſanctę
Agathæ, & molas duas in Cornute, & vnam in Ve
ſta, & vnam in Forme ad obſcuram, & vineas, oliue
ta, & alias poſſeſſiones, montem Albanum cum om
nibus tenimentis ipſius. Podium S. Sixti caſtrū Nu-
mentanum, ſanctum Primum & alias Eccleſias, &
cryptam Moroſam cum omnibus ad ſupra ſcripta
caſtra, vel loca pertinentibus. Item Marcellinum,
& Podium Caribenū, montem Fanalem, & Caſtrū
S. Poli cum omnibus ad ſupraſcripta pertinētibus,
monaſterium ſanctæ Mariæ montis Dominici cum
ſuis eccleſiis, & pertinentiis, in Marſia eremum ſan
ctæ Mariæ montis Armenſis, cum cellulis ſuis teni-
mentis, & omnibus pertinentiis, Eccleſiam S. Gre-
gorij de Sublondos cum pertinentiis ſuis, ſanctam
Mariam in caſis cum Agirata, id eſt, piſcaria in Fu-
ſcino, ſanctum Leonardum ſupra in Carthora cum
cellulis, villis & molis, & aliis pertinentibus in anno
3. Hoſpitale de Capbas in ſolo Sabinēn. Quartā par
tem caſtri Pozi in ciuitate Interannien. Eccleſiam
S. Petri Reccani, & Eccleſiam S. Laurentij ad pedē,
Ceſæ hoſpitale Apoſtolorum Iacobi, & Bartholo-
mæi in ciuitate Tridentinenſi, monaſterium Sanctę
Margaritæ cum ſuis pertinentiis apud Troncone,
Eccleſiam S. Antimi cum omnibus poſſeſſionibus,
quæ fuerunt Guidonis de S. Antimo in Comitatu
Narnienſi, medietatem caſtri Sancti Vrbani apud
Ameliam, hoſpitali Sancti Iacobi de reddere, Ec-
cleſiam Sancti Magni in ponte, & Eccleſiam Sancti
Cataldi prope Caſtrum Ioranicum eorum perti-
nentiis in ciuitate Caſtellanenſi, domos & poſſeſ-
ſiones, quæ fuerunt Rainaldi Guideruldi cum ſuis
Eccleſiis, S. Euthichij intus & S. Ioannis extra Eccle
ſiam S. Stephani cū Caſtello, & Burgo ſuo iuxta ci
uitatem Sotrinam cum omnibus pertinentiis, & v-
tilitatibus ſuis, Caſtrū S. Seueræ, cū Eccleſia & per-
tinētiis ſuis, & monaſterium S. Benedicti Nepeſinē
ſi poſitum in Pentona, & Maſam quæ vocatur Vl-
metum, & Maſam, quæ vocatur Magiana poſitas in
territorio Nepeſino, & quicquid habere à pōte Ne
peſino, vſque ad montem Roſulum, & Lacum qui
vocatur Lanula. Caſtrum Vaccaritiæ cum Eccleſia
Sanctæ Chriſtinæ, & aliis Eccleſiis, & pertinentiis
ſuis, Caſtrum Leprimani cum ſuis Eccleſiis & perti
nentiis, Flaranum cum ſuis pertinentiis, Ciuitatem
Corolum cum ſuis Eccleſiis & pertinentiis, Ciuita-
tem Stertinianam, cum Eccleſia S. Ioannis, & Lacu
cum ſuis pertinentiis in Epiſcopatu Narnienſi, Ec-
cleſiam S. Nicolai de Monte Maſclario, Caſtrū Re
giani cum ſuis pertinentiis, & Caſtellum nouum,
& Caſtrum Formelli, Eccleſiā S. Benigni, cum per-
tinentiis ſuis, hoſpitale de Raio, cum pertinentiis,
Eccleſiam S. Angeli de Scolea cum pertinētiis ſuis,
medietatem totius fundi Valeriani, cum medietatē
turris, & Caſtellarij & omnibus pertinentiis ſuis,
Eccleſiarum S. Leonis de Lepriniani, cum ſuis per-
tinentiis, Caſtrum quod vocatur Morlupum cum
ſuis

ſuis pertinentiis, Eccleſiam S. Laurentij extra caſtrũ
Ciuitelli, cum ſuis pertinentiis, Romæ Eccleſiam S.
Nicolai de Forma, Eccleſiam S. Sergij in Subura pi
ſcarias in flumine in loco qui dicitur Marinoreta,
Anditum, dominicam & poſtam, & alias in eodem
flumine ſubtus Romam pẽſiones, & hortos, & om-
nia quæ intra vrbem, & extra idem monaſterium
noſcitur obtinere. Ad hæc libertates, & immunita-
tes eodem monaſterio à prædeceſſoribus noſtris
indultis rationabiles quoque conſuetudines hacte
nus obſeruatas authoritate Apoſtolica confirma-
mus, ſtatuimus inſuper, vt prædictum monaſteriũ
5 nulli prorſus in aliquo niſi Romano tantum Ponti-
fici ſit ſubiectum, nec ibi aliquis præter eum quam
libet iuriſdictionem exerceat, aut aliquam vẽdicet
poteſtatem, Abbati verò ipſius venerabilis loci præ
ſentis priuilegii authoritate concedimus, vt ad ho-
6 norem & laudem Altiſſimi, cum mitra, & annulo,
Sãdaliis, tunica Dalmatica Miſſarum ſolemnia pro
ſuæ celebri reuerentia ſanctitatis, & aſtante clero,
ac populo benedicat: ita quidem, vt ſi per manus
Romani Pontificis in ſacerdotem fuerit ordinatus,
ſuper maius altare licentiam habeat celebrandi, cõ
ſecrationes autem altarium, & ordinationes mona-
chorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouen-
di à quocunque maluerint, Abbas, & monachi eiuſ
7 dem Cœnobij Catholico duntaxat *a* Epiſcopo Apo
ſtolica freti authoritate ſuſcipiant, quas ſine diffi-
cultate, ac prauitate præcipimus exhiberi. Minores
autem *b* ordines monachis ſuis, idem Abbas dum-
modo ſit presbyter de noſtra poterit indulgentia
cum neceſſe fuerit exhibere, cui *c* benedicendi etiã
indumenta, quæ ad vſum altaris in eodem monaſte
rio fuerint neceſſaria concedimus poteſtatem. In-
8 terdicimus quoq; præſenti decreto, vt nullus omni
no ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis in Ab
batẽ & monachos eiuſdem Cœnobij, & in eo com-
morantes ſuſpenſionis, *d* vel excõmunicationis ſen-
9 tentiam promulgare vel eos ad ſynodum vocare
præſumat, ſed ne in clericos præſertim oblatos *e* in
illis eccleſiis permanẽtes, in quibus non ad Epiſco
pos, ſed ad ipſum Abbatẽ inſtitutio & deſtitutio, ac
correctio dignoſcitur pertinere, Quòdq; ſi quiſquã
in eos huiuſmodi ſentẽtias promulgauerit, illas de
cernimus irritas & inanes. Obeunte vero eiuſdem
10 loci Abbate nullus ibi qualibet aſtutia, ſeu violen-
tia proponatur, niſi quem fratres cõmuni cõſenſu,
vel fratrum pars maior conſilij ſanioris ſecundum
Dei timorem, & B. Benedicti regulam de ipſa con-
gregatione, ſi tamen in ea per examinationem Ro
mani Pontificis reperiatur idoneus duxerit eligen
dum Si vero (quod abſit) in eodem monaſterio nõ
poterit quiſpiam idoneus reperiri, tunc Romanus
Pontifex de alia congregatione prædicto monaſte
rio perſonam idoneam præficiet in Abbatẽ. Præte
11 rea fœ. re. Greg. Papæ V. prædeceſſoris noſtri veſti-
giis inhærentes remittimus monaſterio memorato
debitum vini, terris, & vaccæ, quod antiquis tẽpori
bus prædeceſſoribus noſtris conſueuerat exhiberi
ſaluis gratuitis obſequiis, & conſuetis exeniis, quæ
in feſto Natiuitatis & Reſurrectionis Dominicæ A-
12 poſtolicæ ſedi debẽt annuatim impẽdi. Liceat quo-
que Abbati & conuentui monaſterij memorati fra
trũ ſuorum *f* teſtimoniis in propriis cauſis vti: ſiue
ciuilem ſiue criminalem contineant quæſtionẽ, ne
13 pro defectu teſtium ius eorũ valeat deperire: cleri-
cos etiã ſiue laicos liberos & abſolutos è ſeculo *g*
fugientes licitè ad conuerſionem recipiant, & eos
abſq; aliqua contradictione retineant. Cum autem
generale fuerit interdictum *h* licitum ſit eiſdem v-
bicunque manentibus excluſis excõmunicatis, & in
terdictis ſuppreſſa voce non pulſatis cãpanis diui-
na officia celebrare. Cæterum cum idem monaſte-

a Vide in 10.3.qq.re. q.24.ar.1. & 2.
b Vide in 3.10.qq.re. q.23.ar.2.
c Vide in 10.5.qq.re. q.19.
d Vide in 10.4.qq.re. q.36.ar.3.
e Vide 13. 10.qq.reg. q.21.arts. 3.& 4.
f Vide 12. 10.qq.re.q. 10.ar.1.
g Vide in 10.3 qq re. q.9.art.2.
h Vide in 10.2.qq.re. q.109.art.4.

rium ſpeciale membrũ Apoſtolicæ ſedis, & propria Romani Pontificis ſedes exiſtat, ſtatuimus, & ſancimus, vt ſicut contra Romanam Eccleſiã non *i* niſi cẽtenaria currit præſcriptio ſecundum conſtitutiones canonicas & legitimas ſanctiones: ita quoq; prædicto monaſterio minoris temporis præſcriptio nõ obſiſtat. Sepulturã quoq; ipſius loci liberam *k* eſſe decernimus, vt eorũ deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerit, niſi fortè excõmunicati, vel interdicti ſint nullus obſiſtat, ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus aſſumpta fuerint corpora mortuorũ. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prædictũ monaſteriũ temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationib. fatigare, ſed omnia integrè conſeruentur eorũ, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis pro futura ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, ac parochialibus Eccleſiis diœceſanorũ Epiſcoporum iuſtitia conſueta illis exceptis in quibus plenum ius idem monaſteriũ hactenus dignoſcitur habuiſſe. Si qua hactenus in futurũ Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hãc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſecundo, tertiòve cõmunita, niſi reatũ ſuum congrua ſatisfactione correxerit poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe iudicio diuino exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat atq; in extremo examine diſtrictè vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti quatenus, & hic fructũ bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Dat. Romæ apud ſanctũ Petrũ per manum Raineri S.R.E. vicecancellarij Idibus Maij indictione 8. Incar. Dom. anno 1218. Pont. Dom. Honorij Papæ III. anno 2. 15

i Vide 13. 10.qq.re.q. 35.art.2.
k Vide in 3.10 qq.re. q.58.ar.3.

Nos igitur ipſorũ Abbatis & conuentus in hac parte ſupplicationibus inclinati literas, & tenorem huiuſmodi authoritate prædicta innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullũ ius ipſi Abbati, & conuentui de nouo acquiri volumus, ſed antiquũ, ſi quod ſit tantũmodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum, &c. Dat. Florentiæ, anno Incar. Do. 1442. 7. Kal. Iul. P.N. an. 12.

Pro congregatione Celeſtinorum ordinis S. Benedicti.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Exemptiones ab omnibus iuribus.*
2 *Singulis annis fiat capitulum generale.*
3 *Abbas ſingulis triennijs cedat, quo cedente capitulũ procedat ad electionem futuri.*
4 *Electus à quocunque Epiſcopo recipiat benedictionẽ.*
5 *Abbate cedente prior exerceat curam monaſterii vſque ad capitulum.*
6 *Monachi ſunt ſub protectione ſedis Apoſtolicæ.*
7 *Bona acquiſita & acquirenda maneant illibata & quieta.*
8 *Nominatur monaſteria.*
9 *Decimas non ſoluunt.*
10 *Monachi poſſunt recipere in religionem clericos, vel laicos non obſtante quod nullus profeſſus poteſt recipere in religionem.*
11 *Recipientes diſcedentes ſi non eiiciant excommunicantur.*

12 *Nihil*

12 *Nihil alienandum niſi in capitulô generali aliter excommunicantur.*

13 *Monachus non fideiubeat, nec mutuo pecuniam accipiat ſine licentia ſub excommunicationis pœna.*

14 *Epiſcopus non poteſt compellere monachos ad ſynodos, nec ad alios, quoſcunque actus.*

15 *Poſſunt monachi ædificare monaſteria.*

16 *Inuitis monachis non poſſunt agi cauſæ nec ordines celebrari in monaſteriis.*

17 *Epiſcopi non impediant electiones alioquin interdicto ſubiaceant.*

18 *Abbas benedictionem ſolemnem facere poteſt dummodo non ſit præſens.*

19 *Epiſcopus poteſt benedicere ornamenta, iacere primum lapidem more pontificali minores ordines conferre.*

20 *Pro conſecrationibus nihil detur in oleo accipiendo.*

21 *Epiſcopus poteſt conferre ordines, & alia in monaſteriis volentibus monachis.*

22 *Tempore interdicti poteſt celebrare ſacramẽta, & corpora mortuorum ſepelire, & familiares intereſſe diuinis.*

23 *Abbas diſpenſat ſuper cenſuris cum ingredientibus religionem.*

24 *Liberi ſunt à iuriſdictione legatorum, &c.*

25 *Monachi, qui habent literas ad ſe transferendũ ad aliam religionem, & intra ſpacium trium menſium id non fecerint contra illos tanquam contra Apoſtatas procedatur.*

26 *Exeuntes de religione priuentur muneribus Eccleſiaſticis.*

27 *Nullus deferat habitum religionis, niſi fuerint de monaſteriis.*

28 *Reſtitutio bonorum de quibus non eſt memoria poteſt fieri monaſteriis.*

29 *Corpora mortuorum inuitis monachis non ſepeliantur in monaſteriis.*

30 *Confiteri non poſſunt monachi, niſi de licentia prælati.*

31 *Exempti ſunt monachi ab omni portione de bonis eleemoſynarum.*

32 *Monachi non conueniant coram ordinariis ratione iuſtitia.*

33 *Prædicatores poſſunt dare quadraginta dies indulgentiarum.*

34 *Poſſunt confeſſiones audire, & miniſtrare Sacramenta.*

35 *Diſpenſant ſuper cenſuris, & abſoluunt.*

36 *Bona oblata feudalia poſſunt recipere.*

37 *Aliquod monaſterium ſit caput aliorum.*

38 *Signum libertatis eſt ſoluere vnciam auri.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad decorem ſacræ religionis ſub qua dilecti filij monachi ordinis ſancti Benedicti mundanis abiectis illecebris, ac ſæcularibus ſe poſitis deſideriis, deuotum ac ſyncerum exhibent Domino iugiter famulatum Apoſtolicæ meditationis reflexus affectuoſius diffundimus proſpicientes potiſſimè, quod ipſi per bonorum operũ exercitiũ, ac præclara prætendentes ſanctitatis merita cæteros ad Diuinæ Maieſtatis obſequium ſua trahant per exempla, ac illa, quæ ad confouendam huiuſmodi religionis integritatem, proinde, & ſalubriter prodiiſſe competimus, vt amplioris firmitatis vinculo muniatur Apoſtolici roboris nexibus ſolidamus. Dudum ſiquidem fœ. re. Celeſtinus Papa Quintus, prædeceſſor noſter ſuas conceſſit literas tenoris ſubſequentis. Celeſtinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Honofrio Patri Abbati monaſterij Sancti Spiritus de Sulmona Valueñ. diœceſ eiuſque cohabitantibus, ac prioribus & prælatis monaſteriorum, prioratuum, Eccleſiarũ membrorum eidem monaſterij Sancti Spiritus ſubiectorum, eorumque conuentibus, collegiis & fratribus ordinis S Benedicti præſentibus, & futuris in perpetuum. Et ſi cunctos ordines plantatos in agro ſacroſanctæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ paternis proſequamur affectibus, & ad ſtatum illorum tranquillum, & proſperum ſolicitè intendamus, Beati tamẽ Benedicti ordinem, in quo dum iuuentutis noſtræ progreſſione profeſſionis noſtræ vota deuouimos ſingulari & præcipua affectione delegimos, & zelo ſynceriotis & ſtrictioris charitatis afficimur circa ipſum. & ad ſuæ ſtabilitatis, & promotionis incrementa fœlicia opem operamque ſolicitam impendẽtes ſperamus in Domino quod idem ordo ab antiquis annis in diuinæ laudibus charitatis fundatus, pro noſtræ ſolicitudinis ſtudio ſeruabit eo perfectius froctus ſuos quo neglectius diminutus erga vos per veſtræ ſolicitudinis ſtudium quantum nobis ex alto permiſſum fuerit reſtauratus amiſſi luminis propriam reaſſumere poterit in ſummæ lucis quæ Chriſtos eſt potentia claritate. Cupientes igitur vt circa præfatum ordibem huiuſmodi noſtræ charitatis affectus emittat opus per effectom ſtatuta, conſtitutiones, & ordinamenta in eodem ordine pro ſalute veſtra ſacta auctoritate Apoſtolica confirmamus & canonica in poſterum facienda volumus, & mandamus ex tunc inuiolabiliter obſeruari. Et eundem ordinem, necnon monaſterium a S. Spiritus de Sulmone, & alia monaſteria, Eccleſias, prioratus mẽbra, & omni alia loca dicto monaſterio S. Spiritus ſubiecta vbicumq; conſiſtentia eidẽ ordini incorporata, vel incorporanda in poſterũ, eorumq; perſonas ab omni prorſus iuriſdictione, poteſtate, ac dominio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum, & omnium, in quorum ciuitatibus & diœc. ac prouinciis illa conſiſtunt, & conſiſtẽt etiam in futurum, ac aliorum quorumlibet ordinariorum, prælatorum, capitulorum, ſeu conuentuum, monaſteriorum, & Eccleſiarum ac perſonarum quarumlibet prorſus eximimus, & etiam liberamus, & ea omnia & ſingula libera & exẽpta volumus perpetuo totaliter permanere, exemptionũ gratiis in illis ex veſtris monaſteriis, quæ prius per ſedem Apoſtolicam exempta fuerant in ſuo robore nihilominus duraturis. Non obſtante ſi monaſteria, prioratus, Eccleſiæ membra, & alia loca prędicta, diœceſanis ipſis, vel aliis perſonis ad cenſus aliqnos teneantur, vel reperirentur, forſitan eſſe aliquibus in aliquo obligata & in eo præcipuè quod fratres dicti ordinis in S. Spiritus de Magella, & S. Spiritus de Sulmone monaſteriorum conuentibus conſtituti ſubmiſſiones quaſdã dilectis filiis capitulo Baſilicę Principis Apoſtolorũ de vrbe de facto ſiue de iure feciſſe dicuntur, quas ſubmiſſiones ſub quacumque verborum conceſſione, vel expreſſione confectas, necnon & pręfatos cenſus de plenitudine poteſtatis eneruamus, caſſamus, & irritamus omnino & viribus carere decernimus, & nullius ex nunc exiſtere firmitatis. Itaque prętextu earundem ſubmiſſionum ac cenſuum aliquorum tu fili pater Abbas veſtrique ſucceſſores, & fratres, ac perſonę monaſtriorum, ac locorum aliorum veſtrorum prędictorum à quocumque de cætero nequeant moleſtari, & vos veſtroſque ſucceſſores, ac monaſteria, & loca in perpetuum nolumus moleſtari. Et quia inter alia quæ immunitates ſapiunt de pręcipuis caſibus hoc eſſe neceſſarium arbitramur, vt de ſubſtitutione futuri Abbatis tibi fili abbas S. Spiritus quẽ patrem Abbatem, cęteriſque tuis coabbatibus, & prelatis, & fratribus tibi ſubiectis pręſentibus & futuris perpetuo ſtabilimus, pręcipuè ordinetur, volumus, & pręſenti decreto ſtatuimus, ſtabilimus, vt annis ſingulis in maiori veſtro monaſterio, vel in alio loco veſtri ordinis, vbi vobis expediens & viſum

1

a Vide 12. ro. qq. re. q. 63. arti. 3.

Vide Ito. ſum fuerit fiat capitulum *a* generale vbi veſtri ordi
qq.reg.q. nis & locorum ſecundum Sancti Benedicti regulã
1. art.1. facta tractentur. Præſidentes veſtris capitulis cele-
brandis,& viſitatores veſtri, locorumque veſtrorũ
conſtitoantur in illo ſecundum veſtri ordinis inſti-
tuta, vbi volumos & diſtrictè præcipimus obſerua-
Vide Ito. ri. Quod *b* Pater Abbas ſingulis triennijs in generali
qq.reg.q. capitulo ſponte ſua offerat, & eshibeat ceſſionem,
6. arti.1. niſi fortè dictus Pater Abbas ante tempus huiuſmo
& 2. di in aliqua de grauioribus culpis à viſitatoribus
3 legitimè alias deprehenſus admonitionem in dicto
capitulo mereatur. Quod ſi idem Pater Abbas vel
ceſſerit, vel amotus extiterit, idem capitulum ſta-
tim,& abſque temporis interuallo ad Patris Abba
tis ſubſtitutionem procedant,& iuxta formam in re
gula traditam debitos cõſtituant electores, qui ſub
conclaui poſiti ante quam cibum & potum ſumãt
de Abbate cedente, ſi eum eſſe vtilem putauerint,
vel de alia perſona monaſteriorum & locorum ve
ſtrorũ per electionem canonicam prædicto mona-
ſterio Sancti Spiritus prouideatur de Abbate, qui
qoidẽ Abbas nulla ſuper hoc à ſede Apoſtolica cõ
c Vide I 2. firmatione *c* petita vel obtenta, eo ipſo ſuæ admini
10.qq.re.q. ſtrationis officium habeat,& illud tanquã pater Ab
52.art.2. bas prout ad eum pertinet liberè exequatur. Et
4 idem Abbas electus ſi alias non extitit benedictus
benedictionis ſuæ munus à quocumque maluerit
Catholico Antiſtite gratiam.& communionem A-
poſtolicæ ſedis habente recipere ſtudeat, illudque
ſibi dictus Epiſcopus (ſi dioinam vltionem euitare
d Vide in voluerit) gratis impendat *d* alioquin prædictũ ele-
1.10.qq.re. ctum vt præmittitur io executione ſuæ adminiſtra
q.19.ar.5. tionis in ordine tamen ſacerdotij volumus perma-
nere. Et ſi dictus Pater Abbas infra annum fortè de
5 cederet, prior vel ſuperior dicti monaſterij Sancti
Spiritus & viſitatores etiam curam, & adminiſtra-
tionem ac cuſtodiam dicti monaſterij Sancti Spiri-
tus gerant,& habeant vſque ad tempus capituli ge
neralis, vbi ſecundum præmiſſum modũ dicto mo-
naſterio prouidere debeant de abbate. Nos quoq;
6 volentes vos,& bona veſtra paternis fauoribus cõ
fouere perſonas veſtras,& loca, in quibus eſtis diui
no obſequio mancipati bonis veſtris omnibus ſub
Beati Petri,& noſtra protectione ſuſcipimus,& pręſ
7 ſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis
ſiquidem ſtatuẽtes, vt præfatus ordo in eodem mo
naſterio Sancti Spiritus,& aliis monaſteriis, priora
tibus, locia,& membris veſtris præſentibus,& futu-
ris perpetuis tẽporibus inuiolabiliter obſeruetur,
& qoaſcunq; poſſeſſiones,& bona præfatum mona
ſterium Sancti Spiritus, cum monaſteriis, & locis
ſuis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet,
aot in futurum conceſſione Pontificum, largitione
Regum, vel Principum, oblatione fideliũ, ſeu aliis
iuſtis modis (præſtante Domino) poterit adipiſci fir
ma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus illibata maneant,
& qoieta, in qoibus hęc propriis duximus exprimẽ
da vocabulis, videlicet ipſum, in quo præfatum mo
naſterium ſitum eſſe dignoſcitur cum omnibus per
tinentiis ſuis monaſterium Sancti Ioanois in plann
8 Nucerin. diœceſ. Sancti Spiritus de Magella, Sancti
Petri Valisbonæ, Sancti Spiritus de Blucano, San-
cti Spiritus de Ottona, Sancti Spiritus de Lanciano
Theatinen diœceſ. Sancti Euſebij de Vrbe, Sanctæ
Mariæ in Præoſano, Sancti Saluatoris de Ciuitate
Pennen. diœceſ. Sanctæ Mariæ de Triuento, San-
ctæ Mariæ de Anglone Triuentin. dięce. Sancti Spi
ritus iuxta Venafrum, Sancti Spiritus Aliſan. dię-
ceſ. Sancti Antonij de Campania Feretinen. diœ-
ceſ. Sancti Antonij Anagniæ dięceſ. prioratus San-
cti Ioannis de Aquaſancta, Sancta Maria inter mon
tes, Sancti Georgij de Roccha Mauritij, Sancti Pe
tri de Monte Plano Theatinen. dięceſ. Eccleſias,

cum eccleſiis, capellis, decimis,& grangiis, pratis,
vineis, terris, ſyluis, nemoribus, vſuagiis,& paſcuis,
aquis, aquarum decurſibus, molendinis, viis, & ſe-
minis, iuribus,& libertatibus, immunitatibus, fu-
ctibus,& vniuerſis ſubueotionibus eorundem. Sa-
nè de fructibus terrarum, & poſſeſſionum veſtra- 9
rum, ac etiam noualium, quæ propriis manibus, &
ſumptibus colitis, vel per homines veſtros, aut a-
lios excoli facietis in propriis prædiis, ſeu etiam
alienis, ſiue de hortis, piſcationibus veſtris, vel de
nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis
decimas *e* exigere, vel extorquere præſumat, à e Vide I 2.
quarum præſtatione vos totaliter liberamus. De 10.qq.re.q.
decimis namque quæ pro ſubſidio Dominorum 44.art.4.
temporalium de mandato ſedis Apoſtolicæ cleri-
cis,& perſonis Eccleſiaſticis in Italiæ partibus pro
tempore exiguntur circa vos, & veſtra monaſteria
& loca ſic volumus obſeruari quod vobis, pro ſin-
gulis veſtris monaſteriis cum grangiis & pertinen-
tiis eorundem pro decimis prædictis ſingulos flore
nos auri plenè ſoluentibus. Ad ſolutionem maiorẽ;
vel alia pro prædictis decimis faciendis vos & mo-
naſteria veſtra, prioratus, Eccleſias, grangias,& lo-
ca veſtra omnia decernimus non teneri & excom-
municationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias
contra vos & in prædicta loca, quauis auctoritate
in contrarium proferendas ipſo facto non teneri. 10
Liceat qooque vobis clericos ſeculares, *f* vel reli- f Vide Ito.
gioſos cuiuſcumque religionis exiſtant, vel laicos 3.qq.re.q.
quoſcumque qui mundi reiectis illecebris ad vos, 9. art.1. &
& loca veſtra conuolauerint ad ordinem veſtrum q.62 ar.1.
in locis veſtris recipere, ac eos abſque contradi- & ar.3. &
ctione aliqua retinere. Non obſtantibus quibuſ- in q.52.
cumqoe priuilegiis, literis, ſiue indulgentiis Apo-
ſtolicæ ſedis ſuper hoc cuiquam ordini, vel re-
ligioni, vel perſonis quantauis exemptione vel im-
munitate gaudentibus ſub quauis forma verborũ
conceſſis. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum 11
veſtrorum poſt factam in monaſterio, vel in aliis
locis veſtris eiuſdem ordinis profeſſionem poſſit
ſine abbatis ſui licentia ordinem ipſum relinque-
re, *g* & ad locum religionis alterius vel ad ordi- g Vide in
nem ſe transferre. Diſcedentes vero aliter nullus 10.3.qq.re.
cuiuſcumque Religionis vel ſtatos exiſtat, audeat q.12.a.20.
retinere, quod ſi ſecus factum fuerit, tam diſce-
dentes quam is vel illi qui ipſum talem receperint,
ſi requiſiti eum à ſe non reiecerint infra menſem
ipſo facto ſententiam excommunicationis incur-
rant. Illod quodque diſtrictius inhibentes ne tu 12
fili Pater abbas, vel aliqui ex prælatis veſtris ter-
ras, ſeu quaſlibet poſſeſſiones dicto monaſterio
Sancti Spiritus vel membris eius à Christi fide-
libus collatas, vel in poſterum conferendas, aot
ſucceſſorem tui dare, vendere, diſtrahere, vel alie-
nare *h* abſque conſenſu totius capituli generalis, h Vide in
aut maioris, vel minoris partis ipſius & in caſib. à 10.1.qq.re.
iure permiſſis modo quomodolibet præſumatis. q.27.
Qnod ſi ſecus factum fuerit alienationes huiuſmo-
di ex nunc irritas eſſe, & tam concedentes, quam
ipſos recipientes ſingulos eorum videlicet excom
municationis, collegia vero & vniuerſitates in di-
ctis ſententiis, ſi vero requiſiti à vobis bona prædi
cta alienata taliter reſtituere noluerint infra men-
ſem ipſo facto volumus ſubiacere. Cæterum ne ali
quis monachus uel conuerſus in monaſteriis,& lo-
cis profeſſus abſque conſenſu licentia proprij Ab-
batis ſeu maioris partis ſui conuentus pro aliquo
fideiubeat, *i* uel ab aliquo pecuniam mutuo reci- 13
piat quoquomodo diſtrictius inhibemus. Quod ſi i Vide I c.
ſecus factum fuerit abbatem & cõuentum præfa- 10.qq.re.q.
tos ad hæc teneri nolumus & fideiubentem & re- 26.art.2.
cipientem pecuniam mutuatam eo ipſo volumus
aſtringi uinculo excommunicationis. Inhibemus

Digitized by Google

etiã ne aliquis Epiſcopus nec quæuis alia perſona
ſpiritualem, vel aliam habens iuriſdictionem, vos
14 ad ſynodos vel conuentus Forenſes, a nec ad conuo
a Vide i 2. cationes ſuas accedere, vel cum ipſis intra vel ex-
10. qq. re. q. tra ciuitates & terras proceſſionaliter exire, aut ſuis
63. a. 3. & i conſtitutionibus ſubiacere, ſeu capitula, ſeruitia, &
3. 10. qq. re. inquiſitiones in locis veſtris vel alibi de vobis vel
q. 37. ar. 1. de veſtrũ aliquo facere, aut fidelitatem iuramento
firmatam & manualem obedientiam à vobis, aut
prioribus veſtris exigere, ſeu etiam prohibere ad
ciuitates ſeu villas, & ad loca quælibet vbi religio-
15 sè & honeſtè morari poſſitis, accedere vbiq; pro
b Vide i 10. veſtris vſibus ædificia b monaſteria, Eccleſias ſeu o-
2. qq. re. q. ratoria ex permiſſione & indulto noſtro conſtrue-
49. art. 3. te liberè & licitè valeatis. ant in accedentes fratres
& monachos veſtros ſeu conſtructores huiuſmodi
16 ſeu receptatores eorum excommunicationis, vel in
terdicti proferre ſententias, aut alias fratres veſtros
ire ad conuentus Forenſes nec ad monaſterium, Ec
cleſias, prioratus ſeu membra vel loca veſtra præfa
ta cauſa celebrandi ordines aut tractandi cauſas,
vel conuentus aliquos publicos conuocandi vobis
inuitis c venire præſumant. Nec regulares electio-
c Vide i 10. nes Abbatum vel Priorum monaſteriorum & loco
3. qq. regu. rum veſtrorum impediãt, aut de inſtruendis vel re
q. 1. mouendis d ipſos ſe aliqualiter intromittant. Quod
17 ſi aliter præſumptum fuerit, venientes contra præ-
d Vide i 2. miſſa, cuiuſcumq; ſtatus, præeminentiæ, dignitatis,
10. qq. re. q. vel conditionis exiſtant, interdicti ſententiæ volu-
63. art. 3. mus ſubiacere: liceat quoque poteſtate Pater Ab-
18 bas tibi tuiſque ſucceſſoribus inter fratres eiuſdem
ordinis, & aliis ad miſſas veſtras in conuentibus Be
nedictionem ſolemnem facere, dummodo ibi præ-
ſens non ſit aliquis Epiſcopus, vel alia quæuis ſupe-
rioris perſona ſtatus, ſicut ſunt Patriarchæ, vel etiã
Cardinales ac vaſa & alia paramenta ad cultum Di
uinum pertinentia, necnon in ædificandis capellis;
Eccleſiis, aut Hoſpitalibus primum lapidem & fun
19 damenta Pontificali more benedicere. Necnon e
e Vide in 1. omnes minores ordines confratribus & aliis fami-
10. qq. re. q. liaribus & ſubditis veſtris aſcribi volentibus mili-
19. art. 2. tiæ clericali noſtra largitione conferre, & omnia a-
lia facere quæ ad Abbates exemptos in ſuis mona
20 ſteriis, & ordinibus pertinere noſcuntur. Pro conſe
f Vide i 10. crationibus f vero altarium vel Eccleſiarum, aut
1. qq. reg. q. pro oleo ſancto, vel Eccleſiaſtico ſacramento nul-
19. art. 1. lus à vobis ſeu obtentu cuiuſcũque conſuetudinis,
aut alio quouis modo quicquam audeat extorque
re, ſed hæc omnia vobis gratis & liberaliter impen
dantur, ſit vobis etiam liberum eadem à quocum-
que Catholico Epiſcopo qui gratiam & cõmunio-
nem prædictæ ſedis obtineat licitè recipere, qui no
ſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impõ
dat. Concedimus quoque vobis vt ſi quẽ huiuſmo-
21 di Epiſcopum de quo plenã notitiam habeatis per
vos tranſire contigerit ab eo conſecrationes alta-
g Vide in rium, g & monachorum ordinationes in ſacris ex
10. 1. qq. re. permiſſione ſedis Apoſtolicæ recipere valeatis. Por
q. 28. ar. 2. ro cum generale terræ fuerit interdictum h in mo-
22 naſteriis, Eccleſiis, & oratoriis veſtris, & aliis qui-
h Vide i 2. buſcumque locis competentibus & honeſtis ſi in
10. qq. re. q. terra ſic interdicta conſtiterit clauſis ianuis, & in-
309. art. 4. terdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa
& q. 112. tamen voce vobis liceat celebrare diuina, & Eccle
ar. 2. ſiaſtica recipere ſacramenta: dummodo cauſam nõ
dederitis interdicto, nec id contingat vobis per ſe-
dem Apoſtolicam, ſpecialiter interdici, nec mona-
ſteria. Eccleſiæ, & oratoria eadem alias fuerint eiuſ
i Vide in 2. dem ſedis auctoritate ſpecialiter i interdicta. Illis
10. qq. re. q. vero qui in veſtris immorantur obſequiis aliiſque
112. art. 2. omnibus Chriſti fidelibus propter hæc ad vos de-
ver. vnde uotè recurrentibus ex permiſſione Apoſtolica & in
Leg X. dulgentia ſpeciali, quas vobis huiuſmodi priuilegij

auctoritate concedimus cuncta liberè miniſtrare
poſſitis Eccleſiaſtica ſacramenta & ipſorum corpo
ra cum decedunt in veſtris cæmeteriis, liberè & abſ
que k diœceſanorum vel ordinariorum quorumli- k Vide
bet licentia ſepelire, ſepulturam l ſiquidem veſtrã 10. 1. qq.
liberam eſſe decernimus, ita quod extremæ volun q. 156. ar.
tati decedenti, & illis qui ſe illic deliberauerint ſe- & 2.
peliri, niſi fortè excõmunicati, m vel interdicti fue- l Vide i
rint aut vſurarij manifeſti nullus obſiſtat. Et ſi quã 3. qq. re.
do in terras in quibus reſideris, vel earum perſonas 58. art. 3.
excommunicationis vel interdicti ſententias conti m Vide i
gerit promulgari homines veſtris ſeruitiis n inſiſtẽ 10. qq. re.
tes, negotiorum quoque veſtrorum geſtores, & pro 61. art. 1.
curatores oblati & operarij qui in locis veſtris cũ n Vide i.
eorum operibus perſonaliter inſtiterint huiuſmodi 10. qq. re.
ſententiis innoxij habeantur, nec prædictis ſenten- 67. art. 3.
tiis ſint ligati, ibique poſſint audire diuina iuxta for
mam quæ locis ipſis, & in eo caſu in quo à ſede A-
poſtolica eſt conceſſum, niſi præfatæ perſonæ cau-
ſam dederint interdicto, vel excommunicari, ſeu
interdici per dictam ſedem contingat eoſdem. Inſu 23
per recipientibus ordinem veſtrum, & in eo facta
& inſtituta qui ſuſpenſionis, aut interdicti vel ex-
communicationis ſententiis, o à iure vel ab homine
promulgatis, & ſpiritualiter & generaliter ſunt li- o Vide in
gati abſolutionis beneficium iuxta formam Eccle- 2. qq. reg. q.
ſiæ impartiri, ipſoſque in fratres, monachos recipe 20. art. 11.
re, dummodo in eodem ordine perſeuerent, ac eos
qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem e-
miſſam recoluerint ſe talibus in ſęculo fuiſſe ſenten
tiis innodatos, ſecundum formam eandem, tu fili Pa
ter Abbas tempore tuo, in poſterum ſucceſſores
tui, auctoritate noſtra de abſolutionis beneficio
prouidere, & diſpenſare in eis ſuper irregularitati-
bus, quas contraxerunt, vel contrahent, ſi talibus
forſan innodati ſentẽtiis, vel in locis interdicto ſup
poſitis diuina præſumpſerint celebrare officia, aut
ordines receperint, ita tamen quod ſi aliqui huiuſ-
modi ſententiis propter debita ſunt aſtricti in quan
tum poſſunt ſatisfaciant, p vt tenentur. Voſque Ab- p Vide i 10.
bates, & priores, & parentibus oppreſſorum, cum 2. qq. reg. q.
ab eis fueritis humiliter requiſiti de pœnitentiis 20. a 21.
ſalutaribus iuxta formam à Canonibus traditam
prouidere ſalubriter valeatis. Sanè quieti veſtræ
prouidere volentes quod per literas Apoſtolicas ſe
dis aut legatorum eius, vel ſub delegatorum Apo- 24
ſtolicorum, ſeu ſub delegatorum ab eis conuenire q q Vide in
quoque minime valeatis, quodq; nullus correptio- 2. qq. re. q.
nis ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium in mo 63. ar. 3. &
naſteriis, Eccleſiis, aut prioratibus, membris, aut lo art. 4.
cis veſtris impendere, vel cognitiones cauſarũ au-
dire præſumat, nulluſq; veſtrum citationes partiũ
& denunciationes ſententiarum interdicti, vel ex-
communicationis facere in prædictis locis, aut re-
cipere curam monialium ſeu religioſarum quarũ-
libet perſonarum minimè teneamini & ad id cogi
non poſſitis inuiti per literas dictæ ſedis vel legato
rum niſi eædem literæ Apoſtolicæ de hoc indulto
huiuſmodi & ordine veſtro & de dicto monaſterio
Sancti Spiritus de Sulmon fecerint mentionem au 25
ctoritate vobis Apoſtolica indulgemus r concedi- r Vide i 1.
mus vobis nihilominus quod ſi aliqui veſtri mona 10. qq. re. q.
chi ſeu fratres, poſt obtentam licentiam à ſede Apo 30. ar. 8. in
ſtolica vel à vobis ad religionem aliam tranſeundi 10. 3. q. 52.
infra ſpatium trium menſium ſe ad illam religionẽ art. 10.
ſuę ſaluti congruam non contulerint, & ipſius non
ſuſceperint habitum regularem, licite abſque alia
requiſitione ordinariorum ſiue diœceſanorum lo-
corum vbi reperti fuerint, aut licẽtia, ipſos tanquã
Apoſtatas monaſteriorum veſtrorum & locorum
excommunicare & incarcerare, & alias rigori ſub-
dere veſtri ordinis diſciplinæ poſſitis per vos aut
alios in quocumque habitu eos cõtigerit inuenire:

& in-

a Vide ĩ 10. qq. regu. 28. a.14. & inuocare etiam ſuper hoc,ſi neceſſe fuerit a auxi-
lium brachij ſæcularis quod tenore cõceſſionis hu
iuſmodi per eos quos ſuper hoc requiretis obrẽta-
rione diuini numinis volumos exhiberi. Inſuper
omnes monachos & fratres quos à monaſteriis, vel
26 locis veſtris eorumque culpis exigentibus per vos
b Vide ĩ 10. qq. regu. 30. arti. 33. ar.22. aut per veſtros vicarios expelli b contigerit & qui
proprio ſuo motu de locis vel monaſteriis ipſis exi
uerint, ad religionem aliam abſque huiuſmodi li-
centia vel ad ſæculum vel ad laicatum tanquam ca
ois ad vomitum rediens conuolaboot,ab omni pro
motione dignitaris,& adminiſtrarionis Eccleſiaſti-
cæ ſeu ſæcularis decernimus eſſe alienos. Prędicãdi
officium audiendi confeſſiones,ac docendi alios in
quacumque facultate poteſtate talibus Apoſtatis
interdicta. Inhibentes expreſſius ne aliqua perſona
27 cuioſcumque ſtatus, conditionis, vel religionis exi-
c Vide ĩ 2. 10. qq. reg. q.76. art.4. ſtat habitum c veſtrum vel conſimilem, niſi de mo
naſteriis & locis veſtris fuerint, deferre præſumãt
contra facientes per diœceſanos eorum locorum
cum à vobis ſuper hoc fuerint reqoiſiti, depooere
habitum huiuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam,
cuinſuis appellarionis obice non obſtante acrius
compellatur, quod ſi iidem diœçeſani, vel ordina-
rij id efficere malitioſè forte neglexerint, poſtquã
à vobis, vel nonciis veſtris ſuper hoc requiſiti fue-
rint, in ſuſpenſionis laqueum incidant ipſo facto.
28 Adiicimus etiam qund ſi aliquis in aliquo mona-
ſteriorum vel locorum veſtrorum profeſſus ante in
greſſum ſuom in religionem aliquibus perſonis,
Vniuerſitatibus vel collegiis de quibus quorum-
que nominibus memoria penikus non habetur in
d Vide ĩ 1. 10. qq. re.q. 38. ar.1. & in 10.3.qq. re.q.36.ar ti.4. aliqua quantitate d pecuniæ, vel ad reſtitutionem
aliquarum rerum eſſet obnoxius, illam & rerum æ-
ſtimationem ab eo licite recipere & in locis veſtris
in qoibus expedire videbirut in vſus vtiles con-
uertere valeatis & huiuſmodi ſatisfactionem im-
pendentes à præſtatione ſatisfactionis alterios re-
29 maneat abſolutus. Nulliſque religioſis vel ſæcu-
laribus perſonis cuiuſcumque ſtatus vel condi-
tionis exiſtant, liceat aliquorum corpora defun-
e Vide in 10. 3.qq.re. q.38.ar.4. ctorum vobis e inuitis, quod prohibemus, pe-
nitua in veſtris ſepelire cœmeteriis, nec in mo-
naſterijs, Eccleſiis, prioratibus, & aliis locis ve-
ſtris miſſarum ſolemnia, vel mortuorũ officia cele-
30 brate. Nulliſque ex veſtris monachis fratribos &
conuerſis licitum ſit cuicumque abſque prælatorũ
ſuorum licentia, niſi prælatis ipſis ſua confiteri pec
f Vide ĩ 1. 10qq.reg.q. 62.art.4. cata. Concedimus f quoque vobis. vt de his qoæ in
ornamenlis vel pro eis, aut libris, fabrica, luminari-
bus, anniuerſario ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſi-
ue alijs ad perpetuum cultum Diuinum, ſeu pro pi
31 rantiis, aut ad ſuſtentationem veſtram, vel indomẽ
tis & calciamentis veſtris, necnon pro annuis cenſi-
bus redimendis aliquorum ſolutione aliqua mona-
ſteria prioratus, aliaque loca veſtri ordinis obliga-
ta forſitan viderentur, aut de his quæ pro domibus
prædus, hortis, aliiſque locis emendis vobis legan-
tut. De oblationibus quoque & obuentionibos e-
tiã quas occaſione funerum, & aliis quæ iure inſti-
tutionis, ſeu ſucceſſionis, aut legati, vel relicti, aut
fidei cõmiſſi ad vos & Eccleſias, & loca veſtra pie-
tatis intuitu deuenire contigerit, oulli teneamini
g Vide in 1.10.qq.re. q.39 art.2. juſtitiam g ſeu portionem Canonicam exhibere, &
ad hoc vos decernimus atiquatenus non teneri. Ce
terum cum fę.re. Innocentius Papa IIII. prædeceſ-
32 ſor noſter olim duxerit ſtatuendum, vt exẽpti quan
33 rumcunque gaudeant libertate, nihilominus tamẽ
h Vide in 1.10.qq.re. q.3. art.6. & q.63.ar ti.4. ratione delicti, ſeu h contractus, aut rei, de qua cõ
tra ipſas agitur, rite poſſint coram locorum ordina
riis conueniri. Et illi quoad hoc ſuam in ipſo iuriſ-
dictionem, prout ios exigit exercere. Nos vobis vt
occaſione huiuſmodi conſtitutionis nullũ liberta-

tibus, & ĩmunitatibus, ſeu indulgẽtiis, & prioilegijs
vobis & monaſteriis & locis veſtris per nos vt pmit
titur Apoſtolica auctoritate conceſſis præiudicium
generetur auctoritate vobis præſentiũ ĩdulgemus. 34
Prætetea propooendi populo i Verbũ Dei, & dãdi *i Vide ĩ 10. 1.qq. reg. q. 96 art.1.*
omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui huiuſ
modi prędicationi voluerint intereſſe quadraginta
dierum indulgentias de iniunctis eis pœnitẽtiis. Au 35
diendi quoq; confeſſiones K & iniungendi pęniten- *K Vide in 1 10. qq.re. q.60.ar.6.*
tias, & impendendi ẽt abſolutionem debitam pro,
confeſſis, conferendi etiam eccleſiaſtica l ſacramen *l Vides 1 10. qq re.q. 56 art.1.*
ta tã hominibus & vaſallis veſtris, quam etiam cęte
ris Chriſti fidelibus. Nec non habendi & pulſandi
cãpanas die, noctuq; ad horas Canonicas, & quan
docũque de veſtra proceſſerit voluntate abſq; cu-
iuſlibet contradictionis obiectis. Diſpenſandi cũ fra
tribus ſeu monachis ad veſtra monaſteria, ſeu loca 36
conuolantibus, & ibidẽ degentibus ſuper m irregu- *m Vide in 10.1.qq.re. q.62.a.13.*
laritatibus quibuſcunq; etiam ſi prius eas contraxe
rint, quã prædicta loca & monaſteria intraſſent. dũ
modo ex homicidij, vel mutilationis cauſa irregu-
laritates ipſæ minime ſint cõtractæ, abſoluendi etiã
monachos, & fratres veſtros memoratos ab excom
municatione n quacunq; etiam ſi eius abſolutio ſit *n Vide ĩ 1. 10.qq.re.q. 62.ar.6.cũ ſeq.*
tantũ ſedi Apoſtolicæ reſeruata plenã & liberam
vobis filij Abbates auctoritate Apoſtolica concedi
mus facultatẽ. Indulgemos ẽt vobis vt bona feuda
lia, o vel alia quælibet vobis oblata libere p recipe- 37
re valeatis, ac licite retinere nulla conſtitutione ſeu *o Vide ĩ 10. 1.qq.re.q. 38. arti.2. & 3.*
conſuetudine contraria obſiſtente, aut etiã ſi loci
diçceſanus bona ipſa pro decimis non ſoluris, aot
præſtationibus aliis, ſibi aut eccleſiæ aſſerat obliga
ta. Et quia motatio tẽporum facti mutationem for- *p Vide Id. q.38. ar.1.*
te requireret licitũ ſit vobis aliquod aliud de mo-
naſteriis veſtris præſentibus, & futuris caput aliorũ 38
monaſteriorum & membrorũ veſtrorom ſi expe-
diens fuerit ordinare. Nos enim ex nũc decernimus
irritũ & inane quicquid contra tenorem conceſſio
nũ, coonſtitutionum, indulgentiarum & inhibitionũ
huiuſmodi, & capitulorum omnium & ſingolorũ,
quæ ſuperios ſont expreſſa per quoſcunq; attenta-
tum eſt, & in poſterũ contigerit attentari, & interdi
cti, ſuſpenſionum, & excommunicationum ſentẽn-
tias ſi quas cõtra præmiſſa, vel aliquid præmiſſorũ *Vide de exẽptione in 1.10.qq.re. q.63.*
in vos, vel in veſtrum aliquem, ſioe aliqoos aot lo-
ca veſtra, ſeu benefactores veſtros, aut executores
vel hæredes à quocumq; cuiuſcumque præeminẽ
tiæ, dignitatis, aot honoris aut ſtatus exiſtat in po-
ſterum contigerit promulgari volumoa eo ipſo pe-
nitus non tenere. Inſignum perpetuæ libertatis vo
ſtrę & ſubiectionis ſolius Romanę Eccleſię per nos 39
vobis conceſſæ vt ſuperius præmittitur vnã vnciã
auri ſoluendã annis ſingulis in feſto Natiuitatis Do
minicã pro capite quam pro mẽbris veſtris, nobis
& ſucceſſoribus Romanis Põtificibus perſoluatis.
Nulli ergo omnino hominũ liceat banc paginã no-
ſtrarum conceſſionum conſtitutionum, indulgẽtia-
rum, & inhibitionum infringere, vel ei aoſo temera
rio contraire. Si quis antem hoc attentare præſum
pſerit, indignationẽ Omnipotentis Dei, ac B. Petri
& Pauli Apoſtolorum eios ſe nouerit incurſurum.
Dat. Aquilę. V. Kal. Oct. P. N. anno 1. Quare pro par
te dilectorũ filiorum Abbatis & cõuentus dicti mo
naſterij S. Spiritus præfatis literis occaſione nõ v-
ſus eatũ ſioe in illis conceſſarum & contentorum,
aut per actũ in contrarium factum contraueutionis
factæ, & ſubſecutæ deſuper præſcriptionis in nõ no
lis derogatũ fore dubitantium nobis fuit humiliter
ſupplicatum, vt præfatis literis pro firmiori eorũ
ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adii-
cere de benignitate Apoſtolica dignaremor. Nos
itaque qui religionis cuiuſlibet propagationem, ac
diuini cultus incremeotum deſiderio affectamus

huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas præfatas, & omnia in eis contenta, ac quæcumque inde ſecuta Apoſtolica & certa ſcientia confirmamus, *a* & approbamus, ac pręſentis ſcripti patrocinio communimus, decernẽtes ea obtinere debere, & debuiſſe robur perpetuæ firmitatis. Non obſtantibus derogatione & præſcriptione præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nęcnon monaſterij & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica; vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis communitionis & conſtitutionis infringere vel ei auſu, &c. Siquis autem &c. Dat. Florentiæ, anno Incar. Dominicæ 1434. V. Kalend. Nouemb, Pont, noſtri anno 4.

a Vide in 10.1. qq. re. q. 8.

Pro congregatione ordinis Ciſtercienſis Caſtellæ.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Reformator abſoluit à caſibus reſeruatis, diſpenſat ſuper irregularitatibus, abſoluit & miniſtrat ſacramẽta, recipit à confeſſario quod poteſt dare. Plenaria indulgentia nemini qui eius intuitu peccat ſuffragatur. Ad conſequendas indulgentias ieiunetur certis diebus.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Martino de Vargas Vallis bonæ Palẽtin. dieceſ. ac Beatæ Mariæ de Monte Sion extra mutos Toletanos Monaſteriorum Ciſtercienſis ordinis Priori & reformatori generali, Magiſtro in Theologia ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ, Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium digne peragere credimus, ſi ad ea ſolitæ benignitatis extẽdamus affectum, quæ ex deuotionis ardore prodire conſpicimus, & animarum afferre valeant ſalutis incremẽtum, Hinc eſt quod nos tuis qui Vallis Bonæ Palentin. dieceſ. & Beatæ Mariæ de Monte Sion extramuros Toletanos Ciſtercien. ordinis monaſteria reformaſti, & ad ſtrictam regularem ipſius ordinis obſeruantiam reduxiſti, ac ex conceſſione noſtra ſex alia monaſteria prioratus, Eremitoria, & loca reformare, & ad huiuſmodi obſeruantiam reducere intendis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt tu & ſucceſſores tui, qui monaſteriis, prioratibus, eremitoriis, & locis prædictis pro tempore in huiuſmodi reformationis officio præerunt ſemel dumtaxat omnium & ſingulorum
1 monaſteriorum, prioratuum, eremitoriorum, & locorum prædictorum, priorum, monachorum, & cõuerſorum, præſentium, & futurorum confiteri volentium confeſſionibus diligenter auditis eis ſingulis pro commiſſis omnibus, etiã ſi talia fuerint propter quæ ſedes Apoſtolica merito conſulenda exiſtat, auctoritate Apoſtolica debitæ abſolutionis beneficium impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere, illoſque & ipſorum quemlibet à quibuſuis excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſententiis, abſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis quas à iure vel ab homine, etiam per legatorũ, delegatorum, aut eorum ſubdelegatorum ſedis prędictæ ſeu Prouinciales, ſeu ſynodales cõſtitutiones, aut iuxta regularia dicti ordinis inſtituta promulgata incurriſſe quomodolibet cenſebuntur, etiam
2 ſi propterea ad ſedem Ipſam, aut alium quamcunque ſpecialis habendus fuerit recurſus, ſi hoc *b* humiliter petierint in forma Eccleſiæ conſueta iniunctis eis inde pro modo culpæ ſimili pœnitẽtia, necnon aliis quæ fuerint iniungenda auctoritate prædicta abſoluere, & cum eis ſuper irregularitate ſi quam huiuſmodi ſententiis, vel earum aliqua ligati, Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in contẽptũ clauium celebrando, vel ſe illis immiſcendo cõtraxerint abolendo omnem inhabilitatis, *c* & infamiæ maculam ſiue notam per illorum quemlibet præmiſſorum occaſione contractã auctoritate præfata diſpenſare, Quodq; tu & iidem ſucceſſores tui
3 reformatores etiam toties quoties opportunũ fuerit omnium & ſingulorum nouitiorũ familiarium *d* & ſeruitorum, monaſteriorum, prioratuum, & locorum, prædictorũ confeſſiones audire, eiſque pro cõmiſſis ſingulis, niſi talia fuerint propter quæ ſedes Apoſtolica *e* merito conſulenda fuerit, ſimile abſolutionis beneficium impendere, & Eachariſtiæ *f* &
4 extremæ vnctionis Sacramenta miniſtrare, Præterea quod tu & reformatores prædicti qui pro tempore fuerint cuiuſlibet priorũ, & monachorum in dicta obſeruantia exiſtentium, ac nouitiorum, conuerſorum præſentium & futurorum monaſteriorũ, prioratuum, eremitorũ & locorum prædictorum, peccatorum omnium, de quibus vt præmittitur cõtriti & confeſſi fuerint ſemel *g* in vita & ſemel in mortis articulo plenam remiſſionem illis in ſinceritate fidei, vnitate S.R.E. ac obedientia, & deuotione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum canonice intrantiũ perſiſtentibus, auctoritate præfata concedere valeatis, Quodq; etiã
5 ſinguli confeſſores idonei, quos tu & ſucceſſores prædicti duxeritis eligendos, tum vos abſoluere, *h* & pęnitentiam iniungere, ſemel quoque in vita & ſemel in mortis articulo plenam omniũ peccatorũ veſtrorum remiſſionem concedere, necnon à ſimilibus excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſẽtentiis modo, & forma ſimilibus vos abſoluere, & ſuper irregularitate ſi quã vt præmittitur contraxiſtis eadem auctoritate diſpenſare valeãt, deuotioni veſtræ tenore præſentium indulgemus, ſic tamen quod tu & ſucceſſores, ac reſotmatores prædicti, de his de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda *i* ad eam faciendam teneamini & ne (quod abſit) propter huiuſmodi gratiam, tu & illi reddamini procliuiores ad illicita in poſterum cõmittenda, volumus quod ſi tu & illi ex confidentia *k* remiſſionis huiuſmodi aliqua ſorte cõmitteretis quoad illa præfata remiſſio tibi, & illis nullatenus ſuffragetur, Et in poſterũ volumus quod quilibet veſtrũ, qui præſentis noſtræ conceſſionis effectum conſequi delegerit per vnum annum à tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad eius notitiã peruenerit computandum ſingulis ſextis feriis impedimento ceſſante legitimo ieiunet. Quodque ſi prædictis ſextis feriis, excepto Eccleſiæ regulari obſeruantiæ voto, vel alias ieiunare teneantur vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiuſdẽ anni qua ad ieiunandum, vt præmittitur non ſit aſtrictus ieiunet. Et ſi in dicto anno vel aliqua eius parte eſſet legitime impeditus, anno ſequenti vel alias quam primum poterit modo ſupplere ſimili huiuſmodi ieiunium teneatur. Verum ſi forſan alias præfatum ieiunium in toto, vel in parte quandocumque adimplere commode nequiuerint, eo caſu confeſſor idoneus, quem ipſe ad hoc elegerit huiuſmodi ieiunium in alia pietatis opera, prout animæ ſuæ ſaluti expedire viderit commutare valeat, quę ipſe pari modo debeat adimplere, alioquin quoad eos ex eis, qui impedimento ceſſante legitimo huiuſmodi opera non peregerint, conceſſio ipſa nullius exiſtat roboris vel momenti. Nulli ergo omnino &c. Dat. Florentię, Anno Incar. Dom. 1434. VII. Kalen. Decem. Pont noſtri anno 4.

b Vide in 10. 1. qq. re. q. 40. & 1014.

c Vide 1. 10. qq. re. q. 56. ar. 18 & 19.

d Vide 1. 10. qq. re. q. 20 art. 21.

e Vide 1. 10. qq. re. q. 20. art. 20.

f Vide in 1. qq. reg. q. 56. art. 14.

g Vide 1. 10. qq. reg. 62. art. 1. cum ſeq.

h Vide in 10. 1. qq. re. q. 20. a. 17.

i Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. art. 5.

K Vide in 10. 1. qq. re. q. 20 a. 16.

Bulla XX.

S V M M A R I V M.

Capitulum in quolibet triennio celebretur. Definitores eligantur in capitulo auctoritate Apoſtolica, confeſſores & officiales eligantur, viſitatorum electio. Abbates ſuſpenduntur, non tamen priuantur niſi, &c. Confeſſores abſoluunt à peccatis reſeruatis, diſpenſant ſuper irregularitatibus. Compelluntur perſonæ venire ad capitulum. circa dubia poteſtas, quomodo viſitatio fiat. Nullus poteſt retinere monaſterium, ad commendam. Monachi non poſſunt appellare ad Papam, &c. Abbas pro menſa ſua bona diſtricta non habet, habens bonum diſtinctum excommunicatur. Abbas &c. Monachi compelluntur adire capitulum. Contractus quomodo approbamus.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam. Ad decorem ſacræ
Religionis, vt illius fœlicis vbicumque dilatentur
fœcundius propagines, & ab oriente in occidens e-
ius protendantur palmites irrigui, necnon honoris
flores & honeſtatis fructus in ſalutem plurimorum
in vbertate concreſcant. Apoſtolicæ meditationis
vehementius diffundimus cogitatus, ſpecialibus ea
fauoris proſequentes præſidiis, per quæ ſalubre Re
ligionis cuiuſuis prodire poſſit votiuum auctore
Domino iugiter incrementum. Intra noſtræ igitur
mentis arcana digne reuoluentes quantand diuini
nominis laudem, & gloriam Chriſtianæ fidei pro-
feſſoribus multiplicata iuſtorum aſſidua confert in
terceſſio, quantaque ipſis Sanctorum Religioſorũ
qui ſub ſuaui Redemptoris noſtri iugo degentes,
eius ſectantes conſilium crucem ſuam tollunt, ac
ſæcularia abnegantes deſideria arctæ viæ, quæ ad
cœleſte docit regnum comitantur veſtigia, vita
proficit exemplaris, merito inducimur eorũ ſtatui
& quieti ſingularis prouiſionis ope intendere, vt
nihil à ſancta conuerſatione retrahat, nihil eorum
piam intentionem impediat, nihil ipſis in virtuoſis
operibus turbationis cuiuſuis præbeat incentiuum
& licet vniuerſos in agro militantis Eccleſiæ plan-
tatos ordines ſingularib. fauoribus proſequamur,
ad peculiarem tamen ordinem Ciſtercienſem, quẽ
copioſum in Dei Eccleſia afferre fructum conſpici-
mus, necnon ſalubrem eius propagationem accu-
1 ratioris vices ſolicitudinis vberius impartimur. Ho
rum igitur conſideratione inducti præſentis perpe
tuo valituræ, & irrefragabilis cõſtitutionis, edicto,
motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc obla
tæ petitionis inſtantiam Apoſtolica auctoritate ſan
cimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod de quolibet
triẽnio in trienniũ, in Caſtellæ & Legionis Regnis,
in aliquo eiuſdem ordinis Ciſterciẽſis monaſterio,
vel alio loco ad id congruo & honeſto, capitulũ *a*
prouinciale dicti ordinis celebretur, & ad illud om
nes & ſinguli ipſius ordinis Abbates perſonaliter ni
ſi legitimo impedimento detenti fuerint, & tunc
per *b* procuratores idoneos venire, ac quilibet vi-
rorum conuentus ſuum procuratorem ſui monaſte
rij, vel ſuæ domus monachum in ſacris conſtitutũ
2 mittere teneantur. In quo ex maioris partis Abba-
tũ & procuratorum *c* prædictorum ibidem exiſten-
tium votis deputentur & eligantur quatuor defini
tores qui vna cum dilecto filio Abbate reformato-
re obſeruantiæ regularis in monaſterio Beatæ Ma
riæ de Monte Sion dicti ordinis Toletanæ diœceſ.
inchoata nominẽt, & eligant in ipſius capituli Præ
ſidentem vnum de Abbatibus præſentibus vel ab-
3 ſentibus, quem ſecundum Deum, & ſuas conſcien-
tias pro exercitio officij præſidentiæ dicti capituli
magis idoneum fore cẽſuerint, ita quod ſemel Præ
ſidẽs *d* de nouo, niſi ſex annorum effluat ſpatio ad

a Vide in 20. 1. qq. re. q. 41. ar. 1.

b Vide 1. 2. 20. qq. re. q. 31. arti. 9.

c Vide 1. 2. 20. qq. regu. q. 32

d Vide in 20. 2. qq reg. q. 32. art. 2.

Tom. 1. priu. Apoſt.

dictum officium aſſumi nõ poſſit, ac etiam deputa-
ri ac aſſumptio, ſeu deputatio, vel electio ipſius præ
ſidentis aliter facta, nulla ſit & irrita ipſo iure. Di- 4
ctus quoque Præſidens vnum alium definitorem
nominare, & ſic ſex definitores numero tantum in
eodem capitulo ſint, ac eorum primus & principa-
lis in perpetuum ſit Abbas reformator dictæ obſer
uantiæ pro tempore exiſtens qui pro quauis etiam
cauſa & quacumque auctoritate nullatenus *e* muta
ri poſſit. Et in dicto capitulo definitores, & præſi-
dens præfati, ſtatuendi, ordinandi, inſtituendi, deſti
tuendi, emendandi, corrigendi ſtatuta quoque &
ordinationes dicti ordinis ſaluis tamen illius ſub-
ſtantialibus caſſandi, reuocandi, interpretandi, ac
alia de nouo edendi, necnon omnia alia, & ſingula
quæ pro fœlici monaſteriorum dicto ordini ſubie-
ctorum, & ſubiiciẽdorum virorum, & fœminarum
ſimul, vel ſucceſſiue in ſpiritualibus, vel temporali
bus, ac aliis quibuſcumque directione in ſpirituali
bus, & temporalibus, in capite, & in membris, nec-
non Religionis propagatione, ac diuini cultus in-
cremento opportuna ſeu neceſſaria fore conſpexe
rint plenam & liberam, ac commodam Auctorita-
te Apoſtolica habeant poteſtatem. Necnon quotieſ
cumque Abbas reformator dictæ obſeruantiæ in
præſidentem electus, vel aſſumptus, ſiue alias quo-
minus dicto capitulo intereſſe poſſit legitime im-
peditus fuerit, Abbas conuentualis dicti monaſte-
rij Mõtis Sion primus dictorum erit definitorum.
Et in eodem capitulo per Præſidentem & definito- 5
res prædictos certi deputentur Viſitatores *f* idonei,
qui annis ſingulis ſemel ad minus ad omnia, & ſin
gula virorum, & fœminarum monaſteria eiuſdem
ordinis in dictis Regnis perſonaliter accedant, &
ea ſolum Deum præ oculis habendo in capite, &
membris, necnon in ſpiritualibus & temporalibus
viſitent, exceſſus quoque defectus & crimina cor-
rigant, puniant, & emendent, necnon debite refor-
mationis, & viſitationis officium in eiſdem *g* mona-
ſteriis impendant, ac euellent, diſſipent, ædificent,
& plantent, & ad ſtatum debitum ſingula deforma
ta ſi quæ reperirent, reforment, reſtaurent, & redu-
cant. Nullum *h* tamen vel nullam ex Abbatibus, &
Abbatiſſis dictorum monaſteriorum illorum regi-
mine priuare, ſed eos, vel eas, ſi ipſorum, vel ipſarũ 6
demerita hoc exigant dumtaxat ſuſpẽdere poſſint:
ſed priuatio huiuſmodi ad eoſdem Præſidentem &
definitores ſolum pertineat. Et in illo anno quo vi-
ſitatores ipſi, vt præfertur viſitabunt, nullus alius 7
præfata monaſteria etiam quauis auctoritate viſita-
re poſsit, niſi Abbates monaſteriorum in dictis Re
gnis monaſteria filialia, ſeu filiationes habentia.
Ac dicti Præſidens & definitores etiam tempore ca
pituli & eo finito medio tempore dictus Præſidens
& duo de præfatis definitoribus deputati, quo-
rum primus irreuocabiliter perpetuis futuris tem
poribus ſit dictus Abbas reformator, ac alius vnus
aliorum definitorum quem præſidens & definito-
res prædicti ad hoc pro tempore deputabunt, de
Abbatiſſalibus dignitatibus ac principalibus ſiue
prioratibus fœminarum, necnon etiam de Abbatiis
virorum illorum videlicet qui propter ſua ex-
ceſſus, vel demerita ſuis dignitatibus priuati fue-
rint aut illis ſponte renunciauerint, ceſſerint, vel
reſignauerint reſignationem, renuntiationem, aut
ceſsionem huiuſmodi eadem auctoritate admit-
tendo prouidere, & de illis diſponere, nec non il-
los vel illas qui ſuper regimine vel adminiſtratio-
ne virorum, vel fœminarum alicuius ex dictis mo-
naſteriis, lites ſeu quæſtiones in ſimul habuerint
amouere, & deſtituere, & ipſorum, vel ipſarum lo-
co alios vel alias ſubrogare, ac deputare iuribus ta-
men Cam. Apoſto. competentibus, illis reſeruatis

e Vide in 1. 10. qq. re q. 10. & in eo d. 10. 1 qq. re. q. 41. ar. 1. & 2.

f De viſitatione vide aliqua i 10. 2. qq. re. q. 3. & in 3. 10. qq. regu. q. 77.

g De refor. vide in 2. 10 qq. re. q. 77. & in 3. 10. qq. re. q. 47.

h Vide in 2. 10. qq. re. q. 25 ar. 3.

libere ac licite poſſint & valeant. Tamen perſona-
rum ad dignitates huiuſmodi electio, ſiue poſtula-
tio etiam in quocumque caſu per conuentuales, ſi
illi in monaſterio, vel domo, in quo ſeu qua facien
da fuerit electio eligentes extiterint ſemper fiat.
8 Necnon præſidens & definitores prædicti monaſte
rijs monialium de confeſſoribus, capellanis, ſeruito
ribus, procuratoribus, & alijs officialibus neceſſa-
riis prout iuxta illorum qualitatem honeſtate ſer-
uata viſum fuerit rite prouidere. Necnon omnes &
9 ſingulos *a* Religioſos & perſonas vtriuſque ſexus
a Vide I. 1. 10. qq. reg. q. 29. dictorum monaſteriorum, quoties eis viſum fuerit
ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, ab om-
nibus, & ſingulis ſuis criminibus, peccatis, & exceſ
ſibus etiam in ſingulis præterquam ſedi Apoſtolicę
10 reſeruatis caſibus abſoluere, nec non ſalutarem eis
pęnitentiam iniungere. Ac cum quibuſuis ex mona
chis, religioſis & perſonis prædictis ſuper irregula
b Vide I. 10. 3. qq. regu. q. 24. ritate, *b* ſiquam ex quauis cauſa quomodolibet con
traxerint, homicidio voluntario, mutilatione mem
bri, ac bigamia dumtaxat exceptis, vt nihilominus
non priuati ad omnes etiam ſacros ordines promo
ueri, ac ipſi, & promori in illis miniſtrare poſſint, di
ſpenſare. Omnem quoque inhabilitatis & infamiæ
Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. art. 18. & 19. & 3. q. 13. a. 17. maculam ſiue notam per eos quomodolibet con-
tractam abolere poſſint, & valeant. Ipſique Præſi-
dens & definitores quoſcumque abbates, mona-
chos, & religioſos & perſonas dictorum monaſte-
11 riorum ad veniẽdum per ſe vel procuratores ad di
ctum capitulum celebrandum, vt præfertur per cẽ-
ſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna iuris reme
dia compellendi, etiam plenam & liberam habeãt
12 facultatem. Et inſuper Præſidens *d* & ſex definito-
c Vide I. 10. 3. qq. regu. q. 2. art. 8. res prædicti in præfato capitulo, & poſt illud dictus
Præſidens, ac dicti duo deputati audiendi, deciden
di, & terminandi omnes & ſingulas quæſtiones cõ-
trouerſias & cauſas, quas inter quoſcumque Reli-
gioſos & perſonas dictorum monaſteriorum viro-
rum & fœminarum oriri contigerit, etiam per defi
nitiuas, & alias ſententias terminandi, illaſque exe-
cutioni debitæ demandandi. Nec non quæcumque
13 dubia, altercationes, diſſenſiones, ſcandala, rixas, &
contentiones monachorum & perſonarum dicto-
rum monaſteriorum pacificandi, interpretandi, tra
ctandi, componendi, ac ipſos vt pacificata tractata,
14 ordinata, & compoſita obſeruent. Necnon quoſcũ-
que quorum intereſt, vt ad dictum capitulum ve-
niant, ac ipſis Pręſidenti, & definitoribus ſuper prę
miſſis, ac aliis quibuſlibet pareant, ac eorum ordina
tionibus firmiter intendant per cenſuram & reme
dia ſimilia etiam cum auxilij brachij ſæcularis in-
uocatione coercendi, cogendi, & compellendi ſimi
15 lem habeat poteſtatem. Ipſe tamen Præſidens du-
rante dicto capitulo abſque præfatis definitoribus
& poſt illud abſque dictis deputatis in præmiſſis ni
hil ordinare aut facere poſſint. Ac de definitis, ordi
natis, concluſis, determinatis, conceptis: & deciſis
in capitulo huiuſmodi niſi ex magna, neceſſaria vel
vrgente cauſa nihil poſſitis quomodolibet immu-
tare, ſed pater Abbas cuiuſcunque monaſterij in di
ctis Regnis cuiuſcunque nationis fuerit ſingula ſuo
monaſterio ſubiecta monaſteria viſitare poſſit, nul-
16 lum tamen ex Abbatibus dictorum ſubiectorum
monaſteriorum niſi in caſibus in conſtitutionibus
& ordinationibus dicti ordinis expreſſis, ac expreſ
ſo præſidẽtis, & deputatorum præfatorum ad hoc
accedẽte aſſenſu, regimine, & adminiſtratione mo-
naſterij, cui præeſt priuare valeat, ac priuatio aliter
17 facta ſit ipſo iure caſſa, irrita, & inanis. Nec ipſum
capitulum ex quauis cauſa diſſolui poſſit, niſi prius
& ante omnia locus & tempus alterius ſequentis
capituli ſint deputata, & aſſignata, & ex tũc omnes,
& ſinguli qui ad capitulum huiuſmodi venire te-
neantur, ad comparendum in dicto capitulo tempo
re opportuno peremptorie citati cenſeantur. Nec-
non deputatio & aſſignatio huiuſmodi eoſdem Ab
bates, monachos, & religioſos, ac ſi alias perſonali-
ter, & legitime citati eſſent, arctẽt, ita quod Abbas,
monachi, & religioſi prædicti, ſub priuationis ſuſpẽ
ſionis, & interdicti, ac alijs prout in dicto capitulo
tunc ordinatum fuerit, pœnis, quas etiam alias eo ip
ſo incurrant in termino debito in dicto capitulo
tunc ad hoc ſtatuto & præfixo abſque alterius mo
nitionis vel citationis miniſterio pro tunc celebrã
do capitulo teneantur, & debeant comparere. In 18
quo præſidens, & ad hoc deputati duo definitores
prædicti præerunt, & præſidebunt, donec & quouſ
que alij præſidens & quinque definitores modo &
forma ſupraſcriptis & electi fuerint, & aſſumpti, ac
dictus in eodem capitulo ſemper remaneat defini-
tor, & medio tempore vnus ex huiuſmodi deputa-
tis. Et quia intelleximus nonnulli, varones, milites, 19
& aliæ dictorum Regnorũ perſonæ, ſe defenſores
aut protectores vel commendatarios aliquorũ mo
naſteriorum virorum, & fœminarum eſſe prætẽn-
dentes defenſionis, protectionis, & commodę ea-
rundem prætextu præfata monaſteria, quorum ſe
protectores fore aſtruunt, multipliciter grauant, ac
in eis varia ſuperioritates voluntates, dominia præ
eminentias, & intereſſe vendicare contendunt, vn-
de nonnunquam multiplicia in eiſdem monaſteriis
ſcandala ſuccedunt & pericula animarum. Cupien
tes igitur vlterioribus illarum progreſſibus ſalubri
ter obuiare motu, & auctoritate ſimilibus etiam ſta
tuimus, & ordinamus quod etiam deinceps nullus
cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus, vel conditio
nis fuerit, & quacumque etiam ſi Patriarchali, Ar-
chiepiſcopali, vel Epiſcopali dignitate præfulgeat,
Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rege, necnon
chariſſima in Chriſto filia noſtra Regina Caſtellæ,
& Legionis, ac dilecto filio nobili viro ipſorum pri
mogenito pro tempore exiſtentibus duntaxat exce
ptis quauis auctoritate protectionem, defenſionẽ,
ſeu commendam alicuius monaſterii eiuſdem ordi
nis in dictis Regnis ſub excommunicationis pœna
quam alias ipſo facto poſt vnius menſis in quo præ-
ſentiũ notitiam habuerit lapſum incurrat, & à qua,
ab alio præterquã à Romano Pontifice niſi in mor
tis articulo abſolui non poſſit recipere, petere, teri
nere, quærere, procurare, aut approbare, non poſſit,
Abbas quoque, vel Abbatiſſa alicuius ex dictis mo 20
naſteriis, commendæ, protectionis, ſeu defenſionis
huiuſmodi conſentiens, aut illam approbans, ſeu ra
tificãs regimine & adminiſtratione monaſterii cui
præeſt priuetur, ac nullus ex Abbatibus, monachis,
vel religioſis monaſteriorum dicti ordinis de cæte
ro immediate per viam ſimplicis querelæ, vel ap-
pellationis, *d* aut prætextu, ſiue occaſione cuiuſuis *d Vide I. 1. 10. qq. re. q. 39. art. 2.*
grauaminis, aut alia quacunque cauſa generale di-
cti ordinis capitulum, aut Abbatem dicti monaſte-
rij Ciſtercien, Legionen, diœceſ. vel ſedem Apoſto-
licam pro prima vice niſi in caſu expreſſæ denega
tæ iuſtitiæ pro quibus actione, cauſa, vel controuer
ſia poſſit adire, ſeu ad capitulum, Abbatem, vel ſedẽ
huiuſmodi recurrere, ſed primo & ante omnia Ab-
bates & monachi, & religioſi prædicti ad præſiden
tem præfatum, vel prouinciale capitulum pro ſin-
gulis querelis, actionibus, & cauſis, & deinde in cau
ſa appellationum à Præſidente vel prouinciali ca-
pitulo huiuſmodi interpoſitarum ad generale ca-
pitulum dicti ordinis, vel Abbatem monaſterij Ci- 21
ſtercien. huiuſmodi, necnõ ſucceſſiue ad eandem ſe *e Vide I. 10. 3. qq. reg. q. 39. in qua agitur de paupertate.*
dẽ pro conſequenda iuſtitia habeant recurſum, ac
nullus Abbatũ, ſeu Abbatiſſarũ dicti ordinis in præ
fatis regnis ſeparata, ſeu diſtincta à mẽſa ſui conuẽ
tus pro mẽſa *e* ſua Abbatiali habere poſſit, ſed quæ-
cumque

cũque dictorũ monaſteriorũ bona Abbati & cõuẽ
tui ſint cõmunia ſecundum regularia eiuſdẽ ordi-
nis inſtituta. Abbas vero vel Abbatiſſa contra inſti-
tuta huiuſmodi aliqua immobilia bona diſtincta
recipiẽs, vel retinẽs excõmunicationis à qua niſi in
mortis articulo, vel dicta diſtincta bona infra trië-
niũ ab ipſo capitulo perficiendũ ad cõmunẽ men-
ſam conuentus reduci, & cum effectu plenarie ap-
propriari procuret incurrat ſententiam, ipſo facto
22 abſolui non poſſit. Necnon capitulum prouinciale,
Abbates, monachi, & religioſi prędicti, ac ipſorum
monaſteriorũ fœminatũ Abbatiſſæ & moniales cæ
teræq; dicti ordinis perſonæ in eiſdem regnis præ-
ſentes & futuri ſub omnimoda iuriſdictione reue-
rẽtia, ſuperioritate, compulſione, coertione, & cor-
rectione ordinis, & pro tempore exiſtentis Abba-
tis monaſterij Ciſterci. prædictorum omnino ſint:
23 Sed ordo aut capitulũ generale, ſeu Abbas mona-
ſterij Ciſter. huiuſmodi circa perſonas monaſterij,
a Vide in res, & bona temporalia, & ſpiritualia, præſentia, &
10.1.qq.re. futura huiuſmodi contra regulam a & inſtituta prę
q.10.a.fin. dicta, vel ſtatuta, ordinationes, præſentium, aut pri-
uilegia. iura, & indulta dicti ordinis, ſeu ipſius pro
uincialis, capituli ordinationes, aut in eo deciſa, de
terminata, ſeu concluſa, nec in toto nec in parte di-
ſponere, attentare, exequi, præcipere, iubere, mãda
re, ſeu facere quomodolibet poſſint, ſeu valeant ni
ſi per prouinciale capitulũ, ſeu præſidentem prædi
ctum, aliquid minus iuſte, vel rationabiliter ordi-
natũ, concluſum, actum, ſeu geſtũ foret, vel etiã in-
ſtitutum, & tum generale capitulũ, vel Abbas mo-
naſterij Ciſter. huiuſmodi vocata parte prouincia-
lis capituli vel dicti Præſidentis ſuper præmiſſis de
opportuno remedio prouideat, prout cõſultius, &
24 vtilius viſum fuerit expedire. Nullus quoque Ab-
bas, monachus, vel religioſus dicti ordinis de di-
ctis regnis ad præfatum generale capitulum perſo
naliter accedere, nec ad id à quoquam quauis au-
thoritate compelli poſſit inuitus, niſi ex aliqua ſpe-
ciali cauſa fuerit ſpecialiter euocatus: ſed ſufficiat
ſingulis triennijs, præſidentem capituli prouincia-
lis pro tempore exiſtentem per aliquem nuntium
cum relationibus prouincialis capituli ſolita, &
conſueta contributiones, & onera, expenſis tamen
25 ipſarum contributionum, & non alias deſtinare. Ac
præſidens & deſinitores prædicti in ſuo capitulo
antiquas dictorum monaſteriorum libere taxare
poſſint, ac etiam moderari prout ipſis rationabili-
ter viſum fuerit faciendum niſi Abbas Ciſtercij,
aut generale ordinis capitulum aliter duxerint ſta-
tuendum, ac Præſidens, & deſinitores prędicti in
præfato capitulo & medio tempore poſt dictum
capitulum præſidens, & duo deputati prædicti, qui
b Vide in buſuis alienationibus, b ac perpetuis diſtractioni-
1.10.qq.re. bus, venditionibus, permutationibus, ac alijs con-
q.17.ar.2. tractibus; quotuncunque bonorum & rerũ mona-
& 3. ſteriorum, virorum, & fœminarũ in euidentem vti
litatem, monaſteriorũ, ſeu locorum dicti ordinis in
regnis præfatis in illis dũtaxat in quibus Abbas mo
naſterij Ciſtercij, & generale dicti ordinis capitu-
lum iuxta illius conſtitutiones, priuilegia & inſti-
tuta id facere poſſint, caſibus authorizare, necnon
præmiſſis omnibus authoritatẽ, robur, & decretũ
perpetua interponere, ac ea omnia, & ſingula ap-
probare, validare, & confirmare, necnon firma, ra-
ta, ac perpetuis robore & viribus ſubſiſtere debere
decernere poſſint. Præmiſſa quoque omnia & ſin-
gula ordinationes & ſtatuta perpetuæ firmitatis ro
bur obtinere, necnon omnes proceſſus, ac excom-
municationũ, ſuſpenſionum, & interdicti, aliaſque
definitiuas & interlocutorias, necnon Eccleſiaſti-
cas ſententias, cenſuras, & pęnas, quas cõtra præ-
miſſa, vel eorum aliquod ferri ſeu promulgari, nec

non totũ id & quicquid in contrariũ à quocunq; quauis authoritate ſcienter vel ignoranter fieri, vel attentari cõtigerit nullius ſubſiſtere robore firmitatis, motu, & authoritate ſimilibus decernimus per præſentes. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorũ, & ordinis prædictorũ priuilegijs, & indultis, ſub quibuſuis verborũ formis in ſpecie, vel in genere ab eadẽ ſede, ſeu alias ordini & monaſterijs prædictis conceſſis, & concedendis quoruncunq; tenorũ exiſtant, ẽt ſi de illis præſentibus de verbo ad verbum ac aliàs quam per generales clauſulas oporteret fieri mentionem, ſtatutis quoque ac definitionibus, & conſuetudinibus etiam ſi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate validata ſint, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Per præſentes tamen c alijs priuilegijs, indultis, & conceſſionibus monaſteriorum, & ordinis prædictorum, in ſpecie vel in genere à ſede Apoſtolica, ſeu alias eis quomodolibet competentibus non intendimus aliquatenus derogare, ſed omnia quantum ad ipſorum fauorem in ſuo plenario volumus robore permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, ſtatuti, conſtitutionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ, &c. Datũ Bononiæ, anno Incar. Dom. 1437. Kal. Nouembris. Pont. noſtri anno VII. Blondus, Grat. de mandato Domini noſtri Papæ Iacobus de Viterbio.

c Vide in 1.10.qq.re. q.10.ar.ſi.

Bulla xxj.

SVMMARIVM.

Declarantur dubia regulæ, habeant monachi cellas, cum ſcapulari, & tunica dormiant, habeant coquũ ſæcularem, diſpenſantur temporibus cœna. Diſpenſatur vt poſt vigilias dormiant, Abbas comedat in refectorio cum monachis, diſpenſatur cum illegitimis, mittantur monachi ad ſtudium, miſſa celebretur ante diem. Qui non ſunt in ſacris quid dicere teneantur, miſſæ conuentuales, quomodo dicantur, quo do dormiant nouitij, quomodo conceditur licentia transeundi ad aliam religionem. Circa calicis eleuationem ſeruetur Romanus mos. Abbas in capitulo interpretatur dubia regulæ, & diſpenſat, capitulũ explicat, & tollit aliqua, libri vſus inſtituta, & alia ordinat Abbas, circa minora regulæ diſpẽſat. Promoueri ante ætatem poſſunt: non tenentur niſi ad feſtiuitates Eccleſiæ, miniſtri altaris non communicant ſub vtraque ſpecie celebrantes, tricenarium, quid, &c. Hebdomadarius coquinæ deputandus cum infirmis diſpenſatur, ab omni voto abſoluunt Abbates.

PRæſentibus & futuris. Ad perpetuam rei memoriam. Harum ſerie literarum pateat euidenter, quod nos Ludouicus miſeratione diuina Epiſcopus Triuiſenſis olim primus Abbas obſeruãtiæ regularis monaſteri Sanctæ Iuſtinæ de Padua ordinis Sancti Benedicti viuæ vocis oraculo nobis facto à ſanctiſſimo Domino noſtro Papa Eugenio IIII. die, menſe & anno infra ſcriptis ad inſtantiam & humilẽ ſupplicationẽ venerabilis & deuoti viri fratris Martini de Vargas magiſtri in Theologia, Baccalaurei in decretis, primi Abbatis reformatoris obſeruãtiæ regularis ordinis Ciſter. inchoatę in nouo monaſterio Sanctæ Mariæ de monte Sion dicti ordinis Ciſtercien. extra muros vrbis Toletanæ in Regno Caſtellę. expoſito nobis per dictum magiſtrum, quod apud nonnullos dictæ ſuæ obſeruantiæ profeſſores ſuper aliquibus paſſibus tã regulæ B. Benedicti, quam cuiuſdam conſtitutionis editæ

12 *Nihil alienandum niſi in capitulò generali aliter excommunicantur.*
13 *Monachus non fideiubeat, nec mutuo pecuniam accipiat ſine licentia ſub excommunicationis pœna.*
14 *Epiſcopus non poteſt compellere monachos ad ſynodos, nec ad alios, quoſcunque actus.*
15 *Poſſunt monachi ædificare monaſteria.*
16 *Inuitis monachis non poſſunt agi cauſæ nec ordines celebrari in monaſteriis.*
17 *Epiſcopi non impediant electiones alioquin interdicto ſubiaceant.*
18 *Abbas benedictionem ſolemnem facere poteſt dummodo non ſit præſens.*
19 *Epiſcopus poteſt benedicere ornamenta, iacere primum lapidem more pontificali minores ordines conferre.*
20 *Pro conſecrationibus nihil detur in oleo accipiendo.*
21 *Epiſcopus poteſt conferre ordines, & alia in monaſteriis volentibus monachis.*
22 *Tempore interdicti poteſt celebrare ſacramẽta, & corpora mortuorum ſepelire, & familiares intereſſe diuinis.*
23 *Abbas diſpenſat ſuper cenſuris cum ingredientibus religionem.*
24 *Liberi ſunt à iuriſdictione legatorum, &c.*
25 *Monachi, qui habent literas ad ſe transferendũ ad aliam religionem, & intra ſpacium trium menſium id non fecerint contra illos tanquam contra Apoſtatas procedatur.*
26 *Exeuntes de religione priuentur muneribus Eccleſiaſticis.*
27 *Nullus deferat habitum religionis, niſi fuerint de monaſteriis.*
28 *Reſtitutio bonorum de quibus non eſt memoria poteſt fieri monaſteriis.*
29 *Corpora mortuorum inuitis monachis non ſepeliantur in monaſteriis.*
30 *Confiteri non poſſunt monachi, niſi de licentia prælatis.*
31 *Exempti ſunt monachi ab omni portione de bonis eleemoſynarum.*
32 *Monachi non conueniant coram ordinariis ratione iniſtitia.*
33 *Prædicatores poſſunt dare quadraginta dies indulgentiarum.*
34 *Poſſunt confeſſiones audire, & miniſtrare Sacramenta.*
35 *Diſpenſant ſuper cenſuris, & abſoluunt.*
36 *Bona oblata feudalia poſſunt recipere.*
37 *Aliquod monaſterium ſit caput aliorum.*
38 *Signum libertatis eſt ſoluere vnciam auri.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ad decorem ſacræ religionis ſub qua dilecti filij monachi ordinis ſancti Benedicti mundanis abiectis illecebris, ac ſæcularibus ſe poſitis deſideriis, deuotum ac ſyncerum exhibent Domino iugiter famulatum Apoſtolicæ meditationis reflexus affectuoſius diffundimus proſpicientes potiſſimè, quod ipſi per bonorum operũ exercitiũ, ac præclara prætendentes ſanctitatis merita cæteros ad Diuinæ Maieſtatis obſequium ſua trahant per exempla, ac illa, quæ ad confouendam huiuſmodi religionis integritatem, proinde, & ſalubriter prodiiſſe comperimus, vt amplioris firmitatis vinculo muniatur Apoſtolici roboris nexibus ſolidamus. Dudum ſiquidem fœ. re. Celeſtinus Papa Quintus, prædeceſſor noſter ſuas conceſſit literas tenoris ſubſequentis. Celeſtinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Honofrio Patri Abbati monaſterij Sancti Spiritus de Sulmona Valueñ. diœceſ eiuſque cohabitantibus, ac prioribus & prælatis monaſteriorum, prioratuum, Eccleſiarũ membrorum eidem monaſterij Sancti Spiritus ſubiectorum, eorumque conuentibus, collegiis & fratribus ordinis S. Benedicti præſentibus, & futuris in perpetuum. Et ſi cunctos ordines plantatos in agro ſacroſanctæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ paternis proſequamur affectibus, & ad ſtatum illorum tranquillum, & proſperum ſolicitè intendamus, Beati tamẽ Benedicti ordinem, in quo dum iuuentutis noſtræ progreſſione profeſſionis noſtræ vota deuouimus ſingulari & præcipua affectione delegimus, & zelo ſyncerioris & ſtrictioris charitatis afficimur circa ipſum, & ad ſuæ ſtabilitatis, & promotionis incrementa felicia opem operamque ſolicitam impendẽtes ſperamus in Domino quod idem ordo ab antiquis annis in diuinæ laudibus charitatis fundatus, pro noſtræ ſolicitudinis ſtudio ſeruabit eo perfectius fructus ſuos quo neglectius diminutus erga vos per veſtræ ſolicitudinis ſtudium quantum nobis ex alto permiſſum fuerit reſtauratus amiſſi luminis propriam reaſſumere poterit in ſummæ lucis quæ Chriſtus eſt potentia claritate. Cupientes igitur vt circa præfatum ordibem huiuſmodi noſtræ charitatis affectus emittat opus per effectum ſtatuta, conſtitutiones, & ordinamenta in eodem ordine pro ſalute veſtra facta auctoritate Apoſtolica confirmamus & canonica in poſterum facienda volumus, & mandamus ex tunc inuiolabiliter obſeruari. 1
Et eundem ordinem, necnon monaſterium *a* S. Spiritus de Sulmone, & alia monaſteria, Eccleſias, prioratus mẽbra, & omni alia loca dicto monaſterio S. Spiritus ſubiecta vbicumq; conſiſtentia eidẽ ordini incorporata, vel incorporanda in poſterũ, eorumq; perſonas ab omni prorſus iuriſdictione, poteſtate, ac dominio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Abbatum, & omnium, in quorum ciuitatibus & diœc. ac prouinciis illa conſiſtunt, & conſiſtẽt etiam in futurum, ac aliorum quorumlibet ordinariorum, prælatorum, capitulorum, ſeu conuentuum, monaſteriorum, & Eccleſiarum ac perſonarum quarumlibet prorſus eximimus, & etiam liberamus, & ea omnia & ſingula libera & exẽpta volumus perpetuo totaliter permanere, exemptionũ gratiis in illis ex veſtris monaſteriis, quæ prius per ſedem Apoſtolicam exempta fuerant in ſuo robore nihilominus duraturis. Non obſtante ſi monaſteria, prioratus, Eccleſiæ membra, & alia loca prędicta, diœceſanis ipſis, vel aliis perſonis ad cenſus aliquos teneantur, vel reperirentur, forſitan eſſe aliquibus in aliquo obligata & in eo præcipuè quod fratres dicti ordinis in S. Spiritus de Magella, & S. Spiritus de Sulmone monaſteriorum conuentibus conſtituti ſubmiſſiones quaſdã dilectis filiis capitulo Baſilicę Principis Apoſtolorũ de vrbe de facto ſiue de iure feciſſe dicuntur, quas ſubmiſſiones ſub quacumque verborum conceſſione, vel expreſſione confectas, necnon & pręfatos cenſus de plenitudine poteſtatis eneruamus, caſſamus, & irritamus omnino & viribus carere decernimus, & nullius ex nunc exiſtere firmitatis. Itaque pretextu earundem ſubmiſſionum ac cenſuum aliquorum tu fili pater Abbas veſtrique ſucceſſores, & fratres, ac perſonę monaſtriorum, ac locorum aliorum veſtrorum prędictorum à quocumque de cætero nequeant moleſtari, & vos veſtroſque ſucceſſores, ac monaſteria, & loca in perpetuum nolumus moleſtari. Et quia inter alia quæ immunitates ſapiunt de pręcipuis caſibus hoc eſſe neceſſarium arbitramur, vt de ſubſtitutione futuri Abbatis tibi fili abbas S. Spiritus quẽ patrem Abbatem, cęteriſque tuis coabbatibus, & pręlatis, & fratribus tibi ſubiectis pręſentibus & futuris perpetuo ſtabilimus, pręcipuè ordinetur, volumus, & pręſenti decreto ſtatuimus, ſtabilimus, vt annis ſingulis in maiori veſtro monaſterio, vel in alio loco veſtri ordinis, vbi vobis expediens & viſum

a Vide 1 p. 20. qq. re. q. 63. arti. 1.

a Vide Ito. 1.qq.reg.q. 41.art.1.
ſum fuerit fiat capitulum a generale vbi veſtri ordi
nis & locorum ſecundum Sancti Benedicti regulá
facta tractentur. Præſidentes veſtris capitulis cele-
brandis,& viſitatores veſtri, locorumque veſtrorũ
conſtituantur in illo ſecundum veſtri ordinis inſti-
tuta, vbi volumus & diſtrictè præcipimus obſerua
b Vide Ito. 1.qq.reg.q. 26. artt.1. & 2.
ri. Quod b Pater Abbas ſingulis trienniis in generali
capitulo ſponte ſua offerat, & exhibeat ceſſionem,
niſi forte dictus Pater Abbas ante tempus huiuſmo
di in aliqua de grauioribus culpis à viſitatoribus
3 legitimè alias deprehenſus admonitionem in dicto
capitulo mereatur. Quod ſi idem Pater Abbas vel
ceſſerit, vel amotus extiterit, idem capitulum ſta-
tim, & abſque temporis interuallo ad Patris Abba
tis ſubſtitutionem procedant, & iuxta formam in re
gula traditam debitos cõſtituant electores, qui ſub
conclaui poſiti ante quam cibum & potum ſumãt
de Abbate cedente, ſi eum eſſe vtilem putauerint,
vel de alia perſona monaſteriorum & locorum ve
ſtrorũ per electionem canonicam prædicto mona-
ſterio Sancti Spiritus prouideatur de Abbate, qui
quidẽ Abbas nulla ſuper hoc à ſede Apoſtolica cõ
c Vide I.2. 10.qq.re.q. 52.art.2.
firmatione c petita vel obtenta, eo ipſo ſuæ admini
ſtrationis officium habeat, & illud tanquã pater Ab
bas prout ad eum pertinet liberè exequatur. Et
4 idem Abbas electus ſi alias non extitit benedictus
benedictionis ſuæ munus à quocumque maluerit
Catholico Antiſtite gratiam, & communionem A-
poſtolicæ ſedis habente recipere ſtudeat, illudque
ſibi dictus Epiſcopus (ſi diuinam vltionem euitare
d Vide in 1.10.qq.re. q.19.ar.5.
voluerit) gratis impendat d alioquin prædictũ ele-
ctum vt præmittitur in executione ſuæ adminiſtra
tionis in ordine tamen ſacerdotij volumus perma-
nere. Et ſi dictus Pater Abbas infra annum fortè de
5 cederet, prior vel ſuperior dicti monaſterij Sancti
Spiritus & viſitatores etiam curam, & adminiſtra-
tionem ac cuſtodiam dicti monaſterij Sancti Spiri-
tus gerant, & habeant vſque ad tempus capituli ge
neralis, vbi ſecundum præmiſſum modũ dicto mo-
naſterio prouidere debeant de abbate. Nos quoq;
6 volentes vos, & bona veſtra paternis fauoribus cõ
fouere perſonas veſtras, & loca, in quibus eſtis diui
no obſequio mancipati bonis veſtris omnibus ſub
Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præ
7 ſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis
ſiquidem ſtatuẽtes, vt præfatus ordo in eodem mo
naſterio Sancti Spiritus, & aliis monaſteriis, priora
tibus, locis, & membris veſtris præſentibus, & futu-
ris perpetuis tẽporibus inuiolabiliter obſeruetur,
& quaſcunq; poſſeſſiones, & bona præſatum mona
ſterium Sancti Spiritus, cum monaſteriis, & locis
ſuis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet,
aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione
Regum, vel Principum, oblatione fideliũ, ſeu aliis
iuſtis modis (præſtante Domino) poterit adipiſci fir
ma vobis, veſtriſq; ſucceſſoribus illibata maneant,
& quieta, in quibus hæc propriis duximus exprimẽ
da vocabulis, videlicet ipſum, in quo præſatum mo
naſterium ſitum eſſe dignoſcitur cum omnibus per
tinentiis ſuis monaſterium Sancti Ioannis in plano
8 Nucerin. diœceſ. Sancti Spiritus de Magella, Sancti
Petri Valisbonæ, Sancti Spiritus de Blucano, San-
cti Spiritus de Ortona, Sancti Spiritus de Lanciano
Theatinen diœceſ. Sancti Euſebij de Vrbe, Sanctæ
Mariæ in Præoſano, Sancti Saluatoris de Ciuitate
Petnen. diœceſ. Sanctæ Mariæ de Triuento, San-
ctæ Mariæ de Anglone Triuentin. diœce. Sancti Spi
ritus iuxta Venafrum, Sancti Spiritus Aliſan. diœ-
ceſ. Sancti Antonij de Campania Feretinen. diœ-
ceſ. Sancti Antonij Anagniæ diœceſ. prioratus San-
cti Ioannis de Aquaſancta, Sancta Maria inter mon
tes, Sancti Georgij de Roccha Maurilij, Sancti Pe
tri de Monte Plano Theatinen. diœceſ. Eccleſias,

cum eccleſiis, capellis, decimis, & grangiis, pratis,
vineis, terris, ſyluis, nemoribus, vſuagiis, & paſcuis,
aquis, aquarum decurſibus, molendinis, viis, & ſe-
mitis, iuribus, & libertatibus, immunitatibus, fru-
ctibus, & vniuerſis ſubuentionibus eorundem. Sa-
nè de fructibus terrarum, & poſſeſſionum veſtra- 9
rum, ac etiam noualium, quæ propriis manibus, &
ſumptibus colitis, vel per homines veſtros, aut a-
lios excoli facietis in propriis prædiis, ſeu etiam
alienis, ſiue de hortis, piſcationibus veſtris, vel de
nutrimentis animalium veſtrorum, nullus à vobis
e Vide I.2. 10.qq.re.q. 44.art.4.
decimas e exigere, vel extorquere præſumat, à
quarum præſtatione vos totaliter liberamus. De
decimis namque quæ pro ſubſidio Dominorum
temporalium de mandato ſedis Apoſtolicæ cleri-
cis, & perſonis Eccleſiaſticis in Italiæ partibus pro
tempore exiguntur circa vos, & veſtra monaſteria
& loca ſic volumus obſeruari quod vobis, pro ſin-
gulis veſtris monaſteriis cum grangiis & pertinen-
tiis eorundem pro decimis prædictis ſingulos flore
nos auri plenè ſoluentibus. Ad ſolutionem maiorẽ;
vel alia pro prædictis decimis faciendis vos & mo-
naſteria veſtra, prioratus, Eccleſias, grangias, & lo-
ca veſtra omnia decernimus non teneri & excom-
municationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias
contra vos & in prædicta loca, quauis auctoritate
in contrarium proferendas ipſo facto non teneri. 10
f Vide Ito. 3.qq.re.q. 9.art.1. & q.12.ar.1. & ar.3. & in q.12.
Liceat quoque vobis clericos ſeculares, f vel reli-
gioſos cuiuſcumque religionis exiſtant, vel laicos
quoſcumque qui mundi reiectis illecebris ad vos,
& loca veſtra conuolauerint ad ordinem veſtrum
in locis veſtris recipere, ac eos abſque contradi-
ctione aliqua retinere. Non obſtantibus quibuſ-
cumque priuilegiis, literis, ſiue indulgentiis Apo-
ſtolicæ ſedis ſuper hoc cuiquam ordini, vel re-
ligioni, vel perſonis quantauis exemptione vel im
munitate gaudentibus ſub quauis forma verborũ
conceſſis. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum 11
veſtrorum poſt factam in monaſterio, vel in aliis
locis veſtris eiuſdem ordinis profeſſionem poſſit
ſine abbatis ſui licentia ordinem ipſum relinque-
g Vide in 10.3.qq.re. q.12.a.20.
re, g & ad locum religionis alterius vel ad ordi-
nem ſe transferre. Diſcedentes vero aliter nullus
cuiuſcumque Religionis vel ſtatus exiſtat, audeat
retinere, quod ſi ſecus factum fuerit, tam diſce-
dentes quam is vel illi qui ipſum talem receperint,
ſi requiſiti eum à ſe non reiecerint infra menſem
ipſo facto ſententiam excommunicationis incur-
rant. Illud quodque diſtrictius inhibentes ne tu 12
fili Pater abbas, vel aliqui ex prælatis veſtris ter-
ras, ſeu quaſlibet poſſeſſiones dicto monaſterio
Sancti Spiritus vel membris eius à Chriſti fide-
libus collatas, vel in poſterum conferendas, aut
ſucceſſorem tui dare, vendere, diſtrahere, vel alie-
h Vide in 10.1.qq.re. q.27.
nare h abſque conſenſu totius capituli generalis,
aut maioris, vel minoris partis ipſius & in caſib. à
iure permiſſis modo quomodolibet præſumatis.
Quod ſi ſecus factum fuerit alienationes huiuſmo-
di ex nunc irritas eſſe, & tam concedentes, quam
ipſos recipientes ſingulos eorum videlicet excom
municationis, collegia vero & vniuerſitates in di-
ctis ſententiis, ſi vero requiſiti à vobis bona prædi
cta alienata taliter reſtituere noluerint infra men-
ſem ipſo facto volumus ſubiacere. Cæterum ne ali
quis monachus uel conuerſus in monaſteriis, & lo-
cis profeſſus abſque conſenſu licentia proprij Ab-
batis ſeu maioris partis ſui conuentus pro aliquo
fideiubeat, i uel ab aliquo pecuniam mutuo reci- 13
i Vide I.1. 10.qq.re.q. 26.art.2.
piat quoquomodo diſtrictius inhibemus. Quod ſi
ſecus factum fuerit abbatem & cõuentum præſa-
tos ad hæc teneri nolumus & fideiubentem & re-
cipientem pecuniam mutuatam eo ipſo volumus
aſtringi uinculo excommunicationis. Inhibemus

etiã ne aliquis Epiſcopus nec quæuis alia perſona
ſpiritualem, vel alium habens iuriſdictionem, vos
14 ad ſynodos vel conuentus Forenſes, *a* nec ad conuo
a Vide i 2. 10. qq. re. q. 63. a. 3. & i 3. 10. qq. re. q. 37. ar. 1.
cationes ſuas accedere, vel cum ipſis intra vel ex-
tra ciuitates & terras pceſſionaliter exire, aut ſuis
conſtitutionibus ſubiacere, ſeu capitula, ſeruitia, &
inquiſitiones in locis veſtris vel alibi de vobis vel
de veſtrũ aliquo facere, aut fidelitatem iuramento
firmatam & manualem obedientiam à vobis, aut
prioribus veſtris exigere, ſeu etiam prohibere ad
ciuitates ſeu villas, & ad loca quælibet vbi religio-
15 sè & honeſtè morari poſſitis, accedere vbiq; pro
b Vide i 10. 2. qq. re. q. 49. art. 3.
veſtris vſibus ædificia *b* monaſteria, Eccleſias ſeu o-
ratoria ex permiſſione & indulto noſtro conſtrue-
re liberè & licitè valeatis. aut in accedentes fratres
& monachos veſtros ſeu conſtructores huiuſmodi
ſeu receptatores eorum excommunicationis, vel in
16 terdicti proferre ſententias, aut alias fratres veſtros
ire ad conuentus Forenſes nec ad monaſterium, Ec
cleſias, prioratus ſeu membra vel loca veſtra præfa
ta cauſa celebrandi ordines aut tractandi cauſas,
vel conuentus aliquos publicos conuocandi vobis
inuitis *c* venire præſumant. Nec regulares electio-
c Vide i 10. 3. qq. regu. q. 1.
nes Abbatum vel Priorum monaſteriorum & loco
rum veſtrorum impediãt, aut de inſtruendis vel re
mouendis *d* ipſos ſe aliqualiter intromittant. Quod
17 ſi aliter præſumptum fuerit, venientes contra præ-
d Vide i 2. 10. qq. re. q. 63. art. 3.
miſſa, cuiuſcumq; ſtatus, præeminentiæ, dignitatis,
vel conditionis exiſtant, interdicti ſententiæ volu-
18 mus ſubiacere; liceat quoque poteſtate Pater Ab-
bas tibi tuiſque ſucceſſoribus inter fratres eiuſdem
ordinis, & aliis ad miſſas veſtras in conuentibus Be
nedictionem ſolemnem facere, dummodo ibi præ-
ſens non ſit aliquis Epiſcopus, vel alia quæuis ſupe-
rioris perſona ſtatus, ſicut ſunt Patriarchæ, vel etiã
Cardinales ac vaſa & alia paramenta ad cultum Di
uinum pertinentia, necnon in ædificandis capellis;
Eccleſiis, aut Hoſpitalibus primum lapidem & fun
19 damenta Pontificali more benedicere. Necnon *e*
e Vide in 1. 10. qq. re. q. 19. art. 2.
omnes minores ordines confratribus & aliis fami-
liaribus & ſubditis veſtris aſcribi volentibus mili-
tiæ clericali noſtra largitione conferre, & omnia a-
lia facere quæ ad Abbates exemptos in ſuis mona
20 ſteriis, & ordinibus pertinere noſcuntur. Pro conſe
f Vide i 10. 1. qq. reg. q. 19. art. 1.
crationibus *f* vero altarium vel Eccleſiarum, aut
pro oleo ſancto, vel Eccleſiaſtico ſacramento nul-
lus à vobis ſeu obtentu cuiuſcũque conſuetudinis,
aut alio quouis modo quicquam audeat extorque
re, ſed hæc omnia vobis gratis & liberaliter impen
dantur, ſit vobis etiam liberum eadem à quocum-
que Catholico Epiſcopo qui gratiam & cõmunio-
nem prædictæ ſedis obtineat licitè recipere, qui no
ſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur impẽ
dat. Concedimus quoque vobis vt ſi quẽ huiuſmo-
21 di Epiſcopum de quo plenã notitiam habeatis per
vos tranſire contigerit ab eo conſecrationes alta-
g Vide in 10. 1. qq. re. q. 28. ar. 1.
rium, *g* & monachorum ordinationes in ſacris ex
permiſſione ſedis Apoſtolicæ recipere valeatis. Por
ro cum generale terræ fuerit interdictum *h* in mo-
22 naſteriis, Eccleſiis, & oratoriis veſtris, & aliis qui-
h Vide i 2. 10. qq. re. q. 309. art. 4. & q. 112. ar. 1.
buſcumque locis competentibus & honeſtis ſi in
terra ſic interdicta conſtiterit clauſis ianuis, & in-
terdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa
tamen voce vobis liceat celebrare diuina, & Eccle
ſiaſtica recipere ſacramenta: dummodo cauſam nõ
dederitis interdicto, nec id contingat vobis per ſe-
dem Apoſtolicam, ſpecialiter interdici, nec mona-
ſteria, Eccleſiæ, & oratoria eadem alias fuerint eiuſ
dem ſedis auctoritate ſpecialiter *i* interdicta. Illis
i Vide in 2. 10. qq. re. q. 112. art. 1. ver. vnde Leo X.
vero qui in veſtris immorantur obſequiis aliiſque
omnibus Chriſti fidelibus propter hæc ad vos de-
notè recurrentibus ex permiſſione Apoſtolica & in
dulgentia ſpeciali, quas vobis huiuſmodi priuilegij
auctoritate concedimus cuncta liberè miniſtrare
poſſitis Eccleſiaſtica ſacramente & ipſorum corpo
ra cum decedunt in veſtris cæmeteriis, liberè & abſ
que *x* diœceſanorum vel ordinariorum quorumli-
x Vide in 10. 1. qq. re. q. 16. ar. 1. & 2.
bet licentia ſepelire, ſepulturam *l* ſiquidem veſtrã
l Vide i 13. 3. qq. re. q. 18. art. 3.
liberam eſſe decernimus, ita quod extremæ volun
tati decedenti, & illis qui ſe illic deliberauerint ſe-
peliri, niſi fortè excõmunicati, *m* vel interdicti fue-
m Vide i 3. 10. qq. re. q. 61. art. 1.
rint aut vſurarij manifeſti nullus obſiſtat. Et ſi quã
do in terras in quibus reſidetis, vel earum perſonas
excommunicationis vel interdicti ſententias conti
gerit promulgari homines veſtris ſeruitiis *n* inſiſtẽ
n Vide i 1. 10. qq. re. q. 67. art. 3.
tes, negotiorum quoque veſtrorum geſtores, & pro
curatores oblati & operatij qui in locis veſtris cũ
eorum operibus perſonaliter inſtiterint huiuſmodi
ſententiis innoxij habeantur, nec prædictis ſenten-
tiis ſint ligati, ibique poſſint audire diuina iuxta for
mam quæ locis ipſis, & in eo caſu in quo à ſede A-
poſtolica eſt conceſſum, niſi præfatæ perſonæ cau-
ſam dederint interdicto, vel excommunicari, ſeu
interdici per dictam ſedem contingat eoſdem. Inſu 23
per recipientibus ordinem veſtrum, & in eo facta
& inſtituta, qui ſuſpenſionis, aut interdicti vel ex-
communicationis ſententiis, *o* à iure vel ab homine
o Vide i 10. 2. qq. reg. q. 20. art. 11.
promulgatis, & ſpiritualiter & generaliter ſunt li-
gati abſolutionis beneficium iuxta formam Eccle-
ſiæ impartiri, ipſoſque in fratres, monachos recipe
re, dummodo in eodem ordine perſeuerent, ac eos
qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem e-
miſſam recoluerint ſe talibus in ſeculo fuiſſe ſenten
tiis innodatos, ſecundum formam eandem, tu fili Pa
ter Abbas tempore tuo, in poſterum ſucceſſores
tui, auctoritate noſtra de abſolutionis beneficio
prouidere, & diſpenſare in eis ſuper irregularitati-
bus, quas contraxerunt, vel contrahent, ſi talibus
forſan innodati ſentẽtiis, vel in locis interdicto ſup
poſitis diuina præſumpſerint celebrare officia, aut
ordines receperint, ita tamen quod ſi aliqui huiuſ-
modi ſententiis propter debita ſint aſtricti in quan
tum poſſunt ſatisfaciant, *p* vt tenentur. Voſque Ab-
p Vide i 10. 1. qq. reg. q. 10. 25.
bates, & priores, & patentibus oppreſſorum, cum
ab eis fueritis humiliter requiſiti de pœnitentiis
ſalutaribus iuxta formam à Canonibus traditam
prouidere ſalubriter valeatis. Sanè quieti veſtræ
prouidere volentes quod per literas Apoſtolicas ſe
dis aut legatorum eius, vel ſub delegatorum Apo- 24
ſtolicorum, ſeu ſub delegatorum ab eis conuenire *q*
q Vide i 10. 2. qq. re. q. 63. ar. 3. & art. 4.
quoque minime valeatis, quodq; nullus correptio-
nis ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium in mo
naſteriis, Eccleſiis, aut prioratibus, membris, aut lo
cis veſtris impendere, vel cognitiones cauſarũ au-
dire præſumat, nulluſq; veſtrum citationes partiũ
& denunciationes ſententiarum interdicti, vel ex-
communicationis facere in prædictis locis, aut re-
cipere curam monialium ſeu religioſarum quarũ-
libet perſonarum minimè teneamini & ad id cogi
non poſſitis inuiti per literas dictæ ſedis vel legato
rum niſi eædem literæ Apoſtolicæ de hoc indulto
huiuſmodi & ordine veſtro & de dicto monaſterio.
Sancti Spiritus de Sulmon fecerint mentionem au 25
ctoritate vobis Apoſtolica indulgemus *r* concedi-
r Vide i 1. 10. qq. re. q. 30. ar. 8. in 10. 3. q. 52. art. 20.
mus vobis nihilominus quod ſi aliqui veſtri mona
chi ſeu fratres, poſt obtentam licentiam à ſede Apo
ſtolica vel à vobis ad religionem aliam tranſeundi
infra ſpatium trium menſium ſe ad illam religionẽ
ſuę ſaluti congruam non contulerint, & ipſius non
ſuſceperint habitum regularem, licite abſque alia
requiſitione ordinariorum ſiue diœceſanorum lo-
corum vbi reperti fuerint, aut licẽtia, ipſos tanquã
Apoſtatas monaſteriorum veſtrorum & locorum
excommunicare & incarcerare, & alias rigori ſub-
dere veſtri ordinis diſciplinæ poſſitis per vos aut
alios in quocumque habitu eos cõtigerit inueniri;
& in-

a Vide 1 10. & inuocare etiam ſuper hoc,ſi neceſſe fuerit *a* auxi
1.qq. regu. lium brachij ſæcularis quod tenore cõceſſionis hu
q.28.a.14. iuſmodi per eos quos ſuper hoc requiretis obiecta-
tione diuini numinis volumus exhiberi. Inſuper
omnes monachos & fratres quos à monaſteriis,vel
26 locis veſtris eorumque culpis exigentibus per vos
b Vide 1 10. aut per veſtros vicarios expelli *b* contigerit & qui
2.qq.regu. proprio ſuo motu de locis vel monaſteriis ipſis exi
q.30.arti. uerint, ad religionem aliam abſque huiuſmodi li-
9.13.21.22. centia vel ad ſæculum vel ad laicatum tanquam ca
nis ad vomitum rediens conuolabunt,ab omni pro
motione dignitatis,& adminiſtrationis Eccleſiaſti-
cæ ſeu ſæcularis decernimus eſſe alienos. Prędicãdi
officium audiendi confeſſiones,ac docendi alios in
quacumque facultate poteſtate talibus Apoſtatis
interdicta. Inhibentes expreſſius ne aliqua perſona
27 cuiuſcumque ſtatus,conditionis, vel religionis exi-
c Vide 1 2. ſtat habitum *c* veſtrum vel conſimilem, niſi de mo
10.qq.reg. naſteriis & locis veſtris fuerint, deferre præſumãt
q.76.art.4. contra facientes per diœceſanos eorum locorum
cum à vobis ſuper hoc fuerint requiſiti, deponere
habitum huiuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam,
cuiuſuis appellationis obice non obſtante acrius
compellatur,quod ſi iidem diœceſani, vel ordina-
rij id efficere malitioſè forte neglexerint, poſtquã
à vobis,vel nunciis veſtris ſuper hoc requiſiti fue-
rint, in ſuſpenſionis laqueum incidant ipſo facto.
28 Adiicimus etiam quod ſi aliquis in aliquo mona-
ſteriorum vel locorum veſtrorum profeſſus ante in
greſſum ſuum in religionem aliquibus perſonis,
Vniuerſitatibus vel collegiis de quibus quorum-
que nominibus memoria penitus non habetur in
aliqua quantitate *d* pecuniæ, vel ad reſtitutionem
d Vide 1 1. aliquarum rerum eſſet obnoxius,illam & rerum æ-
10.qq.re.q. ſtimationem ab eo licite recipere & in locis veſtris
38.ar.1.& in 10.3.qq. in quibus expedire videbitur in vſus vtiles con-
re.q.56.ar uertere valeatis & huiuſmodi ſatisfactionem im-
ti.4. pendentes à præſtatione ſatisfactionis alterius re-
29 maneat abſolutus. Nulliſque religioſis vel ſæcu-
laribus perſonis cuiuſcumque ſtatus vel condi-
tionis exiſtant, liceat aliquorum corpora defun-
e Vide in ctorum vobis *e* inuitis, quod prohibemus, pe-
10.3.qq.re. nitus in veſtris ſepelire cœmeteriis, nec in mo-
q.58.ar.4. naſterijs, Eccleſiis, prioratibus, & aliis locis ve-
ſtris miſſarum ſolemnia,vel mortuorũ officia cele-
30 brare. Nulliſque ex veſtris monachis fratribus &
conuerſis licitum ſit cuicumque abſque prælatorũ
f Vide 1 1. ſuorum licentia,niſi prælatis ipſis ſua confiteri pec
10qq.reg.q. cata. Concedimus *f* quoque vobis,vt de his quæ in
62.art.4. ornamentis vel pro eis,aut libris,fabrica,luminari-
bus,anniuerſario ſeptimo,vigeſimo,trigeſimo, ſi-
ue alijs ad perpetuum cultum Diuinum,ſeu pro pi
31 tantiis,aut ad ſuſtentationem veſtram, vel indumẽ
tis & calciamentis veſtris,necnon pro annuis cenſi-
bus redimendis aliquorum ſolutione aliqua mona-
ſteria prioratus,aliaque loca veſtri ordinis obliga-
ta forſitan viderentur,aut de his quæ pro domibus
prædiis hortis,aliiſque locis emendis vobis legan-
tur. De oblationibus quoque & obuentionibus e-
tiã quas occaſione funerum,& aliis quæ iure inſti-
tutionis, ſeu ſucceſſionis,aut legati, vel relicti,aut
fidei cõmiſſi ad vos & Eccleſias, & loca veſtra pie-
tatis intuitu deuenire contigerit, nulli teneamini
g Vide in iuſtitiam *g* ſeu portionem Canonicam exhibere,&
1.10.qq.re. ad hoc vos decernimus aliquatenus non teneri. Cę
q.39 art.2. terum cùm fę.re. Innocentius Papa IIII. prædeceſ-
32 ſor noſter olim duxerit ſtatuendum,vt exẽpti quan
33 tumcunque gaudeant libertate, nihilominus tamẽ
h Vide in ratione delicti,ſeu *h* contractus,aut rei,de qua cõ
1.10.qq.re. tra ipſas agitur,rite poſſint coram locorum ordina
q.2.art.6. riis conueniri.Et illi quoad hoc ſuam in ipſo iuriſ-
& q.63.ar ti.3. dictionem, prout ius exigit exercere.Nos vobis vt
occaſione huiuſmodi conſtitutionis nullũ liberta-

tibus,& ĩmunitatibus,ſeu indulgẽtiis,& priuilegiis
vobis & monaſteriis & locis veſtris per nos vt p̃mit
titur Apoſtolica auctoritate conceſſis præiudicium
generetur auctoritate vobis præſentiũ ĩdulgemus. 34
Præterea proponendi populo *i* Verbũ Dei,& dãdi *i Vide 1.10.*
omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui huiuſ *1.qq reg.q.*
modi prędicationi voluerint intereſſe quadraginta *96 art.1.*
dierum indulgentias de iniunctis eis pœnitẽtiis.Au 35
diendi quoq; confeſſiones *K* & iniungendi peniten- *K Vide in*
tias, & impendendi ẽt abſolutionem debitam pro *1 10.qq.re.*
confeſſis, conferendi etiam eccleſiaſtica *l* ſacramen *q.60.ar.6.*
ta tã hominibus & vaſallis veſtris,quam etiam cęte *l Vide 1 1*
ris Chriſti fidelibus. Nec non habendi & pulſandi *10.qq re.q.*
cãpanas die,noctuq; ad horas Canonicas, & quan *56 art.1.*
docũque de veſtra proceſſerit voluntate abſq; cu-
iuſlibet contradictionis obiectis. Diſpenſandi cũ fra
tribus ſeu monachis ad veſtra monaſteria, ſeu loca 36
conuolantibus,& ibidẽ degentibus ſuper *m* irregu- *m Vide in*
laritatibus quibuſcunq; etiam ſi prius eas contraxe *10.1.qq.re.*
rint,quã prædicta loca & monaſteria intraſſent. dũ *q.62.a.13.*
modo ex homicidij, vel mutilationis cauſa irregu-
laritates ipſæ minime ſint cõtractæ,abſoluendi etiã
monachos,& fratres veſtros memoratos ab excom
municatione *n* quacunq; etiam ſi eius abſolutio ſit *n Vide 1 1.*
tantũ ſedi Apoſtolicæ reſeruata plenã & liberam *10.qq.re.q.*
vobis filij Abbates auctoritate Apoſtolica concedi *62.ar.6.cũ*
mus facultatẽ. Indulgemus ẽt vobis vt bona feuda *ſeq.*
lia, *o* vel alia quælibet vobis oblata libere *p* recipe- 37
re valeatis,ac licite retinere nulla conſtitutione ſeu *o Vide 1 10.*
conſuetudine contraria obſiſtente, aut etiã ſi loci *1.qq.re.q.*
diœceſanus bona ipſa pro decimis non ſolutis, aut *38. arti.2.*
præſtationibus aliis,ſibi aut eccleſiæ aſſerat obliga *& 3.*
ta. Et quia mutatio tẽporum facti mutationem for- *p Vide 1 d.*
te requireret licitũ ſit vobis aliquod aliud de mo- *q.38. ar.1.*
naſteriis veſtris præſentibus,& futuris caput aliorũ 38
monaſteriorum & membrorũ veſtrorum ſi expe-
diens fuerit ordinare. Nos enim ex nũc decernimus
irritũ & inane quicquid contra tenorem conceſſio
nũ,conſtitutionum,indulgentiarum & inhibitionũ
huiuſmodi, & capitulorum omnium & ſingulorũ,
quæ ſuperius ſunt expreſſa per quoſcunq; attenta-
tum eſt,& in poſterũ contigerit attentari, & interdi-
cti,ſuſpenſionum, & excommunicationum ſenten-
tias ſi quas cõtra præmiſſa, vel aliquid præmiſſorũ *Vide de e-*
in vos,vel in veſtrum aliquem,ſiue aliquos aut lo- *xēptione in*
ca veſtra, ſeu benefactores veſtros, aut executores *1.10.qq.re.*
vel hæredes à quocumq; cuiuſcumque præeminẽ *q.63.*
tiæ, dignitatis, aut honoris aut ſtatus exiſtat in po-
ſterum contigerit promulgari volumus eo ipſo pe-
nitus non tenere. Inſignum perpetuæ libertatis ve-
ſtrę & ſubiectionis ſolius Romanę Eccleſię per nos 39
vobis conceſſæ vt ſuperius præmittitur vnã vnciã
auri ſoluendã annis ſingulis in feſto Natiuitatis Do-
minicã pro capite quam pro mẽbris veſtris, nobis
& ſucceſſoribus Romanis Põtificibus perſoluatis.
Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã no-
ſtrarum conceſſionum conſtitutionum,indulgẽtia-
rum,& inhibitionum infringere,vel ei auſu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attentare præſum-
pſerit,indignationẽ Omnipotentis Dei, ac B.Petri
& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.
Dat. Aquilę. V. Kal. Oct. P.N. anno 1. Quare pro par
te dilectorũ filiorum Abbatis & cõuentus dicti mo
naſterij S. Spiritus præfatis literis occaſione nõ v-
ſus earũ ſiue in illis conceſſarum & contentorum,
aut per actũ in contrarium factum contrauentionis
factæ,& ſubſecutæ deſuper præſcriptionis in nõnul
lis derogatũ fore dubitantium nobis fuit humiliter
ſupplicatum, vt præfatis literis pro firmiori earũ
ſubſiſtentia robur Apoſtolicæ confirmationis adii-
cere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos
itaque qui religionis cuiuſlibet propagationem,ac
diuini cultus incrementum deſiderio affectamus

Digitized by Google

huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas præfatas, & omnia in eis contenta, ac quæcumque inde ſecuta Apoſtolica & certa ſcientia confirmamus, *a* & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernẽtes ea obtinere debere, & debuiſſe robur perpetuæ firmitatis. Non obſtantibus derogatione & præſcriptione præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſterij & ordinis prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica; vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumqoe, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis communitionis & conſtitutionis infringere vel ei auſu, &c. Siquis autem &c. Dat. Florentiæ, anno Incar. Dominicæ 1434. V. Kaleod. Nouemb, Pont. noſtri anno 4.

a Vide in 10. 1. qq. re. q. 8.

Pro congregatione ordinis Ciſtercienſis Caſtellæ.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Reformator abſoluit à caſibus reſeruatis, diſpenſat ſuper irregularitatibus, abſoluit & miniſtrat ſacramẽta, recipit à confeſſario quod poteſt dare. Plenaria indulgentia nemini qui eius intuitu peccat ſuffragatur. Ad conſequendas indulgentias ieiunetur certis diebus.

EVgenios Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Martino de Vargas Vallis bonæ Palẽtin. diœceſ. ac Beatæ Mariæ de Monte Sion extra muros Toletanos Monaſteriorum Ciſtercienſis ordiinis Priori & reformatori generali, Magiſtro in Theologia ſalutem & Apoſtolicam benedictionẽ, Inionctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officiom digne peragere credimus, ſi ad ea ſolitæ benignitatis extẽdamus affectum, quæ ex deuotionis ardore prodire conſpicimus, & animarum afferre valeant ſaloris incremẽtum. Hinc eſt quod nos tuis qui Vallis Bonæ Palentin, diœceſ. & Beatæ Mariæ de Monte Sion extramuros Toletanos Ciſtercien, ordinis monaſteria reformaſti, & ad ſtrictam regularem ipſius ordinis obſeruantiam reduxiſti, ac ex conceſſione noſtra ſex alia monaſteria prioratus, Eremitoria, & loca reformare, & ad huiuſmodi obſeruantiam reducere intendis, in hac parte ſupplicanonibus inclinari, vt tu & ſucceſſores tui, qui monaſteriis, prioratibus, eremitoriis, & locis prædictis pro tempore in huiuſmodi reformationis officio præetunt ſemel dumtaxat omnium & ſingulorum
1 monaſteriorum, prioratuum, eremitoriorom, & locorum prædictorum, priorum, monachorum, & cõuerſorum, præſentium, & futurorum confiteri volentium confeſſionibus diligenter auditis eis ſingulis pro commiſſis omnibus, etiã ſi talia fuerint propter quæ ſedes Apoſtolica merito conſulenda exiſtat, auctoritate Apoſtolica debitæ abſolutionis beneficium impendere, ac pœnitentiam ſalutarem iniungere, illoſque & ipſorum quemlibet à quibuſuis excommunicationum, ſuſpenſionum & interdicti ſententiis, abſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis quas à iure vel ab homine, etiam per legatorũ, delegatorum, aut eorum ſubdelegatorum ſedis prędictæ ſeu Prouinciales, ſeu ſynodales cõſtitutiones, aut iuxta regularia dicti ordinis inſtituta promulga
2 tas incurriſſe quomodolibet cenſebuntur, etiam ſi propterea ad ſedem ipſam, aut alium quamcunque ſpecialis habendus fuerit recurſus, ſi hoc *b* humiliter petierint in forma Eccleſiæ conſueta iniunctis eis inde pro modo culpæ ſimili pœnitẽtia, necnon aliis quæ fuerint iniungenda auctoritate prædicta abſoluere, & cum eis ſuper irregularitate ſi quam huiuſmodi ſententiis, vel earum aliqua ligati, Miſſas, & alia diuina officia, non tamen in cõtẽptũ clauium celebrando, vel ſe illis immiſcendo cõtraxerint abolendo omnem inhabilitatis, *c* & infamiæ maculam ſiue notam per illorum quemlibet præmiſſorum occaſione contractã auctoritate præfata diſpenſare. Quodq; tu & iidem ſucceſſores tui
3 reformatores etiam toties quoties opportunũ fuerit omnium & ſingulorum nouitiorũ familiarum *d* & ſeruitorum, monaſteriorum, prioratuum, & locorum, prædictorũ confeſſiones audire, eiſque pro cõmiſſis ſingulis, niſi talia fuerint propter quæ ſedes Apoſtolica *e* merito conſulenda fuerit, ſimile abſolutionis beneficium impendere, & Euchariſtiæ *f* &
4 extremæ vnctionis Sacramenta miniſtrare, Præterea quod tu & reformatores prædicti qui pro tempore fuerint cuiuſlibet priorũ, & monachorum in dicta obſeruantia exiſtentium, ac nouitiorum, conuerſorum præſentium & futurorum monaſteriorũ, prioratuum, eremitorũ & locorum prædictorum, peccatorum omnium, de quibus vt præmittitur cõtriti & confeſſi fuerint ſemel *g* in vita & ſemel in mortis articulo plenam remiſſionem illis in ſinceritate fidei, vnitate S. R. E. ac obedientia, & deuotione noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorũ Pontificum canonice intrantiũ perſiſtentibus, auctoritate præfata concedere valeatis, Quodq; etiã ſinguli confeſſores idonei, quos tu & ſucceſſores
5 prædicti duxeritis eligendos, tum vos abſoluere, *h* & pęnitentiam iniungere, ſemel quoque in vita & ſemel in mortis articulo plenam omniũ peccatorũ veſtrorum remiſſionem concedere, necnon à ſimilibus excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſeotentiis modo, & forma ſimilibus vos abſoluere, & ſuper irregularitate ſi quã vt præmittitur contraxiſtis eadem auctoritate diſpenſare valeãt, deuotioni veſtræ tenore præſentium indulgemus, ſic tamen quod tu & ſucceſſores, ac reformatores prædicti, de his de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda *i* ad eam faciendam teneamini & ne (quod abſit) propter huiuſmodi gratiam, tu & illi reddamini procliuiores ad illicita in poſterum cõmittenda, volumus quod ſi tu & illi ex confidentia *k* remiſſionis huiuſmodi aliqua forte cõmitteritis quoad illa præfata remiſſio tibi, & illis nullatenus ſuffragetur, Et in poſterũ volumus quod quilibet veſtrũ, qui præſentis noſtræ conceſſionis effectum conſequi delegerit per vnum annum à tempore, quo præſens noſtra conceſſio ad eius notitiã peruenerit computandum ſingulis ſextis ſeriis impedimento ceſſante legitimo ieiunet. Quodque ſi prædictis ſextis ſeriis, excepto Eccleſiæ regulari obſeruantiæ voto, vel alias ieiunare teneantur vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiuſdẽ anni qua ad ieiunandum, vt præmittitur non ſit aſtrictus ieiunet. Et ſi in dicto anno vel aliqua eius parte eſſet legitime impeditus, anno ſequenti vel alias quam primum poterit modo ſupplere ſimili huiuſmodi ieionium teneatur. Verum ſi forſan alias præfatum ieiunium in toto, vel in parte quandocumque adimplere commode nequiuerint, eo caſu confeſſor idoneus, quem ipſe ad hoc elegerit huiuſmodi ieiunium in alia pietatis opera, prout animæ ſuæ ſaluti expedire viderit commutare valeat, quę ipſe pari modo debeat adimplere, alioquin quoad eos ex eis, qui impedimento ceſſante legitimo huiuſmodi opera non peregerint, conceſſio ipſa nullius exiſtat roboris vel momenti. Nulli ergo omnino &c. Dat. Florentię, Anno Incar. Dom. 1434. VII. Kalen. Decem. Pont noſtri anno 4.

b Vide in 10. 1. qq. reg. q. 20. 8 art. 14.

c Vide in 1. 10. qq. re. q. 26. ar. 18. & 19.

d Vide in 1. 10. qq. re. q. 24 art. 21.

e Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. art. 24.

f Vide in 10. 1. qq. reg. q. 16. art. 14.

g Vide in 1. 10. qq. re. q. 62. art. 6. cum ſeq.

h Vide in 10. 1. qq. re. q. 20. a. 17.

i Vide in 1. 10. qq. re. q. 10. art. 1.

k Vide in 10. 1. qq. re. q. 20. a. 16.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Capitulum in quolibet triennio celebretur. Definitores eligantur in capitulo auctoritate Apoſtolica, confeſſores & officiales eligantur, viſitatorum electio. Abbates ſuſpenduntur, non tamen priuantur niſi, &c. Confeſſores abſoluunt à peccatis reſeruatis, diſpenſant ſuper irregularitatibus. Compelluntur perſonæ venire ad capitulum. circa dubia poteſtas, quomodo viſitatio fiat. Nullus poteſt retinere monaſterium, ad commendam. Monachi non poſſunt appellare ad Papam, &c. Abbas pro menſa ſua bona diſtricta non habet, habens bonum diſtinctum excommunicatur. Abbas &c. Monachi compelluntur adire capitulum. Contractus quomodo approbamus.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam. Ad decorem ſacræ
Religionis, vt illius fœlicis vbicumque dilatentur
fæcundius propagines, & ab oriente in occidens e-
ius protendantur palmites irrigui, necnon honoris
flores & honeſtatis fructus in ſalutem plurimorum
in vbertate concreſcant. Apoſtolicæ meditationis
vehementius diffundimus cogitatus, ſpecialibus ea
fauoris proſequentes præſidiis, per quæ ſalubre Re
ligionis cuiuſuis prodire poſſit votiuum auctore
Domino iugiter incrementum. Intra noſtræ igitur
mentis arcana digne reuoluentes quanta ad diuini
nominis laudem, & gloriam Chriſtianæ fidei pro-
feſſoribus multiplicata iuſtorum aſſidua confert in
terceſſio, quantaque ipſis Sanctorum Religioſorũ
qui ſub ſuaui Redemptoris noſtri iugo degentes,
eius ſectantes conſilium crucem ſuam tollunt, ac
ſæcularia abnegantes deſideria arctæ viæ, quæ ad
cœleſte ducit regnum comitantur veſtigia, vita
proficit exemplaris, merito inducimur eorũ ſtatui
& quieti ſingularis prouiſionis ope intendere, vt
nihil à ſancta conuerſatione retrahat, nihil eorum
piam intentionem impediat, nihil ipſis in virtuoſis
operibus turbationis cuiuſuis præbeat incentiuum
& licet vniuerſos in agro militantis Eccleſiæ plan-
tatos ordines ſingularib. fauoribus proſequamur,
ad peculiarem tamen ordinem Ciſtercienſem, quẽ
copioſum in Dei Eccleſia afferre fructum conſpici-
mus, necnon ſalubrem eius propagationem accu-
1 ratiuris vices ſolicitudinis vberius impartimur. Ho
rum igitur conſideratione inducti præſentis perpe
tuo valituræ, & irrefragabilis cõſtitutionis, edicto,
motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc obla
tæ petitionis inſtantiam Apoſtolica auctoritate ſan
cimus, ſtatuimus, & ordinamus, quod de quolibet
triẽnio in trienniũ, in Caſtellæ & Legionis Regnis,
in aliquo eiuſdem ordinis Ciſterciẽſis monaſterio,
vel alio loco ad id congruo & honeſto, capitulũ *a* *a Vide in 10.1.qq.rt. q.41. ar.1.*
prouinciale dicti ordinis celebretur, & ad illud om
nes & ſinguli ipſius ordinis Abbates perſonaliter ni
ſi legitimo impedimento detenti fuerint, & tunc
per *b* procuratores idoneos venire, ac quilibet vi- *b Vide ī 2. 10.qq.re. q. 31. arti.9.*
rorum conuentus ſuum procuratorem ſui monaſte
rij, vel ſuæ domus monachum in ſacris conſtitutũ
2 mittere teneantur. In quo ex maioris partis Abba-
tũ & procuratorum *c* prædictorum ibidem exiſten- *c Vide ī 2. 10.qq.regu. q.32*
tium votis deputentur & eligantur quatuor defini
tores qui vna cum dilecto filio Abbate reformato-
re obſeruantiæ regularis in monaſterio Beatæ Ma
riæ de Monte Sion dicti ordinis Toletanæ diœceſ.
inchoata nominẽt, & eligant in ipſius capituli Præ
ſidentem vnum de Abbatibus præſentibus vel ab-
3 ſentibus, quem ſecundum Deum, & ſuas conſcien-
tias pro exercitio officij præſidentiæ dicti capituli *d Vide ī 10. 2.qq reg. q. 32.art.2.*
magis idoneum fore cẽſuerint, ita quod ſemel Præ
ſidẽs *d* de nouo, niſi ſex annorum effluxu ſpatio ad

Tum.t.priu.Apoſt.

dictum officium aſſumi nõ poſſit, ac etiam deputa-
ri ac aſſumptio, ſeu deputatio, vel electio ipſius præ
ſidentis aliter facta, nulla ſit & irrita ipſo iure. Di- 4
ctus quoque Præſidens vnum alium definitorem
nominare, & ſic ſex definitores numero tantum in
eodem capitulo ſint, ac eorum primus & principa-
lis in perpetuum ſit Abbas reformator dictæ obſer
uantiæ pro tempore exiſtens qui pro quauis etiam
cauſa & quacumque auctoritate nullatenus *e* muta
ri poſſit. Et in dicto capitulo definitores, & præſi- *e Vide in 1. 10.qq re q. 10 & in eo dē 10.1 qq. rt.q.41.ar. 1.& 2.*
dens præfati, ſtatuendi, ordinandi, inſtituendi, deſti
tuendi, emendandi, corrigendi ſtatuta quoque &
ordinationes dicti ordinis ſaluis tamen illius ſub-
ſtantialibus caſſandi, reuocandi, interpretandi, ac
alia de nouo edendi, necnon omnia alia, & ſingula
quæ pro fœlici monaſteriorum dicto ordini ſubie-
ctorum, & ſubiiciẽdorum virorum, & fœminarum
ſimul, vel ſucceſſiue in ſpiritualibus, vel temporali
bus, ac aliis quibuſcumque directione in ſpirituali
bus, & temporalibus, in capite, & in membris, nec-
non Religionis propagatione, ac diuini cultus in-
cremento opportuna ſeu neceſſaria fore conſpexe
rint plenam & liberam, ac commodam Auctorita-
te Apoſtolica habeant poteſtatem. Necnon quotieſ
cumque Abbas reformator dictæ obſeruantiæ in
præſidentem electus, vel aſſumptus, ſiue alias quo-
minus dicto capitulo intereſſe poſſit legitimè im-
peditus fuerit, Abbas conuentualis dicti monaſte-
rij Mõtis Sion primus dictorum erit definitorum.
Et in eodem capitulo per Præſidentem & definito- 5
res prædictos certi deputentur Viſitatores *f* idonei, *f De viſitatione vide aliqua ī 10. 2. qq. re.q. 5.& in 3. 10.qq.regu. q.77.*
qui annis ſingulis ſemel ad minus ad omnia, & ſin
gula virorum, & fœminarum monaſteria eiuſdem
ordinis in dictis Regnis perſonaliter accedant, &
ea ſolum Deum præ oculis habendo in capite, &
membris, necnon in ſpiritualibus & temporalibus
viſitent, exceſſus quoque defectus & crimina cor-
rigant, puniant, & emendent, necnon debitæ refor-
mationis, & viſitationis officium in eiſdem *g* mona- *g De refor. vide in 2. 10 qq, rt.q. 77.& in 3. 10.qq.rt.q. 47.*
ſteriis impendant, ac euellent, diſſipent, ædificent,
& plantent, & ad ſtatum debitum ſingula deforma
ta ſi quæ reperirent, reforment, reſtaurent, & redu-
cant. Nullum *h* tamen vel nullam ex Abbatibus, &
Abbatiſſis dictorum monaſteriorum illorum regi-
mine priuare, ſed eos, vel eas, ſi ipſorum, vel ipſarũ 6
demerita hoc exigant dumtaxat ſuſpẽdere poſſint: *h Vide in 2.10.qq.rt. q.21.ar.3.*
ſed priuatio huiuſmodi ad eoſdem Præſidentem &
definitores ſolum pertineat. Et in illo anno quo vi-
ſitatores ipſi, vt præfertur viſitabunt, nullus alius 7
præfata monaſteria etiam quauis auctoritate viſita-
re poſsit, niſi Abbates monaſteriorum in dictis Re
gnis monaſteria filialia, ſeu filiationes habentia.
Ac dicti Præſidens & definitores etiam tempore ca
pituli & eo finito medio tempore dictus Præſidens
& duo de præfatis definitoribus deputati, quo-
rum primus irreuocabiliter perpetuis futuris tem
poribus ſit dictus Abbas reformator, ac alius vnus
aliorum definitorum quem præſidens & definito-
res prædicti ad hoc pro tempore deputabunt, de
Abbatiſſalibus dignitatibus ac principalibus ſiue
prioratibus fœminarum, necnon etiam de Abbatiis
virorum illorum videlicet qui propter ſua ex-
ceſſus, vel demerita ſuis dignitatibus priuati fue-
rint aut illis ſponte renunciauerint, ceſſerint, vel
reſignauerint reſignationem, renuntiationem, aut
ceſsionem huiuſmodi eadem auctoritate admit-
tendo prouidere, & de illis diſponere, nec non il-
los vel illas qui ſuper regimine vel adminiſtratio-
ne virorum, vel fœminarum alicuius ex dictis mo-
naſteriis, lites ſeu quæſtiones in ſimul habuerint
amouere, & deſtituere, & ipſorum, vel ipſarum lo-
co alios vel alias ſubrogare, ac deputare iuribus ta-
men. Cam. Apoſto. competentibus, illis reſeruatis

Digitized by Google

libere ac licite poſſint & valeant. Tamen perſona-
rum ad dignitates huiuſmodi electio, ſiue poſtula-
tio etiam in quocumque caſu per conuentuales, ſi
illi in monaſterio, vel domo, in quo ſeu qua facien
da fuerit electio eligentes extiterint ſemper fiat.
8 Necnon præſidens & definitores prædicti monaſte
rijs monialium de confeſſoribus, capellanis, ſeruito
ribus, procuratoribus, & alijs officialibus neceſſa-
rijs prout iuxta illorum qualitatem honeſtate ſer-
uata viſum fuerit rite prouidere. Necnon omnes &
9 ſingulos a Religioſos & perſonas vtriuſque ſexus
a Vide 1. 10. qq. reg. q. 29. dictorum monaſteriorum, quoties eis viſum fuerit
ipſorum confeſſionibus diligenter auditis, ab om-
nibus, & ſingulis ſuis criminibus, peccatis, & exceſ
ſibus etiam in ſingulis præterquam ſedi Apoſtolicę
10 reſeruatis caſibus abſoluere, nec non ſalutarem eis
pęnitentiam iniungere. Ac cum quibuſuis ex mona
chis, religioſis & perſonis prædictis ſuper irregula
b Vide 1 10. 1. qq. regu. q. 24. ritate, b ſiquam ex quauis cauſa quomodolibet con
traxerint, homicidio voluntario, mutilatione mem
bri, ac bigamia dumtaxat exceptis, vt nihilominus
non priuati ad omnes etiam ſacros ordines promo
ueri, ac ipſi, & promoti in illis miniſtrare poſſint, di
ſpenſare. Omnem quoque inhabilitatis & infamiæ
Vide in 1. 10. qq. re. q. 30. art. 18. & 19. & 1 q. 23. a. 17. maculam ſiue notam per eos quomodolibet con-
tractam abolere poſſint, & valeant. Ipſique Præſi-
dens & definitores quoſcumque abbates, mona-
chos, & religioſos & perſonas dictorum monaſte-
11 riorum ad veniẽdum per ſe vel procuratores ad di
ctum capitulum celebrandum, vt præfertur per cẽ-
ſuram Eccleſiaſticam, & alia opportuna iuris reme
dia compellendi, etiam plenam & liberam habeāt
12 facultatem. Et inſuper Præſidens c & ſex definito-
c Vide 1 10. 1. qq. regu. q. 1. art. 8. res prædicti in præfato capitulo, & poſt illud dictus
Præſidens, ac dicti duo deputati audiendi, deciden
di, & terminandi omnes & ſingulas quæſtiones cõ-
trouerſias & cauſas, quas inter quoſcumque Reli-
gioſos & perſonas dictorum monaſteriorum viro-
rum & fœminarum oriri contigerit, etiam per defi
nitiuas, & alias ſententias terminandi, illaſque exe-
cutioni debitæ demandandi. Nec non quæcumque
13 dubia, altercationes, diſſenſiones, ſcandala, rixas, &
contentiones monachorum & perſonarum dicto-
rum monaſteriorum pacificandi, interpretandi, tra
ctandi, componendi, ac ipſos vt pacificata tractata,
14 ordinata, & compoſita obſeruent. Necnon quoſcũ-
que quorum intereſt, vt ad dictum capitulum ve-
niant, ac ipſis Pręſidenti, & definitoribus ſuper prę
miſſis, ac alijs quibuſlibet pateant, ac eorum ordina
tionibus firmiter intendant per cenſuram & reme
dia ſimilia etiam cum auxilij brachij ſæcularis in-
uocatione coercendi, cogendi, & compellendi ſimi
15 lem habeat poteſtatem. Ipſe tamen Præſidens du-
rante dicto capitulo abſque præfatis definitoribus
& poſt illud abſque dictis deputatis in præmiſſis ni
hil ordinare aut facere poſſint. Ac de definitis, ordi
natis, concluſis, determinatis, conceptis: & deciſis
in capitulo huiuſmodi niſi ex magna, neceſſaria vel
vrgente cauſa nihil poſſitis quomodolibet immu-
tare, ſed pater Abbas cuiuſcunque monaſterij in di
ctis Regnis cuiuſcunque nationis fuerit ſingula ſuo
monaſterio ſubiecta monaſteria viſitare poſſit, nul-
16 lum tamen ex Abbatibus dictorum ſubiectorum
monaſteriorum niſi in caſibus in conſtitutionibus
& ordinationibus dicti ordinis expreſſis, ac expreſ
ſo præſidẽtis, & deputatorum præfatorum ad hoc
accedẽte aſſenſu, regimine, & adminiſtratione mo-
naſterij, cui præeſt priuare valeat, ac priuatio aliter
17 facta ſit ipſo iure caſſa, irrita, & inanis. Nec ipſum
capitulum ex quauis cauſa diſſolui poſſit, niſi prius
& ante omnia locus & tempus alterius ſequentis
capituli ſint deputata, & aſſignata, & ex tũc omnes,
& ſinguli qui ad capitulum huiuſmodi venire te-
nentur, ad comparendum in dicto capitulo tempo
re opportuno peremptorie citati cenſeantur. Nec-
non deputatio & aſſignatio huiuſmodi eoſdem Ab
bates, monachos, & religioſos, ac ſi alias perſonali-
ter, & legitime citati eſſent, arctẽt, ita quod Abbas,
monachi, & religioſi prædicti, ſub priuationis ſuſpẽ
ſionis, & interdicti, ac alijs prout in dicto capitulo
tunc ordinatum fuerit, pœnis, quas etiam alias eo ip
ſo incurrant in termino debito in dicto capitulo
tunc ad hoc ſtatuto & præfixo abſque alterius mo
nitionis vel citationis miniſterio pro tunc celebrā
do capitulo teneantur, & debeant comparere. In 18
quo præſidens, & ad hoc deputati duo definitores
prædicti præerunt, & præſidebunt, donec & quouſ
que alij præſidens & quinque definitores modo &
forma ſuprascriptis & electi fuerint, & aſſumpti, ac
dictus in eodem capitulo ſemper remaneat defini-
tor, & medio tempore vnus ex huiuſmodi deputa-
tis. Et quia intelleximus nonnulli, varones, milites,
& aliæ dictorum Regnorũ perſonæ, ſe defenſores 19
aut protectores vel commendatarios aliquorũ mo
naſteriorum virorum, & fœminarum eſſe præten-
dentes defenſionis, protectionis, & commendę ea-
rundem prætextu præfata monaſteria, quorum ſe
protectores fore aſtruunt, multipliciter grauant, ac
in eis varia ſuperioritates voluntates, dominia præ
eminentias, & intereſſe vendicare contendunt, vn-
de nonnunquam multiplicia in eiſdem monaſterijs
ſcandala ſuccedunt & pericula animarum, Cupien
tes igitur vlterioribus illarum progreſſibus ſalubri
ter obuiare motu, & auctoritate ſimilibus etiam ſta
tuimus, & ordinamus quod etiam deinceps nullus
cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, gradus, vel conditio
nis fuerit, & quacumque etiam ſi Patriarchali, Ar-
chiepiſcopali, vel Epiſcopali dignitate præfulgeat,
Chariſſimo in Chriſto filio noſtro Rege, necnon
chariſſima in Chriſto filia noſtra Regina Caſtellæ,
& Legionis, ac dilecto filio nobili viro ipſorum pri
mogenito pro tempore exiſtentibus duntaxat exce
ptis quauis auctoritate protectionem, defenſionẽ,
ſeu commendam alicuius monaſterij eiuſdem or di
nis in dictis Regnis ſub excommunicationis pœna
quam alias ipſo facto poſt vnius menſis in quo præ-
ſentiũ notitiam habuerit lapſum incurrat, & à qua
ab alio præterquā à Romano Pontifice niſi in mor
tis articulo abſolui non poſſit recipere, petere, reti
nere, quærere, procurare, aut approbare, non poſſit,
Abbas quoque, vel Abbatiſſa alicuius ex dictis mo 20
naſterijs, commendæ, protectionis, ſeu defenſionis
huiuſmodi conſentiens, aut illam approbans, ſeu ra
tificās regimine & adminiſtratione monaſterij cui
præeſt priuetur, ac nullus ex Abbatibus, monachis,
vel religioſis monaſteriorum dicti ordinis de cæte
ro immediate per viam ſimplicis querelæ, vel ap-
pellationis, d aut prætextu, ſiue occaſione cuiuſuis *d Vide 1 1. 10. qq. re. q. 39. art. 2.*
grauaminis, aut alia quacunque cauſa generale di-
cti ordinis capitulum, aut Abbatem dicti monaſte-
rij Ciſtercien. Legionen. diœceſ. vel ſedem Apoſto-
licam pro prima vice niſi in caſu expreſſæ denega
tæ iuſtitiæ pro quibus actione, cauſa, vel controuer
ſia poſſit adire, ſeu ad capitulum, Abbatem, vel ſedẽ
huiuſmodi recurrere, ſed primo & ante omnia Ab-
bates & monachi, & religioſi prædicti ad præſiden
tem præfatum, vel prouinciale capitulum pro ſin-
gulis querelis, actionibus, & cauſis, & deinde in cau
ſa appellationum à Præſidente vel prouinciali ca-
pitulo huiuſmodi interpoſitarum ad generale ca-
pitulum dicti ordinis, vel Abbatem monaſterij Ci- 21
ſtercien. huiuſmodi, necnõ ſucceſſiue ad eandem ſe *e Vide 1 10. 3. qq. reg. q. 39. in qua agitur de paupertate.*
dẽ pro conſequenda iuſtitia habeant recurſum, ac
nullus Abbatũ, ſeu Abbatiſſarũ dicti ordinis in præ
fatis regnis ſeparata, ſeu diſtincta à mẽſa ſui conuẽ
tus pro mẽſa e ſua Abbatiali habere poſſit, ſed quæ-
cumque

cũque dictorũ monaſteriorũ bona Abbati & cõuẽtui ſint cõmunia ſecundum regularia eiuſdẽ ordinis inſtituta. Abbas vero vel Abbatiſſa contra inſtituta huiuſmodi aliqua immobilia bona diſtincta recipiẽs, vel retinẽs excõmunicationis à qua niſi in mortis articulo, vel dicta diſtincta bona infra triẽniũ ab ipſo capitulo perficiendũ ad cõmunẽ menſam conuentus reduci, & cum effectu plenarie appropriari procuret incurrat ſententiam, ipſo facto
22 abſolui non poſſit. Necnon capitulum prouinciale, Abbates, monachi, & religioſi prędicti, ac ipſorum monaſteriorũ fęminarũ Abbatiſſæ & moniales cæteræq; dicti ordinis perſonæ in eiſdem regnis præſentes & futuri ſub omnimoda iuriſdictione reuerẽtia, ſuperioritate, compulſione, coertione, & correctione ordinis, & pro tempore exiſtentis Abbatis monaſterij Ciſterci. prædictorum omnino ſint.
23 Sed ordo aut capitulũ generale, ſeu Abbas monaſterij Ciſter. huiuſmodi circa perſonas monaſterij, res, & bona temporalia, & ſpiritualia, præſentia, & futura huiuſmodi contra regulam *a* & inſtituta prędicta, vel ſtatuta, ordinationes, præſentium, aut priuilegia, iura, & indulta dicti ordinis, ſeu ipſius prouincialis, capituli ordinationes, aut in eo deciſa, determinata, ſeu concluſa, nec in toto nec in parte diſponere, attentare, exequi, præcipere, iubere, mãdare, ſeu facere quomodolibet poſſint, ſeu valeant niſi per prouinciale capitulũ, ſeu præſidentem prædictum, aliquid minus iuſte, vel rationabiliter ordinatũ, concluſum, actum, ſeu geſtũ foret, vel etiã inſtitutum, & tum generale capitulũ, vel Abbas monaſterij Ciſter. huiuſmodi vocata parte prouincialis capituli vel dicti Præſidentis ſuper præmiſſis de opportuno remedio prouideat, prout cõſultius, &
24 vtilius viſum fuerit expedire. Nullus quoque Abbas, monachus, vel religioſus dicti ordinis de dictis regnis ad præfatum generale capitulum perſonaliter accedere, nec ad id à quoquam quauis authoritate compelli poſſit inuitus, niſi ex aliqua ſpeciali cauſa fuerit ſpecialiter euocatus: ſed ſufficiat ſingulis triennijs, præſidentem capituli prouincialis pro tempore exiſtentem per aliquem nuntium cum relationibus prouincialis capituli ſolita, & conſueta contributiones, & onera, expenſis tamen
25 ipſarum contributionum, & non alias deſtinare. Ac præſidens & definitores prædicti in ſuo capitulo antiquas dictorum monaſteriorum libere taxare poſſint, ac etiam moderari prout ipſis rationabiliter viſum fuerit faciendum niſi Abbas Ciſtercij, aut generale ordinis capitulum aliter duxerint ſtatuendum, ac Præſidens, & definitores prędicti in præfato capitulo & medio tempore poſt dictum capitulum præſidens, & duo deputati prædicti, quibuſuis alienationibus, *b* ac perpetuis diſtractionibus, venditionibus, permutationibus, ac alijs contractibus quorumcunque bonorum & rerũ monaſteriorum, virorum, & fœminarũ in euidentem vtilitatem, monaſteriorũ, ſeu locorum dicti ordinis in regnis præfatis in illis dũtaxat in quibus Abbas monaſterij Ciſtercij, & generale dicti ordinis capitulum iuxta illius conſtitutiones, priuilegia & inſtituta id facere poſſint, caſibus authorizare, necnon præmiſſis omnibus authoritatẽ, robur, & decretũ perpetua interponere, ac ea omnia, & ſingula approbare, validare, & confirmare, necnon firma, rata, ac perpetuis robore & viribus ſubſiſtere debere decernere poſſint. Præmiſſa quoque omnia & ſingula ordinationes & ſtatuta perpetuæ firmitatis robur obtinere, necnon omnes proceſſus, ac excommunicationũ, ſuſpenſionum, & interdicti, aliaſque definitiuas & interlocutorias, necnon Eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pęnas, quas cõtra præmiſſa, vel eorum aliquod ferri ſeu promulgari, nec non totũ id & quicquid in contrariũ à quocunq; quauis authoritate ſcienter vel ignoranter fieri, vel attentari cõtigerit nullius ſubſiſtere robore firmitatis, motu, & authoritate ſimilibus decernimus per præſentes. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorũ, & ordinis prædictorũ priuilegijs, & indultis, ſub quibuſuis verborũ formis in ſpecie, vel in genere ab eadẽ ſede, ſeu alias ordini & monaſterijs prædictis conceſſis, & concedendis quoruncunq; tenorũ exiſtant, & ſi de illis præſentibus de verbo ad verbum ac aliàs quam per generales clauſulas oporteret fieri mentionem, ſtatutis quoque ac definitionibus, & conſuetudinibus etiam ſi iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate valida ſint, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Per præſentes tamen *c* alijs priuilegijs, indultis, & conceſſionibus monaſteriorum, & ordinis prædictorum, in ſpecie vel in genere à ſede Apoſtolica, ſeu alias eis quomodolibet competentibus non intendimus aliquatenus derogare, ſed omnia quantum ad ipſorum fauorem in ſuo plenario volumus robore permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſanctionis, ſtatuti, conſtitutionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ, &c. Datũ Bononiæ, anno Incar. Dom. 1437. Kal. Nouembris. Pont. noſtri anno VII. Blondus, Grat. de mandato Domini noſtri Papæ Iacobus de Viterbio.

a Vide in c. 1. qq. re. q. 1. c. a. fin.

b Vide in c. 10. qq. re. q. 67. ar. 2. & 3.

c Vide in 1. 10. qq. re. q. 10. ar. 5.

Bulla xxj.

SVMMARIVM.

Declarantur dubia regulæ, habeant monachi cellas, cum ſcapulari, & tunica dormiant, habeant coquũ ſæcularem, diſpenſantur temporibus cœna. Diſpenſatur vt poſt vigilias dormiant, Abbas comedat in refectorio cum monachis, diſpenſatur cum illegitimis, mittantur monachi ad ſtudium, miſſa celebretur ante diem. Qui non ſunt in ſacris quid dicere teneantur, miſſæ conuentuales quomodo dicantur, quomodo dormiant nouitij, quomodo conceditur licentia tranſeundi ad aliam religionem. Circa calicis eleuationem ſeruetur Romanus mos. Abbas in capitulo interpretatur dubia regulæ, & diſpenſat, capitulũ explicat, & tollit aliqua, libri vſus inſtituta, & alia ordinat Abbas, circa minora regulæ diſpẽſat. Promoueri ante ætatem poſſunt: non tenentur niſi ad feſtiuitates Eccleſiæ, miniſtri altaris non communicant ſub vtraque ſpecie celebrantes, tricenarium, quid, &c. Hebdomadarius coquinæ deputandus cum infirmis diſpenſatur, ab omni voto abſoluunt Abbates.

PRæſentibus & futuris. Ad perpetuam rei memoriam. Harum ſerie literarum pateat euidenter, quod nos Ludouicus miſeratione diuina Epiſcopus Triuiſenſis olim primus Abbas obſeruãtiæ regularis monaſteri Sanctæ Iuſtinæ de Padua ordinis Sancti Benedicti viuæ vocis oraculo nobis facto à ſanctiſſimo Domino noſtro Papa Eugenio IIII. die, menſe & anno infra ſcriptis ad inſtantiam & humilẽ ſupplicationẽ venerabilis & deuoti viri fratris Martini de Vargas magiſtri in Theologia, Baccalaurei in decretis, primi Abbatis reformatoris obſeruãtiæ regularis ordinis Ciſter. inchoatę in nouo monaſterio Sanctæ Mariæ de monte Sion dicti ordinis Ciſtercien. extra muros vrbis Toletanæ in Regno Caſtellę, expoſito nobis per dictum magiſtrum, quod apud nonnullos dictæ ſuæ obſeruantiæ profeſſores ſuper aliquibus paſſibus tã regulæ B. Benedicti, quam cuiuſdam conſtitutionis editæ

per fœ.re. Gregorium XII. Summum Pontificem dicti ſui ordinis profeſſorem, necnon ſuper quibuſdam aliis paſſibus, ſcrupulis, & dubitationibus, quę plerumque ante dictæ obſeruantiæ profeſſores etiam bono zelo, ac deuotione prouectos inſurgere noſcebantur. Poteſtate nobis ſedis Apoſtolicæ plenarie conceſſa, & libera licentia attributa, interpretandi, declarandi, exponendi, modificandi, diſpenſandi, tollendi, & reformandi, circa præmiſſa omnia, & ſingula eorum, quæ per dictum magiſtrum nobis expoſita infra ſcripta noſcuntur. Attendētes inſuper quod intentio Sancti Benedicti Abbatis ab expreſſo in alma regula ſua fuit quod Abbas ſic omnia temperet, & diſponat, quod animæ ſaluentur, & quod faciunt fratres ſine murmuratione faciāt, & viuant in charitate & vnitate pacis, ac ſtabilitate clauſtrali, abſque amaritudine cordis, & ſcrupulis conſcientiæ. Propterea viſis, digeſtis, & examinatis, & attentis quantum nobis infunditur à diuini luminis largitate præuia deliberatione matura dictæ obſeruantiæ Ciſtercienſis profeſſoribus præſentibus, & futuris dicta poteſtate plenaria, ac libera licentia nobis, vt præmittitur attributis diſponimus

1 omnia & ſingula quæ ſequuntur. Primo concedimus, quod dictæ obſeruantiæ profeſſores licite valeant, & poſſint cellas habere in dormitorio, ita quod vnuſquiſque monachus per ſe poſſit habere cellam, dum tamen porta cellę habeat tale foramē, quod per Præſidentem ab extra poſſit videri quid

2 agatur intra cellam. Item quod religioſi dictæ obſeruantiæ extra monaſterium exiſtentes ne grauentur pondere veſtium præcipue in æſtate, quod licite poſſint omni tempore dormire cum *a* vltima tunica & ſcapulari cum cingulo. Item quod in coquina cuiuſuis monaſterij dictæ obſeruantiæ profeſſo

a Vide in 10. 2. qq. regu. q. 76. ar. 6.

3 res poſſint licite habere honeſtum coquum ſæcularem & excuſare religioſum, donec abundet numerus religioſorū, ne ob hoc impediatur diuinus cultus in choro, & ne religioſi indeuote, aut cum triſtitia impendant penſum ſuæ ſeruitutis Domino. Item, quod in diſpoſitione Abbatum ſit in ſuis mona

4 ſteriis diſpenſare, quod temporibus, quibus religioſi poſſunt cœnare ſecundum regulam, & noſtram declarationem habeant vltra ſalatitium, & fructus vnum pulmentum de nocte in refectorio coctum, vel alias prout quiſque Abbas diſpoſuerit in ouis vel piſcibus, & ſimilibus ſecundum diſpoſitionem

5 regionis & patriæ in qua viuunt monachi. Item *b* concedimus quod in diebus feſtorum Matthæi Apoſtoli, Simonis & Iudæ, omnium Sanctorum, Andreæ Apoſtoli, quando venit extra Aduentum, natalis Domini cum duobus diebus ſequentibus, Circuncisionis, Epiphaniæ, Purificationis, & Mathiæ Apoſtoli quando venerit ante Quadrageſimā poſſint cœnare fratres, quoniam iuxta Domini monitū ad Patrem noſtrum Sanctum Benedictum his ſolē

b De abſtinentia reg. vide in 2. 10. qq. re. q. 100. ar. 1, & 2.

6 nibus diebus abſtinere nō licet. Item quod in interuallo temporis poſt vigilias nocturno tempore in æſtate potiſſime poſſit quicunque præſidens cum ſuis religioſis diſpenſare, & licentiam concedere dormiendi, ſi dictus præſidens viderit neceſſitatē; dum tamen non omnes redeant ad dormiendum ſine aliqua cauſa euidenti, & omnium conſideretur infirmitas & charitas conſeruetur, quod præſiden

7 tis arbitrio relinquimus. Item concedimus quod quicunque Abbas poſſit libere diſpenſare cum religioſis ſuis, quod non portent caligas, nec dormiant cum eis ſi ſibi videbitur expedire in æſtate potiſſimum, dum tamen pedū aut tibiarum nuditas non

8 mōſtretur. Item diſponimus, quod quicumque Abbas præcipue conuentualis, quantum poterit ſemper comedat cum monachis in conuentu propter honeſtatem, niſi quando ſibi videbitur aliter expedire, præcipue cum hoſpitibus religioſis, vel aliis notabilibus perſonis, quia tunc poterit comedere cum talibus in hoſpitio. Item pro conſeruatione, & 9

augmentatione dictæ obſeruantię prędicta authoritate nobis conceſſa, & qua fungimur in hac parte, quod etiam gratum & ratum habuit Sanctiſſimus Dominus noſter, concedimus, quod Abbas reformatus qui pro tempore fuerit liberè, & licitè valeat diſpenſare cum quocunque illegitimo dictum ordinem profeſſo, quod poſſit eſſe *c* prior monaſterij: cum prioratus non ſit perpetuus, & quod poſſit eſſe conuentualis; cum non ſit perpetua, ſed triennalis dignitas, ſecundum inſtituta dictæ obſeruantiæ dicti Montis Sion, & quod iſta gratia extendatur ad præſentes & futuros religioſos. Verum expe 10

c Vide in 1. 10. qq. re. q. 13. arti. 18. 19. & 20.

riētia, *d* quæ eſt rerum magiſtra efficax, edocemur, quod in religionibus monachorum, vbi obſeruantia tenetur, ſecundum mentem Beati Benedicti, magis vacandum eſt monacho circa ſtudium conſciētiæ, quam ſcientiæ, hoc atteſtante dictę obſeruantię eximio profeſſore S. Bernardo doctore egregio, libro de conſcientia, vbi ait: *Multi quærunt ſcientiā, pauci conſcientiam*, & ſequitur: *Melior eſt conſcientia quam ſcientia*. Propterea dicta authoritate nobis commiſſa, volumus, quod de cætero nullus profeſſorum dictæ obſeruantiæ, præſentium & futurorum monaſteriorum reformatorum, vel de cætero reformandorum mittatur, nec mitti poſſit extra proprium monaſterium ad ſtudium literarum generale, vel particulare, & hoc volumus perpetuò obſeruari, tanquam principale fundamentum totius obſeruantiæ regularis, non obſtante quadam conſtitutione dicti Benedicti XII. necnon ſtatutis, definitionibus, & priuilegiis dicti ordinis, editis, & edendis, cum nobis conſtet, quod dicta conſtitutio dicti Benedicti ſit ſuſpenſa per authoritatem Sedis Apoſtolicę, & bullam huius ſuſpenſionis in 11

d Vide in 10. 3. qq. re. q. 64. ar. 3. & 4. q. 67. per totam.

monaſterio S. Georgij de Venetiis habemus. Item concedimus *e* quod Abbas reformator poſſit ordinare cum conſilio ſeniorū quas horas, & quibus diebus monachi dicant officium cum cantu, & ſine cātu in choro quolibet monaſterio obſeruantiæ. Itē dicta authoritate nobis conceſſa, diſpenſamus, qđ 12

e Vide 1. 10. qq. re. q. 42. in qua de officio diuino agitur.

dictæ obſeruantiæ profeſſores, præſentes & futuri, licitè poſſint miſſam celebrare in monaſteriis, & extra, dum ſint in via ante diem, *f* & vſque ad nonam 13

inclusiue, cauſa legitima ſubſiſtente. Item quod capitulum Prouinciale poſſit ordinare, quomodo dicant officium fratres conuerſi, & monachi, qui nō *g* ſunt in ſacris, cum de vtriſq; nihil in dicta regula exprimatur. Denique cum propter miſſarum conuentualium multiplicationem & monachorum paucitatem, frequenter obedientiæ neceſſariæ relinquuntur, aut tepide, & minus deuote explentur, cōperto, quod ab antiquo in dicto ordine fuerit inſtitutū, quod præter miſſam de S. Maria, & miſſam de- 14

f Vide 1. 10. qq. re. q. 43. art. 1. & 2.

g Vide 1. 10. qq. re. q. 42 art. 20.

functorum, quæ ſunt iugiter celebrandæ in nonnullis feſtiuitatibus, quæ ſecundum curſum dicti Ordinis duas miſſas conuentuales habere videntur, etiā matutinalis Miſſa eſt conuentualiter, celebranda. Nos tanti rigoris onus deponere cupientes, volenteſq; *h* quod monachi voluntarie ſacrificent Omnipotenti Deo ſacrificiū laudis: diſponimus prędicta authoritate, quod de cętero in dictis monaſteriis obſeruantię, ex neceſſitate, vnica tantū miſſa conuētualis cū nota, vel ſine nota iugiter celebretur; ſed in Quadrageſima, & quattuor tēporibus, ac vigiliis teneatur vſus ordinis, ſi commodè fieri poteſt. De prędicta autem miſſa de Beata Virgine, & de miſſa Defunctorum quotidianis, & de miſſa matutinali ab antiquo per ordinem inſtitutis, relinquimus voluntati, & diſpoſitioni Abbatis reformatoris cum conſilio ſeniorum, qui faciat liberè, ſecundū quod

h De miſſa cōuentuali vide in 3. 10. q. 6. art. 7. & 8.

sibi

ſibi videbitur, attento numero ſacerdotum, & poſ-
ſibilitate celebrantium, & quod diuina officia non
15 faciant quaſi ex ſeruili neceſſitate. Diſpenſamus &
quod nouitij monachi, & conuerſi dormiant cum
profeſſis in eodem dormitorio, in cellis nihilomi-
nus ſeparatis, ac ſi eſſent profeſſi, & comedant noui
16 tij ſeorſum in refectorio à profeſſis. Item concedi-
mus, quod quilibet Abbas poſſit diſpenſare cum
monachis, quod cùm non ſequuntur chorum, vel
etiam cùm ſunt extra monaſterium: poſſint licitè
17 poſt completorium dicere horas *a* Defunctorum,
& horas Beatæ Virginis. Item, quia nonnunquam
aliqui inflati ſpiritu ſuperbiæ, aut tepidi in ſua cō-
uerſatione congregationem nimium ſcandalizāt,
& frequenter, ſuo prauo exemplo alios ad inobe-
dientiam, & inſtabilitatem prouocant, & morbus
eorum ſerpit, & expediret à religione eos abijce-
re; propterea authoritate Apoſtolica nobis in hac
parte conceſſa, concedimus licentiam, & authori-
tatem dicto Abbati reformatori, qui pro tempore
fuerit, quod ipſe cum conſilio aliquorum ſeniorū,
liberè & licitè valeat ex iuſta cauſa, vel neceſſaria
vel expedienti dare & concedere licentiā cuicun-
que religioſo obſeruantiæ monacho, vel conuer-
ſo *b* tranſeundi in perpetuum ad aliam religionem
parem, vel ſtrictiorem; dum tamen conſenſus ma-
ioris partis illius conuentus illuc accedat, cuius
profeſſus fuerit, qui mittendus extiterit, & non ali
18 ter. Item quia Romana Eccleſia calicem poſt ho-
ſtiam eleuare conſueuit, hanc conſuetudinem vo-
lumus in omnibus monaſterijs dictæ obſeruantiæ,
perpetuis temporibus obſeruari, ad tollendum
19 ſcandalum ſæcularium. Cæterum, quia nonnun-
quam reuocatur in dubium circa profeſſores dictę
regulæ, qualis fuerit intelligentia, vel intentio, quā
Beatus Benedictus habuit in nonnullis paſſibus re-
gulæ; ob hoc ſcrupuloſitates inſurgunt etiam bo-
no animo alijs aſſerentibus hoc debere intelligi,
alijs contrarium atteſtantibus, ex quibus conten-
tiones plerunque contingit oriri. Eadem quoque
dubitatio ſæpè euenit circa librum, qui in dicto or
dine intitulatur vſus ordinis, quoniam nonnulla
ibidem cæremonialia deſcripta, modernis tem-
poribus non congruunt ſeruis Dei, quia plura ex il
lis, vt palàm cernitur cauſant, & inducunt triſtitiā,
vel indeuotionem, licet ſuo tempore cōgruiſſent;
Propterea ad amputandum omnem dubitationē,
& ſcrupoloſitatis materiam, dicta authoritate Apo
ſtolica, qua fungimur, concedimus poteſtatem, li-
centiam, & authoritatem dicto Abbati reformato-
ri, qui pro tempore fuerit, quod ipſe in ſuo Prouin
ciali capitulo cum concilio capituli, liberè, & lici-
tè valeat ſimul, vel ſucceſſiuè interpretari, *c* modi-
ficare, declarare, & exponere, quæcunque dubia
regulæ quandocunque inter profeſſores obſeruan
tiæ, quæſtio, vel dubitatio circa dictæ regulæ cuſto
diam, vel intellectum quomodolibet oriatur, ſer-
uatis tamen ſemper in omnibus recta conſcientia,
& ſano intellectu, ne ſcandalum, vel diſſolutio ex
20 talibus indè ſequatur. Poſſit etiam liberè diſpenſa
re in omnibus & ſingulis contentis in dicta conſti-
tutione memorati Benedicti XII. ſimul, vel ſucceſ-
ſiuè, toties, quoties ſibi videbitur expedire, potiſſi-
21 mè quia, vt diximus, eam pro ſuſpenſa habemus.
In eodem quoque capitulo dictus *d* Abbas refor-
mator, cum conſilio, vt præmittitur, poſſit ſimul,
vel ſucceſſiuè diſpenſare, interpretari, modificare,
explanare, tollere, vel relaxare ad tempus, vel in
perpetuum aliqua inſtituta dicti libri, qui, vſus or-
dinis intitulatur. Ipſe etiam Abbas reformator cū
22 conſilio ſui Prouincialis capituli, liberè valeat re-
laxare, tollere, & reuocare definitiones & antiqua
dicti ordinis inſtituta, ea præcipuè, quæ ſeruis Dei
iſtis temporibus non congruunt, *e* vel non expe-
diunt, & alia inſtituta de nouo concedere, ſimul,
vel ſucceſſiuè, per quæ puritas regulæ obſeruetur,
& animarum ſaluti ſalubrius conſulatur, iuxta in-
tentionem Beati Benedicti, ne religioſi tot laqueos
habeant relabendi. Vnuſquiſque etiam Abbas con-
uentualis cū conſilio ſeniorū poſſit diſpenſare cir-
ca minora *f* regulæ, ſeruata tamē ſemper in omni-
bus ſubſtātia, & ſano intellectu. Ipſe quoq; Abbas
reformator, qui pro tempore fuerit, poſſit licitè di
ſpenſare cū attingente XXIII. annū, quod poſſit li- 23
citè promoueri *g* ad ſacerdotiū, & miſſam cantare,
propter defectū ſacerdotum, quē dicta cōgregatio
ad præſens patitur, dū tamen vltra quindecim per-
ſonarū numerus nō excedatur. Præterea diſpenſa-
mus, quod monachi, & religioſi dictæ obſeruātiæ,
præſentes & futuri, non teneātur ſeruare, vel cole- 24
re alias *h* feſtiuitates, niſi illas, quæ per vniuerſalē
Eccleſiā, vel in Diœceſi vbi monaſteriū ſitum fue-
rit, cōiter obſeruātur, ſed poſſint licitè vacare labo
ribus, & exercitijs cōſuetis, vel occurrentibus, licet
illæ feſtiuitates duas miſſas, ſecundū ſtylū dicti or-
dinis, reperiātur habere. Inſuper quia in aliquibus 25
inſtitutis libri vſuū reperitur, quod miniſtri altaris
debeant cōicare, quandocunq; miniſtrant altari, &
ſacramentū ſub vtraque ſpecie ſumere, quā ſi diffi-
cile & plerunque damnoſum quotidie cōicare, &
ex alio latere, quod ſub vtraque ſpecie communi-
cet nō presbyteri, nec celebrātes, ſuper quo ad præ-
ſens pendet ſcandalum Bohemorum: Nos volētes
quod dictæ obſeruantiæ profeſſores, qui pro tēpo-
re fuerint, circa ſacramenta, & eorum celebratio-
nem catholicis ex communibus ritibus Sāctæ Ro-
manæ Eccleſiæ cōformentur; ordinamus, quod de
cætero in perpetuum miniſtri altaris communica-
re non teneantur, ratione miniſterij altaris, ſed aliàs
communicent, ſecundum inſtituta dictæ obſeruan
tiæ, vel quando Dominus gratiam eis, & deuotio-
nem miniſtrauerit. Nullus tamen dictæ obſeruan- 26
tiæ in perpetuum permittatur communicare de
ſanguine, præter ipſum ſacerdotem principaliter
celebrātem; nec in illo triduo aliquis miniſtrorum
altaris communicare permittatur, niſi ſicut, & cæ-
teri de conuentu, ita quod perceptio ſanguinis ſoli
ſacerdoti celebranti concedatur, & non alijs. Item 27
concedimus, quod quicunque ſacerdos dictæ ob-
ſeruantiæ, qui pro tempore fuerit celebrans tricen
narium Sancti Lamberti, ſecundum curſum dicti
ordinis, poſſit ēt ſatisfacere, ſi infrà dictum tricen
narium, ſiue occurrat, quod celebret miſſam cōuen
tualem, vel matutinalem, vel de Sancta Maria, vel
de Defunctis, vel aliquam aliam, per obedientiam 28
ordinis, vel ſuperioris, ſibi iniunctam. Cōcedimus,
quod quilibet Abbas cuiuſuis monaſterij obſeruā-
tiæ poſſit diſpenſare, & diſponere, quod hebdoma
darius coquinæ hoſpitum, poſſit deputari vnus &
per vnum menſem, vel plures, ſicut ſibi videbitur,
cum conſilio ſeniorum, non obſtante, quod regula
dicat annum, ſæpè quoque contingit, quod infirmi
in tantum grauantur, quod ſine magno tædio, ho- 29
ras, *i* ad quas tenentur, vix audire poſſint; propte-
reà concedimus, quod quilibet Abbas poſſit libe-
rè, cū ſuis religioſis infirmis, diſpenſare, quod loco
officij omiſſi, ad quod alias tenentur, dicāt aliquid,
poſtquā cōualuerint, & ēt durāte infirmitate, ad ar
bitriū dicti Abbatis, nec amplius teneātur ad aliqđ
canonicū officiū. Cōcedimus quoque gratioſe, ex
parte dicti ſanctiſſimi Dñi nři, quod quilibet Ab- 30
bas, tā reformator, *k* quā conuentualis dictæ obſer
uātiæ, poſſit abſoluere in foro cōfeſſionis, ab oī vo-
to, oēs, & ſingulos donatos, & oblatos, & cōmiſſos
quādiu ī ſocietate prædictæ obſeruātiæ pmāſerit,
excepto voto religionis. Quod ſi abſq; licentia ali-
quis

a De his defunctorum & B. Virginis vide in 10. 1. qq. re. art. 14. & 51 ...

b Vide in 3. 10. qq. re. q. 12. præcipue ar. 10.

c Vide in 1. 10. qq. re. q. 11. ar. 5.

d Vide in 1. 10. qq. re. q. 26. ar. 1.

e De reformatione vide in 3. 10. qq. regu. q. 73. & in 3. 10. q. 47.

f Vide in 1. 10. qq. re. q. 26. ar. 1.

g Vide in 10. 3. qq. re. q. 83. ar. 8. art. 12. ar. 14.

h Vide in 2. 10. qq. re. q. 70. ar. 1.

i Vide in 1. 10. qq. regu. q. 44. ar. 7.

k Vide in 3. 10. qq. re. q. 41. ar. 3.

quis eorum receſſerit, teneatur, vel redire, vel vo-
31 tum complere. Eiſdem quoque gratijs, interpreta-
tionibus, & diſpenſationibus omnibus, & ſingulis,
ſupra dictis, gaudere poſſint à modo, & in perpe-
tuum, omnes, & ſinguli Abbates & religioſi mona-
ſteriorum Sanctæ Fedis propè Cæſaraugustam, &
Sanctæ Mariæ de Petra, in Regno Aragoniæ conſi
ſtentium, quandiù in eis obſeruantiæ tenebitur, &
non aliter: dùm tamen in his, quæ tangunt declara
tionem, & interpretationem regulę, requirant prę
32 dictum Abbatem reformatorem. Demùm concedi
mus dicta authoritate, quod omnibus, & ſingulis
gratijs, diſpenſationibus & indultis in hoc inſtru-
mento contentis, liberè & licitè vti poſſint & ple-
nè gaudere in perpetuum, omnes prælati, & ſingu-
li religioſi dictæ obſeruantiæ præſentes, & futuri
monaſteriorum iam reformatorum, & aliorũ mo-
naſteriorũ ſubijciendorum, aggregandorũ, refor-
mandorum, & fundandorum, non obſtantibus qui-
buſcunque priuilegijs, ſtatutis, indultis, ordinatio-
nibus, conſtitutionibus, definitionibus, & diſpoſi-
tionibus Apoſtolicis, & dicti ordinis, quomodoli-
bet editis, & edendis, ſub quacunque forma, vel ex
preſſione verborum, & in quocunque caſu loquan
tur, ſiue diſponãt, etiã iuramento, confirmatione
Apoſtolica vel alia quacunq; firmitate roboratis.
In quorum omnium fidem, & teſtimonium, pręſen
tes literas noſtras fecimus Pontificali ſigillo pendẽ
ti communiri. Dat. Bononiæ in palatio Apoſtolico
in Camera noſtræ habitationis dùm præfatus San-
ctiſſimus Dominus noſter in præfata Ciuitate Cu-
riam Romanam teneret Pont. ſui, anno 7. à Natiui-
tate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1437. Die verò X.
menſis Nouemb. indictione XV.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

Confeſſores abſoluunt à caſibus reſeruatis ſæculares, & eis miniſtrant ſacramenta, & commutant vota, ab omni cenſura abſoluunt. Religioſi non tenentur vitare excommunicatos. Monaſteria non tenentur ſeruare interdictum.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam, commiſſum nobis
cœlitus Apoſtolicæ ſeruitutis officium, quantũ no-
bis ex alto permittitur, dignè exequi intendentes
ad ea, per quæ ſingulorum Chriſti fidelium ani-
marum ſaluti conſuli, ducit & illæ Domino lucri
fieri valeant, noſtras partes miniſterij gratioſius
impartimur. Cùm itaque, ſicut accepimus, diuerſi
Chriſti fideles, deuotionis cauſa, & pro animarum
ſuarum ſalute, & remedio, ad regularis obſeruan-
tiæ, quæ in monaſterio Beatæ Mariæ de Monte
Sion Ciſtercienſis Ordinis Toletanæ Diœceſis in-
choata eſt: monaſteria nonnunquam accedant; vt
igitur amplior ipſorum Chriſti fidelium animarũ
3 ſalus ſuccedat, ac deuotio propagetur. Dilectis fi-
lijs Abbati, & reformatori, & alijs quotuncunque
monaſteriorum reformatorum, vel reformandorũ
de dicta obſeruantia, & ſub obedientia dicti Abba-
tis reformatoris exiſtentium, Abbatibus cunctis
2 præſentibus, & futuris, vt ipſi & quicunque *a* alij
a Vide 1. 1. 10. qq. regu. q. 60. ar. 6. 7. & 8. qu. 61. ar. 14. per eos, ad hoc pro tempore deputati, confeſſores
idonei dicti ordinis, quos etiam dicti Abbates, pro
ipſorum nutu, reuocare, & amouere valeant quo-
runcunque vtriuſque ſexus Chriſti fidelium, in di-
ctis monaſterijs, ſeu illorum Eccleſijs confiteri vo-
b Vide in 10. 1. qq. re. q. 61. ar. 2. & ar. 3. lentium, quotieſcunque ipſis placuerit, confeſſio-
nes diligenter audire, *b* eoſque ſic confeſſos ab om
nibus ſuis criminibus, & ſingulis peccatis exceſſi-
bus, quæ commiſerint quantuncunque etiam enor
mibus, & ſingulis, præter quã *c* ſedi Apoſtolicæ re- 3
ſeruatis caſib. abſoluere, ac ſalutares eis pœnitẽtias *c Vide in 1. 10. qq. re. q. 63. ar. 3.*
iniungere. Necnon peregrinationis, & alia quæcun
que per eos emiſſa vota, quæ commodè ſeruari nõ
poſſint, in alia pietatis opera, in prædictis non reſer
uatis caſibus ſedi Apoſtolicæ, commutare, ac cum 4
eis in ieiunijs, & ſimilibus, diſpenſare, *d* ipſiſque *d Vide in 1. 10. qq. re. q. 63. ar. 6. & 7.*
Chriſti fidelibus, Euchariſtiæ, ac extremæ vnctio-
nis ſacramenta, per ſe. vel per quemcunque ſacer-
dotẽ cuiuſuis de dictis obſeruantię monaſterijs, mi
niſtrare. Reformatori *e* quoque ac Abbatibus, & 5
confeſſorib. ſupradictis, qđ oẽs, & ſingulos vtriuſ- *e Vide in 1. 10. qq. re. q. 56. ar. 1.*
que ſexus Chriſti fideles, in prædictis monaſterijs,
ſeu Eccleſijs ſuis, ab omnibus & ſingulis ſentẽtijs, 6
cẽſuris, & pęnis, ac fulminationibus quaruncũq; *f* *f Vide in 1. 10. qq. re. q. 61. ar. 7. ar. 8. ar. 9. ar. 10.*
excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicto
rum à iure, vel ab homine quomodolibet contra-
ctis, vel contrahendis, in genere tantùm, vel cum
in ſententia cenſuræ iuris, vel hominis perſona li-
gata non nominatur, ſingulariter, & expreſſè ſatiſ-
factione, ſicut fuerit facienda, ſecundum formam
iuris iniuncta, abſoluere & eorum quemlibet habi
litare, liberè, & licitè poſſint, & valeant Diœceſa-
norum locorum, ac rectorum *g* parochialium Ec- *g Vide in 1. 10. qq. re. q. 60. ar. 4.*
cleſiarum, & aliorum quaruncumque, quorum ip-
ſi Chriſti fideles parochiani, vel ſubditi fuerint, &
alterius cuiuſcunque, ſuper hoc, licentia, vel aſſen-
ſu minimè requiſitis, Apoſtolica authoritate, teno-
re præſentium indulgemus, quandiù dicta mona-
ſteria fuerint ſub dicta obſeruãtia regulari. Et inſu-
per Abbati reformatori, & alijs Abbatibus prædi-
ctis, vt nullus ex eis, ac prælatis, prioribus, religio-
ſis, monachis, & conuerſis, profeſſis, nouitijs, obla-
tis, donatis, commiſſis, ſeruitoribus, familiaribus,
& confratribus vtriuſque ſexus monaſteriorũ ob-
ſeruantiæ huiuſmodi, præſentibus, & futuris, ali-
quem excommunicatum, *h* ſiue aliquam excom- *h Hoc ſublatum eſt per Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 11.*
municatam, vitare, ſeù ab eius communione, ſe re-
trahere, aut abſtinere in diuinis, ſeu miſſa, aut ſa-
cramentorum receptione, & eorum collatione,
ſeu quibuſuis conuerſationibus, prætextu quorun-
cunque cenſurarũ Eccleſiaſticarum, aut ſententia-
rum excommunicationum, etiam ſi illæ à iure, vel
ab homine ex quauis cauſa, ſpecialiter, vel gene-
raliter promolgatæ, vel contractæ ſint, aut in futu-
rum, eas promulgari, ſeu contrahi contigerit.
Nec *i* etiam quodcunque interdictum Eccleſiaſti- *i Vide in 1. 10. qq. re. q. 112. a. 1.*
cum ſimiliter à iure, vel ab homine, & ex quacun-
que cauſa, in quæuis monaſteria, ſeù loca pro tem
pore poſitum, obſeruare, aut propterea à diuinis
ceſſare, quomodolibet teneantur; niſi excommu-
nicationum, & interdictorum ſententiæ, aut cenſu-
ræ huiuſmodi, in perſonam, collegium, vniuerſita-
tem, Eccleſiam, & communitatem, vel locum, vn-
dè publica, & notoria certitudo ſit, manifeſtè, &
adeò notoriè *k* publicata, & denunciata, ipſiq; ex- *k Hodie neceſſe eſt vt interdictũ & excommunicatio ponatur nominatim. vt habes in 1. 10. qq. re. q. 61. ar. 2.*
communicati, & interdicti etiam adeò publicè, &
notoriè, ac in locis publicis excommunicati, & in-
terdicti exiſtant, quod exindè nulla ignorantia
poſſit haberi, ipſique excommunicati, & interdi-
cti tales à ſuis ſuperioribus reputentur, & de facto
etiam ab illis euitentur, eadem authoritate conce-
dimus per præſentes. Non obſtantibus fœlicis re-
cordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris no-
ſtri, & alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, & ordina-
tionibus, necnõ monaſteriorũ, & ordinis prædicto
rũ iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel qua-
uis alia firmitate roboratis, ſtatutis, definitionib. &
cõſuetudinibus, cæteriſq. cõtrarijs quibuſcunque.
Nulli ergo oĩno hominũ, &c. Dat. Ferrarię, anno In
car. Dom. 1438. V. Idus Iulij, Pont. noſt anno 8. Blõ
dus, Gratis. De mand. Do. noſtri Papæ. Gallar. Iac.
de Viterbio.

Pro

Pro conuentu S. Benedicti Vallifoletani.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Conceditur Priori & monachis quandiu vixerint ſub clauſura, & regulari obſeruãtia, ſemel, in mortis articulo, plenam remiſſionem omnium peccatorum, per confeſſores idoneos præſtandam, iniũcta ſatisfactione, ſi fuerit alicui alteri perſonæ facienda, quam vel per ſe vel per alios faciant.*

2 *Qui ex confidentia remiſſionis huiuſmodi peccauerit, quo ad illud eis non ſuffragetur.*

3 *Adde qua quis voluerit gaudere hac conceſſione, per vnum annum, ſingulis ſextis feriis ieiunare debet, modo, quo hic continetur.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicę ſeruitutis officium digne peragere non ambigimus, ſi ad ea, ſolitę benignitatis extendamus affectum, per quę Chriſti fideles deuotę conſcientiæ pacem conſequi, & animarum ſuarum ſaluti, afferre valeant incrementum. Hinc eſt, quod nos dilectorum filiorum Prioris, & conuentus monaſterij Sancti Benedicti Valliſoleti, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis & per priorem gubernari ſoliti, ordinis eiuſdem Sancti Palentin. Diœceſis, in hac parte ſupplicationibus inclinati; omnibus, & ſingulis monaſterij prædicti monachis religioſiſque perſonis, præſentibus, & futuris, quandiu ſub clauſura, necnon regulari obſeruantia inibi fuerint, authoritate *a* Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, vt confeſſores idonei, quos duxerint eligendos, omnium ſuorum peccatorum, de quibus, cor de contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum in mortis articulo, plenam remiſſionẽ, eis in ſinceritate fidei, vnitate S. Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, perſiſtentibus, eadem authoritate concedere valeant. Sic tamen, quod ipſi confeſſores, de iis, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam dictis monachis, & perſonis, per ſe, vel per alios, vt congruerit, faciendam iniungat, quam ipſi facere teneantur. Et ne (quod abſit) monachi, & perſonæ prædictæ propterea procliuiores reddantur, ad illicita *b* in poſterum committenda volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi, aliqua forte commiſerint, quo ad illa, eis prædicta remiſſio nullatenus ſuffragetur. Quodq; ſinguli monachi & perſonæ, præfati, à tẽpore, quo conceſſione huiuſmodi gaudere voluerint, per vnum annũ ſinguli; ſextis feriis, impedimento ceſſante legitimo, ieiunent; & ſi prædictis feriis, ex præcepto Eccleſiæ, iniuncta pęnitentia, voto, vel alias ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum Septimanarum eiuſdem anni, qua ad ieiunandum, vt præmittitur, non ſint aſtricti, ieiunẽt; quodque ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte, impediti legitime fuerint, anno ſequenti, vel alias quam primum poterunt, modo ſimili ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur. Verum ſi forſitan alias præfatum ieiunium, in toto, vel in parte quandocunque commodè adimplere nequiuerint, eo caſu, confeſſores idonei, quos ad id elegerint, ipſum in alia pietatis opera, prout ſuarũ animarum ſaluti expedire viderint, commutare valent, quæ dicti monachi & perſonæ, pari modo debeant adimplere; alioquin, quo ad eos ipſa conceſſio nullius ſit roboris vel momenti. Nulli ergo &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incar. Do. 1433. Nonas Iulij, Pont. noſtri anno 3.

a Vide T. 1. 10. qq. re. q. 62. ar. 6. 7. 8. & 9.

b Vide T. 1. 10. qq. re. q. 20. art. 16.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Conceditur Priori, & conuentui Sancti Benedicti, vt quandiu ſub obſeruantia regulari ſteterint, poſſint ex bonis monaſterii minus vtilibus, quotiens opportunũ fuerit, vendere, vel alienare; dummodo ea commutent in alia bona monaſterii, vſque ad valorem ducentorum florenorum auri de Camera, conſulto tamen, & annuente Epiſcopo Palentino, cui per informationem conſtet, hoc fieri in euidentem monaſterii vtilitatem

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili Fratri Epiſcopo Palentin. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis officij debitum, mentem noſtram excitat, & inducit, vt circa ea, quæ pro religionis cuiuſuis ſalubri propagatione, ac perſonarum ſub regulari obſeruantia Altiſſimo famulãtium, indemnitate, & ſtatu proſpero, opportuna fore proſpicimus, noſtræ partes ſolicitudinis exquiſitius impẽdamus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris & conuentus monaſterij S. Benedicti de Valliſoleti per priorem ſoliti gubernari, ordinis eiuſdem ſancti tuæ Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod plerumque nonnulla ex immobilibus, ad dictum monaſterium pertinentibus, bonis vendendi, & quandoque aliqua ex eis, pro aliis immobilibus dicto monaſterio magis vtilibus & accommodis bonis permutandi, vel nonnulla aliis perſonis, in emphyteuſim perpetuã, vel ad certum tempus concedendi, opportunitas, & nonnunquã neceſsitas occurrit, pro parte prioris & cõuentus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper iis eis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui de præmiſsis *c* certam notitiam non habemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis Palentin. de præmiſsis omnibus, & ſingulis, eorumque circunſtantiis vniuerſis, authoritate noſtra, vos informandi, & quotiens per informationem huiuſmodi præmiſſam, in euidentẽ vtilitatem dicti monaſterij cedere repereretis, ſuper quo, tuam, & dictorum ſucceſſorum conſcientias oneramus, & quandiu regularis obſeruantia in dicto monaſterio durauerit, eiſdem priori, & conuentui, vt illa, ex bonis præfatis, de quibus eis viſum, & quotiens opportunum fuerit, vſque ad valorem ducentorum florenorum auri de Camera, ſecundum communem æſtimationem, pro vice qualibet, pro congruo pretio, vendere, vel pro aliis dicto monaſterio magis vtilibus, & accommodis bonis, permutare, ſiue in cãbium dare, vel quibuſuis perſonis, etiam laicis, cum quibus ipſius monaſterij conditionem, euidenter meliorem facere poſsint, in emphyteuſim perpetuam, vel ad tempus, de quo eis viſum fuerit, ſub certo cenſu annuo, ſeu canone dicto monaſterio annis ſingulis perſoluendo, licentiam concedere valeatis, eadem authoritate concedimus facultatem. Volumus autem, quod pretium ipſum, ſi & poſtquam traditum fuerit, vt inde alia immobilia bona, ad opus eiuſdem monaſterij, emãtur, & acquirantur, ad hoc integre & totaliter exponatur, in alios vſus nullatenus conuertendum, Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterij & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Bononiæ Anno Incarnationis Dominicæ, 1437. 4. Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri, anno 7.

c Vide in T. 10. qq. re. q. 27. ar. 2. art. 3.

Digitized by Google

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

Quandiu fuerint ſub obſeruantia regulari, prior poſſit exponere tres. vel quatuor monachos, qui perſonarum quarumcunque, vtriuſque ſexus, confeſſiones audire, & eas à quibuſcunque peccatis, etiam Epiſcopo reſeruatis, abſoluere poſſint, atque etiam à quibuſcunque ſententiis & pœnis excommunicationũ, &c. ſatisfactione præmiſſa, & eas habilitare, & Euchariſtiæ ſacramentum eis conferre, atque etiam diſpenſare ſuper votis Epiſcopo reſeruatis, atque ea commutare in alia pietatis opera.

BEatiſſimè Pater. Dum ad Eccleſiam monaſterium Sancti Benedicti de Valleſoleri, ordinis eiuſdem Palentin. Diœc. Ad quod etiam illuſtriſſimus Princeps Dominus Ioannes Caſtellæ & Legionis Rex, ſpecialem gerit affectionem, nõnulli nobiles, & alij quã plures de Regno, ac loco Valliſoleri prædicto, necnõ de diuerſis mundi partibus, ſingularis cauſa deuotionis Chriſti fideles, ad dictũ monaſterium confluant, propter monachorum illius regularem obſeruantiam, & incluſionem, deſiderentq́. illis ſua peccata cõfiteri, & ab eis ſpiritualiter conſolari, vt igitur Pater Beatiſſimè, fideliũ ipſorum animabus, ſanctitatis veſtræ miniſterio, ſalubrios conſulatur, ſupplicatur ſanctitati veſtræ pro parte Prioris, & conuentus dicti monaſterij, quatenus eis, vt Prior, ſiue Præſidens dicti monaſterij, pro tempore exiſtens, vt tres, vel quatuor Idonei presbyteri monachi prædictum priorem, ſiue Præſidentem, ad hoc pro tempore deputandum, & ad ipſius Prioris, ſiue Præſidentis nutum *a* reuocandi, quotunque vtriuſque ſexus fidelium ad dictũ monaſterium, ſeu ipſius Eccleſiam, aut in ipſis, quacunque ex cauſa pro tempore *b* confluentium, commorantium, ſiue exiſtentium, cuiuſcunque gradus exiſtant, confeſſiones diligenter audire, necnon ipſos à quibuſcunque peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis ſuis, in omnibus, & ſingulis caſibus, etiam Epiſcopo, *c* reſeruatis, abſoluere, necnon ab omnibus, & ſingulis eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, fulminationibus, excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, à iure, vel ab homine prolatis, contractis in genere tantũ, ſatisfactione, vel *d* mandato de ſatisfaciendo, ſi perſonæ huiuſmodi, ad id habiles fuerint, præmiſſis, etiam abſoluere, ac eos habilitare, in prædictis caſibus, pœnitentiaſque eis ſalutares iniungere, Euchariſtiæ *e* ſacramentum conferre, ac cum eis. & eorũ quolibet, diſpenſare *f* ſuper votis, etiã Epiſcopo reſeruatis, & ea *g* cõmutare in alia pietatis opera, toties, quoties deuotioni prædictorũ videbitur expedire, authoritate Apoſtolica, liberè & licitè poſsint, & valeãt, parochialis presbyteri, & alterius cuiuſcunque Epiſcopi, vel ſuperioris, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, vel eorũ aliquo, licentia, vel aſſenſu, nullatenus requiſitis: & quod huiuſmodi gratia ſit perpetua, concedere, & ĩdulgere miſericorditer dignemini, de gratia ſpeciali, conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque, & cum clauſulis opportunis conceſſum, vt petitur, de omnibus, quandiù fuerint in obſeruantia regulari, in præſentia Domini noſtri Papæ C. Ariminen. Et ſi placet veſtræ ſanctitati ſola ſignatura huiuſmodi conceſſionis, ſufficiat eis, ſine confectione aliarum literarum Apoſtolicarum conceſſum. C. Ariminen. Datum Ferrariæ, tertio Nonas Ianuarij, Anno VIII.

a Vide in 1.10. qq. re. q.60. ar.7.

b Vide in 1.10. qq. re. q.60. ar.6.

c Vide in 1.10. qq. re. q.61. per totam.

d Vide in 10.1. qq. re. q.20. ar.5.

e Vide in 1.10 qq. re. q.56. ar.2.

f Vide in 1.10. qq. re. q.13. ar.3.

g Vide in 1.10. qq. re. q.13. ar.4.

Pro ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Hanc ſacram religionem, cum perſonis, rebus, & locis Eccleſia Romanæ immediatè ſubiecit.*

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad monaſteriorũ, & religioſorum locorum, necnon in illis, ſub ſacro religionis, habitu, Altiſſimo famulantium perſonarum omnium ſtatus, ſalubriter, & proſperè dirigẽdum, paterna ſolicitudine vigilantes illorum profectibus libenter intendimus, & quæ pro illorum commodo, pace & tranquillitate prouide proceſſiſſe comperimus, libentes cum à nobis petitur Apoſtolico munimine roboramus. Dudum ſi quidẽ, fœ. re. Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri literæ emanarunt, quarum tenor ſequitur, & eſt talis.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, *h* maiori miniſtro, & vniuerſis miniſtris, & fratribus ordinis Sanctæ Trinitatis Redẽptionis Captiuorum, tàm præſentibus, quã futuris, religioſam vitam profeſſis, necnon fratribus, ſororibus, donatis eiuſdem ordinis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacer ordo, in agro Dominico, diuina diſpenſatione plantatus, Apoſtolicis gratijs dignè meretur attolli, cuius profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cœleſtium contemplationi vacantes, inſiſtant iugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinem (quem ſtatu firmo, & ſolido, ac ſtabili decernimos, & volumus permanere) Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigentes, ad ea libenter intendimus, per quæ profeſſores iam dicti, nullũ vitę pacis patiantur excidiũ, nullumque religionis ſtatus perferant detrimẽtũ, ſed eo deuotius, diuino cultui, ac ſalutis inſiſtãt operibus, quo quietior ſtatus fuerit eorũdem, ipſiq; amplioti fuerint libertate donati. Quapropter, dilecti in Domino filij, deuotionis veſtræ precib. fauorabiliter annuentes, vos, & prædictum ordinẽ, perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eaſdem, in quibus inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnib. iuribus & pertinentijs ſuis, ac perſonis degentib. in eiſdem, in ius, & proprietatem B. Petri, & Apoſtolicæ ſedis aſſumimus. Illaque à cuiuſque Diœceſani, & cuiuſque alterius poteſtate, iuriſdictione, & dominio omnimodè in perpetuũ prorſus eximimus de gratia ſpeciali. Decernentes ex nunc, vos, & ordinem veſtrum, fratres, Prioriſſas, ſorores, donatos ſiue donatas, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, pertinentia ad eaſdem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi, tàm in ſpiritualib. quã in temporalibus, abſque vllo medio ſubiacere. Ita quod, nec locorum ordinarij, nec alia quęvis perſona Eccleſiaſtica, in vos, & ordinem veſtrum, perſonas, oratoria, domos, & loca prædicta, vtpote prorſus exempta, poſſint excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti, promulgare ſententias, vel aliàs, poteſtatem, ſeu iuriſdictionẽ aliquam exercere, quod ſi forte quidquã in contrarium à quoquã fuerit attentatũ, illud omninò ſit irritum, & inane. Nulli ergò omninò hominũ liceat hãc paginã noſtrę cõfirmationis, cõmunitionis infringere, vel auſu temerario cõtraire. Si quis autem, &c. Dat. Flore. Anno Dom. 1434. 4. Nonis Nouemb. Pont. noſtri, noſtri, Anno 4.

h Vide de exemptione re. in 1.10. qq. q.62. & q.63. & q.64. & q.65. per totam quaſt.

Pro Ordine Minorum & ſororum S. Claræ.

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Moniales S. Claræ, ſub cura, & regimine generalis, & prouincialium decernit.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea, quæ *a* fœlicem, & proſperum ſtatum eccleſiaſticum, & monaſteriorum reſpiciunt, libenter intẽdimus, & illa proſequimur, fauoribus opportunis. Sane exhibita nobis nuper, pro parte dilecti filij Guillelmi ſacræ paginæ profeſſoris, & ordinis minorum generalis miniſtri, petitio continebat, quod cum ipſe ad generale capitulum Toloſæ, nuper celebratum, tàm ex incumbenti ſibi officio, quàm etiam noſtro mãdato, deformationes, & abuſus monaſteriorum ſororum S. Claræ, ſibi, & prouincialibus miniſtri ſui ordinis immediate, authoritate plenaria à ſede Apoſtolica cõmiſſorum, reformatione, tàm in eundo, quàm in redeundo, tentauerit, & in quibuſdam locis prouinciæ Aquitaniæ, ſecundũ modum ſui ordinis conatus, ordinationibus, & reformationibus, & neceſſarijs clauſuris, ipſa monaſteria, ad regularem obſeruantiam reuocare, vectes etiam exterioribus portis ipſarum apponendo, cum ſeris, vt clauſura, quæ in quibuſdã male ordinata, in quibuſdã nulla penitus erat, de cætero ſeruaretur; ſicque mandauerit à miniſtris poſteà in cæteris monaſterijs fieri, & obſeruari: tam ipſorum, quàm plurium monaſteriorum ſorores, præſertim Auinionis Ciuitatis, mõtis Peſulani, & Marſiliæ, & aliorũ reformari nolentes: volentes ab ipſis inſtitutis, & ordinationib. appellare, quibuſdã ex ipſis amouentibus ſeras, & vectes, vel facientibus amoueri, alijs recuſantibus ipſa apponi, alijs ẽt clauſuram, quæ ſub voto regulari prædictarũ continetur, ſub friuolis, & repellẽdis omninò exceptionibus, qualis hic volumus haberi pro ſufficienter, & expreſſis, contradicentibus: huiuſmodi reformationes ab ipſo factas, confirmare, & facultatem inſuper quaſcunque rebelles puniendi, & ad obſeruantiã earundem compellendi, ſibi concedere dignaremur. Nos autem volentes ipſa monaſteria, & cætera dictorum ordinum, vbicunque conſiſtentia, penitus reformare, tam circa diuinum cultum, quam aliàs regulares obſeruãtias, & præſertim circa clauſuram, quæ clypeus honeſtatis, ad quã (vt præfertur) tàm ex voto profeſſionis, quàm ex prouiſionibus fœlicis recordationis Benedicti XII. prædeceſſoris noſtri tenentur, prædicti generalis ſupplicationibus inclinati, omnes, & ſingulas reformationes monaſteriorum prædictorũ, per eum (vt præfertur) factas, authoritate Apoſtolica approbantes, ac inuiolabiliter reformari mandantes, ſibi inſuper, ac præfatis miniſtris prouincialibus, rebelles, & fautores quoſcunq; cõpeſcendi, & per cenſuram eccleſiaſticã, & alia iuris remedia, cum inuocatione brachij ſæcularis, & cum facultate ẽt dictas moniales priuari, ſi rebelles fuerint, bonis temporalibus, ad earũ vſum deputatis, ac alijs monaſterijs eorũdem ordinum, obſeruanter viuentium, vel ẽt Eccleſijs Cathedralibus, ac Hoſpitalibus applicandis, licentiã authoritate Apoſtolica, & plenariã concedentes, tenore præſentium, facultatem; volumus, quod ſicut Abbatiſſæ, & aliæ ſorores, & earum prouiſoræ, ad hoc deputatæ, tenẽt claues, quibus ab intra, portę monaſteriorum præfatorum claudant, ſic per confeſſores, aut alias honeſtas perſonas, per ipſos, generalẽ, ac miniſtros deputandas, ex parte exteriori teneantur, & cõſeruẽtur. Et nihilominus præcipientes omnibus, & ſingulis, tàm clericis, quàm religioſis, & ſæcularibus perſonis cuiuſcunq; conditionis, gradus, præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant, ſub pęna excõicationis, quã tranſgredientes ipſo facto incurrãt: & à qua, niſi à Romano Pontifice poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo cõſtituti, quatenus, nec pręfata monaſteria, nec aliquid ipſorum ingredi præſumant, præter formã regulæ, & prouiſionum Apoſtolicarũ ſuper hoc ſpecialiter editarum. Vnumquenq; inſuper ordinẽ prædictorum, qui ordines quandoq; ſub nomine minoriſſarum, quandoque S. Damiani, quandoque S. Claræ, nominantur, ſub vnico S. Claræ vocabulo iuxta veteres Apoſtolicas ſanctiones, decernimus appellari, & per vos, vt præfertur, in regulari obſeruantia, gubernari. Cõtradicentes moniales excõmunicationis ſentẽtiam, etiam ſi fuerint Abbatiſſæ, præter hoc, priuationem ſuorum officiorum, ipſo facto, incurrere, & cæteras, ad electionẽ alterius, ſecundum formam iuris procedendũ, teneri volumus: niſi eſſent omnes, vel maior pars earũ, etiam vinculo excommunicationis innodatæ. Quo caſu, & in alijs, in quibus circa prædicta opportunum eſſe videbitur, præfatos generalem, & miniſtros, iuxtà eorũ conſcientias, etiam cum inuocatione brachij ſæcularis, ſi opus eſſe videbitur. procedere etiam volumus, & mandamus. Nulli ergo, &c. Dat. Bononiæ anno Domin. Incar. 1437. 7. Idus Decemb. Pont. noſtri anno 7.

a *Vide in to. 1. qq. re. q. 17. ar. 8. & ar. 9.*

Bulla XXVIII.

In quo de Conceptione Virginis.

ANno Domini MCCCCXXXIX. Pontificatus eiuſdem Eugenij, anno IX. determinatũ eſt in Concilio Baſilienſi, ſacratiſſimam Virginem Mariam nunquàm actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, & nulli licitum eſſe in contrarium prædicare, ſeu docere, renouando celebrationem eiuſdẽ feſti, & concedendo indulgentias celebrantibus, Tenor decreti eſt huiuſmodi.

Hoc Decretum eſt authenticatum in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SAcroſancta generalis Baſiliẽſis Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentans. Ad perpetuam rei memoriam. Eluci *b* Eccleſiam elucidantibus diuinæ gloriæ myſteria, mercedẽ glorioſam repromiſit æternã, Dei Patris ſapientia, dũ ait, Qui elucidãt me vitã æternã habebunt. Quod ẽt de glorioſa Virgine, qui ipſam patris ſapientiam Dei filium æternum in vtero pertulit, ac mũdo peperit, ſacroſancta legit Eccleſia. Nam quidquid de dignitate & ſublimitate Virginis matris educitur, in hoc non dubiũ eſt, ad laudẽ, & honorem filij ſui pertinere, & qui honorificant gratiã, & ſanctitatem matris, honorificãt & elucidant glorioſum nomen filij eius, qui ipſam ſanctificauit & repleuit gratia. Vndè ſi in cæteris rebus, elucidatio veritatis, quæ à Domino Deo eſt præclara merita parturit, in ea re ſpecialiter fructus vberrimos afferre eſt, quæ ſanctificationem, & dedicationem templi illius concernit, in quo ante ſæcula, antequã terra fieret ab æterno ſibi mentionem ordinauit prima, & æterna veritas; id quoque maximè congruit, vt pax habeatur, in quęſtionibus concernentibus ſanctitatem illius, per quã pax effuſa eſt in terris. Hactenus verò difficilis quæſtio in diuerſis partibus, & coram hac ſancta Synodo, ſuper Cõceptione ipſius glorioſæ Virginis Marię matris Dei, & exordio ſanctificationis eius, facta eſt; qui-

b *Vide in t. 10. qq. re. q. 17. ar. 1. 2. & 3. Vbi circa hoc ponitur determinatio Sixti IIII. de qua infra inter bullas eiuſdem Sixti.*

Digitized by Google

quibuſdam dicentibus, ipſam Virginem & eius animam per aliquod tempus, aot inſtãs tẽporis ſubiacuiſſe actualiter originali culpæ, alijs autem è conuerſo dicentibus, à principio creationis ſoę, Deum Ipſam diligendo, ipſi gratiã contuliſſe, per quam à macula originali illam Beatiſſimam perſonam liberans & præſeruans ſublimiori ſanctificationis genere redimendo, cum fundaret eam ipſe Altiſſimus, & ipſam fabricaret filius Dei patris, vt eſſet mater eius in terris. Nos verò diligenter inſpectis authoritatibus & rationibus, quę iam à pluribus annis in publicis relationibus, & ex parte vtriuſque doctrinæ, & coram hac ſancta Synodo allegata ſunt, alijs etiam plurimis ſuper hac re viſis, & matura conſideratione penſatis: doctrinam illam aſſerentem, glorioſam Dei Genitricem Mariam, pręueniente & operante diuini muneris gratia ſingulari, nũquã actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali, & actuali culpa: ſanctamque, & immaculatam, tamque piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico: fidei Catholicæ rectæ rationi, & ſacræ Scripturæ ab omnibus Catholicis approbandam, fore tenendam, & amplectendam, diffinimus, & declaramus. Nulli de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare, & docere. Renouando præterea inſtitutionem de celebrãda ſancta eius conceptione, quæ tàm per Romanã, quàm aliàs Eccleſiaſticas, ſeptimo Idus Decembris antiqua & laudabili conſuetudine celebratur: ſtatuimus, & ordinamus, eandem celebritatem, præfata die in omnibus Eccleſijs, Monaſterijs, & conuentibus Chriſtianæ religionis, ſub nomine conceptionis, feſtiuis laudibus colendam eſſe. Cunctiſque fidelibus vere pęnitentibus, & confeſſis, ea die miſſarum ſolemnijs, centum. Primis autem, vel ſecũdis veſperis, totidem, ſermoni verò verbi diuini de ea feſtiuitate intereſſentibus, centum quadraginta dies, conceſſione, perpetuis temporibus duratura, de iniunctis ſibi pęnitentijs, hæc ſancta Synodus elargitur. Dat. Baſileæ in ſeſſione noſtra publica, in maiori Eccleſia Baſilienſi ſolemniter celebrata 15. Kalen. Octob. anno à Natiuitate Dom. 1439. Concordat decretum hoc cum originali collatione facta per Michaelem Galterij notarium Concilij. Gratis Dalaiens.

Bulla XXIX.

SVMMARIVM.

Concedit monialibus Sanctæ Claræ exemptionem monaſteriorum, & monialium, ab omnibus legatis, & ordinarijs, & decimis, & ſubiectionem illarum immediatè ſedi Apoſtolicæ & prælatis ordinis.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Licet Romanus Pontifex omnes religiones, & religioſas perſonas, earumque monaſteria, ſiuè loca aſſueto benignitatis affectu, proſequi conſueuerit, illa tamen ſpecialius ſibi ſubdit, ac à cuiuſlibet alterius iuriſdictione, onerumque quorumcunque ſubiectione, & ſolutione, libera facit penitus, & exempta, quę maioribus oppreſſionibus, exactionibuſq; grauata noſcuntur. Exhibita ſiquidẽ nobis nuper, pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſarum, & conuentuum vniuerſorum monaſteriorum S. Damiani, ac Minoriſſarum, & S. Claræ ordinis eiuſdem ſanctæ, ſub generalis miniſtri, aliorumque officialium ordinis fratrum Minorum, cura, vbilibet conſtitutarum, petitio continebat, quod ob varias decimarũ, & charitatiuorum ſubſidiorum, aliorumque onerũ impoſitiones, tàm pro Romana Eccleſia, ſuorumque legatorum, & nunciorum in conuentibus, quã pro honorandis Regibus, & Principibus, ac cõmunitatũ ſubuentionibus, Apoſtolica authoritate hactenus ordinatas, conſtitutas, atque decretas, necnõ gabellas, pedagia, & grauamina, aliaque onera realia, per poteſtates, rectores, atque regimina ſecularia, facta, impoſita, & illata, petitioneſque, & exactiones, quæ ratione fructuũ, qui in eorundẽ monaſteriorũ, & locorũ agris, & poſſeſſionibus infra nonnullarum, cum cura, & ſine cura, Eccleſiarũ limites conſiſtentibus, colliguntur à nonnullis illorum rectoribus, & beneficiatis, factæ ſunt hactenus, & fiũt etiam de præſenti. Abbatiſſæ, cõuentus, moniales, monaſteria, & loca huiuſmodi, in tantam paupertatem, inopiamq; venerunt, quod pia eorum vota exoluere non valentes, in monaſterijs, & locis pijs diuinus cultus eſt adeò diminutus, quod niſi prouideatur celeriter, veriſimiliter formidabitur in eis extinctio obſeruãtię regularis; quare pro parte Abbatiſſarum, & conuentuum prędictarum, nobis fuit humiliter ſuper hoc ſupplicatum, vt prouidere eis, & eiſdem monaſterijs, ſiue locis ſuper hoc, de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui ad eoſdem fratrum Minorum, & Sanctæ Claræ ordines ſpecialẽ gerimus deuotionis affectum, pię memoriæ Nicolai Tertij, Bonifacij Octaui, Ioannis vigeſimi ſecundi, Clementis Tertij, Alexandri Quarti, & Benedicti vndecimi, prædeceſſorum noſtrorũ veſtigijs inhærentes, earum Abbatiſſarum, & conuentuum, necnõ dicti filij Guillelmi de Caſali, eiuſdem fratrum ordinis Minorum generalis miniſtri, ſacræ paginæ profeſſoris, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt in eiſdẽ monaſterijs eo deuotius diuinis laudibus intendatur, quò perſonæ in illis vacãtes, ſtudio piæ vitæ, potiori fuerint immunitatis priuilegio cõmunitæ, abbatiſſas, cõuentus, moniales, monaſteria, atq; loca huiuſmodi, cum omnibus iurib. pertinentijs, ac bonis eorundem, mobilibus, & immobilibus quibuſcunque, tàm præſentibus, quã futuris, ab omni iuriſdictione, *a* dominio, poteſtate quorunque legatorum, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, nunciorum, & aliorũ quorumcunque iudicum, ad inſtar præfatorum põtificum, cõceſſorum priuilegiorum, quę hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, prorſus eximimus, & perpetuò liberamus, ac ſub B. Petri, & ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipimus, atque noſtra, illaque nobis, & ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus canonicè intrãtibus, & dictæ ſedi dumtaxat, immediatè volumus ſubiacere. Itaque legati, & nuntij dictæ ſedis, ac iudices pręfati, aut alia quæuis perſona ſecularis, vel regularis, Eccleſiaſtica, vel mundana, quacunq; fulgeat dignitate nullas in Abbatiſſas, *b* cõuentus, moniales, monaſteria, ſiue loca huiuſmodi, vtpotè prorſus exẽpta, poſſunt excõicationis, vel interdicti ſententias promulgare, vel iuriſdictionem, dominium, aut poteſtatem aliquã exercere, ratione delicti, contractus, aut rei, de qua ageretur, vbicunque cõmittatur delictũ, innitatur cõtractus, aut res ipſa cõſiſtat. *c* Quinimò Abbatiſſas, cõuentus, & moniales eaſdẽ, cum earum monaſterijs, ac locis perpetuo exẽptas eſſe volumus, immunes, & liberas ab omni decimarũ, *d* ſubſidiorum, *e* gabellarum, pedagiorum, fructuũque, & aliorum huiuſmodi ſolutione, cõtributione, reſponſione, & alijs quibuſcunque fœ. re. Innocentij Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri, & alijs quibuſcunque conſtitutionibus, ac priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalibus, locorum ordinarijs, vel alijs quibuſcunque & quouis modo conceſſis, & in poſterum cõcedendis,

a Vide in 1. 10. qq. re. q. 17. ar. 8. & 9. & in 2. 10. qq. re. q. 63. ar. 1.

b Vide in 2. 10. qq. re. q. 63. ar. 6. 7. & ar. 11.

c Vide in d. q. 63. art. 3. & q. pra la. reg. ſint iudices reg. in ciuil. & in crim. vide in co. 2. 10. q. 2. a. 8.

d Vide in 2. 10. qq. re. q. 44. ar. 1. & in 3. 10. qq. re. q. 74. ar. 16.

e Vide in 2. 10. qq. re. q. 66.

dis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, & ordinationibus monaſteriorum locorum, & ordinum prędictorum, ac obligationibus, promiſſionibus, & ſolutionibus per eaſdē Abbatiſſas, cōuentus, & moniales, hactenus forſitā factis cōtrarijs, iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quacūque firmitate alia roboratis: mādātes omnibus & ſingulis legatis, Patriarchis, Archiepiſcopis, ordinarijs, rectoribus, & alijs ſupradictis cuiuſuis ordinis, gradus, ſtatus & conditionis exiſtant, etiāſi Cardinalatus fulgeāt dignitate, ne Abbatiſſas, conuentus, monaſteria, & loca huiuſmodi, ſuper præmiſſis, & circa ea impetrāt, verum ēt quomodolibet moleſtent, quinimò nè ſināt ab alijs, quantū in eis fuerit, quōlibet moleſtari, ēt per literas Apoſtolicas, ſub quauis forma, vel expreſſione verborū confectas, vel conficiendas in poſterum, etiāſi literæ ipſæ, de eiſdē monaſterijs, abbatiſſis, prioriſſis, cōuentibus, & religione, ac priuilegijs, & indultis ipſarum, & de præſenti indulto, plenā, & expreſſam facerent mentionē, ac etiāſi in eiſdē literis, cōceſſis, & cōcedēdis, clauſulæ infra ſcriptæ, videlicet, quod oēs perſonæ Eccleſiaſticæ, ſeculares, & religioſę, exemptæ, & nō exemptæ ad præſtationem, ſeu ſolutionem decimarum collectarū, taliarū, ſubſidiorū, procurationum, angariarum, ac aliarum quarumlibet exactionum, quocunque nomine nuncupentur, ſeù ad contribuendum in eis, cōpelli valeāt. Non obſtantibus ſi dilectis in Chriſto filiabus, abbatiſſis, & conuentibus dictorum monaſteriorum, & ipſis vniuerſis monaſterijs, vel ordini, ſeu religioni ipſarum in ſpecie, vel in genere, vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultū, quod ad ſolutionē, ſeu præſtationem decimarum, collectarū, taliarum, ſubſidiorum, procurationum, & aliarū impoſitionum huiuſmodi, ſeu ad cōtribuendum in eis, minimè tenerentur, & ad id cōpelli, atque interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, de indulto huiuſmodi, & toto tenore ipſius, plenā, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, nō facerent mentionem, ſiue quibuſlibet priuilegijs, eis, vel quibuſcūque perſonis, locis, vel ordinarijs à ſede Apoſtolica præfata, cōceſſis, & cōcedendis, de quibus oporteret in dictis literis ſpecialem fieri mentionem, & per quæ effectus literarum ipſarum quomodolibet impediri valerēt, vel etiam impediri, & aliæ quæcunque, vel qualeſcunque clauſulæ, prædictis ſimiles, vel diſſimiles, ſub quarumcunque tenore, vel expręſſione verborum, inſertæ fuerint, quæ conſtitutioni, & ordinationi noſtris huiuſmodi, poſſent in aliquo derogare, compelli poſſint inuitæ: decernentes ex nunc, omnes excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ac quoſcunque proceſſus, quasvis perſonas cōtinentes, quos, vel quas aduerſus abbatiſſas, cōuentus, moniales, monaſteria, loca, & bona prædicta cōtra tenorem, & formam exemptionis huiuſmodi, quomodolibet haberi cōtigerit, ſeu etiam promulgati irritos, & inanes, & nullius exiſtere roboris, vel momenti. Per hoc, dilectis filijs, generali miniſtro, & alijs ordinis minorum huiuſmodi, pro tempore exiſtentibus, officialibus, nullum quin omnē, quàm hactenus habuerunt, & de præſenti habent curam, & diſpoſitionem, & quamlibet aliam ordinationem abbatiſſarum, conuentuum, monaſteriorum, & locorum prædictorum, libere & licitè valeant exercere, nolumus præiudiciū generari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, mādati, conſtitutionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cōtraire: ſiquis autem hoc, &c. Dat. Florentiæ anno Incarn. Dom. 1439. Idibus Auguſt. Pontificatus noſtri, anno 9.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Concedit authoritatem miniſtro generali ordinis fratrum minorum, reducendi ſuos fratres ſtudentes ad ſuam, & aliorum prælatorum ordinis regularem obedientiam, & communem fratrum viuendi modum: non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio fratri Guillelmo de Caſali ſacræ paginæ profeſſori, ordinis minorum generali miniſtro, ſalutem & Apoſtolicā benedictionem. a Ad ea quę religionis augmentum, religioſorum ordinum conſeruationem concernunt, intendentes illa libēter fauore proſequimur opportuno. Sanè cum ex inſtitutione regulæ B. Franciſci, vniuerſi eiuſdem ordinis fratres, vnum ex fratribus ipſius ordinis, teneantur habere generalem miniſtrum, & illi firmiter obedire: ex fide, digna relatione intelleximus, quoſdam dicti ordinis cōuentus prætenſis quibuſdam priuilegijs, alijſq; excoſationibus, præſertim conuentus ſancti Spiritus, in termino muri veteris, in valle quæ dicitur de Tullio diœceſis Valentinenſis, & iuxtà dicti ordinis morem prouinciæ Aragoniæ, ab tua obedientia ſubtrahere: prout idem conuentus certo tempore ſubtraxit, atque de conuētu Pariſienſi intellexerimus, quod nonnulli in eo degentes, prætextu priuilegiorum Apoſtolicorū, vniuerſitati Pariſienſi conceſſorum, ſe de corpore ſtudij eſſe dicentes: ab miniſtrorum & aliorum officialium ipſius ordinis obedientia ſe ſubſtrahere conentur, decenſque, & rationabile exiſtimemus, nullū fore, qui à regula tam ſalubriter inſtituta, & quā omnes tenentur obſeruare, ſe ſubtrahat. Idcircò omnes, & ſingulos dicti ordinis fratres cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, & quibuſcunq; nominibus cenſeantur, eorumque conuentus, domus, & loca vbicunque inſtituta, necnon perſonas ipſorum vbicunque reperiantur, vel in ſuis cōuentibus, vel locis, vel extra, & præſertim conuentus prædictos ſancti Spiritus, & Pariſiēſis, obedientiæ, ſubiectioni, & iuriſdictioni tuę, ſecundum formam regulæ, & profeſſionis ipſorum, ſtatutorumq; eiuſdem ordinis, tam à Pontificibus Romanis, quàm à generalibus emanatorum, ſubmittentes, plenariam tibi, & per te deputandis, obedientiam, iniunctis, ius in prædictam regulæ formam, exhibere volumus, & præſentium tenore mādamus. Cōſuetudinibus quibuſcunque, & priuilegijs Apoſtolicis, cuicunque vniuerſitati, collegio, vel perſonis particularibus, ſub quacunque verborum forma cōceſſis, & de quibus etiā, de verbo ad verbum, facienda eſſet mentio ſpecialis, indultis etiā præſertim Benedicti decimi tertij, in ſua obedientia nominati: quæ quantum ad hoc tātum cęteris immunitatibus prædicto cōuentui ſancti Spiritus, reſeruatis, caſſamus & reuocamus, cęteriſque in contrariū facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Tibique nihilominus, & per te deputandis, omnes ſupradictos obedire recuſantes, & contradictores quoſcunque, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcēdi, authoritate pręſentium ſimilibus licentiam, poteſtatemque plenariam concedentes, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nulli ergo omninò hominum, &c. Dat. Bononiæ anno Incar. Dominic. 1437. Quintu Idus Ianuarij, Pontificatus noſtri anno 7.

a De ſtudio regularium, vide in 3. 10. 44. reg. 4. 67.

Bulla XXXI.

S V M M A R I V M.

Moniales Sanctæ Claræ, ſub vicarij generalis obedientia, eſſe mandat, aliqua circa earum regulam diſpenſans.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio fratri Iacobo de Permanidis de Bononia, ordinis Minorum profeſſori, de obſeruãtia regulari, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ordinis tui, *a* præſertum familiarũ in regulari obſeruantia Domino famulantium, ob quorum religionis ſanctimoniam, & multiplicium virtutũ dona, maximi in populo Chriſtiano animarũ fructus prodire cernuntur, curam gerentes ſolerter, illa libenter concedimus, per quę earumdem familiarũ, etiam vtriuſque ſexus augmento, conſeruationiq́; melius, ac facilius conſuli intelligimus. Sanè cum poſt concordiam inter filios fratres, qui dicuntur conuentuales, & vos, & alios, quibus de regulari obſeruantia eſt appellatio, vnius, eiuſdemq; Minorum ordinis ſecus factam, nos intendentes, quod poſt dilectum filium, fratrem Ioãnem de Capiſtrano, tui ordinis de obſeruãtia, in partibus Ciſmontanis vicarium, alter illius ſucceſſor crearetur, eidem per literas Apoſtolicas commiſerimus, quod vbi, & quãdo placeret, ante tui officij finem, vicarios, & diſcretos prouinciarum ſibi ſubiectarum, pro alterius vicarij electione, & creatione, capitulariter cõgregaret, & facta huiuſmodi congregatione in alma vrbe, apud Aracæli locũ, tu in ea fueris canonicè, in Ciſmontanum vicarium electus: nos electionem ipſam cõfirmauerimus, poſtmodum dilectus filius, Antonius de Ruſconibus, ſacræ paginæ profeſſor, ordinis præfati generalis miniſter, te duxerit cõfirmandum, prout prædicta omnia cõſtãt, per literas Apoſtolicas, & prædicti generalis (quas hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis) ad noſtramque notitiã peruenerit, eſſe in tui vicariatus partibus Ciſmontanis, nonnulla monaſteria S. Claræ, quarum familiæ in obſeruãtia regulari viuẽtes partim primi, partim ſecundi, partim tertij ordinis, partim aliter appellatæ, ſub tuo vicariatu, & à te, tuiſque ſucceſſoribus regi, & gubernari, intẽſiſſimis dicuntur deſiderijs affectare: nos qui certã tenemus eaſdem mulierum monacharum, ſiuè ſororum familias, optima ſaluberrima, ſub vobis gubernationem, ſcilicet, habere, & continuè habituras fęlicia incrementa: earundem mulierum monacharum, ſiuè ſororum appellatarum monaſteria, loca, & familias, vbicunque intra tui vicariatus terminos, in regulari obſeruantia viuentes, tam præſentes, quam futuras, tuo, & tuorum in vicariatus Ciſ-
1 montani officio, ſucceſſorum curæ, gubernationi, ac regimini, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore ſubijcimus, ac ſubiectas, & ſuppoſitas eſſe volumus, atque decernimus. Intendentes eadẽ authoritate, atque volẽtes; quod tu, & ſucceſſores tui, per vos ipſos, & alios, quos duxeritis, ſubſtituendos, poteſtatem, facultatẽ habeatis, eaſdem moniales, atq; ſorores, ſiue primi, ſiue ſecundi, ſiue terti, aut alterius ordinis ſanctæ Claræ, & Beati Franciſci ſignãter, collegialiter, & in communi viuentes, & earũ monaſteria, atque loca, tam in capite, quàm in mẽbris, viſitandi, corrigendi, amouendi, deponendi, transferendi, & omnia alia, & ſingula faciendi, quę generalis miniſter ordinis veſtri, in eiſdem monaſterijs, & locis, de iure, & conſuetudine poſſe facere conſueuit. Prouinciales autem vicarij vobis ſubditi, eandem poteſtatem, & facultatem habeant,
2 quas miniſtri prouinciales, etiam de iure, vel con-
ſuetudine, habere conſueuerunt. Et vt ſupradictæ 3
moniales, ac ſorores melius gubernẽtur, volumus, quod in electione, *a* & creatione Abbatiſſarum, miniſtrarum, & matrum, illæ tantum, ex ipſis monialibus, & ſororibus vocem habeant, quæ per annos tres, vel citrà, in eiſdem monaſterijs, vel collegijs fuerint. In qua electione, & creatione, maior pars votorum, ad minus medietate ſuperans, debet conuenire: in omnibuſque tertij ordinis ſororum, & monialium, collegijs, fratres tui ordinis, de acceſſu & ingreſſu ſe habeant, ſicut obſeruatur cum mona-
ſterijs ſanctæ Claræ. Si autem viſitatoribus earum, 4
& ſororibus tertij ordinis, quæ minimè viuunt collegialiter, eſſet conceſſa à ſede Apoſtolica aliqua facultas, & authoritas: nos ipſas, præſentium tenore, authoritate Apoſtolica reuocantes, volumus, quod tu, & tui in vicariatus officio, ſucceſſores, huiuſmodi viſitatores amouendi, & alios inſtituendi,
authoritatem, & facultatem habeatis. Præterea 5
cum *b* in regula beatæ Claræ, iubeatur ieiunium perpetuum, quod nimis rigoroſum tenemus: placet, & volumus, quod ſupradictæ, & tertij, & aliorum ordinum ſorores ſolummodò teneantur ad illa ieiunia, ad quæ vos fratres ordinis Minorum, regulam obſeruantes, obligati eſtis, & eoſdem modos ſeruent in cibis quadrageſimali tempore, excep- tis debilibus, & infirmis. In alijs verò ieiunijs, vt ſunt quatuor tempora, vigiliæ Apoſtolorum, & ſimilium, ſeruetur conſuetudo regionis, ſecundum
quam liceat eis, etiam oua, & lacticinia comedere. 6
Cum etiam in monaſterijs ſorores, ſiue monachę in-
cedant nudis pedibus diſcalciatæ, quod nimis rigo- 7
roſum exiſtimamus: placet, & volumus, quod ſorores, ſiue monachæ poſſint deferre illa, quæ nomine calciamentorum non cenſentur, puta Cuquos ligneos, & ſandalia, atque etiam cum opportunum
fuerit, calciamenta. Item cum in aliquibus mona- 8
ſterijs, locis, & congregationibus, iniungantur ſilentium perpetuum, quod quidem nimis rigoroſum exiſtit: tibi, tuiſque in officio ſucceſſoribus, & prouinciarum vobis ſubiectarum vicarijs, cum diſcretorum conſilio diſpenſandi, tàm in cibis, quã in quibuſcunque alijs perpetuis, quàm in ſilentio ſupradicto, concedimus facultatem. Inſuper cum
dilectus filius, frater Ioannes de Capiſtrano, tuus 9
in vicariatus officio prædeceſſor, declarauerit, qđ in regula prima beatæ Claræ contineantur cẽtum, & triginta præcepta regularia, in quorum tranſgreſſione, moniales, ſiuè ſorores profeſſæ peccatũ mortale incurrunt: idque nimis durum, & periculoſum iudicemus, authoritate, & tenore præſentium declaramus, & volumus, quod in nullius prędictorum tranſgreſſione, præterquàm eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, caſtitatis, & clauſuræ, & ſuper electione Abbatiſſæ, & depoſitione, pecca-
tum mortale incurrat. Item cum quædam prædi- 10
ctarum monaſteria, & loca, in mendicitate viuant: placet, & diſpenſamus, quod in ferculo, ſiue cibis, ſagina, & nardo vti poſſint. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & priuilegijs, immunitatibus, & gratijs, atque indultis omnibus, & ſingulis, ſupradictis monaſterijs, & locis, atque eorum capellanis, per ſedem Apoſtolicam, & aliter quomodocunque conceſſis, alijſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ ſubiectionis, decreti, intentionis, placiti, extimationis, conceſſionis, declarationis, voluntatis, & diſpenſationis, infringere, &c. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum; anno Incarnationis Dominicę 1446. Nonis Februarij, Pontificatus noſtri, anno 10.

a Vide in 1. to. qq. re. q. 17. ar. 8. & 9. vbi agitur quomodo moniales Sanctæ Claræ ſubduntur ſuperiori Minorum.

a De elect. Abbatiſſarum, Vide in 2. to. qq. regu. q. 34. ar. 1.

b Multa magis eſt modificata hæc regula per eundem Eugenium IIII. prout habes infra in fine huius indulti.

Viuæ vocis oraculo Eugenij Papæ IIII.

a Vide in 1.10.qq.re. q.10.ar.6, & 8.

1 EVgenius *a* Papa Quartus, ad ſupplicationem fratris Ioannis de Capiſtrano, abſoluit, & abſolutos reddidit, atque liberos, omnes fratres noſtros ab obſeruantia, à quibuſcunque excommunicationibus, & cenſuris, & vinculis mortalium peccatorum in quibuſcunque antiquis, ſeu nouis conſtitutionibus, & ſtatutis ordinis prælibati, quod in futuro, talibus ſententijs non ligentur, volens, quod fratres vacarent regulari obſeruantiæ, & de talibus ſtatutis non curarent.

b Vide in 1.20.qq.re. q.62.ar.6,

2 Ad ſupplicationem fratris Iacobi de la Marcha, & fratris Iacobi de Doncellis de Bononia, cōceſſit idem Eugenius omnibus fratribus præſentibus, & futuris, ac etiam nouitijs, in religione perſeuerare volentibus, quatenus poſſint ſibi eligere confeſſorem, *b* qui authoritate Apoſtolica abſoluat eos in articulo mortis, ab omnibus cenſuris Eccleſiaſticis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſiue ex alia quacunque cauſa, prouenientibus, & plenariā omnium peccatorum indulgentiam largiatur. Quam indulgentiam prædicti fratres conſequantur, etiāſi prædictum confeſſorem eligere non potuerint, ſeu obliti fuerint, dummodo moriantur in ſtatu gratiæ quibuſcunque contrarijs non obſtantibus etſi de eis oporteret fieri ſpecialis mentio de verbo, ad verbum.

De perpet. præſent. cōfeſſarior. re. vide in 1. 20.qq.re.q. 59.ar.4.& 5.

3 Idem Eugenius conceſſit, quod quando fratres ſe ſemel præſentauerint Epiſcopis, & obtinuerint caſus ſuos, licet alibi poſteà ad habitandum ſe trāsferant ad tempus, & poſteà reuertantur ad eaſdem diœceſes, non ſit neceſſarium iteratò ſe præſentare eiſdem Epiſcopis, vel caſus de nouo obtinere.

Idē Eugenius declarauit, quod quando quis tē-
4 pore Paſchatis ſe reperit in aliena diœceſi, ſemper ibi intelligatur adeptum incolatum, vt ibi confiteri, & communicare valeat, quantumcunque ibi paruo tempore ſteterit.

5 Idē Eugenius declarauit, quod omnes fideles, qui communicant per octo dies, antè Reſurrectionem Domini, & per octo poſt, infra octauam, mandato Eccleſiæ dicantur ſatisfacere.

6 Idem Eugenius declarauit, quod artifices laborioſas artes exercentes, & ruſtici, ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, non tenentur ieiunare, ſob præcepto peccati mortalis, & quod abſolui poſſunt, & induci ad eleemoſynas, & alia bona facienda.

Regulares nullum habēt priuil. vt in dieb. feſtiuis poſſint ſecula. laborare.

7 Idem Eugenius declarauit, quod ſeculares laborantes in feſtis Sanctæ Crucis, Sancti Michaelis, Septembris, ſanctorum Innocentum, Sancti Syluestri, ſe nolle, quod peccent mortaliter, niſi venerint in Dominica.

Vide in 1. 20.qq.re.q. 62.ar.6.

8 Idem Eugenius, ſupplicante fratre Nicolao de Auſtino, conceſſit fratres de obſeruantia poſſe abſolui per confeſſorem ab eis electum, de ſuorum licentia ſuperiorum, ſemel tantum ab omnibus cenſuris, & pœnis, excepto, falſificationis literarum Apoſtolicarum, crimine. Florentiæ XXIII. Iulij, anno Domini 1434.

De poteſtate abſoluendi conceſſa

prælatis re. quoad ſuos ſubditos vide in 1. 20. qq.reg. qu. 20. & qu. 24.

9 Idem Eugenius, ad ſupplicationem Fratris Roderic. de Oña, conceſſit, vt ſalubrius ſaluti animarum vicariorum, prouincialium, cuſtodū, guardianorum, cæterorumque fratrum minorum, præſentium, & futurorum conuentuum, locorum, domorum, Eremitoriorum, quarumcunque prouinciarū, Regni Caſtellæ, etiam pro tempore exiſtentium, de obſeruantia nuncupatorum conſuleretur, vt quietius, atque deuotius Domino perpetuum redderet famulatum, quatenus ſinguli, quocunque nomine cenſeantur, prælati, & confeſſores, per ipſos prælatos deputati, vel deputandi ſingulorum conuentuum, locorum, domorum, & eremitoriorum prædictorum, omnes, & ſingulos fratres profeſſos, conuerſos, atque nouitios, cum propoſito profitendi, necnon perpetuo donatos, oblatos, præſentes & futuros ipſorum conuentuum, locorū, domorū, & Eremitoriorum huiuſmodi, ab omnibus, & ſingulis ſuis peccatis, exceſſibus, & delictis, ēt quantumcūque enormibus, & à quacunque ſimonia, in curia, vel alias vbicunque, ante & poſt ingreſſum religionis cōmiſſa, necnon à quibuſcunque excommunicationum, ſuſpenſionū, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, Apoſtolica, vel ſedis Apoſtolicæ legatorū, delegatorū, vel ſubdelegatorū, ordinaria, vel quauis alia authoritate, etiā per ſynodales, vel prouinciales, & generaliū conciliorum conſtitutiones, & quoſcunq; proceſſus Apoſtolicos, & quaſcunque extrauagantes, vel iuxta regularia ipſius ordinis inſtituta, quōlibet promulgatis, in genere, vel in ſpecie, ſiquas incurrerint ante hac poſt ingreſſum religionis, etiam ſi talia ſint, propter quæ Apoſtolica ſedes ſpecialis, & expreſſe ſit merito cōſulenda, ſemel tantum abſoluere: necnon cū ſingulis ſupradictis, ſuper quibuſcunque Irregularitatibus, & inhabilitatib. quouis modo contractis, in omnibus, & ſingulis, etiam ſedi Apoſtolicæ ſpecialiter, & expreſſe reſeruatis (bigamiæ, homicidij voluntarij, mutilationis membri, caſibus dūtaxat exceptis) ſemel ſimiliter diſpēſare, ac eos habilitare, vt nō promoti, ad oēs ſacros ordines, & miſſarum celebrationē promouere, & ipſi promoti, in eiſdem miniſtrare, & ad quaſcunque dignitates, & adminiſtrationes, & officia ordinis dicti, etiamſi curam habeant animarum recipi, illiſque præfici, & aſſumi, authoritate Apoſtolica valeāt, & poſſint, cōceſſit. Si vero prædictas cenſuras, vel earum aliquam, ignoranter, vel inaduertenter in futurum incurrere contigerit, à talibus, prælati, & confeſſores ſupradicti, quoties opus fuerit, & opportunū, abſoluere, ac ſuper irregularitate, vel irregularitatibus, ex talibus cēſuris poſtea celebrādo, vel prædicādo, ſeu diuinis ſe immiſcēdo, vel alias contracta, vel contractis, ſeu quoties opus fuerit, ſimiliter diſpenſare, authoritate præfata, valeāt miſericorditer de gratia ſpeciali cōceſſit. Ac etiam omnes, & ſingulos fratres, ac quouis nouitios, cæteroſque ſupradictos, ac quoſcunque pro tempore familiares ſeruitores, officiales, & continue commenſales domorum, conuentuum, locorum, ſeu Eremitoriorū ſupradictorum, ab omnibus, & ſingulis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis præterquàm ſedi Apoſtolicæ deſtinatis caſibus, & ab omnibus, & ſingulis huiuſmodi cēſuris ſupradictis, quas ex ignorātia, vel ex inaduertētia incurrerēt, abſoluere: eiſque euchariſtiæ, extremæ vnctionis, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, toties quoties neceſſariū fuerit, & opportunū: ipſique prælati, omnia, & ſingula ſupradicta, alijs ipſius ordinis presbyteris, committere, ac in præmiſſis omnibus, & ſingulis cum facultate præmiſſa, confeſſores ſibi eligere, & electos mutare, authoritate prædicta cōceſſit, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis inſtitutis, & ordinationibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, non obſtantibus, cum clauſulis opportunis, & quod gratia ſit perpetua. Itē ipſe dominus Eugenius conceſſit omnibus, & ſingulis ſupradictis, præſentibus, & futuris, prælatis, & ſubditis, profeſſis, cōuerſis, & cū propoſito profitēdi nouitijs, in ſinceritate fidei, & vnitate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & obedientia ſuæ ſanctitatis, ſuorumque ſucceſſorum Romanorum Pontificum canonicè intrantium, exiſtentibus, quod quicunque presbyteri, ſeculares, vel regulares, perpetuis temporibus, oium peccatorū ſuorum, de quibus in genere, vel in ſpecie, corde contriti, & ore cōfeſſi fuerint: & etiā de

obliſtis, indulgentiam, & remiſſionẽ in mortis articulo, authoritate Apoſtolica, libere, & licitè concedere valeant. Ità etiã quod ſi de illo reputato mortis articulo non deceſſerint, ſemper indulgentia ſupradicta intelligatur reſeruari ad verũ mortis articulũ. Et ne, quod abſit, propter huiuſmodi gratiã, reddantur procliuiores, ad illicita in poſterum cõmittenda, quod ſi ex confidentia huiuſmodi aliqua forſan committant, ad talia, ſupradicta indulgẽtia, & remiſſio eis nullatenus ſuffragetur. Voluit etiam idem dominus Papa, quod ſinguli prædictorũ, qui ſufficientis literaturæ fuerint, per vnum annum à tempore, quo conceſſione huiuſmodi gaudere voluerint, ſingulis ſeptimanis, impedimento ceſſante legitimo, ſemel ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cũ Lætania, recitent, ſiue legant. Alij verò ſufficienter non literati, alias orationes, iuxtà confeſſorum ſuorum arbitrium, prout animarum ſaluti viſum fuerit, dicere teneantur. Et ſi forſan impedimento detenti, in dictis anno, & ſeptimanis, orationes prædictas dicere commodè non potuerint, vel ex inaduertentia, aut obliuione omiſerint, ex tunc in alia ſeptimana ſequentis anni ſupplere teneantur.

a Collector in comp. vt absolutio ordi. quo ad fratres §. 10.

Aduertendũ primo circa has cõceſſiones, quod omnia hæc fuerunt poſteà confirmata, & extenſa per Pium ſecundum, vt notat collector priuilegiorum in ſuo compendio. Ego autẽ non inuenio Piũ ſecundum talem feciſſe extenſionem, ſed Iuliũ Secundum, prout in indultis huius Pontificis videbit lector, quia omnia conceſſa, & concedenda familiæ Ciſmontanæ, familiæ Vltramontanæ communicauit, & è contra. Aduertendum etiam, quod ad hoc, vt præfati habeant prædictam gratiam, tenẽtur dicere per vnum annum ſingulis ſeptimanis ſemel, Pſalmos Pœnitentiales, prout in primo tomo Quæſtionum regularium aduerto. Et ſic faciendo, proderit eis huiuſmodi gratia pro duobus. Primò pro abſolutione à cenſuris ignoranter, vel inaduertenter incurſis. Secundò pro abſolutione à caſibus reſeruatis Epiſcopis, & hoc quoad ſeruitores fratrũ, nam quo ad cæteros alios hic nominatos, ſine hoc onere, per alia priuilegia eſt conceſſum. b

b Vide in 2. 30. qq. re. q. 44. ar. 8.

10 Idem etiã Eugenius cõceſſit, quod fratres noſtri non teneantur facere conſcientiã de decimis, in cõfeſſionibus, niſi quãdo fuerint requiſiti ab ordinarijs, & tunc ſufficit dicere, facio tibi conſcientiã, & inducere peccatorem, quantũ poteſt ad ſoluendũ; non tamen propter hoc retineant abſolutionem.

11 Item conceſſit oraculo viuæ vocis, inſtãte fratre Angelo de Vulſina, quod diſpẽſatio facta per ipſum ſuper primam regulã ſanctæ Claræ, videlicet, quod non teneantur, niſi quò ad quatuor vota, & ſuper electione, & diſpoſitione Abbatiſſæ, vt in bulla dicti Eugenij incipienti: ordinis tui continetur; extẽdetur etiam ad minoriſſas, id eſt moniales ſecundæ regulæ, ſcilicet, quod non teneantur, niſi ad ſupradicta, ſub pœna peccati mortalis.

Vide in 3. 20. qq. re. q. 6. ar. 4.

Vide in 2. 20. qq. re. q. 73. ar. 2.

12 Item conceſſit, vt vicarius generalis poſſit tollere ſuperflua à conuentibus ſibi ſubiectis, atque in alijs conuentibus reponere, aut commutare.

13 Item conceſſit omnibus confeſſoribus noſtris, quod quando non poſſunt ſe præſentare commodè Epiſcopis, quia ſunt in itinere, vel alibi; & non poſſunt petere caſus Epiſcopales, eo caſu poſſunt plenariè vti authoritate Epiſcopali.

Aliud quaſi ſimile priuil. conceſſum eſt à Gre. XIII.

14 Itẽ diſpenſat cum barbitonſoribus; vbi eſt conſuetudo i Sabbatis, & in vigilijs ſero radere barbas.

confeſſori ſo-

15 Item declarauit, quod quando ſacerdos parochialis dat licentiam ſuo ſubdito, vt à quocumque poſſit recipere euchariſtiam, eo caſu poteſt recipere eam à religioſis, licet ſecundum Clementinam *Religioſi de priuilegijs*, illis ſpecialiter ſit prohibitũ eam adminiſtrare.

ciet. prout habes 1. to. 3. qq. regu. q. 39. ar. 3. iux. fin.

Hæ duæ conceſſiones habentur in libro Gallico, qui appellatur, fundamẽta trium ordinum, aliæ autem ſuprà poſitæ, fuerunt impetratæ à patribus ordinis, prout in regiſtro ordinis noſtri, habetur.

Iam eſt cõceſ. reg. v. poſſint communic. fid.

Item conceſſit, quod ſi tempore noſtro contigerit (quod abſit) ſchiſma, poſſint fratres participare cum ſchiſmaticis, nec teneantur fratres recedere à locis ſuis, & quod toties, quoties dixerint orationẽ (Deus omnium fidelium paſtor, & rector) pro Papa verò habeant centum dies indulgentiæ. 16

les, etiam ſine licent. parochorũ. vide in 1. to. qq. re q. 66. ar. 3.

Item conceſſit, quod vbicunque ſunt fratres, licet Epiſcopi fuerint ſimoniaci, etiam in officio, & beneficio, poſſint fratres vti ſuis caſibus, ac ſi non eſſent ſuſpenſi, ex quo tolerantur ab Eccleſia. Hæc conceſſio indubitabilis videtur per extrauagãtem, ad vitanda. 17

Vide in 2. to. qq. re q. 61. ar. 1.

Item declarauit, quod recipientes pedagia à clericis, vbi eſt conſuetudo, ciuitas non incidat in interdictum. Et ipſi confeſſores inducant ad reſtitutionem, & abſoluant, niſi caperent clericos perſonaliter, vel detinerent. 18

Vide in l. Additio. ad Bullam Cruciatæ §. 9.

Item, quod in feſtiuitatibus Patris noſtri Franciſci poſſint fratres dicere propriam præfationem, & credo. Quod per Sixtum V. fuit etiam quoad præfationem conceſſum. 19

Item cum ſæpè boni religioſi, ex charitate, vel prælatorum obedientia, cogantur ad confeſſiones audiendas, & ſint multiplices, & inexplicabiles ſententiæ excommunicationis in corpore iuris, quarũ nonnullæ etiam à peritiſſimis ignorantur: ex quo dicti religioſi, propter conſcientiæ timorem, quoniam dubitãt ſe incurriſſe aliquam cenſuram Eccleſiaſticam, abſoluendo inaduertenter aliquos aliqua excommunicatione innodatos, cuius excommunicationis abſolutio ſuperiori reſeruatur, nec dicti religioſi cogantur contra charitatem, vel prælatorum obediẽtiã facere, vel præfatas metuere ſcrupuloſitates: conceditur, quod dicti religioſi, ſi præfata, vel ſimili cauſa, inaduertenter incurrerint irregularitatem, vel excommunicationẽ, poſſint per eorum idoneos confeſſores, authoritate Apoſtolica, abſolui, & diſpenſari, cum oportuerit, & quod prædicta habeant vires oraculo viuæ vocis, nõ obſtante, quod non fiat bulla, vel quibuſcunque alijs contrarijs, niſi ex craſſa, & ſupina ignorantia, cenſuram, vel irregularitatem incurrerint. 20

Præfatas conceſſiones, & declarationes ait collector priuilegiorum ſupplemẽti ſe reperiſſe in quodam libro cuiuſdã patris, ſimpliciter ſcriptas, abſq; aliqua quotatione indicante vnde extractæ fuerit, ideo vnuſquiſque adhibeat illis quãtam voluerint fidem. Ego enim (ait ipſe) veras eas reputo, nam nõ poſſum mihi perſuadere aliquem, ita fuiſſe immemorem ſuæ ſalutis, vt ex proprio capite eas fabricaret, & ſcripturæ mandaret, imò veriſimiliter credi poteſt, quod ex obliuione non ſunt quotatæ, propter quod illas hic inſeruimus. Hæc collector.

Item declarauit, quod quando ciues pro bono communitatis imponunt gabellas nouas, vel veteres augmentant, non ſunt excommunicati. 21

Item declarauit, quod pœnæ appoſitæ in capitulo. *Quamquam de cenſibus libro ſexto*, ſcilicet excommunicatio, & interdictum circa exigentes pedagia, & guidagia, &c. non habẽt locum, quia ſibi fuit ablata Bononiæ, & non interdixit. 22

Item attento, quod ſit cõſuetudo ſolui gabellas, & datia per eccleſiaſticas perſonas, & ſacerdotes ſeculares, non propter hoc retineant eis abſolutionẽ, non obſtante capitulo *quanto de vſuris, libro ſexto*, quia iſtud eſt de iure poſitiuo: de iure autem diuino, omnes Chriſtiani habentes bona, tenentur ſoluere, quia dicit Apoſtolus, cui tributum, tributum, exceptis tamen pauperibus Euangelicis. 23

Item

24 Item declarauit, quod puellæ nobiles, non audiẽ
tes Miſſam diebus Dominicis, excuſantur, ſi fuerint
in poteſtate alterius.
25 Item conceſſit, quod fratres Minores poſſint ce-
lebrare Miſſam vſque ad nonam, ſine ſcrupulo con
ſcientiæ.
Item conceſſit, quod fratres Minores cõfeſſores
27 poſſint audire de confeſſione, de authoritate Epiſ-
28 coporum, etiamſi tales Epiſcopi ſint ſimoniaci.
Item conceſſit, quod poſſint abſoluere à ſimo-
nia, niſi ſit in ordine, vel beneficio.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 42. ar. 2. 3. & ar. 5.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 10. ar. 13.

NICOLAVS PAPA QVINTVS.

Pro ordine Minorum, & S. Claræ.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Concedit formam circa curam monialium Sanctæ Claræ, earumque Abbatiſſæ electionem.

a Vide in 1. 10. qq. re. q. 17. ar. 8. & 9.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam, a digna
reddimur attentione ſoliciti, vt admitten-
dis earũ votis, beneuolũ impartiamur aſ-
ſenſum, quæ illecebris mundanis, ac mortalis viri
thoro propulſis, in illius, qui ſpecioſus eſt præ filijs
hominũ, beneplacitis, ſub regulari obſeruantia lau-
dabiliter cõuerſantur. Hinc eſt, quod nos cupien-
tes, vt vniuerſa, & ſingula monaſteria, & loca mo-
nialium, ſeu ſororũ ordinis S. Claræ, ſeù S. Damia-
ni, vel minoriſſarum, illarumq; perſonæ, quæ ſub
cura, & regimine fratrũ ordinis minorũ de obſer-
uãtia nuncupatorũ, degunt, atq; illorũ perſonę, quę
in ipſis monaſterijs, & locis, quæ, ſicut accepimus,
ſub regulari obſeruãtia dicti ordinis S. Claræ Altiſ-
ſimo iugiter famulantur, eò feruentius, & deuo-
tius diuinis obſequijs ſe coaptẽt, quò ſe per nos, & ſe
dem Apoſtolicam ſpecialibus gratijs munitas fore
coſpexerint: dilecti filij Iacobi de Primadicis,
profeſſoris, & generalis vicarij dictorum ordinis,
& obſeruãtiæ eorundem in Citramontanis partib.
conſiſtentium, ſupplicationibus inclinati: authori
tate Apoſtolica, præſenti, perpetua, & irrefragabi
li cõſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quod in an
tè perpetuis futuris temporibus, omnia, & ſingula
monaſteria, domus, & loca ordinis ſanctæ Claræ
prædicta, per Abbatiſſam, ſeù matres monialium,
quarum videlicet ſingulorum monaſteriorum, do
2 morum, & locorum prædictorum, ſingularium ab
batiſſarum, ſeù matrum monialium b electionea,
quæ ſi à maiori parte earum numero dũtaxat factę
fuerint canonicè cenſeantur: ad ipſorum monaſte-
riorum, domorum, ſiue locorum moniales, aut ſo-
rores ordinẽ ipſum profeſſas, & quæ per triennium
vel circa in prædictis monaſterijs motã traxerint,
ſpectent, & pertineant: ac prædictarum Abbatiſſa-
rum, ſeù matrum monialium dignitates, vel officia
huiuſmodi c per annum tantum durent, temporeq;
illo decurſo, etiamſi iuſtas renunciationes non fece
rint, vacent, atque vacare cenſeantur, regantur, &
gubernentur, ac regi, & gubernari debeant. Necnõ
omnes, & ſingulæ nunc pręſentes, & futuræ Abba-
tiſſæ, ſeu matres monialium monaſteriorum, domo
rum, & locorum earum, præſentes videlicet in fine
anni à datis præſentium, futuræ verò à die electio-
nis earum computandi regimini, & adminiſtratio-
ni monaſteriorum, domorum, & locorum ſuorum
in vicariorum prouincialium prouinciarum eiuſ-

b Vide in 2. 10. qq. re. q. 54.

c Modo du rant, per triẽnium, vide in 10. 1. qq. re. ar. 4. & 3. cũ ſeq.

dem ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, in
quibus monaſteria, & loca ipſa conſiſtunt, vel ſaltẽ
viſitatorum monaſterij, domorum, ſeù locorũ præ-
dictorum: per eoſdẽ vicarios in congregatione fra-
trum deputandorũ, & ad id, ab eiſdem vicarijs po-
teſtatem habentium manibus, ac in præſentia ſoro-
rum, ſeù monialium monaſteriorum, ſeù locorũ hu
iuſmodi, ad id ſpecialiter vocatarum, ſub excõmu-
nicationis pœna, quam ſecùs facientes incurrãt ip-
ſo facto, renunciare: cætera, literas quoque, ſigil-
lum, & claues monaſteriorum, & officinarum reſti
3 tuere tenẽtur, & ſint aſtrictæ. Quodque moniales,
& ſorores prædictæ, niſi de vicarij, vel viſitatoris
huiuſmodi expreſſa licentia, aliquã d ad religionẽ,
vel profeſſionem admittere; & niſi à præfato vica-
rio, ſeu viſitatore pro idoneo reputatus fuerit in ea
rum capellanum aliquem recipere, ſeu receptum
4 retinere præſumant. Prætereà omnibus, & ſingulis
mulieribus, dictis monialibus, ſeù ſororibus ſeruiẽ
tibus, aut pro eis eleemoſynas quærentibus, pręſen
tibus, & futuris, quod quotieſcunq; pro parte Ab-
batiſſarum huiuſmodi requiſitæ fuerint, earũ mo-
naſteria cum conſilio diſcretarum intrare: e non-
nunquam etiàm in præcipuis feſtiuitatibus pro ip-
ſarũ conſolatione (licentia tamen prius per eas de-
ſuper à vicario prouinciæ obtenta) cum ipſis mo-
nialibus, vel ſororibus comedere. Quodq; cõfeſſor
monialiũ, ſeu ſororum huiuſmodi, vel alius frater
5 eiuſdẽ ordinis, ad hoc per vicariũ prouincię huiuſ-
6 modi pro tempore deputatus, in omnibus, & per
omnia iuxta formam, & tenorem priuilegiorũ, ac
conceſſionum, eiſdem monialibus, vel ſororibus,
eis quò ad ipſarum perſonas deſuper à ſede prædi-
cta, ſeu aliàs quomodolibet conceſſorum, in omni-
bus, prætérquam dictæ ſedi caſibus reſeruatis, quo
ties fuerit opportunum, ipſarum ſeruientium con-
feſſionibus, f diligenter auditis, eis pro commiſſis
exceſſibus, criminibus, & delictis, debitam abſolu-
tionem impendere, & iniungere pœnitentiam ſalu
tarem, necnon ipſas ſeruientes, ſi id humiliter pe-
tierint à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpẽ-
ſionis, & interdicti, alijſque cenſuris, & pœnis Ec-
cleſiaſticis (quibus pro tempore innodatæ fuerint)
in forma Eccleſiæ conſueta iniunctis, ſibi pro mo-
do culpæ pœnitentia, & alijs quæ tunc fuerint iniũ
genda, abſoluere, eiſque euchariſtiæ g, ſeu extre-
mæ vnctionis ſacramẽta Eccleſiaſtica miniſtrare li-
berè, & licitè valeãt diœceſanorum locorum, ac re
ctorum parochialium Eccleſiarum, & cuiuſcunq;
alterius, licentia ſuper hoc nullatenus requiſita, au-
thoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulge-
mus. Non obſtantibus fęlicis recordationis Clemẽ
tis Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, & quibuſcũ-
que alijs Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon mo-
naſteriorum, & ordinis ſanctæ Claræ prædictorũ,
iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, priuilegijſque, & indulgen
tijs, ac literis Apoſtolicis ipſi ordini ſanctæ Claræ,
& monaſterijs, ſub quibuſcunque verborum for-
mis, ac ſpecie, ſeu genere, per eandem ſedem aliàs
quomodolibet conceſſis, quibus omnibus eorum
etiamſi illorum totis tenoribus, de verbo ad ver-
bum, præſentibus habenda foret mentio ſpecialis,
illis aliàs in ſuo robore permanentibus, quoad prę
miſſa derogare intendimus, & expreſsè deroga-
mus per præſentes. Cæteriſque contrarijs quibuſ-
cunque. Nulli ergò hominum, &c. Datum Romæ
apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Domi-
nicæ millesimo quadringenteſimo quadrageſimo
ſeptimo. Nonis Martij, Pontificatus noſtri, anno
primo.

d Vide in 3. 10. qq. re. q. 9. ar. 2.

e Hoc iam eſt correctũ prout habes in 1. 10. qq. re. q. 66. & q. 67.

f Vide in 1. 10. qq. re. q. 10. a. 12. 13. & 14.

g Vide in 1. 10. qq. re. q. 56. a. 14. vbi probatur familiarib. poſſe religioſos ſacramentum euchariſt. miniſtrare.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Concedit, quod poſſint fratres de obſeruantia ſub vicarijs, audire in confeſſione omnes vndique venientes, & adminiſtrare ſacramentum Euchariſtiæ.

NIcolaus Papa Quintus dilectis filijs, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Scimus populos ciuitatum, terrarum, & locorum, apud quæ loca habetis, exemplo allectos, & inductos religioſæ vitæ, quam, Domino concedente, ducitis, libenter ad confitendum vobis, & Sacratiſſimam communionem de manibus veſtris, accipiendum confluere. Vndè vt illis ſatisfacere valeatis, deuotioni veſtræ, audiendi in confeſſionibus a omnes quarúcunque diœceſium, & in illis extraneos, ac forenſes abſoluendi quoque, etiam in caſibus, quos diœceſani locorum, in quibus ad audiendum deputari eſtis, duxerint concedendos. Et in omni, præterquã in die reſurrectionis, prædictam Sacratiſſimi corporis Dominici communionem dandi, authoritate Apoſtolica, concedimus per præſentes. Dat. Romæ apud ſanctum Petrũ ſub annulo piſcatoris die 15. Aprilis 1458. Pont. noſtri anno 2.

a Vide in 1.10 qq. re. q. 60. ar. 7. & q. 61. ar tic. 5. Vide in 1. 10. qq. re. q. 56.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Exemptio ab ordinarijs, & authoritas generalis ſuper ordinem, & correctionem, ac punitionem fratrum, etiam authoritate Apoſtolica exemptorum.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etſi cunctorũ fidelium, b quorum, licèt immeriti, ex ſupremi Pontificatus officij curam gerimus, ſtatu ſalubriter dirigendo, noſtræ ſolicitudinis partes libenter adhibemus, ad ordinem tamen fratrum Minorum, eo ſpecialius noſtræ mentis oculos flectimus, quos ex illo fructus vberes in agro Dominico cõtinuò prouenire conſpicimus, & vt omniũ aduerſantiũ, ab eis adeptis anfractibus, cũ pacis dulcedine, & quietis amœnitate, ſub regulari habitu in mãdatis Domini, valeat libentius gloriari. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte dilecti filij Angeli de Peruſio, miniſtri generalis, & fratrũ dicti ordinis, petitio cõtinebat, quod licèt ipſi fratres, ipſorumq; domos, & loca per ſpeciale ſedis Apoſtolicæ priuilegium, ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate quoruncunque ordinariorum, ſint exempti pariter, & immunes, & duntaxat Romano Pontifici, ac ſedi Apoſtolicę immediatè ſubiecti exiſtant, nihilominus nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, eorumque vicarij, ſiuè alij locorum ordinarij in diuerſis mundi partibus, & præſertim in Hiſpaniæ, & Legionis Regnis conſiſtentes, eoſdem fratres moleſtare, perturbare, inquietare, capere, carcerare, ac de eorũ domibus, inuitos expellere, & detinere præſumũt, in graue ipſorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & aliorum ordinariorum huiuſmodi animarũ periculum, dictæ ſedis contemptum, ac fratrum ordinis prædictorum damnum, & præiudicium, & ſcãdalum plurimorũ. Quare pro parte miniſtri, & fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc eis prouidere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur illo volentes eiſdẽ miniſtro, & fratribus præſidio ſubuenire, per quod huiuſmodi perſonarum præſumptio retundatur, & eiſdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, & officialib. & alijs ordinarijs antedictis præcludatur aditus ſimilia committendi, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, præſen. irrefragabili conſtitutione, ſtatuimus, & mandamus, quod nulla perſona, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtat, de cætero eoſdem fratres moleſtare, perturbare, capere, carcerare, vel de eorum domibus antedictis, inuitos expellere, quoquo modo præſumat. Quod ſi forſan quiſpiã contrà noſtram conſtitutionem temerè venire præſumpſerit, excommunicationis pęnam ipſo facto incurrat. Et nihilominus, nè eiſdem fratribus delinquendi tacitè concedi videatur immunitas, aut occaſio malignandi, miniſtro generali dicti ordinis, pro tẽpore exiſtenti, concedimus, quod omnes & ſingulos fratres, ſiuè in monaſterijs monialiũ, ſiue in alijs domibus, conuentibus, Eremitorijs, & locis dicti ordinis cõmorantes, etiam ab obedientia, viſitatione, & correctione dicti miniſtri per ſpecialia ſedis Apoſtolicæ indulta, ſe exẽptos c eſſe, præter regulã dicti ordinis, forte prætendẽtes, non obſtantibus, quibuſcunque priuilegijs, exemptionib. & indultis, & literis Apoſtolicis eis, eorunque monaſterijs, ſiue domibus, conuentibus, locis præfatis, & Eremitorijs, per nos, vel ſedẽ Apoſtolicã in genere, vel in ſpecie, conceſſis, de quibus in literis noſtris habenda eſſet mentio ſpecialis, iuxta conſtitutiones, & regularia inſtituta antiqua dicti ordinis, corrigere, viſitare, punire, & emendare, ac in criminibus grauioribus, ſi res ipſa exegerit, cũ moderatione tamen, torturæ ſubijcere poſſit, & valeat authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus, ac pariter facultatem, conſtitutionibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quacunq; firmitate alia, roboratis, cæteriſq; contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergò hominum liceat, &c. Datũ Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1554. Pont. noſtri, anno 4.

b Vide in 10.2. qq. re. q. 63.

c Vide in 2. 10. qq. re. q. 15.

Pro conuentu S. Benedicti Valliſoletani.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Prior ſancti Benedicti ſex perſonas, inter viros, & mulieres ſucceſſiuè eligere poteſt, quæ tempore interdicti, ſiue ceſſationis à diuinis, Miſſas, & diuina officia audire poſſint in Monaſterio, & Eccleſiaſtica recipere Sacramenta, & ſi aliqua mori contigerit, ibidem ſepeliri, ſine ſolemnitate tamen, dummodo Prior, vel dicta perſona non dederint cauſam interdicto, vel non ſit poſitum, vel confirmatum authoritate Apoſtolica.

IOannes Miſeratione diuina Epiſcopus Præneſtin. d Religioſo viro Priori in præſentiarum exiſtenti, Monaſterij Sancti Benedicti Valliſoleti, ordinis dicti Sancti, per Priorem ſoliti gubernari, Palent. diœceſ. ſalutem in Domino. Exhibita nobis pro parte tua petitio continebat, quod tu ad conſeruandũ & augumentandũ deuotionem dicti Monaſterij, deſideras, quod tu poſſis, & ſucceſſores tui in dicto monaſterio, poſſint ſucceſſiuè eligere ſex perſonas, quæ tẽpore interdicti, ſiue quãdo in dicto loco à diuinis ceſſatur, in dicto monaſterio, qñ Miſſę, & alia diuina officia celebrãtur, illis intereſſe, & illa audire, ac in ipſo monaſterio Eccleſiaſtica Sacramenta recipere, & ſi aliqua illarum ſex perſonarum interim mori contigerit, in Eccleſiaſtica ſepultura ſepeliri poſſit: quare ſupplicari feciſti humiliter, vt tibi, ac ſucceſſoribus tuis pro tempore exiſtentibus, & vt deuotio quæ dicto monaſterio habetur, conſeruetur, & augmentetur, ſuper

d Vide in 10.2. qq. re. q. 112. art. 6. & quaſ. 113. ar. 2.

hoc

hoc Sede Apoſtolica prouidere, miſericorditer dignaretur. Nos igitur, vt ergà ſedem Apoſtolicam, eo amplius creſcat tuæ, & ſucceſſiuè tuorum ſucceſſorum deuotionis affectus, quò eam benigniorē inueneritis, vobis faciendo gratiā ſpecialem, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini Papæ, cuius pęnitentiarię curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato, ſuper hoc, viuæ vocis oraculo nobis facto, vt tu, & tui ſucceſſores Priores in dicto Monaſterio pro tempore exiſtentes, ſex perſonas inter viros, & mulieres, ſucceſſiuè eligere poſſitis, quæ perſonæ in tempore interdicti generalis, ſeù ſpecialis, aut quo ceſſatur à diuinis in dicto Monaſterio, quando Miſſæ, & alia diuina officia celebrantur, ſiuè celebrabuntur, Miſſas, & alia diuina officia audire, & illis intereſſe, ac in ipſo Monaſterio, dicto tempore, Eccleſiaſtica recipere ſacramenta, & ſi aliqua ipſarum ſex perſonarum, interim mori cōtigerit, ſepeliri in Eccleſiaſtica ſepultura valeant, ſine tamen ſolemnitatibus, dummodò tu, vel aliqua dictarū ſex perſonarū, ſeu tui ſucceſſores, vel aliquis ipſorum, dicto interdicto, ſeu ceſſationi à diuinis, cauſam nō dederitis, ſeù dederit, & ipſum interdictum non ſit poſitum, aut confirmatū auctoritate Apoſtolica, tibi, & dictis tuis ſucceſſoribus, ac dictis perſonis, liberam concedimus licentiam, & facultatem, tecū, & cum dictis tuis ſucceſſoribus, ac cum ipſis ſex perſonis, tenore præſentium miſericorditer diſpenſamus. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ, 2. Kalen. Aprilis, Pont. Domini Nicolai Papæ V. an. 1.

Pro ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Bulla conſeruatoria Nicolai V.*
2 *Auctoritas iudicis Apoſtolici conſeruatoris.*
3 *Bona Redemptionis Captiuorum ſpectant ad ipſos fratres, iure, & ordine.*
4 *Auctoritas iudicis Apoſt. con.*
5 *Inuocetur brachium ſeculare, ſi opus fuerit.*
6 *Poſſunt iudices ſubſequentes proſequi articulum præcedentium.*
7 *Poteſtas iudicum perpetuatur.*

1 Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis *a* filijs Abbati de ſancto Facundo, & de Veſes Legionenſis, & Conchenſis diœceſ. ac Sancti Marci extrà muros Legionenſes, per Priores ſolitorum gubernari, Prioribus monaſteriorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Militanti eccleſiæ, licet immeriti diſponente Domino præſidētes, circà curam eccleſiarum, & monaſteriorū omnium ſolertia reddimur indefeſſa ſoliciti, vt iuxtà debitum Paſtoralis officij, eorum occurramus diſpendijs, & profectibus Diuina cooperante clementia, ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorū prouincialis, & Miniſtrorum, ac ſororum monaſteriorum, ſiuè Dominorum ordinis S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, infrà Regna, & Dominia Caſtellę, ac Legionis Regis, pro tempore exiſtentis conſiſtentium conqueſtione percepimus qđ nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque eccleſiarum Prælati, ac clerici, ac eccleſiaſticæ perſonæ, tā religioſæ, quàm ſæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & laici, cōmunia ciuitatum, vniuerſitates oppidorum, Caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, ac aliæ ſingulares perſonæ ciuitatum, & diœceſ. necnon aliarum partium diuerſarum, occuparont, & occupari fecerūt, Caſtra, villas, & alia loca, terras, domos, 2
poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, ac fructus, cenſus, redditus, & prouentus Monaſteriorū, ſiuè domorū huiuſmodi, necnō eis annexorum, & ab ipſis dependentiū Hoſpitalium, atque locorū, & nōnulla alia bona mobilia, ac immobilia, ſpiritualia, & tēporalia ad Prouincialē, Miniſtros, Sorores, Monaſteria, ſiue domos, ac Hoſpitalia, & loca huiuſmodi ſpectātia, & ea detinent indebitè occupata: ſeù ea detinentibus præſtāt auxilium, cōſilium, & fauorem, nonnulli etiā ciuitatum diœceſ. & partiū prędictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidāt, eiſdē prouinciali Miniſtro, ſororib. ſuper prædictis Caſtris, Villis, & alijs locis, terris, domibus, poſſeſſionibus, iuribus, & iuriſdictionib. fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus eorundem, ac quibuſcunque alijs bonis mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, & alijs rebus ad Prouincialem, Miniſtros, Monaſteria, ſiuè domos; necnō Hoſpitalia anneſa, ac depē- 3
dentia loca prædicta ſpectantibus: multiplices moleſtias, & iniurias inferunt, ac iacturas. Quare dicti Prouincialia, & Miniſtri, nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum eis valdè reddatur difficile, pro ſingulis querelis, ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ipſis ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detētores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, illo volentes eiſdem Prouinciali, Miniſtris, ac ſororibus, remedio ſubueniri, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & alijs, aditus cōmittendi ſimilia præcludatur: Diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aùt vnus veſtrum, per vos, vel alium *b* ſeù alios, etiā ſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſeruatores, & iudices, præfatis Prouinciali, & Miniſtris, efficacibus defenſionis præſidijs aſſiſtentes, non permittatis eoſdem, ſuper his, & quibuſlibet alijs bonis, ac iuribus ad ipſos, necnon huiuſmodi Monaſteria, ſiuè domos, & annexa, ſeù depēdentia loca, ſpectantibus, ab eiſdem, vel quibuſuis *c* alijs, indebitè moleſtari, aut eis grauamina, ſeù damna, vel iniurias irrogari. Facturi dictis, Prouinciali, Miniſtris, & ſororibus; cùm ab eis, vel procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo fueritis requiſiti, de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet, ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, iurium, ac bonorum mobilium, & immobilium, redditųum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcunque bonorum; necnon de quibuſlibet moleſtijs, iniurijs, atque damnis, præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirant indaginem, ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs verò, prout qualitas rerū exegerit, iuſtitiæ complementum. Occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocunque, & quotieſcunque expedierit, auctoritate Apoſtolica, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione *d* poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij *e* ſæcularis. Non obſtantibus tàm fœlicis recordationis Bonifacij Papę Octani, prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur, nè 4
aliquis extrà ſuam ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltrà vnam dietam à fine ſuæ diœceſ. ad iudicium euocetur, ſeù nè iudices, & conſeruatores à ſede deputati prædicta, extrà ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati

a Vide circa bona applicata pro Redemptione Captiuorum. Vide in 10. 1.qq.re.q. 38.ar.4.& 5.

b Occupantes bona regularia incidunt in varias pœnas. Vide in 1. 10.qq.re.q. 38.ar.6.

c De iudicibus conſeruatoribus, Vide in 10. 1.qq.re.q. 65.per totā quaſt.

d Vide in 1.10.qq.re. q.8.ar.13.

e Vide in eadem, q.8, ar.14.

tati fuerint, contra quoſcunque procedere, ſeù alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos vltrà vnam dietam à fine diœceſ. eorundem, trahere præſumant. Dummodò vltrà duas dietas aliquis, auctoritate præſentium, non trahatur, ſeù quod de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, ac violentijs, & alijs, quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis, in eos, ſi ſecus egerint, & in id procurantes adiectis, conſeruatores ſe nullatenus intromittant, quàm alijs quibuſcunque conſtitutionibus à prædeceſſo-
5 ribus noſtris Romanis Pontificibus, tàm de iudicibus delegatis, & conſeruatoribus: quàm perſonis vltrà certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ veſtræ poſſent, in hac parte, iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſque libero exercitio, quomodolibet obuiare. Seù ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeù extra, vel vltrà loca, ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs, mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, veſtræ iuriſdictionis explicatio, in hac parte, valeat quomodolibet impediri, & de qua, eiuſque toto tenore, de verbo ad verbum, in noſtris literis, habenda ſit mentio ſpecialis. Cæterum volumus, & eadem
6 auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, etiam per alium [a] inchoatum, quamuis idem inchoans, nullo fuerit impedimento canonico præpeditus. Quodque à datis præſentium, ſit vobis, & vnicuique veſtrum, in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, cæptis, & nõ cæptis, præſentibus, & futuris, perpetuata poteſtas,
7 & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, cæptis, & non cæptis, præſentibus, ac futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula coràm vobis cæpta fuiſſent. Et iuriſdictio veſtra, & cuiuſlibet veſtrum, in prædictis omnibus, & ſingulis, per citationem, vel modum aliũ, perpetuata, legitimum extitiſſet. Cõſtitutione prædicta ſuper cõſeruatoribus, & alia qualibet in cõtrarium edita, non obſtante, præſentibus, perpetuis tẽporibus duraturis. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Dominicæ 1447. Sexto nonas Maij, Pont. noſtri anno primo.

[a] Vide in 10. c. 99. re. q. 65. ar. 5.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

1 *Nicolai Quinti Pontificis maximi, anno 1447. Pontificatus ſui primo, Bulla originalis continet tres Bullas, ſcilicet, Ioannis XXIII. & Alexandri IIII. atque Clementis VI.*

2 *Refert fauores, & priuilegia conceſſa ab Alexandro, & Clemente prædictis.*

3 *Benigna, & fauorabilis Bulla Alexandri Papæ Quarti, plurimum commendantis fratres ſacri ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vniuerſoſque Chriſti fideles hortatur, quatenus ad redemptionem, Hoſpitalitatem, & reliqua opera pietatis, quæ in ipſo ordine exequuntur eiſdem fratribus pias elargiantur eleemoſinas.*

4 *Cunctorum operum pietatis, quæ in ordine exequuntur teſtes fideliſſimus eſt.*

5 *Innocentius Papa Quartus primo conceſſit huiuſmodi indultum.*

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt, quod nos tenorem quarundã literarum bonæ memoriæ Baldaſaris Epiſcopi Tuſculanenſis, Ioannis viceſimi tertij, in ſua obedientia nuncupati, in Regiſtro ipſius Baldaſaris repertum, dilectorum filiorum, Miniſtrorum, ac Fratrũ ordinis S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorũ, iuxtà morem eiuſdem ordinis, aſſerentium ſe pro deſenſione iuris ſui, tenore earundem literarum indigere, in hac parte ſupplicationibus inclinati, de verbo ad verbum, tranſcribi, & ad ipſorum Prouincialis, Miniſtrorum, & fratrum inſtantiam, præſentibus adnotari fecimus, qui eſt talis.

IOannes Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea libenter intendimus, per quæ perſonæ Religioſæ diuinis laudibus, & pijs operibus, deditæ, in earum bono propoſito, iugiter perſeuerare valeant, & vt ab omni moleſtia ſecludantur, ea quæ circà ipſos potiſſimè per ſummos Pontifices prædeceſſores noſtros, rationabiliter, & piè peracta fuerunt, cum à nobis petitur, noſtræ confirmationis adminiculo roboramus. Sanè dudùm, fælicis recordationis Alexander Papa Quartus, prædeceſſor noſter, per ſuas literas vniuerſos Chriſti fideles monuit, & exhortabatur, ipſis in remiſſionem peccatorum iniungendo, vt accedentes ad ipſos, pro tempore Nuncios, dilectorum filiorum, Miniſtrorum, & fratrum ordinis Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, benignè recipere, & honeſtè tractare curarent, eis grata ſubſidia, & pias eleemoſynas conferendo. Nihilominus omnibus Chriſti fidelibus, qui de facultatibus ſuis eiſdem fratribus ſubuenirent, & in eorum Sancta Fraternitate, ſtatuerent ſe collegas, eiſque grata charitatis ſubſidia erogarent, tres annos, & quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentijs, auctoritate Apoſtolica, relaxauit; & ſubſequenter per piæ memoriæ Clementem Papam Sextum, etiam prædeceſſorem noſtrũ, intellecto, quod cum ipſi fratres pro confratribus, & eleemoſynis pauperũ requirẽdis, iuxta conſuetudinem eorum, auctoritate prædicta confirmatam, ad Eccleſias quorundam presbyterorum accederent, ipſi presbyteri eos recipere nolent, niſi prius ab ipſis certam partem eleemoſynarũ, [b] quas eis fideles Chriſti erogarent, pro ſuæ voluntatis arbitrio, extorquerent. Vndè prædictus Clemens prædeceſſor, per quaſdam ſuas literas, vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipresbyteris, alijſque Eccleſiarum prælatis, ad quos dictæ literæ ſuæ peruenirent, præcipiendo, auctoritate prædicta mandauit, vt omnibus, & ſingulis presbyteris eorum poteſtati ſubiectis, ſub pœna amiſſionis officij, & beneficij iniungerent, quod prædictos fratres, vel eorum Nuncios, in Eccleſijs ſuis, ad opus pauperum prædicare, & eleemoſinas petere, ſine qualibet contradictione, permitterent, ſalua moderatione Concilij Generalis, nec aliquid ab eis exigere, vel extorquere præſumerent. Et inſuper præfati prædeceſſores, eoſdem Miniſtros, fratres, & ordinem, diuerſis alijs libertatibus, indulgentijs, immunitatibus, conceſſionibus, & priuilegijs eorum communicauerunt, prout plenius continetur in eiſdem literis, quarum tenores præſentibus inſeri fecimus, & ſunt tales.

[b] *Hic quæſtus eleemoſynarũ non eſt per Concilium Trident. ſublatus. Vide in to. 2. qq. reg. q. 17. ar. 7.*

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. 2
Vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos literæ iſtæ peruenerint: Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Si iuxtà ſententiam ſapientis, inter tempus ſeminandi,

minsndi, diſcernimus, & metendi, ſeminare debemus in terris. quod cum multiplicato fructu, recolligere valeamus in cęlis. Facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui cum decernimus, in æternа tabernacula nos admittant. Sic theſaurizamus nobis in cęlo Theſauros, vbi fures nō effodiūt, neque furātur. Sic terrena in cęleſtia, & trāſitoria in æterna, fęlici cōmercio commutamus. Licet autē indigentibus vniuerſis, apetire teneamur viſcera charitatis: illis tamen ſpecialius, & abundantius, quadā libertate, debemus gratias exhibere, qui cū ſint pauperes ſpiritu, ſpontè ſubeunt onera paupertaris, vt pauperibus poſſint copioſius ſubuenire. Dū tanquā nihil habentes, & omnia poſſidentes, velint penuriā pati, & abundare dilexerunt cum Apoſtolo abundāt pauperibus, ſibi egent, & in ſe illorum egeſtatem aſſumunt. Vt ex indigentia liberali, liberalius miniſtrent hoſpitibus, & egenis. Hæc verò, quāuis multi laudabiliter exequātur, illi tamen ſtudent laudabilius adimplere, qui hoſpitalitati vacāt, & nō ſolùm recipiunt hoſpites, ſed & trahunt. Illud Propheticum exequentes, frāge eſurienti panem tuū, & egenos, vagoſque induc in domū tuā, cum videris nudum, operi eum, & carnem tuā ne deſpexeris; Hi enim cum paſcant eſurientes, ſitientes petāt, colligunt hoſpites, nudos veſtiunt, & non ſolū infirmos viſitant, ſed eorum ipſi infirmitates aſſumunt, viſitāt, ſed eorū ipſi infirmitates aſſumūt, miniſtrāt in carcere poſitis, & quibus in infirmitate participāt, communicant in ſepultura defunctorum. Illa omnia exequunt, propter quæ Dominus, in vltimo diſtrictionis examine, bonos remuneraturū, & malos ſe aſſerit puniturum. Cū igitur, dilecti filij, Magiſtri, & fratres ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Captiuorum, ad hæc totis viribus elaborent: vt vndique, confluentium, egenorum, & ęgrorum neceſſitatibus, ac Redemptionis eorundē Captiuorum, pariter ſe exponāt: ad inſtar fœ. re. Innocentij Papæ Quarti, prædeceſſoris noſtri, vniuerſitatem veſtram monemus, & hortamur in Domino, ac in remiſſionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus, vt cooperatores ſitis, operum pietatis: accedentes ad vos, eorum Nuncios benignè recipere, & honeſtè tractare curetis, eis grata ſubſidia, & pias eleemoſynas conferentes, vt quod pauperibus contuleritis, per manus eorum in terris, vobis per manus eorundem peuperum theſaurizetis in cœlis. Cum Apoſtolo ſentientes, quoniam, qui parcè ſeminant, parcè & metent, & qui ſeminant in benedictionibus, de benedictionibus & metent vitam æternam. Nos autem de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate, ac ea, quam nobis indulſit Dominus, poteſtate confiſi, omnibus, qui de facultatibus ſuis, ipſis ſubuenerint, & in tàm Sancta Fraternitate ſtatuerint ſe collegas, eiſque beneficia præſtiterint annuatim, tres annos, a & quadraginta dies de iniuncta ſibi pęnitentia, relaxamus, auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, vt ipſis, qui eorum Fraternitatē aſſumpſerint, ſi Eccleſiæ, ad quas pertinent, fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, niſi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, ſepultura Eccleſiaſtica non negetur. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Laram, 14. Kalendas Februarij, Pont. noſtri, anno 2.

a Vide in 10. 2. qq. re. q. 94. ar. 3.

CLemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Præpoſitis, Archipręsbyteris, & alijs Prælatis Eccleſiarum, ad quos literæ illæ peruenerint. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Querelam grauem recepimus, dilectorum filiorū, Miniſtri, & Fratrum ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, quàm, præ magnitudine culpæ, & pauperum diſpendio, diſſimulare non volumus, nec debemus. Propoſuerunt ſiquidem iam dicti Fratres, quod cum pro confratribus, & eleemoſynis pauperum requirendis, iuxtà conſuetudinem ſuam, auctoritate Apoſtolica confirmatam, ad Eccleſias quorundam presbyterorum accedant: ipſi presbyteri eos recipere nolunt, ſed (quod grauius eſt) ab Eccleſijs ipſis, prædictos fratres eijcere non verentur, cum debeтent eos, benignè, & patienter audire, & Parochianos ſuos, ad conferendas pauperibus eleemoſynas, attentius exhortari. Accedit ad hoc, quod ijdem presbyteri quandam partem eleemoſynarum pauperum, exigunt imprudenter. Et vt poſſint extorquere quod quæruntur (Parochianis ſuis reclamantibus,) pauperum obſequium impedire, pro ſuæ voluntatis arbitrio, non formidant. Vnde, quoniam tantum prædictorum Fratrū grauamen, & pauperum diſpendium, clauſis nō debemus oculis pertranſire, quibus, ex debito Paſtoralis officij, patrocinium tenemur contra omnem inſolentiam impartiri: Vniuerſitati veſtræ, per Apoſtolica ſcripta, mandamus, quatenus vniuerſis preſbyteris, veſtræ poteſtati ſubiectis, ſub pœna amiſſionis officij, & beneficij iniungatis, & prædictos fratres, vel eorum Nūcios, in Eccleſijs, ad opus pauperum, prædicare, & eleemoſynas b quærere, iuxta quod eis ſedis Apoſtolica indulſit, ſine qualibet cōtradictione, permittant. Salua moderatione Concilij Generalis, nec aliquid ab eis exigere, vel extorquere præſumant. Si verò poſtmodum iam dictis presbyteris, ad audientiā veſtram, querela peruenerit, in tranſgreſſores pręcepti noſtri iuxtà modum culpæ taliter vindiceris, quod eos ſuæ temeritatis pœniteat, & fratres de defectu iuſtitiæ non cogantur ad noſtram præſentiam laborare. Peruenit præteteà ad audientiam noſtram, quod ſi quando veſtri Parochiani dictis fratribus de reb. ſuis quicquam in teſtamento ſuo relinquant, hæredes eorū, vel illi, qui res ipſas penès ſe habent, ipſum legatū eis ſoluere contradicunt, quia verò grauem culpæ maculam contrahunt, non mediocriter oculos diuinæ maieſtatis offendunt, qui ea, quæ ſacris Dei oculis, & viris Religioſis, & honeſtati depoſuerūt illos, quos vobis nominauerint, vobis ita eſſe conſtiterit, moneatis attentius, & diſtrictius compellatis, vt ea quæ prædictis fratribus ſunt in teſtamento legata, remoto appellationis obſtaculo, & malitioſa dilatione, abſq; diminutione perſoluant, vel in præſentia veſtra, appellatione remota, exhibeāt iuſtitiæ complementum. Quod ſi monitionibus veſtris parcere contempſerint, eos, appellatione ceſſante, vſque ad ſatisfactionem condignam, excommunicationis vinculo aſtringatis. Nos autem de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius auctoritate confiſi, omnibus verò pœnitentibus & confeſſis, qui ad ſuſtentationem dicti ordinis manus c porrexerint adiutrices, tres annos, & quadraginta dies, de iniūcta pœnitentia relaxamus. Etiam concedimus quod omnes confratres, & conſorores dicti ordinis, qui dederint certam quantitatem bonorum ſuorum, & annuatim, fratribus, vel Nuncijs dicti ordinis, beneficia perſoluerint, poſſint ſibi eligere annuatim idoneum presbyterum in confeſſorem, qui eorū confeſſionibus diligenter auditis, eis pro commiſſis, pœnitentiam impēdere valeat ſalutarem: niſi talia ſint propter quæ Sedes Apoſtolica ſit meritò conſulenda. Et quilibet confrater habebit ſcriptum di-

b Hoc non eſt ſublatū à Conc. Trīdent. vt habes in 2. 10. qq. reg. qu. 57. ar. 8.

c Vide in 2. 10. qq. re. q. 91. ar. 1.

Tom. 1. priu. Apoſt.

ctæ Fraternitatis, & eidem ſepultura Eccleſiaſtica non negetur, niſi nominatim fuerit excommunicatus. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario, contraire. Si quis autem, &c. Datum Auinioni. Kalendis Aprilis Pontificatus noſtri, anno primo.

Quare pro parte dictorum dilectorum filiorum vniuerſorum Miniſtrorum, & fratrum domorum, dilecti ordinis, in Regno Angliæ conſiſtentiũ, fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt in fauorem ipſorum, atque pauperum, & ſuarum domorum, prædictis robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, de ſpeciali gratia dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictas literas ratas habentes, & gratas, eas auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergò oĩno hoĩum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſecundo Kal. Iulij. Pont. noſtri, anno a.

Cæterum, vt earundem literarum tenor prædictus ſic inſertus, omnimodam rei, ſeù facti, certitudinem faciat, auctoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, earumque vim, eumque vigorem dictus tenor, per omnia habeat, quem haberent originales literæ ſupradictæ, & eadem prorſus ipſi tenori, fides adhibeatur, quandocunque, & vbicunque, in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut ipſis originalibus literis ſtaretur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius eiſdem Prouinciali, Miniſtris, ac fratribus prædictis, de nouo acquiri volumus, ſed antiquum (ſi quod habent) tantummodò conſeruari. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarn. Dominicæ 1407. Nono Kalendas Augoſti, Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

1 *Concedit confeſſoribus deputatis per prælatos Sanctiſſimæ Trinitatis religionis, vt poſſint ſuos ſubditos, confeſſione per eos audita, abſoluere ab omnibus reſeruatis vſque ad datam huius conceſſionis, & hoc ſemel, à non reſeruatis ſedi Apoſtolicæ verò, etiam poſt datam commiſſis, toties, quoties.*

2 *Concedit præfatis confeſſoribus, vt poſſint abſoluere prædictos ſubditos ſemel, etiam à reſeruatis poſt datam commiſſis, & vt poſſint abſoluere à quibuſcunque cenſuris.*

3 *Concedit, vt poſſint diſpenſare in quacunque irregularitate contracta, ex eo, quod ligati cenſuris diuinis, ſe immiſcuerunt.*

4 *Determinat, vt ſi præfati pœnitentes non ſatisfecerint intra terminum per confeſſores præfinitum, in cenſuras à quibus fuerint abſoluti relabantur.*

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Prouinciali, & vniuerſis, ac ſingulis domorum ordinis Sanctæ Trinitatis, & Redẽptionis Captiuorum infra Dominià chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caſtellæ, & Legionis Regis illuſtris conſiſtentiũ Miniſtris, præſentibus, & futuris, Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Expoſcit veſtræ deuotionis ſynceritas, & Religionis promeretur honeſtas, vt petitionibus veſtris (illis præſertim quæ aĩarũ ſalutem reſpiciunt) fauorabiliter annuamus. Veſtris itaque hac in parte, ſupplicationibus inclinati, quod vos, & per quẽlibet veſtrum, ſingulis domibus veſtri ordinis, S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, infra Dominia chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caſtellæ, & Legionis, Regis illuſtris, cõſiſtentibus; deputãdi Confeſſores ſingulo
rum. vobis ſubiectorum, dicti ordinis profeſſorũ, 1
confeſſionibus per vos, vel illos diligẽter auditis, a
ſubiectis ipſis, pro cõmiſſis per eos vſque in diem, qua præſentes literæ in præfatis domibus publicabũtur; etiã in reſeruatis ſemel tantũ, pro cõmittendis verò ex tunc in anteà, per illos, exceſſibus, criminibus, ac peccatis, in alijs nõ reſeruatis Sedi Apoſtolicæ caſibus, quoties fuerit oportunũ, debitã abſolutionẽ impendere, & iniungere pœnitentiam ſalutarem; necnõ ſimiliter, in reſeruatis ſemel tãtùm
in nõ reſeruatis caſibus huiuſmodi, quotieſcunq; 2
ſubiectos præfatos, ſi hoc humiliter petierint, à quibuſcunque excõmunicationibus, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijſque ſententijs, & cẽſuris, & pœnis eccleſiaſticis, ſi quas à iure, vel ab homine, etiã per proceſſus Apoſtolicos, generaliter promulgatas, hactenus incurrerunt, ſeu in poſterũ incurrent, in forma Eccleſiæ cõſueta, iniunctis ſibi pro modo culpæ, pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda, abſoluere, & cũ ipſorum ſubiectorum ſingulis, ſuper irregularitate, ſi quã, ſententijs, cẽſuris, &
pœnis huiuſmodi ligati, miſſas, & alia diuina offi- 3
cia (nõ tamen in cõtemptum clauium) celebrando, aut miſcendo ſe illis, quomodolibet cõtraxerunt, ſeu cõtrahent in futurum, diſpenſare, omnẽ ab illis inhabilitatis, & infamiæ maculã, ſiuè notã, abolere valeatis, & valeãt; quodque ẽt quilibet deputãdorum prædictorum, & veſtrum quilibet, cõfeſſionibus ſimiliter per eũ diligenter auditis, in reſeruatis ſemel tãtùm, in non reſeruatis verò dictæ ſedi, caſibus, quotiens fuerit oportunum, debitã abſolutionẽ impendere, pœnitentiã ſalutarem iniungere, necnõ vos à ſententijs, cenſuris, & pœnis abſoluere, ac ſuper irregularitatem diſpenſare, omnemque inha
bilitatis, & infamiæ maculã, ſiue notã huiuſmodi 4
abolere poſſit, auctoritate Apoſtolica, deuotioni veſtræ, tenore præſentium indulgemus. Volumus autem, quod ſi propter præmiſſa, per vos, & ſubiectos prædictos, aut veſtrum, & ipſorũ aliquem, fuerit cuiquã ſatisfactio impendenda, illa infrà certũ peremptorium, per huiuſmodi cõfeſſores, ac per illos, & vos, ipſis ſubiectis, ad hoc ſtatuendum, terminum competens, per vos, & illos, ritè fiat, alioquin, eo lapſo, & alio, vobis, ac dictis ſubiectis, non obſtãte Canonico, in prædictas ſententias, cenſuras, & pœnas relabamini, & relabantur, b eo ipſo. Nulli ergò omninò hominum liceat hãc paginã noſtræ cõceſſionis, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1447. Quinto Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

a *Vide in 10.2.qq.3c. q.19.& 26.*

b *Nota hoc pro his, quæ habes 1 to. qq.10.q.2e. 47.5.*

CALISTVS PAPA TERTIVS.

HIc Pontifex aliqua conceſſit pro fratribus Minoribus obſeruantiæ, ſed quia alibi reſeruntur, præcipuè in marimagno prædicatorum Minorum Eremitarum Diui Auguſtini, & Carmelitarum (prout habentur, inter Bullas Sixti Quarti) ideò hic omittuntur.

Pro conuentu S. Benedicti Valliſoletani.

Bulla vnica.

SVMMARIVM.

Concedit, vt ſtatibus exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis, & priuilegiis per ſedem Apoſtolicam, vel alias, Monaſteriis Sancti Benedicti, & aliis ab eo dependentibus, & illi ſubiectis, poſſint eorum ſuperiores, quoties opportunum fuerit, conuenire, & concordare cum quibuſcumque incolis terrarum, & locorum, vbi habeant bona quæcumque, ad dicta Monaſteria pretinentia, ſuper quibuſcumque contributionibus.

CAlixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Priori, & conuentui Monaſterii Sancti Benedicti de Valleſoleti, per Priorem ſoliti gubernari, ordinis eiuſdem Sancti, Palentin. diœceſ. Salutem, & Apoſtolicam a benedictionem. Speciali gratia, & fauore vos, illa de cauſa dignos, potiſſimè reputamus; quia ſicut accepimus, toto cordis affectu, ſemper ad hoc intenditis, vt per ſanctæ cõuerſationis, ac laudabilis vitæ ſtudium in conſpectu Dei, & hominum fulgeatis, Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat; quod plerique Chriſti fideles partium illarum, deuotionis zelo ducti, diuerſas poſſeſſiones, terras, domos, & vineas, aliaque plura immobilia bona in diuerſis, Caſtellæ, & Legionis Regnorum locis, conſiſtentia, & ad eos tunc ſpectantia, veſtro Sancti Benedicti de Valleſoleti, ordinis eiuſdem Sancti, Palentin. diœceſ. & aliis, in Regnis prædictis conſiſtẽtibus, ab eo dependentibus, & illi ſubiectia Monaſteriis, necnon ab eo reformatis, & illorum religioſis, ſub regulari dicti ordinis obſeruantia degentibus, ſucceſſiuè temporibus, perpetuo donarunt, & conceſſerunt: voſque, & aliorum Monaſteriorum eorundem Priores, & Monachi, ſiuè religioſi, poſſeſſiones, terras, domos, vineas, & bona ipſa, eis taliter donata, & conceſſa, pro Monaſteriis prædictis recipiſtis, & receperunt, ac retinetis, & ipſi Priores, & Monachi retinent de præſenti. Cum autem (ſicut eadem petitio ſubiungebat) ante huiuſmodi donationem, obtinentes poſſeſſiones, & bona prædicta, illorum prætextu, nonnulla tam Regna, quã alia in locis, in quibus illa conſiſtunt, ſolita tributa ſoluere conſueuerint, quæ quidem tributa vos, ac alij Priores, & Monachi Monaſteriorum eorumdẽ, poſſeſſiones, & bona præfata, nomine Monaſteriorum huiuſmodi poſſidentes, ac affirmantes, poſſeſſiones, & bona huiuſmodi, fore, prout ſunt, ab ipſorum tributorum ſolutione exemptæ, ſoluere recuſant; vnde inter habitatores locorum, in quibus poſſeſſiones, & bona prædicta conſiſtunt, pro eo, quia tributorum prædictorum ſolutio eis, & ipſorũ bonis inde adaugetur, ſe grauari ſentientes, ac vos, alioſque Priores, & Monachos, ſiuè Religioſos Monaſteriorum prædictorum, differẽtiæ, diſſenſiones, & ſcandala, aduenire ſæpius videbãtur, quibus vos deſiderατia, pro poſſe, licitè obuiare; quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vobis, ac aliis Prioratibus Monaſteriorum prædictorum, quod ſuper ſolutione dictorum tributorum, cum eiſdem habitatoribus concordare poſſitis, ac ipſi alij Priores poſſint concedere, aliaſque in præmiſſis, oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremus, Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, ac omnibus, & ſingulis Monaſteriorum prędictorum, Prioribus, & Monachis, & religioſis, præſentibus, & futuris, vt cum locorũ, in quibus poſſeſſiones, terræ, domus, & alia bona immobilia quęcunque, ad veſtrum, & alia Monaſteria prædicta, pertinentia, & ſpectantia, conſiſtunt, & conſiſtent in futurum, incolis, & habitatoribus etiam, præſentibus, & futuris, ſuper tributorum prędictorum ſolutione, per vos, ac Priores, Monachos & religioſos ipſos, ratione poſſeſſionum, terrarum, domorum, vinearum, & aliorum bonorum prædictorum, ad eorum Monaſteria pertinentium facienda, quotiens oportunum fuerit, conuenire, componere, & concordare, & ſecundum conuentionem, compoſitionem, & concordiam huiuſmodi, cum incolis, & habitatoribus ipſis, in ſolutione tributorum eorundem, contribuere, & illa ſoluere, liberè, & licitè poſſitis, & valeatis; ipſique Priores, Monachi, & Religioſi aliorum Monaſteriorum prædictorum, poſſint, & valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, plenam, & liberam licentiam cõcedimus, pariter, & facultatem. Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ ſtatutis, & conſuetudinibus Monaſteriorum, & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Per hoc autem non intẽdimus, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indultis, priuilegiis, per ſedem Apoſtolicam, vel alias, Monaſteriis prædictis, Prioribus, Monachis, & Religioſis, conceſſis, in aliquo derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc &c. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1455. 13. Kal. Martij, Pont. noſtri, anno 1.

a De exẽptione à tributis, vide in 2. to. q. 65. & in 3. to. qq. re. q. 74.

Viuæ vocis oracula, Calixti III. Pro Minoribus,

1 DOminus Calixtus Papa, ad ſupplicationẽ fratris b Angeli, de Bulſena, remiſit omnem exceſſum, in paramentis factum, vſque in illum diẽ, & ſuſpirans dixit, quod prouiderent, nè in futurum fierent exceſſus.

b Vide 1. to. 3. qq. reg. q. 25.

2 Idem Calixtus III. conceſſit, ad petitionem fratris Valẽtini de Triuiſio, oraculo viuæ vocis, indulgentiam plenariam, pro fratribus, matribuſque fratrum omnium, pręſentium, & futurorum, etiam defunctorum, in purgatorio exiſtentium, c & ſic quilibet, pater, & mater fratris Minoris, poteſt in articulo mortis eligere confeſſorem idoneum, qui eũ abſoluat plenariè à culpa, & pęna, de omnibus peccatis ſuis, Fuit conceſſum Romę, in palatio Sancti Petri, anno Domini M.CCCCLVII. Aprilis 26. Hora diei 17. præſentibus Dominis, Ioanne de Perpeniano Cathalano, & fratre Bẽuenuto de Saranula.

c Vide 1. to. qq re. q. 27. art. 2.

Idem Calixtus cõceſſit, fratres laicos, præſentes, & futuros familiæ noſtræ, poſſe tangere calices, & lauare corporalia, & alia eccleſiaſtica, cum expedierit.

d Vide 1. to. 2. qq re. q. 23. art. 2.

PIVS PAPA II.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Separat obſeruantes à conuentualibus, & circa electionem Generalis, & Vicariorum generalium, proponit modum iuxtà bullam Eugenianam.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis generali, & prouincialibus miniſtris, ac vicariis, cæteriſque fratribus, ordinis B. Franciſci, tam conuentualibus, quã

de

de obſeruantia nuncupatis,ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Pro noſtra,ad Beatum Franciſcum deuotione,& pro ea beneuolētia,& charitate, qua veſtrum complectimur ordinem, libenter ea facimus,& concedimus,quæ ipſius ordinis,& veſtram omnium,& ſingulorum pacem,vnionem,ac cōcordiam quomodolibet concernere videatur. Sanè fœlicis recordationis, Eugenius Papa IIII. prædeceſſor noſter,ad eandem,vt videtur, pacem, vnionem, & concordiam veſtri ordinis,& veſtram anhelans, literas infraſcripti tenoris conceſſit. Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Vt ſacra ordinis Minorum religio, cuius zeli ſinceritas,ex ſuis laudabilibus clarés operibus, commendabile plurimum Catholicæ fidei, præſtare non deſinit augmentum,ab omni reddatur, quā tum permiſerit Altiſſimus,aduerſitate ſecura: internis gerimus inſitū votis efficere,vt ſubmoto, quod officit,& ſubrogato, quod proficit, nihil maneat, quod fratres, accepti forſan, ſubtrahat ſalubritati propoſiti: aut vllatenus robur ſacræ religionis infringat. Sanè ſi quidem dilectus filius Antonius de Ruſconibus,ſacræ Theologiæ profeſſor, ac ordinis Minorum generalis Miniſter,nobis ſuadentibus, ac nonnullis etiam ſacræ Theologiæ profeſſoribus,& probis ipſius religionis viſis,ſuaſionis noſtræ propoſitum laudantibus,aſſerentibuſque, & id ipſum conſulentibus, duos inſtituit vicarios, dilectos ſcilicet filios, Ioannem de Capiſtrano, in & ſuper omnes,in partibus Ciſmontanis,& Ioannem de Mamberto in, & ſuper omnes in partibus Vltramontanis,eiuſdem ordinis fratres, de obſeruantia nuncupatos profeſſores, cum plenaria ſui officij poteſtate,vtrique ſigillatim conceſſa,vt ſuis, noſtris inſertis literis,euidenter apparet. Cum igitur ex præfata inſtitutione,ſtatos quietem,fugata vagationis materia,ſacro ſtudio attentionem,perſonarum augmētum,& plurima bona,vt certa experientia didiſcimus,ipſis fratribus de obſeruantia nuncupatis,nec non Chriſtianę religioni,ex eorum exemplari vita, acceſſiſſe intelligamus,& pluriora,Domino concedente,in futurum euenire ſperantur,ſi eadem inſtitutio futuris temporibus perſeueret. Nos qui ſingulorum, præſertim regulari obſeruantiæ deditorū, quietem,pariter & ſalutem,intenſis deſideriis affectamus,inhærentes conſtitutionibus,& ſtatutis, ſuper huiuſmodi diſponentibus editis,ſacri Conſtantienſis Concilij, & fœlicis recordationis Martini Papæ Quinti, prædeceſſoris noſtri, Motu Proprio nō ad alicuius ſuper hoc,nobis oblatæ petitionis inſtantiam,ſed ex certa noſtra ſcientia,auctoritate Apoſtolica,de Conſilio,& aſſenſu venerabilium fratrum noſtrorum,S.R.E. Cardinalium, ſtatuimus,& ordinamus, vt deinceps Vicarius generalis ipſorū fratrum de obſeruantia vltramōtanus, circa finem triennij,ex quo ad officium Vicariatus electus fuerit,poſſit,& debeat cōuocare Vicarios,& diſcretos vocem, ac in congregatione habentes deputatos quarūlibet Vicariarum,& Prouinciarum ſibi ſubiectarum in loco per ipſum Vicarium generalem deputando: circa finem ipſius triennij capitulariter facere congregari;quorum ſi qui infirmitate, vel legitimo impedimento detenti, intereſſe nō poſſent, per nuntios ab eis deputatos, vel ſuppletionem vocis,iuxta eorum conſuetudinem,præſentia ſuppleatur: qui ſic congregati facultatem habeant,omnia, & ſingula faciendi, ordinandi, atque diſponendi, quæ de iure,conſuetudine,& ex priuilegiis poſſunt fratres eiuſdem ordinis,in eodem generali capitulo congregati,& præcipuè,eligendi,& eligere ſint aſtricti,vnum religioſum eiuſdem ordinis, in eorū ſimilem Vicarium generalem;cuius electionem, ſi à maiori parte eligentium celebretur, quamptimū fieri poterit,generali miniſtro totius ordinis,iuxta eorum conſuetudinem,faciant præſentari. Ipſe vero generalis miniſter, infra triduum à præſentatione ſibi facta,prædictum electum præſentare teneatur,concedendo ei,& communicando plenariè vices ſuas,dando ſcilicet,liberam poteſtatem, ac auctoritatem,ac omnimodam facultatem ſuam,ſuper omnes,& ſingulos fratres,de obſeruantia nuncupatos, & ſi alio nomine quippiam eorum nominētur in partibus Vltramontanis commorantes, & commoraturos,tam in capitibus quam in membris, viſitandi,publicè,& priuatè,vocandi,citandi, inquirendi,& examinandi,procedendi,iudicandi, amouendi,terminandi,decidendi,ſententiandi, approbandi reprobandi,coarctandi,detinendi, puniēdi, carcerandi,à carceribus liberandi, ad actus legitimos reſtituendi,fratres vicariorum, & prouinciarum huiuſmodi collocandi,& commutandi,expellendi,& reuocandi, fratres de Ciſmontanis partibus,cum bona licentia venientes recipiendi, apoſtatas omnes,ad ordinem redire volentes,cum pęnitentia,quæ eidem Vicario videbitur, iniungenda,reducendi, & acceptandi fratres conuentuales, dummodo ſuis miniſtris non ſint rebelles, & ab eis licentiam petierint,& pœnitentiam non effugiant delictorum,veraciter cupientes,ad meliorem frugem ſe transferre,& viuere regulariter, recipiendi: officiales,& prælatos quoſlibet ſibi ſubiectos,cū opus fuerit,aut caſus exegerit, priuandi,& abſoluēdi,deponendi,& reſtituendi,vel alios,loco eorum, de conſenſu tamen fratrum eorundem locorum,in quib. huiuſmodi officiales,aut prælati exiſtunt,vel ſaltem maioris partis eorundem, fratres, cōuentus, domos,loca,& eremitoria prædicta, præſentia pariter,& futura ei ſubiecta,informandi,& reformandi, abſque ſocio, vel ſine licentia de Ciſmontanis partibus venientes,ſeu vltra montes delinquentes, peniendi. Et quos nouerint habiles,& idoneos etiā ad ſacros ordines, vſque ad ſacerdotium incluſiuè, promoueri faciendi,ad confeſſionis, & prædicationis officia promouendi, & promotos cum eidem vicario videbitur priuandi,& ſuſpendendi omnes, & ſingulos fratres ſibi ſubiectos,de omnibus peccatis ſuis,& pęnis ſpiritualibus & temporalibus, excommunicationibus,ſuſpenſionibus, tranſgreſſionibus regulæ, & ſtatutorū,caſibus irregularitatis, & cenſuris, præfato generali miniſtro commiſſis, vel reſeruatis,liberè abſoluendi,liberandi,& diſpēſandi,quoties opus fuerit. Se quoque ab huiuſmodi abſolui,liberari,& diſpenſari faciēdi,etiam quoties ei videbitur oportere: ad omnes prouincias,& vicarias,& ad præſentiā ipſius generalis, ac ad Romanam Curiam accedendi, & mittendi fugientes à ſeculo,ac quoſcumque volentes Deo, in dicto ordine deſeruire,tam pro laicis,quam pro clericis,ad habitum,& profeſſionem recipiendi, gratiæ, ſiue literæ quæcumque à præfato generali miniſtro,eiſdem fratribus conceſſæ, vel deſtinatæ, vel in poſterum concedendę,vel deſtinandæ,ſi tales eſſent, per quas ab obſeruantia regulari diſtraherentur fratres huiuſmodi,aut quæ ſcandalum in regimine eidem Vicario commiſſo,parerent, habeātur pro infectis. Contradictores,& rebelles,per cenſuram eccleſiaſticam, & alia iuris,& dicti ordinis remedia, etiam per inuocationem brachij ſecularis, vel ecaleſiaſtici,ſi opus fuerit,compeſcendi. Congregationes in prouinciis, & vicatiis omnibus eis ſubiectis, ſiue pro electione vicariorum,ſiue pro aliis vtilibus negotiis occurrentibus,opportunas,faciendi, vel fieri faciendi. Et generaliter, ſpecialiterque omnia alia,& ſingula circa fratres,cōuentus,domos, loca, & eremitoria huiuſmodi, faciendi,exercendi,& diſponendi,ordinandi, & ſtatuendi, quæ ipſe miniſter

Digitized by Google

ſter generalis facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet; eaſdem inſuper auctoritates & gratias, poteſtates, & facultates, per ipſum miniſtrum generalem, eidem Vicario conceſſas, vel earum partem, aliis fratribus, quos ad hoc iudicauerit idoneos, committendi, & concedendi, necnon per ipſos, prædicti vicarij commiſſarios, committi, & concedi faciendi. Mãdat præterea ipſe generalis miniſter, (quod mãdatum, in commiſſione, prædicto Vicario facta, in ſcriptis ſemper appareat) omnibus, & ſingulis fratribus in prædictis Vltramontanis partibus commorantibus, & commoraturis, prælatis, ac ſubditis, ad meritum obediẽtiæ ſalutaris in virtute Spiritus ſancti, quatenus omni appellatione poſtpoſita, quã nullo modo facere liceat, in omnibus, & per omnia firmiſſimè pareant, & obediant eidem vicario, toto tempore ſui vicariatus, tanquam perſonæ ipſius miniſtri generalis, & nullo colore, vel cauſa, quæſitis, poſſint ipſi fratres ſub pœna excommunicationis, & carceris, ac priuationis officiorum, & omnium actuum legitimorum latæ ſententiæ, ad ſubterfugiendam correctionem, examinationẽ, & reformationem præfati Vicarij, ſeu Vicariorum illi ſubditorum, obedientiam ad conuentus, domos, & eremitoria ſeu loca alia quæcumque, illius corę non commiſſæ aufugere, nec ſi illi fugerint illam, vel deinceps, ſi fugere contingeret: miniſtri, & cuſtodes, guardiani, ſiue quicumque alij fratres, eidẽ vicario præfato non ſubditi, cuiuſcumque cõditionis, gradus, dignitatis exiſterent, ſub pęna priuationis officij, excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis omnium actuum legitimorum, audeãt illos recipere, aut fortè receptos, vel in poſterum recipiendos retinere, contra eiuſdem vicarij velle, vel vicariorum illi ſubditorum. Etſi quid aliud facultatis, & auctoritatis in dictis literis continetur, quorum tenorem volumus habere pro expreſſo, ac ſi de eis, de verbo ad verbum, facta eſſet mẽtio ſpecialis; quæ commiſſio, aſſumptione ad dignitatem, ſuſpenſione, depoſitione, vel obitu ipſius generalis committentis, nullatenus expiret, ſed firma auctoritate Apoſtolica, ad tempus conceſſa, & ſtabilis perſeueret. Quo triduo elapſo, & electo non confirmato, electus ipſe confirmatus, cum plenaria poteſtate huiuſmodi, atque præceptis, vſque ad ſuçceſſoris electionem, habeatur, ſedis Apoſtolicæ authoritate; infra quod tẽpus prædictus vicarius nõ valeat ſuo renuntiare officio, ſine ſcitu vicariorum omnium vicariarum, & prouinciarum, diſcretorũque aut maioris partis eorundem; poſſit nihilominus prædictus vicarius conuocare omnes vicarios illi ſubiectos, diſcretoſque infra tempus ſui officij, in loco per ipſum deputando, quoties ſibi opus viſum fuerit. Et ſi tempore electionis præfati vicarij vacaret generalatus officium, aut Generalis excommunicatus eſſet, vel ſuſpenſus, electum ipſum vicarium, cum præmiſſa poteſtate, confirmatum cenſeri, & eſſe volumus, & ordinamus. Interim vero dũ fuerit confirmatus, is, qui prædicti vicariatus officium exercuit, ante electionem exerceat officiũ generalis: & præmiſſa, quæ circa conuocationem, cõgregationem, ordinationem, diſpoſitionem, executionem, electionem, præſentationem, confirmationem, & commiſſionis ſtabilitatem, per præfatos dilectos filios, generalem miniſtrum, & eius præfatũ vicarium, & cæteros, vt præmittitur, fieri volumus ita, & per inferiores miniſtros, & eorum vicarios prouinciales huiuſmodi, & qui abeſſe habent eſſe, & debere fieri in ſuis prouinciis, & vicariis, ſingulis annis, ſtatuimus, & ordinamus vicaria Bozoæ, propter illius amplitudinem excepta. Si verò generalis vicarius, infra ſui officij tempus, ex hac luce migrauerit, ſeu alias ab officio amotus fuerit; vicarius in cuius prouincia mori, vel amoueri contigerit, nonciet quam citius poterit aliis vicariis Vltramontanis, & de conſilio, atque conſenſu duorum proximorum vicariorum, terminet locum, & tempus, niſi fuiſſent per vicarium, ante ipſius obitum, vel amotionem deputata, & conuocet, qui fuerint conuocandi pro ſucceſſoris vicarij electione celebranda. Quo vacationis tempore, authoritate ſedis Apoſtolicæ, exerceat officium vicariatus huiuſmodi, vicarius ipſe, in cuius prouincia obiit, vel amotus fuerit prædictus vicarius generalis, cum plena poteſtate præmiſſa: hoc idem intelligi volumus de vicariis vicariarum, ſeu prouinciarũ, cum eos mori, vel amoueri contigerit, prouincias, ſeu vicarias regi, & gubernari per guardianum, in cuius guardiania talia euenerunt, ſalua ſemper, & ſeruata prædicti generalis, vt præmittitur, poteſtate. Generalis verò, aut quiſquis miniſtrorum, vel cuſtodum, ſeu fratrum dicti ordinis, prædicto vicario generali, ſeu cæteris vicariis, vel cuipiam fratri eiuſdem familiæ, & de obſeruantia nuncupato, moleſtiam, ſeu impedimentum aliquod inferre non audeat, nec præſumat, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, priuationis officij, omniumque actuum legitimorum, vt in prædictis literis continetur; niſi quod præfatus miniſter generalis, per ſe duntaxat, perſonaliter viſitare, & corrigere poſſit, & valeat, prædictum vicarium generalem, fratrem, ſeu fratres, conuentum, domum, locum, & Eremitorium eiuſdem familiæ piè, benignè & charitatiuè, ad meliorem frugem prouocando. Et ſi quemquã (quod abſit) reppererit criminoſum, ipſum vicarium, de cõſilio, & aſſenſu maioris partis vicariorum præmiſſorum, cæteros verò, de conſilio, & aſſenſu maioris, & ſanioris partis fratrum, domus, Eremitorij, loci, vel conuentus viſitatorum, in eodem loco, & non extra, corrigere valeat, & punire, pœnitentiare, & emendare, ſecundum quod delicti qualitas exigerit faciendum. De regimine vero, & cura prædictorum, de obſeruantia nuncupatorum, ſe aliter non intromittat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatuti, decreti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorũ, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſorum, Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1446. 10. Kalend. Auguſti, Pontificatus noſtri, anno ſexto. Deinde fęlicis recordationis, Nicolaus Papa V. prædeceſſor noſter, aliquot diſcordiis, & contentionibus, inter vos exortis, & diu agitatis; poſtquam vtroſque, tam ipſe, quam per commiſſarios ſuos, nonnullus Cardinales, alioſque prælatos ſępè numero, ſicut accepimus, diligenter audiuit; determinationi, & ordinationi prædictæ, ſui, & noſtri prædeceſſoris, Eugenij, acquieſcens, nihil omnino innouauit. Poſtea, fœlicis recordationis, Calixtus Papa Tertius, prædeceſſor noſter, cum dicto Nicolao Quinto ſucceſſiſſet, & contentiones varias inter vos conuentuales, & obſeruantes ſuſcitatæ eſſent, tandem literas, ipſe etiam dedit, infraſcripti tenoris.

CAlixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Conditor orbis, qui gregem Dominicum, de laqueo ſeruitutis eripuit, inter alia, quæ huius gregis opera afferunt fructuoſa vices ſuas nobis, licet immeritis, in terris committere dignatus eſt, vt circa quorumcunque religioſorum ordines, præſertim eorum, qui ſub viſa laudabili, ac obſeruantia, regularem vitam ſibi eligunt, tam per vigilem noſtræ conſiderationis intuitum dirigimus, per quem religioſi ipſi, & quicũq;

co-

Digitized by Google

eorumdem profeſſores, ſublatis quibuſuis turbationum materiis, ne contagione ſerpentina occaſio hęſitandi, in eis per amplius conualeſcat, ſub votiua pacis, & quietis manſuetudine, ſedulo deuotiorem, Altiſſimo impẽdere valeant famulatum, & iis, quę propterea, noſtrarum literarum obtẽtu, pro pacis, & quietis huiuſmodi augmento, & virtutum incremento multiplici, prouidè acta ſunt, vt firma, & illibata perſiſtant, Apoſtolici numinis adiicimus firmitatem. Nuper ſi quidem cupientes dilectos filios vniuerſos, ordinis fratrum minorum, profeſſores, de obſeruantia nuncupatos, neglecto calamitatis, & deſolationis itinere, ad tranquillũ pacis, & quietis augmentum reducere, literas conceſſimus tenoris ſequentis.

Calixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam; illius cuius in pace factus eſt locus, vices (quanquam immeriti) gerẽtes in terris, circa profeſſores regularium ordinum quorumlibet, & ſemotis contentionum, & diſcordiarũ vepribus, in amœnitate quietis, & pacis, illius famulẽtur authori, noſtræ vigilantiæ ſtudium propenſius adhibemus. Sed id nimirum in ſacra religione fratrum minorum, qui feruore charitatis igniti, eorũ dulci eloquia, fructum in agro militantis Eccleſiæ afferunt ſalutarem, eo ſtudioſius agere ſatagimus, quo ipſi, velut quædam ſalutaris eruditionis exemplaria, cæteris fidelibus eſſe debent; quorum diſcordiæ, ſi diutius perdurarent, vergere poſſent in eorum perniciem, & pernicioſum exemplum, ac ſcandalum plurimorum. Sanè cum olim nonnulli Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, circa quietẽ, & tranquillum regimen dilectorum filiorum, profeſſorum eiuſdem ordinis, piè, & ſanctè, ac multifariè laboraſſent, ordinãtes aliqua circa regulam, per B. Franciſcum traditam, prout ipſis expedire videbatur: tandem fœlicis recordationis, Eugenius Papa Quartus, prædeceſſor noſter, quaſdam tunc, inter eos, qui de obſeruantia nuncupantur, & alios fratres eiuſdem ordinis profeſſores, vertentes diſferentias, ſedare, & amputare: ac eis in poſterum benè viuendi normam tradidiſſe, ratus nonnulla circa regimen, & gubernationem, & alia, eoſdem fratres de obſeruantia nuncupatos, contingentia ordinauit, ſtatuit, & conceſſit, prout in diuerſis ipſius literis, deſuper confectis, plenius continetur. Verũ, vnde præfatus prædeceſſor pacẽ dediſſe credidit, æmulo humani generis ſuperſeminante zizaniam, eruperunt contentiones, & odia, ac diſſenſiones, & ſchiſmata emerſerunt, quæ in eorum exacerbata mente, vſque ad noſtra tempora procacius perdurarunt. Ex quo nos cupientes illa (nè præfatæ religioni diutius inueterata, quod abſit, naufragium deſolationis pariant infirmorum) noſtræ prouiſionis auſpiciis, perpetuo terminari, digeſta ſuper, cũ venerabilibus noſtris fratribus, ſcilicet R. E. Cardinalibus, deliberatione præhabita, de ipſorum fratrum noſtrorum conſilio, pariter & aſſenſu, ad laudem Omnipotentis Dei, & honorem B. Franciſci, ad quem ſingularem deuotionem gerimus, necnõ perpetuam dictæ religionis quietem, & pacem, nõnulla ſalubria, & Deo, vt ſperamus, accepta ſtatuta, & ordinationes edidimus, per eoſdem fratres, & eorum prælatos, perpetuis futuris temporibus, authore Domino, inuiolabiliter obſeruanda. Authoritate igitur Apoſtolica, & ex certa ſcientia, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli fratres dicti ordinis, præſentes, & futuri, quocumque nomine vocentur, & cenſeantur, ipſique miniſtri, cuſtodes, & vicarij, & alij quicumque à generali miniſtro dicti ordinis, pro tempore exiſtenti, iuxta continentiam præfatæ regulæ, obedire teneantur; necnõ, quod omnes, & ſinguli cuſtodes, vel vicarij fratrum prædictorum, de obſeruantia nuncupatorum, quarumcunque prouinciarum, eorum diſcreti, ad capitulum generale, iuxta morem dicti ordinis, teneantur accedere, in quo, poſtquam vicarius vicariorum, vel cuſtodum eorum, officio vicariatus huiuſmodi ceſſerit, vt eſt moris, iidem cuſtodes, aut vicarij, & diſcreti, præſidẽte dicto filio, generali miniſtro, pro tempore exiſtente, aut aliquo, ab eo deputato, ſi ibidem intereſſe noluerit, qui, aſſumptis duobus ſeruatoribus, ex numero vocalium, aliorum vota ſcrutentur, vt moris eſt, & tres ex eiſdem fratribus, de obſeruantia nuncupatis, nominentur, & præſatus generalis miniſter, vnũ ex dictis tribus, ſic nominatis, in vicarium cuſtodũ, vel vicariorum eorundem fratrum, de obſeruãtia nuncupatorum inſtituat: & is, quem ex præfatis tribus, generalis præſatus inſtituerit, vel confirmauerit, huiuſmodi inſtitutioni, vel confirmationi conſentire teneatur, nec poſſit ſine rationabili cauſa, vel iuſto impedimento renunciare. Et ſi fortè aliqua controuerſia circa nominationem, inſtitutionem, vel confirmationem huiuſmodi, orietur, nominetur in eodem capitulo vnus alius, ab eiſdẽ fratribus de obſeruantia dictis, qui præſit, & faciat ea, quæ incumbunt quo vſque controuerſia huiuſmodi ſopiatur, quemadmodum de miniſtris obſeruatur. Præſatus verò inſtitutus, poſtquam acceptauerit, generalis pręſatus committat illi plenariè vices ſuas, & nihilominus eandem authoritatem, & poteſtatem, in fratres de obſeruantia nuncupatos habeat, quam dictus Generalis habet; in qua quidem electione, nominatione, ſeu confirmatione celebrãda, ſi vocales defuerint ad nominationẽ prædictorum trium, ſuppleantur ex prædictis fratribus, de obſeruantia nuncupatis, ordinantes etiam, quod cuſtodes, & vicarij prædicti, de obſeruantia nominati, in eodem generali capitulo, ad electionem miniſtri generalis vocem actiuam tantum habeãt, ſicque Domino largiente, pro tranquillo ipſius famulatu, ordinamus, & prouidemus, qui ſecundũ Deũ, talem eligere ſtudeant, quem, ad pacem, & vnitatẽ dicti ordinis conſeruandam, fore crediderint aptiorem. Et inſuper miniſtri prouinciales, per ſe ipſos, vel eis, legitima cauſa, impeditis, ab ipſis deputati, electioni vicariorum, vel cuſtodum prouincialiũ eorum, qui de obſeruantia nuncupantur, intereſſe poſſint, qui vna cum duobus ſeruatoribus, ex numero vocalium, ab eis eligendis, aliorum vota ſcrutentur, & qui à maiori parte fuerit nominatus, & electus vicarius, ſeu cuſtos, per eoſdem prouinciales miniſtros in ſingulis prouinciis, confirmetur, & nihilominus ſic pro tali habeatur. Et ſi aliqua diſceptatio, vel controuerſia ſuboriretur, interim vnus eligatur ab eiſdem in capitulo, qui præſit, & alia faciat quæ incumbunt, quemadmodum de miniſtris obſeruatur, & de aliis ſe nullatenus intromittat. Guardiani verò in congregationibus inſtituti, legãtur in tabula prouincialium capitulorum, ſimiliter autem prædicatores, & confeſſores in congregationibus prouincialibus nuper electi, in eiſdem prouincialibus capitulis confirmentur. Ordinamus præterea, quod præfatus generalis miniſter, per ſe ipſum dumtaxat, præfatum vicarium, vel cuſtodẽ vicariorum de obſeruantia nuncupatorum, viſitare, & ſi eius demerita id exegerint, punire, ac pro notorio, & pro quo, ad depoſitionem legitimè procedẽdum eſſet, crimine, ab eodem officio, deponere poſſit & valeat, De conſilio tamen, & cõſilio ſaltem quinque, vel ſex, ex vicariis, vel cuſtodibus antedictis. Quod ſi fortè contigerit, aliquem ex fratribus de obſeruantia nominatis, huiuſmodi præfato generali miniſtro, pro crimine deferri, vel accuſari: tunc, & eo caſu Generalis prædictus, per ſe ipſũ,

aut

aut eiuſdem prouinciæ vicarium, in quo accuſatus reſideat, ſeu etiam vicarium vicariorum, vel cuſtodum, ſeu quemuis alium fratrem de obſeruantia, in eadem prouincia continuè reſidentem, viſitare, aut conuictum, ſeu confeſſum, in aliquo loco fratrũ de obſeruantia huiuſmodi, vbi conuictus, ſeu cõfeſſus fuerit, aut in quo deliquerit, punire, & corrigere; & idem obſeruetur, quo ad omnem locum fratrum de obſeruantia prædictorum. Cæterum volumus, quod nullus fratrum, de obſeruantia huiuſmodi, de loco ſuo moueatur, ſed in eo potius, ad famulatum Altiſſimo, quieta mente foueatur, prout in conſtitutione fœlicis recordationis Martini V. prædeceſſoris noſtri plenius dicitur contineri; quãquàm nullus fratrum conuentualium nuncupatorum, abſque licentia dicti Generalis, ſeu prouincialium miniſtrorum, ſaltem petita, ad loca fratrum de obſeruantia, & èconuerſo nullus eorum, qui de obſeruantia nuncupantur, etiam legitima cauſa ſubſiſtente, ad loca, ſeu conuentus aliorum fratrum cõuentualium prædictorum, ſine ſpeciali eorumdem vicarij. Cuſtodum, ſeu Prouincialium, petita, & obtenta licentia; excepto euidenti ſuæ ſalutis periculo, poſſit accedere, prout in conſtitutione præfati Martini Papæ, dicitur contineri, ſub pœna priuationis officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad quoſcumque actus legitimos exercendos. Et, vt eiſdem fratribus de obſeruantia, delinquendi, & vagandi tollatur occaſio, volumus, quod ſi quis prælatorum, aut fratrum tam cõuentualium, quam de obſeruantia nuncupatorum, aliquem fratrem fugitiuum receperit, ab officio, cui præeſt ſuſpenſus, & ad actus legitimos exercendos, inhabilis fiat, eo ipſo. Adiicientes, quod ipſe fugitiuus à ſuo prælato, vbicumque reperi, ac pro crimine, leuitate, aut alia ſuæ fugæ cauſa corrigi, aut puniri poſſit. Quod ſi poſtquam correctus, & punitus fuerit, recedere voluerit, petere debet licentiam, prout ſuperius enarratur, nec de cætero à quouis fratrum de obſeruantia reperi poſſit; niſi fortè cõſtiterit eum ad frugem melioris vitæ redire voluiſſe. Si quis autẽ prælatorum, aut fratrum prædictorum, ſuper reſtitutione fugitiuorum huiuſmodi requiſitus, illam facere noluerit, ſuſpenſionis, & inhabilitatis prædictæ ſententiam incidat, eo ipſo. Quos fugitiuos, dictus generalis miniſter, libris, & aliis rebus ſuo vſui conceſſis, etiam propter hoc priuari debeat; volentes inſuper, quod generalis miniſter, & vicarius vicariorum, vel cuſtodum prædictorum, attentè caueãt quod nulli fratrum conuentualium, vel de obſeruãtia nuncupatorum, diſcurrendi, vel vagãdi prouincias, licentiam concedat, abſque rationabili cauſa, & euidenti neceſſitate, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, etiam ſub aliquarum indulgentiarũ ſpecie, & prætextu. Quod ſi literæ conceſſionum huiuſmodi aliàs, quàm pro cauſa, & neceſſitate ſimilibus reperirentur, ſint nullius roboris, vel momenti. Ac etiam pro euitandis ſcandalis, præfatus generalis miniſter, abſolutionem eorum, qui votũ caſtitatis tranſgreſſi ſunt, & in poſterum tranſgredientur, ſi ad eum pro abſolutione acceſſerint, per ipſum impedire poſſit. Et nihilominus, pro eodem delicto, vel crimine, eos ad vicarios, vel cuſtodes prouinciales dũtaxat, eoſdem remittere teneatur, & debeat, qui illam per ſe exerceant, nec eam committere poſſint, niſi guardianis locorum delinquẽtium eorundem, qui pro modo culpæ iniungant ſatisfactionem, & pœnitentiam ſalutarem, vt omnibus qualitatibus, & circonſtantiis diligenter penſatis, melius Deo animas lucrifacere poſſint. Vicarij, vel cuſtodes prouinciales fratres de obſeruantia prædictos, in eorum prouinciis conſtitutos, de loco ad locum transferre poſſint, prout viderint expedire. Et ſi cui fortè fratrum eorundem conceſſum foret, nè de aliquo loco remoueri poſſit, tunc vicarius ipſe, cauſam ob quam remotionem facere vellet indicare debeat concedenti. Cæterum, ſi vicarium vicariorum, vel cuſtodum citra, & vltramontanorum, infra tempus ſui officij inexpleti, à rebus humanis decedere contigerit, vicarius, vel cuſtos prouincialis, in cuius prouincia deceſſerit, gerat loco eius, commiſſariatus officium, vſque ad capitulum generale, vel illius ſucceſſoris electionem, ſicut de miniſtro obſeruatur. Vicarius autem vicariorum, vel cuſtodum, officium ſuum gerat, vſque ad capitulum generale, in quo eidem officio liberè cedere teneatur, & ex tunc alternis vicarij huiuſmodi prouiſio fiat, prout ſuperius dictum eſt, & ſic ſucceſſiuè obſeruetur, nec ipſe cedens, pro vice ipſa, nominari, aut inſtitui, aut præfici poſſit, ſeu valeat quoquo modo. Et quoniam, vt etiam accepimus, propter quæſtas, quæ nonnunquam à vagantibus fratribus, vbique fiunt, quàm plurima ſcandala in eodem ordine ſæpè numero oriuntur, omnibus, & ſingulis, tam conuentualibus, quam de obſeruantia, fratribus prædictis, ſub excommunicationis pœna, diſtrictius inhibemus, ne ipſi de obſeruãtis, ſub nomine conuentualium, nève conuentuales, ſub nomine, aut prætextu, de obſeruantia fratrum, aut locorum, quæſtuare quoquo modo præſumant. Mãdantes eorum ſuperioribus, vt eos, qui contra inhibitionem noſtram huiuſmodi fecerint, carceribus, vſque ad condignam pęnitentiam, mancipent, & obſeruent, qui quæſtuantes nihilominus, ad omnes actus legitimos, inhabiles propterea cenſeantur, ac eo ipſo, etiam excommunicationis ſententiam incurriſſe declarari, & pro excommunicatis publicè nuntiari poſſint; à qua quidem ſententia, conuentuales à generali miniſtro, de obſeruantia verò fratres prædicti, à vicariorum vicario, duntaxat, non ab aliis præter quam in mortis articulo cõſtituti, poſſint abſolui, qui etiam ab eorum prælatis, rebus quæſitis huiuſmodi penitus priuentur. Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli fratres, tam conuentuales, quàm de obſeruantia nũcupati, ad Ciuitates, terras, ſiue caſtra, in quibus conuentus dicti ordinis fuerint pro tempore accedentes, teneantur, & debeant ſaltem poſt vnã diẽ naturalem ſe, conuentuales verò conuentualium, & obſeruantes fratres prædicti, eorundem de obſeruantia locorum, prælatis præſentare; in qua quidem Ciuitate, vel terra, ſi vnus duntaxat conuentus fuerit, ad ipſius vnius prælatum, debeant ſe conferre illius mandatis humiliter parituri. Nos tamẽ ipſis, ſub excommunicationis, ac ſimilibus inhabilitatis pęna mandamus, à qua ſi incurrerint, poſſint per eorum ſuperiores abſolui, ne in eiſdem Ciuitatibus, ſeu terris, ſine prælatorum ſuorum licentia diutius permanere præſumant. Quod ſi ſecus egerint, prælati prædicti, eos capere, punire, ac rebus, ad eorum vſum conceſſis, & præſertim apud eos repertis, liberè priuare valeant, niſi à ſuperioribus eorum aliud habuerint in mandatis. Poſtremo cum vicaria Auſtriæ per plures prouincias iuxta morẽ dicti ordinis extendatur: ne à quo miniſtro prouinciali, vicarius, vel cuſtos prouinciæ confirmari debeat, hæſitari poſſit: volumus, vt ille prouincialis miniſter congregationi fratrum de obſeruãtia prædictorum, in eadem prouincia, vel vicaria, intereſſe, & vicarium huiuſmodi, vel cuſtodem confirmare poſſit, & debeat, in cuius prouincia, congregatio ipſa fuerit celebrata. Quo circa pręfatis, generali miniſtro, & aliis miniſtris, cuſtodibus, vel vicariis quibuſcũque prędictis, cęteriſque fratribus, & perſonis dicti ordinis, pręſentibus, & futuris, in virtute ſanctæ obedientię, ad quam ex voto tenentur,

&

& per ſpem ſalutis ęternę, diſtrictè pręcipiendo mandamus, quatenus circa obedientiam, electiones, nominationes, inſtitutiones, confirmationes, & alia ſuperius expreſſa, ordinationes, ſtatuta, mandata, & inhibitiones noſtras huiuſmodi, ſtudeant inuiolabiliter obſeruare, præmium exinde ab eo, qui author eſt, concordiæ, & pacis vberrimum recepturi, in regularibus inſtitutis dicti ordinis nihilominus, quoad reliqua, in ſuo robore permanentibus. Non obſtantibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eugenij præfati, & aliorum quorumcunque prædeceſſorum noſtrorum, Romanorum Pontificum, ordinationibus, ſtatutis, priuilegiis, & literis, quorumcunque tenorum exiſtãt, quę etiam, in quantum præſentibus obuient, haberi volumus pro infectis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus ordinis, & prouinciarum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcũque. Volumus autem, quod tranſumpto præſentiũ literarum, manu publica, ac dilecti filij noſtri, Dominici, tituli S. Crucis in Hieruſalem presbyteri Cardinalis, maioris pœnitentiarij noſtri, ac dicti ordinis protectoris ſigillo, plenè fides adhibeatur in omnibus, & per omnia, ac ſi originales ipſæ literæ exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Nos enim, ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentati. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum, ſtatuti, ordinationis, prouiſionis, inhibitionis, mandati, præcepti, cõſtitutionis, ac voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attẽtare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. CCCCLV. 4. nonas Februar. Pont. noſtri, anno primo. Nos igitur, vt huiuſmodi noſtræ præinſertæ literæ, omniaque, & ſingula in eis contenta, quæ pro ſalubri, ordinis, & profeſſorum eorundem regimine fœliciter dirigendo, peracta ſunt, roboris obtineant firmitatem, ne de eorum viribus à quoquam in poſterum hæſitaretur, ſed perpetuo, & inuiolabiliter obſeruentur, literas, & in eis contenta omnia, & ſingula huiuſmodi, ac ſecuta, & ſecutura, ex eis, cum omnibus, & ſingulis capitulis, ac in illis contentis clauſulis, pœnarum adiectionibus, ſententiarum fulminationibus, & irritantibus decretis, prout ſupra ſcriptis prohibentur; authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia approbamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes & ſingulos defectus, quantumcunque ſubſtantiales, ſi forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus, nè aliqui formidine perpetuæ infęlicitatis, miſerrimi ipſi excæcati, ſuarum mentium diſturbia inquitentes, conceptis per eos ſiniſtris euentibus, literas prætextas, omnia, & ſingula contenta in illis, ac ſecuta, & ſecutura ex eis huiuſmodi, etiam pro aliqua ipſarum parte, quærerent quoquomodo moderari, authoritate, & ſcientia ſimilibus, omnia, & ſingula priuilegia, conceſſiones, & indulta quęcunque, cum inde ſecutis, & ſecuturis, per nos, aut ſedẽ Apoſtolicam, ad quarumque perſonarum, aut quorumuis profeſſorum eiuſdem ordinis, & prouinciarum quarumlibet inſtantiam, ſiuè ſupplicationem, etiam motu proprio, ex certa ſcientia, hactenus cõceſſa, & in antea concedenda, etiam ſi perſonæ ipſæ, regali, ducali, militari, aut quauis eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate cum quibuſuis derogatoriarum derogatoriis clauſulis, etiã de præinſertis, & præſentibus noſtris literis, ſiue earũ totali effectu, expreſſam mentionem facientibus, etiamſi indultis, & conceſſionibus huiuſmodi caueatur expreſſe, quod illis, niſi de eorum totis tenoribus, de verbo ad verbum, ſpecialis, & ſpecifica, ac indiuidua mentio, pręſentibus fieret, derogari non poſſet, ſi, & in quãtum per ea, præteritis, & præſentibus noſtris literis, aliquod præiudicium quoquomodo generetur. Dummodo priuilegia, conceſſiones, & indulta ipſa, noſtrum laudabile propoſitum, quod nuper circa ſanctam Cruciatã per nos contra Spurciſſimos Mahometæ ſectæ cultores, nephandiſſimos Chriſti numinis inimicos initam firmiter oſtendimus, concernant, eis omnibus, & ſingulis, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, & derogatum eſſe volumus, eaque ipſa conceſſa, & concedẽda priuilegia, & indulta, ſi quæ in ſupplicationum, aut bullarum Apoſtolicarum, ſiue noſtræ Cameræ Apoſtolicæ regiſtris, & alias vbilibet regiſtrata reperiantur, ab inde, authoritate, & ſciẽtia prædictis, caſſamus, irritamus, ac de medio tollimus, eaque, cum inde ſecutis, & ſecuturis pro infectis habere volumus, etiam perindè, ac ſi, quo ad hoc, ſupradictis noſtris literis, quoquomodo obuietur à nobis, vel dicta ſede nullatenus emanaſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, cõfirmationis, communitionis, ſuppletionis, derogationis, caſſationis, irritationis, & voluntatis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Domin. 1456. Octauo Kalendas Maij, Pont. noſtri, anno ſecundo. Quæ quidem literę Calixto Epiſcopo anteceſſore noſtro, qui eas conceſſit viuente, minimè obſeruatę fuerunt, immo bis, primo in capitulo Mediolanenſi, ſecundò, in capitulo Romano, vbi præſens generalis fuit electus, contra earundem tenorem proceſſum extitit, quod voces actiuas, obſeruantibus conceſſas, Epiſcopo anteceſſore noſtro tacente, ac ſuas literas non defendente. Vnde nobis paulò poſt veſtrum in alma vrbe capitulum celebratum, ad Summi Pontificatus apicẽ aſſumptis, vtraque pars veſtrum à nobis, cum inſtãtia, & humilitate conuentuales; vt libertas, & vnitas ordinis ſeruetur, contrà quę, dixo, vt dicebant, bullę prędictę faciebant, obſeruãtes verò, vt ſciãt, ſub qua forma viuant; cum bullę Eugenij in aliquibus per bullas Calixti modificatę, & alteratę eſſẽt, Bullę verò Calixti, non haberent obſeruantiam poſtularunt, adeò vt huiuſmodi ſupplicationibus, & petitionibus, pro noſtri Paſtoralis officij debito, duxerimus oportunè, pro viribus prouidendũ. Ea igitur re, aliquando cum nonnullis venerabilibus noſtrę Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalibus, cõmunicata, venerabili Loiſſarioni fratri noſtro Epiſcopo Tuſculanenſi, necnon ordinis ipſius protectori, & dilectis filiis noſtris Guillelmo, tituli ſancti Martini in montibus Rotbomagenſi, ac Alano, tituli Sanctę Praxedis Auinionenſi, necnon Nicolao, tituli Sancti Petri ad Vincula, presbyteris Cardinalibus, & venerabilibus fratribus noſtris, Angelo Fratino, & Ioanni Barchinonenſi, Epiſcopis: cõmiſimus, & dedimus in mandatis, vt partibus diligenter auditis, ac vtriſque rationibus, iuribus, & allegationibus intellectis; nobis referre curarent; à quibus omnibus, relatione aliquando nobis attentiſſimè audientibus facta, & partibus deindè vocatis à nobis pręſentibus, quàm commiſſariis ante dictis, diligenter auditis, & examinatis, vidimus, atq; intelligimus res ipſas veſtri ordinis, eius fore conditionis, & naturę, vt neque breui tempore, neque leui, faciliqúe tractatu ſatis dirigi, & componi valeant. Et magnis nuper omnium maximis occupatio-

tionibus detineri cœpimus, quæ noſtram, & noſtrorum omnium operam expoſcunt, ita vt, cum omnibus Chriſtianis orbis imperatore, regibus, prelaris, principibus, & populis conuenientes, vt rem Chriſtianam à Turcarum, aliorumque Barbarorum inuaſionibus periclitantem, adiuuante exercituū Domino, protegamus. Quare veſtram vtriuſque partis deuotionem in Domino exhortamur, vt veſtræ religionis decus, & fundamētum, humilitatem amplectentes, Saluatoris noſtri exemplo, qui ſe ipſum exinaniuit, pro nobis mutuam ſeruantes charitatē, alter alterius ſupportetis, ac obſequio in veſtra humilitate præueniatis. Et nihilominus vos, de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu ante dictorum, & Epiſcoporum, volumus, decernimus, & declaramus, præcipimus, & mandamus, ſub pœnis in literis fœlicis recor. Eugenij Quarti, prædeceſſoris noſtri, contentis, quas contrauenientes, ipſo facto, incurrāt, vobis vtriuſque partis fratres ordinis Beati Franciſci, à vobis quomodolibet dependētibus, omnia inter vos viciſſim facere, & ſeruare, quoad omnes clauſulas earumdem, quæ in prædictis Eugenij IIII, prædeceſſoris noſtri, literis continentur, quo vſque per nos, dante Domino, aut per ſedem Apoſtolicam vocatis vtriſque qui ſunt vocandi, vniuerſalis totius ordinis bono aliter prouidebitur. Ad pacem verò, & quietem inter vos interea conſeruandam, volumus, & inhibemus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, quam contrauenientes, ipſo facto incurrant, nè pars vna, alterius loca, conuentus, vel monialium monaſteria, quouis quæſito colore, inuadere, & capere audeat, vel aliter perturbare; nec eos qui hucuſque ex obſeruantibus ad conuentuales, vel èconuerſo diſceſſerint, aliquo modo, moleſtare, vel inquietare. Inſuper, quia prouincia Auſtriæ, in pluribus prouinciis diffuſa eſt, ab illo miniſtro, declaramus vicariū illius prouinciæ confirmandum, in cuius prouincia congregationem prouincialem, per eundem vicariū, contigerit celebrari; non obſtantibus prædicti prędeceſſoris noſtri Calixti, aut aliis Apoſtolicis literis forſan quomodolibet emanatis quibuſcūq; quas, tenore præſentium, ſuſpendimus, & quouſq; aliter prouideatur, pro nullis haberi volumus, & mandamus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Vt autem præſentium literarum notitia, facilius haberi poſſit, quarum originale facilius foret ad ſingula loca deferre, decernimus, quod ipſarum tranſumptis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo cauſarum Cameræ Apoſtolicæ auditoris, aut dicti ordinis protectoris, ſeu alicuius Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis Curiæ munitis, tanquàm præſcriptis noſtris literis, ſi originaliter exhiberentur literæ, plena fides adhibeatur, & perinde ſtetur, ac ſi originales literæ exhibitæ forent, & oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum, exhortationis, præcepti, declarationis, ſuſpenſionis, voluntatis, mandati, & conſtitutionis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dom. 1458. 5. Idus Oct. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Secunda.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus minoribus indulgentias ſtationum Romæ, dicentibus ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cum Letania, viſitando ſeptem loca.

PIus Epiſcopus, &c. Dilecto filio Ioanni Mongini, vicario a Generali Vltramōtano, ordinis fratrum minorum de obſeruātia, &c. Salutem. Digna exauditione, vota perſonarum humilium, maximè diuinis laudibus, ſacræque religionis obſeruantiæ deditarum, Apoſtolico nos conuenit fauore proſequi, ipſarum præces præſertim, ex quibus, ſine cuiuſque præiudicio, honor Dei, & animarum ſalus, prouenire valeat animarum fauorabiliter exaudire. Cum itaque nuper, ex parte dilecti filij Zegerij Guardiani de Diſmunda, ordinis veſtri minorum, pro tua familia, in noſtra Romana Curia, tui commiſſarij expoſitum fuerit, dilectos filios fratres, ordinis fratrum minorū de obſeruantia regulari, continuè in Vltramontanis partibus degentes, ad quā, ſinceram gerimus deuotionē, gratias, & indulgentias ad ſuam animarum ſalutem, & ſpiritualem conſolationem à nobis, in humilitate frequenter, & ſæpiſſimè deſiderare, vt in dulcedine diuini amoris per nos conſolari ſemper, & eo feruentius ad Apoſtolicam noſtram ſedem, cui, ſecundum regulæ ſuæ instituta, ſpecialiter ſunt ſubiecti, in dies maiorē deuotionem acquirat, quantò ſe ſenſerit in diuina pietate benignius, de indulgentiis, & gratiis ſpiritualibus conſolatus. Vnde ſæpè contingere poteſt, aliquos ex ſupradictis fratribus, quodam feruore, ad acquirendas indulgentias in alme vrbe, in locis ſanctis, in diebus ſtationum, viſitantibus huiuſmodi loca, & ſtationes conceſſas, extendi: ex quo tibi vicario generali, & ex aliis ſuis prælatis tibi ſubiectis, ad obtinendam licentiam viſitandi almam vrbem infeſti ſunt & moleſti: vnde etiam per diuerſos diſcurſus religioſis omnib., inutiles, & nociuos, diuerſa ſcandala oriuntur, ita vt, id, quod ipſis aliquo modo videtur in deuotione, potius tamen propter ſupraſcripta, atque etiam, propter diſtantiam locorū, & itineris perplexitatem, in ſuarum poſſit cedere periculum animarum, & detrimentum. Quare pro parte ipſius tui commiſſarij prædicti humiliter petitio nobis oblata cōtinebat, quatenus ipſos fratres paterno affectu, miſericorditer reſpicere, ipſiſque fratribus tuæ Vltramontanæ familiæ in augmentū deuotionis, & ſpiritualis exercitij, de huiuſmodi indulgentiis, in alma vrbe in locis ſacris, & diebus ſtationum per Romanum Pontificem conceſſis, de Apoſtolica, & conſueta pietate, prouidere dignaremur. Nos igitur, qui omnium religioſorum, maximè illorū, qui in vera, & indubitata obſeruantia, Deo ſeruire, & vota ſua, in populi ædificationem, reddere cordialiter affectant, curam gerimus ſingularem, etiam in omnibus, quæ ad Dei laudem, & deuotionis augmentum, & ſuarum animarum ſalutē, paterno affectu conſolari cupimus. Primum, & laudabile ipſius commiſſarij tui deſiderium plurimū commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati affectantes, omnes fratres de obſeruantia tuæ familiæ Vltramontanæ à diſcurſibus præſeruari, & quantum cum Deo valemus, ad feruorem deuotionis accendi, & in quietis ſpiritu, Domino famulari, tibi vicario, ac tuis pro tempore ſucceſſoribus, cæteriſque fratribus tuæ familiæ, præſentibus, & futuris, quod omnes, & ſingulas indulgentias, & remiſſiones, viſitantibus ſacra loca almæ vrbis, &c. In diebus ſtationum, per nos, & Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros cōceſſas, quas hic volumus, de ſingulari gratia, ac ſi præſentibus inſererentur, haberi pro ſufficienter expreſſis, in veſtris locis promereri poſſitis, per præſentes piè concedimus, & ſpeciali dono gratiæ, indulgemus, ac eas, ad veſtra loca, pro vobis duntaxat, extendimus, & prorogamus.

a De indulgentiis ſtationū, vide ni 10.1.99. reg.9.8.9.

mus. Ita tamen, quod ordinatis in veſtris locis, in honorem, ac reuerentiam Dei, ſuæque benedictæ matris Mariæ, Apoſtolorumque Petri, & Pauli, omniũque Sanctorum & Sanctarum, & Sanctarum & Sanctorum ſpecialium, titulis, ad inſtar ſacrorum locorum almæ vrbis, in quibus ſtationes ſeruantur, ipſiſque, diebus debitis viſitatis, quoties huiuſmodi indulgentias, ſeu gratias ſpirituales promereri deſideraueritis, aut quilibet veſtrum deſiderauerit, ſeptem Pſalmos, & alias deuotas orationes æquiualẽtes, ſecundum diſcretionem veſtrorum confeſſorũ, qualibet vice, pro nobis, ac ſucceſſoribus noſtris, ſanctaque matre Eccleſia, & cuncto populo Chriſtiano, dicere cum deuotione debebitis, ac quilibet veſtrum dicere tenebitur, & obligabitur: alioquin huiuſmodi iodulgentiæ vobis minimè ſuffragentur, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque in cõtrarium facientibus quibuſcũque.

Circa quam indulgentiam notandum eſt primò, quod ter iam, vt videtur, conceſſa fuerat. Primo enim, anno Domini 1459. menſis Martij, die 13. ad inſtantiam prædicti reuerendi patris Zegerij, tunc commiſſarij Romani, idem Dominus Papa Pius II. hoc conceſſerat ad triennium. Et ſecundò ad ſupplicationem Domini Nicolai de Cuſſa Cardinalis tituli S. Petri ad Vincula, in perpetuum idem Dominus Papa nobis elargitus eſt. Tertiò verò quarta die Martij idem confirmauit, declarans fratres laicos poſſe dicere loco ſeptem Pſalmorum, Pater noſter, ſecundum diſcretionem ſuorum prælatorum, de quo habetur teſtimonium eiuſdem reuerendi patris Zegerij, vicarij generalis taxantis Pater noſter dicenda à fratribus laicis, ſcilicet viginti, & totidem Aue Maria.

Litera Vicarij Generalis ſuper ſtationibus.

IN Chriſto ſibi chariſſimis venerandis patribus, fratribus noſtræ familiæ, ordinis minorum de obſeruantia vulgariter nũcupatorũ, Ciſmontanorũ partium, frater Zegerius reuerẽdiſſimi patris miniſtri Generalis, ordinis noſtri minorũ, quod fratres de obſeruãtia vulgariter nuncupatos Ciſmontanarũ partiũ, generalis vicarius, ſalutẽ, & pacem in Domino ſempiternam, & præſentibus fidem adhibete indubiã. Cum nuper an. 1459. menſis Martij, die tertia decima, ad meam humilem inſtãtiam, ſanctiſſimus Dominus noſter Papa Pius, fratribus noſtræ familiæ, in conſolationem animarum ſuarum, & in augmentum deuotionis, piè, & miſericorditer conceſſerit, quod mediantibus ſeptem Pſalmis pœnitentialibus, cum Lætaniis, pro ſtatu ſanctæ matris Eccleſiæ dicendis, poſſint promereri omnes indulgẽtias almæ vrbis, etiam in diebus ſtationum, ad triẽnium duraturas, quas quidem indulgentias idem ſanctiſſimus Papa, viuæ vocis oraculo confirmauit, 15. die menſis Martij, anno 60. Ne tamen expirato tẽpore, ipſi fratres iam multipliciter, per huiuſmodi indulgentias in Chriſto conſolati, quamcunque euagationis occaſionem acciperent, per deuotam petitionem, & ſanctam informationem reuerẽdiſſimi Domini Nicolai de Cuſſa, Cardinalis, tituli S. Petri ad Vincula, ipſe ſanctiſſimus Dominus noſter, huiuſmodi indulgentias perpetuò ipſis fratribus piè confirmauit, & conceſſit, & ad ſorores S. Claræ extendit, prout in ſupplicatione, manu propria ipſius reuerẽdiſſimi Domini Cardinalis ſignata, clarius continetur, cuius forma ſubſequitur, & eſt talis. Cum fratres minores in regulari obſeruantia, ſub vicario Generali Vltramontano, Domino famulantes ſpirituales theſauros indulgentiarum, dietim cumulare cupiant: humiliter à ſanctiſſimo Domino noſtro petunt, vt ipſe certas capellas, & loca deuota, in ſuis Eccleſiis, & oratoriis contenta, viſitando illas, & eaſdem indulgentias promereri valeant, quas perſonaliter viſitando Eccleſias, oratoria, capellas, & altaria in alma vrbe conſiſtentia, etiam in diebus ſtationum, promereri poſſent, attento, quod per iſtam piam conceſſionem nulli præiudicium infertur, à fratribus multa materia euagationis nociuæ aufertur, eiſq; occaſio plurima occupationis ſanctæ confertur. Et extendatur huiuſmodi gratiæ conceſſio ad moniales S. Claræ in obſeruantia regulari, ſub vicario generali Vltramõtano viuentes, & ſufficiat Sanctiſſimi Domini noſtri conſenſus per reuerendiſſimum Dominum Cardinalẽ S. Petri ad Vincula relatus. Placet Sanctiſſimo Domino noſtro, quandiu in obſeruantia fuerint. Et q̃ ſeptem Pſalmos Pœnitentiales cum Lætania, dicãt, viſitando loca per eos deputanda. N. Cardinalis S. Petri, manu propria, anno 1462. Die 20. Februarij.

Et nè in hoc fratres, quouis modo dubitare poſſent eandẽ ſupplicationẽ in forma, idẽ ſanctiſſimus ſecundario confirmauit 4. Die Martij, cum declaratione, quod fratres laici dicere poſſint loco ſeptẽ Pſalmorum, Pater noſter, ſecundum declarationem ſuorum prælatorum, prout in ſimili ſupplicatione, manu eiuſdem reuerendiſſimi Dñi ſignata, clarius apparere poteſt. Et ne propter diuerſitatem prælatorum diuerſimodè ipſi fratres laici, quãtum ad numerũ de Pater noſter grauentur, volo quod quilibet frater laicus pro huiuſmodi indulgẽtia dicat viginti Pater noſter, & totidem Aue Maria. Et nè ingrati videamur de tãto beneficio, obſecro in viſceribus charitatis Chriſti omnes fratres meos; quatenus ſemel ſaltem in eorum vita velint ſacerdotes dicere vnam miſſam pro ſanctiſſimo Domino noſtro, vnã pro reuerendiſſimo Domino Cardinali, & pro omnibus, qui pro huiuſmodi indulgẽtiis laborauerunt, tertiam pro conſeruatione noſtræ familiæ, & ſacræ obſeruantiæ vnione, quartam pro me pauperculo ſeruo dictæ familiæ, licet inutili, & quintã pro animabus defunctorum, pro quibus ego obligatus ſum, vel aliquis ex noſtris potuit eſſe obligatus. Fratres verò clerici, & laici dicãt quinquies quindecim Pater noſter, & Aue Maria, vt ſic tanquam grati de beneficio, tã ſingulariſſimo Deo gratias reddere, & gratiã ampliorem promereri inſimul valeamus. Iſtis ergo omnibus cõſideratis, per præſentes vobis omnibus certifico, quod omnes fratres noſtræ familiæ, ac etiã ſorores S. Claræ nobis ſubditæ, viſitãdo certas capellas, & alia loca p̃ ſuperiores deputata, in eorum conuentibus, locis, ſeu Eremitoriis, ob reuerentiã eccleſiarum, & ſacrorũ locorum, ac etiam altarium vrbis almæ, poſſunt promereri, & promerentur omnes, & ſingulas indulgẽtias, ac ſi perſonaliter in alma vrbe cõſtituti viſitarẽt Eccleſias, loca ſacra, & altaria ipſiuſmet almæ vrbis, dicendo Pſalmos ſeptem, vel Pater noſter, vt dictum eſt, & hoc quoties voluerint, & deuotioni ſe dederint, quolibet die anni, & qualibet hora diei. Dat. in ſignũ veritatis omniũ prędictorum, anno Dom. 1462. In cõuentu Salmantino 15. die Nouemb ſub ſigillo officij mei, ac ſigno manuali Frater Zegerius generalis, & ſeruus familiæ Ciſmontanæ licet immeritus.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Declarat, quod generales quatuor ordinũ mendicantiũ habẽt authoritatem, & iuriſdictionem ſuper fratres ſuos exiſtentes in quibuſcumq; vniuerſitatibus, priuilegiis illarum gaudentes, committẽs eis omnimodã correctionẽ illorũ, cum grauibus cenſuris, & pœnis.

PIus Epiſcopus, &c. a Dilectis filiis prędicatorũ Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, atq; *a Aliqua circa reli-*

mi-

gioſos ſtudentes. Vide ĩ to.3. qq.re.q.67.

minorum, & aliorum ordinum mendicantium generalibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Religioſorum eaceſſus, quos antiqnus hoſtis, eo ſolicitius ſuſcitat, quo eorũ vitæ meritoriæ ardentina æmulatur, tanto amplius deteſtantes, quanto ex illia maiora ſcandala in mentibus fidelium oriuntur, ad illos puniendũ, & caſtigatione debita coercendũ, congruum nos decet remedium adhibere. Cũ itaque, ſicut accepimus, dilecti filij prouinciales veſtrorũ ordinum Isudabilem conſuetudinẽ diutius obſeruatam imitantes, nonnullos ea fratribus ordinum prædictorum, sd hoc idoneos, ad literarũ ſtudia in locis, vbi illa vigere noſcũtur, cauſa adipiſcẽdæ ſcientiæ, margaritã deſtinare conſueuerint, quorum nonnulli iuuenili, & humsna fragilitate cauſantibus, interdũ à ſemita rationis deuiãtes, diſcoli, & vagabundi effici ſolent, & propriæ ſalutis immemores; quo fit, vt ſuaue iugum Domini contemnẽtes, prælatis ſuis obtempetare, illorumq; ſalutares correctiones, & diſciplinsm effugere, quinimo deſpicere, & in vltimo decludere contemnant, & vt impunè efficiant rectorum, gubernatorum, & conſeruatorum ſtudiorum, ſiue priuilegiorum eorumdẽ, præſidia, & patrocinia, quibus ſe protegi, & tueri valeant ſatagunt, eaquiſitis modis implorant, ſe ẽt, ab ipſorum ordinum ſuperiorum iuriſdictione, poteſtate, & correctione exemptos eſſe prætendẽtes. Er ſimiliter Baccalarij, lectores. bibliſtæ, ſiue alij officiales, pro tempore, in domibus, & conuentibus, ciuitatum, & locorum, in quibus ſtudia huiuſmodi vigere noſcuntur, deputati, cum exceſſos aliquos commiſerint, ſiue aliter deliquerint, vel eorum inſcientia, aut imperitia exigente, ab huiuſmodi eorũ officijs depoſiti fuerint, ad ipſum præſumere moliantur, in graue ordinum prædictorũ præiudiciũ, animarum ſuarum periculum, regularis diſciplinæ vilipendium, & contemptum, ac ſcandalum plurimorum. Nos itaque attendentes, quod ſi ad reprimendos eaceſſus huiuſmodi, & talium præſumptiones remerarias cohibendum, neruus publicæ diſciplinæ lenteſcat, eorũ voluntas ſit procliuior ad peccãdum, & impunitatis exẽplũ periculoſius in alios deriuatur, ac volentes ſuper iis de oportuno remedio prouidere, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes, & ſingulos veſtrorum ordinum profeſſores, qui ſpiritu rebellionis aſſumpto, talia perpetrare præſumpſerint, cuiuſcũq; gradus, vel conditionis exiſtant, niſi canonica monitione præmiſſa à cęptis reſipuerint, & debitã à vobis, pro cõmiſſis pęnitentism humiliter ſuſceperint, ac maodaris veſtris efficaciter obtemperare ſtuduerint, cum effectu tãdiu excommunicstos, ac omnibus magiſterij baccalaureatus, lectoratus, bibliſtatus officiis, aliiſq; dignitatibus, & honoribus dictorum ordinũ eauros, priuſtoſque, authoritate Apoſtolica nuntietis, & ab aliis, vbi, q̃n, & quoties expedierit, nuntiari, & ſi eorũ cõtumacia, proteruitas, vel rebellio id eaigerit, carceribus ad pœnitentiã persgẽdam, retrudi, & mancipari faciatis, donec ſpiritu conſilij ſanioris reſumpto, veſtris monitionibus, & mandatis ſtuduerit, cũ emendatione prioris vitæ humiliter obedire, & ab huiuſmodi eacõicationis ſententis, meruerit à Sede Apoſtolica, vel à vobis beneficiũ obtinere. Non obſtãtibus quibuſcunq; prioilegiis, exemptionibus, libertatibus, indultis, & gratiis, ſtudiis generalibus quarũcũque ciuitstum, & locorũ Apoſtolics, vel quauis alia authoritate conceſſis: ẽt ſi de illis, eorumque totis tenoribus, in præſentibus, de verbo ad verbum, habẽda eſſet mentio ſpecialis, eiſque ſpecialiter alias ſub forma certa, & ſpeſica, derogandum, quæ eiſdẽ fratribus, & profeſſoribus, quo ad hoc nolumus in sliquo ſuffragari, etiã ſi de hoc in eiſdẽ caueretur expreſsè, cæteriſq; contrariis quibuſcũque. Aut ſi profeſſoribus ordinum prædictorum, vel quibuſuis aliis cõiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica ſit indultũ, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo sd verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S Petrum, an. Incar. Do. 1458. 15. Kal. Nouem. P. N. an. 1.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Determinat, quod nullus frater regularis obſeruantia, poſſit viſitare ſepulchrum Domini, vel alia loca Hieroſolymitana, etſi ad hac obtinuerit licẽtiam à ſede Apoſtolica, niſi de conſenſu ſuorum prælatorum.*

2 *Religioſi Apoſtatæ non poſſunt ab aliquo retineri, & foueri.*

Pius Epiſcopus, ſeruns ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos ſuſcepti cura regiminis, & authoritas officij Pontificalis inducit, vt circa es, quæ religionis ſtatus, atque integritas conſeruetur, & opitulante Altiſſimo augeatur, quantũ cũ Deo poſſumus, fauorabiliter intẽdamus. 1
Ad conſeruationem itaque ordinis fratrum minorũ Sancti Franciſci de obſeruantia nuncupatorũ, eiuſque regularis obſeruantiæ, & vt vagantibus, & fugitiuis fratribus, atque alijs, ſpiritũ libertatis, exquiſitis mediis, quærere ſatagentibus, omnis vagandi tollatur occaſio, & malitiis hominũ obuietur, authoritate Apoſtolics, tenore præſentiũ, ſtatuimus, & ordinamus, atque decernimus; quod omnes, & ſinguli eiuſdẽ obſeruantiæ profeſſores, qui à ſede Apoſtolica, viſitandi ſepulchrum Dominicum, & alia loca ſancta Hieroſolymitana, ſeu alia loca Vltrsmontana, hactenus licentiam obtinuerunt, vel in poſterum obtineant, niſi ad id ſuorum prælatorum conſenſus accedat, & iuxta ipſius ordinis regularis inſtituta, ad hoc reputentur idonei, licentia huiuſmodi minimè vti poſſint, nec illius obtentu, ad partes Hieroſolymitanas, aut loca prædicta trãsfretare, ſed eos ſubiici volumus regularibus diſciplinis. Præterea volumus, atq; decernimus, quod prætextu cuiuſcumqoe licentiæ, aut conceſſionis, etiã per nos, vel per ſedem Apoſtolicã generaliter, vel ſpecialiter, cuicumque conuentui, aut regulari, vel ſæculsri loco, aut alteri ſingulari perſonæ, ſub quacumque forma, vel eapreſſione verborũ, hactenus factæ, & conceſſæ, ſeu in poſterum concedendę, aut fiendæ, etiam ſi talis fuerit, quod de eius tenore, & nomine, aut cognitione, conuentus, loci, ſeu perſonæ, cui conceſſa ſit, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda fuerit, cui etiam ſpecialiter, & expreſsè derogsmus, ac nullsm, & inualidam, nulliuſque roboris, vel momẽti perpetuò eſſe declaramus, 2
nullus ſiue prælatus, aut cõuẽtus, aut loci huiuſmodi præſidens, ſeu ſingulsris perſona, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, tam regularis, quam ſæculstis, quocumque nomine, & quacumque dignitate fulgeat, recipere, aut recipere faciat, audeat, vel præſumat aliquem ea fratribus dictæ obſeruantiæ, recedentem ex aliquo conuentu, ſiue loco: niſi ipſe frater, de licentia ſui ſuperioris prælati in ſcriptis conceſſa, & facta receſſerit, in qua, de loco vnde receſſit, & de perſona, ſiue loco, ad quem sccedere voluerit, ſpecialis, & expreſſa mentio fiat: necnõ ipſos fratres ſic receptos, ſine licẽtia huiuſmodi, ad ſuos prælatos reduci, & remitti debere: ac eis, eorũdem prælatorum, correctioni, & obedientiæ ſubiici, & renitentes, & ipſos retinentes, aut auxiliũ, conſiliũ, ſeu fauorem preſtantes, pęnas in literis, tam noſtris,

 quam

quam fęlicis recordationis Eugenij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc editis, contentas, incurrere volumus, & decernimus, eo ipſo; necnon, irritum, & inane quidquid ſecus factum per quoſcumque, aut quomodolibet attentatum fuerit, præmiſſis, ac licentiis, & conceſſionibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & conſuetudinibus dicti ordinis, cæteriſque contrariis, non obſtãtibus quibuſcũque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum, ſtatuti, ordinationis, decreti, declarationis, volũtatis, derogationis, inſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1462. 11. Kal. Febr. Pont. noſtri, anno 5.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Determinat formam, & modum habendum à fratribus circa interdicti obſeruantiam.

Plus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis vniuerſis fratribus, ordinis Sancti Frãciſci de obſeruantia nuncupatis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sciens inimicus humani generis, obedientiam plus valere, *a* quam victimam, omnem conatum adhibet, vt Eccleſiaſticarum cenſurarum contemptum introducat, & ſic ſeruorum rebelliũ multitudinem in barathrum trahat. Hic malignus, in multis regionibus adeo præualuit, & religioſos corrupit, quod aſſerant ſe, ad alicuius talis interdicti minimè teneri obſeruantiam, niſi poſtquam, & mater Eccleſia obſeruauerit. Nos verò, qui curã gregis Dominici ſuſcepimus, & nè ex omnibus nobis commiſſis quiſquam perdatur, dum ſolliciti ſumus, maximè ad vos ſeruos Dei reſpicimus, qui cõtẽpto mundo, B. Franciſcum imitantes in præceptis Apoſtolicis, ad ſolum Chriſtum tẽditis, ne quiſquam in vacuum curras, & aberret: quomodo eccleſiaſticũ interdictum per vos ſeruandum ſit, declaramus. Interdictum enim eccleſiaſticum, aut à ſede Apoſtolica, & eius commiſſariis emanat, ſi primum tũc poſtquam vobis, qui loca interdicta inhabitatis, inſinuatio facta eſt, ad illius obſeruantiam interdicti, nulla exceptione, aut excuſatione admiſſa, etiam ſi cæteri religioſi, aut ſæculares, ex quacunque cauſa defecerint, mox aſtringimini. Non enim habetis, niſi Apoſtolicum præceptum reſpicere, & ei etiam, iuxta regulam veſtram ſimpliciter, vt mãdatur, obedire. Si verò interdictum ab inferioribus ſedibus emanaret, licet ab ipſis exempti ſitis, ad obedientiã tamẽ interdicti eius obligamini, quando matrem Eccleſiam illud ſeruare videritis, cui tunc vos conformare debetis, nè cenſuræ eccleſiaſticæ, per veſtrã difformitatem vigore vacuentur. Hac diſtinctione vtamini, & non declinetis ab illa, & iſta præcipimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ, vobis iniungimus; veteriores diſpenſationes, & opiniones penitus vitantes, vt inueniamini in ſimplicitate obediẽtiæ, ſicut decet Deo charos, & religioſos ambulare. Dat. Romę, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1460. 9. Kal. Februarij. Pont. noſtri, anno 4.

a Circa modũ ſeruãdi interdictũ, per regulares Vide in 2. to. qq. re. q. 114.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Canonizatio Sanctæ Catharinæ de Senis, Ordinis Sãcti Dominici.

Plus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Miſericordias Domini, quas in dies largius experimur, nõ ſatis explicare poteſt lingua mortalis, vincunt humana eloquia diuina beneficia. Nec homini datũ eſt creatorem ſuum abũdè collaudare, nec ſi artus cõuerterẽtur in linguas, quomodo ex nihilo creati, de non eſſe, producti ſumus in eſſe: nec vel lapides, vel plantæ, vel animalia bruta, ſed rationis participes, diuinorũque capaces, effecti ſumus, ac non ſolum Angelis, ſed ipſi quodammodo inuiſibili, & excelſo Deo, ſimiles, gloria, & honore coronati, ſuper omnia opera eius, imperio potiti. Verum ſi nos ipſos, rebus cæteris comparamus, nulla creatura magis ingrata reperta eſt, quam homo, ſi Luciferi, & ſociorum eius ſuperbiam, prætetimus, ſolus inter creata, rebellis Deo, ingratiſſimus homo eſt. Reliqua omnia diuinã pietatem, in ſuo eſſe collaudant, nec eius vnquam præceptis aduerſaotur, naturæ legibus parent, & ea peragunt, ad quæ producta ſunt. Terra aratrum patitur, & ſuſcipiens ſemina, tãquã ſub vſuris multiplicata, reddit, & imperio Dei obediens, culta, atque inculta humano generi conſulit. Saxa in ædificiorum vſum recepta, præſto adſunt, nec ſciſſa, vel excocta reſiſtunt. Fructificantes arbores in agro viuentes, & poſteà quam aruerũt, aut ignem nutriunt, aut ædes, tectaque ſuſtinent. Quanta herbarum, ſiue in foliis, ſiuè in radicibus, ſiuè in floribus, ſiuè in ſeminibus, ſiuè in ſuccis ineſt vtilitas? Quanta in fluminibus commoditas? Quãta in lacubus, ac maribus, quæ dũ nauigia ſubeũt inter remotiſſimas gentes, commercia præſtant? Quid animalia cætera, ſiue aquatica, ſiue terreſtria? In omnibus laudatur Deus, dum naturæ iuſſa capeſſunt. Elementa, & ſidera faciunt imperata, Sol peragit curſum ſuum, nec præſcriptas Zodiaci metas excedit, nec alieno lucẽs lumine ſuo muneri Luna deeſt. Nec errãtes errant ſtellæ, certũ ſemper, & ſtatutum iter agentes. Omnia in cęlo, & in terra laudãt Deũ, & in officio manentia benedicunt ei, nec legi reſiſtunt impoſitæ, grauia deorſum cadũt, leuia ſurſum feruntur, cuncta gratitudinẽ oſtendunt, Deo parẽt, atq; naturæ. Solus homo ingratus, inobediẽs, ac rebellis, inter creata repertus eſt, peruerſi Angeli ruinam imitatus, ille in cęlo ſuperbiẽs, creatoriq; ſimiles eſſe cupiens, in abiſſum præcipitatus, meditati ſceleris pęnas dedit. Homo de limo factus, & in terra poſitus, ſuæ imbecillitatis immemor, & ipſe quoque alta cupere cępit, qui de ligno veſcẽs prohibito, per boni, & mali cognitionẽ, æqualitatẽ cũ diis optauit; propterea de Paradiſo deliciarũ eiectus, in multas ærumnas datus eſt, & porta regni Cęlorum clauſa, mors introiuit in orbem terrarum, quę nulli hominum parcit. Quantum filij Adę ante diluuium abbertauerint, & quam procul à diuina voluntate receſſerint, ſecuta vltio patefecit, quæ omnem carnem, aquarum inundatione deleuerat, ea excepta, quę cum pio Noe in arca ſaluata eſt, cæterum, neque in filiis eius, nequitia, ac perfidia defuit malignati, & ipſi ſunt, & in omne prolapſi neſas, Turris Babel in contumeliam Domini cępta eſt, & ibi labium vniuerſæ terræ diuiſum, ab his bella introducta ſunt, rapinę, tumultus, incendia, cædes, adulteria, ſtupra, periuria, & idolorum cultus, & quidquid malorum libido, aut ſuperbia gignit. Pauciſſimi, vſque ad Abraham, reperti ſunt, diuinę legis amatores, ille verò, vnicũ, certũque pietatis exemplũ, adeo voluntati Dei ſeſe ſubmiſit, vt propriũ filiũ immolare non dubitaret, propter qđ, in ſemine eius benedictę ſunt oẽs gentes, ex cuius liberis non ſolum Prophetę orti ſunt, diuinę legis prędicatores, ſed ipſe quoq; Saluator Chriſtus, ſecũdum carnem

nē naſci dignatus eſt; qui pro ſalute humani generis. cū in forma Dei eſſet, æqualis patri exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, & homo factus, tædia carnis ſubiit, tormenta, & cruciatus pertulit, & extremam mortem, non ſecundum naturā, ſed violentam, ſed ignominioſam, ſed acerbiſſimā, & vix homini tolerabilē in ligno Crucis ſuſtinuit. In quo, moriens, mortem noſtram deſtruxit, & vitam reparauit. Deſpoliauit inferos, abduxit ſanctos patres, & victor mortis, ac diaboli triumphator, cęlum iam longo tempore clauſum, aperiens aſcēdit ad patrem, nobiſque viam oſtendit, per quam ſequi eum poſſemus, euāgelica lege tradita, & baptiſmo: cæteriſque ſacramentis apertis, per quæ lapſi reparemur, & ſaluemur. Nec tamen, tot, tantiſq; allecta beneficiis, noſtra proteruitas, ac malignitas cōquieuit, nec gratum exhibuit animum, nec vitia deſeruit homo, ſed quò maiori præuenti ſumus munere gratię, eo magis ingrati reperimur, & ad illicita procliuiores. Nam quomodo ſublimem diligimus, aut honoramus Deum? Quomodo eius mandata ſeruamus? Quis ſacroſancto Euangelio paret? Quæ reuerentia legum? Quis canonum metus? Quę ſubiectio erga ſuperiores? Quæ charitas erga īferiores? Quis æquitatis, quis iuſtitiæ cultus, quæ religio, qui mores hominū ſunt? Qui dicunt in cordibus ſuis: Non eſt Deus; alij impia efferunt dogmata, & blaſphemias in Deum cudunt. Alij voluptatum ſerui, nihil aliud cogitāt, niſi quomodo libidines ſuas expleās. Alij opibus inhiant alienis. Alij hominum ſanguinē ſitiunt, rara innocentia eſt, eaque parum tuta. Nec propinquitatis iura proſunt, nec ſcriptæ, Sanctæq; moribus leges. Viribus, & fraudibus cuncta obediūt, ita, vt neque abs re, princeps huius appelletur diabolus, quando maior pars orbis, eius arbitrio ſubditur. Nam quantum eſt, quod pſeudopropheté Mahumetis infamia poſſidet: Orientis pręcipuam portionem, & Aphricæ maxima regna, & in Hiſpania, Granatēſes, & in Græcia, multæ prouinciæ Mahumetæ Chriſtum blaſfemāt. Nec parua eſt Iudæorum natio, per orbem terrarum latè diſperſa, ſancti Euangelij, & Chriſtianæ legis inimica. Nec deſunt in ſeptentrione, atque in oriente, cultores idolorū, in angulum Europæ Chriſtianitas redacta eſt; nam quamuis per Aſiam, & Libiam Chriſtiani non pauci diſperſi eſſe ferantur, non tamen illorum ſincera eſt fides, qui procul ab Apoſtolica ſede inter infideles habitantes, & cum hæreticis communicantes, improba quædam ſapiunt, & multis erroribus ſcatent, nec Chriſtiani, qui ſunt in Europa, tam re, quā nomine, Chriſtiani exiſtunt. Adumbrata quidē, & ficta eſt multorum religio, ſicut opera ipſa manifeſtant; nam quotus eſt, qui digna Chriſtiano faciat opera? à fructibus eorum cognoſceris eos, inquit in Euangelio Dominus, ſi viuimus, vt Chriſtus iubet, Chriſtiani ſumus, Ioannes Apoſtolus, eius filios eſſe homines aſſerit, cuius opera faciunt: ſi Dei mandata ſeruamus, Dei proculdubio filij ſumus, ſi diaboli, ad eum pertinemus, dicente domino: vos ex parte diabolo eſtis; dura ſententia, & tamen vera, Illius quiſquis filius eſt, & ad eum pertinet, cuius mandata ſectatur. Quantum autem ingrati Chriſtiani à diuinis præceptionibus procul abierint, & quantum diabolicis ſuggeſtionibus adhæſerint, per ſe, quis intelligit? Interroget quiſque conſcientiam ſuam, & retroactam antè oculos mentis vitam colloc er, & quantum ab officio veri Chriſtiani receſſerint palam cognoſcet. Quę cum ita ſint, maxima eſt ſummi Dei benignitas, & incredibilis miſericordia, quæ nos tolerat, & viuere ſinit, expectans, vt aliquādo conuerſi, redeamus in viam. Sed inuenti ſunt in omni ætate, nōnulli Deo placentes, viri ſancti, qui viuentes in carne, deſideria carnis vicerunt, & cœleſtem in terra vitā egerunt, quorū meritis, & interceſſione ſuſtentata eſt mundi machina, & cōmunicatus retentus, & ita Dei, vltioque ſuſpēſa. Nec dubitamus, quin hodie quoque, aliqui ſint accepti Deo, quorū præces cęleſtem nobis Regem, placatum, benignūque reddant. Inter alios autē, qui Deo placuerunt, & diuinam nobis clementiam placauerūt. Vrbs Senæ, inter Etruſcos, nobilis ætate noſtra, Bernardinum aluit, qui nobili loco natus, in adoleſcentiæ flore, mundo renuntiauit, & ingreſſus Beati Franciſci religionem, cū fratres ſui ordinis, procul abiiſſe, ab inſtitutis, & regula patris reperiſſet, eos acriter correxit, & cum eos omnes in viam reducęre non poſſet, ſequeſtratis pluribus, quibus regulā reſeruare placuit, cum his Cęnobia frequentauit, quæ multa de nouo correxit, & ſanctiſſimis inſtitutis reformauit, circuiuit Italiam, prædicando, vitia fulminauit, virtutes erexit, mira eius abſtinētia fuit, mira integritas, moderata grauitas, eloquij multa ſuauitas, multa doctrina. Et quoniā verus erat paupertatis cultor, hoſtis pecuniæ, & omnium deliciarū inimicus, ſemper in eius vultu ingens alacritas emicuit, & in mente ſumma quies, vt qui ſola innocentia gaudebat, nullius ſibi conſcius criminis, ſcandalis quā plurimis in Italia obuiauit, & multa miracula perpetrauit, propter quæ adhuc viuens ſanctus habebatur, & miro plebeium colebatur honore, nunquā ſine populi frequentia, & ſingulari reuerentia receptus. Qui cum apud Aquilam Marſorū vrbem, huius vitæ curſum peregiſſet, à Nicolao Quinto prædeceſſore noſtro, ipſo Iubilæi anno, cū Chriſtianus orbis ad purgandas vitiorum ſordes frequens vrbem inuiſeret, inter ſanctos Chriſti confeſſores relatus eſt. Fuerat, & in ætate ſuperiori, parentum noſtrorum memoria in eadem vrbe, & in ſexu fęmineo, virgo Catharina non minoris meriti, neq; minus accepta Deo, cuius præces, in cōſpectu præcelſæ diuinitatis humano generi admodū ſalutares, & olim fuiſſe, & nunc eſſe, & in poſterū fore, nō dubitamus. Nā ſicut peccata malorum hominū, ac blaſphemia, irā Dei ſuper nos prouocant, ita, & ſanctorū opera, rogaminaque auertunt. Verum Catharina, quāuis angelicam vitam in terris egerit, & ante annos octuaginta decedens, ad cęlum migrauerit, multiſq; ſignis, & glorioſis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter ſanctas Virgines à militāte Eccleſia recepta erat. Nec enim Romani Pōtifices, qui ante nos fuerunt, id decreuerant. Voluerat Vrbanus VI. hūnc ei honorem impartiri, & poſt eum Innocentius VII. ac deinde Gregorius XI. qui huius Virginis, & ſanctę conuerſationis eius præcipuam habuere notitiam: ſed vexati perturbatione ſchiſmatis, quod eorum tempore viguit, & multis bellorum turbinibus, ac moleſtiis agitati, diuino (vt diximus) conſilio, id omiſerunt, ne ſæuiente diuiſionis procella, quod ſanctum, vna obedientia decreuiſſet, prophanum, altera cēſuiſſet. Dilatata eſt res, vſque ad noſtra tempora nobiſque huius ſacertimę Virginis canonizatio reſeruata, tamq́ue conterraneæ noſtræ, ac conciuis, vt Senenſis Virginis ſanctitas, decreto Senenſis hominis, in Romana ſede ſędentis prodiret in lucem. In qua re, non imus inficias, affectum nos aliquem ſanctum, & pium traxiſſe. Quis eſt enim, qui ſuæ vrbis præconia, ſuæ patriæ laudes, ſui generis virtutes, non libenter vulgari procuret, cum id poſſit ritè, & honeſtè facere? Excellentia facta, & illuſtres virtute homines, & in omni genere, & omni parte orbis, nemo eſt, qui nō cupidum pręconizandi affectum, habere videatur; libentius tamen, & maiori cum iocunditate, ſua in patria, & in ſua gente. Et ſi nos quidem, Beatæ Catharinæ ſublimes dotes, nobile ingenium, diuinam mentem, ſanctiſſimam voluntatem, in omni natio-

ne, quam lætiſſimi vidiſſemus: lætiores tamen in vrbe Senenſi, quæ nos genuit, ſiquidem meritorũ eius, lõge magis peculiariter eſſe confidimus participes, quam ſi virgo hæc, aut in Africa, aut in Scythia, aut in India, nata fuiſſet. Nec enim fieri poteſt quin ſanctorũ propinquitas aliquid habeat prærogatiuæ. Nihil tamẽ, ob hanc cauſam, plus, minuſvè dicere licet, quàm verum eſt. Nec propter cognationem, aut patriæ charitatem, inter ſanctos quiſquam, ſine meritis, ſine ſolito examine, ſine conſuetis ſolemnitatibus, referendus eſt. Quapropter etſi iocundè audimus Beatam Catharinam, Senenſem eſſe, cuius canonizatio petebatur, non tamẽ in eius canonizatione quidquam omiſimus, ex his quæ tãta in ſolemnitate requiruntur. Aderant multæ præces non ſolum Senenſis Populi, verum etiam aliorum; Nam, & chariſſimus in Chriſto filius, Federicus Romanorũ Imperator Auguſtus, ſimulque dilectus filius, nobilis vir Paſchalis Venetiarum Dux, nobis ſupplicauit, ne hanc Virginem, ſuo in terris honore priuatam, vlterius eſſe ſineremus, in quam multorum populorũ deuotio eſſet incenſa, & multa de ipſa, miracula vulgarentur. Mantuam verò petentes, cum inter eundem, apud Senenſes aliquã diu ſuperſediſſemus, & ibi in conſiſtorio publico, ingentia eius merita, & miraculoſa ſigna, nobis eſſent expoſita, vehementeſque præces porrectæ, & ſanctorũ Chriſti honores illi decerneremus, haud quaquam ſtatim annuimus, ſed pro veteri conſuetudine, tribus noſtris ſãctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalibus, vni Epiſcopo, alteri presbytero, reliquo diacono, viuæ vocis oraculo, commiſimus, vt debitis habitis proceſſibus, de vita, & moribus ipſius Catharinæ, deque miraculis eius, ſiue in vita, ſiue poſt mortem, patratis, & de reliquis ad canonizationẽ neceſſariis, diligenter inquirerent, nobiſque in ſecreto conſiſtorio, vt moris eſt, fidelem relationem facerent. Commiſſarij per annum & vltra, donec ex Mantua Romam rediſſemus, rem diſcutientes, inuẽtis proceſſibus antiquis, apud Venetos, & alibi habitis, examinatiſque de nouo teſtibus, & ſumma cũ diligentia, cunctis ponderatis, cum ſeorſum inter Cardinales tantum, omnium quæ inuenerant, veracem nobis relationem feciſſent, ac demum per aduocatum, ea quæ nobis expoſuerant, in publico cõſiſtorio denuò recitari curaſſent, poſtremo conuocatis in Aula noſtra Romana vniuerſis, qui ſecum erant in curia Eccleſiarum præſulibus, aſſiſtẽtibus nobis Cardinalibus, iterum commiſſarij præfati, per organum venerabilis fratris noſtri Guilielmi, Epiſcopi Portuenſis, natione Gallici, qui primus eorum erat, rurſus cuncta, quæ inuenerant, & ritè probata videbantur, corãm explicauerũt. Ex quorum relatione, quæ ampliſſima, & ornatiſſima fuit, hæc ſummatim accepimus, quæ vera, completa, cognita, & explorata ſunt. Virgo Catharina, ex Ciuitate Senenſi oriunda, mediocribus orta parẽtibus, prius Deo ſeſe dedicauit, quam Deum poſſet per ætatem cognoſcere, ſex annos nata, vt Domino ſeruiret, eremum concupiuit, & vrbe egreſſa, in cauerna, loco ſolitario delituit, quamuis, iubente ſpiritu, paululũ demorata, domum redierit. Angelicam ſalutationẽ edocta, quoties paternæ domus ſcalam aſcendit, toties per ſingulos gradus, flexo geniculo, beatiſſimã matrem Domini ſalutauit. Et anno currente, ætatis ſuæ ſeptimo, virginitatem ſuam conſecrauit Chriſto, quem in ſua maieſtate ſedentem, mirabili viſione contemplata eſt, & arcana cœleſtis aulæ vidit, quæ non poteſt affari lingua mortalis. Mũdanas delicias à ſe omnes abdicauit. Orationi totam ſe dedit: corpuſculum ſuum vigiliis, ieiuniis, ac verberibus afflixit. Coæquales puellas, vt idem facerent, & docuit, & ſuaſit. Pubes effecta, ſciſſis crinibus, mortale coniugiũ recuſauit, cõuitia, & maledicta hominum ſpreuit; Beati Dominici habitum, quem ſemine geſtant, de pœnitentia nuncupatæ, expoſcit, protinuſque impetrauit. Ancillare officium, in paterna domo exercuit, nihil magis cupiens quã vilis, apud homines, & abiecta videri: pauperibus Chriſti (nã id pater ei indulſerat) larga manu ſubuenit, ægrotãtibus, ſumma diligentia, miniſtrauit: diabolicas tentationes, & aſſiduas malignantiũ ſpirituum pugnas, patientiæ clypeo, & fidei galea ſuperauit, incarceratos, & oppreſſos, quibus valuit modis, conſolata eſt. Nullum ab ea verbum non religioſum, non ſanctũ, excidit; omnia ſermo eius, de moribus fuit, de religione, de pietate, de contemptu mundi, de amore Dei, & proximi, de cęleſti patria. Nemo ad eam acceſſit, qui nõ doctior, meliorque abierit. Doctrina eius infuſa, nõ acquiſita fuit. Prius magiſtra viſa eſt, quam diſcipula, quippè, quæ ſacrarũ literarũ profeſſoribus, ipſis magnarũ Eccleſiarũ Epiſcopis, difficillimas, de diuinitate quæſtiones proponẽtibus, prudentiſſimè reſpondit, & adeo ſatisfecit, vt tãquã agnos manſuefactos remiſerit, quos tanquã lupos, ac leones feroces acceperat: quorum nonnulli, diuinam in Virgine ſapientiam admirati, diſtributis mox inter Chriſti pauperes, quas poſſidebant, ſubſtantiis, accepta Domini Cruce, vitã deinde Euãgelicã egerunt. Sanè ſumma huius Virginis abſtinentia fuit, & admirabilis vitæ auſteritas. Nã cũ vini, & carniũ vſum prorſus abieciſſet, nec pulmẽtariis vllis vteretur, ad extremũ eo deducta eſt, vt neq; legumina ederet, nec pane veſceretur, niſi cœleſti, quẽ verus Chriſtianus in Sacramẽto ſumit altaris. Inuenta eſt aliquando à die cinerum, vſq; ad Aſcenſionẽ Domini ieiuniũ perduxiſſe, ſola Euchariſtiæ cõmunione contenta. Per annos circiter octo, minimo herbarũ ſucco, eoq; parum retento, & cõmunione ſacra ſuſtentata eſt. Ad cibum, quaſi ad ſupplíciũ pergebat. Ad communionem altaris, quæ illi ferè quotidiana fuit, quaſi ad cęleſtes nuptias inuitata eſſet, ſumma cũ alacritate proficiſcebatur, cilicio, ſub veſte vtebatur, quo carnẽ macerabat. Nullę illi plumæ, nulla pulmentaria erant, lectũ ſibi ex tabulis confecerat, atq; in eo iacens, breuiſſimũ ſomnũ accipiebat. Raroq; vltra duas horas interdiu, noctuq; dormiebat, reliquũ omne tẽpus vigilãdo, orãdo, prædicando, opera miſericordiæ agendo, cõtriuit: ſpiſſis chordulis, carnẽ ſuã macerauit, dolore capitis penè aſſiduo, torquebatur. Aeſtuabat febribus, nec aliorũ diuerſorũ morborũ cruciatu carebat: luctabatur quã frequentiſſimè cũ dæmonibus, multiſq; illorum moleſtiis vexabatur, ſed aiebat cũ Apoſtolo, cũ infirmor, tũc fortior ſum. Nec enim in tantis laboribus deficiebat, nec charitatis opera negligebat. Aſſiſtebat miſeris indigna ferẽtibus, atque bat peccatores, & blandiſſimis verbis, ad pœnitẽtiã reuocabat, præcepta ſancta omnibus, læta dabat. Quid ſectandũ, quid fugiendũ eſſet, alacri vultu oſtendebat. Diſſidentes ſummo ſtudio cõponebat. Multa extinxit odia, & mortales ſedauit inimicitias. Pro pace Florentinorũ, qui cũ Eccleſia diſſidebãt, & interdicto ſuppoſiti Eccleſiaſtico erant, Appẽninum, & Alpes tranſire, atque vſque in Auinionẽ ad Gregoriũ XI. Pontificẽ maximum, anteceſſorẽ noſtrum, proficiſci non dubitauit. Cui votũ ſuum, de petenda vrbe Roma, in occulto factum, & ſibi ſoli, atque Deo notũ, ſeſe diuinitus cognouiſſe monſtrauit. Fuit enim in ea ſpiritus prophetiæ, & multa prędixit, antequam fierẽt, & occultiſſima reuelauit. Rapiebatur ſæpè ab ſpiritu, & in aere ſuſpenſa, diuinis contẽplationibus paſcebatur, adeò extrà ſe acta, vt expuncta, percuſſaque, nihil omnino ſentiret, idq; frequẽter ei contingebat, cum diuiniſſima reficeretur euchariſtia. Magnũ, & ſanctum erat in plebibus

Catharinæ nomeo, & vndiq; ad eam ægroti, & malignis vexati ſpiritibus, deducebãtur, & multi curabatur. Languioribus, & ſebribus in Chriſti nomine imperabat, & dæm ones cogebat ab obſeſſis abire corporibus, propter quas res, duobus Romanis Põtificibus, Greg. XI. (cuius paulo ante meminimus) & Vrbano VI. acceptiſſima fuit, adeo vt legationibus eorũ fungeretur, multiſq; magnis, & ſpiritualibus gratiis ab eis donarentur. Eadem cum vitæ agonem iam peregiſſet, anno ætatis ſuæ tertio circiter trigeſimo, in vrbe Romana diem ſuũ clauſit, de cuius animæ in cęlũ aſſumptione, & glorioſa receptione, ſtupẽdæ, atq; mirabiles reuelationes factæ, repeRiuntur apud eas perſonas, quæ Virginẽ dilexerũt, maximè verò apud eius confeſſorem Reimũdum Campenſem, ſacræ Theologiæ magiſtrum, qui poſtea generalis totius ordinis prædicatorũ, pater magiſter, & rector effectus eſt, is namque, cum Ianuæ ageret, ea nocte, qua virgo migrauit, hora matutina dormitoriũ apud imaginem matris Domini, eã contẽplatus eſt, miro ſplendore fulgentem, & verba ad ſe conſolatoria dicẽtẽ, corpus eius aliquãdiu ſeruatũ deniq; in Eccleſia fratrum prædicatorum, quæ Minerua dicitur, Romæ conditum eſt, nõ ſine magna populi deuotione, atque reuerentia. Cuius tactu, plerique ægroti ſalutem cõſecuti ſunt à Deo, & nonnullis ſaluti fuit ea tetigiſſe, quæ ſacratæ Virginis membra tetigere. Poſtea quoque virgo ipſa in cælo recepta, vota ſupplicantium benigna audiuit, & vt ab ſponſo, & Domino Chriſto ſuo Saluatore, exaudiretur, curaoit. Multi enim ex diuerſis ægritudinibus curati ſũt, qui audita Beatæ Catharinæ, glorioſiſſima fama, eius patrocinium ſuppliciter petiuere: propterea Venetiis, vbi nunquam ipſa virgo fuerat, & multis in locis nomen eius, cum veneratione receptum eſt, & vota ei plurima fiunt. Hæc, & alia quam plurima cum venerabilis frater noſter Epiſcopus Portuenſis in Conuentu Cardinalium, & præſulum ea poſuiſſet, & liquido probata eſſe affirmaſſet, rogati ſingulatim tũ omnes Cardinales, tum præſules, qui plurimi affuerunt, ſententiam dicere, totis ſuffragiis Beata virgo digna cælo, & aſtris declamanda viſa eſt. Nec quiſquam fuit, qui non magnoperè canonizationem eius faciendam probauerit. Quibus ad longum auditis, iuſſimus in baſilica Beati Petri, & Apoſtolorum principis, ſuggeſtũ magnum, & ornatum apparari, ſuper quo hodie, adſtante populo, & clero, ſermone de vita, & miraculis Virginis huius, per nos habito, miſſarum ſolẽnibus celebratis, & conſuetis cæremoniis ritè peractis, ad canonizationem huius virginis, ſub his verbis, duximus procedendum, ad honorem omnipotentis, & æterni Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ad eaaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianę religionis augmentum. Authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, noſtram Catharinam Senenſem, illuſtris, & indelebilis memoriæ Virginem, cuius corpus in Eccleſia prędicatorũ, quæ Minerua dicitur Romæ iacet, & in cæleſti Hieruſalem, inter beatarum Virginum choros, qoando id, eius virtus, diuina ſuffraganti gratia, meruit, iam pridem fuiſſe receptam, & æternæ gloriæ corona donatam, de fratrum noſtrorum conſilio declaramus, eamque tanquam ſanctã publicè, priuatimque colendam eſſe decernimus, & diffinimus, atque in ſanctorum Catalogo Virginum, quas Romana veneratur Eccleſia, redigi, & aſcribi mandamus; ſtatuẽtes feſtum eius, ſingulis annis, prima die Maij, Dominica die, ab vniuerſali Eccleſia, celebrandũ eſſe, & omnes illi honores præſtãdos, qui cæteris ſanctis virginibus conuenire noſcuntur. Et inſuper ſepulchrum eius in ipſo feſto viſitãtibus, ſeptem annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta, miſericorditer in perpetuum relaxamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum, declarationis, conſtitutionis, mandati, ſtatuti, & relaxationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incar uationis Domi. 1471. 3. Kal. Iulij, Pont. noſtri, an. 3.

Pro conuentu S. Benedicti Valliſoletani.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

1 *Prior S. Benedicti, poteſt duo, vel tria monaſteria ordinis, in quibus, propter exiguitatem redditnum, tres, vel quatuor monach ſuſtentari nequeunt, ſuperiorum, & conuentuum prædictorum, accedẽte conſenſu, in vnum monaſteriorum vnire, & incorporare, vbi numerus duodecim monachorum ad minus conſtituatur.*

2 *Poteſt transferre monaſteria, quæ conſtructa ſunt in locis ſterilibus, vel inaquoſis, vel Dominorum temporalium, qui eorum bona occupant, ad alia loca, vel oppida magis commoda; cum ſuis redditibus, fructibus, & prouentibus.*

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio priori, & conuentui Monaſterij S. Benedicti Valliſoletani, ordinis eiuſdem ſancti Benedicti per priorem ſoliti gubernari, Palentinæ dięceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex iniũcto nobis deſuper, Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea per quæ monaſteriorum, & religioſorum locorum quorumlibet, & in illis, ſub ſuaui contemplationis iugo deditarum perſonarum commoditatibus conſulitur, quantum cum Deo poſſumus, libenter intẽdimus, & vt illa ſuum plenum ſortiantor effectom, cum à nobis petitur, fauorem liberalem impartimur. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat: quod in nonnullis domibus eiuſdem ordinis diuerſarum diæceſ. præfato monaſterio, quo ad obſeruantiam ſubiectis, propter inopiam reddituum, vltra tres, vel quatuor religioſi nequeunt commodè ſuſtentari, quo fit, vt in eiſdẽ domibus, regularis obſeruantia, ad plenum, vt decet, obſeruari non poſſit, ſintque alia monaſteria dicti
ordinis, præfato monaſterio ſubiecta, in aliquibus 1 *Vide in 3. 10. qq. reg. q. 8.*
ciuitatibus, oppidis, villis, & locis, quorundam temporalium Dominorum, qui fructus, redditus, & prouentus, necnon alia bona ad ipſa monaſteria legitimè ſpectantia, occupant, & illa ſibi appropriãt, ac eiſdem monaſteriis alia grauamina inferunt, & etiam quædam alia monaſteria, vt præfertur ſubiecta, in tam ſterilibus, & inaquoſis locis conſiſtant, quod religioſi in eis, niſi cum maxima difficultate, viuere, & morari non poſſunt, vndè ſi duo, vel tria, ex dictis monaſteriis, ſiue domibus dicti ordinis, in quibus propter exiguitatem fructuum, reddituum, & prouentuum, vt præmittitur, vltra tres, vel quatuor religioſi ſuſtentari nequeunt, inuicem vnirentur, annecterentur, & incorporarentur, nec non vni ipſorum ſubiicerentur, profecto cultus diuinus, ex hoc ſuſciperet incrementum, ac etiam monachi, ibidem Altiſſimo deſeruientes, commodius ſuſtentari poſſent. Quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt vnionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi fieri, mandare, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos

Digitized by Google

itaque de præmiſſis certam notitiam non habētes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis de quorum prouidentia & circunſpectione plenam in Domino fiduciā obtinemus, ſi eſt ita, duo, vel tria monaſteria, ſiue domos dicti ordinis, in quibus propter exiguitatem fructuum, redditnum, & prouentuū, tres, vel quatuor monachi ſuſtentari nequeūt, abbatum, & conuentuum dictorum monaſteriorū, expreſſo ad id interueniente conſenſu, vniendi, annectendi, & incorporandi, ac in aliquo ipſorū monaſteriorum, ſiue domorum, monachos, vſque ad numerum duodecim, conſtituendi, & deputādi, ac alia monaſteria in locis eorundem temporalium dominorum, vel ſterilibus, & inaquoſis exiſtentia, ſi ſecundum Deum hoc expedire videritis, de dictis oppidis, ſiue locis, ad alia loca, vel oppida, trāſferēdi, necnō fructus, redditus, & prouentus prædictorum omnium monaſteriorum, vt præmittitur, vniēdorū, quos pro expreſſis haberi volumus, pro ſuſtentatione monachorū, in magis accōmodis domibus, & monaſteriis commorantium deputandi, plenam, & liberam tenore præſentiū concedimus facultatem. Non obſtantibus cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, atque noſtris, illa præſertim, qua cauetur, quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis vniri, teneantur exprimere verum annuū valorem, tam beneficij vniendi, quam illius, cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat; necnon fundatione, dotatione, tranſlatione, cōceſſione, aut donatione alicuius, ex dictis monaſteriis vniendis huiuſmodi, etiamſi in illis expreſsè caueatur, quod in illis ſolitus monachorum, & monaſteriorum numerus, nullatenus minuatur, & illorum onera conſueta ſupportentur, ac ſtatutis, & conſuetudinibus monaſteriorum, & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cōtrariis quibuſcūque. Prouiſo, quod in vnione, annexione, & incorporatione huiuſmodi, ſi illa vigore præſentium fiant, & effectum conſequantur, debitis propterea non fraudentur obſequiis, ac cultus diuinus nullatenus diminuatur, ſed in ſingulis ſic vnitis, vel tranſlatis monaſteriis, ſiue domibus, per vnum idoneum capellanū, per priorem, & conuentum huiuſmodi deputādum, cui de fructibus monaſteriorum huiuſmodi, neceſſaria cōgruè miniſtrentur, deſeruiatur laudabiliter in diuinis, & ipſorum tunc vnitorum monaſteriorum ſupportentur onera conſueta. Et inſuper, ex nunc, irritū decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Dat. Tibure anno Incar. Dominicæ 1463. 8. idus Septemb. pont. noſtri, anno 6.

Vide in to. 2. qq. re q. 49. arti. 3. & 4.

Pro ordinandis fratribus,

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Ipſo iure ſuſpenduntur clerici ante legitimam ætatem, aut extra tempora, aut ſine patrimonio, aut beneficio, aut ſine ſui ordinarii dimiſſoriis, ad ſacros ordines promoti.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum ex ſacrorum ordinū collatione, character inuiſibilis animæ imprimitur, ſacra myſteria diſpenſantur, vt ipſarum cura tribuatur a animarum, in eorū ſuſceptione, exceſſus grauius, tanto magis plectendi ſunt, quantū ex illis, maiora in mentibus fidelium ſcandala generantur. Cum itaque, ſicut fide dignorum relatione, non ſine moleſtia accepimus, nonnulli clerici, extra tempora à iure ſtatuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui verò ſine dimiſſoriis literis, contra ſanctiones canonicas ſe faciant ad ſacros ordines promoueri, Nos eorundem temeritatem, tali caſtigatione reprimentes, vt alij in poſterum, committendi ſimilia, aditus præcludatur, authoritate Apoſtolica, præſenti conſtitutione, perpetuo valitura, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli, qui abſque diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, vel abſque dimiſſoriis literis, etiam citramontani à citramontanis, præterquam ſi in hoc vltimo caſu, per cameram Apoſtolicam, iuxta ipſius ſtylum, ordinati fuerint ad aliquem, ex ſacris ordinibus, ſe fecerint promoueri: à ſuorum ordinum executione, ipſo iure ſuſpenſi ſint. Et ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante, in eiſdem ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant, propter quā, vltra alias pœnas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficiis Eccleſiaſticis, quæ obtinēt, poſſint iure priuari. Volumus autem, quod præſens noſtra conſtitutio, in Romana curia exiſtentes, poſt quindecim dies, abſentes verò Italicos, poſt duos, alios autem, etiam Vltramontanos, poſt ſex mēſes, ab ipſius in audientia contra dicta, & Cancellaria Apoſtolica, publicatione, ac affixione, ligari incipiat. Nulli ergo, &c. Siquis, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1461. Kal. Decem. an. 4.

a Vide 3 to. 3. qq. re. 9. 23. arti. 8. 11. 12. 13. & 14. vide

Vallad. tra col. Felici S. lenſem in pis in re ea accepe de reſ. ſp. itat. Naua. in man. c. 25. n. 131 Petrum a Bello claſ economia canoni c. 2 §. 1. & ſeq

Pro ordine S. Trinitatis, contra Quæſtores,

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Committit Pontifex quibuſdam prælatis, vt poſſint procedere contra quoſdam, qui ſub nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, pro Redemptione Captiuorum, petunt eleemoſynas, & alia bona, pro hoc pio opere, donata, data, aut relicta.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etſi cunctis, Eccleſiaſtici ſtatus perſonis, & locis, ne turbationis afficiantur incommodis, atque damnis, libenter, intendamus, piis vtique locis, quæ pro Redēptione Captiuorū à manibus infidelium dedicata ſunt, illorumq; gubernatoribus, & miniſtris, vt ipſi, & eorum bona à peruerſorum conatibus præſeruētur illæſa, eo propenſioribus debemus, protectionis, & defenſionis aſſiſtere præſidiis, quo, ex ipſorum ſtatu tranquillo, maiora pietatis opera ſuccedunt, & miſericordiarum Domino, in ſeruis ſuis, impendūtur beneficia charitatis. Sanè dilectorum filiorum, maioris miniſtri, & aliorum miniſtrorum, & fratrum, ordinis ſanctæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, nobis nuper exhibita cū queſtione, percipimus, quod nōnulli, iniquitatis, & inobedientiæ filij, præter, & cōtra voluntatem ipſius maioris miniſtri, ac miniſtrorum aliorum, & fratrum dicti ordinis, quæſtas eleemoſynas, vaccinos, relicta, & legata, necnon alia bona pro Redemptione Captiuorum, de manibus Saracenorum, & infidelium extrahendorum, ſub nomine Redemptionis præfatæ, petere, erigere, leuare, indulgentiaſque per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros ipſi ordini cōceſſas, prædicare, ac in variis locis promulgare, ſeu prædicari, & promulgari facere, præſumunt, in præfatæ religionis, nō modicum damnum, opprobrium, & pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte dictorum, maioris miniſtri, & aliorum miniſtrorum, necnon fratrū ordinis prædicti, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt his oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Nos igitur, ad quos pertinet, iuta qoorumlibet, & præcipoè dicti ordinis, quem gerimus in viſceribus charitatis, illæſa præſeruare, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vniuerſis. & ſingulis patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, electis, & aliorum locorũ ordinoriis, eorumque, & cuiuſlibet ipſorum, in ſpiritualibus, & temporalibus, vicariis, & officialibus, Generalibus, tam Vltramontanis, quam citra, vbilibet conſtitutis, committimus, & mandamus, quatenus omnes, & ſingulos quæſtores præfatos, & præcipuè quendam Ludouicum Furtado, laicum, incolã Toleti Caſtellæ ciuitatis, *a* cum ſuis adhærentibus, fautoribus, complicibus, ac quoſcunq; alios, in præmiſſis pro tempore culpabiles, teſtamenta, codicillos, ſeu vltimas volũtates, relicta, legata, ac alia quomodolibet, perpetuò, vel ad tempus, præterquam perſonis nominarim expreſſis. Quæſtores ipſos, ſub nomine S. Trinitatis Redemptionis Captiuorũ petentes, & poſtulantes, quos illis qoæſtas eleemoſynas, vacinoa, & alia huiuſmodi, pro Redemptione Capriuorum relicta, petere, exigere, & recipere, & indulgentias ipſas prædicare, vel promulgare, ſeu prædicari, vel promulgari facere: eiſq; auxiliũ, conſilium, vel fauorem, quouis modo præſtare conſtiterit, cuiuſcunque dignitatis, etiam Pontificalis, Regalis, Reginalis, Ducalis, & cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant. Quoties pro parte maioris, & Simonis de Camargo, miniſtri Burgenſis, & aliorum miniſtrorum, & fratrũ ipſius urdinis, ſuper hoc fuerit requiſiti, ſeu alter eorum fuerit requiſitus, authoritate Apoſtolica, excõmunicent, anathematizent, ac excommunicatos, & anathematizatos publicent, nuncient, faciantq; ab aliis nuntiari, eoſque perſonaliter apprehendãt, capiant, incarcerẽt, & ſub cuſtodia detineãt, ac apprehendi, detineri, & carceribus mancipari faciãt, proceſſus, quoque reales, & perſonales contra ipſos, & eorum quemliber decernant, donec veritatem negotij hoiuſmodi ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, repererint, eadem authoritate, forment, & decernãt, ipſoſque Ludouicum, & alios quæſtores, & culpabiles, ad id, ſuper quo maior, & frater Simou, & alij miniſtri, & fratres, ſeu eorum procuratores, informationem dederiot, publicè recognoſcẽdum, & fatendum; necnon quæcũque relicta, legata, exacta, ac vigore quæſtarum, & indulgentiarum huiuſmodi, per eos recepta, & acquiſita, eidem ordini dandum, reſtituendum, conſignandũ, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna inris remedia, ſublato cuioſuis appellationis, & diffugij obſtaculo, authoritate præfata, cogant, & compellant, inuocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis; ſuper quibus omnibus, & ſingulis, illis, & cuilibet ipſorũ, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ. Ordinariorum, Vicariorum, & officialiũ prędictorũ, plenam, & liberam, tenore præſentiũ, concedimus facultatẽ: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ literis, priuilegiis, & indultis, per nos, vel ſedem Apoſtolicã, hactenus conceſſis, vel in poſterum concedendis, necnon litibus, controuerſiis, & quæſtionibus, ſuper hoiuſmodi petẽtibus eleemoſynas, inter prædictos, & quoſcumque alios exortis; necnõ ſtatutis, & conſuetudinibus ordinis prædicti, iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, & expreſſa mentio, præſentibus habenda foret, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, excommunicari, anathematizati, aut capi, incarcerari, detineri, ſeu quauis alia pęna mulctari non poſſiot, per literas Apoſtolicas, nõ facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergò omninò huiuſmodi liceat, hanc paginam noſtrorum, cõmiſſionis, mandati, & conceſſionis, infringere, vel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurũ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1461. pridie Kal. Febr. Pont. noſtri, anno 4.

a Quæſtores hi non ſunt ſublati per Con. Trid. prout habes I. 2. 10. qq. 10. q. 57. art. 7.

Viuæ vocis oracula, Pij I I. pro fratribus Minoribus.

1 PIus Papa I I. anno Domini MCCCCLX. Mantuæ, apud S. Mariam *b* de Gratiis, ad ſupplicationem Angeli de Bulſana, conceſſit, quod prælati noſtri circà ſubditos ſuos, & loca condeſcendere poſſent, & compati debilibus. & infirmis, in his quę non ſunt contraria regulæ. Et fuerunt expreſſi multi caſus, vt de ſotularibus in itinere, de equitando, licet non ſit arcta neceſſitas, vel infirmitas, de receptione frumenti, pro induendis fratribus, vbi non eſt alios modus habendi, de procurandis in die Sabbati eleemoſynis, pro carnibus, vbi eſt conſuetum, & ſimilibus, nec propter hoc dieuntur facere contra regulam.

b Vide I. 1. 10. qq. 10. q. 26. art. 1. & 2.

2 Item conceſſit *c* fratres poſſe prædicare, & intrare in claoſtris, & aliis locis quarumcunque monialium, vbi ſeculares communiter intrant, de licentia ſuorum prælatorum, quando mittuntur.

c Acceſſus ad monaſt. monialiu tãtũmodo permis.

3 Itẽ ipſe, & Eugenius Quartus, & Nicolaus V. & Calixtus Tertius, cõceſſerunt omnibus *d* fratribus Minoribus de obſeruantia, indulgentiam plenariã in articulo mortis, præſentibus, & futuris, & ſic occurreret caſus, quod non poſſint confeſſorem eligere, tunc conſequuntur prædictam indulgentiã, ſi ſunt in ſtatu gratiæ. Hoc viuæ vocis oraculum, authenticum vidiſſe affirmat, frater Ioãnes de Argumanis Vicarius Prouincialis prouinciæ S. Iacobi.

Vide in 10. 1. qq 10. q. 45. art. 1.
d Vide i 1. 10. qq. 10. q. 87. artic 9. 10. & 11.

4 Item concedit *e*, quod Generalis poſſit dare authoritatem celebrandi per vnam horam ante auroram, eis, quibus ſibi videbitur, Apoſtolica authoritate; habetor in regiſtro ordinis, prout affirmat frater Natalius Pomert, Commiſſarios Romanus.

e Vide I 1. 10. qq. 10. q. 42. art. 1.

PAVLVS PAPA SECVNDVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Vnica.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Confirmat Pontifex, & innouat priuilegia conceſſa ordini fratrum Minorum.

PAulos Epiſcopos ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Inter cæteros ordines in agro Domini plantatos, ſacrum ordinẽ fratrum Minorum, ſuis exigẽtibus meritis, gerimus in viſceribus charitatis, & ad ea vigilanter intendimus, ac opem, & operã efficaces impartimur, per quæ ſtatus eiuſdẽ ordinis, ad diuini nominis gloriã, & exaltationem catholicæ fidei proſperis ſemper effluat ſucceſſibus, & iis, quę præfato ordini, & eius fratribus per prædeceſſores noſtros Romanos Põtifices cõceſſa ſunt, libenter, cũ à

nobis petitur munimen adiicimus, cum firmitate. Cum ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilecti filij Franciſci de Saſona, ordinis fratrum Minorum Generalis in Theologia magiſtri, petitio continebat, quod plures Romani Põtifices prædeceſſores noſtri, diuerſa priuilegia, ſub variis formis, eidẽ ordini, illiuſque fratribus hactenus conceſſerunt, & propterea dictus Generalis, pro pace, & quiete fratrum eiuſdem ordinis, ſummoperè deſideret, illa per eandem ſedem Apoſtolicam approbare, vt ordo ipſe, ac illius fratres, dictæ ſedis fulciti præſidiis deuotius, & quietius vota ſua Altiſſimo exoluere poſſint. Ea propter Generalis ipſe, nobis humiliter ſupplicauit, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, libertatibus, exemptionibus, & immunitatibus, ordini prædicto, & illius fratribus, conceſſis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicę confirmationis adijcere, illaque, iuxta formas eorum obſeruari mandare, & aliàs ſuper his, oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, attendentes fructus ſalutares, quos ordo ipſe in Eccleſia Dei hactenus produxit, & producit in dies, ac ſperãtes, quod de bono, in melius perſeueret, & propterea volentes, quod huiuſmodi priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, ſublatis quibuſuis dubietatibus, & diſpendiis firmiter obtineantur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia & ſingula priuilegia, exẽptiones, libertates, & immunitates per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ipſi ordini, ſub quacunque verborum forma, hactenus conceſſa, illorum tenores, nec non nomina dictorum Pontificum, ac ſi de verbo ad verbũ, præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia, confirmamus, & approbamus, ac plenum firmitatis robur obtinuiſſe, & obtinere decernimus, necnon irritũ, & inane quidquid ſecus à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentatum forſitã extitit hactenus, vel in poſterum contigerit attentari. Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in eiſdẽ priuilegiis voluerunt non obſtare, etiamſi de illis, & eorum tenoribus, per præſentes deberet haberi de verbo, ad verbum, mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum, anno Incar. Domi. 1465. 12. Kal. Dec. Pont. noſtri anno 2.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Conceditur celebrantibus, & intereſſentibus diuino officio, in feſto, & octauis S. Bonauenturæ, indulgentia.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Superna cœleſtis ciuitas Hieruſalem, cuius eſt participatio eius in idipſum, ita omnium ſaluatione lætatur, vt quorum præſtantiora ſunt merita, copioſiora ſumant gaudia præmiorum, & infra. Inſuper, eadem authoritate, omnibus vere pœnitẽtibus, & confeſſis, qui in eadem Dominica, ſcilicet II. Iulij, Eccleſiam, in qua eius ſacratiſſimum corpus, ſcilicet S. Bonauenturæ requieſcit, deuotè viſitauerint annuatim, ſeptem annos, & totidem quadragenas: iis verò, qui in aliis temporibus, in ſingulis diebus Dominicis, ſeptem dies: illis antẽ, qui Eccleſias fratrũ, vbilibet conſtitutas, tam in die feſti, quã in octauis, diuinis officiis interfuerint, conſimiles indulgẽtias, & peccatorũ remiſſiones, quæ in ſingulis aliorum, eiuſdem ordinis ſanctorum, feſtis, ex indultis Apoſtolicis generaliter promulgatis, Romani Pontifices conceſſerunt, de iniunctis eis pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus, elargimur, atq; remittimus. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno 1482. 8. Kal. Maij Pont. noſtri, anno 10.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Approbat literas ſuorum prædeceſſorum, de procuratore inſtituendo per prælatos ordinis, & concedit fratres ſuccedere poſſe, ac ſi eſſent in ſeculo, quod poſtea declarauit non habere locum in obſeruantibus, & hoc intelligendum eſt, etiamſi ad conuentuales, ſe transferant.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos ſacri ordinis, fratrum Minorum profeſſores, circà propagationem religionis, & fidei, in agro militantis Eccleſiæ, per incrementa temporum, magnis laboribus, crebris vigiliis, & indefeſſo animo produxerunt, hactenus producunt, ac in futurum producturos, ſpe firma, confidimus, diligenter attendimus, dignum cenſemus, & cõgruum, vt in his, quæ illorum proſperitates, & commoda concernere poſſent, eos benignis fauoribus proſequamur. Dudum ſiquidem, fœlicis recordationis Martinus Papa V. prædeceſſor noſter, cupiens honeſta adhibere remedia, quibus dicti ordinis, pura obſeruãtia, in ſuo rigore ſeruaretur, & vt fratres eiuſdem ordinis, excluſis quibuſcunq; ſolicitudinibus, liberius, & quietius, diuinis vacarent obſequiis, ac offerentium, & donantium, aut in vltima voluntate relinquentium dicto ordini, ſeu illius fratribus, aliquid, propter Deum, pia intentio non fraudaretur, Romanaque Eccleſia, ad quam, omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus fratres ipſi vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium, nullo medio pertinet: & ad quam fratres ipſi, quoties neceſſitas ingruebat, vel vtilitas perſuadebat, recurri ſoliti erãt, à cura, & ſolicitudine prouidendi eorundem fratrum neceſſitatibus, releuaretur. Necnon, hæredum, & executorum, piarum voluntatum defunctorum, etiam negligentiis obuiaretur, ipſiq; fratres, ſecundum modos præmiſſos, & licitos, relictis ſibi eleemoſynis, gaudere valerent, per quaſdam literas ſuas, Apoſtolica authoritate, & de poteſtatis plenitudine, voluit ſtatuit, & decreuit, quod ſpeciales perſonæ, per Generalem, ac Prouinciales miniſtros, ac cuſtodes dicti ordinis nominandæ, in præmiſſis adminiſtrationem legitimam, generalem, & liberam, dicta authoritate gererent, & veri, legitimique adminiſtratores, œconomi, ſyndici, & actores eſſent, ac res ipſas & eorum pretium, prædictaſque eleemoſynas, nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ reciperent, & in ipſorum fratrum vtilitates, prout eis liceret ex regula, vel eius declaratione, ſicut, & quando ab eiſdem Generali, & aliquando ex Prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem fratribus, de ipſorum Generalis, ſeu Prouincialis miniſtri, ac cuſtodis aſſenſu, forent requiſiti, conuertere poſſent, & deberent, cũ plena, generali, & libera poteſtate petendi, exigendi, recipiendi, alienandi, tranſigendi, paciſcendi, conuendendi, promittendi, renunciandi, refutãdi, quietationem faciendi, comparendi, agendi, defendendi, ac in animam eorum, de calumnia vitãda, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuſlibet alterius ge-

De authoritate ſindic. pro fratribus Minoribus. Vide in 10. 3. q. q. re. q. 39. art. 2. & 3.

Digitized by Google

generis iutamentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res, mobiles, & immobiles, aut pretium earum, vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamentis, occuparent, vel violenter auferrēt, ſiue contra voluntatem fratrū, quomodolibet detinerent. Et generaliter, in omnibus cauſis, pro rebus, & locis huiuſmodi, ad ipſam Romanam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrū vſui conceſſis, necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, priuilegijs, & indulgentijs eorum, ſine cuiuſlibet dationis, aut cautionis onere, præfata authoritate, in iudicio, & extra, plenam, & generalem, & liberā poteſtatem haberent. Conceſſit quoque eiſdem Generali, & Prouincialibus miniſtris, necnon cuſtodibus, plenam, generalem, & liberam poteſtatem, perſonas huiuſmodi, quæ non eſſent de dicto ordine, pro ſingulorum locorum indigentia, nominandi, & perſonas eaſdem, ac earum quamlibet reuocandi, & eorum loco alios ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modū nominationis, quoties opportunum fuerit, qui eandem in prędictis, vel ſimilem haberent poteſtatem. Et deinde, piæ memoriæ, Martinus Papa Quintus, etiam prædeceſſor noſter, per alias literas ſuas, cōceſſit præfato Generali (donec aliud per ſedem Apoſtolicam foret ordinatum) facultatem concedendi procuratoribus domorum, & locorum dicti ordinis, pro tempore exiſtentibus, vt poſſeſſiones, & bona quęcunque, mobilia, & immobilia, ac annuos a prouentus, hactenus præfato ordini, & eius conuentibus relicta, & in poſterum relinquenda, aut alijs nominib. acquiſita, vice, & nomine Romanæ Eccleſiæ recipere, tenere, & poſſidere, ac ipſorum fructus, redditus, & prouentus petere, & exigere, & percipere, ipſoſque in commodum, & vtilitatem ipſorum fratrum, conuentuum, & locorum eorundem, & aliàs in vſus eius, quibus relicta, & deputata forent dumtaxat, & de ipſorum fratrum conſilio, requiſitione, & aſſenſu, conuertere, & exponere poſſent, & deberent, prout in ſingulis dictorum prædeceſſorum literis huiuſmodi, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Zaneti de Vtino, dicti ordinis generalis miniſtri, & Theologię profeſſoris, petitio cōtinebat, nos etiā, dum in minoribus conſtituti, ipſius ordinis generalis miniſtri fungeremur officio, experientia comprobauimus, dicti ordinis fratres, Domino benedicente pullularent, quod, propter eorum multiplicationem, frigeſcente nonnunquam erga eos, in nonnullis mundi partibus, fidelium charitate, ex incerta mendicitate, & minutis eleemoſynis ſe ſuſtentare: & illis, qui ſacræ Theologiæ ſtudijs, vt eorum ingenia, dono ſapientiæ illuſtrata, multos ad fertiles actus dirigere poſſent, operā præbent, neceſſaria miniſtrare, ſtructuras, & ædificia domorum dicti ordinis cōſeruare nō poſſunt, illaque plurimum ad ruinā tendere dignoſcantur, & à nonnullis reuocetur in dubium, an perſonæ per eoſdem Generalem, & Prouinciales miniſtros, ac cuſtodes, iuxta literas præfati Martini IIII. prædeceſſoris noſtri, pro tempore nominatæ, hæreditates, in quibus domus, ſeu fratres dicti ordinis, aut domorum eorundem Eccleſiæ, vel capellæ, aut picturæ, ſeu fabricæ inſtituuntur, vel ſubſtituuntur, & quæ ad eos (ſi capaces forent) alias deuoluerentur, petere, conſequi, & habere poſſent, nomine præfatę Romanæ Eccleſię: & bona hæreditatum earundem vendere, & in vſus licitos eorundem fratrū, conuertere valeāt, iuxta prædictarum literarum continentiam. Fueritque propterea, pro parte dicti Zaneti de Vtino, nobis humiliter ſupplicatū, vt voluntatem, ſtatutum, decretum, conceſſiones, ac in illis contēta dicta prædeceſſorum, pro illorum ſubſiſtentia, firmiore noſtræ approbationis munimine roborare, ac aliàs prædictorum fratrum neceſſitatibus oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur præfati ordinis, qui omnium cōditori gratiſſimus eſt, & pię deuotionis fidelium acceptus, vt illius perſonarum, quarum prædicationibus verbi, & Euāgelicæ veritatis, ſacrorumque eloquiorū explanatione, conſilijs, & charitatiuis admonitionib. fideles ipſi, circa animarum ſuarum ſalutē, magna commoda conſequuntur: ſtatum proſperum, & fęlicem intenſis deſiderijs affectantes. necnon pias decedentium, quorum amplius non redit arbitriū, voluntates executioni mandari: & ex eis quæ diuinæ propitiationis intuitu, pia largitione fidelium conceduntur, ſtructuras, & ędificia domorum dicti ordinis, & ſtudium ſacræ Theologiæ, in ordine prædicto manuteneri, & eiuſdē ordinis profeſſoribus, huiuſmodi ſtudio vacare volētibus, vt ad id facere cōmodè poſſint ſubueniri: Chriſtianæ Reipublicæ permaximè vtile, ac neceſſariū fore, ac inter ſummè meritoria, & Deo grata opera, non immeritò cōnumerari poſſe, & debere putari: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædictas, & quoruncūque aliorum Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, & pręſertim recolēdæ memoriæ, Eugenij Papæ Quarti, circa præmiſſa, dicto ordini ſimiliter, conceſſas literas Apoſtolicas, ac in eis contenta, dicta authoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis ſupradictæ, præſentium tenore, approbamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obſeruari debere decernimus. Et nihilominus volumus, ac eiſdē authoritate, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, inſtitutiones, & ſubſtitutiones, relicta, legata, donationes inter viuos, & cauſa mortis, aliæque piæ, & nō piæ diſpoſitionis quæcunque, quocunq; nomine nuncupentur, tam ſimplices, & puræ, quā conditionales, & modales, fratres, & domos dicti ordinis, ipſarumque domorū, Eccleſias, capellas, picturas, & fratrum, ſeu illorum commodum, & fauorem, quomodolibet concernentes, hactenus factæ, & in poſterum, futuris temporibus, faciendæ, etiamſi in tempore inſtitutionum, ſubſtitutionum, relictorum, fideicommiſſorum, legatorum, donationū, aliarumque diſpoſitionū huiuſmodi, fratres ipſi, in quorum fauorem emanarent, nondum ordinem prædictum ingreſſi forent: eidem Romanæ Eccleſiæ, & de illa ordini, & fratribus, ac locis eorundem, factæ eſſe intelligantur, & eundem plenarium ſortiantur effectum, quem ſortirentur, ſi nominatim, & expreſſè præfatæ Romanæ Eccleſię, & de illa, ac in eius fauorem factæ forent: nec poſſint, prætextu incapacitatis eorundem fratrum, quouis modo, de inualiditate notari: hæreditates verò, quę eiſdem fratribus, ſi in ſeculo forent, ab inteſtato deferentur, præfatæ Romanæ Eccleſiæ, quæ ipſorum fratrum locum, quoad hoc tenet, deferantur: ipſaq; Romana Eccleſia, quoad hæreditates, & bona, quę ordinem ipſum ingredientes, ſub conditione mortis eorum, ſine filijs, reſtituere grauati ſunt: filiorū locum teneat, ſicut tenent monaſteria proprium habentia in communi, ſi tales grauati illū ingreſſi forent. Quodque eadem Romana Eccleſia, & pro ea illius ſyndici, iuxta literarum prædictarum, Martini Quarti prædeceſſoris noſtri præfati, tenorē pro tempore nominati, in ſubſtitutionibus, relictis, legatis, donationibus, alijſque pijs, & non pijs diſpoſitionibus prædictis, necnon, ex illis, quæ ab inteſtato, profeſſoribus dicti ordinis (ſi capaces forent) deferrentur: hæreditatibus, & bonis, quæ ingredientes ordinem ipſum, ſub conditione mortis eorum ſine filijs, reſtituere grauati ſunt, id totum petere, conſequi,

a *Fratres Minores habere annuos redditus, habetur in 10.3.qq.10. q.126.*

Hoc apud obſeruātes non eſt receptum, prout habes in 3.10.qq.10. q.78.ar.1. & 2. vide etiam, quæ habes in eadem q.art. 3. 4. & 5. & conuentual. hoc eſt permiſſum vt habes in 10.3. qq.reg. qu. 31.ar.4. & Sixtus 4. infra Bulla 12. hoc ad obſeruātes non extendi, declarauit.

conſequi, & habere poſſint, ac ſi inſtitutiones, ſubſtitutiones, relicta, legata, donationes, aliæque diſpoſitiones huiuſmodi, ī ipſius Romanæ Eccleſię vtilitatem, nominatim emanaſſent, vel emanarent: ipſæque ab inteſtato hæreditates, ipſi Romanæ Eccleſiæ, ſiue ipſius fiſco, delatæ forent: & quod retinerent filij alium de reſtituendo ſub conditione mortis ſine filijs grauaiorum, ſi extarent, Habeantque ſyndici circa præmiſſa, parem, quam idē Martinus Quartus prædeceſſor, eos habere voluit, circa, in eiſdem literis ſuis, contenta, facultatem. Volumus tamen, quod bona, quæ eos, nomine einſdē Romanæ Eccleſiæ præmiſſarum, & præſentium literarum tenores, vigore, conſequi contigerit, iuxtà eatundem tenorem, alienare, & in vſus eorundē fratrum (præſertim in fabricam, & reſtaurationem ſtructurarum, & ædificiorum, domorum, *a* fratrū eorundem, necnon manutentinnem ſtudij ſacræ Theologiæ, & ſtudentium in illam ſuſtentationem) conuertere debeant, & teneantur, de conſilio, & aſſenſu fratrum, & capituli conuentus, vel loci, cui talia relicta, & legata ſunt, auctoritate dicti generalis, vel miniſtri prouincialis, etiam accedente. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis regularibus inſtitutis, & illorum declarationibus, necnon iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, decreti, voluntatis, ſtatuti, & ordinationis infringere, vel ei, auſu temerario, contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Rom. apud S. Petrum, anno Incarnatio. Dominicæ, 1471, pridie Kal. Martij, Pont, noſtri, anno 1,

a Non eſt licitum fratribus Minoribus ædificare, ſine licentia patris Prouincialis, & capituli conuentus accedente conſilio.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Mittit dulciſſimam literam per breue ad capitulum generale Ciſmontanum confortans familiam, oſtendenſque intentionem ſuam eſſe ſemper ei fauendi, approbans, & confirmans omnia ſua priuilegia, ſpecialiter bullam concordiæ.

Dilectis filijs vniuerſis, & ſingulis fratribus ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cùm ſemper dilexerimus familiam veſtram, diligamuſque in futurum, quoaduſque regulariter vixeritis diligemus. Ad quod faciendum vos omnes, & ſingulos iàm prælatos, quā ſubditos hortamur, & monemus, tum pro veſtra, omniumque ſalute, tū etiam pro fide, quæ de vobis in populis Chriſtianis augenda pariter, & confirmanda eſt, ad electionem vicarij veſtri, eo modo, ea animi libertate procedatis, ea ſinceritate, vt vobis nihil obijci poſſit. Inſuper, vt noueritis, quod beneplacitum eſt nobis, familiam veſtram, in virtutibus, & meritis proſperè ſe habere, & in dies augeri; auctoritate Apoſtolica, omnia priuilegia, gratias, & indulta hactenus vobis à ſummis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, conceſſa, per præſentes confirmamus, roboramus, ac firmiter authenticamus. Et maximè Bullam fœ. re. Papæ Pauli II. quæ prohibet, quod nullus frater familiæ, poſſit ipſam exire, nec à fratribus, ſub miniſtris degentibus recipi, niſi ſeruata ipſius Paulinæ forma, in ea contentis. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die 4. Maij, 1472. Pontificatus noſtri, anno primo,

Bulla Quarta,

SVMMARIVM.

Determinat poteſtatem fratrum regularis obſeruantiæ, ſuper fratres, & moniales tertiæ regulæ.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Zaneto de Vtino, generali, & vniuerſis prouincialibus *b* miniſtris, ordinis fratrum Minorum, per vniuerſum orbem conſtitutis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circunſpecta, perſonas, ſub religionis habitu, diuinis vacantes beneplacitis, ſtudio piæ vitę, diuino fauore proſequitur: & quę pro ipſarum perſonarum augmento, prouidè facta ſunt, vt illibata perſiſtant, Apoſtolico conſueuit munimine roborare. Dudum ſiquidem, per fœlicis recordationis, Innocentium Papam Quartum, prædeceſſorem noſtrū accepto, quod miniſtri, & fratres tertij ordinis Sancti Franciſci de Pœnitentia, in Italia, & Regno Siciliæ conſtituti, cupiebant ad illa deuotionis augmēta procedere, per quæ fœlicitatis æternæ præmium eis poſſet fœlicius prouenire. Idem prędeceſſor, eorum miniſtrorum, & fratrum ſupplicationibus inclinatus, vniuerſis miniſtris prouincialibus, veſtri ordinis fratrum Minorum, per Italiam, & Regnū præfatum conſtitutis, ſuis literis mandauit, vt opportunis temporibus, per vos, aut dicti eorum ordinis fratres, ad hoc idoneos, miniſtros, & fratres dicti ordinis tertij, in Italia, & Regno prædicto conſiſtentes, pro tempore viſitarent: & eos regularibus diſciplinis inſtruerent, corrigerentque, & reformarent ibidem, tam in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio, cognoſcerēt indigere, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat, vos cupiatis, prędictas & quaſcunque alias Apoſtolicæ ſedis literas, vobis aliquam ſuperioritatem, poteſtatem, & auctoritatem, in eoſdē miniſtros, & fratres tertij ordinis, de pœnitentia nuncupatos, quomodolibet concedentes, & in illis contenta, pro eorum ſubſiſtentia, firmiori noſtrę approbationis munimine roborari: & ad miniſtros, & fratres dicti ordinis, extra Italiam conſiſtentes, extendi, pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictas literas Innocentij prædeceſſoris præfati, necnon omnia, & ſingula alia priuilegia, vobis in dictos miniſtros, ac fratres dicti ordinis tertij, poteſtatem, & authoritatem aliquam quomodolibet concedentes, approbare, roburque perpetuæ firmitatis obtinere debere, decernere, ac aliàs vobis, & eorundem fratrum tertij ordinis, proſperiori, ac fœliciori regimini opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: prædictas, atque quaſcunque literas alias huiuſmodi, per quas vobis aliqua ſuperioritas, prę-eminentia, & authoritas, in eiuſdem tertij ordinis fratres, & ſorores tribuitur, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere decernimus: & ad vos miniſtros, generalem, & prouinciales, ac vicarios fratrum dicti ordinis veſtri, de obſeruantia nuncupatorum, necnon miniſtros fratres dicti tertij ordinis, etiam extra Italiam, & regnum Siciliæ huiuſmodi, per vniuerſum orbem conſiſtentes, eadem authoritate extendimus, necnon vobis, & ſucceſſoribus veſtris, pro tempore exiſtentibus, generali, ac prouincialibus miniſtris, & vicarijs prænominatis, de obſeruantia dicti ordinis fratrū Minorum, ac eoſdem miniſtros, fratres, & ſorores tertij ordinis, vbilibet infra prouincias, vobis, &

b Vide in tertiarijs 3.10. qq re. 9.72. & 73.

eiſdem

eiſdem ſucceſſoribus veſtris, generali, & prouincialibus miniſtris, & vicarijs, commiſſas conſiſtentes charitatiuè, in capite, & in membris viſitandi, & iuxta regularia inſtituta dicti ordinis inſtituendi, reformatione, & correctione indigentia, etiam per ablationem mantelli, & habitus tertij ordinis, ſi id qualitas exceſſus exegerit corrigendi, & reformandi. Volenteſque, ad ipſum tertium ordinem, & illius viuendi modum aggregari, & recipiendi, & habitum, ſiue mantellum, iuxtà morem dicti ordinis, eis exhibendi, ab ipſis miniſtris, fratribus, & ſororibus tertij ordinis, viſitatorem, ſiuè cōfeſſorem dicti ordinis fratrum Minorum conuentualium, vel de obſeruantia nuncupatorum, prout eis plus placuerit, ad id, moribus, vitę ſanctimonia, & ætate idoneum, qui etiam illis Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare habeant, pro tempore, in veſtris prouincialibus capitulis, vel congregationibus dictorum fratrum, de obſeruantia nuncupatorum, vel extra, prout opportunum videbitur, aſſignandi, eadem authoritate, licentiam concedimus, & etiam facultatem; diſtrictius inhibentes locorum ordinarijs, & alijs quibuſcunque perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, vel conditionis exiſtant, & quacunque authoritate fungātur, nè prætextu quarumuis literarum, & facultatū eiſdem forſan conceſſarum, & pro tempore concedendarum, de præmiſſis, quæ ad vos ſpectant, ſe quomodolibet impedire præſumant; ac decernentes, ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his, per quoſcunque, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque alijs, forſan circa præmiſſa, eis per ſedē Apoſtolicam, conceſſis facultatibus, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ante dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quoruncunque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, veſtræ facultatis, explicatio huiuſmodi impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quoruncunque tenoribus, de verbo ad verbum, præſentibus habenda eſſet mentio ſpecialis, quib. omnibus, quoad præmiſſa illa hic pro expreſſis habitis, etiam ſi in eis, illa videlicet, quibus per huiuſmodi generales clauſulas, non intelligeretur derogatum, vel aliæ clauſulæ derogatoriæ continerentur, quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcūque. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſupplectionis, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & decreti, infringere, vel ei, auſu temerario, cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ, 1471. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Declarat, qualiter ſe habeat protector ordinis, circa fratres.

a Vide in 3 co. qq. re. q. 42.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriā. Sacra Minorum religio, a quæ agrum militantis Eccleſiæ, ſanctis operibus, & exemplis copioſiſſimè ſęcundat, & ſapientię ſplēdore, Catholicam illuſtrat eccleſiam: tantò vberioribus fructibus fertilior eſſe conſpicitur: quantò in ſe quietior permanet, & conſiſtit, & maior, promptiorque à ſubditis eiuſdem ordinis fratribus, ſuis prælatis, obedientia exhibeatur, nulliuſque extrinſeci impedimenti perturbationibus agitatur, & moleſtatur, quin in ea, caput vnum ſit, & eſſe videatur, à quo, omnia dictæ religionis negotia, ac cauſæ, adminiſtrarentur, & cui, omnes, & ſinguli, dicti ordinis fratres pareāt: & illius ſubiaceāt diſciplinæ, Dudùm ſiquidem Gregorius XI. prædeceſſor noſter, cognito, quod nonnulli dicti ordinis protectores, dùm maiorem, quam eis, ex eiuſdem ordinis regula, conceditur, authoritatem vendicare, & vſurpare ſibi ipſis voluerunt: vera ſubditorū præfati ordinis, ad ſuos prælatos, obedientia ſubmouebatur: vnde perturbationes, inconuenientia multa, inutiles fratrū diſcurſus, & grauia ſcādala fuerāt exorta, in magnā ipſius ordinis iacturā, præiudiciū, & detrimētum: literas, ſequentis edidit tenoris. Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctos Chriſti fideles, ſuper quibus curam, ex debito officij ſummi Pontificatus, gerere obligamur, per præſidentes eiſdē ſic charitatiuè, ſicque prouidè, ac iuſtè cupimus gubernari, q̄d illi, in viam mandatorum Domini dirigantur, & hi ex merito præſidialis ſolicitudinis, vberius ſupernæ remunerationis præmiū nanciſcantur. Sed nos nimirum, in illis deſideramus ardentius, & affectuoſiori ſtudio procuramus: quorum alij à mundanis abſtracti, & grauibus pœnitentijs dediti, cęleſtibus inhiant, & ad illa, per contemplationis pœnas, ſuauius, & altius eleuantur, vt aquilæ, & cum Maria, parte opportuna perfruuntur. Alij verò ſanctam ſolicitudinem Marthæ ſectantes, celebrationi diuinorum vacant ſolertius. Alij diſcūt, & docent Dei ſciētiam & alij plebē inſtruunt in eadē. Alij feruentioris ſpiritus ardore ſuccenſi, nō timentes, ſed amātes barbaras nationes, ad illarū conuerſionē pergūt intrepidi, vt valeāt ad Dominicam aream multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis, bonam Domino reddere rationem. Hi profectò ſunt, fratres Minorum ordinis, in Dei Eccleſia multiplicibus ſplendoribus radiantes, quorum ſonus prædicationis, & ſanctitatis opera, præ cæteris religionum profeſſoribus, vſque ad extremum terræ noſcitur exiuiſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multiplicauit, & meritis, quibuſque, ſicut alijs benè currentibus in ſtadio militantis Eccleſiæ, æternum brauium, quod certatim apprehendere ſatagunt, elargitur. Et propterea nos de ipſis, dignam curam vigilē gerimus, vt eos, in his sāctis operibus nihil impediat, nihil perturbet, ſed ipſi oportuna quietis dulcedine potiantur. Sanè, cum in Beati Franciſci regula, cuius ijdem fratres exiſtunt, hæc verba contineantur expreſſe, videlicet, per obedientiam, ad hæc, iniungo miniſtris, vt petant à Domino Papa vnū de S.R.E. Cardinalibus, qui ſit gubernator, corrector, & protector iſtius fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem S. R. E. ſtabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctū Euangelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus: ijdem fratres, exiſtentes, pro tempore huiuſmodi protectores dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſucceſſiuis temporibus petierunt à ſede Apoſtolica, & etiam habuerunt, ſed aliqui eorumdem protectorum, putantes fortè bene, & licitè, à certis temporibus citrà, ſuam poteſtatem nimium extendiſſe dicuntur, in pluribus, ex quibus in ipſo ordine grauia, perturbationes, & ſcandala ſunt exorta. Nos igitur, vt idem ordo in ſua primæua quiete remaneat, de virtute in virtutem eat aſſiduè, & quibus amoris præcipitijs, eradicatiſque ſpinis, & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiam vberiorem afferat; ad radicabilem ſubmotionem turbationum, & ſcandalorum

huiuſmo-

Digitized by Google

huiuſmodi iàm exortorum, & nè oriantur in poſte
rum, pronidè, ac eiuſdem ordinis protectorib. qui
erunt pro tempore, cum nullus ſit ad præſens ordi
nis præfati protector, trãſgreſſionis, ſuæ poteſtatis
occaſionem tollere, efficaci remedio cupientes iau-
thoritate Apoſtolica, eiſdem protectoribus diſtri-
ctius inhibemus, nè præſumant, quæcunque ordina
ta, ſtatuta, ſiuè diſpoſita, aut ordinanda, ſtatuenda,
ſeu diſponenda, per generalia, vel prouincialia, aut
cuſtodialia capitula, infringere, reprobare, corrige
re, ſuſpendere, aut diſpenſare ſuper ipſis, ſeù contra
ea, vel eorum aliquid, quomodolibet immutare: ni
ſi contrà præmiſſos articulos, in præfata regula, vt
præfertur, vel aliquem ipſorum, exiſteret maniſe-
ſtè, aut quencunque prælatum, ſeu officialem dicti
ordinis, ſeù alicuius loci eiuſdẽ, quocunq; noĩe nũ-
cupentur, ponere, ſeu inſtituere, aut deponere, deſti
tuere, ſeù priuare, aut à ſuo officio ſuſpendere, vel
impedire, ſuper eius libero exercitio quouis modo
aut aliquem fratrem ordinis antedicti, ad lectora-
tum, aut quancunq; lecturam, ſeu ſtudium, vel gra
dum promouere, aut promotos, ab eis remouere,
ſeu etiam reuocare, aut de loco ad locũ mittere, aut
mutare, ſiue alicui fratrũ eorundem, eundi ad qd-
cunque monaſterium, vel locum alium, aut domi-
nũ, vel aliquam perſonã, licentiã impartiri. Et nè in
ſuper quẽuis ſingularẽ fratrem, memorati ordinis,
de quocunque crimine, vel delicto, punire, vel à pę
na, ſeu pęnitentia liberare, aut eã minuere, augere,
vel immutare, aut ẽt alicui fratri, locũ, camerã, cel-
lã, libroſq;, vel alias res dicti ordinis concedere, vel
eius vſui deputare; aut quæcunq; per pręlatos eiuſ-
dẽ ordinis, aut alios deputata, qũolibet amouere:
nec etiam de rebus, aut correctione fratrum dicti
ordinis, niſi in caſibus permiſſis contentis in præ-
fata regula, ſeu eorum aliquo ſe aliquatenus intro-
mittere, quouis modo: ita quod dictus ordo, ſeu fra
tres eiuſdem ordinis, in nullo ſubſunt futuris pro-
tectoribus: niſi in caſu, in quo ipſorum fratrũ com
munitas, vel generale capitulum (quod abſit) à prę-
dictis articulis, vel eorum aliquo deuiarent: alio-
quin ſi ſecus fecerint, id decernimus irritum, & ina
ne. Et nihilominus fratres, qui contrà huiuſmodi in
hibitionem noſtram quicquam impetrabunt, ſeù
poſt inhibitionem huiuſmodi vtentur, etiam per
alios impetratis, puniãtur illis pęnis, quibus eſſent,
pro grauibus culpis, ſecundũ inſtituta dicti ordinis
puniendi, & ſint nihilominus actibus priuati legiti-
mis, & à ſuis (ſi quæ habent) ſuſpenſi officijs, ipſo fa
cto. Cæterum nos, eoſdẽ futuros protectores horta-
mur attentius, quod per facti efficaciam, ſic nomi-
nis ſui procurent effectum, quod ordo ipſe per eos
non lædatur in aliquo, ſed potius ab vniuerſi, ſi quã
do forſan imminebunt, ſuo oportuno defenſionis
clypeo protegatur, & à noxijs præſeruetur, ſic actu
ri proinde, & æquitatis, & moleſtiæ limites ſerua-
turi, vt non trahatur ad noxam, quod prouiſum ex
titit ad ſalutem, ſed ex charitatiuis geſtis eorum, or
do præfatus, quietem, & conſolationem percipiat,
& protectores, magnum apud Deum præmiũ ſor-
tiantur, & ſuper contrario, non oporteat dictæ ſe-
dis prouidentiam, aliud remedium adhibere. Nul-
li ergò omninò hominum liceat, &c. Dat. apud Põ-
tem Sorgiæ Auinionẽnſis diœceſis VI. Kalẽ. Iunij,
Pont. noſtri, anno 3.

Nos autem, cum in minoribus conſtituti, ipſius
ordinis, generalis nobis cura, & adminiſtratio in-
cumberet, ſaluberrimum, & oportunum, & neceſſa
rium dicto ordini eſſe conſpeximus, vt protecto-
res, vltrà præfixum, ac eiuſdem regulæ authoritatẽ
non extenderent, nàm experti ſumus, & vidimus,
quanta pax, quies, & vtilitas, quantaque commoda
præfato ordini, ac fratribus eiuſdem ex firma, & in
concuſſa dictarum literarum obſeruantia, prouene
runt: quod, & quantæ perturbationes, iacturæ, in-
commoda, damna, & grauia ſcandala, in dicto ordi
ne ſuſcitata ſunt: quoties dicti ordinis protectores
ſuæ authoritatis limites excederent: attentantes in
particularibus, dicti ordinis, & fratrum eiuſdẽ, cau
ſis, & negotijs, ſe intromittere, & vſurpata ſibi au-
thoritate, ea videre, cognoſcere, iudicare, & decer-
nere voluerunt. Cupientes, vt religio, & ordo præ-
fatus, quem affectuoſiſſima charitate cõplectimur,
vtpotè, quia in ea à teneris annis, enutriti, & doctri
na, ac regularibus diſciplinis, & moribus, inſtituti
fuimus: ac vti firma fide tenemus, certiſſimiſque in
nobis experimentis, didiſcimus, ad officia, & digni-
tes, ad quas in minoribus promoti fuimus, & ad
hunc ipſius ſummi Pontificatus apicem, meritis, &
precibus Seraphici illius Patriarchæ Frãciſci, eiuſ-
dẽ ordinis Patris, & fundatoris, prouecti ſumus:
quieto conſiſtentes ſtatu, virtutibus, & meritis au-
geatur, & multiplicetur, vt fidei Catholicę, & Chri
ſtianæ Reipublicæ augmentum, & multiplicatio,
ac ſolidum fundamentum, ex eiuſdem ordinis fra-
trum, operibus, & exemplis, ſapientiæ ſplendore, &
fructuoſis ſtudijs, & prædicationibus proueniant,
promptiſſimo, & liberali animo, vti dignum cenſe
mus, & debitum, ea quæ pro ipſius ordinis, quiete,
pace, tranquillitate, & proſperitate à Romanis Pon
tificibus, prædeceſſoribus noſtris, prouidè, & ſtatu-
ta, & ordinata ſunt, vt illibata perdurent, noſtrę ap-
probationis munimine ſolidamus, interpretamur,
& declaramus, prout ipſius ordinis tranquilitati,
conſpicimus ſalubriter expedire. Vt igitur de cęte-
ro, ipſius ordinis profeſſoribus, omnis euagãdi ex-
trà religionem, occaſio tollatur, & vera ſuis præla-
tis obedientia, in qua ipſius religionis virtus, & ſo-
lidũ fundamentum, & robur conſiſtet, exhibeatur.
Præfatique ordinis, & fratrum eiuſdem negotia, &
cauſæ non alibi, neq; per alios, quã in ipſo ordine,
& inter ipſius prælatos, tractentur, agitentur, iudi-
centur, & determinentur, dilecti filij Zeneti de Vrſi
no, generalis dicti ordinis miniſtri, & totius genera
lis capituli, in hac parte, ſupplicationibus inclinati,
inhibitionẽ, & literas prædictas prędeceſſoris præ-
fati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ap
probamus, & robur perpetuæ firmitatis, obtinere
debere decernimus, & per eas protectori præfato,
qui in tempore erit, niſi in illis caſibus, & articulis,
in regula dictorum fratrum, expreſſis, & præfati
prædeceſſoris literis, declaratis, nec in illis, dũ non
vniuerſi, ſed aliqui ipſius ordinis profeſſores, in
quouis modo à fidei vnitate, & Sacroſanctę Roma-
næ Eccleſiæ obedientia, deuiarent, vel regulã præ-
fatam non ſeruarent, ſe de eorundem deuiantium,
& non obſeruantium regulam, correctione, ac redu
ctione, ac alijs quibuſlibet cauſis, & negotijs dicti
ordinis, ſe impediant, inhibitum fore, eadem autho
ritate decernimus, & declaramus. Hortamurq; il-
lum, qui ad officium protectionis huiuſmodi, quod
in præſentiarum per obitum bonæ memoriæ Biſſa-
rionis Epiſcopi Sabinenſis dicti ordinis, olim pro-
tectoris nuper vita functi, vacat, aſſumi, & deputa-
ti contigerit, & ipſius ſucceſſoris dicti ordinis pro-
tectores, ac in eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, di-
ſtrictè præcipiendo, inhibemus; nè extrà prędictos
articulos, & caſus, in regula prædicta contentos, &
expreſſos, nec etiam in illis cum non vniuerſus or-
do, ſed aliqua ipſius pars, & ſpecialis perſona erra-
ret illorum fratrum querelas audire, ſeù de ipſorũ
cauſis, & negotijs cõtrà literas, & declarationes hu
iuſmodi intromittere ſe quoquo modo præſumãt.
Sed curent, (vt eſt eorum proprium officium, &
præfati ſancti Franciſci, & Apoſtolicæ ſedis, inten-
tio extitit) ipſum ordinem in quieto, tranquillo, &
pacifico

pacifico ſtatu conſeruare,& angere,& ab impugnãtibus,moleſtantibus,& perturbantibus,defendere, & tueri:ne ſecus agendo,ordinem præfatum,nõ ſolum non protegant,conſeruent, & exaltent, vt tenentur,ſed in animarum ſuarum perniciem, & dicti ordinis detrimentum,& ſcandalum,confundãt, & deſtruant. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ordinationis,conſtitutionis, conceſſionis,& decreti,infringere,vel ei, auſu temerario,contraire: Si quis autem, &c. Dat. Romę apud S.Petrum,anno Incar. Dominicæ, 1472. Pontificatus noſtri,anno ſecundo.

Bulla Sexta.

Habetur authentica hæc bulla, cum alijs ſequentibus, in conuentu S.Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Prohibet ſub cenſuris grauiſſimis ſanctam Catharinam de Senis cum ſtigmatibus depingi.

a De ſtigmatibus P. N. Franciſci vide in 2.10.qq.re, q.6.p.ar.1, & 2.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, ſpectat ad Romani a Pontificis prouidentiam ſic ſalubriter prouidere, quod occaſione Sanctarum,quas Apoſtolica ſedes canonizauit,errores in populo,& ſcandala nõ oriãtur,ſed illis ſedatis,ipſæ à cunctis Chriſti fidelibus, pura fide,& deuotione venerentur. Sanè,pro parte dictorum filiorum Zaneti de Vtino, generalis miniſtri,& capituli generalis ordinis fratrum Minorum, in ciuitate noſtra Ferrarienſi,præterito feſto Pentecoſtes celebrato, nobis exhibita petitio,continebat,quod licèt B. Franciſcus, antequàm ſpiritum cœlo redderet,ſacra ſtigmata Chriſti,per biennium in ſuo corpore portauerit, à multis viſa, & palpata fuerint,& in ſua ſancta morte,omnibus videre volentibus patuerunt,multiſq; miraculis tam in vita, quàm in morte, & poſt mortẽ claruerunt: tamen non licuit fratribus ſui ordinis, ipſum S. Frãciſcum, cum ſtigmatibus ſacris facere depingi, aut in prædicationibus publicare,donec placuit ſanctę ſedi Apoſtolicæ ipſa ſtigmata approbare, & licentiam, ac conſenſum benignè concedere,ſicut per literas Apoſtolicas diuerſorum ſummorum Pontificum eidem religioni conceſſas,patet. Nihilominus à paucis annis citrà,nonnulli religioſi,quaſdam ſanctas, & maximè ſanctam Catharinam de Senis, in regionib. Vltramontanis,& diuerſis alijs partibus, ſine conſenſu,& approbatione dictæ ſedis,vt creditur,ſine rei veritate, cum ſtigmatibus Chriſti, ad inſtar B. Franciſci,depingunt, & in publicis prædicationibus aſſerunt,eandem Sanctam Catharinam à Chriſto recepiſſe, & verius,quàm ipſe B. Franciſcus,in præiudicium veritatis,& honoris prælibatæ ſedis,ac in deriſum multorum populorum. Nos igitur de præmiſſis plenariam habentes notitiam, & quod ſi dicta Sancta Catharina ſtigmata huiuſmodi habuiſſet, fœ.re, Pius Papa II,prædeceſſor noſter,qui eandem ſanctam Catharinam Catalogo sãctorum aſcripſit, & ſuarum virtutũ prærogatiuas in ſua canonizatione luculentiſſimè declarauit,ſpecialem de hoc ſingulari priuilegio feciſſet memoriam: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vniuerſis,& ſingulis quoruncunque ordinum profeſſoribus,& alijs perſonis vtriuſque ſexus, cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,vel conditionis fuerint,authoritate Apoſtolica,tenore præſentium,in virtute obedientiæ,& excommunicationis pœna, quã contrà facientes ipſo facto incurrant, & à qua per aliũ, quàm per Romanum Pontificem,niſi in mortis articulo dumtaxat abſolui non poſſint, diſtrictius inhibemus prædicatoribus vt à prædicationibus, & aſſertionibus huiuſmodi deinceps deſiſtant,ac pręmiſſis, & alijs quibuſcunque, vt picturas,cũ huiuſmodi ſtigmatibus, auferant, & auferri vbilibet faciant,atque procurent. infra ſpatium vnius anni à publicatione præſentium,nec liceat alicui,eandem ſanctam Catharinam depingi facere cũ dictis ſtigmatibus,donec eadem ſedes Apoſtolica hoc approbauerit, & per ſpeciale priuilegium, ſanctam ipſam,cum ipſis ſtigmatibus,depingi conceſſerit. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis,confirmationis,ſuppletionis,ordinationis,conſtitutionis, conceſſionis, & decreti, infringere,vel ei,auſu temerario,contraire. Si quis autem hoc, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incar. Domin. 1472. 8 Idus Sept. Pont noſt. anno 2.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Inhibet aliquem ſanctum, vel ſanctam, vel beatam, ſignanter beatam Catharinam de Senis, pingi cum ſtigmatibus Chriſti, excepto B. Franciſco, ac picta delenda, necnon ſcriptura, vel verbo, vel alias aſſerere, vel prædicare hoc, alicui eſſe conceſſum, ſub grauiſſimis cenſuris.

SIxtus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriam. Licet,dùm militans in terris eccleſia,triumphantem in cœlis, fideli,& deuoto veneratur affectu,ac virtutes,laudes,pręconiaq; ſanctorum,& ſanctarum Dei,digniſſimis attollit titulis,& illuſtrat,deuotis quoquè precibus,& ſolemni ritu,ſacrificia laudum offert, ad decus,& venerationem ciuium ſupernorum; nihil eis accreſcat nouæ perfectionis, & gloriæ, necnon eorum perfecta fœlicitas,noſtris operibus firmari poſſit,minui,vel augeri,ſed dumtaxat, miſericors, & miſerator Dominus,per interceſſionem, meritaque ſanctorum, quos in terris celebritate congrua veneramur,imperfectum noſtrũ ſuppleri prouiderit, vt quod noſtris meritis non valemus,eorum ſuffragijs aſſequamur: nihilominus, eccleſia ipſa militans, conſueuit non permittere aliquem, quantuncunque miraculis clarentem in terris,pro ſancto venerari,niſi quẽ Romanus Pontifex, ſubſiſtentibus miraculis in vita,& poſt mortem,præuioq; deſuper diligenti examine,ſanctorum Catalogo duceret aggregandum, nec illum,alioſque, eccleſia ipſa ornet inſignib. titulis,aut officijs venerari. Dudum ſiquidẽ,pro parte generalis miniſtri, & dilectorum filiorum capituli,etiam generalis ordinis fratrum minorũ, tunc in ciuitate noſtra Ferrarienſi, celebrari nobis expoſito,quod ſi ſanctus Franciſcus, dicti ordinis fundator,per biennium antequàm diem vitæ huius clauderet extremum ſacra ſtigmata Chriſti eius corpori à Deo impręſſa portaſſet, illaque dicto durante biennio à multis viſa,& palpata fuiſſent, tamẽ non licuerat dicti ordinis profeſſoribus ipſum glorioſum ſanctum,cum huiuſmodi ſtigmatibus, quibus à Domino noſtro Ieſu Chriſto corpus eius decoratum fuerat,pingi facere, abſq; ſedis Apoſtolicæ deſuper conceſſione,& licentia ſpeciali. Quodq; nonnulli aliquas ſanctas Dei, & præſertim ſanctam Catharinam de Senis,cum ſtigmatibus à Dei filio, Domino noſtro IeſuChriſto,eius corpori impreſſis,ad inſtar eiuſdem Sancti Franciſci, nulla deſuper Apoſtolicæ ſedis,ſuper huiuſmodi ſtigmatibus approbatione, nullavè licentia obtenta, pingi facerent, & faciebant in eccleſijs,& alijs locis publicis, partium diuerſarum,& pręſertim Vltramõtes,& in publicis

prę-

prædicationibus, ad populum aſſerebāt ſanctam ipſam, ſtigmata huiuſmodi à Chriſto recepiſſe, & de illis, clarius, quàm de præfati S. Franciſci ſtigmatibus apparere. Nos tunc attendentes, quod fœ. re. Pius Papa ſecundus prædeceſſor noſter, dùm ſanctam ipſam Catharinam in ſanctorum Dei Catalogo aſcripſit, eius præclara miracula, laudes, & præconia, in proceſſu deſuper habito declarata, referēdo ſuis literis, de huiuſmodi ſtigmatibus nullā mentionem fecerat, quodque ſi corpus eiuſdem ſanctę, talibus ſignis, in ſeculo viſibiliter decoratū fuiſſet, id in proceſſu, & literis canonizationis eius nullatenus prætermiſſum extitiſſet, vniuerſis quorumuis ordinum profeſſoribus, & alijs perſonis vtriuſque ſexus, cuiuſcunque dignitatis, gradus, vel conditionis forent, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam ipſo facto cōtra facientes incurrerent, & à qua ab alio, quam à Romano Pontifice, præterquàm in mortis articulo, abſolui non poſſint, diſtrictius inhibuimus, nè præfata ſacra ſtigmata hujuſmodi habuiſſe, in ſuis prędicationibus, & ſermonibus, & ad populum aſſerere auderent, imò, & de picturis huiuſmodi præfatę ſāctæ, iam factis, ſtigmata amouerent, & delerent, & deleri facerent vbilibet, atque procurarent, infrà annum à publicatione dictarum literarū noſtrarū, nec licere voluimus alicui, eandem ſanctam Catharinam, cum huiuſmodi ſtigmatibus depingi facere, donec ſedes Apoſtolica ſtigmata huiuſmodi approbaret, & per ſpeciale Priuilegium, quod, cum illis depingi poſſet, concederet, prout in eiſdem literis noſtris plenius continetur. Cum autem, ſicut poſtmodum accepimus, nonnulli, literis, & mādatis noſtris prædictis non obſtātibus, proprijs inhærentes affectibus, de iam factis picturis prædictę ſanctę, antè datam dictarū literarum, ſtigmata huiuſmodi amoueri facere nō curauerint, & ſanctā ipſam ſtigmata ipſa habuiſſe, adhuc de nouo, pari modo, publicè prædicare, & aſſerere, & illā, cū ipſis ſtigmatibus depingi facere nō formidēt, in contemptū mādatorum huiuſmodi, & ſcādalum plurimorū. Nos attendentes, quod ſancti, & ſanctæ Dei, non niſi veris, certiſq; prærogatiuarum, gratiarum, priuilegiorum laudibus, venerandi ſunt, atque etiam, quod tāti myſterij, & ſacramenti noſtræ redemptionis, præclara, & admiranda inſignia nemini attribui debēt, pro seueręntia noſtri Saluatoris, niſi cui attribuenda eſſe, rei euidētia, & certitudo facti declarauerit, atque ſuper his oportunum volentes adhibere remedium, & ijs, ex quibus in Dei eccleſia, ſcandala poſſent veroſimiliter exoriri, pro poſſe obuiare, vt tenentur, habita ſuper his, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus deliberatione, & de eorum conſilio, & aſſenſu, authoritate Apoſtolica, præſentiū tenore, ſtatuimus, & ordinamus; quod nullius ſancti, aut ſanctæ, beati, aut beatę figura aliqua, cū prædictis ſtigmatibus, aut quouis modo, quo extimari poſſit, vel credi illū, vel illam huiuſmodi ſtigmata habuiſſe, per aliquē depingi poſſit, nec aliquis in prædicationibus ad populum, vel alias, ſcriptura, aut verbo aliquem ſanctum, ſeu ſanctam, beatum, vel beatā, ſtigmata hujuſmodi habuiſſe, aſſerere, vel affirmare pręſumat, præfati B. Frāciſci (quē conſtat ſtigmata à Chriſto recepiſſe, tū rei euidētia, tum multorū prædeceſſorum noſtrorū approbatione) figura dūtaxat excepta; mādātes vniuerſis eccleſiarū pręlatis, Presbyteris, & clericis ordinū quorūcunq;, tā mendicantiū, quā non mendicantium profeſſoribus, in quorum eccleſijs, oratorijs, & perſonis alijs, etiam ſecularibus, in quorū domibus, & locis præfatis Sanctæ Catharinæ de Senis, aut aliquorum aliorum ſanctorum, ſeu ſanctarum, beatorum, ſeu beatarum Dei figura, & imagines, excepta figura præfati Sancti Franciſci, cum ſtigmatibus huiuſmodi depictæ forent, quatenus infrà menſem, à die qua in Cathedralibus, vel alijs eccleſijs locorum eorundem, publicatæ fuerint, teneantur, & debeant, cum effectu curare quod de omnibus alijs picturis huiuſmodi, exceptis picturis dicti Sancti Franciſci, penitus, & omninò ſtigmata ipſa deleantur, & amoueātur, ita vt, etiam illorum forma nullatenus videatur in eis: & quod de cætero, cum huiuſmodi ſtigmatibus, aliquorum ſanctorum, ſeu aliquarum ſanctarum, beatorum, vel beatarum, Dei imagines, & figuræ, excepta figura præfati S. Franciſci, non pingatur. Quodque in eorū eccleſijs, aut plateis, ſeu locis, eorum iuriſdictioni ſubiectis, abſque ſedis præfatæ licentia ſpeciali, nullus in prædicationibus ad populū, & ſermonibus Verbi Dei, diſputationibus, vel alijs quomodolibet, qđ aliquis alius ſanctus, aut aliqua alia ſancta, Dei Beatus, vel beata, Chriſti ſtigmata habuerit, excepto glorioſo confeſſore prædicto Franciſco, affirmare præſumat. Et ſi ſecus fieri contingat, & omnes huiuſmodi literis, & mandato non parere, ex nūc, prout ex tunc, non ſolùm eccleſias ipſas, in quibus picturæ huiuſmodi, cum ſtigmatibus reperiantur, ſed etiam parochialem eccleſiam, intra cuius parochiæ limites, in priuatis locis forent, quandiù ibi erunt, & triduo poſtquam deletæ fuerint, & etiam eccleſijs, in quibus, ſeu quarum plateis permiſſum fuerit, vel toleratum talia prædicari, vel aſſeri contrà præſentium tenorem, in ſermonibus ad populū, vel aliàs, vt præfertur, donec prædicātes, vel aſſerentes inibi permāſerint, eo ipſo, eccleſiaſtico ſubijcimus interdicto, quod volumus, & mādamus diſtrictè obſeruari. Eccleſiarum verò pręlatos, qui in præmiſſis culpabiles fuerint, aut negligētes, vel remiſſi, ab eccleſiarum ingreſſu, eo ipſo volumus eſſe ſuſpenſos, donec mādatis noſtris huiuſmodi, quantum in eis eſt, obtemperari procurauerint cum effectu, inferiores denique, qui in eccleſijs, quas obtinent, aut in quibus beneficiati exiſtūt, prēmiſſa fieri permiſerint, temporales quoque, cuiuſcunq; ſtatus, magiſtratus, gradus, nobilitatis, excellentię, & conditionis fuerint, qui cōtra præmiſſa forſan quocunque modo venire, aut quidquam attentare præſumpſerint, escōmunicationis ſententiā incurrāt, à qua abſolui nequeāt, præterquàm in mortis articulo conſtituti, donec quantum in eis eſt, procurauerint, vt noſtris obtemperetur mādatis. Et ſi ſententiam ipſam, animo, quod abſit, per ſex menſes ſuſtinuerint indurato, ex tūc, decurſis menſibus, ijdem eccleſiaſtici, eccleſijs ipſi, ſint. & beneficijs, eo ipſo priuati, illaque alijs liberè conferantur: prædicātes verò, & aſſerentes, vel facientes contra tenorē pręſentium, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrant, & poſtquam illam per ſex menſes ſuſtinuerint, tanquàm de hæreſis crimine ſuſpecti, ab eccleſiarum prælatis, & inquiſitoribus hæreticæ prauitatis prout eorum incumbit officio, ad reſpondendum ſuper his, corā eis, & qualiter de fide ſentiāt, compellantur. & puniantur ab eiſdem. Et nihilominus vniuerſis Eccleſiarum, ac alijs, in eccleſiaſtica dignitate vbilibet locorum conſtitutis perſonis, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, illos ex prædictis, quos cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe, & loca, quæ interdicto prædicto ſuppoſita fore, præmiſſorum occaſione, eis conſtiterit, cenſuris, & pœnis huiuſmodi, ſubiacere declarent, & faciant, & mandent illis ſubiecta publicari, & eoſdem excommunicatos ab omnibus arctius euitari, donec mandatis noſtris obtemperantes, meruerint ab eadem excommunicationis ſententia, abſolutionis officium obtinere, & interdictum huiuſmodi relaxari. Contradicto-

res

res per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordioationibus, & cōtrarijs quibuſcunque, ſeu ſi aliqnibus communiter, vel diuiſim à ſede prædicta indulrum exiſtat, quod interdici, ſuſpeodi, vel excommunicari, aut aliquibus ordinibus, quod eurum loca, & perſonæ interdici nō poſſiot, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, ac expreſſam, ac de verbo, ad verbum, de indulto huiuſmodi, mentiunem. Præterea, quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula, in quibus, de eis fides ſorſan facienda ſoret, loca deſerti, eadem Apoſtolica anthoritate decernimus, quod ipſorū tranſſumpto, publici, & authentici notarij mannſcripto, aut alicuius eccleſiaſtici prælati ſigillo munito, tanquam præſentibus, ſi exhiberentur literis, plena vbique fides adhibeatur, & perindè ſtetur, in omnibus, & per omnia, ac ſi eiſdem, præſeotea literæ forent exhibitæ, & oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ordinaiionis, conſtiturionis, cooceſſionis, & decreti, infringere, vel ei, auſu temerario, contraire. Siquis aūt, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anoo Incarnationis Dominicæ, 1475. pridie nooas Iulij, Pontifi. noſtri, anno quarto.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Concedit X. Annos de indulgentia, & totidem quadragenas, obſeruantibus feſtum B. Franciſci, quod præcipit ab omnibus obſeruari.

SIxtus Epiſcupus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei mamoriam. Præclara ſanctorū merita, & grandia virturum inſignia, *a* quibus radiantibus io firmamento ſyderibus, ſacroſancta illuſtrat eccleſia, ac ſuper Petram ſtabilita firmiſſima, ſanctorum irradiatur ſplendoribus, & nonæ prolis ioſtautata præſidio, incrementum ſuſcipit, & ſulgorem: eò ſrequentius debent vniuerſi fideles cōgrua deuotione recolere, reuerentia, & digna reminiſcentia, celebrare ſolemniter, collabentibus ſeculis, cum peccatis facientibus, fidei Catholicæ feruor plurimūm tepuiſſet, decus ille morum, Deoq; acceptiſſimus pauperum Patriarcha Franciſcus, ad ſaluandas animas, ipſius Saluatoris noſtri, pretioſo cruore redemptas: oberrantem fidelium plebem, ad ſalutis opera excitandam, erudiendamque, & ſuo reintegrandam authori, ordinatione ſupetna deſtioatus: inter admiranda ipſius opera, ſpiritu paracleto inſpiraote, nouam fratrum religionē ſacram, ad Dei laudem, & gloriam, militantis eccleſiæ decorem, ac populi Chriſtiani, profectū in agro Dominico tempore oportuno plātauit, inſtituit, & ſupra Petrā, quæ Chriſtus eſt, perpetuò ſtabiliuit, vt præcipua virorū inſignia ſanctimonia: moribus, ſciētia, ac virturibus prædictorū fæcunditate, & numeroſitate exuberans, ſructuoſos palmites, ex vite vera producerent, quæ Chriſti vexillū, per orbem vniuerſum vehere, nomē quod eſt ſuper omne nomen, cūctis gentibus prędicare, ſalutaribus inſuper monitis, exhortationibus, & exēplis, diabolica fraude deceptos, Deo lucrifacere, & à maligni hoſtis ſeruitute etipere, ſtudio indeſeſſo contenderent, quēadmodum hoc ipſius incliti patris germina, & veſtigiorum eius, prouidi ſectatores, benedicēte Altiſſimo, multiplici in domo Domini, & gratijs profuſis celeſtibus, longè, lateque, vniuerſas nationes mortaliū penetrātes, Chriſti Euangeliū, ac veræ fidei documeota, cunctis gentibus nunciare, eidē eccleſię antemurale cōſtituere, ac pro virili ſua tueri, munire, & ampliare nō ceſſant. In huius igitur ſolēnijs almi patri, Seraphiciq; Franciſci, quē ſupremus ille paterfamilias, pro multiplicato, cum talētis ſibi creditis, innumerabiliū animarū lucro, præclariſq, virtutibus alijs, corona, gloria, interna claritate magnificat, & quaſi lucernam in domo Dñi poſitā, ſummo deuotionis ſtudio, cenſuit à cunctis fidelibus venerari. Cupientes, prout operis, & officij noſtri debitū eſſe cōſpicimus, propter miræ ſanctitatis excellentiā, virtutum ſuarum cumulū, exigentiā meritorum: & hāc religionē ſacrā ad extirpādas hæreſes ſchiſmaticorū, & infidelium cōfutādos errores, credentiū verò profectū ſalubriter inſtitutum, quātum nobis, ex alto cōceditur: venerationem cōgruam, & honorem adijcere: ac tāto confeſſore glorioſo, pro ſummis ī nos beneficijs præſertim ab ipſis cunabulis, cū vitalis ſpiritus, in noſtro corpuſculo palpitās, exigui protinus videretur ipſius protinus meritis, & interceſſione priſtinæ reſtituti fuimus ſanitati, cū, & alijs gratiarū donis, & futurorū præſagijs, quæ cordi noſtro inſidēt, & memoriæ iugiter retinemus. Tum, quia diuerſis tēporibus alijs in vicarijs noſtri corporis morbis, & humanis caſibus conſtituti, præſidio ipſius B. Frāciſci, qui nos ad ſacram religionem prædictam, quaſi data manu, pro ſua pietate vocauit, & ad hanc vſque diem, cū hominis vtriuſque ſalute, domino annuente perduxit, adiuti, & liberati extitimus: pro cuius memoria, eius habitum, & ioſignia, ad extremū vſque diem, corde iugiter, geſtare ſtatuimus, etiā pro ijs acceptis beneficijs, poſſibilem nobis gratitudinem aliquam, ſiuè, quamuis excellentiæ imparem, pro eius gloria, & honore, animarumq. ſalute, ſincero, & hilari animo exhibere: necoon ipſius feſtiuitatis diem celebrem, magiſque deuotum, & cunctis fidelibus acceptabilem, conſtituere in futurū, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac B. Petri, & Pauli Apoſtolorum anthoritate confiſi, vniuerſis, & ſingulis vtriuſque Chriſti fidelibus, vbilibet cōſtitutis, verè pœnitentibus, & cōfeſſis, qui eiuſdem glorioſi Franciſci feſtiuitatem hanc, quam deinceps, perpetuis futuris temporibos celebrem eſſe, & vt feſtum *b* duplex à cūctis Chriſtiauis celebrari, ab omnique opere ſeruili abſtinere, & ſub obſeruātia, & præcepto cōprehendi volumus: & tenore præſentium declaramus, deuotè celebrātibus annuatim, decem annos, & totidem quadragenas, de ioiunctis eis pœnitentijs relaxamus. Verum quia difficile foret, præſentes literas ad vniuerſi mundi partes deſtinare, volumus etiam, & authoritate Apoſtolica decernimus, quod earum tranſumpto, manu publica ſcripto, vel alicuius Epiſcopalis curiæ ſigillo munito: eadem, præſentibus literis originalibus firmiter ſtetur vbique, ac plena eis fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1472. VI. Nonas Octobris Pontificatus noſtrii, aono 2.

a Hodie indulgentia plenaria in feſto B. P. N. Franciſci conceſſa eſt à Sixto V. prout habes in com. 1.99.10.q. 59.ar.0.q. 17.ar.5.

b Vide in 2.10.99.10. q.69.ar.1. vbi dico q hodie conceditur indulgentia plenaria, Chriſti fidelibus à Syxto V.

Bulla Nona.

SVMMARIVM

Concedit fratribus Minoribus, non teneri, niſi bis in triennio capitula prouincialia celebrare, non obſtante bulla Eugenij IIII.

DIlecto fillo vicario generali fratrum Minorum, regularis obſeruantiæ, familiæ Vltramontanæ.

SIXTVS

Digitized by Google

SIXTVS PAPA QVARTVS.

a Vide] in to.1.qq.re. q.41.ar.1. & de vtilitate repetendi capitula, vide in 3.to.qq. regul.q.47. art.3.

Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Fuit nobis pro parte a tua expoſitum, quod à ſanctæ recor. Eugenio Papa IIII. prædeceſſore noſtro, bulla quædam, quæ incipit: vt ſacra ordinis, emanauit. Per quam fratres de tua familia Vltramontana, aſtringi, & obligari videtur, ad tenendum ſingulis annis, prouinciale capitulũ. Quod quidem, cum aſſeris, abſque magnis dictorũ fratrum incommodis, diſpendijs, & inconuenientijs, obſeruari non poſſe: ſupplicaſti nobis humiliter, vt in præmiſſis, benignè, & gratioſè prouidere dignaremur. Nos autẽ qui, & pacem, & commodũ omnium, præſertim religioſorum, piè affectamus t per præſentes, quarũ expoſitio tua vera eſſe dignoſcitur, concedimus, & ordinamus, vt deinceps fratres prædicti, ſine cõſcientiarum ſcrupulo, aut alicuius cenſuræ, vel pœnæ incurſu, nõ niſi ad duo tãtum prouincialia capitula, de triennio in trienniũ, vbi expedire videbitur, tenere, & obligare obligarentur, dicta prædeceſſoris noſtri Bulla, in ea parte, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, non obſtantibus. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die XII. Decemb. anno Domini 1472. Pontificat. noſtri, anno 2.

Bulla Decima.

Habetur authentica in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

1 *Confirmat Bullam Pauli Secundi, quæ dicitur concordia inter conuentuales, & obſeruantes.*

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriã. Regimini vniuerſalis eccleſiæ quanquã immeriti, diſponente Domino curis perurgemur aſſiduis. Vt iuxtà creditæ nobis deſuper diſpẽſationis officiũ, quieti ſubditorum quorũlibet (præſertim ſub regulari obſeruãtia, ſtudio piæ vitæ vacantium, in quorum vtique proſperitate reficimur) iugi quantùm nobis ex alto conceſſum fuerit, ſolicitudinis ſtudio intendamus: & vt illa, quæ pro religionis incremento, concordia interueniente, prouidè facta ſunt, in præſeruationis obſeruãtia perſiſtant: nulluſque, vltra quam religionis regularia inſtituta permittunt, vẽdicare præſumat, noſtræ ſolicitudinis partes interponimus efficaces. Dudũ ſiquidem ſœ. re. Paulus Papa ſecundus prædeceſſor noſter, de noſtri, qui tunc in minoribus conſtituti, generalis miniſtri, ordinis fratrum Minorum, fungebamur officio, & dilecti filij Marci de Bononia, tũc noſtri in Ciſmontanis partibus ſuper fratres dicti ordinis, de obſeruantia nuncupatos, vicarij generalis, ac generalis procuratoris, conuentualium, & commiſſariorum de obſeruantia nuncupatorũ, tàm citrà, quàm vltrà montes fratrum prædictorũ in Romana Curia, expreſſo conſenſu, inter alia inhibuit, nè dicti ordinis profeſſores conuentuales, & de obſeruantia nuncupati, generali dumtaxat, ſeù etiã prouincialibus miniſtris dicti ordinis ſubditi, eorumque prælati fratres de obſeruantia nuncupatos, ſub vicarijs viuere ſolitos, transfugas, ſeù ad eos fugientes (niſi oſtendant literas ſuæ licentiæ à prælato ſuo per eos obtentas, in quibus contineatur nomẽ domus à qua receſſiſſent, & illud, ad quã remiſſi eſſent) etiam ſub prætextu cuiuſcunque licẽtiæ, ſuper hoc, ipſis fratribus cõuentualibus, & alijs dictis vicarijs non ſubditis, eorumque prælatis, ab Apoſtolica ſede, conceſſæ. (Quam idẽ Paulus, quoad hoc penitus reuocauit) acceptare quoquo modo præſumerent: ſed illos, ad prælatos ſuos. iuxtà quorundam aliarum literarum Piæ memoriæ Pij ſecundi prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc, editarum, quas idem Paulus prædeceſſor, voluit obſeruari, continentiam: remittere tenerentur. Nevè eiuſdem ordinis profeſſores, de obſeruantia nuncupati, & ſub vicariorum obedientia viuere ſoliciti, ſcandaloſos, & criminoſos fratres conuentuales nuncupatos, diſciplinam ordinis ſubterfugientes recipere, ſed ſimiliter, ad prælatos ſuos remittere deberent, prohibuit, ſeruata tamen ſœ. re. Eugenij Papę IIII. & Pij prædictorum prædeceſſorum noſtrorũ, aliarum literarum, quoad hoc, editarum forma: alioquin ex tunc inhibitionum prædictarum omnium tranſgreſſores, tam conuentuales, quàm alios, de obſeruantia, ac alios fratres prædictos, eiſq; in præmiſſis omnibus, dantes auxilium, conſilium, vel fauorem, publicè, vel occultè, directè, cuiuſcunque conditionis, ſtatus, vel dignitatis forent in ordine prædicto, excommunicationis ſententiam promulgauit, à qua non poſſent, niſi à Romano Pontifice, (præterquàm in mortis articulo conſtituti) abſolutionis beneficium obtinere. Si verò illi fratres, qui de obſeruantia nuncupantur, & ſolum miniſtro generali ſubſunt, inhibitioni prædictæ cõtrauenerint, vltrà præmiſſas pœnas, per miniſtros prouinciales, eorunque vicarios, à miniſtro ſupra illam prouinciam exiſtente, ad omnem ipſorum fratrum de obſeruantia nuncupatorum, ſub vicarijs viuentium, requiſitionem (non obſtante quacunque per ſedem Apoſtolicam, vel aliàs conceſſa exemptione) coerceri, & ad ſatisfaciendum in præmiſſis, compelli poſſent, & deberent, remedijs oportunis. Præterea idem Paulus prædeceſſor, cum intellexiſſet nõnullorum dicti ordinis profeſſores, ſub obediẽtia, quã vouerant, varijs prætenſis coloribus, etiam mediantibus literis Apoſtolicis, ſibi procuraſſe domos, & loca, in quibus, ſine ſuperiorum obedientia degerent: omnes, & ſingulos per eoſdem fratres, ſic receptas domos, aut generali, ſeu prouincialibus miniſtris, ſeu vicarijs de obſeruantia nuncupatorũ, fratrum dicti ordinis, ſubeſſe debere decreuit, ac fratres, qui illam inhabitabant, vt infra certum terminum, tunc expreſſum, eligerent ſub teſtimonio publico, vtrum generali, & prouincialibus miniſtris, an verò vicarijs de obſeruantia nuncupatis, ſubeſſe mallent. Statuit quoq; qđ ex tũc, nullus talis frater, aliquam domum (etiam quoruncunque literarum obtentu) recipere valeret: niſi de licentia generalis, ſeù prouincialium miniſtrorũ, vel vicarij de obſeruantia nuncupatorum, fratrum illius prouinciæ, in qua domus conſiſterent, & ſi reciperet, ſi ipſe ſubeſſe mallet vicarijs de obſeruantia nuncupatorũ fratrum prælibatis, alioquin ipſis generali, ſeu prouincialibus miniſtris, ſubeſſe deberet, vt ſupra eſt expreſſum. Et ſi fortè recuſaret, domos ipſas, ſic receptas, eccleſiaſtico ſuppoſuit interdicto, prout in quibuſdã literis ipſius prædeceſſoris deſuper cõfectis, plenius cõtinetur. Cùm autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum generalis Vltramontani, & prouincialiũ prouinciarũ, Caſtellæ, Legionis, Aragoniæ, Portugalliæ, Valentiæ, & Nauarræ in Regnis, & Principatu Cathaloniæ, & reliquis Hiſpaniarũ partibus, ſecundũ morẽ dicti ordinis conſiſtentium, vicariorum eorundem fratrum de obſeruantia nuncupatorum, petitio cõtinebat, quod dictus filius Alfonſus de Bolano, dicti ordinis profeſſor, in Granatæ, Guineæ, Africæ, ac omnibus, in mari Oceano, ſitis inſulis, pro conuerſione infideliũ, Apoſtolicæ ſedis nuncius, & nõ-

nulli alij eiuſdem ordinis profeſſores, in Regnis, & Principatu, & reliquis Hiſpaniarum partibus prædictis, ſub obedientia miniſtrorum, aut vicariorũ prouincialium dicti ordinis, tam conuentualium, quàm de obſeruantia nuncupatorum, eſſe, & vitã ducere recuſant, & quoſcunque ab eiſdem fratribus, ſub obedientia miniſtrorum, & vicariorum de genribus, pro tempore, recedentes abſque prælatorum ſuorũ licentia recipiunt, & retinent inter eos, & perſæpè indoctos ad ordines, & inhabiles ad officia, etiam prædicationis, & confeſſionis, & ad ſtudia promouent, & promouere præſumunt, illoſque mittunt ad loca, eis grata, & ad quæ nonnunquam, propria trahit eos affectio, bona cauſa non præcedente, aſſerentes præmiſſa facere poſſe, ex Apoſtolica conceſſione eis facta, ex varijs, & diuerſis cauſis, & præſertim pro prædicatione infidelium partium earundem, quanquam in regula dictorum fratrum contineatur, quod quicunque fratrum, diuina inſpiratione voluerint ire inter Sarracenos, & alios infideles, petant inde licẽtiam à ſuis miniſtris prouincialibus, miniſtri verò, nullis, eundi licentiã tribuant, niſi eis, quos viderint eſſe idoneos ad mittendum, & fratres conuentuales nuncupati, ſub licentia miniſtrorum prouincialium degentes, illos dicti ordinis profeſſores, qui ſuas profeſſiones, in domibus eorundem fratrum de obſeruantia emiſerunt, ſine licentia ſuorum ſuperiorum recedentes, & ad eoſdem conuentuales confugientes, recipere, & retinere non verentur contradictarum literarum Pauli prædeceſſoris præfati continentiã. Quędam verò Abbatiſſæ, & moniales diuerſorum monaſteriorum ordinis S. Claræ, & minoriſſatum, ac aliæ domorum tertij ordinis S. Franciſci de pœnitẽtia nuncupatæ ſorores, in communi viuentes, ſub certa cura fratrum earundem de obſeruantia, ac ẽt aliæ, non viuentes ſub eorum cura, vigore quarũdam literarum Apoſtolicarum, etiam (vt aſſerunt) conceſſarum ſibi ipſis, viſitatorem quem volunt, ſine eorundem fratrum cõſenſu, cuſtodiæ, intra quã monaſteria conſiſtunt duntaxat, habere, & eligere præſumũt & deputatos eis idoneos confeſſores, & viſitatores, in prouincialibus capitulis, aut alias, iuxta morem, & ritum dicti ordinis, vel ſaltem eorundẽ fratrum de obſeruãtia, admittere recuſant in religionis opprobriũ, & pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorũ, ac cõtra regularia inſtituta, ritus, & mores dicti ordinis, ſecundũ quos promotiones prædictæ, cũ magna maturitate, ac de perſonis idoneis, & habilibus fieri debent, ſolùm in capitulis prouincialibus, ordinis prælibati eorundẽ fratrum de obſeruantia. Fuit quoque, pro parte generalis Vltramontani, & prouincialium vicariorum regnorum, principatus, & partium prædictorũ, nobis humiliter ſupplicatum, vt pro conſeruatione, & manutentione ordinis memorati, & Chriſti fideliũ deuotionis, ad illum, in partibus eiſdem, ne de cætero præmiſſa faciãt, ſub cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, inhibere: ac receptos fratres prædictos, abſque ſuorũ ſuperiorũ licentia, poſt concordiam prædictam, iuxta Pauli prædeceſſoris formã literarũ, & quos in futurum, contra illam recipi cõtigerit, eiſdem generali, & prouincialibus vicarijs prouinciarum prædictorum, regnorum, & partium, illos repetentibus reſtitui, præfatoſque alios fratres, miniſtris, & vicarijs, non obedientes, ad eligendum, ſub miniſtris, & vicarijs eſſe velint, parendumque illis, ſub quibus eſſe decreuerint, & ad ducendam vitã, iuxta regularia dicti ordinis inſtituta, obſeruãdum quę contenta in prælibatis literis Pauli prędeceſſoris præfati. Abbatiſſas quoque, moniales, & ſorores prædictas, ad recipiendum cõfeſſores, & viſitatores iuxta inſtituta regularia eligendos, pro tempore, per ipſos Generalem, & Prouinciales vicarios prouinciarũ regnorum, principatus, & partium prędictorum (vt præfertur pro tempore deputatos) cõpelli, ac alios quos aliter deputari contigerit, amoueri mandare: aliaſque eis in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui dicti ordinis, & illius profeſſorum, proſperitatem, & pacem, intenſis deſideramus affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, volumus, & Apoſtolica authoritate, præſentium tenore, declaramus, quod in præmiſſis omnibus, & ſingulis, quoad fratres, ſeruentur literæ prædictæ Pauli prædeceſſoris præfati: quoad moniales verò, ſeruentur ſtatuta ordinis. Et nihilominus, venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliorũ locorum ordinarijs, in eiſdem regnis, & principatu, ac partibus conſtitutis, etiam mandamus: quatenus quilibet eorundem, qui deſuper fuerit requiſitus, in præmiſſis omnibus, & ſingulis nobis expoſitis, faciat authoritate noſtra, in ſua ciuitate, & Diœceſi eiuſdem Pauli prædeceſſoris præfati, literas, & in eis contenta, quoad fratres, & ſtatuta ordinis, & religionis, quoad moniales, & ſorores huiuſmodi, per quoſcunque inuiolabiliter obſeruari, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocando etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxiliũ brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, contrarijs quibuſcunque, ſeu ſi Alfonſo præfato, aut quibuſuis alijs communiter, vel diuiſim à ſede prædicta indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extra certa loca, ad iudicium vocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenã, & expreſſam, de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, mentionem, & quibuſlibet alijs priuilegijs, & literis Apoſtolicis, generalibus, & ſpecialibus, Alfonſo præfato, & quibuſlibet alijs, conceſſis, & pro tempore concedendi, quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri poſſit aliquando, vel differri: & de quibus quarumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis, quibus omnibus (etiam ſi in illis contineretur, quod illis per quaſcunque conceſſiones, & literas, ac clauſulas, ſpecialem mentionem importãtes, non cenſeretur eſſe derogatum) quoad præmiſſa (illis alias in ſuo robore permanſuris) ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domin. 1474. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XI.

SVMMARIVM.

Concedit fratres minores, tam forenſes quoſcunque, quam etiam ſuæ Diœceſis, poſſe in confeſſione, audire, & abſoluere, Euchariſtiaq; Sacramentum, Dominica reſurrectionis die tantum excepto, miniſtrare.

Dilectis filijs vicarijs, generalibus, & prouincialibus fratrũ minorũ regularis obſeruãtię, ac quibuſcunque veſtri ordinis obſeruantiæ, per vos deputatis, & deputandis confeſſoribus.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Veſtris in hac parte deuotis, & humilibus ſupplicationibus annuentes, fel. re. Nico-

Digitized by Google

lai V. prædeceſſoris noſtri, in hac parte, veſtigijs inhærentes, harum ſerie, vobis authoritate Apoſtolica, concedimus *a* facultatem audiendi in confeſſionibus, omnes, & ſingulos quaruncunque Diœceſum: & in illis extraneos, ac forenſes abſoluendi, & in caſibus, quos Diœceſani locorum, in quibus ad audiendum deputati eſtis, duxerint concedendos, omni tempore, quam in die Reſurrectionis Dominicæ, ſacramentum Euchariſtiæ licitè miniſtrandi. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Romæ apud S. Petrū, ſub annulo piſcatoris 9. Iulij 1475 Pont. noſtri, anno 4.

a Vide in 1.10.qq.re. q.60.ar.6. & 7.

Bulla XII.

SVMMARIVM.

Approbat conceſſiones factas monialibus, de non ſoluendis decimis.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Vt internæ beatitudinis *b* amatrices, quæ, habitu ſacræ religionis, aſſumpto, vni viro Ieſu Chriſto, ſe voto celebri deſponſauerunt, valeant, iuxta votum quietæ mentis proficere, & regularis obſeruantiæ ſtabilitate tantò propenſioribus æquum eſt illas attollere gratijs ſpiritualibus, epulis reficere, ac earum pia cōſeruare propoſita, necnō ea, quæ pro illarū quiete, & vtilitate proceſſerūt, Apoſtolico munimine roborare, quātò ſexus fœminei fragilitas, ad ferēdū obſeruātię onus, potiori fauore indigere noſcitur, vnde nos in ſacra Petri ſede, meritis licet inſufficientibus conſtituti, vt religio quælibet dilatetur, & florido, decentiq; candore refulgeat, luminoſiſque ſanctimoniæ radijs, ad exēplar imitationis eniteſcāt, operarias manus apponimus, & ſtudiū efficax impartimur, vt iā dem cultores cuiuſlibet religionis, annuente diuina gratia, præſentes in ſtadio vitæ, ſub Sanctorū Patrum regulis, & inſtitutis, Deo militātes fœlicis triūphi brauium valeant adipiſci. Dudū ſiquidem fœ. re. Eugenio Papæ IIII. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectarum in Chriſto filiarum, Abbatiſſarum, & conuentuum vniuerſorum monaſteriorum S. Damiani, ac minoriſſarum S. Claræ, ordinis eiuſdem ſanctæ, ſub generalis miniſtri, aliorumque officialium, ordinis fratrum minorum, curæ, vbilibet conſtitutorum, expoſito, quod, ob varias decimarum, & charitatiuorum ſubſidiorum, aliorumque onerū impoſitiones, tam per Romanæ Eccleſiæ, eorunq; legatorum, & miniſtrorum incumbentia, quā pro honorandis Regibus, & principibus, ac communitatum ſubuentionibus, Apoſtolica authoritate, tūc ordinatas, conſtitutas, atque decretas, necnon gabellas, pedagia, & grauamina, aliaque onera realia per poteſtates, & rectores, ac regimina ſæcularia, factas, impoſitas, & illatas, petitioneſque, & exactiones, quæ ratione fructuū, quæ in eorundem monaſteriorū, ac locorū agris, & poſſeſſionibus, infra nōnullarū, cū cura, & ſine cura, Eccleſiarū limites cōſiſtentes colligebātur, à nōnullis illarum rectorib. & beneficiatis, factæ fuerant, tunc Abbatiſſæ, moniales, cōuentus, & monaſteria, ac loca huiuſmodi, in tantā paupertatem, inopiamq; venerant, quod pia eorū vota ſoluere nō valentes, in monaſterijs, ac locis ipſis, diuinus cultus adeò erat diminutus, quod ſi nō prouideretur celeriter, veriſimiliter formidabatur in eis, extinctio obſeruātiæ regularis: idē Eugenius prædeceſſor, ipſarū Abbatiſſarum, & monialiū ſupplicationibus inclinatus, eas, & cōuentus, & monaſteria, & loca huiuſmodi, cū omnibus iuribus, & pertinentijs, ac bonis eorundem, mobilibus, & immobilibus quibuſcunque, tam exiſtentib. quam futuris, ab omni iuriſdictione, dominio, & poteſtate quaruncunque legatorum, Patriarcharū, Archiepiſcoporum, Epiſcoporū, nunciorum, & aliorum, quorumcunq; ordinariorum iudicum, ad inſtar priuilegiorum cōceſſorum eis, per piæ memoriæ Nicolaū IIII. Bonifaciū VIII. & Ioannē XXII. Clementem VI. Alexādrum V. & Benedictum XI. Romanos Pōtifices, etiam prędeceſſores noſtros, exemit, & perpetuò liberauit, & ſub Beati Petri, ac ſedis Apoſtolicæ protectione, ac ſua, ſuſcepit. Illaq. ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Romanis Pōtificibus canonicè intrātibus, ad dictę ſedis duntaxat ſubiacere voluit: ita quod legati, & nuntij eiuſdem ſedis, ac iudices præfati, & quæuis alia perſona ſecularis, vel regularis, eccleſiaſtica vel mundana, quacunq. præfulgeat dignitate, nullas in Abbatiſſas, cōuentus, monaſteria, moniales, ſeu loca huiuſmodi excōmunicationis ſententias, promulgare, vel iuriſdictionē, dominiū, aut poteſtatē exercere poſſet, prout in literis dictorū prædeceſſorum, plenius cōtinetur. Quare pro parte dictarum, tam S. Mariæ Regalis de Tordeſillas, quā aliorum monaſteriorū ordinis S. Claræ, præſertim in Regno Caſtellæ cōſtitutorū, Abbatiſſarū, & monialiū, nobis fuit humiliter ſupplicatū, vt exēptioni, liberationi, & ſubiectioni, præmiſſis, omnibuſque alijs, & ſingulis in dictis literis contentis, pro illorum ſubſiſtētia firmiori, robur Apoſtolicæ cōfirmationis adijcere, aliaſque in præmiſſis prouidere oportune, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, exemptionē, liberationem, ſubiectionemq. prædictas, & prout illas cōcernūt, omnia, & ſingula in dictis literis cōtenta, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiū, approbamus, cōfirmamuſque, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdē. & inſuper perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, ipſiſque Abbatiſſis, & cōuentibus, ac monialibus, authoritate, & tenore præfatis, concedimus, quod ipſæ etiam, de quibuſcunque terrarum, & poſſeſſionum, ad eas legitimè pertinentibus, & ſpectantibus, quas etiam per alios, quàm eorundem monaſteriorum, ſeruitores, & ſubditos, excoli, & cultiuari faciunt, & pro tempore facient, decimas, & primicias, authoritate tamen Apoſtolica non impoſitas, quibuſuis perſonis, cuiuſcunque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, ſoluere minimè teneantur, nec ipſæ, aut ipſarum rerum, aut poſſeſſionum coloni, ſeu cultores ob ſolutionem decimarū, primitiarum, aut cenſus huiuſmodi, per quempiā moleſtari poſſint, aut propterea contra eos procedi, & pœnas aliquas promulgari: decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, aut ignoranter, contingat attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, cōſuetudinibus monaſteriorum, & ordinis prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis alia firmitate, roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginā noſtræ approbationis, cōfirmationis, ſuppletionis, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & decreti, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1475. pridie nonas Iulij, Pontif. noſtri, anno quarto.

b Vide in 2.10.qq.72. q.44.ar.3. & in 10.3. q.74.a.16.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Licentia data fratribus minoribus, ſuccedendi etiam ab inteſtato, non intelligitur de obſeruantibus.

Sixtus

a Vide in 3.10.qq.re. q.78.ar.1 cum ſequẽtibus, & in 3.10.q.31.ar.4. & in 10.3 qq.re. q.148.a.4.

SIxtus Papa IIII. vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Licèt nos dudum, ad importunã a nõnullorum inſtantiam, conceſſerimus per certas literas noſtras, & quarundam aliarũ prædeceſſorũ noſtrorũ cõfirmatorias, vt generaliter fratres ordinis minorũ poſſint in hæreditate, ſuccedere parentibus, & cõſanguineis ſuis, mortuis, & morituris ab inteſtato hæreditatemq; illorũ adire, & tenere, prout in eiſdẽ literis noſtris, quarũ tenores, hic pro ſufficiẽter expreſſis haberi volumus, & plenius continetur. Nihilominus cũ deſideremus, familiã, & fratres dicti ordinis de obſeruãtia nuncupatos, ſub cura vicarij Generalis viuentes, quos paterno proſequimur affectu, in ſua regulari obſeruãtia cõſeruare, nec dare eis materiã alicuius ſcãdali, vel inquietudinis, cũ expreſſe aduerſetur eorũ emiſſæ profeſſioni, & paupertati promiſſæ, ea tenore præſentiũ, ea certa noſtra ſcientia, decernimus, pariter, & declaramus, mentis, & intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe, vt prædictæ noſtræ, & aliæ ſimiles literæ, circa ſucceſſionem hæreditatum huiuſmodi, ad fratres familiæ de obſeruãtia, ſe nullatenus extendãt, nec eis, aut eorum alicui, in iudicio, vel extrà, quoquo modo ſuffragẽtur, nec vim aliquam habeant, ſeu habere cenſeantur, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, omnibus fratribus eiuſdem familiæ de obſeruãtia, nè quis eorum, conceſſione huiuſmodi vti velle præſumat, quouis prætextu, vel colore, quinimò in puritate ſuæ regulæ, ſicut decet eos, permaneant, perindè, ac ſi literæ prædictæ nunquàm emanaſſent, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque. Cæterũ, quia difficile foret, præſens breue, ad omnia in quibus opus eſt, loca deferri, volumus, vt illius trãſumpto, manu alicuius publici notarij, ſcripto, & ſigillo vicarij generalis prædicti munito, ea prorſus vbique fides adhibeat, quæ adhiberetur, ſi idẽ breue originaliter produceret, vel oſtenderetur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 7. Auguſt, Pont, noſt, anno 4.

Bulla XIIII.

ANno quarto Pontificatus Sixti IIII. prid. Kalen. Sept. Ipſe Sixtus IIII. Maremagnũ ab Aleãdro Quarto. Honorio III. Bonifacio VIII. Clemente IIII. Eugenio IIII. prædeceſſoribus ſuis, ordinatũ, & ſucceſſiuè additum, & cõfirmatum, ſine bullæ munimine roborauit, & de nouo cõceſſit illud, & omnia à ſuis prædeceſſoribus cõceſſa ordini minorum, eidẽ multa addendo, declarando, ampliando, extendendo, & cõicando, pœnarumq́ue inflictionibus cõmuniendo; Habetur authenticũ in cõuentu S. Franciſci Salmantino, & habetur originaliter Maremagnum Alexandri Papæ IIII. quod hic cõtinetur, & habetur originaliter in eodẽ cõuẽtu Maremagnũ Bonifacij VIII. quod hic refertur.

SVMMARIVM.

1 *Clemens Papa Quartus ponit formam electionis, et confirmationis miniſtri generalis.*
2 *Determinat, quod tempus electionis à iure ſtatutũ, non currat, nec electores regulis iuris coarctẽtur.*
3 *Quod cuſtodes, & guardiani curã habeãt animarũ.*
4 *Cõcedit, qđ lectores poſſint legere in domib. noſtris.*
5 *Concedit, quod miniſtri poſſint fratres ad officium prædicationis in capitulis promouere.*
6 *Concedit, quod miniſtri poſſint fratres ordinandos, quibuſcunque Epiſcopis præſentare.*
7 *Quod poſſunt fratres habere oratoria in locis, &c. & ibidem celebrare.*
8 *Quod tempore interdicti, liceat fratribus diuina celebrare.*
9 *Quod tempore interdicti, liceat fratribus miniſtrare ſacramenta ſuis ſeruitoribus.*
10 *In locis, in quibus fratres reſident, ſi contingat excõmunicationis, vel interdicti ſententiã promulgari, pueri fratrum minimè obnoxii habeantur.*
11 *Quod in terris excommunicatorum, liberè poſſint fratres commorari, & ab eis neceſſaria recipere.*
12 *Quod miniſtri, & cuſtodes valeãt abſoluere ſuos ſubditos, & diſpẽſationis beneficiũ eiuſdẽ impartiri.*
13 *Quod generales, & prouinciales, ac eorum commiſſarii poſſint abſolui à confeſſoribus ab eis electis.*
14 *Quod generales, & prouinciales, ac eorũ cõmiſſarii poſſint abſoluere, noſtro volẽtes aggregari cõſortio.*
15 *Quod non poſſumus à quocunque conueniri, et per literas Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum, nec compelli ad pecuniam colligendam, & ad plura alia.*
16 *Quod non poſſimus cõpelli ad viſitandũ monaſteria monialiũ, nec ad audiendas confeſſiones earũ.*
17 *Quod nullus prælatus, ad deferendas literas, nec aliquis iudex, ad faciendum citationes, & plura alia, quenquam noſtrum compellere valeant.*
18 *Quod Generales, & Prouinciales poſſint corrigere, & reuocare fratres, de quibus fuerit prouiſum Epiſcopis in ſocios.*
19 *Quod nullus legatus, niſi de latere, nulluſque prælatus alius, aliquem fratrem aſſumere valeat in ſocium, niſi aſſignatum à Generali, & Prouinciali.*
20 *Quod generalis poſſit deputatos fratres, ad prædicandum crucem, vel contra hæreticam prauitatem reuocare.*
21 *Quod nullus poſt profeſſionem, poſſit diſcedere ab ordine, & quod recipientes poſt denuntiationem, ſint excommunicati.*
22 *Quod licitum ſit generali, & prouincialibus, poſſe procedere contrà fratres habentes licentiam tranſeundi ad aliam religionem, ſi infra tres menſes ad eam non ſe transferant.*
23 *Quod prælati, & omnes fratres poſſint excõicare, & capere apoſtatas ĩ quocũq; habitu inueniãtur.*
24 *Quod expulſi ab ordine, vel egreſſi proprio motu, non poſſint prædicare, neque confeſſiones audire.*
25 *Quod Generalis, & Prouinciales poſſint dare licentiam fratribus ab ordine expulſis, tranſeundi ad alios ordines approbatos.*
26 *Quod nullus poſſit tranſire ad alium ordinem, nec tranſeuntem recipere, abſque ſpeciali ſedis Apoſtolicæ authoritate.*
27 *Quod nulli liceat habitum noſtri ordinis portare.*
28 *Quod de hortis, & virgultis, nulli teneamur decimam exhibere.*
29 *Quod bona ingredientiũ ordinẽ reſtituenda, poſſint in vſus pios conuertere, non inuẽtis creditoribus.*
30 *Concedit fratribus licentiam ſepeliendi quoſcunq;, & plura circa hoc.*
31 *Quod nullus fratrum poſſit confiteri, niſi prælatis, & fratribus ordinis.*
32 *Quod prælati Eccleſiarum non præſumant audire confeſſiones fratrum, illis inuitis, & plura alia.*
33 *Quod prælati Eccleſiarum non præſumant audire confeſſiones fratrum, ipſis inuitis, & conſtitutionibus ſuis eos obligare.*
34 *Quod fratres non teneantur de ornamentis, & pluribus aliis, exhibere canonicam portionem.*
35 *Quod liceat fratribus ad alia loca ſe transferentib. omnia bona ſecum deferre, & vendere, præter Eccleſias, & plura alia.*
36 *Quod non teneantur fratres ad ſolutionem ſubſidiorum quarumcunque perſonarum.*
37 *Quod non teneantur fratres pro quibuſcunque caſibus, vel delictis, locorum ordinariis ſubiacere.*
38 *Approbat priuilegia, & gratias ordini noſtro conceſſa à ſuis prædeceſſoribus.*
39 *Extendit particulã de altari viatico, ad alia loca*

honeſta extrà oratoria fratrum.

40 *Determinat caſus, propter quos fratres ad ſedem Apoſtolicam ſunt meritò deſtinandi.*

41 *Declarat libertatem fratrum circa ſepulturam in Eccleſiis ſuis.*

42 *Fratres omninò eximit à quarta funerali.*

43 *De decimis non ſoluendis à fratrib. minoribus, declarat, etiã ſi omnes mendicãtes teneãtur ſoluere.*

44 *Quod fratres, & domus non poſſunt excommunicari, nec interdici ab ordinarijs.*

45 *Quod poſſint fratres ſacramentum Eucharistiæ, et extremæ vnctionis ſibi confeſſis miniſtrare, negantibus parochialibus.*

46 *Quod bona monaſteriorum à monialib. deſtructorũ, applicentur vſibus cõuentuum fratrũ minorũ.*

47 *Quod nullus cum habitu fratrum poſſit extra Eccleſias eorum, ſine ipſorum licentia ſepeliri.*

48 *Quod ratione parochialis Eccleſiæ, apud domus fratrum conſtructæ, nullam ſuperioritatem, ſibi ſuper eos vendicent ordinarij.*

49 *Quod miniſtri, & vicarij poſſint diſpenſare cum irregularibus, & defectum natalium patientibus.*

50 *Quod confeſſi fratribus non teneantur iterum ſuis curatis eadem peccata confiteri.*

51 *Quod fratres prædicatores gaudeant eiſdem priuilegijs, quibus minores, & è cõtrà; de hoc plenius in bulla aurea, & per Alexandrum Sextum.*

52 *Pœna, qua ponuntur prælatis, & alijs turbantibus, ſeu moleſtantibus fratres.*

53 *Concedit conſeruatores fratribus, ad procedendum in cauſis ſuis.*

54 *Ponuntur non obſtantia.*

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, meritis licet in ſufficientibus, diſponẽte Domino præſidẽtes: curis perurgemur aſſiduis, vt iuxta creditæ nobis deſuper diſpẽſationis officiũ, quieti ſubditorũ quorumlibet (præſertim ſub religionis habitu ſtudio vacantiũ piæ vitæ, in quorum vtique proſperitate reficimur) iugi quãtũ nobis ab alto cõceditur, ſolicitudinis ſtudio intendamus, & vt ea, quæ pro diuini cultus, & religionis incremento, & animarum ſalute à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, prouidè facta ſunt, ſublatis ambiguitatibus, quæ exinde emerſæ noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, noſtri miniſterij partes interponimus efficaces. Dudum ſi quidẽ à fœ. re. Eugenio Papa IIII. prædeceſſore noſtro, literæ emanarũt tenoris ſequentis. Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuã rei memoriam. Licet debitum paſtoralis officij, omnibus regularem vitã profeſſis, vt in ſuis cõſeruentur priuilegijs, nos reddat fauorabiles, & benignos: ad ſacrum tñ ordinem fratrũ minorum, quorum præclara religio, velut ager fertilis in Domino, multiplices, ac vberes fructus animarũ, ad laudem Dei, & fidei incrementum, ſemper attolit, & affert quotidiè, verbo, & exemplo, in populo Chriſtiano dirigentes, præcipuè velut pius pater, oculos mentis noſtræ dignũ cenſeamus, & debitũ, vt ipſum ordinem eiuſque in odorem ſuauitatis Altiſſimo ſeruientes perſonas, in ſuis priuilegijs præſertim per Romanos Pontifices conceſſis, debitè cõſeruemus: ac illa, nè de eorum robore vlla tenus hæſitari valeat, Apoſtolicæ cõfirmationis munimine, roboremus. Hinc eſt, quod nos dilectorum filiorum, Guillelmi de Caſali, Generalis miniſtri ordinis, & fratrũ prædictorum, ſupplicationibus inclinati, literas quaſdam fœ. re. Clementis Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri, dicto ordini conceſſas, quarũ tenorem, de verbo ad verbum, inferius deſcribi fecimus, ac omnia, & ſingula in eis contenta, pro ipſarum ſubſiſtentia firmiori, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium, confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor verò prædictarum literarum, ſequitur, & eſt talis. Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Generali, & Prouincialibus miniſtris, ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum minorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Virtute conſpicuo ſacri ordinis profeſſores, qui contemplationi cœleſtium frequenter inuigilant, & piæ vitæ ſtudio, ſine intermiſſione, deſudant, decet per Apoſtolicæ circunſpectionis auxilium, ſic prouide dirigi, & ſolicite confoueri, vt alicuius prætextu calumniæ, nullum internæ pacis excidium, nullumque religioſi ſtatus perferant detrimentum, ſed in his, robur, & vigorem habeant, per quæ circa cultum diuini nominis, deuotis, & quietis mentibus inualeſcant. Hinc eſt, quod cum ſicut nobis exponere curauiſtis, tu fili Generalis miniſter, & prædeceſſores tui, iuxtà eiuſdem ordinis conſuetudinem conſeruatam hactenus, & à ſede Apoſtolica toleratam, ſtatim, poſtquam electi, ſecundum prædicti regulam, & cõſtitutiones ordinis, extitiſtis, fratrum ipſius curam geſſeritis, miniſterium officij, plenè, & liberè in omnibus exercentes, ijdemq; fratres vobis, deuotè, & humiliter obediuerint, & intenderint reuerenter, & in eadẽ regula ſit expreſſum, vt Generalis miniſter, qui pro tẽpore fuerit, à miniſterij officio amoueri valeat à Prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus, in Generali capitulo cõgregatis. Nos volentes ambiguitatis ſcrupulum, in hac parte, de veſtris cordibus amputare, ac ordinẽ ipſum à ſede Apoſtolica approbatum, eadem honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute fœcundũ, priuilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere, ſingulari. Veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni veſtræ, vt ſucceſſures tui filij Generales miniſtri, qui erunt pro tpe, ſtatim poſtquã electi, ſecundum regulã, & cõſtitutiones, fuerint, ſupradictas, eo ipſo, veri eiuſdem ordinis, Generales *a* miniſtri effecti, curã animarũ fratrũ ipſius ordinis, plenã habeãt, & liberè gerãt, ipſoſque fratres, authoritate propria, ligare, ac ſoluere: necnõ in eodẽ ordine, agere valeãt, quæ ipſi miniſtri, & Definitores ad hoc electi, iuxta prędictas conſtitutiones, eidem ordini, & fratribus, ſecundũ Deum, viderint expedire, aliaſque poſſint officium miniſterij licitè in omnibus exercere. Ijdẽq; fratres tibi generali miniſtro, & ſucceſſoribus ipſis, deuotè, & humiliter obediãt, & intendãt. Et præfati ſucceſſores, & tu Generalis miniſter à Prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus, ſecundum regulã, & conſtitutiones ipſius ordinis, abſolui, & amoueri poſſitis, authoritate Apoſtolica, indulgemus, ratũ habentes, & firmum, quidquid ſuper præmiſſis per te, Generalis miniſter, dictoſq; prædeceſſores fratres, & definitores, factum, & obſeruatum eſt, hactenus conceſſa tibi exequendi officium miniſterij, quò ad pręmiſſa omnia, & alia, libera facultate. In electionib. quoque Generalis, & Prouincialiũ miniſtorũ ipſius ordinis, fratres, qui debent electionẽ huiuſmodi celebrare: cum eos frequenter de remotis partibus oporteat cõuenire: tempus ſuper hoc à iure ſtatutũ non currat, *b* neç ipſi, in hac parte, iuris huiuſmodi regulis coarctentur. Cuſtodes verò, & Guardiani, *c* qui ſecundum ſtatuta eiuſdem ordinis, aliter quàm per electionẽ inſtituuntur, poſt ipſam inſtitutionẽ, ſeu prouiſionem de ipſis factã, curam animarũ fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeãt, ipſoſque ligare, & abſoluere poſſint, iuxta ipſius ordinis inſtituta. Fratres verò de ordine veſtro, quos ſecundũ cõſtitutiones ipſius ordinis, cõuentib. veſtris deputandos duxeritis in lectores, *d* ſine cuiuſcunque alterius licentia, liberè in domib. prædicti ordinis legere, ac docere valeãt, in Theologica facultate, illis locis exceptis, in quibus viget ſtudium generale, ac

a Vide in 2. 10. qq. 51. q. 12. ar. 2.

2 *b Vide alia, qua in 2. 10. qq. 10. q. 53. ar. 13.*

3 *c Quomodo ſint eligendi guardiani. Vide in 2. 10. qq. 10. q. 53. ar. 1.*

4 *d De lectoribus in religionibus. Vide in 2. 10. qq. 10. q. 130. ar. 2.*

Digitized by Google

ſe, ac etiam quibus in facultate ipſa docturus ſolenniter incipere cõſueuit. Et quia, prohibente regula
5 veſtra, nulli fratrum veſtrorum eſt licitum populo prædicare, niſi à Generali miniſtro veſtri ordinis examinatus, & approbatus fuerit, & ſibi officiũ prædicationis, ab ipſo cõceſſum, nos prædictorum fratrum laboribus, & periculoſis diſcurſibus euitãdis: necnõ, vt animarum ſaluti poſſit inde facilius prouenire, ſup prohibitione huiuſmodi, opportunè prouiſionis remedium apponentes: vt ſinguli Prouinciales miniſtri, in ſuis prouincijs cum Definitorib. in prouinciali capitulo cõgregatis, fratres in ſacra pagina eruditos, examinare, & approbare, *a* & eis officium prædicationis, Deum habẽdo pre oculis, committere valeãt (ſicut, ex forma regulæ, miniſter poterat Generalis) plenã, authoritate præſentium, concedimus facultatem. Et quia eiuſdem ordinis fratres, de locis, ad loca ipſius ordinis, ſepius tranſ-
6 mittuntur, propter quod, ſtabilem, & perpetuam in certis, & determinatis eiuſdem ordinis domibus, non faciunt manſionem, quia etiam bonos, & idoneos, ac probatos à vobis fratres, facitis ab ordine
7 promoueri. In locis quoq; in quibus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus cum altari portatili, *b* poſſitis miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiã eccleſiaſtica recipere ſacramẽta. Cum autem generale interdictum terræ fuerit,
8 in Eccleſijs, & oratorijs veſtris, ac alijs quibuſcunque, cum ad loca perueneritis, Eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto, clauſis ianuis, interdictis, & excõicatis excluſis, non pulſatis cãpanis, & ſubmiſſa voce, vobis liceat celebrare, *c* diuina, & eccleſiaſtica recipere ſacramenta, dummodò cauſam non dederitis interdicto. nec contingat id vobis ſpecialiter *d* interdici, niſi Eccleſiæ, & oratoria eadem fuerint ſpe-
9 cialiter interdicta. His verò, qui in veſtris immorãtur obſequijs, *e* cuncta liberè miniſtrare poſſitis, Eccleſiaſtica ſacramenta, & ipſos, cum decedãt, in veſtris cœmeterijs ſepelire. Si quãdo terras, in quibus reſidetis, vel earum perſonas, excommunicationis, ſeù interdicti, ſententias, cõtigerit promulgari, pue-
10 ri in veſtris ſeruitijs deputati, negotiorumque veſtrorum procuratores, *f* & operarij, qui in veſtris locis, eorum operibus, perſonaliter continuò extiterint, huiuſmodi ſententiæ obnoxij minimè habeãtur, ibique poſſint audire diuina, iuxta formã, quæ in ipſis locis, in eo caſu à ſede Apoſtolica eſt conceſſa: niſi eidem cauſam dederint, vel excõmunicari ſpecialiter, ſeù interdici contigerit eoſdem.
11 Et quia vos, extremam patientes, pro Chriſti nomine paupertatem eſurtationis, pro ſtudio, bonus ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excõicatorum *g* terris, liberè commorari, & ab eis, tunc etiam, quando per ipſas, vos tranſire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis. Gene-
12 ralis quoque, & ſinguli Prouinciarum miniſtri, & eorum vicarij, etiam cuſtodes in prouincijs, & cuſtodijs ſibi commiſſis, prædictis fratribus conſtitutis ibidem, necnon fratribus alijs eiuſdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecunque, abſolutione, *h* & diſpenſatione indigentibus: ſiue priuſquàm intrauerint ordinem, ſiue poſt, in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrant ſententias à iure, vel à iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto, diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordines, ſic ligati, notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri: niſi adeò fuerit grauis, & enormis exceſſus, quod ſint ad eãdem ſedem meritò deſtinandi.

a Vide in 3.20.qq.re. q.32.1.quo de prædicatoribus agitur.
b Vide in 1.20.qq.re. q.28.art.3.
c Hoc idẽ generaliter eſt conceſſum in ca. alma mater. de ſen. excõ. lib.6. & habes in 10.2. qq. regu. 109.ar.4.
d Licet noſtra Eccleſia, ſint ſpecialiter interdicta ſu prædictam habens facultatem,
prout habes in 2.20. qq. regu. q. 112.ar.8.
e Vide in 1.20.qq.re. q.56.a.12.
f Vide in 1.20.qq.re. q.111.ar.1.
g Vide in 2.10.qq.re. q.61.ar.1. & de hoc eſt bulla originalis Innoc. IIII. in cõuentu S. Frãciſci Salmanticenſi.
h Vide in 1.19.qq.re. q.20.ar.1.

Tom.1.priu.Apoſt.

13 Fratres etiam veſtri, quos pro tempore vos, Generalis, & Prouinciales miniſtri, necnon vices veſtras gerentes, ac etiã, cuſtodes, in proprios habueritis confeſſores, abſolutionis, *i* & diſpenſationis beneficiũ, vobis, cũ expedierit, valeãt impartiri, iuxta formam cõceſſionis, ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrũ eiuſdem ordinis, ſuperius vobis factæ.
14 Ad hæc, volentibus veſtro aggregari collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs, à iure, vel ab homine promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, obſeruata forma canonica impartiri, ipſoſque in fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam, recoluerint ſe talibus, in ſæculo fuiſſe ſententijs innodatos: ſecundum formã ipſam vos, Generalis, & Prouinciales miniſtri, & præfati cuſtodes, ac vices veſtras gerentes, valeatis abſoluere, *k* & cũ irregularib. diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententijs, vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præſumpſerint officia celebrare, vel ordines receperint, ita tamẽ, quod ſi aliqui, ex huiuſmodi ſententijs, eiſdem, propter debitum ſint aſtricti: ſatisfaciant, vt tenentur. Volumus autem nihilominus, quod poſtquam fuerint abſoluti, huiuſmodi volentes aggregari collegio ſupradicto, niſi mox ordinem intrauerint (etiam ſi ſuper hoc induciæ eis à prælatis eiuſdem ordinis concedantur) eò ipſo in priſtinas ſententias à quibus eos totaliter abſolui contigerit, relabantur. Cæterũ veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum, & ordinariorum locorum, in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur. Porrò quieti veſtræ pro-
15 uidere volentes, quod per literas Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum, ſeu delegatorum ipſius, conueniri, *l* à quoque, minimè valeatis, & quod, ad pecuniam colligendam cogi non poſſitis inuiti, per literas ipſius ſedis, de cætero impetrandas, quodque nullus veſtrum, correctionis, aut viſitationis, vel inquiſitionis officium, monaſterijs, vel Eccleſijs, ſeù quibuſcunque perſonis, impendere, vel ad cognitiones *m* cauſarum, citationes partium, & denunciationes ſententiarum interdicti, & excommunicationum, procedere, aut recipere curã monialium, ſeu religioſarum quarumlibet perſonarum, teneantur, per apoſtolicas literas impetratas, & impetrandas in poſterum, niſi huiuſmodi Apoſtolicæ literæ, de hoc indulto, & ordine veſtro, expreſſam fecerint mentionem, authoritate vobis Apoſtolica indulge-
16 mus. Concedimus etiam, vt ad viſitandum aliqua monaſteria monialium cuiuſcunque ordinis, vel ad audiendum confeſſiones earum, compelli aliquatenus non poſſitis: neq. ad recipiendum *n* commiſſiones cauſarum, ſeù ſentẽtiarum executiones, vel alia contingentia cauſas ipſas, per literas præfatæ ſedis, in quibus non facta fuerit, de indulgentia huiuſmodi mentio ſpecialis, ſiue per legatos, ſeù delegatos
17 ipſius, vel etiam per quoſcunque. Nullus *o* inſuper Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſque alius prelatus Eccleſiaſticus, nec eorum vicarij, vel officiales, ad portãdum, ſeu deferendũ literas, vel exequẽdum, vel denuntiãdum ſententias contrà principes ſæculares, communitates, populos, ſeu quoſcunque benefactores veſtros, nulluſque delegatus, vel ordinarius iudex, ad faciendum citationes, vel cõmiſſiones recipiendas, ſiue, quod ſint in cauſis aliquibus, aſſeſſores, ſeu ad lites, aut controuerſias contingentia in cauſis, quæ corã ipſis tractantur, quempiam veſtrum compellere valeant, ſine prædictæ ſedis mandato, vel licentia ſpeciali, expreſſam faciente, de hac indulgentia, mentionem, nè quiſquã veſtrum parere, vel intendere teneatur, ſuper his monitionibus, mandatis, aut iuſſionibus eorũdem, aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerint in-

i Vide in 1.20.qq.re. q.20.a.17
k Vide in 1.20.qq.re. q.20.a.21.
l Vide in 2.20.qq.re. q.2.art.1. & ar.9. & q.63.ar.1. & ar.6. & 7.
m Vide in 2.20.qq.re. q.119. art.2. & 3.
n Vide in d.a.2. & 3.
o Vide in d. ar.2. & 3.

K 3 iun-

Digitized by Google

18 iungendum. Cæterum, Generalis, & Prouinciales
miniſtri & ipſorum vicarij, illos ex fratribus, de
quibus, authoritate literarum ſedis Apoſtolicę, vel
legatorum ipſius, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac
alijs quibuſcunque prouiſum extitit, vel in poſterũ
contigerit prouidere, corrigere, ac etiã non obſtãte
contradictione aliqua, poſſint ad ſuum ordinem re
uocare, nec per literas eiuſdem ſedis, aut legatorũ
ipſius, iã obtentas, vel de cętero obtinẽdas, aliquos
de fratribus ipſius ordinis, prę fatis Archiepiſcopis,
& Epiſcopis, aut alijs, teneãtur in ſocios *a* depura-
re: niſi dictæ literæ obtinendæ, de indulto huiuſmo
di, & de ordine ipſo, expreſſam fecerint mentionẽ,
& aliàs id, honeſtati ordinis, & eorum ſaluti, vide-
rint expedire. Nullus autem legatus, niſi de latere
19 noſtro miſſus, authoritate literarum ſedis Apoſto-
licæ, ſpecialem de hoc indulto, & ordine veſtro nõ
facientium mentionem, nulluſque prælatus, vel ali
qua perſona religioſa, vel ſæcularis, de huiuſmodi
fratribus, ad ſua, vel alterius negotia procuranda,
vel ſecum manere, aliquem aſſumere valeat, niſi
20 quos, Generalis, vel Prouincialis miniſter, ipſos, tã
quã idoneos, & diſcretos, ſibi duxerit aſſignandos;
quos etiã ſubiacere volumus ordinis diſciplinæ. *b*
Illos verò ipſius ordinis fratres, qui ad prædicãdũ
Crucem, vel inquirendum cõtra prauitatem hære
ticã, ſeu ad alia huiuſmodi negotia, ſint, vel fuerint
à ſede Apoſtolica deputati, filij Generalis miniſter,
tuique ſucceſſores remouere, ſeu reuocare, *c* & pe-
nitus transferre, ipſiſque, quod ſuperſedeãt, iniun-
gere, alioſque ſubſtituere, cum expedire videbitis,
liberè, ac licitè valeatis, & in eos, ſi cõtrauenerint,
cenſurã eccleſiaſticã exercere, ac quilibet miniſter
Prouincialis, vel eius vicarius eiuſdẽ ordinis id ip-
ſum in ſua prouincia, circa fratres ipſius ordinis,
quibus ab eadem ſede, ſimilia cõtigerit, etiã illa cõ
mittere poſſit: non obſtãtibus aliquibus literis,
vel indulgentijs Apoſtolicis impetratis, vel etiã in
poſterum impetrandis, quæ de hoc non fecerint
21 mentionem. Inhibemuſque nè quis poſt profeſſio-
nem in ordine veſtro, factã, ſine Generalis, vel Pro-
uincialis ſui licentia, diſcedat *d* ab ipſo, diſcedentẽ
verò abſque cautione literarum alterius ipſorum,
prætextu alicuius priuilegij Apoſtolicę ſedis, nul-
lus audeat retinere, quod ſi fortè retinere præſum
pſerint, vobis, Generalis, & Prouinciales miniſtri
duntaxat licitum ſit in ipſos deſcendentes fratres,
22 ſententiã excõicationis promulgare. Si verò aliqui
de fratribus veſtri ordinis poſt obtentã licentiam à
ſede Apoſtolica, aut à vobis, ad religionem aliã trã
ſeundi, intrà duos, vel tres menſes ſe ad illam reli-
gionem ſuæ ſaluti congruam, non contulerint, & ip
ſius non ſuſceperint habitum regularem, licitũ ſit
vobis, Generalis, & Prouinciales miniſtri, ac vices
veſtras gerentibus, contrà ipſos, tanquàm contrà
alios ordinis veſtri apoſtatas, *e* procedere, ſecũdum
quod honeſtati ipſius ordinis videritis expedire, il
lud intelligi volumus, qui poſt ſuſceptionem habi
tus alterius religionis, infrà tẽpus probationis, nul-
la profeſſione tacita indè præſumpſerit reſilire, A-
poſtatas *f* quoque veſtri ordinis, excõicare, capere,
23 ligare, incarcerare, & aliàs ſubſidere diſciplinæ ri-
gore poſſitis, per vos, ac etiã alios in quocunque ha
bitu eos cõtigerit inueniri: inuocato ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Inhibemus etiam,
24 nè quis ab ordine veſtro, pro ſuis culpis, per Gene-
ralem, ſeu Prouinciales miniſtros, aut cuſtodes, ex-
pelli cõtigerit, vel qui egreſſi fuerint, proprio mo-
tu prædicare, *g* cõfeſſiones audire, ſeu docere præ-
ſumãt, niſi ad alium ordinem, in quo licitè exercen
tur huiuſmodi officia, trãſierint de veſtra, vel dicto
tum miniſtrorum licentia ſpeciali; quod ſi fortè ip
ſi cõtra huiuſmodi inhibitionem noſtrã, aliquid ſu-

a Vide in 2. 10. qq. re. q. 64. ar. 1. cum alijs articulis.

b Vide in 2. 10. qq. re. q. 2. ar. 8.

c Vide in 10. 2. qq. re. q. 81. ar. 5.

d De apoſtata ab ordine, Vide in 10. 1. qq. reg. q. 30.

e Vide in 3. 10. qq. re. q. 32. in qua latè de trãſitu ad religionem agitur.

e Vide in 1. 10. qq. re. q. 30.

f Vide in d. q. 30.

g Vide in 3. 10. qq. re. q. 60. ar. 1. vbi aliquid ei concernens habetur.

per præmiſſis temerè attentare præſumpſerint mi-
niſtri ac Cuſtodes, atq; eorum vicarij, in illos, quos
intra fines ſuarum prouinciarum, & Cuſtodiarũ,
iuxta cõſuetudinem ordinis veſtri diſtractos, inue-
nerint talia præſumentes, monitione præmiſſa, au-
thoritate noſtra excõicationis ſententiã valeãt pro
mulgare. Eiectos autem ab ordine veſtro, vel egreſ 25
ſos, qui à receptione in eodem ordine, ſuis culpis
exigentibus, reddiderint ſe indignos, & alios fra-
tres eiuſdẽ ordinis, ex rõnabili cã, ad quoſcunque
ordines approbatos (præterquã ad Beati *h* Auguſti
ni, Templariorum, Hoſpitaliorum, & aliorum reli-
gioſorum arma portãtium) ad vitãdum occaſionẽ
euagãdi, Generalis, & Prouinciales miniſtri, cũ ſuis
teſtimonialibus literis authoritate noſtra, licentiã-
di liberã habeant facultatem. Nos. n. diſtrictius in- 26
hibemus, nè tales ad alium ordinem aliter trãſire,
vel aliqui eos recipere, ſeu retinere pręſumãt, abſ-
que ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, faciente de hoc ple-
nariã mentionem. Inhibemus, vt nullus, ſiuè in ali- 27
quo religionis ordine, ſiue extra, cõſtitutis habitum
veſtrum, aut ità *i* conſimilem, quod proptereà, etiã
frater minor credi poſſit, deferre liceat, abſq; man
dato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et vt dicta inhibitio
maiorem conſequatur effectum, ſtatuimus, vt hi, 28
qui habitum veſtrum, vel ſibi prædicto modo con-
ſimilem, deferre præſumpſerint, ad deponendum
ipſum per Diœceſanos locorum, cùm à vobis re-
quiſiti fuerint, monitione præmiſſa per cenſuram
Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellã-
tur. Cæterum cum humilitas veſtra, ſibi de latitu- 29
dine orbis terræ, nihil, præter domos, & hortos, cũ
virgultis, præmiorum obtentu cœleſtium, duxerit
reſeruandum, nos pie volentes, quod illorum fru-
ctus integrè verę paupertatis vſibus applicentur, vt
de dictis hortis, virgultis veſtris, nulli decimam *K*
teneamini exhibere, vobis authoritate præſentium
indulgemus; diſtrictius inhibentes, ne quis à vobis
de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præ-
ſumant. Quia verò nonnulli veſtrum, religionis ha 30
bitum aſſumentes, diuerſis perſonis, quæ ſciri, & in
ueniri non poſſunt, interdum aliqua bona reſtitue-
re tenentur, vobis, miniſtro, Cuſtodibus, ac prædi-
ctis Vicarijs, concedimus, vt ſinguli veſtrum, in lo-
cis ſibi commiſſis *l* bona ipſa in pios vſus conuer-
tere valeant, prout ſecundum Deum viderint expe
dire. Sepulturam quoq; in eccleſijs veſtris concedi
mus, *m* vt eorum deuotioni, & extremæ volunta-
ti, qui ſe illic ſepelire deliberauerint (niſi excõmu-
nicati, *n* aut interdicti, aut etiam publicè vſurarij
fuerint) nullus obſiſtat, ſalua *o* tamen iuſtitia Eccle-
ſiarum illarum à quibus corpora mortuorum aſſu
mũtur. Diſtrictius inhibemus, vt nulli religioſi, vel
ſæculares, vobis inuitis, *p* aliquorum corpora de-
functorum, in veſtris cœmeterijs ſepelire, aut in Ec
cleſijs veſtris, miſſarum ſolemnia, vel pro animab. 31
eorum, qui ad loca veſtra, tumulandi feruntur, ibi-
dẽ exequias celebrare, ſine veſtro aſſenſu, & volun
tate præſumant, inhibemus inſuper vniuerſis fra-
tribus veſtri ordinis, nè aliquis eorum, (niſi neceſſi-
tatis vrgente articulo) alijs, quã præfatis ſuis pecca
ra ſua *q* cõfiteri præſumãt, vel alijs eiuſdem ordinis
ſacerdotibus, ſecundum regulam, & ipſius ordinis 32
inſtituta. Vniuerſis autem Eccleſiarum prælatis, &
alijs, iubemus, ne cõfeſſiones veſtras, vobis inuitis
audire, vel compellere vos, *r* ad Synodos, ſeu cõuo
cationes ſuas accedere, vel cum eis extrà ciuitates, 34
vel intra, proceſſionaliter *ſ* exire, aut ſuis conſtitu-
tionibus ſubiacere, vel capitula, ſcrutinia & inqui-
ſitiones ĩ locis veſtris, vel alibi, de vobis facere, aut
fidelitatem iuramento firmatã, aut manualem obe
dientiam à miniſtris, cuſtodibus, vel guardianis ve-
ſtris exigere, aut de ipſorum inſtitutione, vel deſti-
tutione,

h Vide in 10. 1. q. reg. q. 30. ar. 2.

i Vide in 10. 2. qq. re. q. 76. ar. 4.

K Vide in 2. 10. qq. re. q. 44. ar. 4.

l Vide in 1. 10. qq. re. q. 38. ar. 1. & in 10. 3. q. 16. ar. 4.

m Vide in 3. 10. qq. re. q. 58. ar. 3.

n Vide in 3. 10. qq. re. q. 16.

o Vide in 3. 10. qq. re. q. 58. ar. 3.

p Vide in 10. 3. qq. re. q. 58. ar. 5. & 6.

q Vide in 10. 1. qq. re. q. 62. ar. 4.

r Vide in 2. 10. qq. re. q. 63. ar. 3.

ſ Vide in 3. 10. qq. re. q. 37. ar. 1.

tutiooe,ſiuè de ſtatutis veſtri ordinis ſe aliquatcnus
iorromittere,ſeu prohibere,nè ad ciuirates, vel vil
las,vbi religioſè,& honeſtè morari poſſitis à popu
lis euocari audeatis accidere, vbique pro veſtris,
vſibus conſtruere ædificia. ſeu Eccleſias,oratoria,
aut in accedentes fratres, ſeù in cõſtruentes huioſ-
modi,vel acceptatores ipſorom excommunicatio-
34 nis ſententiam ferre præſumãt.Cõcedimoſque vo-
bis,vt de his,qoæ in ornamentis, aut pro eis,aut li-
bris,fabrica,luminaribus, anniuerſario,ſeptimo,vi
geſimo,triceſimo, aut alijs ad perpetuum cultũ di-
uinum,ſeu pro pitantijs, aut victu,ad ſuſtentationẽ
veſtram,vel indomentis,nec non pro annuis cenſi
bus redimendis,ad quarum ſolutionem aliquę do-
mus veſtri ordinis obligatæ noſcuntur,& de domi
bus,prædijs,& hortis, alijſque locis,vobis ſecundũ
inſtituta veſtri ordinis oportunis, aut de his, quæ
pro huiuſmodi domibus, prædijs, locis,& hortis e-
mendis,vobis legantur, (dommodò præmiſſa non
conuertantur in vſus alios, ſed in illos dũtaxat pro
quibus relinquontur, aut alios etiam,qol in bac cõ
ceſſione,vel indulgentia continentur) nulli canoni
a Vide in 1.10.qq.re. q.32.ar.1. cam *a* iuſtitiam,aut portiooem aliquam teneamini
exhibere,& ne qui à vobis, vel vltimarum execu-
toribus voluntatum, ſeuſdecedentium hęredibus,
de præmiſſis aliquid exigere, vel extorqoere præ-
35 ſumãt, diſtrictios inhibemus. Ad hæc licear fratri-
bus veſtri ordinis, cum de prioribus locis ſuis, ad
b Vide in 10.1.qq.re. q.42.ar.7. & 10.3.qu. 6.ar.4. alia loca ſe trãsferunt,tàm ædificia,*b* qoã omnẽ ędi
ficiorum materiam,locorum,quę dimittunt, (dedi
catis Eccleſijs dumtaxat exceptis) quã libros,cali-
ces,paramenta,ſecom ad alia loca trãsferre,ad ędi
ficia ipſa,cum ſolio,& alijs,ad eadem loca pertinẽ-
tia,(præter Eccleſias) per perſonas, ad hoc à ſede
Apoſtolica deputatas, vendere,ipſorumq; pretium
io aliorum locorum,ad quæ dicti fratres ſe transfe-
rũt,ædificationem,ſeu aliàs,in illorũ vtilitatẽ con-
uertere, ſecundũ quod eis melius videbitur expe-
dire:cũ ipſa propria,& alia loca fratrũ ad nos,& ſe
dẽ Apoſtolicã,ſpecialiter, & immediatè pertinere
noſcãtur.Et ne aliqui Archiepiſcopi, vel Epiſcopi,
aut alij Eccleſiarũ prælati, ſeu quæuis alia perſona
eccleſiaſtica,ſeù ſæcularis, prædicta loca,ſeù bona
occupare,accipere,vel vſurpare; aut quoquo mo-
do ſibi veodicare præſumãt,abſq. dictæ ſedis licen
36 tia ſpeciali,diſtrictius inhibemus. Indulgemus vo-
c Vide in 10.1.qq.re. q.61. bis,vt ad præſtationem *c* procurationũ legatorum
prædictæ ſedis,vel nuntiorum ipſios, ſeo Diœceſa-
norum locorũ,aut exactionum, vel collectarũ,ſeu
ſubſidiorum,vcl prouiſionum qooruncunque, mi-
nimè teneamini 1 nec ad ea ſoloenda per literas ſe-
dis Apoſtolicæ,aor legatorum, vel nuntiorũ eioſdẽ
ſeù rectorum rerrarum Eccleſiæ Romanę,impetra
tas,ſeu in poſterum impetrandas cuiuſcũque teno-
ris fuerint,in perpetoum compelli poſſitis:niſi di-
ctæ ſedis literæ impetrandæ,plenam, & expreſſam
de indulto huiuſmodi,& dicto ordioe, fecerint mẽ
37 tionem.Cæterùm cùm ſœ.re.Innocentius Papa prę
deceſſor ooſter,olim duxerit ſtatuendom, vt exem
d Vide in 1.10.qq.re. q.1.art.8. & q.63.ar tic.1. pri quacunque gaudeant libertate, nihilominus ra-
men rõoe *d* delicti,ſeu cõtractus, vel rei,de qoa cõ
irà ipſos agitur, riiè poſſint coram locorum ordina
rijs conueniri, & illi quò ad hoc ſuam io ipſos iu-
riſdictionem, proot ius exigit, exercercinos vobis,
vt occaſione cõſtitutionis huiuſmodi,nullum liber
tatibos,ĩmunitatibus,vobis, & ordini veſtro p pri-
uilegia,& indulgentias à ſede Apoſtolica cõceſſas,
præiudicium generetur,aothoritate præſentium in
dulgemus:Decetnimus,n.irritom, & inane, quid-
quid cõtrà tenorem cõſtitutionum. cõceſſionum,
& inhibitionum huiuſmodi per quoſcunque fue-
rit atteotatum,& interdicti,ſoſpenſionis, & excom
municationis ſententias,ſi quas contrà conſtitutio-

Tom.1.priu.Apoſt.

nes, conceſſiones, & inhibitiones eaſdem,in vos,
vel veſtrum aliquos,aut loca veſtra,ſeù benefacto-
res veſtros, vel executores,aut hæredes prædictos,
in poſterum promulgari contigerit,penitus nõ re-
nere.Nulli ergò omninò hominum liceat.hanc pa
ginam noſtrarom conſtitutionum, conceſſionum,
& inhibitionum,infringere, vel ei, auſu temerario
contraireiſi quis autem hoc attentare præſumpſe-
rit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorũ
Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſe nouerit incurſurũ.
Dat.Peru.XII.Kal.Aug.Pont.noſt.anno 1. Nulli er
gò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ
confirmationis,& communitionis infringere, vel
ei auſo temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præſumpſerit, indignationem Omnipoten
tis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ eius
ſe nooerit incurſurum.Dat.Flo.Anno Incar.Dom.
1439.IIII.Idus Nouẽ Pont.noſt. anno IX.Nos igi-
tur,qui dicti ordinis fratrum Minorum,in quo ge
neralis miniſtri fungebamor officio, dum ad Car- 38
dinalatus honorem aſſumpti fuimus 1 perſonarum
eius,ſtatum proſperum,& tranquillũ,propter vbe
res fructus,qoos ordo ipſe, multa refulgens gloria
meritorum,& gratia redolens ſanctitatis, in agro
Eccleſiæ militantis, in propagatione religionis, &
fidei ortodoxæ,hactenus produxit vtilitet,& pro-
ducit, ac in futorum etiam prodocturum ſpe fir-
miſſima tenemus:palmites ſuos à mari, vſq; ad ma
re,& etiam ad barbaras extendens nationes,inten-
ſis deſideramus affectibus. Clementis & Eugenij
prædictorum,& prędeceſſorum noſtrorum aliorũ,
qui ordinem prędictorum fratrum Minorum,alijs
varijs priuilegijs non immeriro decorant, veſtigijs
inhærentes, motu proprio, non ad eorundem di-
cti ordinis fratrum minorum profeſſorum, vel al-
terius pro eis,nobis ſuper hoc oblatæ petitionis in
ſtantiã,ſed de noſtra mera voluntate, & delibera-
tione,& ex noſtra ſcientia,prædictas,Clementis,&
alias quoruncunque aliorum Romanorum Ponti-
ficum prædeceſſorum noſtrorum,literas,dicto or-
dini fratrum minorum,& illius domibus,& profeſ-
ſoribus,in genere, ſub quacunqoe forma verborũ
conceſſas,quas,ac ſi de verbo ad verbum,vnà cum
prædictis literis Eugenij prædeceſſoris præfati,prę
ſentibus inſertæ forẽt,haberi volumus pro expreſ-
ſis:ac omnia,& ſingula in eis contenta, authorita-
te Apoſtolica,tenore præſentium approbamus, &
robur perpetuę *e* firmitatis obtinere debere,decer
nimus:ac pro potiori cautela,omnia,& ſingula per *e Vide in 10.1.qq.re. q.8.in qua de confir. priuil.agi- tur.*
Clementem,ac Eugeniũ,alioſq. prædeceſſores prę
dictos in eiſdẽ literis,pro,& in fauorẽ dicti ordinis
fratrũ minorum, quõlibet ordinata, ſtatuta,decre-
ta,cõceſſa,& indulta,fieri, & ſeruari debere,aotho
ritate Apoſtolica,motu,& ſcientia prædictis,de no
oo ordinamus,ſtatuimus, atq; decernimus,ac eidẽ
ordini minorum,illiuſq; domibus, & profeſſorib.
concedimus,& indulgemus. Et quia, ſicut accepi- 39
mus,noſque ipſi,experientia didicimus,in minori-
bus cõſtituti, præfati ordinis curã gerentes,circa li
teras,& priuilegia huiuſmodi, nonnulla dubia po-
ſteà ſunt exorta,habita ſuper illis cõſideratione de-
cre i,motu,& authoritate ſimilibus, literas eiuſdẽ
Clementis prædeceſſoris,in ea parte, in qua conce
dit dicti ordinis profeſſoribus,vt liceat eis,in locis,
in quibus degunt,habere oratoria,& in eis cum al
tari portatili,etiã tempore ioterdicti,ianuis clauſis,
excõicatis,& interdictis exclusis,miſſarum ſolem-
nia,& alia dioina officia celebrare;& quod eorum
inſiſtentes obſequijs, cenſuris generaliter promul-
gatis,nõ ligentur,cum cõtingat eos perſæpè reqoi
ri, vt etiam extrà oratoria ſuper huiuſmodi altari
portatili,celebrent diuina officia, & ad illa, inter-
dicti tempore,tertij ordiois S. Franciſci, de pęni-

tentia nuncupati, fratres,& ſorores, ac ſuos, & illorũ procuratores admittant: extendentes concedimus eiſdẽ fratribus, vt nõ ſolũ in oratorijs, & locis, in quibus degũt, ſed ẽt in quouis alio loco cõgruenti,& honeſto poſſint ſuper altari *a* portatili, huiuſmodi Miſſas,& alia diuina officia celebrare, exceptis Eccleſijs ab ordinarij iuriſdictione nõ exemptis, quoties id eiſdẽ fratribus, per ordinarios cõtigerit inhiberi,& vt liceat eis, tempore interdicti, *b* fratres,& ſorores dicti ordinis, *c* & moniales S. Claræ, procuratores, *d* & negotia gerentes, vtriuſque ſexus admittere ad diuina. Præterea, quia idẽ Clemens in dictis ſuis literis, Generali, & Prouincialibus miniſtris,& eorũ vicarijs, & cuſtodibus, abſoluendi fratres eiuſdem ordinis, necnõ fratribus dicti ordinis, quos ipſi miniſtri, vicarij, & cuſtodes habuerint, pro tempore in cõfeſſores *e* abſoluendi ipſos miniſtros, vicarios,& cuſtodes, ab exceſſib.& cẽſuris (niſi talia perpetraſſent, propter quæ, eſſent meritò ad ſedem Apoſtolicã deſtinãdi) ac cum eis deſuper diſpenſandi, facultate cõcedit. Et propterea, qui ſunt deſtinãdi, perſæpè reuocetur in dubiũ, vt abſoluentium, & abſoluendorum, diſpenſantiũ, & diſpenſandorũ pro tempore, puritati cõſcientiæ conſulamus, declaramus hæreticos relapſos, ſchiſmaticos,& qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſſent, duntaxat eſſe ad ſedem Apoſtolicam meritò deſtinãdos: in reliquis verò omnibus, etiam ſimoniæ prauitate qualitercunque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi cõceditur, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, & gratiã, iuxta caſuum exigentiam impartiri. Eam

a Vide in 1.10.qq.re. q.28.ar.3.
40
b Tertij ordinis fratres admittuntur ad diuina, tempore interdi. vide in to 3.qq re. q.8 ar. 1.2. & 73.a.1.
c Vide in to 2 qq.re. q 122 a 2.
d Vide in to.2.qq.re. q.111.art. 1.& 2.
e Vide in to.1.qq.re. q.20.a.27.

41 verò partem literarum eiuſdem Clementis prædeceſſoris, in qua ſepulturã, in Eccleſijs fratrum dicti ordinis, liberã eſſe voluit, ſalua iuſtitia Eccleſiarũ, in quibus corpora mortuorum aſſumuntur, declarantes libertatem huiuſmodi intelligi debere, etiã quò ad hoc, vt fratres ipſi, nullius ſuper hoc petita licentia, parochiam in quibus corpora prædicta forent *f* cum cruce proceſſionaliter ingredi, ac corpora ipſa leuare,& ad eorum Eccleſias ſepelienda, deferre poſſint, vbi hoc fieri conſuetum foret: vel ſi presbyteri, de leuatione requiſiti, id facere recuſarent, nec cogantur inuiti, etiam prętextu cuiuſcũque conſuetudinis, ipſi, vel defunctorum conſanguinei, illa ad parochiales Eccleſias, aut alia loco deferre: vel cum illis, vel ſine, inibi celebrare, vel celebrari facere, pro eiſdem defunctis, aliqua diuina officia, ante, vel poſt ſepulturã eorundem. Iuſtitiã autem Eccleſiarũ à quibus corpora ipſa ſumuntur, iuxta eiuſdem Clementis prædeceſſoris volũtatem, ſaluã eſſe debere decernimus, eo caſu, quo duntaxat apud loca ipſorũ fratrũ, corpora ipſa ſepeliuntur.

f Vide in 3. to.qq.re.q. 58.ar.3.

42 Si verò nõ apud eos, ſed alios mendicantium ordinũ profeſſores, corpora ipſa cõtingeret ſepeliri: ex his, quæ ad fratres prędictos, apud quos tunc corpora ipſa nõ ſepelirentur, de bonis defunctorũ quomodolibet obueniẽt, quãuis particulari, vel vniuerſali titulo, directè, vel per obliquũ, nullã canonicam, aut parochialem *g* portionem, dare teneãtur: nec ſimiliter aliqua portio debeatur de ijs, quæ ad certos, & determinatos vſus eiſdẽ fratrib. vel eorum domibus, in genere, vel in ſpecie, etiam de bonis ipſorũ, quorũ corpora apud eos cõtingeret ſepeliri, nec etiã in caſibus, in quibus per eiuſdem Clementis,& aliorum prædeceſſorum noſtrorũ, ſpecialia priuilegia, fratres ipſi, ab huiuſmodi ſolutione quartę ſunt exempti: nec aliquo caſu, de cãdelis, quæ ad manus fratribus dãtur, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis verò caſib. quæ in pręmiſſis, in quibus quarta ipſa ſoluenda veniret: conuentiones (ſi quę ſint inter fratres prædictos,& locorũ ordinarios, ac Eccleſiarum rectores

g Vide in to.1.qq re. q.39.ar.1. & in to.3. q.46.ar.1. 2.& 3.

inſtitæ) laudabiles,& honeſtæ in poſterum obſeruentur. Et ſi fortè, per nos, vel ſedem Apoſtolicam, de 43
pie legatis, diſpoſitis,& relictis, in genere, vel ĩ ſpecie, decima, aut alia portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel nõ piæ cauſæ, ex quauis cauſa, hactenus cõceſſa foret, aut in poſterum cõcedi,& ſolui, aut dari, mandari contingeret fratres prædictos, & illorum domos, ac eis legata,& relicta, aut alias in illorum fauorem diſpoſita, in conceſſione, & mãdatis huiuſmodi, decernimus, volumus nõ includi: niſi de ipſis & præſenti decreto, ac voluntate noſtra, non per generales clauſulas, quę etiam ſpecialem mentionẽ importare viderent, ſed vera, & ſpecifica mẽtio fieret in eiſdẽ, indultũ verò eiuſdem Clementis prædeceſſoris, *h* de decimis nõ ſoluendis, ad quęcunq; bona dictorum fratrum, & quaſcunq; decimas, ẽt quas vulgus, papales appellat, & Apoſtolicas ſedes pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut alijs imminentibus perſæpè neceſſitatibus *i* indicit, ad quæcunq; alia onera, motu,& ſcientia prædictis, extendimus decernentes ipſos fratres Minores, etiã per quoſcũque exemptos,& mendicãtes, ſolui mãdarentur, cũ quibuſuis derogatorijs, & fortioribus clauſulis, ad illarũ ſolutionem nõ teneri & in illarum ſolutione ceſſando cenſuras, & pęnas aliquas nõ incurrere: niſi pręſentibus (nõ per generales,& alias clauſulas ſpecialem mentionem nõ importantes) ſeu aliàs ſit derogatũ ſpecificè, earum de verbo ad verbũ, inſerto tenore.

h Vide in to.3 qq.re. q.44.ar.4.
i Modo reguł. habentes propriũ in communi obligari ſunt in Regnis Hiſp. ſoluere ſubſidium. Vide in 3. to.qq.re.q. 74.ar.1.

Et nè pretextu conſtitutionis Innocentij 44
Papæ IIII. prędeceſſoris noſtri, quę incipit. Volentes, locorum diœceſani, & alij ordinarij,& alij quicunque, in perſonas, aut loca fratrũ prædictorũ, cõtra eiuſdem Clementis prædeceſſoris, in fine literarum prædictarũ, ordinationẽ, ſiue quãcunq; iuriſdictionẽ, aut ſuperioritatem vendicare præſumãt, diſtrictius inhibemus. nè quiſpiã, abſq; dictæ ſedis ſpeciali cõmiſſione, aut authoritate, in perſonas, domos,& loca dicti ordinis fratrũ Minorum, vtpotè prorſus exemptos, *k* aliquas, excõicationis, ſuſpenſionis,& interdicti, ſnĩas, generaliter, & ſpecialiter quõlibet promulgare, aut in pſonas, domos, aut loca huiuſmodi, aliquã præeminentiã, ſuperioritatẽ, & iuriſdictionem, quõlibet exercere præſumãt, ẽt rõne cõtractus, vel delicti, ſeù rei, de *l* qua ageret, vbicunq; ineatur contractus, cõmittatur delictũ, & res ipſa cõſiſtat. Decernimus quoque, ex nunc, quaſlibet, excõicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſententias,& quoſcunque proceſſus, quaſuis pęnas & ſententias, generales, vel ſpeciales, continentes, quos,& quas pmulgari, vel haberi, & omnia, quæ contra fratres, domos,& loca dicti ordinis, quõlibet fieri contigerit, etiã eorum exemptione, vtpotè notoria, nõ aliter allegata, nullius roboris, vel momenti, eſſe pro infectis prorſus haberi debere.

k Vide in 2.to qq.re. q.63 ar.3.
l Vide in to.2.qq re. q.2.ar.8.

Prętereà, quia parochialium Eccleſiarum rectores pręfati, ergà illos, qui dictis fratribus ordinis Minorũ 45
eorum peccata confitentur, perſæpè ſe reddunt in 46
exhibitione Euchariſtiæ,& extremæ vnctionis, difficiles: cõcedimus ipſis fratribus ordinis Minorum, vt eiſdem perſonis eis cõfeſſis, quibus rectores præfati, ſine rationabili cauſa, denegauerint, ſeu malitioſè diſtulerint, euchariſtiæ, ſeù extremæ vnctionis Sacramenta miniſtrare (ſuper quo eorundem cõfeſſorem aſſertioni ſtare debeat) illa petentibus poſſint impune exhibere. *m* Et cum aliqn cõtingat monaſteria monialium S. Claræ,& minoriſſarũ, ſeu ſancti Damiani nũcupatarũ, monialibus deſtitui, adeò vt de eorum reformatione ſpes nulla ſuperſit: conuenientiuſq. ſit, quod eorum deſtitutorum bona, ad ipſos fratres deueniãt, quorũ erãt curæ cõmiſſa, quã ad alios: illa, quę ſic deſtituta exiſtũt,& deſtitui cõtigerit in futurũ, cum eorũ bonis omnibus, perpetuis vſibus fratrũ domus dicti ordinis Minorum eiuſdem:

m Modò hoc ſine limita. eſt conceſſum, quò ad Sacra. Euc. vt habes in 1.to. qq. regu. q. 56. arti.1. quo ad extremã vnc. vide in to. 3.qq.reg.q. 79.ar.1. Vide in 3. to.qq.re.q. 1.ar.4.

eiuſdē, deſtitutis monaſteriis propinquioribus ap-
plicamus:ita,vt fratres ipſi poſſint de illis,& eorun
dē monaſteriorū ſtructuris,& ædificiis pro eorū vo
luntate diſponere:prouiſo,quod illorū Eccleſiæ,&
oratoria,ad profanos vſus nō redigātur,ſed in illis
quoq; diuina celebrētur officia. Inſuper cū nonnulli
ad ordinē prædictum fratrum Minorū,ſpecialē ge-
rentes deuotionis affectum, ordinent eorū cadaue
ra,cum habitu fratrum minorū,aut ſororū dicti or-
dinis,de pœnitentia ſepeliri:nē, ex illorū corporum
delatione ad alia loca,ordini,& fratribus prędictis
iniuriæ irrogentur , decernimus tales , apud fratres
ipſos eſſe ſepeliendos, etiamſi alibi ſuā elegiſſent *a*
ſepulturam:nec poſſe etiam in loco per eos electo,
cum habitu quomodolibet ſepeliri,aut ad ſepelien
dum portari,abſque fratrum domus loci, in quo ta
les deceſſerint,expreſſa licentia,& aſſenſu. Cæterū,
ne ſi ratione parochialium eccleſiarum,apud quas
48 domus eorundem fratrum constructæ fuere,aut cō
ſtruentur in poſterum,locorum ordinarij, in eoſdē
fratres,aliquam ſuperioritatē vendicare tentarent,
fratrum eorundem,quies in aliquo perturbaretur,
concedimus eiſdem fratribus, vt in ſic conceſſis,&
quas eis concedi cōtigerit,curatis Eccleſiis, poſſint
per capellanum per eos,pro eorum nutu ponendū,
& amouendum , curam huiuſmodi exercere , qui
quandiu capellanatus huiuſmodi fungetur officio,
ac ſi dicti ordinis Minorum profeſſor exiſtat dicto
rum fratrum Minorum , libertate , & exemptione
fruatur : Eccleſiæ verò prædictæ , & illorum bona
illa,quæ domus fratrum dicti ordinis prærogatiua
49 lætentur.Et vt dicti ordinis profeſſoribus , omnino
vagandi tollatur occaſio,& ad Apoſtolicam ſedem
recurrēdi *b* ſubtrahatur,pro poſſe neceſſitas; Gene-
rali, & Prouincialibus miniſtris dicti ordinis , pro
tempore exiſtentibus,& illorum vicariis,diſpenſan
di,cum dicti ordinis Minorum profeſſoribus,defe-
ctum natalium,ex adulterio,ſacrilegio,inceſtu;aut
quouis alio nefario,& illicito coitu prouenientem,
patientibus:necnon,cum his , qui ex quauis cauſa,
præter quam homicidij voluntarij,bigamiæ,& mu
tilationis membrorum , irregulares forent , *c* poſt-
quam ordinem ipſum profeſſi fuerint,vt defectu,&
irregularitate huiuſmodi,non obſtantibus,irregu-
lares ipſi,ad quoſcunque etiam ſacros ordines,pro
moueri,& in illis, etiam in altaris miniſterio mini-
ſtrare,& tam ipſi irregulares,quàm defectum nata
lium patientes prædicti , ad quaſcumque admini-
ſtrationes,& officia dicti ordinis,eligi,recipi,& aſ-
ſumi,illaque gerere,& exercere,liberè,& licite va
leant:motu,ſcientia,& authoritate prædictis, con-
50 cedimus,per præſentes.Ruſus intelleximus,quod
etſi bonæ memoriæ,Ioannes Papa XXII. prædeceſ
ſor noſter,illorum opinionem,qui aſſerebant quod
confeſſi fratribus prædicti ordinis, & aliorum ordi
num mendicantium,ad audiendas cōfeſſiones , iux
ta iuris diſpoſitionem,deputatorum pro tempore:
tenebātur eadem peccata rectori eorū parochialis
Eccleſiæ, iterum confiteri,reprobauerit : & contra
talia aſſerentes,tanquam de hæreſi ſuſpectos,per lo
corum ordinarios,inquiri,& procedi mandauerit;
ac ſucceſſiuè piæ memoriæ,Nicolaus Papa V.ſimi-
liter prædeceſſor noſter , geſta in præmiſſis ab eo-
dem Ioāne,& Eugenio prædeceſſoribus,robur per
petuæ firmitatis,obtinere debere decreuerit,nihi-
lominus adhuc nonnulli eorum,inhærentes proter
uiæ,opinionem prædictam,& deſuper,factos dam
natos, malè ſonantes ac reprobos articulos , veros
eſſe affirmare non verentur:vt talium præſumptuo
ſa temeritas,tantò minus inualeſcat, quanto plutiū
erit ſuperiorum correctioni ſubiecta;conceſſam cō
tra tales, per eiuſdem Eugenij prædeceſſoris , lite-
ras,locorum ordinariis,facultatem,ad inquiſitores

a Hoc reuocatū eſt per Leo.X.pro ut habes 1 to.2.qq.re.q.76.ar.8.

b Vide 1 to.10.qq.re.q.22. arti.3.4.& 5.

c Vide 1 to.2.qq.reg.q.24.art.2.

hæreticæ prauitatis extendimus,ac volumus,quod
d Inquiſitores ipſi , quicunque fuerint , eadem qua
ordinarij contra tales, authoritate fungantur , Po-
ſtremo,cum prædicatorum,ſicut , & prædicti mi-
51 norum ordinum profeſſores , pro fidei Catholicæ
dilatatione,continuo indefeſſè laborent , fructuſq;
afferant in Dei Eccleſia ſalutares, & propterea fue
rint variis , per ſedem Apoſtolicam priuilegiis de-
corati vt quos par labor , pariaque merita coniun-
gant priuilegia,& fauores; concedimus eiſdem or
dinis Minorum profeſſoribus , vt conceſſis fratri-
bus Prædicatoribus,& eiſdem prædicatorum ordi
nis fratribus,vt præmiſſis aliis conceſſis, prædictis
fratribus Minoribus, priuilegiis,indulgentiis , gra-
tiis,fauoribus,& indultis,tam ſpiritualibus , quàm
temporalibus,à prædictis,& aliis Romanis Pontifi
cibus prædeceſſoribus noſtris , & aliis authoritatē
habentibus,quæ omnia , ac ſi nominatim exprime-
rentur,haberi volumus hic pro expreſſis, & noſtræ
approbationis munimine ſolidamus , ac decerni-
mus robur perpetuæ firmitatis obtinere, potiri , &
gaudere *e* poſſint, & debeant , perpetuis futuris tē-
poribus,in omnibus,& per omnia,prorſus , & ſine
vlla differentia,perinde,ac ſi,quæ vni,ex ordinibus
prædictis,ſunt conceſſa, vtrique ſimul nominatim
conceſſa fuiſſent , aut concederentur in poſterum;
& quæ de magiſtro Generali , & Prouincialibus 52
prioribus dicti ordinis Prædicatorum,ac monaſte-
riis monialium,ſub eorundem fratrum prædicato
rum,cura,& ſecundum ipſius ordinis prędicatorū
inſtituta viuentium,ſunt ſtatuta,Generalis, & Pro-
uincialibus miniſtris,& vicariis dicti ordinis fratrū
Minorum,& monaſteriis monialium dicti ordinis
ſanctę Claræ,*f* & Minoriſſarum,& Sancti Damiani
nuncupatarum,& è contra, cenſeantur ſtatuta ; di-
ſtrictius inhibentes eiſdem,locorum ordinariis,ſub
interdicti,ingreſſus Eccleſię,& ſuſpenſionis à regi
mine , & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum , ac
rectoribus,& alijs quibuſcumque,ſub excommuni
cationis latę ſententię,& priuationis eorundem Ec
cleſiarum parochialium,& omnium aliorum bene
ficiorum Eccleſiaſticorum,quę obtinent : nec non
inhabilitationis,ad illa , & alia in poſterum obtinē
da,pœnis,eo ipſo per eos,qui contrafecerint incur-
rendis:ne ordines prædictos fratrum prędicatorū,
& Minorum,& illorum domos, & profeſſores prę
ter,aut contra prædictorum,Clementis,aut Euge-
nij,& aliorum quorumcunque prædeceſſorum no-
ſtrorum,& præſentium literarum noſtrarū tenorē,
inquietare,ſeu moleſtare,& eos, aut teſtamentorū,
vltimarumque voluntatum,executores,& hæredes
prædictos,ſeu quoſcunque alios,directe, vel indi re
cte,ad ſolutionem alicuius quartæ parochialis, ſeu
canonicæ,vel alterius portionis,ſeu oneris, & ad ſa
ciendum celebrari aliquod officium, in eorum Ec
cleſiis, vel alibi,dum apud ipſos fratres , deceden-
tium cadauera tumulantur,antè,vel poſt eorum ſe
pulturam,cogere:nec confeſſis dictis fratribus prę
dicatoribus, & minoribus pro tempore , Euchari-
ſtiæ , ſeu extremæ vnctionis ſacramenta , ſine ratio-
nabili cauſa,denegare, & illorum exhibitionē ma-
litioſè differre , aut eorum parochianis , ne dictis
fratribus confiteantur , prohibere , vel perſuadere;
nec etiam,ad præmiſſa , ſeu aliquod præmiſſorum,
auxilium,conſilium,vel fauorem dare,directè, vel
indirectè,quoquomodo præſumant . Et nihilomi-
nus cuilibet in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto,
& metropolitanæ,vel alterius cathedralis Eccleſię
canonico,per vniuerſum orbem,qui deſuper , per
dictorum ordinum Priores,aut Guardianos,& fra-
tres,ac illorum,ſeu ad commodum eorum Roma-
næ Eccleſiæ ſyndicos , etiam requiſitus fuerit , per
Apoſtolica ſcripta,in ſolidum mandamus , quate-
nus

d Vide 1 to.2.qq.reg.q.82.art.6.

e Vide in 1.to.qq.q.10.55.art.1.

f Vide in 1.to.qq.re.q.51.art.53. & quomodo fiat priuilegiorum cōmunicatio inter mēdicātes, vide ibi arti.20.

33 nus per ſe, vel alinm, ſeu alios, præmiſſa, vbi, & quã do opus fuerit, ſolemniter publicantes, & iiſdẽ fratrum prædicatorum, & Minorum ordinibus, & illorum domibus, ac profeſſoribus, io præmiſſis, a efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacificè poſſeſſione, vel quaſi, priuilegiorum, & cõceſſionum huiuſmodi, gaudere non permitteutes eos, ſeu teſtamentorum eaecutores, & hæredes prædictos, coutra illorum tenorem, per ordioarios, & rectores prædictos, aut quoſcunque alios indebitè moleſtari, aut eis grauamina, iniurias, aut damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari. Ac etiam ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, contra quoſcumque, cuiuſcunque Eccleſiaſtica, etiam patriarchali, Archiepiſcopali, & Epiſcopali, vel mundana ſotent dignitate, & exemptione muniti, iu quibuſcunque cauſis per eos mouendis, quacunq; ratione, vel cauſa, quę excogitari poſſit, miniſtret eis iuſtitiæ complementum, exequendo, quod per eos fuerit ordinatũ: & illos, quos cenſuras, & pęnas prædictas, incurriſſe conſtiterit, irritas eſſe declarent, & faciant, & mandent, interdictos, ſuſpenſos, & excommunicatos, publicè nuntiari, & ab omnibus arctius euitari; & legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggregare procurent. Contradictores, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, ita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

a De indulsibus cõſeruatoris. vide in to.1. qq.10.q.61.

34 Non obſtantibus conſtitutiooibus recoleodæ memoriæ, Bonifacij VIII. quibus cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, & dięceſim, niſi iu certis caſibus exceptis, & in illis, vltra vnam dietam à fine ſuæ dięceſis, ad iudicium vocetur: ſeu ne iudices à ſede Apoſtolica deputati, extra dięceſim, & ciuitatem, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel aliis, ſuas vices committere præſumant; & de duabus dietis, in concilio generali; nec non, quæ incipit, ſuper cathedram Bonifacij, & dudum Viennenſis concilij, ac recoleodæ memoriæ Caligti Papæ III. etiam prędeceſſoris noſtri, literis, aliiſque Apoſtolicis, atq; etiam prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus; necnon Ottonis, & Octoboui olim in Regno Angliæ, Apoſtolicæ ſedis, legatorum, conſtitutionibus, Eccleſiarumq;, atq; locorum quorumlibet, ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunq; dictorum ordinum fratres Prædicatorum, & Minorum, profeſſores, ac locorũ ordinarios, ſeu rectores prædictos, initis, & concluſis, atq; hactenus, obſeruatis pactis, & conuentionibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon omnibus, & ſingulis, quæ Clemens, & Eugenius præfati, io prædictis eorum literis, voluerunt non obſtare, cõtrariis quibuſcumque. Quibus omnibus (illa, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerent) præſentibus, pro expreſſis habentes (illis alias in ſuo robore permanſuris) quæ ad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopjs, Epiſcopis, & rectoribus præfatis, ſeu quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica præfata, indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extra certa loca, ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem: & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generalis, vel ſpecialis cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, & totaliter noo inſertam, effectus earũ, & conceſſa in eis, iuriſdictionis executio, impediri poſſit quomodolibet, vel differri, de quo, cuiuſque toto tenore, habenda ſit in noſtris literis, mẽtio ſpecialis. Nos enim, ex nunc, illa, & quæcumque alia, quæ in futurum, per nos, vel ſedem Apoſtolicam, quomodolibet concedendi, ſtatum decidi, vel ordinati contigerit, contra Clementis, Eugenij, aliorumque prædeceſſorum prædictorum, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem; nec non, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit: irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti, eſſe decernimus. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare: volumus, & dicta authoritate, decernimus, quod tranſumptis earum, manu notarij publici, & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munitis, ea prorſus, in iudicio, & extra, vbicomque exhibita, vel oſtenſa fuerint, fides adhibeatur, ac ſi originales literæ, forent exhibitæ, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum approbationis, conſtitutionis, ordinatioois, ſtatuti, decreti, conceſſionis, indulti, voluntatis, applicationis, inhibitionis, extenſionis, ſolidationis, mandati, & derogationis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incar. Dom. 1472. pridie Kal. Sept. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Concedit omnibus dicentibus officium Cõceptionis Virginis, nouiter ordinatum, & qui interfuerint officio eiuſdem feſti, indulgentias, quæ in feſto Corporis Chriſti conceduntur.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cũ pręcelſa meritorũ inſignia, quibus Regina cœlorum, Virgo Dei genitrix Glorioſa, ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina perrutilans, deuotę conſiderationis indagine perſcrutamur, & infra pectoris arcana reuoluimus, quod ipſa, vtpotè via miſericordię, mater gratię, & pietatis, vnica humani generis cõſolatrix: pro ſalute fidelium, qui debitorum onere pręgrauantur, ſedula oratrix, & peruigil, ad Regem, quem genuit intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, vniuerſi Chriſti fideles, vt omnipotenti Deo, cuius prouidentia, eiuſdem Virginis humilitatem, ab æterno reſpiciens, pro reconcilianda authori, humana natura, lapſu primi hominis æternæ mortis obnoxia, iam ſui vnigeniti habitaculum, Sãcti Spiritus præparatione conſtituit, ex qua carnẽ noſtræ mortalitatis, pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo poſt partum nihilominus remaneret: de ipſius immaculatæ virginis Mariæ conceptione, gratias, & laudes referant, & inſtituta propterea in Dei Eccleſia, Miſſas, & alia diuina officia dixerint, & illis interfuerint, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus inuitare vt exinde fiant eiuſdem Virginis meritis, & interceſſione diuinæ gratiæ, aptiores. Hac igitur conſideratione inducti, eiuſdem omnipotentis Dei, ac beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, authoritate Apoſtolica, hac in perpetuum valitura conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Chriſti fideles vtriuſq; ſexus, qui Miſſam, & officium Conceptionis eiuſdem Virginis Glorioſæ, iuxta piam, & deuotam, & laudabilẽ ordinationem dilecti filij magiſtri Leonardi de Nogarolis Clerici Veroneoſis, notarij noſtri, & quod deſuper à nobis emanauit, Miſſæ, & officium huiuſmodi inſtitutionem, in die feſtiuitatis, Viſitationis eiuſdem

b Vide in to.1.qq.10. q.57.ar.3. & in to.2. q.87.ar.4.

eiuſdem Virginis Mariæ,& per octauas eius,deuotè celebrauerint,& dixerint,aut illis horis canonicis interfuerunt,quoties id fecerint, eandem prorſus indulgentiam,& peccatorum remiſſionem,exinde conſequantur,quam iuxta fęlicis recordationis,Vrbani IIII.in Concilio Viennenſi approbatæ,& Martini Quinti,& aliorum Romanorum Pontificũ,prędeceſſorum noſtrorum,conſtitutiones,conſequuntur illi,qui Miſſam, & officium, & horas Canonicas,in feſto Corporis Chriſti, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, à primis veſperis, & per illius octauas,iuxta Romanæ Eccleſiæ inſtitutionem celebrant, aut dicunt,aut Miſſæ officio, & horis huiuſmodi interſunt, præſentibus futuris tēporibus valiturum.Dat.Romæ,apud S.Petrum, anno Domi.1476.3.Kal.Martij,Pontificatus noſtri, anno 6.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Approbat officium Conceptionis compilatum per fratrem Bernard. de Buſtis.

Dilecto filio fratri Bernardino de Buſtis de Mediolano, ordinis Minorum de obſeruantia. Sixtus Papa Quartus, dilecti filij ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.Libenter ad ea concedenda inducimur, quæ deuotionis reſpiciunt incremẽtum: Tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, vt officium Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ per te compilatum,& ordinatum,tu,& omnes,qui id voluerint,pro deuotione ſua,dicere, & recitare, liberè,& licitè poſſitis,& valeatis,indulgemus.Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteris contrariis quibuſcũque.Dat.Romæ apud S.Petrum,ſub annulo piſcatoris,die 4.Octob.anno 1480.Pont.noſtri,anno 10.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Circa Conceptionem Virginis Mariæ, determinationem proponit.

Sixtus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Graue nimis,gerimus,& moleſtum,& cum ſiniſtra nobis de quibuſuis a Eccleſiaſticis perſonis referũtur,ſed in eorum, qui ad prædicandum Verbum Dei,ſunt deputati, exceſſibus prædicando cõmiſſis eo grauius prouocamur, quo illi periculoſius remanent incorrecti, cum facile deleri nequeant,cum multorum cordibus, ſic publicè prædicando,diffuſius, & damnabilius imprimuntur errores.Sane,ſicut accepimus,nonnulli diuerſorum ordinum profeſſores, ad prædicandũ verbum Dei,in diuerſis ciuitatibus,& locis, partibus Lombardiæ deputati,& non ignari, quod ſancta Romana Eccleſia,de intemeratæ,ſemperq; Virginis Glorioſæ Mariæ Conceptione, feſtum celebrat, & ſpeciale,ac proprium officium ordinauit; in eorum prædicationibus,ad populum publicè affirmare hactenus non erubuerunt,& quotidie prędicare non ceſſant,aſtante populi multitudine:omnes illos,qui tenent, & affirmant eandem Glorioſam,& immaculatam Dei Genitricem,Virginẽ Mariam,abſque peccati originalis macula fuiſſe cõceptam,hęreticos eſſe; & ipſam Romanam Eccleſiã, ſolam ſpiritualem Conceptionem,ſeu ſanctificationem eiuſdem Virginis Mariæ,celebrare: ac huiuſmodi eorum prædicationibus non contenti, confectos ſuper his aſſertionibus libros,in publicum ediderunt:ex quorum prædicationibus, & aſſertionibus huiuſmodi,non leuia ſcandala in partibus illis,in mentibus Chriſti fidelium,ſunt exorta,& maiora exoriri formidantur in dies. Nos igitur huiuſmodi temerariis auſibus,& peruerſis,à veritate penitus alienis aſſertionibus,& ſcandalis,quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſent, quantum nobis ex alto conceditur,obuiare volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam,ſed de noſtra mera deliberatione,huiuſmodi aſſertiones prædicatorum eorundem,& aliorum quorumlibet,qui affirmare præſumerent,eandem ſanctam Romanam Eccleſiam, de ſpirituali duntaxat Conceptione,& ſanctificatione eiuſdem Virginis Glorioſæ,feſtum celebrare;& eos qui crederent,& tenerent eandem Dei genitricem, ab originalis peccati macula,in ſua Conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore,vtporè falſas,& erroneas, ac à veritate alienas,editoſque deſuper libros prædictos, id cõtinentes,authoritate Apoſtolica,præſentium tenore, reprobamus,& damnamus,ac motu,& authoritate prædictis,ſtatuimus,& ordinamus, quod prædicatores verbi Dei,& quicunque alij cuiuſcunq; gradus,ordinis,& conditionis fuerint,de cætero, auſu temerario, præſumpſerint in eorum prædicationibus ad populũ, ſeu alias quomodolibet affirmare, huiuſmodi per nos,ſic reprobatas, & damnatas aſſertiones,& opiniones,veras eſſe,aut dictos libros, pro veris legere,tenere,vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam,& æternæ maledictionis pęnam, eo ipſo incurrant,à qua, ab alio, quam à Romano Pontificę,& illius proprio ore,expreſſa cauſa huiuſmodi, propter quam cenſuras prædictas incurrerint (niſi in mortis articulo conſtituti) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcunque: ſeu ſi aliquibus communiter,vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultũ exiſtat,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint,per literas Apoſtolicas, non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Pari damnationi, & cenſuræ ſubiacentes,illos,qui prædicare, docere,aut alias verbo,vel ſcriptura,affirmare pręſumerent,hęreticum fore, credere eandem virginẽ glorioſam à peccati originalis macula pręſeruatam nõ fuiſſe.Et ne de præmiſſis aliqui valeant ignorantiã allegare,Volumus,quod locorũ ordinarij,præſentes literas,in Eccleſiis conſiſtentibus in eorum ciuitatibus,& ſuarum diœceſum,locis inſignibus,dum maior inibi populi multitudo ad diuina conuenerit,ac ſermonibus ad populum mandent,& faciant publicari. Præterea,quia difficile foret præſentes literas,ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, differre,etiam volumus, & dicta authoritate, decernimus, quod earundem tranſumpto, manu publici notarij confecto,& autẽticato,& alicuius prælati Eccleſiaſtici ſigillo munito,vbique ſtetur,prout ſtaretur eiſdem originalibus literis,ſi forent exhibitæ,vel oſtẽſæ.Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ reprobationis,damnationis, ſtatuti ordinationis, voluntatis, & decreti infringere,vel ei,auſu temerario,contraire. Si quis &c. Dat.Romæ apud S.Petrum,anno Incar. Do.1481. Pont.noſtri anno 11.

a Vide in 1.10.99.re. q.17.ar.1.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM

Reprobat confirmationem Calixti III. ſuper cõſtitutione

Digitized by Google

ne Bonifacij VIII. incipiẽte, ſuper cathedram. reprobantis priuilegia contra eandem conſtitutionem conceſſa, quæ quidem Sixtus IIII. approbat.

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quia in futurorum euentibus, ſic humani fallitur incertitudo iudicij, vt quæ coniectura probabili, & interdum attenta conſideratione, vtile, & ad pacem, & quietem tendere videbatur; reperiri damnoſum, iurgiis, & diſſenſionibus plenum, quandoque contingat; non debet reprehenſibile iudicari, ſi Romanus Pontifex, quæ à prædeceſſoribus ſuis, ex cauſis veriſimiliter probabilibus, ſunt inſtituta; cognito, quod ex eis diſſenſionea, & iurgia inter perſonas quaſlibet præſertim Eccleſiaſticas oriantur, ne noxæ grauiores, exituſqi peiores inde prodeant; reuocat, & annullat, & in ſtatum priſtinum reducit, prout in Domino proſpicit ſalubriter expedire. Dudum, ſiquidem, poſtque fœ. re. Bonifacius VIII. Papa prædeceſſor noſter, nonnullis diſcordiis, quæ inter prælatos, & parochialium Eccleſiarum rectores, & ordinum mendicantium fratr●, per diuerſas mundi partes conſtitutos, exortæ erant, ſua, quæ incipit, ſuper cathedram conſtitutioni finem imponere curauerat, fueratque conſtitutio prædicta, per piæ memoriæ Clementem Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, in Concilio Viennenſi Innouata, ac per piæ memoriæ Ioannem Papam XXII. ſimiliter prædeceſſorẽ noſtrum, ad Eremitarum S. Auguſtini, & beatiſſimę Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, de Mõte Carmelo, ordinum profeſſores, extenſa; nonnulli autem Romani pontifices etiam prædeceſſores noſtri, vt omnem inter fratres prælatos, ac rectores præfatos, contentionum occaſionem de medio ſubmouerent, dictorum mendicantium ordinum profeſſores, tam in genere, quam in ſpecie, ex diuerſis rationabilibus cauſis, varia priuilegia aduerſus conſtitutionis prædictæ tenorem, & illius declarationem, & interpretationem cõceſſerant, & deinde piæ memoriæ Calixto Papæ Tertio, etiam prædeceſſori noſtro, per nonnullos Epiſcopos, alioſque ſuperiores prælatos, necnon parochialium Eccleſiarum rectores, expoſito, quod aliqui prædictorũ fratrum, ſe ſpecialiter, quæ ab ipſa ſede, in eorum fauorem, aduerſus conſtitutionem eandem, emanaſſe aſſerebant, priuilegiorum, conceſſionum, indultorum prætextu, ne ad dictæ conſtitutionis obſeruationem, compelli poſſent, tuebantur in eorundem conquerentiam, & parochialium Eccleſiarum præiudicium, variaque propterea, inter eoſdẽ prælatos, rectores, & ſacerdotes, ac fratres, iurgia, & cõtentiones, ac ſcandala exorta erant, & oriebantur in dies, quibus obuiaretur, ſi conſtitutio prędicta obſeruaretur, & per eundem Calixtum prædeceſſorẽ, accepto, quod à nonnullis ex ipſis, prælatis, rectoribus, curatis, & ſacerdotibus, contra tenorem præfatæ conſtitutionis, dictis fratribua, graues iniuriæ, ac moleſtiæ inferebantur; idem Calixtus prædeceſſor, cupiens huiuſmodi iurgiis, contentionibus, & ſcandalis obuiare, conſtitutionem, & illius extenſionem prædictas, iuxta illarum ſeriem, & continentiã, in oĩbus. & p oĩa ſeruari debere, ſtatuit, & ordinauit; quæcunq; priuilegia, cõceſſiones, & indulta, ſi quæ à quibuſuis Romanis Põtificibus prædeceſſoribus ſuis aduerſus conſtitutionem, & Innouationem, ac declarationem prędictas, ſub quacunque verborũ forma, & cum quibuſuis irritantibus decretis, & talibus, quod eia per quaſuis alias literas Apoſtolicas, etiam facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de illorum totali tenore, mentionẽ. & ſimilis effectus, vel maioris cautelę derogatoriis, clauſulis, qualitercumque derogari nequirent, ſiue motu proprio, ſiue quouis reſpectu, pro quibuſuis ordinibus, ſeu eorum domibus, & locis, in genere, vel in ſpecie, emanaſſent, illorum vſus quantumcũque pacifica poſſeſſione nullatenus obſiſtent; prout in eiſdem priuilegiis, & quibuſdam literis ipſius Calixti prędeceſſoris, ſuper ſtatuto, & reuocatione huiuſmodi, confectis, & libris cancellarię Apoſtolicę, de illius mandato, reſcriptis plenius continetur. Cum autem, ſicut experientia efficax rerum magiſtra, poſtmodum monſtrauit, & nos ipſi, tunc temporis in minoribus conſtituti, generalatus ordinis fratrum Minorũ fungebamur officio, vidimus, ex ipſius Calixti prędeceſſoris intentu, quàm plurima iurgia, lites, diſſenſiones, & ſcandala exorta, varięque appellationes, per eorundem fratrum partem, ad ſedem Apoſtolicam, interpoſitę, & querelę datę fuerint, ac propterea, idem prędeceſſor S. Romanæ Eccleſiæ vicecancellario in literarum Apoſtolicarum expeditione, ſi in aſſiſtentibus abbreuiatoribus, ne dictarum literarum copiam cuiquam traderent, inhibuerit, dubitaturque veriſimiliter, quod niſi literæ prædictæ Calixti prædeceſſoris præfati, reuocẽtur, exinde in dies, ſint maiora ſcandala prouentura, Nos quarumcunque cauſarum, præmiſſorum occaſione dependẽtium ab eiſdem, tam in Romana Curia, quam extra eam, pendentium, coram quibuſcunque iudicibus, tam ordinariis, quam à ſede Apoſtolica, vel alias delegatis: in quacunque inſtantia, etiam appellationis, ſtatus iudicum, & collitigantium nomina, & cognomina, dignitates præſentibus pro expreſſis habentes: illaſque nos harũ ſerie aduocamus, & litem penitus extinguimus, ac volentes huiuſmodi contentionibus, diſcordiis, ſcãdalis, quantum poſſumus obuiare, motu proprio, non ad ipſorum fratrum, vel alterius, pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed noſtra mera liberalitate, eiuſdem Calixti prædeceſſoris prædictas literas, & in eis contenta priuilegiorũ, conceſſionum, & indultorum huiuſmodi reuocationem, & ſi quæ deſuper, ſuper aliis prædeceſſoribus, Romanis Pontificibus approbationes emanarunt, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia, reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, & de libris, ac regiſtris quibuſlibet, deleri mandamus, & priuilegia, & indulta huiuſmodi, illa omnia qualiacunque ſint, ac ſi de verbo ad verbum Infererẽtur præſentibua, pro expreſſis habentes, in ſuos, plenum, & priſtinum robur, Necnon præfatos mendicantes fratres, quibus conceſſa ſunt, in genere, vel in ſpecie, quæ ad totalem, in præteritis, præſentibus, & futuris negotia conſequen. effectum in priſtinum, & eum ſtatum, in quo videlicet erat, antequam literæ Calixti, & reuocatio huiuſmodi, quomodolibet emanarent, plenariè reſtituimus, reponimus, & integramus; decernentes ea omnia in ſuis prioribus viribus, & efficacia fore, & effectum etiam, quo ad prætenta pro appellatione pendantia negotia ſortiri debere, in omnibus. & per omnia, perinde, ac ſi præfati Calixti prędeceſſoris, vel in illis contenta reuocatio prædicta nullatenus emanaſſent, necnon irritum, & Inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter, contra illum attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris, Beſarenſi, Sabinenſi Minorum, & Guillelmo Hoſtienſi, Eremitarum Sancti Auguſtini, & beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, ac Alano Pręneſtinenſi, prædicatorum, Epiſcopis ordinum prædictorum, nunc, & pro tempore exiſtentibus protectoribus in Romana curia Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quilibet eorum, per ſe, vel alium, ſeu

alios

alios, præmiſſa omnia, vbi, & quando opus fuerit, ipſi deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicari: & ordini, ſiue protectioni commiſſo, ac illius profeſſoribus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica poſſeſſione, vel quaſi, exemptionum, & priuilegiorum prædictorum, gaudere, non permittentes eos, contra illorum, vel cuiuſlibet eorũ tenorem, per locorum ordinarios, & parochialium Eccleſiarum, rectores, ac quoſcunque alios, indebitè moleſtari: contradictores per cẽſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis, ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eos quoties opus fuerit, iteratis vicibus, aggrauare procurent, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus, piæ memoriæ Bonifacij Octaui Papæ, etiam prædeceſſoris noſtri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, quibus cauetur, ne quis extra ciuitatẽ, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in ſimilibus, vltra vnam dietam, ad iudicium euocetur: ſeu ne iudices à ſede Apoſtolica deputati, extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunque procedere, aut alij, vel aliis, vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, ac aliis Apoſtolicis conſtitutionibus contrariis quibuſcunque: ſeu ſi locorum ordinariis, & parochialium Eccleſiarum rectoribus, vel quibuſuis aliis coniunctim, vel diuiſim à ſede Apoſtolica, indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extra certa loca, ad iudiciũ auocari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo, ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtetent, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam huiuſmodi dictis protectoribus factæ commiſſionis explicatio impediri poſſit quomodolibet, vel differri, & de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in literis noſtris mentio ſpecialis. Nulli ergo omnino, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicę 1471. Idus Decembris, Pontifi. noſtri, anno 1.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Approbat modum recitandi pſalterium Virginis glorioſa, concedens indulgentias.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Ea, quæ ex fidelium deuotione, ad Dei omnipotentis, & glorioſæ Virginis Mariæ, laudem, & gloriam, piè ordinata ſunt, vt firma permaneant, noſtrę approbationis robore ſolidamos, ac fideles ipſos, ad deuotionis opera exercenda, indulgentiis, & remiſſionibus libenter inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores, maximè cum catholicorum Principum, id expoſcit deuotio: & hoc conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè, pro parte dilecti filij, nobilis viri Franciſci Ducis, & dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris, Margaritæ eius Conthoralis Ducíſſæ Britanniæ, nobis fuit nuper propoſitum, quod in Ducatu Britanniæ, & pluribus aliis locis, creſcente fidelium deuotione, ab aliquo tempore citra, innouatus eſt certus modus, ſiue ritus orandi, pius, & deuotus, qui etiam antiquis temporibus, à Chriſti fidelibus, in diuerſis mundi partibus obſeruabatur, videlicet, quod quilibet volens eo modo orare, dicit qualibet die, ad honorem Dei, & beatiſſimæ virginis Mariæ, & contra imminentia mundi pericula, toties angelicam ſalutationem, Aue Maria, quot ſunt pſalmi in pſalterio Dauidico, videlicet, cẽties, & quinquageſies: ſingulis decẽ ſalutationibus huiuſmodi, orationem Dominicam, ſemel proponendo, & iſte ritus, ſiue modus orandi, pſalterium virginis Mariæ vulgariter nuncupatur. Vnde, Dux, & Duciſſa præfati, propter ſingularem, & ſinceram, quam ad ipſam Virginem Beatam Mariam, gerunt deuotionem, cupiunt ritum, ſiuẽ modum orãdi prędictum, ad obſtruendum ora aliquorum detrahentium, per ſedem Apoſtolicam approbari. Quare, pro parte Ducis, & Duciſſæ, & aliorum fideliũ plurimorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ritum, ſiue modum orandi huiuſmodi, approbare, aliaſque ſuper præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, tam Ducis, quam Duciſſæ, quam aliorum fidelium, piam deuotionem in Chriſto habentium commendantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præfatum pſalterium, ſiue modum orandi prædictum, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, illumque tolerandum fore, ac cunctis fidelibus, eo modo orare, debere, & licere, decernimos, & declaramus. Et vt omnes, & ſinguli Chriſti fideles, ad deuotionis opera, & prædicto modo orandi, eo feruentius inducantur, quo exinde animarum ſuarum facilius ſalutem conſequi ſperauerint: vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præfato modo orare volentibus, vbilibet exiſtentibus, præſentibus, & futuris, pro qualibet vice, qua ſic, vt præmittitur, orauerint, pro qualibet quinquagena præfati pſalterij, quinque annos & totidem quadragenas indulgentiæ miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Et quia difficile foret præſentes literas, ad ſingula loca, in quibus illis opus eſſet, &c. Volumus, quod tranſumpto earum, manu duorum notariorum alicuius Eccleſiaſticæ curæ, ſubſcripto, & ſigillo alicuius prælati, ſeu in dignitate, &c. Fides detur, in omnibus, & per omnia. Nulli ergo omnino, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Domini, 1479. 7. Idus Mai. pont. noſtri, anno 8.

Bulla XX.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi, & hæc communiter dicitur bulla aurea.

SVMMARIVM.

Concedit plures gratias, & exemptiones ordinibus mẽdicantium, in hac bulla, quæ dicitur aurea.

1 *Indulgentia conceſſa viſitantibus Eccleſias noſtras, in feſtiuitatibus ſanctorum ordinis Minorum.*

2 *Indulgentia plenaria ſemel in vita, & in mortis articulo conceſſa fratribus.*

3 *Reſtrictio circa poteſtatem abſoluendi, & diſpenſandi cum fratribus, ſed hæc reſtrictio tollitur, vt patet, & aliis duabus bullis ſequentibus,*

4 *Communicantur priuilegia mendicantium tertiariis oblatis ſyndicis, & procuratoribus.*

5 *Prohibet, ne aliquis impediat dare eleemoſynas fratribus.*

6 *Quod habitus ordinis Minorum non detur, niſi per prælatos, & teneantur mortui ſepeliri in Eccleſiis ordinis Minorum, & deferantur corpora diſcooperta.*

7 *Quod fratres habentes beneficia, vel pro capellaniis ſeruientes, non gaudeant facultatibus ordinis.*

8 *Concedit, quod magiſter prædicatorum, & miniſter*

ſter Minorum poſſint examinare, & corrigere inquiſitores hæreticæ prauitatis.

9 *Concedit, quod præfati ordines, ſcilicet prædicatorũ, & Minorum, gaudeant priuilegiis, & indultis aliorum ordinum.*

10 *Ponit pœnas, quas incurrunt prælati, & alii non obedientes, ſeu aliquid in contrarium mandantes.*

11 *Ponit non obſtantias.*

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacri prædicatorum, & Minorum fratrum ordines, inſtar duorum primoſum fluminum, & cęleſtium voluptatum, & amęnitatum Paradiſo ingredientium, Sacroſanctę vniuerſalis Eccleſiæ terram, ac mundanarum cupiditatũ, & vitiorum calore areſcat, præclaræ doctrinæ, virtuoſorũque operum multiplicium meritorum imbribus irrigantes, magis, atque magis illam in dies fructuoſam efficiunt. Hi ſunt duo Seraphin, qui in ſublime contemplationis, & ſacrificij amoris alias eleuatis à terreniſque rebus abſtracti, aſſiduè diuinarum laudum clamore, & immenſorum beneficiorum, humano generi à ſummo Pontifice Deo exhibitorum declaratione, feruentiſſimis prædicationibus populos inſtruendo, & ad cœleſte iter dirigẽdo inſiſtentes, multiplicata talenta eis credita Domino Deo mundo, ſegetes animarum, ſcilicet Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti prætioſi ſanguinis effuſione Redemptarum, copioſos in horrea Sanctæ Eccleſiæ manipulos referũt. Hi ſunt duæ tubæ, per quas Dominus pręcipit ad populum, ſacri Euangelij, populum vniuerſum aſſiduis prædicationibus aduocare, vt in omnem terram exiret ſonus eorũ, & redderet ſibi populum acceptabilem, bonorum operum ſectatorem. Ad prædictorum igitur prædicatorum, & minorum fratrum ordines, quos eorũ ampliſſimis meritis, vberrimis fructibus, quos in Dei Eccleſia continuè afferunt, præ cæteris æterna charitate diligimus, noſtræ conſiderationis intuitũ dirigentes: illa eis libenter concedimus, quæ in eis optatæ quietis fructum inducant, & ſtatum eorum faciant, pacificum & tranquillum. Dudum ſiquidem, vt ordinem eorundem profeſſorum ſtatui, & quieti conſuleremus, motu proprio, nonnullas literarum diuerſorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, dictis ordinibus conceſſas, & in illis contenta, approbauimus, & quo ad aliqua, declarauimus, & ampliauimus, & extendimus, ac nonnulla eis de nouo conceſſimus, prout in diuerſis noſtris literis deſuper confectis, plenius continetur. Cum autem, ſicut poſtmodum accepimus per huiuſmodi ampliationes, declarationes, extenſiones, & conceſſiones adhuc totali eorundem ordinum, & illorum profeſſorum quieti, plenè (vt expedit) non conſulatur, aſſeraturque à nonnullis, per eaſdem literas, omnes gratias, ſpirituales, & temporales dictis ordinibus, & eorum domibus, & fratribus à prædeceſſoribus noſtris, conceſſas, approbatas non fore. Nos, attenta meditatione, penſantes, quantum vtilitatis exaltationem Chriſtianæ fidei, & Euangelicæ veritatis ordinum prædictorum profeſſores hactenus attulerunt, & afferre valeãt adiuuante Domino in futurum, ac propterea volentes, vt tenemur eorum tranquillitati vberius prouidere, motu ſimili, non ad ipſorum fratrum, & ſororũ, aut alterius pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſcientia, quaſcunque literas, & gratias ſpirituales, & temporales, conceſſiones, & indulgentias, ac peccatorũ remiſſiones, in genere, vel in ſpecie, fratribus, & ſororibus prædicatorum, & Minorum ordinum, & domorum eorumdem, necnon viſitantibus eorum Eccleſias, & capellas, & oratoria conceſſas: quarum tenorem, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererẽtur, haberi volumus pro expreſſo: præſentiũ tenore approbamus, & robur firmitatis perpetuæ obtinere decernimus. Proque potiori cautela, Apoſtolica authoritate, de nouo, iuxta literarum deſuper conceſſarum continentiã,
& tenorem, concedimus, & largimur. Et vt Eccle- 1
ſiæ, domus, & oratoria Prædicatorum, & Minorum ordinum prædictorum, per vniuerſum orbem conſtructæ, & ædificatæ, & quæ conſtrui, & ædificari contingat in futurum, congrua deuotione à Chriſti fidelibus viſitentur, ac quæ imperfectæ ſunt perficiantur, & ad complementum deducantur, ac completæ conſeruentur, & manuteneantur: necnon, paramentis, & aliis ad diuinum cultum neceſſariis, debitè ornentur: ipſiuſque Chriſti fideles ad dictas Eccleſias collibentius confluant, & ad præmiſſa manus *a* promptius porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorũ Apoſtolorum eius, Petri, & Pauli, authoritate cõfiſi vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, & oratoria domorum fratrum prædictorum, in ſingulis S. Dominici, & S. Franciſci, centum annos, & totidem quadragenas, & in ſanctorum Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Vincentij, & S. Catherinæ de Senis, ac ſanctorum Antonij de Padua, & Ludouici Epiſcopi, Bernardini, & ſanctæ Clarę, & Beatæ Eliſabeth feſtiuitatem, diebus, à primis veſperis, & per totum diem ipſarum feſtiuitatum, quinquaginta annos, & totidem quadragenas: deuotè viſitauerint annuatim, & manus, ad præmiſſa, aut eorum aliqua porrexerint adiutrices, de iniunctis pœnitentiis, eis nunc relaxamus, præſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Et vt prædictorum prædicatorum, & Minorum ordinum fratres tanto feruentius diuinis beneplacitis inſiſtant, quãto maioribus ſe viderint gratiis fore munitos, om-
nibus, & ſingulis prædicatorum, & Minorum ordi- 2
num prædictorum profeſſoribus, qui nunc, & pro tempore erunt perpetui, vt *b* confeſſor idoneus eorumdem ordinum, quem quilibet pro ſe, de ſui ſuperioris licentia, duxerit eligendum, eorundem cõfeſſione diligenter audita, pro commiſſis per eos exceſſibus, & peccatis ſemel in vita, in forma confeſſionalis per nos edita, & in mortis articulo, plenariam abſolutionem, & peccatorum huiuſmodi remiſſionem, impendere valeat, etiamſi ante factã eorundem ordinum profeſſionem, eos decedere contingeret, ſimilibus, motu, ſcientia, & authoritate indulgemus. Facultatem verò à prædeceſſoribus
noſtris conceſſam, magiſtro Generali, prioribus, 3
prouincialibus, & conuentualibus, ac eorum vicariis prædicatorum, Generali, ac prouincialibus miniſtris, ac eorum vicariis, necnon cuſtodibus Minorum ordinum prędictorum, ſuper abſolutione fratrum eorundem ordinum ſuorum, & diſpenſatione cum eiſdem, in quibuſdam caſibus (præterquam illis, pro quibus eſſent ad ſedem Apoſtolicam mittẽdi) & per nos approbatam, cum declaratione caſuum, pro quibus mittendi ſunt perſtringentes: volumus, quod magiſter, & miniſtri generales, *c* eorũ quæ vicarij, & illi, quibus ipſi pro tempore duxerint committendum dumtaxat, & non alij, facultate prædicta, de cætero vti poſſint: illa omnibus aliis penitus adimentes. Et ne propter monaſteria *d* mo-
nialium, ſeu ſororum, ſub cura, & inſtitutis ordinis 4
prædicti fratrum prædicatorum, & ſanctæ Claræ, ſeu Sancti Damiani ordinum, ſub eiuſdem fratrum Minorum ordinis cura, degentia: ſancti Dominici, & ſancti Franciſci, de pęnitentia nuncupati, Motu proprio, ſcientia, & auctoritate prædictis, ſtatuimus,

a Hæ indulgentiæ pro porrectã manuũ, ſunt ſublatæ, prout habes i 2. to. qq. re. q. 95. ar. 3. & pro bonã ſanctorum feſtiuit. excepta S. Eliſabeth hodie habemus indul. Plen. prout habes in to. 2. qq. reg. q. 87. art. 1.

b Vide 1. to. qq. reg. 62. arti. 6. & 7.

c Hæc reſtrictio iã eſt ſublata, vt patet ex bullis ſequẽtibus duabus.

d Vide in to. 1. qq. re. q. 13. arti. 13. & art. 14.

Digitized by Google

mus, quod huiuſmodi monaſteria, loca, eorumque Abbatiſſæ, Prioriſſæ, Procuratores, Syndici, oblati, & vtriuſque tertij ordinis prædicti de pœnitentia nuncupatæ, perſonæ prædictæ, eiſdem priuilegiis, & immunitatibus, gratiis, fauoribus, conceſſionibus, indultis, ſpiritualibus, & temporalibus prædictis. fratrum prædicatorum, & Minorum ordinibus, & illorum profeſſoribus, domibus, & locis, ac procuratoribus Syndicis, oblatis, & conuerſis, ſeu aliis quomodolibet, per prædeceſſores noſtros, aut nos hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, quauis auctoritate (quatenus earũ ſexui, & ſtatui non contradicant) liberè, & licitè vti poſſint, & debeant, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine vlla differentia, ac ſi eiſdem monaſteriis, locis, & perſonis, Syndicis. Procuratoribus, oblatis, & conuerſis ſororum, & Monialium eorundem, ac perſonis vtriuſque ſexus, de pęnitentia huiuſmodi, nominatim conceſſæ forent, & concederentur expreſſe.

5 Præterea, quia, vt intelleximus, exortis nonnunquã cõtrouerſiis inter locorum ordinarios, eorumque vicarios, ſeu officiales, & curatos, & fratres prædictorum ordinum, variis occaſionibus, locorum ordinarij, eorumque vicarij, ſeu officiales, & curati prædicti, ne Chriſti fideles, fratribus ipſis, pias eleemoſynas [a] erogare præſumant, ac etiam ſub cenſuris inhibere, ac erogãtes excommunicatos ſnte, prędicare, ſeu prædicari facere, ſeu pronuntiare præſumũt: locorum ordinariis, eorumque vicariis, ſeu officialibus, & curatis prædictis, ac etiam aliis quibuſcumque, dicta authoritate mandamus, vt ab huiuſmodi perſuaſionibus, inhibitionibus, & mãdatis de cætero, prorſus, & omnino abſtineant: decernentes inhibitiones ipſas, & mandata, nullius exiſtere firmitatis, & illis contrauenientes, cẽſuris huiuſmodi obtemperare non curantes (niſi pœnituerint & perſuaſiones, & inhibitiones, ac prædicta reuocauerint intra triduum, poſtquam denique requiſiti fuerint) eos ipſos ordinarios interdictum ingreſſus eccleſiæ, ac ſuſpenſionem à regimine, & adminiſtratidnem ſuarum eccleſiarum, alios verò inferiores ab eis, excommunicationis ſententiam incurrere.

[a] Vide in 20.2. qq.10. q.36. ar.8.

6 Cum autem nonnulli, ad ordines prædictos prædicatorum, & Minorum, ſpecialem gerentes deuotionis affectum, eorum cadauera, cum habitu fratrum prædicatorum, vel Minorum, ſeu fratrum, vel ſororum de pœnitentia vtriuſque ordinis prædictorum, ſepeliri mandent, & perſæpè, antequam moriantur, habitum huiuſmodi eis poſtulant exhiberi; decernimus habitum hmõi per Priorem ordinis Prædicatorum, & guardianum domus ordinis Minorum loci, in quo tales decedere contingeret, vel ſuperiorem [b] prelatum ipſorum ordinum, & domorum, ſeu prioratus, vel guardianiæ, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium, quauis auctoritate, vel prælatione fungentem, exhiberi debere qui prædictum habitum recipiẽtibus, declarare teneantur apud eorum eccleſias, debere ſepeliri in eorum habitu, quorum habitum ſuſcipiunt, & illorum ſic indutorum cadauera, ſic diſcooperta, nullo pallio, vel tegumento ſuperimpoſitorum habitu huiuſmodi, ad ſepulturam deferri poſſe [c] ordinariorum etiam, ſub cenſuris, prohibitione, & ordinatione locorum, qualibet, in contrariũ edita non obſtante, quaaquoad hoc modificamus.

[b] Vide 1.2. 10.qq.10.q. 76.art.9.

[c] Vide in d. q.76. ar.8.

7 Et ne ex habilitationibus, ad vnum, vel plura beneficia eccleſiaſtica, in titulum, vel commendam obtinenda, cum facultate, vt interim, donec illa aſſequãtur, pro capellanis aliorum in beneficiis deſeruire; & quod etiam poſtquam beneficia huiuſmodi aſſecuti fuerint, in domibus dicti ordinis, reſidere, cameras habere in illis, & in generalibus capitulis fratrum eorundem prædicatorum, & minorum ordinum, vocem actiuam, & paſſiuam habere, ac priuilegiis, & fauoribus, gratiis, & indultis conceſſis ipſorum ordinum profeſſoribus, gaudere poſſint, prędictis ordinibus, & illorum profeſſoribus grauamen inferatur, eiſdem motu, & auctoritate, decernimus, huiuſmodi conceſſas, & quas eis concedi contigerit habilitationis literas, intelligi, & interpretari debere, vt fratres, ipſis, quibus literæ huiuſmodi conceſſæ ſunt, & concederentur in poſterum, quandoque per ſedem prædictam, poſtquam aliquod beneficium adepti fuerint pacifice, aut pro capellanis in aliquibus eccleſiis deſeruire, conceſſionibus prędictis, prout vocem actiuam, & paſſiuam, reſidentiam in domibus ipſorum ordinum, ac retentionem dictarum domorum, camerarum, & alia, quæ ordinũ præfatorum ſunt concernentia, de eorum ordinũ prælatorum conſenſu duntaxat, gaudere [d] poſſint & non alias, nec alio modo. Idem ſtatuentes de promotis ad cathedrales, etiam titulares appellatas eccleſias, & alias dignitates eccleſiaſticas.

[d] Vide in 20.2. qq.10. q. 58. ar.4.

8 Cæterum, vt dictorum ordinum profeſſores, qui inquiſitores hæreticæ prauitatis, pro tempore, diuerſis mundi partibus deputantur: tanto diligentius eorum officia ſtudeant exercere, ac ab illicitis, & eis prohibitis abſtinere, quanto cognouerint poſſe eorum errores facilius corrigi, & puniri, quod magiſter prædicator, & miniſter minorum ordinis, per ipſos Inquiſitores ſuorum ordinum, reſpectiuè examinare, & querelas cõtra ipſos propoſitas, audire, ac ſuper illis, quantum eis, iuſtum, & æquum videbitur, ſtatuere, & ordinare, & ſi eos, in aliquo deliquiſſe inuenerint, illos iuxia exceſſuum exigentiam, etiam per eorum ab officio amotionem, ac alias, corrigere, & punire, dictoſque Inquiſitores, ſecundũ quod ęquum, & iuſtum, aut neceſſarium videbitur (non tamen in vna, eadem diœceſi multiplicate) liberè, & licitè valeant. Et prædicatorum [e] in minorum, & è contra Minorum ordinum prædictorum Inquiſitores, in Prædicatorum ordinum huiuſmodi profeſſores quoſcunque, officio Inquiſitionis huiuſmodi fungi illudque exercere nullatenus poſſint, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, de præſentibus literis, ſpecificam, & expreſſam faciente mentionẽ.

[e] Vide 1.2. 10. qq.10 q. 83. art.2.

9 Poſtremo, quia Prædicatorum, & Minorum fratrũ prędictorum ordinum profeſſores pro fidei Catholicæ dilatatione, incremento, & defenſione continuo indefeſſe laborant, & eorum exemplari vitæ, prædicationibus verbi Dei, audientia confeſſionũ, ſana doctrina, aſſidua ſacrarum literarum inſtructione, & deuota diuinorum officiorum celebratione, hæreticorum extirpatione, aliiſque innumeris piis operationibus, præ cæteris ordinum mendicantium profeſſoribus, fructus in Eccleſia Dei, ſalutares, copioſius attulerunt hactenus, & continuo afferre non ceſſant, nec allaturos in futurum, Deo propitio, ſpe firma, tenemus, & propterea conuenit vt ipſi ampliores præ cæteris, fauores, & gratiarum prærogatiuas, à præfata ſede recipiant, & reportẽt, aliorumque ordinum mendicantium indultis, & priuilegiis, apud ſedem præfatam gaudeant, ne illis inferiores eſſe videãtur, omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, & peccatorum remiſſiones, immunitates, exẽptiones facultates, priuilegia, & indulta, ſpiritualia, & temporalia qualiacumque ſint, eremitarum Sancti Auguſtini, & Carmelitarum, & ſeruorum Beatæ Mariæ fratrum ordinibus, & illorũ eccleſiis, & oratoriis, domibus, prioribus, fratribus, & ſororibus, conuerſis, & oblatis, & vtriuſque ſexus perſonis, de pęnitentia nuncupatis, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus prædictis, & à nobis, aut aliis auctoritatem habentibus (quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur, haberi nũc volumus pro ſufficienter expreſſis) coniunctim, vel

diuiſim

a vide Ibi. diuiſim,in genere,vel in cōmuni.cōceſſa a eiſdem,
1.99.reg.9. & eorum cuilibet Prædicatorum, & Minorum fra
31.art.1. trum ordinibus,domibus.Eccleſiis.oratoriis, gene
rali magiſtro,miniſtro,prioribus , & miniſtris pro-
uincialibus.conuentualibus,prioribus, & guardia-
nis,ſororibus.oblatis.conuerſis , & vtriuſque ſexus
tertij ordinis,ſeu de pœnitentia nuncupatis,& aliis
eorundem ordinum perſonis, de nouo cōcedimus,
& in eis locum habere volumus, ac ſi eiſdem nomi
natim,directe, & expreſſe conceſſa fuiſſent . Man-
dantes etiam,motu,ſcientia , & auctoritate prædi-
ctis,vt dum priuilegiorum,indulgentiarum, prærro
gatiuarum,conceſſionum,exemptionum, immuni-
tatum,facultatum , & indultorum dictorum fratrū
Eremitarum Sancti Auguſtini , Carmelitarum , &
Seruorum Sanctæ Mariæ,originales literæ, ſeu trā
ſumpta authētica,ex iis,illis,pro,& in fauorem Ec-
cleſiarum,domorum,& fratrum prædictorum,præ
dicatorum , & Minorum ordinum adducerentur,
vel exhiberentur,eadem fides in dubia adhibeatur,
tū in iudicio , quam extra iudicium , & aliis locis,
quibus opus fuerit,ac ſi pro,& in fauorem dictorū
ordinum,Eccleſiarum,domorum fratrum Prædica
50 torum , & Minorū à Sede Apoſtolica emanaſſent,
ac eis,& cuilibet ipſorum fuiſſent immediatè con-
ceſſæ. Inhibentes diſtrictius ipſis locorum ordina-
riis,ſub interdicto ingreſſus eccleſiæ, & ſuſpēſionis
à regimine , & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarū,
& parochialium,ab Eccleſiarū Rectoribus,& aliis
quibuſcumq;, ſub excommunicationis latæ ſenten
tiæ,& priuationis earūdem Eccleſiarum parochia-
lium,& omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſti
corum, quæ obtinent : necnon inhabilitationis ad
illa,& alia in poſterum obtinenda,pœnis, eo ipſo,q
contrafecerint, incurrendis : ne perſonis quibuſli-
bet Eccleſiaſticis,vel ſecularibus , in genere , vel in
ſpecie,directè,vel indirectè,aliquid inhibeant,præ-
cipiant,ordinent , vel ſtatuant : quo minus ordines
prædicti illorum domus,& profeſſores , prædictis
gratiis ſibi conceſſis,liberè vti poſſint. Non obſtan
51 tibus quibuſcunque Apoſtolicis ſuſpenſionibus,re-
uocationibus,reſtrictionibus,ac in prouincialibus,
Synodalibus conciliis editis,generalibus,vel ſpecia
libus conſtitutionibus,necnon Pariſienſi, & aliorū
locorum generalium ſtudiorum vniuerſitatis,& cu
riæ vicegerenti Auinionis , & quibuſuis ordinariis
prælatis,& perſonis,conceſſis,& concedendis,lite
ris,& priuilegiis,ac per illos deputatis in eis conſer
uatoribus priuilegiorum , & huiuſmodi facultati-
bus,& iuriſdictione,cum quibuſuis clauſulis,etiam
derogatoriatum derogatoriis,ac fortioribus,& in-
ſolitis,quibus omnibus,illa,etiam ſi de eis, eorum-
que totis tenoribus,& datis,non per huiuſmodi ge
nerales clauſulas,etiam ſpecialem mentionem im-
portantes,ſed ſpecifica,& indiuidua , ac de verbo,
ad verbum , ſeu quæuis alia merito habenda eſſet,
præſentibus pro expreſſis habentes:illis alias in ſuo
robore permanſuris,quoad præmiſſa, ſpecificè , &
nominatim derogamus,& ea nemini in præiudiciū
præmiſſorum,ſuffragari poſſe,aut debere,& irritū,
& inane quidquid ſecus contigerit attentari decer-
nimus:necnon omnibus illis,quæ in dictis literis no
ſtris , præfatis ordinibus conceſſis , volumus non
obſtare,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Verū
quia difficile foret , præſentes literas , ad ſingulas
prouincias originaliter deſtinare,volumus,& dicta
auctoritate decernimus,quod tranſumptis eorum,
manu notarij publici , & curiæ cauſarum cameræ
Apoſtolicæ auditoris,qui eſt, vel pro tempore erit,
aut alicuius Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis , ſeu
cuiuſcumque in dignitate cōſtituti, ſigillo munitis,
ea prorſus,in iudicio,& extra vbicumque exhibita,
vel oſtenſa fuerit,fides adhibeatur indubia,ac ſi ip-
ſe originales literæ forent exhibitæ , vel oſtenſæ.
Nulli ergo omnino,&c.Dat.Romæ,apud S.Petrū,
anno Incar.Domi.1479.7.Kalen Auguſti,Pont.no-
ſtri,anno 8.

Bulla XXI.

SVMMARIVM

*Breue Apoſtolicum ſuper reuocationem particulæ Bul-
læ aureæ,circa abſolutionem, & diſpenſationem fra
trum Prædicatorum de obſeruantia,Lombardiæ, &
Hiſpaniæ.*

SIxtus Papa IIII.dilectis filiis vicariis fratrū ob-
ſeruantiæ Hiſpaniæ,& Lombardiæ,ordinis Præ
dicatorum,ac omnibus prioribus. & vicem geren-
tibus eorundem fratrum,ipſis vicariis ſubiectis,ſa-
lutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniā om
nes ordines de obſeruantia fratres, pro eorum ab-
ſolutionibus,& diſpenſationibus obtinēdis, ad Ma
giſtrum Generalem præfati noſtri ordinis, ire tenē
tur,& obligantur iuxta tenorem bullæ,aureæ nūcu
patæ,in qua talis reſtrictio apponitur , idque fratri
bus ipſis magno ſit incommodo,propter varios diſ
curſus,pro quacumque re faciendos,volentes eorū
commoditati,& ſpirituali quieti,in hoc conſulere,
ſupplicationibuſque , in hac parte nobis porrectis
inclinati,vobis,& cuilibet veſtrum, facultatem , &
poteſtatem concedimus,abſoluēdi,& diſpenſandi,
cum fratribus ipſis , ſicut alias ex priuilegio , quod
dicitur mare magnum facere poteratis, antequā ta-
lis bulla,aurea nuncupata,emanaſſet,illa, cæteriſq;
contrariis non obſtantibus quibuſcumque.Dat.Ro
mæ,apud Sāctū Petrum, ſub annulo Piſcatoris,die
XXVIII.Martij 1481.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

*Breue Apoſtolicum ſuper renouatione particulæ bullæ
aureæ,ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrum
totius ordinis Prædicatorum.*

SIxtus Papa Quartus,dilecti fili. Salutē, & Apo-
ſtolicam benedictionē . Expoſuiſti nobis, quod
facultatem abſoluendi omnes,& ſingulas vtriuſq;
ſexus veſtris ordinis perſonas , ab omnibus , præter
quam certis tunc expreſſis caſibus, & ſuper irregu
laritatibus diſpenſandi,tibi,& prioribus prouincia
libus,& conuentualibus,& eorum vicariis,pro tem
pore exiſtentibus , vel ab eis deputandis alias con-
ceſſam,ad te,& vicarios tuos dumtaxat, & ad eos,
quibus tu,illud committendum duceres.reſtrinxi-
mus,prout in ſingulis literis deſuper editis, plenius
continetur : vnde fit , vt difficile admodum exiſtat
pauperibus fratribus tui ordinis præſertim in lon-
ginquis partibus agentibus, pro huiuſmodi abſolu
tione,ad te, & tuos vicarios longe aliquando remo
tos accedere;proindè humiliter ſupplicaſti,vt deſu
per oportune fratribus, & perſonis præfatis , ne ſic
vagari cogantur,prouidere dignaremur.Nos huiuſ
modi ſupplicationibus inclinati, tenore præſentiū,
decernimus,& declaramus,quod tu,& tui ſucceſſo
res,& priores prouinciales , ac eorum vicarij , pro
tempore exiſtentes , & hi , quibus vos committen-
dum hoc duxeritis,eandem abſoluendi ab ipſis ca-
ſibus præfatis,perſonas vtriuſque ſexus veſtri ordi
nis,& ſuper irregularitatibus diſpenſandi,habeatis
facultatem, quam per priores literas huiuſmodi an
tè reſtrictionem habebatis . Priores verò conuen-
tuales illam ſolummodo habere cenſeantur,quam
prius

prius habebant, ex priuilegiis, & literis prædeceſſorum noſtrorum Rom. Pontif. Non obſtantibus literis ſuperioribus reſtrictionis noſtræ huiuſmodi, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 16. Iulij 1481. Pont. noſtri, anno 10.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

Declarat fratres Minores à caſibus prælatis reſeruatis, non poſſe abſolui, ipſorum licentia non petita, inſuper concedit vicarium prouincialem poſſe abſoluere, ſicut poteſt generalis, reuocans reſtrictionem poſitam in bulla aurea.

Dilecto filio vicario generali Vltramontano, ſuper fratres Minores de obſeruantia nuncupatos.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Dilecti fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pro noſtra iu ſacrum ordinem Beati Franciſci, ſub quo, dante Domino, coaluimus, præcipua charitate induſſimus, præſenti anno, dum generale capitulum dicti ordinis Romæ celebraretur, omnibus, & ſingulis perſonis eiuſdem ordinis: quod cõfeſſorem eligere, & à caſibus prælatis eorum reſeruatis abſolui valerent. Quæ quidem res, quoniam, ſicut accepimus, multos ad peccandum, procliuiores reddere, eoſq; à iugo debitæ obedientiæ ſeducere poſſet. Idcirco cupiẽtes deſuper oportunè prouidere, tuiſque etiam in hac parte, ſopplicationibus inclinati, volumus, & tenore præſentium declaramus, quod fratres, tuæ curæ ſubiecti, in caſibus reſeruatis *a* miniſtris, nõ poſſint, niſi de tua, aut vicariorum prouincialium licentia, abſolui, non obſtantibus literis noſtris, ſub quacumque verborum forma eiſdem miniſtris, ac fratribus conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et inſuper ad euitandos diſcurſus fratrum eorundem concedimus, quod vicarij prouinciales poſſint abſoluere *b* omnes fratres à cenſuris, etiam ſententiis eccleſiaſticis, ac etiam cum eis diſpenſare, ſecundũ tenorem conceſſionis fęlicis recordationis, Clemẽtis Papæ, prædeceſſoris noſtri, ac noſtrę additionis, non obſtãte etiam limitatione, ſeu reſtrictione poſtmodum à nobis facta, qua idem, ſolum ad miniſtrũ generalem, & eius vicarios, limitare, & reſtringere diſpoſueramus. Cæterum, quia difficile foret, præſenres literas ad omnes mundi partes, in quibua neceſſariæ ſunt, deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod harum tranſumpto, manu alicuius publici notarij ſubſcripto, & ſigillo officij tui munito, ea prorſus fides adhibeatur, & in omnibus ſtetur, perindè, ac ſi eædem literæ originaliter exhiberentur, & oſtenderentur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die tertia Dec. anno Domi. 1474. Pont. noſtri, anno 9.

a Vide in 20.1.qq.re.q.21.ar.3.& 4.& modo eſt bulla Cle. VIII. ſuper hoc, de qua iter conceſſiones huius Papæ.

b Vide 180.1.qq.re.q.20.art.1.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Minoribus feſtum quinque martyrum ſui ordinis, publice celebrare.

Dilectis filiis vniuerſis fratribus ordinis Minorum commorantibus.

Tom.1.priu.Apoſt.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Dilectis filiis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum alias animo reuolueremus merita Beatorum Bernardi, Petri, Ottonis, Accurſij, & Adiutij qui ex ordine fratrũ Minorum (ſub quo, & nos coaluimus) fuerunt, quique poſt multa, & diuerſa tormenta, ſub Rege Marrochiorum, pro Chriſto mortem ſubierunt, & martyrij coronam glorioſe promerentes, plurimis miraculis, in ipſa morte, & poſt claruerunt. Ex quo incẽſus Beatus Antonius, de Padua, ex ordine canonicorum regulatium, in quo tunc erat, ad ordinem fratrum minorum ſe dicitur tranſtuliſſe, conceſſimus ex auctoritate Apoſtolica, & benignitate, vocis oraculo, vt fratres prædicti ordinis Minorum, poſſent publicè, & ſolenniter celebrare, officio, & miſſis, officium ſanctorum martyrum, pro ſupradictis quinque martyribus. Verum cum frequentes aduerſarius humani generis nitatur, bona, & ſancta opera perturbare, ne iam piã rem, prætextu, quod de huiuſmodi conceſſione noſtra, nihil appareat in ſcriptis, aliquis valeat in poſterum impedire, tenore præſentium, & certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica concedimus, quod prædicti fratres Minores poſſint vbique, ſolenniter. & publice officium martyrum, ex ipſis Bernardo, Petro, & Ottone, Accurſio, & Adiuto, in officio duplici maiori, atque etiam in die ſexta decima Ianuarij, qua die, ab hoc ſeculo, per martyrium receſſerunt, liberè, & cum ſerena conſcientia, dicere, & celebrare. Inhibentes, præfata Apoſtolica auctoritate, ne quis huic noſtrę conceſſioni audeat ſe opponere. Non obſtantibus in contrarium faciẽtibus quibuſcumque. Præterea, quia difficile eſſet, præſens breue, ad omnia loca deferri volumus, vt illius tranſumpto, manu alicuius publici notarij ſubſcripto, & ſigillo dicti ordinis generalis, vel vicarij generalis fratrum de obſeruãtia, munito, ea prorſus vbique fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi idem præſens breue originaliter oſtenderetur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Auguſti, anno Dom. 1481. Pont. noſtri, anno 10. Griffus.

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

Conſtituit, & declarauit, quod votum obedientiæ paupertatis, & caſtitatis, emiſſum in ordine tertio Beati Franciſci, ſit ſolemne.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Chriſti Vicarij præſidẽtis in ſpecula Apoſtolicæ dignitatis prouiſa circunſpectione pertinere dignoſcitur: quarumlibet perſonarum Altiſſimo, ſub regulari habitu, mundanis oblectationibus abiectis, ſedulo famulantium, qualitatis attendere, ſicque ſeruẽter inuigilare profectibus, vt ab eis omnis dubietatis materia, quæ ſalutem animarum, obnubilare videtur, auferatur, & contemplationis ſuauitate quieſcere valeant; ac trãquillum reddere Domino famulatum. Sanè iam dudum accepimus, quod quidam fratres, & ſorores tertij ordinis Beati Franciſci, ex ſpeciali cõceſſione noſtra, & prædeceſſorum noſtrorum, collegialiter viuẽtes, poſt annum probationis, in manibus ſui miniſtri, vel miniſtræ, ab eorum collegio canonice electi, vel electæ, vouent, & promittunt obedientiam, paupertatem, & caſtitatẽ perpetuam ſolẽniter, coram toto ſuo collegio, dubitaturq; à pleriſque, an

L tale

tale votũ ſit ſolemne,& obliget,ſicut tale. Nos igitur,qui ordini prædicto,& in illo,Altiſſimo famulantibus perſonis, vt vota ſua firmiori ſtatu Chriſto cui vouerunt quietius perſoluere valeant,& animarum periculis,quantum poſſumus prouidere,intenſis deſideriis,affectamus,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium,decernimus,& ſtatuimus,votum præfatum,ſic(vt præmittitur) emiſſum, vel quod emittetur in futurum,de cætero habeat vim,& validitudinem voti ſolemnis, ac omnẽ inducat effectũ, quem inducit votum ſolemne,factum cuiuſcumque de religionibus à Sede Apoſtolica probatis: diſtrictè præcipiendo mandantes,omnibus, & ſingulis cuiuſcumque gradus,dignitatis,ordinis, aut conditionis fuerint,ſub quorũ cura,aut iuriſdictione fratres,vel ſorores prædicti degunt,vel morantur, aut degere,aut morari contigerit in futurum:ne de cætero,fratres,vel ſorores prænominatos, præfatum votum,modo prædicto emittentes, matrimonium contrahere de cætero,ſeu ante contractum cõſummare,aut religionem ipſam dimittere, aut ad ſecularem vitam redire permittant.Quodque,ſi ipſi fratres,vel ſorores contrarium fecerint, matrimoniũ huiuſmodi nullum fuiſſe,& eſſe, eadem auctoritate decernãt: ac ipſos fratres,vel ſorores id faciẽtes, excommunicationis ſententiam innodatos fore tãdiu denuncient,donec ad cor reuertentes, habitũ dictæ religionis reaſſumant,& votum,ac profeſſionem ſuam,iuxta ſtatuta,& conſuetudines dicti ordinis,prædicto modo collegialiter viuentes,obſeruent:meruerintque ab huiuſmodi excõmunicationis ſententia à ſuis ſuperioribus abſolutionem obtinere.Non obſtantibus conſtitutionibus fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri,& aliis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis,& conſtitutionis,infringere,vel ei,auſu temerario contraire,&c.Dat.Romæ,apud S.Petrum,anno Incarnationis Dominicæ 1480. Kalen. Decemb.Pont.noſtri,anno 10.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

Reuocat,& annullat omnes cenſuras, & pœnas ſpirituales,contentas in quibuſcumque ſtatutis quacumque auctoritate editis, in ordine fratrum Minorũ, vſque ad ſua tempora decernens,quod deinceps, ex tranſgreſſione illorum,nullus fratrum incurrat aliquam cenſuram, ſiue peccatũ mortale; niſi talis caſus,diuina lege,vel præcepto Romanæ Eccleſiæ,induceret ad mortale,& prælati poſſint pro tranſgreſſione dictorum ſtatutorum infligere alias pœnas corporales,vel commutare in comminatorias.

Vide in to. 1.qq.regu. q.11.ar.8.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Circunſpecta Apoſtolicæ Sedis benignitas,ſalutis operibus ſemper intenta,ad ea præcipue,ſuæ ſolicitudinis ſtudium cõuertit, per quæ Chriſti fideles ſinguli præſertim, ſub ſuam religionis iugo Altiſſimo famulantes,ſemotis ſcrupulis vniuerſis,in pacis tranquillitate, & conſcientiæ puritate,illi,cui ſe ſponte deuouerunt,vota ſua exoluere valeant,cenſuras,& pœnas aliquando reuocando,interdum verò limitando, prout cõſpicit in Domino ſalubriter expedire.Sanè pro parte dictorum filiorum Miniſtri generalis,& vniuerſorum fratrum ordinis fratrum minorum,nobis nuper exhibita petitio,continebat, quod licet multis fratribus eiuſdem ordinis,ſatis durum, & difficile ſit,regulam B.Franciſci tenere,ac ad ſuarum ſalutem animarum, ſufficere videatur regulam ipſam laudabiliter obſeruare:nihilominus,quia nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri,& alij, ac etiam generalis,& fratres ipſius ordinis,feruore deuotionis accenſi,vltra dictam regulam,nonnulla ſtatura,& ordinationes ſuæ cõſtitutionis fecerint, per quæ aliqua eiſdem fratribus prohibentur, vtpote comedere carnes in Natiuitatis,Reſurrectionis,& Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Pentecoſtes,ac Beatorum Petri,& Paulj Apoſtolorum,cæteriſque aliis feſtiuitatibus,& diebus;quædam verò alia,ipſis præcipiuntur fieri, ſub excommunicationis pœna,vel aliis cenſuris eccleſiaſticis,ſeu aliis pęnis, quas contrafacientes ipſo facto incurrunt,multi propterea dicti ordinis fratres, contra faciendo cenſuris, & pœnis taliter latis, ſæpenumero inuoluuntur,& illaqueantur: vnde ſtatuta,& ordinationes prædicta,potius ad animarum ſuarum diſpendium,quàm ſalutem ædificare videntur. Verũ,ſi cẽſuræ,& pœnæ prædictæ in contrafacientes, vt præfertur,ipſo facto latę,in comminatorias,& infligendas,& temporales pęnas mutarentur,profecto ſaluti plurimorum opportune conſuleretur. Quare,pro parte Miniſtri,& fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt ipſis in præmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui fidelium animarum diſpẽdiis libentes obuiamus,eorumque ſalutem ſinceris deſideriis exoptamus,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus,atque decernimus,quod miniſtri, cuſtodes,guardiani,& fratres dicti ordinis,præſentes,& qui pro tempore fuerint,ex ſtatutis,ſeu conſuetudinibus, vel declarationibus dicti ordinis, præter regulam quomodolibe,& à quibuſcumque editis, etiam confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,illis contra faciendo nulla eccleſiaſtica cenſura,nulloque mortalis peccati vinculo ligari valeant,nec cenſuras, nec pœnas, ſeu mortale peccatum huiuſmodi incurrant:niſi tales eſſent caſus,vel exceſſus,qui diuina lege,ſeu præcepto Romanæ Eccleſiæ,merito inducerent ad mortale,cenſura,& pęnas taliter latas, harum ſerie reuocantes, & annullantes,illaſque ad vim comminationis pęnarum comminatoriarum,& ferendarum, ſeu corporales,& temporales pęnas prædictas per generalem miniſtrum,cuſtodes,guardianos,& alios prælatos ipſius ordinis,ferendas,& infligendas reducentes: Quodque miniſtri,cuſtodes,guardiani, & alij ipſius ordinis prælati prædicti,temporales,ſeu alias pœnas pro non obſeruatione dictorum ſtatutorum ſecundum qualitatem perſonarum,locorum, & tẽporum,& alias,prout videbitur ſaluti animarũ fratrum eorundem in Domino expedire,ferre,& promulgare,ac delinquentes ab illis,abſoluere valeãt. Non obſtantibus ſtatutis,ordinationibus,& declarationibus præmiſſis:qoibus quoad hoc,expreſſe derogamus,ac conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,necnon aliis ſtatutis,& conſuetudinibus dicti ordinis,etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis alia firmitate roboratis, contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat,&c. Datum Romæ,apud S.Petrum,anno Incarnationis Dominicæ 1480.Kalen.Decemb.Pont. noſtri,anno 10.

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Concedit licentiam fratribus Minoribus, loca eis minus commoda deſerendi.

Di-

Digitized by Google

Dilecto filio vicario generali fratrum Minorũ regularis obſeruantiæ Vltramontano.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Vide in to. 1.99.10.q. 33.Ar.6.

Dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Feciſti nobis humiliter ſupplicari, quod, pro tua, ac fratrum tuæ curæ cõ
1 miſſorum, quiete, & conſolatione, dignaremur concedere, vt loca, quæ regulari obſeruantiæ minus commoda ſunt, vel inopia incolarum debitè reparari non poſſunt, aut alias dictis fratribus oneroſa noſcuntur, licet, ob deuotionem populorum, vel principum contemplatione, cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ recepta fuerint, in manibus ordinariorum locorum dimittere, libere, & licitè valeres. Nos itaq; Toti deſideriis regularis obſeruãtiæ profectum affectantes: deuotis huiuſmodi ſupplicationibus paternè in Domino annuentes: deuotioni tuæ præſentium tenore, licentiam, & facultatem omnimodam damus, concedimus, & impartimur, ea loca, quæ fratribus tuæ curæ commiſſis minus commoda eſſe cognoueris, vel alias oneroſa in omnibus prouinciis vicariatus tui, in manibus ordinariorum locorum, liberè dimittendi, & illa licitè deſerendi, prout tibi viſum fuerit expedire: Super quibus, tuam conſcientiam oneramus: conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, prohibente loca ſemel recepta non deſeri, & aliis Apoſtolicis conſtitutionibus, dictique ordinis ſtatutis, & conſuetudinibos, etiam iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, cæteriſque forte contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 21. Martij, anno Incar. Dom. 1482. Pont. noſtri, anno 11.

Bulla XXVIII.

SVMMARIVM.

Ad Capitulum Generale ſcribit, ſe Sanctum Bonauenturam canonizaſſe.

Dilectis filiis Capitulo Generali fratrum Minorum, proximo feſto Pentecoſtes Brixiæ celebrato.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Cum officio Doctoris celebratur ab eccleſia, vt habes inter bullas Sixti V.

Dilecti fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Diuina diſpoſitione factum eſt, vt canonizatio Domini Bonauenturæ, in noſtrum potiſſimum tẽpus inciderit, qui in eodem, quo ipſe ordine, coaluimus, & eius ſemper ſcripta venerati ſumus, diemque feſtum ſolemnem ipſi ſancto, iuxta ſacrorum canonum ſanctiones, ſtatuimus. Qua in re, nec gratiæ, nec fauori tribuendum aliquid fuit; Tam claræ enim ſanctimoniæ, vita illius comperta eſt; tam dilucide, plurimis, maximiſque miraculis fides facta, vt omnium venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & aliorum prælatorum, quorũ magnus numerus in Romana curia eſt: pro eius canonizatione certatim vota concurrerint: hoc, vt ita conſtare, & agi poſſet, cura, & diligentia venerabilis fratris, & ſecundum carnẽ nepotis noſtri Iuliani, Epiſcopi Sabinenſis, Cardinalis Petri ad vincula protectoris, & dilecti filij, fratris Franciſci Sãſonis de Senis, generalis miniſtri ordinis veſtri, eſt factũ, Qui pluribus iam annis, cauſam huiuſmodi canonizationis, ſummo ſtudio proſecuti ſunt, nec vllis laboribus, aut ſumptibus pepercerunt: vt tandem debitum ſanctitatis teſtimoniũ, ipſi ſancto, qui ordini veſtro maximum decus afferr, ab eccleſia redderetur. Agimus igitur Deo Omnipotenti gratias, & vobis, dilectiſſimi filij, gratulamur, paterna charitate hortantes, vt exemplo huius Glorioſiſſimi Sãcti, & Beatiſſimi Franciſci Patris veſtri, diuino ſeruitio, & ſanctis operibus, in dies feruentius inſiſtatis, quãdo quidem percipitis virtuti, doctrinæ, religioni, & ſanctimoniæ, magnam mercedẽ à iuſto iudice Deo, & Saluatore noſtro, in terris, & in cęlo, eſſe repoſitam. Dies autem eius feſti, eſt ſecunda Dominica Iulij, quocumque die occurret. Quam ſub feſto duplici, etiam maiori, & cũ octauis, quemadmodum de Beato Franciſco, & reliquis ſanctis ordinis veſtri celebratis. In commemorationibus verò, & lætaniis poſt nomen Sancti Antonij de Padua, & Beati Ludouici, Sancti Bonauenturæ nomen inuocabitis. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Aprilis 1482.

Bulla XXIX.

SVMMARIVM.

Reuocat licentiam conceſſam viſitatori, recipiendi fratres ſine Prælatorum ſuorum conſenſu, pro regimine monialium.

Dilecto filio vicario Generali ordinis Minorũ regularis obſeruantię Vltramontanorum.

SIXTVS PAPA QVARTVS.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cupientes quidem dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſas, & ſorores ordinis Sanctæ Claræ reformationis quõdam collectæ ſororis einſdẽ ordinis, in ſeruitio Dei, Apoſtolicis præſidiis confouere, vt viſitatores earum, auctoritate Apoſtolica deputati: quoſcũq; fratres ordinis Minorũ, tam ſub immediata obedientia Generalis miniſtri eiuſdem ordinis, quã & vicariorũ generalium, ſub regulari obſeruantia degẽtium ad obſequium dictarum ſororum, circa ſpiritualia (de licentia tamen ſuorum ſuperiorum ſaltem petita licet non obtenta) deputare, & ſeruitio ſuo dedicare, fratreſque ipſi prędicti, ad ſeruitium ipſum, abſque cuiuſque impedimento tranſire, & in illo manere poſſent, per alias noſtras literas in forma breuis, cõceſſimus. Cum autẽ, ſicut nuper accepimus plures fratres tibi ſubditi, prætextu conceſſionis huiuſmodi à bono obedientiæ, & maiorum correctione, deuiauerint hactenus, & in futurum deuiaturos meritò ſuſpicetur, & tua religio propterea non modicũ perturbetur. Hinc eſt, quod nos, qui nunquã mente geſſimus, per literas noſtras prędictas alicui dare materiam malignandi, aut quod perſonæ, quæ ſub religionis habitu, vacare deberẽt ſtudio bonæ vitę, à bono obedientiæ, & à perſeuerantia diuini ſeruitij vllatenus retraherẽtur: in præmiſſis prout ex debito tenẽtur paſtoralis officij, ſalubriter prouidere cupiẽtes: auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, volumus, & etiam ordinamus, quod omnes fratres tuæ curæ commmiſſi, qui hactenus, abſque tua licẽtia, ex familia tua receſſerint, proinde tibi, & correctioni tuæ, in omnibus, & per omnia ſint ſubiecti, ac ſi breue noſtrum prędictum nullatenus emanaſſet: quod etiã penitus, ſpecifice, & expreſſe, quoad tuos

reuocamus,& etiã annullamus; declarãtes ex nunc, omnes,& ſingulos fratres tuæ curę commiſſos, quiſque abſque tua licentia, aut ſui prouincialis vicarij, ex familia tua, contra tenorem literarum prædictarum hactenus receſſerint, eo ipſo maioris excõmunicationis ſententiam incurriſſe, ac vt tales ab omnibus Chriſti fidelibus arctius euitari debere. Deuotioni tuæ, illos, ac eorum receptores, tã præmiſſam excõmonicationis ſententiam, quam alias cenſuras,& pęnas, contra receptores fratrum tuæ familiæ, per fœ. re. Paulum Secundum prædeceſſorẽ noſtrum,& nos inflictas, incidiſſe, publicandi, & alia damna circa eos faciendi, quæ ad officium tuũ pertinent, plenam,& liberam facultatem concedentes præmiſſis literis, quarum tenorem hic haberi volumus, pro expreſſo, cæteriſque in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die tertio Decemb. anno Incar. Dom. 1481 Pont. noſtri, anno Vndecimo. Griffus.

Bulla XXX.

S V M M A R I V M.

Concedit fratribus ordinis Minorum, confiteri poſſe, etiam ſecularibus, cum fuerint extra conuentum.

Dilectis filiis, Vicario, ac Prælatis conuentuum ac monaſteriorum reformatorum,& reformãdorum, congregationis prouinciæ Caſtellæ, & Legionis, Sixtus Papa Quartus, ordinis Minorum.

Dilecti filij Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Supplicari nobis humiliter feciſtis, vt cum in conſtitutionibus, & priuilegiis veſtri ordinis, expreſſe caueatur, nè fratres ordinis eiuſdem, præterquam ſuis prælatis, & de eorum licentia, fratribus dicti ordinis confiteantur, dignaremur concedere vt aliquando alterius ordinis ſacerdotibus, maximè neceſſitate exigente, poſſint confiteri. Nos vt cũ maiori animi quiete, & conſcientiæ pace, fratres vobis ſubditi Altiſſimo famulari poſſint, huiuſmodi ſupplicationibus inclinari, vt fratres veſtri, vel aliorum prælatorum, & ſuorum, qui pro tempore erunt, licentia, ſolummodo tamen cum itinerauerint, vel fuerint extra conuentus eorum, prout eis conceditis, confiteri poſſint,& vos, quomodocumque ſacerdotibus cuiuſcomque ſecularis, ſeu regularis ordinis, confiteri valeatis, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica, cõcedimus,& indulgemus. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die ſecunda Auguſti, anno 1479. Pontificatus, noſtri, anno nono.

Vide in ro. 1.99. regu. q.62. ar.1.

Bulla XXXI.

S V M M A R I V M.

Determinat, quod fratres, & ſorores tertii ordinis, gaudent priuilegiis, & immunitatibus Eccleſiaſticis, tam fori, quam perſonæ, & rerum, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, dans eis conſeruatores, & defenſores contra quoſdam eorum perſecutores, & moleſtatores in Italia.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad futurã rei memoriam. Sacroſancta Romana Eccleſia, ſub religionis habitu Domino famulantes, ex aſſuetæ pietatis officio propenſius diligere cõſueuit, ne indebitis agitentur moleſtiis, tanquam pia mater opportunis fauoribus confouere. Sanè pro parte dilectorum filiorum, vniuerſorum fratrum,& dilectarum in Chriſto filiarum, vniuerſarum ſororũ tertij ordinis Beati Franciſci de pęnitentia nuncupati, per Italiam conſiſtentium, nobis nuper, exhibita petitio continebat, quod licet plures Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa, & plura, pro immunitatibus eorum conceſſerint priuilegia, & plures ſolemniſſimi vtriuſque iuris doctores teneant, quod ipſi fratres, & ſorores debeãt gaudere libertate,& immunitate eccleſiaſtica, vt perſonæ religioſæ: nihilominus communitates ciuitatum, poteſtates, aliique officiales ſeculares locorum Italiæ, non ceſſant in dies noua eis, tam in rebus, quàm in perſonis inducere grauamina, libertati Eccleſiaſticæ contraria. Quare pro parte eorundem fratrum, & ſororum, nobis fuit ſupplicatum humiliter, vt eiſdem communitatibus, poteſtatibus,& officialibus, ne huiuſmodi grauamina inferant, inhibere, aliaſq; eis ſuper hoc oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, communitatibus, poteſtatibus,& officialibus præfatis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, eo ipſo per poteſtates,& officiales ipſos, ac ſingulares perſonas earundem cõmunitatum, ſi contra fecerint, incurrenda, ne eiſdẽ fratribus,& ſororibus, grauamina aliqua libertati Eccleſiæ contraria, inducere, aut ipſos fratres,& ſorores, quo minus gaudeant priuilegiis,& immunitatibus tã fori, quã perſonæ,& rerũ, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, quomodolibet impedire præſumãt, Apoſtolica auctoritate, tenore pſentiũ inhibemus. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis,& aliis locorũ Ordinariis, ac quibuſcumq; perſonis, in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutis, necnõ Patriarchaliũ, Metropolitanarũ,& aliarũ Cathedraliũ Eccleſiarum, Canonicis pro tempore exiſtentibus, in ciuitatibus, & locis prædictis & cuilibet eorum, qui deſuper fuerint requiſiti ab aliquo fratrum, ſeu ſororum prædictorũ, per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus præmiſſa, vbi,& quando eis expedire videbitur, ſolemniter publicantes, non permittant eoſdem fratres, & ſorores, contra inhibitionis noſtræ huiuſmodi tenorem, per quoſcumq; quauis auctoritate, indebitè moleſtari,& eos, quos propterea huiuſmodi excõicationis ſententiã, eis conſtiterit incurriſſe, excõmunicatos nunrient, facianteq; ab aliis nuntiari, ac ab omnibus arctius euitari, donec ab huiuſmodi indebitis moleſtiis per eos dictis fratribus,& ſororibus, illatis, cum effectu deſtiterint, cõtradictores per cẽſuram Eccleſiaſticã, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo. Non obſtantibus cõſtitutionibus,& ordinationibus, necnon municipalibus ſtatutis, iuramẽto, conſuetudine, conſtitutione, ſeu cõfirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate vallatis, contrariis quibuſcumque, ſeu aliquibus cõiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultũ exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, ac expreſſam, & de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas, ad ſingula loca, in quibus fratres,& ſorores prędicti illis indigerent, deferre: volumus,& præfata auctoritate decernimus, quod earum trãſumpto, mano notarij publici, ac curiæ cauſarũ cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munito, ea prorſus in iudicio, vel extra, vbicũq; exhibitum, vel oſtenſum fuerit, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ inhibitionis, mandari, voluntatis,& cõſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ Omnipotentis Dei,& Beatorum, Petri,& Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ,

Vide in ro. 1.99. regu. q.73. ar.1.

Digitized by Google

mæ,apud S.Petrum,anno Incar.Do.1473.XII.Kal. Decemb.Pont.noſtri,anno 3.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla XXXII.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus prædicatoribus plenariam omniũ peccatorum ſuorum remiſſionem, in feſto Sancti Dominici,quolibet anno,& in articulo mortis.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.Iniunctum nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officium, a tunc digne peragere credimus, dum Chriſti fidelium ſalutem animarũ procuramus.Hinc eſt,quod nos cupientes,quod vniuerſi.& ſinguli vtriuſq; ſexus fratrum prædicatorum de obſeruantia,ac tertij ſancti Dominici de pœnitentia nuncupatorum ordinum, fratres, & ſorores,ad quos,ſicut accepimus, chariſſimus in Chriſto filius Ferdinandus,& chariſſima in Chriſto filia noſtra Eliſabeth,Caſtellæ,& Legionis Rex, & Regina illuſtris, ſingularem gerũt deuotionis affectũ; Altiſſimo quietius poſſint,in humilitatis officio reddere famulatum,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentiũ,& perpetuò ſtatuimus,& ordinamus, quod omnes, & ſinguli vtriuſque ſexus dictorum ordinum fratres, & ſorores, reformati nuncupari; qui ſub obedientia vicarij generalis dicti ordinis prædicatorum reformatorum nuncupatorum, in Caſtellæ,& Legionis Regnis,exiſtunt, & in futurum exiſtent, vere pœnitentes,& confeſſi, anno quolibet in feſto eiſdem Sancti Dominici, & ſemel in mortis articulo,omnium peccatorum ſuorum plenariam indulgentiam,ac omnes indulgentias & peccatorũ remiſſiones,quas certis anni temporibus, nõnullas almæ vrbis noſtræ eccleſias, ſtationes nuncupatas, viſitantes conſequuntur,ordinis fratrum Minorum profeſſoribus, per ſedem Apoſtolicam conceſſas perpetuo conſequantur.Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat,&c. Dat.Romæ,apud S.Petrum,anno Incar. Do.1478. 3.Kal.Iunij, Pont.noſtri,an.7.

a Hodie per elicationẽ indulgẽtia plenaria cõceditur in hoc feſto, q. uo habes 3. 10.2.57.ro. q.87.ar.5. iunctis hic quæ habentur in ro.1. 57.ro.q.11. art.1.

Maremagnum fratrum ordinis Prædicatorum à Sixto quarto compilatum.

Bulla XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quod Magiſter ordinis, ſtatim, poſtquam electus fuerit,plenè exerceat officium magiſterii.*
2 *Quod Magiſter ordinis Prædicatorum à Definitoribus capituli generalis,amoueri poſſit.*
3 *Quod fratres deputati in Lectores,poſſint libere legere in domibus,niſi vbi fuerit ſtudium generale.*
4 *Quod circa inſtituta,nullum præiudicium fratribus eueniat à diœceſanis.*
5 *De prouiſione Prioris conuentus, vel Prouincialis, quando electio electi,ex aliqua cauſa contingit nõ confirmari.*
6 *Quod non coarctantur fratres electores Prouincialiũ,& Generalis,regulis iuris,in tẽpore electionis.*
7 *Quod poſſint fratres ordines recipere per quoſcumque Epiſcopos,abſque examinatione,& promiſſione aliqua.*
8 *Quod poſſint habere in oratoriis ſuis altare portatile.*
9 *De celebratione Diuinorum,& adminiſtratione ſacramentorum,tempore generalis interdicti.*
10 *De familiaribus circa ſepulturam, & ſacramentorum adminiſtrationem.*
11 *Quod pueri,& negotiorum procuratores poſſint audire diuina,tempore interdicti.*
12 *Quod inter excommunicatos poſſint fratres morari,& ab excommunicatis neceſſaria recipere.*
13 *De auctoritate prælatorum circa abſolutionem, & diſpenſationem fratrum.*
14 *De auctoritate Confeſſorum fratrum circa abſolutionem,& diſpenſationem prælatorum.*
15 *De auctoritate circa abſolutionem,& diſpenſationem volentium ordinem intrare.*
16 *Quod cauendum eſſe ſcandalum prælatorum eccleſiarum prædictis.*
17 *Quod non poſſunt cogi fratres,ad comparendum coram aliquo,neque conueniri, nec ad colligẽdas pecunias,& ad alia pleraque, etiam per literas Apoſtolicas,non facientes mentionem de hoc indulto,& ordine.*
18 *De fratribus prouiſis,vel prouidendis,prælatis, & aliis in ſocios.*
19 *De fratribus deputatis ad prædicandum Cruciatã, vel inquirendum de hæretica prauitate.*
20 *De fratribus egreſſis ab ordine, poſt profeſſionem, & de retinentibus eos ſine licentia.*
21 *De fratribus habentibus licentiam tranſeundi ad alios ordines, ſi intra duos, vel tres menſes non tranſierint, & habitum ſumerent,ſed ante profeſſionem reſilierint,vel poſt profeſſionem,ad laicorem,vel ſæculum reuerſi fuerint.*
22 *De apoſtatis incarcerandis.*
23 *Quod eiecti,vel egreſſi ab ordine, non poſſint prædicare,docere,nec confeſſiones audire.*
24 *Quod non liceat ferre habitum prædicatorum, aut ei ſimilem,ita vt frater prædicator credi poſſit.*
25 *De decimis non ſoluendis,de hortis & virgultis.*
26 *Quod bona reſtituenda in certis perſonis ab ingredientibus ordinem,liceat magiſtro priori & vicario in pios vſus conuertere.*
27 *De libertate ſepulturæ, & celebratione in Eccleſia fratrum.*
28 *Quod non ſit licitum fratribus confiteri peccata,niſi prælatis,vel deputatis à prælatis.*
29 *De libertate,& exemptione fratrum à prælatis Eccleſiæ.*
30 *Quod non prohibeãtur fratres accedere ad loca,& ibi ædificare.*
31 *Exemptio à ſolutione canonicæ portionis,quaſi totalis,quia exceptis funeralibus,omnia eximuntur.*
32 *Quod materiam ædificiorum,& ſupellectilia omnia,ſecũ transferre fratribus licet,cum ad alia loca ſe transferunt,& ædificia cum ſolo, præter Eccleſiam vendere.*
33 *Inhibetur Eccleſiarum prælatis,& aliis, talia ſibi vendicare.*
34 *Quod non teneantur fratres ad ſolutionem quarumcumque exactionum,& prætextu literarum Apoſtolicarum, niſi de indulto, & ordine fecerint mentionem.*
35 *Quod ratione delicti,contractus,ſeu rei, de qua agitur,non poſſint fratres coram ordinariis cõueniri.*
36 *Declaratio huius clauſulæ,ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarũ à quibus corpora aſſumuntur,proponitur.*
37 *Confirmatio,& de nouo cõceſſio omniũ prædictorũ.*
38 *De extenſione conceſſionis altaris portatilis,ad loca congruentia,& honeſta.*
39 *Licet admittere ad diuina,tempore interdicti, fratres,& ſorores tertij ordinis.*
40 *Declaratio caſuum,propter quos ſunt fratres meritò ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi.*
41 *De patientibus defectum natalium, & irregularibus diſpenſandis.*
42 *De expoſitione huius clauſulæ,ſalua tamen iuſtitia*

parochialis Eccleſia, & de libertate ſepulturæ.

43 *De calendis, quæ ad manus dantur.*

44 *Quod per literas Apoſtolicas non eſt detrahenda decima à pijs legatis, & relictis ipſis fratribus.*

45 *Quod nulla ratione locorum ordinarij aliquã iuriſdictionem, vel ſuperioritatem, ſibi vendicent, etiã eorum exemptione non aliter allegata.*

46 *Quod poſſint fratres ſacramenta Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis ſibi confitentibus, miniſtrare, Eccleſiarum rectoribus negantibus, vel malitioſe differentibus.*

47 *De bonis monaſteriorum monialium deſtructorum.*

48 *De eligentibus ſepeliri cum habitu ordinis.*

49 *Exemptio capellani, & Eccleſiarum curatarum, apud quas conſtruuntur domus fratrum.*

50 *De extenſione facultatis ad inquiſitores hæreticæ prauitatis, contra aſſerentes, confeſſos fratribus, ad confeſſionem rectoribus Eccleſiarum faciendam, teneri.*

51 *De communicatione priuilegiorum inter Prædicatores, & Minores.*

52 *Pœna, quas incurrunt moleſtatores fratrum.*

53 *Authoritas conſeruatorum, & ipſi conſeruatores ordinis, ad prædicta, & ad alia quæcumque.*

54 *Ponuntur non obſtantia multa.*

55 *Facultas tranſumendi has literas, proponitur.*

IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, præſentes literas, ſiue præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, viſuri, lecturi, pariter & audituri, quod Nos Ioannes de Cæſarinis vtriuſque iuris Doctor Baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe, ac Piſan. Eccleſię Canonicus. Domini noſtri Papæ capellanus, ipſiuſque, ac eius Camerarij, necnon curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, Generalis auditor, nuper ad venerabilis, & religioſi viri, magiſtri Baroabæ de Neapoli, ordinis fratrũ Prædicatorum Beati Dominici, ſacræ paginæ profeſſoris, ac totius ordinis Prædicatorum prædicti, in Romana Curia procuratoris Generalis, inſtantiam, & requiſitionem, omnes & ſingulos, ſua quomodolibet intereſſe putantes, ad videndum, & audiendum literas Apoſtolicas ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ IIII. infra ſcripta tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, mãdari, noſtramque ordinatiam, & dictæ Curię authoritatem, vt moris eſt, interponi, pariter & decretũ, per audientiam publicam literarum, & contradictarum præfati Domini noſtri Papæ, peremptorie citari fecimus, & mandauimus ad peremptorium terminum infra ſcriptum, Quo adueniente comparuit legitime coram nobis, ſupradictus commiſſarius, & literas Apoſtolicas huiuſmodi dicti Domini noſtri Papæ, vera bulla plumbea, cum filis ſericis, rubei, croceique colorum, impen. bullatas, ſanas, & integras, per eum coram nobis præſentatas, trãſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi mandati, per nos inſtanter poſtulauit. Quarũ quidem literarum Apoſtolicarum tenor, de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis,

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini vniuerſali meritis, licet inſufficientibus Domino pręſidentes, curis vrgemur aſſiduis, vt iuxta credita nobis deſuper diſpenſationis officiũ, quieti ſubditorum quorũlibet, præſerim ſub religionis Prædicatorum habitu, ſtudio vacantium piæ vitæ, in quorum vtique proſperitate reficimur, iugi, quantũ nobis ex alto conceditur, ſolicitudinis ſtudio intendamus, & vt ea, quæ pro diuini cultus dictæ religionis incremento, animarumq; ſalute à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, prouide facta ſunt, ſublatis ambiguitatibus, quæ exinde emerſiſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, noſtri miniſterij partes interponimus efficaces. Dudũ ſi quidem à fœ. re. Eugenio Papa Quarto prædeceſſore noſtro, emanauerunt literæ tenoris ſequentis.

EVgenius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuã rei memoriã. Romanus Põtifex, in quo poteſtatis plenitudo cõſiſtit, ad ſtatũ Eccleſiaſticarũ perſonarũ ſuarum præſertim mũdanis abiectis illecebris, ſub ſacro religionis iugo, Altiſſimo vota reddẽtium, & circa fidelium animarum ſalutẽ, nec non hæreticorum, & aliorum infidelium quorumlibet debitam conuerſionem, prædicationibus, & doctrina continuè laborantium, libenter intendẽs, nonnũquam per ſuos prædeceſſores, in earum fauorem, geſtat, innouat, & approbat, & confirmat, prout illud conſpicit in Dño ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos dilecti filij Bartholomæi, ordinis fratrũ Prædicatorum, ac Theologię profeſſoris, necnõ Generalis totius ordinis huiuſmodi magiſtri, deuotis, in hac parte, ſupplicationibus inclinati, quaſdã fœ. re. Gregorij Vndecimi, ad inſtar nonnullorum Romanorum Pontificũ prædeceſſorum ſuorum, dilectis filiis, magiſtro, prioribus, & fratribus vniuerſis, eiuſdem ordinis, per eum conceſſas; necnõ alias Martini Quinti prædeceſſorum noſtrorum, & conceſſas huiuſmodi confirmatorias literas, quas diligenter inſpici, & examinari, quarumque tenorem, de verbo ad verbum, præſentibus inſeri fecimus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia, innouamus, & confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor vero ſingularum prædictarum literarum, talis eſt.

MArtinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, magiſtro, prioribus, & fratribus vniuerſis Ordinis prædicatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex Apoſtolicæ ſedis prouiſione, ac perſonarum Deo deuotarum, præſertim ſub regulari obſeruãtia, & in fauorem fidei Catholicæ, Domino famulantium, ſtudio piæ vitæ, deuotione prouenire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex, quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum, geſta innouet, & innouatione reſtauret, & authoritate fulciat innouata. Hinc eſt, quod nos, de veſtris deuotis, in hac parte, ſupplicationibus inclinati, quaſdam literas fœlicis recordationis, Gregorij Papæ XI. prædeceſſoris noſtri, ad inſtar nonnullorum Pontificum aliorum prædeceſſorum noſtrorum, vobis, & ordini veſtro cõceſſas, quas diligenter inſpici, & examinari, quarumque tenorem de verbo ad verbum, præſentibus inſeri fecimus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, ex certa noſtra ſcientia, innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor verò dictarum literarum talis eſt.

GRegorius Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filiis, magiſtro, prioribus, & fratribus vniuerſis, ordinis Prædicatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Virtute conſpicuos ſacri veſtri ordinis profeſſores, qui contemplationi cœleſtium feruenter inuigilant, & piæ vitæ ſtudio, ſine intermiſſione deſudant, decet per Apoſtolicæ circunſpectionis auxilium, ſic prouidè, ac ſolicitè confoueri, vt alicuius prætextu calumnię, nullum internæ pacis excidium, nullumque religioſi ſtatus, perferant detrimentum, ſed in his, robur, & vigorem habeant, per quæ circa cultum diuini nominis, deuotis, & quietis mentibus inualeſcant. Hinc eſt, quod cũ, ſicut à nobis exponere curauiſtis. Tu fili Generalis magiſter, & prædeceſſores tui, iuxta eiuſdem ordinis cõſuetudinem obſeruatam hactenus, ac à ſede Apoſtolica toleratam, ſtatim, poſtquã, qui electi, ſecundum prædicti cõſtitutiones ordinis extitiſtis fratrum curam geſſeritis, magiſterij officiũ

plenè,

plenè, ac liberè in omnibus exercentes, iidemq́ue
fratres, vobis deuotè, ac humiliter obedierint, &
intenderint reuerenter, ac in eodem ordine ſit ſta-
tutum, vt magiſter ipſius, qui pro tempore fuerit à
2 magiſterij officio amoueri valeat, à definitoribus
capituli generalis. Nos volentes ambiguitatis ſcru
pulum, de hac parte, de veſtris cordibus amputare,
ac ordinem ipſum præfatæ, ſed immediatè ſubie-
ctũ, à ſede Apoſtolica approbatum, eadem honeſta
te floridum, præclarum ſcientia, & virtute ſecun-
dũ, priuilegio Apoſtolicæ gratiæ, attollere ſingula-
ri, veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni ve-
ſtræ, ad inſtar fœ. re. Bonifacij VIII. & Benedicti
XI. Romanorum Pontificum prædeceſſorũ noſtro
rũ, vt ſucceſſores tui filij magiſter, qui erunt pro tẽ
pore, ſtatim, poſtquam electi, ſecundum conſtitutio
nes fuerint ſupradictas, eo ipſo veri eiuſdẽ ordinis
magiſtri effecti, *a* curã animarum fratrum ipſius or *a Vide ĩ 2. 10.qq.10.q. 12. arti. 2. & 3.*
dinis plenè habeant, & liberè gerãt: ipſoſq; fratres,
authoritate propria ligare, ac ſoluere, necnon in eo
dem ordine, agere valeant, quæ ipſi, & præfati ordi
nis diffinitores, iuxta prædictas cõſtitutiones, eidẽ
ordini, & fratribus, ſecundum Deũ, viderint expe-
dire: aliaſq; poſſint officium magiſterij, in omnibus
exercere, iidemq́ue fratres, tibi magiſtro, & ſucceſ
ſoribus tuis, deuotè, & humiliter obediant, & inten
3 dant. Et præfati ſucceſſores, & tu magiſter à defini
toribus capituli generalis, ordinis ipſius, ſecundum
ordinis conſtitutiones eiuſdem, abſoluere, & amo-
uere poſſitis, authoritate Apoſtolica indulgemus.
rati habentes, & firmum quidquid ſuper præmiſ-
ſis, per te, magiſter, dictoſque prædeceſſoras, factũ,
& obſeruatum eſt hactenus, conceſſa tibi exequen
di magiſterij officiũ quo ad præmiſſa omnia, & a-
lia, libera facultate. Fratres verò de ordine veſtro,
quos ſecundũ cõſtitutiones ipſius ordinis, conuenti
4 bus veſtris deputandos, in lectores, *b* ſine alterius
cuiuſcũq; licentia, liberè in domibus prædicti ordi *b De lectoribus, vide in 10.2.qq. 10.q.130.*
nis, legere, & docere valeant, in Theologica facul
tate, illis locis exceptis, in quibus viget ſtudiũ gene
rale, ac etiã, quilibet in facultate ipſa docturus, vt
5 magiſter incipere ſolẽniter cõſueuit. Et licet Epiſco
pis, & Diœceſanis debitam, & deuotam obedientiã
impendamus, nolumus tamen, quod circa inſtituta, &
præcipuè ſuper inſtitutione, & ſubſtitutione priorũ
eiuſdem ordinis, ex hoc præiudiciũ aliquod incur-
6 ratis. Quando verò in aliquo capitulo, vel conuẽtu
veſtri ordinis, de Prouinciale, vel conuentuali prio
ri, occurrit electio facienda: ſi ex aliqua cauſa, factã
electionem à fratribus eiuſdẽ ordinis, quorũ inter-
eſt, non contingat forſitan confirmari: ſuperior, ad
quẽ confirmatio electionis huiuſmodi pertinet, ali-
quem de illis fratribus, quos ipſi electores, vel ma-
ior pars eorũ, per literas ſuas, ab eo petierint, quã ad
ipſum pro electi confirmatione, tranſmittunt eis, de
7 noſtra licentia, concedere valeat in priorem. In ele-
ctionibus quoque eorumdem magiſtri, & priorum
prouincialium ipſius ordinis, fratribus, qui debent
electionẽ huiuſmodi celebrare, cum eos frequẽter
de remotis partibus oporteat conuenire, tempus ſu
per hoc ſtatutum à iure, non currat, nec ipſi in hac
parte iuris regulis coarctentur. Et quia eiuſdem or
8 dinis fratres, de locis ad loca ipſius ordinis ſæpius
tranſmittũtur, propter quod, ſtabilem, & perpetuã,
in certis, & determinatis, eiuſdem ordinis fratres,
domibus non faciunt mãſionem, quia etiam bonos,
& idoneos, ac probatos à vobis fratres, facitis ad or
dines promoueri, liceat vobis ordinãdos fratres e-
iuſdẽ ordinis, quibuſcumq; maluerititis Catholicis
Pontificibus, communionem, & gratiã ſedis Apo-
ſtolicæ habentibus, præſentare, ipſiſq; Pontificibus
præſentatos à vobis fratres, ſine qualibet examina-
tione, *c* per eoſdẽ Põtifices facienda, & abſq; omni *c Hec corre*

Tom. 1. priu. Apoſt.

promiſſione, vel obligatione ipſorum ordinãdorũ *Hũ eſt per Con. Trid. prout habes in 10.1 qq. regu. q.18. ar.6.*
fratrum, ad ordines promoueri. In locis autẽ, in qui
bus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus
cũ altari portatili, poſſitis miſſarũ ſolẽnia, & alia di
uina officia celebrare, ac ĩbi recipere Eccleſiaſtica ſa
cramenta; Cum generale interdictũ fuerit in Eccle 9
ſiis, & oratoriis veſtris, & aliis quibuſcumque, cum *Vide in 1. 10 qq.10.q. 28. art.3.*
ad loca perueneritis, Eccleſiaſtico ſuppoſita inter-
dicto, clauſis ianuis, interdictis, & excommunicatis
excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, 10
liceat vobis celebrare diuina, *d* & Eccleſiaſtica reci *d Vide ĩ 2. 10.qq.10 q. 109. art.4.*
pere ſacramenta, dummodo cauſam non dederitis
interdicto, nec contingat vobis ſpecialiter interdi-
ci, neq; Eccleſiæ, vel oratoria ipſa fuerint ſpeciali- 11
ter interdicta. His verò, qui in veſtris morãtur obſe
quiis, *e* cũcta libere miniſtrare poſſitis Eccleſiaſtica *e Vide ĩ 10. 2.qq.reg.q. 67. art.1.*
ſacramẽta, & ipſos cũ decedũt, in veſtris oratoriis ſe
pelire. Si quã autem in terris, in quibus reſideris, 12
vel in earum perſonas, excommunicationis, ſeu in- *Vide in d. q.67. ar.2.*
terdicti ſententias contigerit promulgari, pueri ve
ſtris ſeruitiis deputati, negotiorumque veſtrorum
procuratores, & operarij, qui in veſtris locis, eorũ
operibus perſonaliter continuè inſtiterint; huiuſ-
modi ſententiis obnoxij minimè habeantur, *f* ibi- *f Vide ĩ d. q.67. ar.3.*
q́ue poſſint audire diuina, iuxta formam, quæ locis
ipſis, eo caſu à ſede Apoſtolica eſt conceſſa, niſi iidẽ
cauſam dederint, vel excommunicari ſpecialiter,
ſeu interdici contingat eoſdem. Et quia vos, extre 13
mam patientes pro Chriſti nomine paupertatem,
& hortationis pro ſtudio, bonos ad potiora dirigi
tis, & errantes in rectitudinis ſemitam laudabiliter *g Vide ĩ 10. 2. qq.10.q. 61. art.1.*
reuocatis: cõcedimus, vt in excommunicatorum *g*
terris liberè commorari, & ab eis nunc etiam, cum
vos metipſos tranſire contigerit neceſſaria vitæ de 14
poſcere, ac recipere valeatis. Magiſter quoque, &
ſinguli priores prouinciales, conuentuales, ac vices
eorum gerentes, in prouinciis, ac locis ſibi commiſ
ſis, prædictis fratribus conſtitutis ibidem, necnon, *Vide in 2. 10.qq.10.q. 20. art.1.*
& fratribus aliis eiuſdem ordinis interdum ad eos
declinantibus vndecumque, abſolutione, & diſpen
ſatione indigentibus, ſiue antequam intrauerint or
dinem, ſiue poſt, in caſibus, quibus exceſſerint, pro
quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſ-
penſionis incurrerint ſententias, à iure, vel à iudice
generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſentẽtiis in
nodati, aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdi-
cto diuina officia celebrãtes, vel ſuſcipientes ordi
nes, ſic ligati, notã irregularitatis incurrerit, abſolu
tionis, & diſpẽſationis beneficiũ valeãt impartiri: ni
ſi adeò grauis fuerit, & enormis exceſſus, quòd ſint ad
eandẽ ſedem merito deſtinandi. Fratres etiã veſtri, 15
quoſque pro tempore vos magiſtri, & priores, tam *Qui ſint hi caſus declarat Sixtus IIII. ſup. in dulto. vide in 10.1.qq. 10.q.20.ar. 27.*
prouinciales, quam conuentuales, necnon, & vices
veſtras gerentes in proprios habueritis cõfeſſores,
abſolutionis & diſpenſationis beneficium, vobis,
cum expedierit, valeãt impartiri, iuxta formam cõ
ceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrũ
eiuſdem ordinis ſuperius vobis factæ. Ad hæc vo-
lentibus veſtro aggregari collegio, qui ſuſpẽſionis, 16
aut interdicti, vel excommunicationis, à iure, vel à
iudice promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolu-
tionis *h* beneficium, ſeruata forma canonica, impar *h Vide in d. q.10.a.25.*
tire, ipſoſque in fratres recipere, atque eos, qui poſt
aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam, re
coluerint ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententiis inno
datos, ſecundum formam ipſam, vos magiſtri, & ſin
guli priores, prouinciales, ac cõuentuales, ac vices
veſtras gerentes, valeatis abſoluere, & cum irregu-
laribus diſpenſare, ſi forſitan talibus innodati ſen-
tentiis, vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præ
ſumpſerint officia celebrare, vel ordines ſuſcepe-
rint: ita tamen, quod ſi aliqui ex huiuſmodi, eiſdẽ
ſententiis, propter debitum ſint aſtricti, ſatiſfaciãt,

L 4 vt

17 vt tenētur. Porro quieti veſtræ prouidere volētes,
quod per literas Apoſtolicæ ſedis, aut legatorũ, ſeu
delegatorũ ipſius, cõueniri *a* à quoq; minimè valea
tis, & quod ad pecuniã colligendã, cogi nõ poſſitis
inuiti, per literas ipſius ſedis de cætero impetran-
das quodque nullum veſtrum correctionis, ſeu viſi
tationis, vel inquiſitionis officium, monaſteriis, ſiue
quibuſcumque perſonis, impendere, vel ad cogni-
tiones cauſarum, citationes partium, & denũtiatio
nes, ſententiarum, interdicti, & excommunicatio-
num procedere, aut recipere curam monialium cu
inſcumque ordinis, compelli aliquatenus non poſſi
tis, aut recipiendum commiſſiones *b* cauſarum, ſeu
ſententiarum executiones, vel alia contigentia cau-
ſas ipſas, per literas præfatæ ſedis, in quibus facta
non fuerit de huiuſmodi indulgentia, mentio ſpe-
cialis, ſiue per legatos, vel delegatos ipſius. Nullus
inſuper Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſque
alius prælatus eccleſiaſticus, vel eorum vicarij, vel
officiales, ad portandum, ſeu deferendum literas,
vel exequendum, vel denuntiandum ſententias cõ
tra principes ſęcolares, communitates, populos, ſeu
quoſcumque benefactores veſtros, nulluſque dele
gatus, vel ordinarius iudex, ad faciendum citatio-
nes, vel commiſſiones recipiendas, ſiue quod ſitis in
cauſis aliquibus aſſeſſores, ſeu ad alias lites, & con-
trouerſias, in cauſis, quæ coram ipſo tractantur, quē
quam veſtrum compellere valeant, ſine prædictæ
ſedis mandato, vel licentia ſpeciali, expreſſam fa-
ciente de hac indulgentia mentionem: nec quiſquã
veſtrum parere, vel intendere teneantur ſuper his
monitionibus, & mandatis, aut iuſſionibus earum-
dem, aut facere, vel implere, quod in hac parte du-
xerint iniungendum. Cæterum magiſter, & ſinguli
18 priores prouinciales, ac ipſorum vicarij, illos ex fra
tribus, de quibus authoritate literarum ſedis Apo-
ſtolicæ, vel legatorũ ipſius, Archiepiſcopis, & Epiſ-
copis, vel aliis quibuſcunque prouiſum extitit, vel
in poſterum contigerit prouidere, non obſtante cõ
tradictione aliqua, poſſint ad ſuum ordinem reuo-
care: neque per literas eiuſdem ſedis, ſeu legatorũ
ipſius, iam obtentas, vel de cætero obtinendas ali-
quos de fratribus ipſius ordinis, præfatis Archiepiſ
copis, & Epiſcopis, aut aliis, teneantur in ſocios *c* de
putare, niſi dictæ Apoſtolicæ obtinendę, de indulto
huiuſmodi, & ordine ipſo, expreſſam fecerint men
tionem, & alias id honeſtati ordinis, & illorum ſa-
luti viderint expedire. Nullus autem legatus, niſi
de latere noſtro miſſus, authoritate literarum ſedis
Apoſtolicæ, ſpecialē, de hoc indulto, & ordine ve-
ſtro non faciente mentionem, nulluſque prælatus,
aut aliqua perſona, religioſa, ſeu ſæcularis, de fratri
bus eiuſdem ordinis, ſeu Cardinalis Romanæ Ec-
cleſiæ, ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel
ſecum manendo, aliquos aſſumere valeat: niſi quos
magiſter, vel prior prouincialis ipſorum, tamque
idoneos, & diſcretos ſibi duxerint aſſignãdos; quos
19 etiã volumus ſubiacere ordinis diſciplinæ. Illos ve
ro ordinis ipſius fratres, qui ad prædicandum cru-
cem, vel inquirendum contra hæreticam *d* prauita
tem, ſeu ad alia huiuſmodi negotia, ſunt, vel fue-
rint deputati, vbicumque à ſede Apoſtolica, tu fili
magiſter, tuique ſucceſſores remouere, ſeu reuoca-
re & penitus transferre, ipſiſque, quod ſuperſedeãt,
iniungere, alioſque ſubſtituere, cum expedire vide-
ritis, licitè, & liberè valeatis, ac in eos, ſi contraue-
nerint cenſuram Eccleſiaſticam exercere; ac quili-
bet prouincialis, vel eius vicarius eiuſdem ordinis,
illud ipſum in ſua prouincia, circa fratres ipſius or
dinis, quibus ab eadem ſede, ſimilia contigerit in
illa committi, facere poſſit; non obſtantibus aliqui-
bus literis, vel indulgentiis Apoſtolicis impetratis,
vel in poſterum impetrandis, quæ de hoc non fece-
rint mentionem. Inhibemus quoque, ne quis poſt 20
profeſſionem in ordine veſtro factam, ab ipſo ordi
ne, ſine ſui magiſtri, ſeu ſuperioris licẽtia, decedãt;
e decedentem verò, abſque cautione literarum alte
rios ipſorum, prætextu alicuius priuilegij Apoſtoli
cæ ſedis, nullus audeat retinere, quod ſi forte reti-
nere præſumpſerint, vobis, magiſtri, & ſinguli prio
res, dumtaxat, & veſtris vicariis, licitum ſit in ipſos
decedentes fratres excommunicationis ſententiam
promulgare: detinentes *f* vero eoſdem ſecum, vel
in monaſteriis, ſeu Eccleſiis ſuis, niſi eos eiecerint,
poſtquam eis denuntiatum fuerit, excommunica-
tionis ſententiæ volumus ſubiacere, non obſtanti-
bus, quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici
non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes
plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi men-
tionem. Si verò aliqui de fratribus veſtri ordinis, 21
poſt obtentam licentiam à ſede prædicta, aut à no-
bis, ad religionem aliam tranſeundi, infra duos, vel
tres menſes ſe ad illam religionem ſuæ ſaluti con-
gruam, non contulerint, & ipſius non ſuſceperint
habitum regularem, licitũ ſit vobis ſingulis, magi-
ſtro, & prioribus, & vices veſtras gerentibus, cõtra
ipſos, tanquam cõtra alios veſtri ordinis apoſtatas,
procedere, ſecundum quod honeſtati dicti ordinis 22
videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de
illis, qui poſt ſuſceptionem habitus alterius religio
nis, intra tẽpus probationis, nulla profeſſione facta,
inde præſumpſerint reſilire, aut etiam ſi poſt profeſ
feſſionē huiuſmodi, ad religionē laxiorem, ſeu mi-
tiorem ordinem tranſierint, *g* vel (quod abſit) ad ſæ
culum reuertãtur, vos volumus contra ipſos, rigorē
veſtri ordinis exercere. Apoſtatas *h* verò veſtri or-
dinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare,
vel alias ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis, per vos,
atq; ẽt alios, in quocumque habitu contigerit eos 23
inueniri, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio i bra
chij ſæcularis. Inhibemus etiam, vt fratres, quos ab
ordine veſtro, pro ſuis culpis, per magiſtrũ, & prio
res, ac eorum vicarios, expelli contigerit, vel qui e-
greſſi fuerint proprio ſuo motu, prædicare, confeſ- 24
ſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi ad aliũ or
dinē, in quo licitè huiuſmodi exerceantur officia,
tranſire de noſtra, vel magiſtri, ſeu prioris, vel vica
riorũ ipſorum licentia ſpeciali: quod ſi forte tenta
re præſũpſerit, vos magiſtri, & ſinguli priores, vel
veſtri vicarij, in illos, quos infra fines prædicatio-
nis ſuæ, iuxta conſuetudinem ordinis veſtri diſtra-
ctos inueneritis, talia præſumentes, monitione prę
miſſa, authoritate noſtra excõmunicationis ſniam 25
valeatis promulgare. Eiectos autem de ordine ve-
ſtro, vel egreſſos, qui receptione in eodem ordine,
ſuis culpis exigentibus, reddiderint ſe indignos, &
alios fratres eiuſdē ordinis, ex rationabili cauſa, ad
quoſcumq; ordines approbatos, præterquam ad
Beati Auguſtini Hoſpitaliorum, & aliorum religio
ſorũ, arma portantium, ad vitandam occaſionē eua
gandi, vos magiſtri, & ſinguli priores, ſeu veſtri vi-
carij, cũ teſtimonialibus literis, authoritate noſtra,
licentiandi liberã habeatis facultatē. Nos enim di-
ſtrictius inhibemus, nē tales ad aliũ ordinem aliter
tranſire, vel aliqui, eos recipere, ſeu retinere præſu
mant, abſque licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, fa- 26
ciente de hoc plenã mētionē. Inhibemus etiam, vt
nulli, ſiue ſit in religionis ordine, ſiue extra ordinē
conſtitutus, habitũ veſtrum, aut ita conſimilem, q
propter eũ frater prædicator credi poſſit, deferre
liceat, abſque mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et,
vt dicta inhibitio maiorem conſequatur effectum,
ſtatuimus, vt hi, qui habitum veſtrum, aut ſibi conſi
milem, prædicto modo deferre præſumpſerint, ad
deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, cũ
à vobis requiſiti fuerint, monitione præmiſſa, per
cen-

a De exēpt. regul. vide ī 10. 2. q. 63. ar. 3. & q. 1 prælati regulares ſint iudices regul. vide ī eod. 2. 10. q. 2. art. 8.

b Vide ī 10. 2. qq. reg. q. 119. art. 2. & 3.

c Vide ī 10. 2. qq. reg. q. 64. art. 1.

d Hoc eſt correctũ, vt patet ex dictis in 10. 1. qq. regu. q. 1. art. 1.

e Vide ī 10. 1. qq. regu. q. 30.

f Vide ī 10. 1. qq. reg. q. 30. art. 9.

g De trãſitu vnius religionis ad aliã, vide ī 3. 10. qq. re. q. 12.

h Vide ī 1. 10. qq. re. q. 30. art. 8. & 6.

i Quomodo ſit inuocãdũ brachiũ ſæculare, vide in 1. 10. qq. re. q. 8. art. 14.

cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita,
27 compellantur. Cęterum, cum humilitas veſtra ſibi,
de latitudine orbis terræ, nihil præter domos, &
hortos, cum virgultis, pręmiorũ obtentu cęleſtiũ,
duxerit reſeruandũ: nos piè volentes, quod illorũ
fructus veſtrę paupertatis vſibus applicentur; vt
de dictis hortis, & virgultis veſtris, nulli decimam
teneamini exhibere, vobis authoritate præſentium
indulgemus, diſtrictius inhibendo, nequis à vobis
de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præ-
28 ſumat. Quia verò nonnulli veſtræ religionis habitũ
aſſumentes, diuerſis perſonis, quę ſciri, & inueniri
nõ poſſunt, aliqua bona reſtituere interdùm teneã-
tur, vobis, magiſtro, & prioribus, ac vicarijs prædi-
ctis cõcedimus, vt ſinguli veſtrum, in locis ſibi cõ-
a Vide in 3.10.qq.re.q.38.ar.1.
miſſis, bona *a* ipſa in pios vſus conuertere valeãt,
prout ſecundum Deum viderint expedire. Sepul-
turã *b* quoque in locis, cœmeterijs, Eccleſijs veſtris
29 concedimus, & eam liberam eſſe cenſemus, & eorũ
b Vide in 3.10.qq.re.q.38.ar.3.
deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeli-
ri deſiderauerint, niſi excõicati, *c* & interdicti, aut
etiam publici vſurarij fuerint, nullus obſiſtat: ſal-
c Vide in 3.10.qq.re.q.61.
ua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quib. mor
tuorum corpora aſſumuntur, diſtrictius inhibẽtes,
vt nulli religioſi, vel ſæculares, vobis inuitis, aliquo
rum corpora defunctorum, in veſtris cœmeterijs
d Vide in 3.10.qq.re.q.58.ar.4.
ſepelire, *d* aut in Eccleſijs veſtris miſſarum *e* ſolem
nia, vel pro animabus ipſorum, qui ad loca veſtra
tumulandi fuerunt, ibique exequias celebrare, ſine
30 veſtro aſſenſu, & voluntate pręſumant. Inhibemus
e Vide in 3.10.qq.re.q.4.ar.1. Vide in 10.2.qq.re.q.62.ar.4.
inſuper, vniuerſis fratribus ordinis veſtri, nè aliqui
eorum, alijs, quàm prælatis ſuis, peccata ſua confi-
teri præſumant, niſi neceſſitatis vrgente articulo,
vel niſi fortè magiſter, vel prior proprius, alicui fra
tri dederit fratri alteri eiuſdem ordinis, licentiam
confitendi, vniuerſis autem Eccleſiarum prælatis,
31 & alijs, inhibemus confeſſiones veſtras, vobis inui
Vide de exemptione fratrum in 10.2.qq.re.q.63.ar.3.
tis, audire, vel cõpellere vos ad Synodos, vel cõuo
cationes ſuas accedere, vel cum eis, extrà ciuitatẽ,
vel intrà proceſſionaliter *f* exire, aut ſuis conſtitu-
tionibus ſubiacere, vel capituls, ſcrutinia, vel inqui
f Hoc ex parte eſt limitatũ Vide in 10.3.qq.regu.q.36.ar.4.et ...
ſitiones, in locis veſtris, vel alibi, de vobis facere,
aut fidelitatẽ iuramento firmatam, & annalem obe
dientiã à prioribus, & ſuperioribus veſtris exige-
re, aut de ipſorum inſtitutione, vel deſtitutione, ſeu
de ſtatutis veſtri ordinis, ſe aliquatenus intromitte-
re, ſeu prohibere, nè ad ciuitates, vel villas, vbi reli-
gioſè, & honeſtè cõmorari poſſitis à populis euoca
ti, audeatis accedere, ibique pro veſtris vſibus, cõ-
g Hoc eſt reuocatum, Vide in 10.2.qq.re.q.63.ar.3.
ſtruere ædificia, *g* Eccleſias, ſeu oratoria, aut in ac-
cedentes fratres, ſeu cõſtruentes huiuſmodi, vel re-
ceptatores ipſorum, excõicationis ſententiã ferre
præſumãt. Cõcedimus quoq; vobis, vt de illis, quæ
in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, lumi-
32 naribus, anniuerſario ſeptimo, vigeſimo, trigeſi-
mo, ſiuè alijs, ad perpetuũ cultũ diuinũ, ſeu pro pi-
tantijs, aut victo, ad ſuſtẽtationem veſtrã, vel indu
mentis, necnõ pro annuis cenſibus redimendis, ad
quorũ ſolutionẽ aliquæ domus veſtri ordinis, obli-
gari noſcuntur, vel de domibus, prædijs, & hortis
alijſque locis veſtris, ſecundũ inſtituta veſtri ordi-
nis opportunis, aut de his, quæ pro huiuſmodi domi
bus, prædijs, hortis, & locis emendis, vobis legan-
tur, dummodo præmiſſa non conuertãtur in alios
vſus, ſed in illos dũtaxat, pro quibus relinquũtur, aut
33 alios etiam, qui in hac cõceſſione, vel indulgentia cõti-
h Vide in ... [illegible]
nentur, nulli canonicam *h* portionem aliquam, te-
neamini exhibere. Et nequis à vobis, vel vltimarũ
executoribus voluntatum, ſeu decedentium hære-
dibus, de pręmiſſis, aut de his, quę vobis in vltimis
voluntatibus abſolutè legãtur, vel alias pro veſtris
neceſſitatibus conferantur, aliquid exigere, vel ex-
34 torquere pręſumat, diſtrictius inhibemus. Ad hæc
liceat fratribus veſtri ordinis, cũ de prioribus locis
ſuis, ad alia loca ſe transferunt, tam *i* ædificia, quã
i Vide in 2.10.qq.re.q.49.ar.7.
omnem ædificiorum materiam, locorum, quæ di-
mittunt, dedicatis Eccleſijs, duntaxat exceptis, quã
libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca trã-
ſferre, ac ædificia ipſa, cum ſolo, & alijs ad eadem lo
ca pertinentibus, præter Eccleſias, per perſonas ad
hoc à ſede Apoſtolica deputatas, vendere, ipſorum
que pretium, in aliorum locorum, ad quæ dicti fra-
tres ſe transferunt, ędificationem, ſeu aliàs, in eorũ
vtilitatem cõuertere, ſecundum quod eis videbi-
tur melius expedire. Et nè aliqui Epiſcopi, vel Ar- 35
chiepiſcopi, aut alij Eccleſiarum prælati, ſeu quæ-
uis aliqua perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, prę-
Vide in 1.10.qq.re.q.39.ar.7.
dicta loca, ſeu bona occupare, accipere, vel vſurpa
re, aut quoquo modo ſibi vendicare pręſumãt, abſ-
que dictæ ſedis licentia ſpeciali, diſtrictius inhibe-
mus, indulgentes vobis, vt ad præſtationem procu
rationũ, *k* legatorum prædictæ ſedis, vel nuntiorũ
K De exemptio. quoad tributa. Vide in 2.10.qq.re.q.65.ar.2.& 3.
ipſius, ſeu Diœceſanorum locorum, aut exactionũ,
vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel prouiſionũ
quarumcunque, minimè teneamini, nec ad ea ſoluẽ
da, per literas dictæ ſedis, aut legatorum, aut nũtio-
rum eiuſdem, ſeu rectorum terrarum Eccleſiæ Ro-
manæ, impetratas, ſeu in poſterum impetrandas, cu
iuſcunque tenoris fuerint, in perpetuum compelli
poſſitis, niſi dictæ ſedis literæ impetrandæ, plenã,
& expreſſam, de indulto huiuſmodi, & dicto ordi-
ne fecerint mentionem. Cæterum, quia fœ.re. In- 36
nocentius Papa IIII. prædeceſſor noſter olim duxe
rit ſtatuendum, vt exempti, quacunque gaudeant li
bertate, nihilominus tamen, ratione delicti, ſeu con
tractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſ-
ſint coram locorum ordinarijs, cõueniri, & illi quo
ad hoc, ſuam in illis iuriſdictionem, prout ius exi-
git, exercere. Nos vobis, vt occaſione conſtitutio-
nis huiuſmodi nulla, libertatibus, & immunitatib.
vobis, & ordini veſtro, per priuilegia, & indulgen-
tias à ſede Apoſtolica, conceſſis, vel in poſterũ con
cedendis, pręiudicium generetur, authoritate præ-
ſentium indulgemus, decernentes vos, ſeu perſo-
nas veſtri ordinis, in prædictis caſibus, ordinarijs *l*
l Vide i 10.2.qq.regu.q.63.ar.1. cum ſeq.
ipſis minimè ſubiacere; decernimus ergò irritum,
& inane quidquid contra tenorem conceſſionum,
& inhibitionum huiuſmodi, per quoſcunque fue-
rit attentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excõ-
municationis ſententias, ſi quas contra conceſſio-
nes, conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem, in vos,
vel veſtrum aliquos, vel loca veſtra, ſeu benefacto
res, vel executores, aut hæredes prædictos, in po-
ſterum promulgari contigerit, penitus non tenere.
Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginã
noſtrarum conceſſionum, & inhibitionum, infrin-
gere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omni
potentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apoſto-
lorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinioni
II. Nonas Martij. Pontificatus noſtri, anno quarto.
Cęterum, vt earundem literarum tenor ſic inſertus
omnimodam rei, ſeu facti, certitudinem faciat, au-
thoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem ro
bur, eamque vim, & eũdem vigorem, tenor ipſe, per
omnia habeat, quæ haberent originales literæ ſu-
pradictæ, & eadem prorſus huiuſmodi tenori fides
adhibeatur, quandocunque, & vbicunque, ſiue in
iudicio, ſiue extra, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel
oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, quæ
eiſdem originalibus literis adhiberetur, ac ſicut eis
ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, neque per
hoc, originales literas dicti Gregorij, ſeu Bonifacij
aut Benedicti, ad quarum inſtar illæ ſunt editæ, pro
ducere, ſeu oſtendere teneamini. Verum nè dubita
tiones, ac controuerſię, quę alias vos, pluribus labo
ribus,

ribus,& expenſis vexauerũt, de cætero vobis ſiãt,
ex certa ſcientia decernimus, vt dictum priuilegiũ
Gregorij Papæ XI.in iudicio, & extra, io qualibet
ſua diſpoſitione,inuiolabiliter obſeruetur. Non ob
ſtantibos conſtitutionibus Apoſtolicis, illa præſer-
tim ſæ.re.Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri
edita in Concilio Viennenſi,quæ incipit; Dudùm,
nec ooo prioilegijs, gratijs, & cõceſſionibus Apo-
ſtolicis,in genere, vel ſpecie, quibuſcunque Eccle-
ſijs,pſonis,ſiue locis, ſub quauis forma,vel expreſ-
ſione verborũ,etiãſi de bis habenda eſſet in pręſen
tibus mentio ſpecialis, ſeu per quæ præſentibus nõ
expreſſa,aut totaliter,de verbo ad verbum non in-
ſerta,earum in toto, ſeu in aliqua parte ſui effectus
poſſet aliqualiter impediri, & alijs contratijs qui-
buſconque. Nos autẽ,ex nunc irritum decernimus,
& inane,ſi ſecus ſuper his,aut eorum aliquo à quo
que,quauis authoritate,ſcienter,vel ignoranter cõ
tigerit attentari. Declarantes,clauſulam illam vide
37 licet,ſalua tamen iuſtitia eccleſiarum illarum à qui
bus mortuorum corpora aſſumuntur, in omnibus
alijs debere intelligi,præterquam in illis,de quib. a
in ipſo privilegio ſpecialiter cauetur, quod cano-
nica portio minimè exigatur, Nulli ergò, &c. Dat.
Romæ apud Sanctos Apoſtolos,XII.Kal.Iulij,Pon
tifi.noſt.anno X. Cæterum,vt quarumlibet literarũ
earundem tenor,ſic inſertus, omnimoda rei,ſeu fa
cti certitudinem faciat,authoritate Apoſtolica pręe
dicta decernimus,illud idẽ robur, eandemq; vim,
& eundem vigorem,tenor ipſe,per omnia habeat,
quæ haberent ſingulæ originales literæ ſupradi-
ctæ,& eadem prorſus huiuſmodi tenori,fides adhi
beatur quandocunque,& vbicunque, ſiue in iudi-
cio,vel alibi,vbi fuerit exhibitus,& oſtenſus,ac ei-
dem ſtetur firmiter in omnibus, quæ ſingulis eiſ-
dem originalibus literis adhiberetur, ac ſicut eis
ſtaretur,ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ, nec per ori-
ginales literas Gregorij, ſeu Bonifacij, Benedicti,
vel Martini huiuſmodi pręfati magiſter,priores,&
fratres producere,ſeu oſtendere teneantur,volen-
tes etiã,authoritate Apoſtolica, & ſcientia ſupradi-
ctis,harum ſerie decernentes, quod priuilegiũ Gre
gorij Papæ XI.huiuſmodi, in iudicio,& extra, in
qualibet ſui diſpoſitione, inuiolabiliter obſeruen-
tur. Non obſtãtibus conſtitutionibus Apoſtolicis,il
la præſertim piæ memoriæ Clementis Papæ Quin-
ti,etiã prædeceſſoris noſtri, io Concilio Vieonenſi
edita,quæ incipit, Dudum, necnon priuilegijs, &
gratijs,& cõceſſionibus Apoſtolicis, in geoere, vel
in ſpecie, quibuſcunqoe perſoois, Eccleſijs, ſeu lo-
cis,ſub quauis forma,aut verborum expreſſione cõ
ceſſis, etiam ſi de illis, præſentibus habenda foret
mentio ſpecialis, ſeu per quæ, præſentibus non ex-
preſſa,aut totaliter nõ inſerta,earum io toto,ſeu in
aliqua parte ſui effectos,poſſet aliqualiter impedi-
ri,& alijs contrarijs quibuſcunque. Nos,n,ex nunc
irritum decernimus,& inane,ſi ſecus ſuper bis, vel
eorum aliquo à quoquã, qoaois authoritate,ſcien-
ter,vel ignoranter, cõtigerit attentari. Nulli ergò,
&c. Dat. Flor. anno Incar. Domini. 1443. Idib. Apri
lis,Pont. noſt. anno 11. Nos igitur,qui dicti ordinis
fratrum Prædicatorum,& perſonarum eius,ſtatum
proſperũ, & tranquillum propter vberes fructus,
quos ordo ipſe,multa præfulgens gloria meritorũ,
& gratia ſanctitatis in agro militatis Eccleſiæ, in
propagationem fidei ortodoxæ, hactenus produ-
xit vtiliter,ac producit, & in futurum producturũ
fore,ſpe firma tenemus, palmites ſuos à mari, vſq;
ad mare,& ẽt ad Barbaras extendendo nationes,in
tenſis deſideramus affectibus,Gregorij,Martini,&
Eugenij, ac aliorũ prædeceſſorum noſtrorum, qui
ordinem prædictũ fratrum Prædicatorũ, alijs va-
rijs priuilegijs,nõ immeritò decorarũt,veſtigijs in

hærentes, motu proprio, non ad eorum dicti ordi-
nis fratrũ profeſſorum,vel alterius ſuper eis,nobis
ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de mera
noſtra voluntate,ac certa noſtra ſcientia,prędictas
Gregorij,& quaſcunque alias,quorumcunque alio- 38
rum Romanorum Põtificum prædeceſſorum no-
ſtrorum,literas dicto ordioi fratrum Prædicatorũ,
& illius domibus, & profeſſoribus, in genere, ſub
quacunque verborum forma conceſſas, quas, ac ſi
de verbo ad verbum, vna cũ prædictis literis Eu-
genij prædeceſſoris præfati, inſertæ forent, haberi
volumus pro expreſſis,& omnia ſingula in illis cõ-
tenta,authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ ap-
probamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere
debere,decernimus,ac pro potiori cautela,omnia,
& ſingula per Gregoriũ, & Martinum,& Eugeniũ,
alioſque prædeceſſores prędictos in eiſdem literis,
pro, & in fauorę dicti ordinis fratrum Prædicato-
rum,quolibet ordinata,ſtatuta,decreta, cõceſſa, &
indulta,fieri,& cõſeruari debere, authoritate,mo-
tu,ſcientia prædictis, de nouo ordinamus, ſtatui-
mus,atq; decernimus, & eiſdem ordini Prædicato
rum,illiuſque domibus, & profeſſoribus,concedi-
mus,& indulgemus. Et quia,ſicut accepimus,noſ-
que ipſi,experientia didicimus, in minoribus cõſti
tuti,circa literas,& priuilegia huiuſmodi, nõnulla
dubia poſtmodũ ſunt exorta,habita ſuper his cõſi-
deratione decenti,motu,authoritate,& ſciẽtia prę
dictis, literas eiuſdẽ Gregorij prædeceſſoris ea in
parte,in qua cõcedit dicti ordinis profeſſoribus, vt
liceat eis,io locis, io quibus degunt,habere orato- 39
ria,& in eis cũ altari portatili,etiã tempore inter-
dicti,ianuis clauſis,miſſarum ſolemnia,& alia diui-
na officia celebrare, & quod eorũ inſiſtentes obſe-
quijs,cenſuris generaliter promulgatis non ligen-
tur,cum contingat eos perſæpè ſequiti, vt etiã ex-
trà oratoria ſuper hoiuſmodi altari portatili cele-
brent officia diuina, & ad illa, interdicti tempore,
tertij ordinis Sancti Dominici de pœnitentia nun-
cupati fratres,ac ſuos,& illorum admittant,exten-
dentes, coocedimus eiſdem fratribus, vt nõ ſolùm
in oratorijs,& locis,in quibus degunt,ſed etiam in
quouis alio loco congruenti,& honeſto,poſſint ſu-
per altari portatili,huiuſmodi miſſas, & alia diui-
na officia,libere,& licitè celebrare: exceptis Eccle
ſijs ab ordinarij iuriſdictione nõ exemptis,quoties
illud eiſdẽ fratribus,per ordinarios,ex cauſa cõtin-
geret inhiberi. Et vt liceat eis, tempore interdicti, 40
fratres, b & ſorores dicti Beati Dominici de pęnitẽ
tia nuncupati,necnon ipſorum fratrum Prædicato
rum,ac fratrum,& ſororum dicti tertij ordiois,pro
curatores,& negotia gerentes,vtriuſque ſexus,ad-
mittere ad diuina. Prætereà,quia idem Gregorius 41
prædeceſſor,io dictis ſuis literis,magiſtro,& priori
bus,prouincialibus, & conuentualibus, & eorũ vi-
carijs, abſoluendi fratres eiuſdem ordinis, necnon
fratribus dicti ordinis, quos ipſe magiſter, priores,
prouinciales,& conoentuales, habuerint pro tem-
pore in confeſſores, abſoluendi ipſos magiſtrum,
priores,prooinciales, & coouentuales,ab exceſſib.
& cenſuris,niſi talia forent, propter quæ eſſent ad
ſedem Apoſtolicam meritò deſtinandi; ac cum eis
toſuper diſpẽſandi,concedit,& proptereà, qui ſunt
deſtinandi,per ſæpè reuocetur in dubium,vt abſol-
uentium,& abſoluendorum,diſpenſantium, & diſ-
penſatorum pro tempore, puritati conſcientiæ cõ-
ſolamus. Declaramus hæreticos, relapſos, c ſchiſ-
maticos,& qui literas Apoſtolicas falſificaſſent,aut
ad infideles prohibita detuliſſent,duntaxat,eſſe ad
ſedẽ Apoſtolicam merito deſtinandos: reliquis ve-
rò omnibus, etiam ſimoniacè qualitercunque irri-
tis,poſſe per illos, quibus inibi cõceditur abſolu-
tionis beneficiũ,& diſpenſationis,iuxta caſuum in-
digentiam

a Vide in 10.1.qq.re. q.3 p.& in 10.3.qq.re. q.46.

b Vide in 3.10.qq.re. q.113.a.8

c Sic declarat. ... fuit ... quo ... parte ...

digentiam

42 digentiam impartiri. Et vt dicti ordinis profeſſoribus, omnis vagandi tollatur occaſio, & ad ſedem
Apoſtolicã recurrendi, ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, Magiſtro, & prioribus, prouincialibus, &
a Vide in cõuentualibus, ac illorum vicarijs, defectum *a* nata
3.10.qq.re. liuin, ex adulterio, ſacrilegio inceſtu, & quouis alio
q.13. nefario, & illicito coitu prouenientem, patientib.
necnon cũ his, qui ex quauis cauſa, preterquã homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis mem-
b Vide in brorũ, irregulares *b* forent, diſpenſandi, cũ dicti or
3.10.qq.re. dinis Prædicatorum profeſſoribus, poſtquã ipſum
q.24. ordinẽ profeſſi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiuſmodi nõ obſtãte, irregulares ipſi, ad quoſcunque etiam ſacros ordines promoueri, & in illis
etiam altaris miniſterio miniſtrare, & tàm ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes prędicti, ad quæcunque adminiſtrationes, & officia, eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè, & licitè valeãt, motu, ſcientia, & authoritate
prædictis, cõcedimus per præſentes. Sanè verò par
43 tem literarum eiuſdem Gregorij prædicti, in qua ſepulturam in Eccleſijs fratrum dicti ordinis, liberam eſſę voluit, ſalua iuſtitia eccleſiarum, à quibus corpora aſſumuntur, declarantes libertatem huiuſmodi intelligi debere etiam, quoad hoc, vt fratres
Vide in 3. ipſi, nullius ſuper hoc petita licentia, parochias, in
10.qq.re.q. quibus corpora prædicta forent, cum cruce pro-
58.ar.3. ceſſionaliter ingredi, & corpora ipſa leuare, & ad
eorum Eccleſias ſepeliẽda, deferre poſſint, vbi hoc conſuetum foret, vel presbyteri, de leuatione requiſiti, hoc facere recuſarent. Nec cogantur inuiti, etiam pręrextu cuiuſcũq; conſuetudinis, ipſi, vel defunctorum conſanguinei, illa ad parochiales Eccleſias, vel ad alia loca, deferre, & cum illis, vel ſinè mi bi celebrare, vel celebrari facere pro eiſdem defunctis, aliqua diuina officia, ante vel poſt ſepulturã earundẽ. Iuſtitia verò eccleſiarũ à quibus corpora ipſa aſſumuntur, iuxta Martini prædicti prædeceſſoris noſtri voluntatẽ, ſalua eſſe debere decernimus in omnibus alijs caſibus, præter eos, in quib.
eorundẽ Gregorij, Martini, & Eugenij prædeceſſorũ noſtrorũ, ſpeciali priuilegio, fratres ipſi ab huiuſmodi ſolutione quartæ, ſunt exẽpti. Nec in ali-
44 quo caſu, de cãdelis, quæ ad manus, fratribus dan-
c Vide in tur, quarta *c* aliqua quolibet detrahatur, in reliquis
10.1.qq.re. verò caſibus, quàm in præmiſſis, in quibus quarta
q.33.ar.2. ipſa ſoluenda veniret, conuentiones, ſi quæ ſunt in-
& in 3.10. ter fratres prædictos, & locorum ordinarios, ac Ec
q.46.ar.1. cleſiarum rectores, initæ, laudabiles, & honeſtæ. in
45 poſterum obſeruentur, Et ſi fortè per nos, vel ſedã Apoſtolicam, de pijs legatis, diſpoſitis, & relictis, in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quarta alteri piæ, vel non piæ cauſæ, ex quauis cauſa, hactenus cõceſſa foret, aut in futurum concedi, & ſolui, aut dari, mãdari cõtingeret, fratres prædictos, atque illorum domos, & eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem expoſita, in conceſſionibus, & mãdatis huiuſmodi, decernimus, atq; volumus non includi, niſi de ipſis fratribus, ac præſenti decreto, ac voluntate, noſtris, non per generales clauſulas, quæ etiam ſpecialem mentionem imputare viderẽtur, ſed vera & ſpecifica mentio fiat de
46 eiſdem. Indultum verò eiuſdem Gregorij præde-
d Vide in ceſſoris, de decimis *d* non ſoluendis, ad quæcunque
10.1.qq.re. bona dictorum fratrum, & quaſcunque decimas,
q.44.ar.4. etiam quas vulgus papales appellat, & Apoſtolica
ſedes pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut alijs imminentibus perſæpè neceſſitatibus indicit, & quo-
e Vide in tuncunque alia onera, motu, *e* & ſcientia prędictis,
3.10.qq.re. extendimus, decernentes fratres ipſos prædicato-
q.65.ar.2. res, etiam ſi per quoſcunque exemptos, etiam men
& in 10.3. dicantes ſolui mandarent, cum quibuſuis deroga-
qq.10.q.7.a. torijs, & fortioribus clauſulis, ad earum ſolutionẽ
non teneri, etiã in illorum ſolutione ceſſando, cenſuras, & pœnas aliquas incurrere, niſi præſentibus, non per generales, & alias clauſulas, ſpecialem mẽtionem importãtes, non aliàs, ſit derogatum ſpecificè, eorum de verbo ad verbum inſerto tenore. Et
nè prætextu conſtitutionis Innocentij Quarti præ- 47
deceſſoris noſtri, quæ incipit, Volentes, locorũ Diœſani, & alij ordinarij, ac alij quicunque in perſonas, & loca fratrum Prædicatorum, contra eiuſdẽ Gregorij prædeceſſoris ordinationem, ſibi quancũque iuriſdictionem, & ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus; ne quiſpiam, abſque dictæ ſedis ſpeciali commiſſione, & authoritate, in perſonas, domos, & loca dicti ordinis Prædicatorum, vtpotè prorſus exempta, aliquas excõ-
municationis, *f* ſuſpenſionis, & interdicti ſenten- *f Vide in*
tias, ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet pro- *10.2.qq.re.*
mulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmo- *q.63.ar.1.*
di, aliquã præeminentiam, ſuperioritatẽ, & iuriſdi *& q.59.ar*
ctionem, quomodolibet exercere pręſumant, etiã *tic.1.*
ratione contractus, vel delicti, *g* ſeu rei, de qua con
tra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, *g Vide in*
committa ur delictum, & res ipſa conſiſtat. Decer- *1.10.qq.re.*
nimuſque, ex nunc quaſlibet, excommunicationis, *q.2.ar.2.*
ſuſpenſionis, & interdicti, ſententias, & quoſcunq; proceſſus, quaſuis pœnas, & ſententias, generales, vel ſpeciales continentes, quos, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia quę contra fratres, domos, & loca dicti ordinis quomodolibet fieri cõtigerit, etiam eorum exemptione, vtpotè notoria non aliret allegata, nullius roboris, vel momenti eſſe, &
pro infectis haberi decernere. Præterea, quia paro 48
chialium Eccleſiarum rectores præfati, ergà illos, qui dicti ordinis Prædicatorum fratribus, eorum peccata confitentur, perſæpè in exhibitione Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis, ſe reddunt difficiles, concedimus ipſius fratribus ordinis Prædicatorũ, vt perſonis eis confeſſis, quibus rectores præfati, ſi
ne rationabili cauſa denegarent, ſeu malitioſè di- *h Vide in*
ſtulerint Euchariſtiæ, *h* & extremæ *i* vnctionis ſa- *10.1.qq.re.*
cramenta miniſtrare; ſuper quo eorundẽ confeſſo- *q.36.ar.2.*
rum aſſertioni ſtari debeat, illa petentibus poſſint 49
impunè exhibere. Et cum aliquandò contingat mo *i Vide in*
naſteria monialium Sancti Auguſtini, ſub cura, ha- *3.10.qq.re.*
bitu, & cõſtitutionibus fratrum Prædicatorum, de- *q.79.ar.1.*
gentiũ, monialibus deſtituti, adeò vt, de eorũ reformatione ſpes nulla ſuper ſit, cõuenienmuſq; ſit, quod illorũ ſic deſtitutorũ bona, ad ipſos fratres deueniãt, quorũ erant curæ cõmiſſa, quàm ad alios, illa, quæ ſic deſtituta exiſtunt, & deſtitui cõtigerit in futurũ, cũ eorũ bonis omnibus, in perpetuis vſibus fratrũ dicti ordinis Prædicatorũ, quibus ex forma regiminis ipſius ordinis cõpetit, applicamus, ità vt fratres ipſi poſſint de illis, & eorum monaſte
riorum *k* ſtructuris, & ædificijs, pro eorum volũta- *k Vide in*
te diſponere, prouiſo, quod illorũ Eccleſiæ, & ora- *10.2.qq.re.*
toria ad profanos vſus non redigantur, ſed in illis *q.49.ar.3.*
quandoque diuina celebrentur officia. Inſuper cũ *& in 10.3.*
nonnulli ad ordinem prędictum fratrum Prędica- *q.1.art.3.*
torũ ſpecialem gerentes deuotionis affectũ, ordi- *& 4. & in*
nent eorum cadauera, cum habitu fratrum dicti or *10.1.qq.re.*
dinis Prædicatorũ, aut ſororum dicti ordinis de pę *q.39.ar 6.*
nitẽtia ſepeliri; nè ex eorum corporũ delatione, ad 50
aliqua loca ordinis, & fratribus prædictis iniuria irrogetur, decernimus tales, apud fratres ipſos eſſe ſe
peliendo, etiam *l* ſi alibi ſuam elegiſſent ſepultu- *l Hoc eſt cor*
ram, nec poſſe etiam in loco per eos electo, cum ha *rectum, vt*
bitu prædicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepe- *habes in to*
liendum portari, abſq; fratrum domus, loci, in quo *mo 3.qq.re*
tales deceſſerint, expreſſa licentia, & aſſenſu. Cæte- *gu.q.58.ar*
rum, ne ſi ratione parochialium Eccleſiarũ, apud *tic.3.*
quas eorum fratrum domus conſtructæ fuere, aut 51
conſtruerentur in poſterum, locorum ordinarij, in
eorum

eorum fratres aliquã ſuperioritatem ſibi vendica-
re tentarent, fratrũ eorundem quies in aliquo per-
turbaretur, concedimus eiſdem fratribus, vt in ſic
conceſſis, & quas eis concedi contigerit curatis Ec
a De his capellanis, vide in 10. 1. qq. 10. q. 36 ar. 1. & 2. cleſijs, poſſint per capellanum *a* per eos, pro eorũ
nutu ponendum, & amonendum, curam huiuſmo-
di exercere. Qui quandiù capellanatus huiuſmodi
fungetur officio, ac ſi dicti ordinis Prædicatorum
profeſſor exiſteret, dictorum fratrum Prædicatorũ
libertate, & exemptione vbique fruatur: Eccleſiæ
verò prædictæ, & illarum bona illa, qua domus di-
52 cti ordinis, prærogatiua lætentur. Rurſus intellexi-
mus, quod, etſi bonæ memoriæ, Ioãnes Vigeſimus
ſecundus prædeceſſor noſter, illorum opinionem,
qui aſſerebant, quod confeſſi fratribus prædictis,
vel aliorum mendicãtium, ad audiendas cõfeſſio-
nes, iuxtà iuris diſpoſitionem, deputatorũ pro tem
pore, tenebãtur eorum peccata rectori eorum pa-
rochialis Eccleſiæ, iterum confiteri, reprobauerit,
& deindè præfatus Eugenius prędeceſſor, reproba
tionem huiuſmodi approbans, contra talia aſſeren
tes, tanquam de hæreſi ſuſpectos, per locorum ordi
narios inquiri, & procedi mandauerit, ac ſucceſſi-
uè piæ memoriæ, Nicolaus Papa Quintus ſimiliter
prædeceſſor noſter, geſta in præmiſſis à Ioanne, &
Eugenio prędeceſſoribus, robur perpetuę firmita-
tis obtinere debere decreuerit, nihilominus adhuc
nonnulli eorum, adhęrentes proteruię, opinionem
prædictam, & deſuper ſactos damnatos, & malè ſo
nantes, ac reprobos articulos, veros eſſe affirmare
non verentur: vt talium ſuperſtirioſa temeritas tan
tò minus inualeſcat, quantò erit ſuperiorum corre
Vide in 10, 2. qq. 10. q. 51. ar. 3. ctione damnata, conceſſam contra tales per eiuſdẽ
Eugenij prædeceſſoris literas, locorum ordinarijs,
facultatem, ad inquiſitores hæreticæ prauitatis ex-
tendimus, ac volumus, quod inquiſitores ipſi, qui-
cunque fuerint, eadem qua ordinarij contra ta-
53 les authoritate fungantur. Poſtremò cum fratres or
dinis minorum, ſicut & prædicti prædicatorum or
dinis profeſſores, pro fidei Catholicæ dilatione cõ-
tinuò videntur eſſe, labores, fructuſque afferant in
Dei Eccleſia ſalutares, & propterea fuerint varijs,
per ſedem prædictam priuilegijs decorati, vt quos
par labor, pariaque merita coniungunt, paria con-
iungant priuilegia, & fauores, eiſdem profeſſorib.
ordinis prædicatorum, vt conceſſis fratribus mino
b Vide in 1. 10. qq. 10. q. 15. ar. 2. ribus, eiſdem *b* ordinis minorum fratribus pręmiſ-
ſis, & alijs conceſſis prædictis fratribus prædicato-
ribus, priuilegijs, indulgentijs, gratijs, fauoribus, &
indultis, tàm ſpiritualibus, quam temporalibus, à
prædictis, & alijs Romanis Pontificibus præde-
ceſſoribus noſtris, aut alijs authoritatem habenti-
bus, quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur,
haberi hic volumus pro expreſſis, & noſtræ appro
bationis munimine ſolidamus, ac decernimus ro-
bur perpetuæ firmitatis obtinere, potiri, & gau-
dere poſſint, & debeant, perpetuis futuris tempori
bus, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine vlla
differentia, proinde, ac ſi quę vni ex ordinibus prę-
dictis ſunt cõceſſa, vtriq; ſimul, nominatim cõceſſa
fuiſſent, aut cõcederentur in poſterũ. Et quę de ma
c Vide in d. q. 15. a. 20. giſtro Generali, *c* de prioribus Prouincialibus, &
cõuentualibus, ac eorũ vicarijs, necnõ monaſterio-
rum monialium S. Auguſtini, ſub eorundem fratrũ
prædicatorum cura, & ſecũdum ipſius ordinis prę-
dicatorũ inſtituta viuentiũ, ſunt inſtituta, in Gene-
rali, & Prouincialibus miniſtris, ac vicarijs dicti or
dinis fratrum minorum, necnon, & monaſteriorũ
ſororum S. Damiani nuncupatarum, cenſeantur eſ-
54 ſe inſtituta. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum
ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſ-
penſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum
Eccleſiarum, & parochialium Eccleſiarum, rectori

bus, & alijs quibuſcunque, ſub excommunicatio-
nis latæ ſententiæ, & priuationis earundem paro-
chialium Eccleſiarum, ac omniũ aliorũ beneficio-
rum Eccleſiaſticorum, quę obtinẽt, necnon inhabi
litatis, ad illa, & alia in poſterum, pęnis, eo ipſo, per
eos, qui contra fecerint incurrẽdis, nè ordines præ-
dictos fratrum prædicatorum, & minorum, ac illo
rum domos, & profeſſores, pręter, aut contra Mar
tini, Gregorij, & Eugenij, aut aliorum quorunccon-
que prædeceſſorũ noſtrorũ, & præſentium no ra-
rũ literarum, tenorem, inquietare, ſeu moleſtare, &
eos, aut teſtamentorum, vltimarumque voluntatũ
executores, & hæredes prædictos, ſeu quoſcunque
alios, directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicuius
quartæ parochialis, ſeu canonicæ, vel alterius por-
tionis, ſeu oneris, & faciendũ celebrari aliquod of-
ficiũ, *d* in eorũ Eccleſijs, vel alibi, dũ apud ipſos fra *d Vide in 3. 10. qq. 10. q. 38. ar. 3.*
tres, decedentiũ cadauera tumulãtur, ante, vel poſt
eorũ ſepulturã cogere. Ne cõfeſſis dictis fratribus
prædicatoribus, & minoribus, pro tempore, eucha
riſtiæ, ſeu extremæ vnctionis ſacramẽta, ſine ratio-
nabili cã denegare, vel illorum exhibitionum mali
tioſe differretur eorũ parochianis, nè dictis fratri-
bus prædicatoribus, vel minoribus cõfiteãtur, pro-
hibere, vel perſuadere: nec etiã, ad præmiſſa, ſeu ali
quod præmiſſarum, auxilium, conſilium, vel fauo-
rem directè, vel indirectè, quoquo modo præſu-
mãt. Et nihilominus cuilibet in dignitate Eccleſia- 55
ſtica cõſtituto, & metropolitanæ, vel alterius cathe
dralis Eccleſiæ canonico, per vniuerſum orbẽ, qui
deſuper ꝓ pdictorũ ordinũ priores, guardianos, &
fratres, ac illorum, ſeu ad cõmodum eorum Roma
næ Eccleſiæ ſyndicos, deſuper fuerint requiſiti, per
Apoſtolica reſcripta, inſolidum mãdamus, quate-
nus per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præmiſſa, vbi, & quan-
do opus fuerit, ſolẽniter publicãtes; ac eiſdẽ fratrũ
prædicatorum, & Minorum, ordinibus, ac illorum
domibus, & profeſſoribus, in pręmiſſis, efficacis de
fenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica
poſſeſſione, vel quaſi, priuilegiorum, & cõceſſionũ
huiuſmodi gaudere: non permittentes *e* eos, ſeu te *e Quomodò procedere debent in his caſibus conſeruatores, vide in 10. 1. qq. 10. q. 65. ar. 11.*
ſtamentorũ executores, & hæredes prædictos, cõ-
tra illorũ tenorem, per ordinarios, & rectores præ-
dictos, & quoſcunque alios, indebitè moleſtari, aut
eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, ſeu
quomodolibet irrogari: ac etiam ſummariè, *f* & de
plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veri-
tate inſpecta, contra quoſcunque, cuiuſcunque qua
litatis, vel cõditionis exiſtãt, & quacunque Eccleſia *f Vide in 2. 10. qq. 10. q. 3. ar. 1.*
ſtica, & Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopa
li, vel mundana, fotent dignitate, & exẽptione mu-
niti: in quibuſcunque cauſis per eos mouendis, qua
cunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit,
eis miniſtrent iuſtitiæ complementum, exequẽdo,
quod per eos fuerit ordinatum. Et illos, quos cẽſu-
ras, & pęnas prædictas incurriſſe cõſtiterit, irritas
eſſe declarent, ac faciant, & mandent interdictos,
ſuſpenſos, & excommunicatos publicè nunciari, ac
ab omnib. artius euitari: ac legitimis ſuper his ha-
bendis, ſeruatis proceſſibus, illos, quoties opus fue
rit iteratis vicibus aggrauare procurent. Contradi
ctores *g* per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatio- *g Vide in 1. 10. qq. 11. q. 8. ar. 12. & 13.*
ne poſtpoſita cõpeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio *h* brachij ſecularis. Nõ obſtãtib. cõ-
ſtitutionibus Bonifacij, quibus cauetur, nè quis ex- *h Vide in d. q. 8. artic. 14.*
tra ſuã ciuitatem, & diœceſim: niſi in certis exce-
ptis caſibus, in illis, vltrà vnam dietam *i* à fine ſuæ
diœceſis, ad iudiciũ euocetur. Seu nè iudices à ſede
Apoſtolica deputati extrà ciuitates, & diœceſes, in 56
quibus deputati fuerint, contra quoſcunque proce *i Vide in d. q. 65. ab ar. 11 ro. 1. qq. reg.*
dere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſu-
mant, & de duabus dietis in cõcilio generali, nec-
non, quæ incipit ſuper cathedram, Bonifacij, & du
dum

Digitized by Google

ſtum Viennenſis Concilij, ac Calixti Papæ III. etiã prædeceſſoris noſtris literis, alijſque Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & ſynodalibus cõcilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus: necnon Octonis, & Octoboni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis legatorũ, conſtitutionibus, Eccleſiarum quoque, ac que locorum quorumlibet ſtatutis, & cõſuetudinibus, & inter quoſcunque dictorum ordinum fratrum Prædicatorum, & Minorũ profeſſores, atque locorum ordinarios, ſeu rectores prædictos, initis, & cõcluſis, ac hactenos obſeruatis pactis, & cõuentionibus, etiã a iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmatione roboratis, nec nõ omnibus Illis, quæ Gregorius, Martinus, & Eugenius præfati prædeceſſores in prædictis eorum literis voluerunt non obſtare, contrarijs quibuſcũque. Quibus omnibus, illa, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, ac derogatoriarũ derogatorias clauſulas in ſe cõtinerent, præſentibus, pro expreſſis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, quòad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſè derogamus. Aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & rectorib. præfatis, ſeu quibuſuis alijs communiter, & diuiſim à ſede præfata indultũ exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extrà certa loca, ad iudiciũ euocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam, præſentibus nõ expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodo libet, vel differri, & de qua, cuiuſque tenore habẽda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim ex nunc, illa, & quæcunque alia, quæ in futurũ per nos, vel ſedem Apoſtolicam quomodolibet concedi, ſtatui, decerni, vel ordinari contigerit contrà Gregorij, Martini, & Eugenij, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum prædictorũ, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem; necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoràter attentari cõtigerit, irrita, ac inania, ac nullius roboris, vel momenti eſſe decernimus. Et quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod tranſumptis earum manu notarij publici, & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, ſeu dictorum ordinum magiſtri, & generalis miniſtri ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extrà, vbicũque exhibitæ, vel oſtenſæ forent, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & cõſtitutionis, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicę 1474. Pridie Kal. Sept. Pontifi. noſtri, anno 4. Quas quidem literas Apoſtolicas per nos viſas, & diligenter inſpectas, per notarium publicum, & ſcribam infraſcriptum tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi mandauimus, noſtramque ordinariam, & dictæ curiæ authoritatẽ, vt moris eſt interpoſuimus, pariter, & decretum, Datis, & actis Romæ, apud S. Petrũ, in palatio cauſarum Apoſtolico, in quo iura reddi ſolent, in loco noſtro ſolito, & cõſueto, pro tribunali ſedens, ſub proprij ſigilli eiuſdẽ curiæ, quo in talibus vtimur appenſione, anno à Natiuitate Domini, 1476. indictione nona, die verò X. menſis Maij. Pont. S. D. N. Sixti Quarti præfati, anno 5. præſentibus ibidẽ diſcretis viris, Veſchonte de Vulterris, & Cincio de Viterbio, dictæ curiæ, ac noſtræ, notarijs, & ſcribis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis. Et ego Bartholomæus quondam Becti de Piſcia, clericus Lucañ. diœceſis, publicus Apoſtolica, & imperiali authoritate, curiæque cauſarum cameræ Apoſtolicæ notarius, & ſcriba, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, cũ prænominatis teſtibus, interfui, ideoque hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptum, exindè confeci, ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque; & nomine meis, ſolitis, & conſuetis, vnà cum dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ ſigilli appenſione ſignaui, rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.

a Vide in 2.20.44.10. 3.8.or.11.

57

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla XXXIIII.

IDem Pontifex Sixtus Quartus, ſub forma mariſmagni, diploma Innocentij Quarti conceſſũ fratribus de Tuſcia, per ampliationem in vniuerſum ordinem Eremitarum Diui Auguſtini, protrahit, confirmat deinde omnia priuilegia ab Alexandro Quarto, Vrbano Quarto, Bonifacio Octauo, Clemente Sexto, Bonifacio Nono, Martino Quinto, Eugenio Tertio, Nicolao Quinto, & alijs ſuis prædeceſſoribus ordini Eremitarum D. Auguſtini conceſſa, illa ipſa reddens ampliora, demum omnibus, & ſingulis indultis, & priuilegijs, ordinibus prędicatorum, & Minorum conceſſis, ita frui, & gaudere vult ipſos fratres Eremitas, ac ſi ipſis ſpecialiter fuiſſent conceſſa.

SVMMARIVM HVIVS Mariſmagni.

1 *Quod priores, Generales, per ſe, & Prouinciales, in capitulo prouinciali, cum diffinitoribus poſſint inſtituere prædicatores, & confeſſores.*
2 *Quod in Eccleſiis fratrum, libera ſit ſepultura.*
3 *Quod ſepelire, & celebrare, fratribus inuitis, in ſuis Eccleſiis, nullus poſſit.*
4 *Conſtitutio de confeſſoribus, & prædicatoribus, edita pro fratribus prædicatoribus, & Minoribus, extendatur ad Eremitas.*
5 *Vrbanus confirmat omnia priuilegia, & libertates, à ſuis prædeceſſoribus fratribus conceſſa.*
6 *Alexander concedit fratribus, vt ad receptionem, vel prouiſionem, in penſionibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis, aut ad ſolutionem collectarum, exactionum, &c. cogi non poſſint, etiam per literas Apoſtolicas, niſi, &c.*
7 *Priuilegia conceſſa domibus diuiſim ante vnionẽ, ſint communia omnibus domibus.*
8 *Quod poſſint fratres recipere mantellatas, & pinzocheras, inſtar mantellatarum ordinum minorum, & prædicatorum.*
9 *Quod tales mantellatæ gaudeant omnibus priuilegijs conceſſis ordini, & fratribus Eremitarum.*
10 *Domus fratrum aſſumuntur ſub protectione Romani Pontificis.*
11 *Quod ordo canonicus perpetuo obſeruetur.*
12 *Omnes poſſeſſiones præſentes, & futuræ, liberè, & integrè fratribus firmantur.*
13 *De decimis non ſoluendis.*
14 *Authoritas recipiendi fugientes à ſeculo.*
15 *Quod non licet profeſſos ab ordine decedere.*
16 *Quod nullus Epiſcopus valeat conuocare fratres ad ſynodos.*
17 *Quod nullus Epiſcopus, fratribus inuitis, poſſit ordines celebrare, aut aliquam congregationem facere in domibus fratrum.*
18 *Quod nullus Epiſcopus poſſit impedire electionem prioris, &c.*

19 *Quod*

Digitized by Google

19 Quod nihil exigatur à diœceſanis, pro conſecratione altaris.
20 De ſacramentis recipiendis à vicinis Epiſcopis.
21 De benedicendis vaſis, & veſtibus.
22 De celebratione diuinorum, tempore generalis interdicti.
23 De chriſmate.
24 De ordinatione oratorii, vel capella.
25 De Exactionibus non extorquendis.
26 De libertate ſepultura.
27 De hortis, & ſyluis alienatis reuocandis.
28 De electione ſucceſſoris, mortuo generali priore.
29 Prohibitio violentia facienda.
30 Confirmantur omnia priuilegia.
31 De indemnitate poſſeſſionum.
32 De decimis non ſoluendis.
33 Exemptio ordinis, & immediata ſubiectio ſedi Apoſtolicæ.
34 Quod ratione contractus, delicti, aut rei de qua agitur, conuenire non poſſunt fratres, coram ordinariis, & aliis iudicibus.
35 Confirmantur, & de nouo conceduntur omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus.
36 Extenſio de exactionibus, & decimis non ſoluendis, ad quæcunque.
37 Communicatio priuilegiorum fratrum virginibus viduis &c. ſub cura fratrum viuentibus.
38 Communicatio eorum priuilegiorum facta oblatis perſonis eidem ordini.
39 Extenſio de altari viatico, ad quæcunque loca honeſta, & de admiſſione ad diuina, tẽpore interdicti.
40 Declaratio particula, ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarum à quibus corpora ipſa aſſumuntur.
41 De quarta non ſoluenda.
42 De candelis, quæ ad manus dantur.
43 De piè legatis, & relictis ipſis fratribus.
44 Quod ratione contractus, delicti, vel rei, de qua agetur, nullus poſſit cõtra fratres ferre ſententias.
45 Declaratio caſuum, propter quos fratres eſſent ad ſedem Apoſtolicam meritò deſtinandi.
46 De diſpenſatione irregularitatum.
47 De ſacramento Eucharistia, & extremam vnctionem negantibus, vel malitioſè differentibus, ab Eccleſiarum rectoribus.
49 De bonis monaſteriorum monialium deſtructorũ.
50 De his, qui eligunt ſepeliri cum habitu fratrum, vel monialium, quomodò debent ſepeliri in Eccleſiis fratrum.
51 De exemptione Eccleſiarum, apud quas domus fratrum conſtructa ſunt, & capellani, per quem Eccleſia regitur.
52 Confirmatio prioris generalis, poſt electionis præſentationem, & aſſenſum.
53 Extenſio ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, facultatis procedendi contra aſſerentes, confeſſos fratribus, teneri ad confeſſionem rectoribus iterũ faciendam.
54 De impedientibus eleemoſinas fratrum.
55 Communicatio priuilegiorum prædicatoribus, & Minoribus conceſſorum.
56 Pœna, quas incurrunt facientes contra prædicta.
67 De conſeruatoribus.
58 De authoritate extrahendi tranſumpta, ab his literis.

IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, præſentes pariter, & futuri, præſentes literas, ſiue præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, viſuri, lecturi, & legi audituri, quod nos Ioãnes prioris, vtriuſque iuris doctor, curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generalis auditor, S. Mariæ Maioris, de vrbe, canonicus, ad reuerendi patris magiſtri Ambroſij Coriolani ſacræ Theologiæ profeſſoris, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini generalis, inſtantiam, & requiſitionem, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putãtes, eorum procuratores, ſiqui erunt in Romana curia pro eiſdem, quoſque infra deputatum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurũ, ad videndum, & audiendum, nonnullas literas Apoſtolicas ſanctiſſimi in Christo patris, & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ Quarti, confirmationis indultorum, ſeu priuilegiorum, dicto ordini, necnon innouationis, declarationis, & extenſionis eorundem, eiuſque veras bullas plũbeas, cum filis ſericis, rubri, croceique coloris, more Romanæ curiæ, Impendeñ. plumbatas, ſigillatas, & munitas, produci, & exhiberi, necnon tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formã redigi, mandari, authoritatemque ordinariam, & decretum dictæ curiæ, vt eſt moris, per nos, tanquã per iudicem ordinarium Romanæ curiæ, interponi, vel dicendum, & cauſam, ſi quam habent rationabilem, quare præmiſſa minimè fieri debeant, allegandum per noſtras ſpeciales literas, in audientia publica literarũ cõtradictarũ Domini noſtri Papæ, citari mãdauimus, & fecimus, ad certum perẽptorium terminũ cõpetentem, videlicet, ad diem, & horã infra ſcriptos. Quibus quidẽ die, & hora aduenientibus, cõparuit in iudicio coràm nobis, præfatus magiſter Ambroſius Coriolañ. antedictus, & quandam citationis audientię pergamini cedulã, in audientia publica literarum contradictarũ Domini noſtri, antedictam, pręſentatam, lectam, ſignatam, & ſigillatam aliter inibi debitæ executioni demandatam, repræſentauit, citatorumque in eadem contentorum, non comparentium, neque huiuſmodi diei termino in aliquo ſatisfacere curantium, accuſauit, ipſoſque contumaces reputari, & in eorum contumaciam, quaſdam literas Apoſtolicas Prænominati Domini noſtri, Domini Sixti Papę Quarti, confirmationis, roborationis, innouationis, declarationis, & extẽſionis indultorũ, ſeu priuilegiorum ordinis antedicti, maremagnũ nũcupatas, eius veras bullas plũbeas, in filis ſericeis, rubri, croceique colorũ, more Romanæ curiæ impendẽtes ſigillatas, & bullatas, ſanas, integras, nõ vitiatas, nõ cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpectione carentes, exhibuit, atque produxit, quas tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formam redigere mandari, authoritatemque ordinariam, & dictæ curiæ decretum, per nos, tanquàm iudicem ordinarium, interponi, debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc Ioãnes prioris, auditor pręfatus, dictos citatos non cõparentes reputauimus meritò (id exigente iuſtitia) contumaces, & in eorum contumaciam, ad dicti magiſtri Ambroſij Coriolani, eiuſdem ordinis generalis, inſtantiam, huiuſmodi literas Apoſtolicas, de ipſius manibus, ad manus noſtras recipimus, vidimus, & tenuimus, palpauimus, & diligẽter inſpeximus, ſanaſque integras, & non vitiatas, non cãcellatas, nec ĩ aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ipſaſque per prouidum virum magiſtrũ Bartholomæum de Piſcia, publicum, Apoſtolica authoritate, notarium, & dictæ curiæ, coràm nobis ſcribam infraſcriptum, trãſumi, exemplari, & in hanc publicam tranſumpti formam redigi, atque de verbo ad verbum, debitè collationari, & fideliter auſcultari mandauimus, & fecimus, quarum quidem literarum tenor, ſequitur, & eſt talis.

1 Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos facit ordo fratrum Eremitarum S. Auguſtini, in agro militãtis Eccleſiæ, in propagatione religionis,

&

& fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter, & producit, atque in futurum producturum fore, indubitanter ſperamus, diligenter attendimus, dignũ cenſemus, & debitum, nos ad illa, noſtros debere dirigere cogitatus, per ea, quæ pro diuini cultus, & dicti ordinis incremento, animarum ſalute à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſublatis ambiguitatibus, quæ ex inde emerſiſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, vt tantò firmius obſeruentur, quantò erunt ſæpius, ſedis Apoſtolicæ munimine ſtabilita. Dudum ſiquidem à fœ.re. Nicolao Papa V. prædeceſſore noſtro, emanauerũt literæ tenoris ſequentis.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generalis, Prouincialibuſque prioribus, & fratribus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis effectus, quem ad nos, & Romanam geritis Eccleſiam, promeretur, vt petitionibus veſtris, in his præſertim, quę commodum, & vtilitatem ordinis veſtri concernunt, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Nuper ſiquidẽ, pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt quaſdam per fœ.re. Bonifacium VIII. Vrbanũ VI. Alexandrum IIII. Martinum V. & Eugenium IIII. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, vobis, & ordini veſtro, conceſſas literas, Quæ incipiunt: vetuſtate conſumi: & quas difficile eſſet, ad diuerſa loca, pro diuerſis in conuentibus vobis negotijs deſtinare, confirmare, & ex certa ſcientia, & cum illorum inſertione, approbare, & innouare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quarum quidem literarum tenores ſunt tales.

Bonifatius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generali, & Prouincialibus prioribus fratrum Eremitarum ordinis Sancti Auguſtini, præſentibus, & futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter ſolicitudines noſtras, illa debet eſſe præcipua, vt ſuper Dominicum gregem commiſſum nobis, obſeruemus vigiliã indefeſſam, exerceamus curam, & exactam diligentiam apponamus, nè illum lupus rapax inuadat, & eius ſanguis ſecundũ Prophetam, (quod abſit) de noſtris manibus requiratur. Hoc autem benè fit, ſi oleo dulcedinis verbi Dei, foueantur ſubditi, increpationis vino, peccatorum ſuorum medeantur vulnera, & pœnitẽtiæ acrimonia purgata, tegantur, ad id verò exequendum, ſcientia diuinæ legis expoſcitur, deſideratus ordo, & vitę integritas flagitatur, ſcriptum eſt enim tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellã, nè ſacerdotio fungaris mihi, quia labia ſacerdotum cuſtodiũt ſcientiã, & legem requirunt, ex ore eius, aliàs, prout ad eũ pertinet, inter lepram, & lepram nõ poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens, Deo deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum ipſius aſſumere per os ſuum, nã cuius vita deſpicitur, conſequens eſt, vt eius prædicatio contemnatur. Qua propter, vt ipſi gregi eadem cura noſtra, eo plenior impendatur, quò plures operarij, in agro Domini, fuerint conſtituti, veſterque ordo, qui ſacerdotibus abundat, & in ſuis fratribus viget ſciẽtia, & vitæ ſinceritate per Dei gratiã pollet, in eodẽ agro fructus vberes
1 efferat. Tibi ſoli, prior generalis, per te, vobis Prouinciales priores, in prouincialibus capitulis, cum diffinitoribus ipſorum capitulorum, fratribus eiuſdem veſtri ordinis ſacerdotibus in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis à vobis *a* prædicationis, & tã ipſis, quam alijs fratribus dicti ordinis, ad id idoneos, audiendi *b* confitentes, iniungendi eis pęnitentias ſalutares, officia, *c* authoritate Apoſtolica cõmittẽdi, eiſdem quoque fratribus, quibus dicta officia, per vos taliter commiſſa fuerint, quod liberè valeant exercere, plenam, tenore præſentium, damus, & concedimus facultatem: diſtrictius inhibentes, nè quis fratrea ipſius ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione officiorum ipſorum, audeat quomodolibet impedire. Ad hæc ſepulturam in Eccleſijs, & locis veſtris liberam eſſe cenſemus, *d* vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic, ſepeliri deliberauerint, niſi Excommunicati *e*, vel interdicti, aut etiã publicè vſurarij fuerint, nullus obſiſtat, ſtatuentes, vt nulli religioſi, vel ſeculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum, in veſtris cœmeterijs ſepelire, aut in Eccleſijs veſtris Miſſarũ ſolemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca veſtra tumulãdi forent, ibidem exequias celebrare, ſine veſtro cõſenſu, & voluntate præſumãt. Cæterùm conſtitutionem noſtram, quam ſuper prędicationibus faciendis, & confeſſionibus audiendis, iniungendis eis pœnitentijs, abſolutionibus impendendis, ſepultura, & quarta portione, obuentione, tàm funeralium, quàm relictorum, datorum, & donatorum, in perſonis fratrum Prædicatorũ, & Minorum ordinum, olim edidimus, in vobis, & veſtri ordinis fratribus, per omnia volumus integraliter, & inconcuſſè ſeruari. Ita quod, conſiderata perſonarum, quas ad id habueritis idoneas, & clerici, & populi quantitate eorum, quos ad huiuſmodi audiendarum confeſſionum, officium eligitis, meritamini numerum, vos infra modum congruum continentes, & nunquàm in aliquo excedentes, vt ſic moderatione ſeruata, nec alios, quibus per eãdem conſtitutionem conceſſimus, ad inuidiam, vel ſcandalum, nec locorum Epiſcopos quibus à vobis electos præſentare debetis, ad repulſam prouocetis ipſorum. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc &c. Dat. Later. XVII. Kal. Febru. Pont. noſt. ann. 8.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, priori generali, & fratribus Eremitarum S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica, votis, & honeſtis, iuſta petentium deſiderijs, fauorem beneuolum impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus, grato occurrentes aſſenſu: omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, ſiuè per alias indulgentias, vobis, & ordini veſtro conceſſas, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus rationabiliter vobis, & ordini prædicto, indultas, ſicut ea iuſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem ordini, authoritate Apoſtolica confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam, &c. Datum Peruſij, pridie Kalend. Maij Pontificatus noſtri, anno 11. 5

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, priori generali, & vniuerſis prioribus, & fratribus Eremitarũ ordinis S. Auguſtini, ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Quantò ſtudioſius diuinæ contemplationi vacatis, Domino famulando, tantò quieti veſtræ libentius prouidemus. Cum igitur, ſicut pro parte veſtra fuit propoſitum corã nobis, nonnulli veſtri grauaminis auidi, frequenter ſuper penſionibus, & exactionibus indebitis vos, & manſiones veſtras multipliciter inquietent. Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati, authoritate Apoſtolica, vobis, tenore præſentium indulgemus, vt ad receptionem, vel prouiſionem alicuius, in pẽſionibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis, aut ad ſolutionem collectarum, ſeu exactionum quarumlibet, vel viceſimæ, cogi à nemine valeatis, per literas Apoſtolicas impetratas, vel etiã impetrãdas, abſq; mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, faciente plenã, & expreſſam, de verbo ad verbũ, de vobis, veſtro ordi- 6

ne,

a De præd. Vide in 10. 3. q. regu. q. 32.

b Vide in 10. 1. qq. 10. q. 61.

c Hoc officia aliquã deper electionem, aliquã deper compromiſſum prouidentur, de
2 quo in 2. 10. qq. 10. & q. 11. & de definitorio vide in eodem 2. 10. q. 45. ar. 1.

3 *d* Vide in 3. 10. qq. 10. q. 58. ar. 3.

4 *e* Vide in 3. 10. qq. 10. q. 61. ar. 1.

f Vide in 3. 10. qq. 10. q. 58. ar. 4.

17 vt tenētur. Porro quieti veſtræ prouidere volētes,
quod per literas Apoſtolicæ ſedis, aut legatorū, ſeu
delegatorū ipſius, cōueniri *a* à quoq; minimè valea
tis, & quod ad pecuniā colligendā, cogi nō poſſitis
inuiti, per literas ipſius ſedis de cætero impetran-
das quodque nullum veſtrum correctionis, ſeu viſi
tationis, vel inquiſitionis officium, monaſteriis, ſiue
quibuſcumque perſonis, impendere, vel ad cogni-
tiones cauſarum, citaōones partium, & denūtiatio
nes, ſententiarum, interdicti, & excommunicatio-
num procedere, aut recipere curam monialium cu
iuſcumque ordinis, compelli aliquatenus non poſſi
tis, aut recipiendum commiſſiones *b* cauſarum, ſeu
ſententiarum executiones, vel alia contingentia cau-
ſas ipſas, per literas præfatæ ſedis, in quibus facta
non fuerit de huiuſmodi indulgentia, mentio ſpe-
cialis, ſiue per legatos, vel delegatos ipſius. Nullus
inſuper Archiepiſcopus, vel Epiſcopus, nulluſque
alius prælatus eccleſiaſticus, vel eorum vicarij, vel
officiales, ad portandum, ſeu deferendum literas,
vel exequendum, vel denuntiandum ſententias cō
tra principes ſeculares, communitates, populos, ſeu
quoſcumque benefactores veſtros, nulluſque dele
gatus, vel ordinarius iudex, ad faciendum citatio-
nes, vel commiſſiones recipiendas, ſiue quod ſitis in
cauſis aliquibus aſſeſſores, ſeu ad alias lites, & con-
trouerſias, in cauſis, quæ coram ipſo tractantur, quē
quam veſtrum compellere valeant, ſine prædictæ
ſedis mandato, vel licentia ſpeciali, expreſſam fa-
ciente de hac indulgentia mentionem: nec quiſquā
veſtrum parere, vel intendere teneantur ſuper his
monitionibus, & mandatis, aut juſſionibus earum-
dem, aut facere, vel implere, quod in hac parte du-
xerint iniungendum. Cæterum magiſter, & ſinguli
18 priores prouinciales, ac ipſorum vicarij, illos ex fra
tribus, de quibus authoritate literarum ſedis Apo-
ſtolicæ, vel legatorū ipſius, Archiepiſcopis, & Epiſ-
copis, vel aliis quibuſcunque prouiſum extitit, vel
in poſterum contigerit prouidere, non obſtante cō
tradictione aliqua, poſſint ad ſuum ordinem reuo-
care: neque per literas eiuſdem ſedis, ſeu legatorū
ipſius, iam obtentas, vel de cætero obtinendas ali-
quos de fratribus ipſius ordinis, præfatis Archiepiſ
copis, & Epiſcopis, aut aliis, teneantur in ſocios *c* de
putare, niſi dictæ Apoſtolicæ obtinendæ, de indulto
huiuſmodi, & ordine ipſo, expreſſam fecerint men
tionem, & alias id honeſtati ordinis, & illorum ſa-
luti viderint expedire. Nullus autem legatus, niſi
de latere noſtro miſſus, authoritate literarum ſedis
Apoſtolicæ, ſpecialē, de hoc indulto, & ordine ve-
ſtro non faciente mentionem, nulluſque prælatus,
aut aliqua perſona, religioſa, ſeu ſæcularis, de fratri
bus eiuſdem ordinis, ſeu Cardinalis Romanæ Ec-
cleſiæ, ad ſua, ſeu Eccleſiæ negotia procuranda, vel
ſecum manendo, aliquos aſſumere valeat: niſi quos
magiſter, vel prior prouincialis ipſorum, tamque
idoneos, & diſcretos ſibi duxerint aſſignādos; quos
19 etiā volumus ſubiacere ordinis diſciplinæ. Illos ve
ro ordinis ipſius fratres, qui ad prædicandum cru-
cem, vel inquirendum contra hæreticam *d* prauita
tem, ſeu ad alia huiuſmodi negotia, ſunt, vel fue-
rint deputati, vbicumque à ſede Apoſtolica, tu fili
magiſter, tuique ſucceſſores remouere, ſeu reuoca-
re & penitus transferre, ipſiſque, quod ſuperſedeāt,
iniungere, aliosque ſubſtituere, cum expedire vide-
ritis, licitè, & liberè valeatis, ac in eos, ſi contraue-
nerint cenſuram Eccleſiaſticam exercere; ac quili-
bet prouincialis, vel eius vicarius eiuſdem ordinis,
illud ipſum in ſua prouincia, circa fratres ipſius or
dinis, quibus ab eadem ſede, ſimilia contigerit in
illa committi, facere poſſit; non obſtantibus aliqui-
bus literis, vel indulgentiis Apoſtolicis impetratis,
vel in poſterum impetrandis, quæ de hoc non fece-
rint mentionem. Inhibemus quoque, ne quis poſt 20
profeſſionem in ordine veſtro factam, ab ipſo ordi
ne, ſine ſui magiſtri, ſeu ſuperioris licētia, decedāt;
e decedentem verò, abſque cautione literarum alte
rius ipſorum, prætextu alicuius priuilegij Apoſtoli
cæ ſedis, nullus audeat retinere, quod ſi forte reti-
nere præſumpſerint, vobis, magiſtri, & ſinguli prio
res, dumtaxat, & veſtris vicariis, licitum ſit in ipſos
decedentes fratres excommunicationis ſententiam
promulgare; detinentes *f* vero eoſdem ſecum, vel
in monaſteriis, ſeu Eccleſiis ſuis, niſi eos eiecerint,
poſtquam eis denuntiatum fuerit, excommunica-
tionis ſententiæ volumus ſubiacere, non obſtanti-
bus quod excommunicari, ſuſpendi, vel interdici
non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes
plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi men-
tionem. Si verò aliqui de fratribus veſtri ordinis, 21
poſt obtentam licentiam à ſede prædicta, aut à no-
bis, ad religionem aliam tranſeundi, infra duos, vel
tres menſes ſe ad illam religionem ſuæ ſaluti con-
gruam, non contulerint, & ipſius non ſuſceperint
habitum regularem, licitū ſit vobis ſingulis, magi-
ſtro, & prioribus, & vices veſtras gerentibus, cōtra
ipſos, tanquam cōtra alios veſtri ordinis apoſtatas,
procedere, ſecundum quod honeſtati dicti ordinis 22
videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de
illis, qui poſt ſuſceptionem habitus alterius religio
nis, intra tēpus probationis, nulla profeſſione facta,
inde præſumpſerint reſilire, aut etiam ſi poſt profeſ
ſionē huiuſmodi, ad religionē laxiorem, ſeu mi-
tiorem ordinem tranſierint, *g* vel (quod abſit) ad ſæ
culum reuertātur, vos volumus contra ipſos, rigorē
veſtri ordinis exercere. Apoſtatas *h* verò veſtri or-
dinis excommunicare, capere, ligare, incarcerare,
vel alias ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis, per vos,
atq; et alios, in quocumque habitu contigerit eos 23
inueniri, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio *i* bra
chij ſæcularis. Inhibemus etiam, vt fratres, quos ab
ordine veſtro, pro ſuis culpis, per magiſtrū, & prio
res, ac eorum vicarios, expelli contigerit, vel qui e-
greſſi fuerint proprio ſuo motu, prædicare, confeſ- 24
ſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi ad aliū or
dinē, in quo licite huiuſmodi exerceantur officia,
tranſire de noſtra, vel magiſtri, ſeu prioris, vel vica
riorū ipſorum licentia ſpeciali: quod ſi forte tenta
re præſūpſerit, vos magiſtri, & ſinguli priores, vel
veſtri vicarij, in illos, quos infra fines prædicatio-
nis ſuæ, iuxta conſuetudinem ordinis veſtri diſtra-
ctos inueneritis, talia præſumentes, monitione præ
miſſa, authoritate noſtra excōmunicationis ſniam 25
valeatis promulgare. Eiectos autem de ordine ve-
ſtro, vel egreſſos, qui receptione in eodem ordine
ſuis culpis exigentibus, reddiderint ſe indignos, &
alios fratres eiuſdē ordinis, ex rationabili cauſa, ad
quoſcumq; ordines approbatos, præterquam ad
Beati Auguſtini Hoſpitaliorum, & aliorum religio
ſorū, arma portantium, ad vitandam occaſionē eua
gandi, vos magiſtri, & ſinguli priores, ſeu veſtri vi-
carij, cū teſtimonialibus literis, authoritate noſtra,
licentiandi liberā habeatis facultatē. Nos enim di-
ſtrictius inhibemus, nè tales ad aliū ordinem aliter
tranſire, vel aliqui, eos recipere, ſeu retinere præſu
mant, abſque licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ, fa- 26
ciente de hoc plenā mētionē. Inhibemus etiam, vt
nulli, ſiue ſit in religionis ordine, ſiue extra ordinē
conſtitutus, habitū veſtrum, aut ita conſimilem, q
propter eū frater prædicator credi poſſit, deferre
liceat, abſque mādato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et,
vt dicta inhibitio maiorem conſequatur effectum,
ſtatuimus, vt hi, qui habitum veſtrum, aut ſibi conſi
milem, prædicto modo deferre præſumpſerint, ad
deponendum ipſum per Diœceſanos locorum, cū
à vobis requiſiti fuerint, monitione præmiſſa, per
cen-

a De exēpt. regul. vide ī to. 2. q. 63. ar. 3. & q. de prælati regulares ſint iudices regul. vide ī eod. 2. to. q. 2. art. 8.

b Vide ī to. 2. qq. reg. q. 119. art. 2. & 3.

c Vide ī to. 2. qq. reg. q. 64. art. 1.

d Hoc eſt correctū, vt patet ex di ctis in to. 1. qq. regu. q. 51. art. 5.

e Vide ī to. 1. qq. regu. q. 30.

f Vide ī to. 1. qq. reg. q. 30. art. 9.

g De trāſitu vnius religionis ad aliā, vide ī 3. to. qq. re. q. 12.

h Vide ī 1. to. qq. re. q. 30. art. 5. & 6.

i Quomodo ſit inuocādū brachiū ſæculare, vide in 1. to. qq. re. q. 8. art. 14.

Digitized by Google

cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita,
27 compellantur. Cęterum, cum humilitas veſtra ſibi, de latitudine orbis terræ, nihil præter domos, & hortos, cum virgultis, pręmiorū obtentu cęleſtiū, duxerit teſeruandū: nos piè volentes, quod illorū fructus veſtrę paupertatis vſibus applicentur: vt de dictis hortis, & virgultis veſtris, nulli decimam teneamini exhibere, vobis authoritate præſentium indulgemus, diſtrictius inhibendo, nequis à vobis de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præ-
28 ſumat. Quia verò nonnulli veſtræ religionis habitū aſſumentes, diuerſis perſonis, quę ſciri, & inueniri nō poſſunt, aliqua bona reſtituere interdùm teneā-tur, vobis, magiſtro, & prioribus, ac vicarijs prædictis cōcedimus, vt ſinguli veſtrum, in locis ſibi cōmiſſis, bona *a* ipſa in pios vſus conuertere valeāt, prout ſecundum Deum viderint expedire. Sepulturā *b* quoque in locis, cœmeterijs, Eccleſijs veſtris
29 concedimus, & eam liberam eſſe cenſemus, & eorū deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deſiderauerint, niſi excōicati, *c* & interdicti, aut etiam publici vſurarij fuerint, nullus obſiſtat: ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quib. mortuorum corpora aſſumuntur, diſtrictius inhibētes, vt nulli religioſi, vel ſæculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum, in veſtris cœmeterijs ſepelire, *d* aut in Eccleſijs veſtris miſſarum *e* ſolemnia, vel pro animabus ipſorum, qui ad loca veſtra tumulandi fuerunt, ibique exequias celebrare, ſine
30 veſtro aſſenſu, & voluntate pręſumant. Inhibemus inſuper, vniuerſis fratribus ordinis veſtri, nè aliqui eorum, alijs, quàm prælatis ſuis, peccata ſua confiteri præſumant, niſi neceſſitatis vrgente articulo, vel niſi fortè magiſter, vel prior proprius, alicui fratri dederit fratri alteri eiuſdem ordinis, licentiam confitendi, vniuerſis autem Eccleſiarum pręlatis,
31 & alijs, inhibemus confeſſiones veſtras, vobis inuitis, audire, vel cōpellere vos ad Synodos, vel cōuocationes ſuas accedere, vel cum eis, extrà ciuitatē, vel intrà proceſſionaliter *f* exire, aut ſuis conſtitutionibus ſubiacere, vel capitula, ſcrutinia, vel inquiſitiones, in locis veſtris, vel alibi, de vobis facere, aut fidelitatē iuramento firmatam, & annualem obedientiā à prioribus, & ſuperioribus veſtris exigere, aut de ipſorum inſtitutione, vel deſtitutione, ſeu de ſtatutis veſtri ordinis, ſe aliquatenus intromittere, ſeu prohibere, nè ad ciuitates, vel villas, vbi religioſè, & honeſtè cōmorari poſſitis à populis euocati, audeatis accedere, ibique pro veſtris vſibus, cōſtruere ædificia, *g* Eccleſias, ſeu oratoria, aut in accedentes fratres, ſeu cōſtruentes huiuſmodi, vel receptatores ipſorum, excōicationis ſententiā ferre præſumāt. Cōcedimus quoq; vobis, vt de illis, quæ in ornamentis, vel pro eis, aut libris, fabrica, lumi-
32 naribus, anniuerſario ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſiuè alijs, ad perpetuū cultū diuinū, ſeu pro pitantijs, aut victu, ad ſuſtētationem veſtrā, vel indumentis, necnō pro annuis cenſibus redimendis, ad quorū ſolutionē aliquæ domus veſtri ordinis, obligari noſcuntur, vel de domibus, prædijs, & hortis alijſque locis veſtris, ſecundū inſtituta veſtri ordinis oportunis, aut de his, quæ pro huiuſmodi domibus, prædijs, hortis, & locis emendis, vobis leguntur, dummodo præmiſſa non conuertātur in alios vſus, ſed i illos dūtaxat, pro quibus relinquūtur, aut
33 alios etiam, qui in hac cōceſſione, vel indulgentia cōtinentur, nulli canonicam *h* portionem aliquam, teneamini exhibere. Et nequis à vobis, vel vltimarū executoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus, de pręmiſſis, aut de his, quę vobis in vltimis voluntatibus abſolutè legātur, vel alias pro veſtris neceſſitatibus conferantur, aliquid exigere, vel ex-
34 torquere pręſumat, diſtrictius inhibemus. Ad hæc liceat fratribus veſtri ordinis, cū de prioribus locis ſuis, ad alia loca ſe transferunt, tam *i* ædificia, quā omnem ædificiorum materiam, locorum, quæ dimittunt, dedicatis Eccleſijs, duntaxat exceptis, quā libros, calices, & paramenta ſecum ad alia loca trāſferre, ac ædificia ipſa, cum ſolo, & alijs ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſias, per perſonas ad hoc à ſede Apoſtolica deputatas, vendere, ipſorumque pretium, in aliorum locorum, ad quæ dicti fratres ſe transferunt, ędificationem, ſeu aliàs, in eorū vtilitatem cōuertere, ſecundum quod eis videbitur melius expedire. Et nè aliqui Epiſcopi, vel Ar- 35
chiepiſcopi, aut alij Eccleſiarum prælati, ſeu quæuis aliqua perſona Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, prędicta loca, ſeu bona occupare, accipere, vel vſurpare, aut quoquo modo ſibi vendicare pręſumāt, abſque dictæ ſedis licentia ſpeciali, diſtrictius inhibemus, indulgentes vobis, vt ad præſtationem procurationū, *k* legatorum prædictæ ſedis, vel nuntiorū ipſius, ſeu Dięceſanorum locorum, aut exactionū, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel prouiſionū quaruncunque, minimè teneamini, nec ad ea ſoluēda, per literas dictæ ſedis, aut legatorum, aut nūtiorum eiuſdem, ſeu rectorum terrarum Eccleſiæ Romanæ, impetratas, ſeu in poſterum impetrandas, cuiuſcunque tenoris fuerint, in perpetuum compelli poſſitis, niſi dictæ ſedis literæ impetrandæ, plenā, & expreſſam, de indulto huiuſmodi, & dicto ordine fecerint mentionem. Cæterum, quia fœ. re. In- 36
nocentius Papa IIII. prædeceſſor noſter olim duxerit ſtatuendum, vt exempti, quacunque gaudeant libertate, nihilominus tamen, ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſſint coram locorum ordinarijs, cōueniri, & illi quo ad hoc, ſuam in illis iuriſdictionem, prout ius exigit, exercere. Nos vobis, vt occaſione conſtitutionis huiuſmodi nulla, libertatibus, & immunitatib. vobis, & ordini veſtro, per priuilegia, & indulgentias à ſede Apoſtolica, conceſſis, vel in poſterū concedendis, pręiudicium generetur, authoritate præſentium indulgemus, decernentes vos, ſeu perſonas veſtri ordinis, in prædictis caſibus, ordinarijs *l* ipſis minimè ſubiacere; decernimus ergò irritum, & inane quidquid contra tenorem conceſſionum, & inhibitionum huiuſmodi, per quoſcunque fuerit attentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excōmunicationis ſententias, ſi quas contra conceſſiones, conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem, in vos, vel veſtrum aliquos, vel loca veſtra, ſeu benefactores, vel executores, aut hæredes prædictos, in poſterum promulgari contigerit, penitus non tenere. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginā noſtrarum conceſſionum, & inhibitionum, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc ſtentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Auinioni II. Nonas Martij. Pontificatus noſtri, anno quarto. Cęterum, vt earundem literarum tenor ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti, certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, & eūdem vigorem, tenor ipſe, per omnia habeat, quæ haberent originales literæ ſupradictæ, & eadem prorſus huiuſmodi tenori fides adhibeatur, quandocunque, & vbicunque, ſiue in iudicio, ſiue extra, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, quæ eiſdem originalibus literis adhiberetur, ac ſicut eis ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, neque per hoc, originales literas dicti Gregorij, ſeu Bonifacij aut Benedicti, ad quarum inſtar illæ ſunt editæ, producere, ſeu oſtendere teneamini. Verum nè dubitationes, ac controuerſię, quę alias vos, pluribus laboribus,

a Vide in 3.10. qq. re. q. 38. ar. 1.
b Vide in 3.10. qq. re. q. 58. ar. 3.
c Vide in 3.10. qq. re. q. 61.
d Vide in 3.10. qq. re. q. 58. ar. 4.
e Vide in 3.10. qq. re. q. 4. ar. 1. Vide in 10. 3. qq. re. q. 62. ar. 4.
Vide de exemptione fratrum in 10.2. qq. re. q. 63. ar. 3.
f Hoc ex parte est limitatū. Vide in 10.3. qq. regu. q. 36. ar. 4. ar. 6.
g Hoc est reuocatum, Vide in 10. 2. qq. re. q. 69. ar. 3.
h Vide in 3.10. qq. re. q. 48. ar. 2. & 10.3. qq. regu. q. 5. ar. 2. & 3.
i Vide in 2.10. qq. re. q. 49. ar. 7.
Vide in 3. 10. qq. re. q. 39. ar. 7.
k De exemptio. quoad tributa. Vide in 2. 10. qq. re. q. 65. ar. 2. & 3.
l Vide in 10. 2. qq. regu. q. 63. ar. 5. cum seq.

ribus,& expenſis vexanetũr, de cætero vobis ſiãt,
ex certa ſcientia decetoimus, vt dictum priuilegiũ
Gregorij Papæ XI.in iudicio, & extra, in qualibet
ſua diſpoſitioue,iuuiolabiliter obſeruetur. Non ob
ſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, illa præſer-
tim fœ.re.Clemeutis Papæ V. prædeceſſoris noſtri
edita iu Concilio Vienuenſi,quæ incipit; Dudùm,
nec nou priuilegijs, gratijs, & cõceſſionibus Apo-
ſtolicis,in genere, vel ſpecie, quibuſcunque Eccle-
ſijs,pſonis,ſiue locis, ſub quauis forma,vel expreſ-
ſione verborũ,etiãſi de his habenda eſſet in præſen
tibus mentio ſpecialis, ſeu per quæ præſentibus nõ
expreſſa,aut totaliter,de verbo ad verbum non in-
ſerta,earum in toto, ſeu in aliqua parte ſui effectus
poſſet aliqualiter impediri, & alijs contrarijs qui-
buſcunque. Nos autẽ,ex nunc irritum decernimus,
& inane, ſi ſecus ſuper his,aut eorum aliquo à quo
que,quauis authoritate,ſcienter,vel iguoranter cõ
tigerit attentari. Declarantes,clauſulam illam vide
37 licet,ſalua tamen iuſtitia eccleſiarum illatum à qui
bus mortuorum corpora aſſumuutur, iu omnibus
alijs debere intelligi, prætetquam in illis,de quib. a
in ipſo priuilegio ſpecialiter cauetur, quod cano-
nica portio minimè exigatur, Nulli ergò, &c. Dat.
Romæ apud Sanctos Apoſtolos, XII. Kal. Iulij, Pon
tifi.noſt. anno X. Cæterum, vt quarumlibet literarũ
earundem tenor, ſic inſertus, omnimoda rei, ſeu fa
cti certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica prę
dicta decernimus, illud idẽ robur, eandemq; vim,
& eundem vigorem, tenor ipſe, per omnia habeat,
quæ haberent ſingulæ originales literæ ſupradi-
ctæ, & eadem prorſus huiuſmodi tenori, fides adhi
beatur quandocunque, & vbicunque, ſiue in iudi-
cio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, & oſtenſus, ac ei-
dem ſtetur firmiter in omnibus, quæ ſingulis eiſ-
dem originalibus literis adhiberetur, ac ſicut eis
ſtaretur, ſi forent exhibitæ, & oſteuſæ, nec per ori-
ginales literas Gregorij, ſeu Bonifacij, Benedicti,
vel Martini huiuſmodi pręfati magiſter, priores, &
fratres producere, ſeu oſtendere teneantur, volen-
tes etiã, authoritate Apoſtolica, & ſcientia ſupradi-
ctis, harum ſerie decernentes, quod priuilegiũ Grę
gorij Papæ XI. huiuſmodi, in iudicio, & extra, in
qualibet ſui diſpoſitione, inuiolabiliter obſeruen-
tur. Non obſtãtibus conſtitutionibus Apoſtolicis, il
la præſertim piæ memoriæ Clementis Papæ Quin-
ti, etiã prædeceſſoris noſtri, io Concilio Vienuenſi
edita, quæ incipit, Dudum, necnon priuilegijs, &
gratijs, & cõceſſionibus Apoſtolicis, in genere, vel
in ſpecie, quibuſcunque perſouis, Eccleſijs, ſeu lo-
cis, ſub quauis forma, aut verborum expreſſione cõ
ceſſis, etiam ſi de illis, præſentibus habenda foret
mentio ſpecialis, ſeu per quæ, præſentibus non ex-
preſſa, aut totaliter nõ inſerta, earum in toto, ſeu in
aliqua parte ſui effectus, poſſet aliqualiter impedi-
ri, & alijs contrarijs quibuſcunque. Nos, n, ex nunc
irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, vel
eorum aliquo à quoquã, quauis authoritate, ſcien-
ter, vel ignoranter, cõtigerit attentari. Nulli ergò,
&c. Dat. Flor. anno Incar. Domini. 1443. Idib. Apri
lis, Pont. noſt. anno 11. Nos igitur, qui dicti ordinis
fratrum Prædicatorum, & perſonarum eius, ſtatum
proſperũ, & tranquillum propter vberes fructus,
quos ordo ipſe, multa præfulgens gloria meritorũ,
& gratia ſanctitatis in agro militãtis Eccleſiæ, in
propagationem fidei ortodoxæ, hactenus produ-
xit vtiliter, ac producit, & in futurum producturũ
fore, ſpe firma tenemus, palmites ſuos à mari, vſq;
ad mare, & ẽt ad Barbaras extendendo nationes, in
tenſis deſideramus affectibus, Gregorij, Martini, &
Eugenij, ac aliorũ prædeceſſorum noſtrorum, qui
ordinem prædictũ fratrum Prædicatorũ, alijs va-
rijs priuilegijs, nõ immeritò decorarũt, veſtigijs in
hærentes, motu proprio, non ad eorum dicti ordi-
nis fratrũ, profeſſorum, vel alterius ſuper eis, nobis
ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed de mera
noſtra voluntate, ac certa noſtra ſcientia, prędictas
Gregorij, & quaſcunque alias, quorumcunque alio- 38
rum Romanorum Põtificum prædeceſſorum no-
ſtrorum, literas dicto ordini fratrum Prædicatorũ,
& illius domibus, & profeſſoribus, in genere, ſub
quacunque verborum forma conceſſas, quas, ac ſi
de verbo ad verbum, vna cũ prædictis literis Eu-
genij prædeceſſoris præfati, inſertæ forent, haberi
volumus pro expreſſis, & omnia ſingula in illis cõ-
tenta, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ ap-
probamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere
debere, decernimus, ac pro potiori cautela, omnia,
& ſingula per Gregoriũ, & Martinum, & Eugeniũ,
alioſque prædeceſſores prędictos in eiſdem literis,
pro, & in fauorẽ dicti ordinis fratrum Prædicato-
rum, quolibet ordinata, ſtatuta, decreta, cõceſſa, &
indulta, fieri, & cõſeruari debere, authoritate, mo-
tu, ſcientia prædictis, de nouo ordinamus, ſtatui-
mus, atq; decernimus, & eiſdem ordini Prædicato
rum, illiuſque domibus, & profeſſoribus, concedi-
mus, & indulgemus. Et quia, ſicut accepimus, noſ-
que ipſi, experientia didicimus, io minoribus cõſti
tuti, circa literas, & priuilegia huiuſmodi, nõnulla
dubia poſtmodũ ſunt exorta, habita ſuper his cõſi-
deratione decenti, motu, authoritate, & ſciẽtia prę
dictis, literas eiuſdẽ Gregorij prædeceſſoris ea in
parte, in qua cõcedit dicti ordinis profeſſoribus, vt
liceat eis, iu locis, iu quibus degunt, habere orato- 39
ria, & in eis cũ altari portatili, etiã tempore inter-
dicti, ianuis clauſis, miſſarum ſolemnia, & alia diui-
na officia celebrare, & quod eorũ inſiſtentes obſe-
quijs, cenſuris generaliter promulgatis non ligen-
tur, cum contingat eos perſæpè requiri, vt etiã ex-
trà oratoria ſuper huiuſmodi altari portatili cele-
brent officia diuina, & ad illa, interdicti tempore,
tertij ordinis Sancti Dominici de pœnitentia nun-
cupati fratres, ac ſuos, & illorum admittant, exten-
dentes, coucedimus eiſdem fratribus, vt nõ ſolùm
in oratorijs, & locis, in quibus deguut, ſed etiam in
quouis alio loco congruenti, & honeſto, poſſint ſu-
per altari portatili, huiuſmodi miſſas, & alia diui-
na officia, libere, & licitè celebrare: exceptis Eccle
ſijs ab ordinarij iuriſdictione nõ exemptis, quoties
illud eiſdẽ fratribus, per ordinarios, ex cauſa cõtin-
geret inhiberi. Et vt liceat eis, tempore interdicti, 40
fratres, b & ſorores dicti Beati Dominici de pęnitẽ
tia nuncupati, necnon ipſorum fratrum Prædicato
rum, ac fratrum, & ſororum dicti tertij ordinis, pro
curatores, & negotia gerentes, vtriuſque ſexus, ad-
mittere ad diuina. Præterea, quia idem Gregorius 41
prædeceſſor, io dictis ſuis literis, magiſtro, & priori
bus, prouincialibus, & conuentualibus, & eorũ vi-
carijs, abſoluendi fratres eiuſdem ordinis, necnon
fratribus dicti ordinis, quos ipſe magiſter, priores,
prouinciales, & conuentuales, habuerint pro tem-
pore in confeſſores, abſoluendi ipſos magiſtrum,
priores, prouinciales, & conuentuales, ab exceſſib,
& cenſuris, niſi talia forent, propter quæ eſſent ad
ſedem Apoſtolicam meritò deſtinandi; ac cum eis
inſuper diſpẽſandi, concedit, & propterea, qui ſunt
deſtinandi, perſæpè reuocetur in dubium, vt abſol-
uentium, & abſoluendorum, diſpenſantium, & diſ-
penſatorum pro tempore, puritati conſcientiæ cõ-
ſolamus. Declaramus hæreticos, relapſos, c ſchiſ-
maticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut
ad infideles prohibita detuliſſent, duntaxat, eſſe ad
ſedẽ Apoſtolicam merito deſtinandos: reliquis ve-
rò omnibus, etiam ſimoniacè qualitercunque irri-
tis, poſſe per illos, quibus ibi cõceditur abſolu-
tionis beneficiũ, & diſpenſationis, iuxta caſuum in-
digentiam

a Vide in 10.1.qq.re. q.39.& in 10.3.qq.re. q.66.

b Vide in 3.10.qq.re. q.113.a.8

c Sic declarată fuit ſ marimã gno minoritæ ... parte, à Sixt IIII.

42 digentiam impartiri. Et vt dicti ordinis profeſſoribus, omnis vagandi tollatur occaſio, & ad ſedem Apoſtolicã recurrendi, ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, Magiſtro, & prioribus, prouincialibus, & cõuentualibus, ac illorum vicarijs, defectum *a* natalium, ex adulterio, ſacrilegio inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, patientib. necnon cũ his, qui ex quauis cauſa, preterquã homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis membrorũ, irregulares *b* forent, diſpenſandi, cũ dicti ordinis Prædicatorum profeſſoribus, poſtquã ipſum ordinẽ profeſſi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiuſmodi nõ obſtãte, irregulares ipſi, ad quoſcunque etiam ſacros ordines promoueri, & in illis etiam altaris miniſterio miniſtrare, & tàm ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes prędicti, ad quæcunque adminiſtrationes, & officia, eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè, & licitè valeãt, motu, ſcientia, & authoritate prædictis, cõcedimus per præſentes. Sanè verò par

a Vide in 3.10.qq.re. q.13.

b Vide in 3.10.qq.re. q.24.

43 tem literarum eiuſdem Gregorij prædicti, in qua ſepulturam in Eccleſijs fratrum dicti ordinis, liberam eſſe voluit, ſalua iuſtitia eccleſiarum, à quibus corpora aſſumuntur, declarantes libertatem huiuſmodi intelligi debere etiam, quoad hoc, vt fratres ipſi, nullius ſuper hoc petita licentia, parochias, in quibus corpora prædicta forent, cum cruce proceſſionaliter ingredi, & corpora ipſa leuare, & ad eorum Eccleſias ſepeliẽda, deferre poſſint, vbi hoc conſuetum foret, vel presbyteri, de leuatione requiſiti, hoc facere recuſarent. Nec cogantur inuiti, etiam prętextu cuiuſcũq; conſuetudinis, ipſi, vel defunctorum conſanguinei, illa ad parochiales Eccleſias, vel ad alia loca, deferre, & cum illis, vel ſinè ini bi celebrare, vel celebrari facere pro eiſdem defunctis, aliqua diuina officia, ante vel poſt ſepulturã earundẽ. Iuſtitia verò eccleſiarũ à quibus corpora ipſa aſſumuntur, iuxta Martini prædicti prædeceſſoris noſtri voluntatẽ, ſalua eſſe debere decernimus in omnibus alijs caſibus, præter eos, in quib. eorundẽ Gregorij, Martini, & Eugenij prædeceſſorũ noſtrorũ, ſpeciali priuilegio, fratres ipſi ab huiuſmodi ſolutione quartæ, ſunt exẽpti. Nec in ali-

Vide in 3.10.qq.re.q.58.ar.3.

44 quo caſu, de cãdelis, quæ ad manus, fratribus dantur, quarta *c* aliqua quolibet detrahatur, in reliquis verò caſibus, quàm in præmiſſis, in quibus quarta ipſa ſoluenda veniret, conuentiones, ſi quæ ſunt inter fratres prædictos, & locorum ordinarios, ac Eccleſiarum rectores, initæ, laudabiles, & honeſtæ, in

c Vide in 10.1.qq.re. q.33.ar.2. & in 3.10. q.46.ar.1.

45 poſterum obſeruentur. Et ſi fortè per nos, vel ſedẽ Apoſtolicam, de pijs legatis, diſpoſitis, & relictis, in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quarta alteri piæ, vel non piæ cauſe, ex quauis cauſa, hactenus cõceſſa foret, aut in futurum concedi, & ſolui, aut dari, mãdari cõtingeret, fratres prædictos, atque illorum domos, & eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem expoſita, in conceſſionibus, & mãdatis huiuſmodi, decernimus, atq; volumus non includi, niſi de ipſis fratribus, ac præſenti decreto, ac voluntate, noſtris, non per generales clauſulas, quæ etiam ſpecialem mentionem importare viderẽtur, ſed vera, & ſpecifica mentio fiat de

46 eiſdem. Indultum verò eiuſdem Gregorij prædeceſſoris, de decimis *d* non ſoluendis, ad quæcunque bona dictorum fratrum, & quaſcunque decimas, etiam quas vulgus, papales appellat, & Apoſtolica ſedes pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut alijs imminentibus perſæpè neceſſitatibus indicit, & quotcunque alia onera, motu, *e* & ſcientia prędictis, extendimus, decernentes fratres ipſos prædicatores, etiam ſi per quoſcunque exemptos, etiam mendicantes ſolui mandarent, cum quibuſuis derogatorijs, & fortioribus clauſulis, ad earum ſolutionẽ

d Vide in 10.1.qq.re. q.44.ar.4.

e Vide in 2.10.qq.re. q.61.ar.2. & in 10.3.qq.re.q.72.

non teneri, etiã in illorum ſolutione ceſſando, cenſuras, & pœnas aliquas incurrere, niſi præſentibus, non per generales, & alias clauſulas, ſpecialem mẽtionem importãtes, non aliàs, ſit derogatum ſpecificè, eorum de verbo ad verbum inſerto tenore. Et nè prætextu conſtitutionis Innocentij Quarti prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Volentes, locorũ Dięceſani, & alij ordinarij, ac alij quicunque in perſo- 47
nas, & loca fratrum Prædicatorum, contra eiuſdẽ Gregorij prædeceſſoris ordinationem, ſibi quancũque iuriſdictionem, & ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus; ne quiſpiam, abſque dictæ ſedis ſpeciali commiſſione, & authoritate, in perſonas, domos, & loca dicti ordinis Prædicatorum, vtpotè prorſus exempta, aliquas excõmunicationis, *f* ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi, aliquã præeminentiam, ſuperioritatẽ, & iuriſdictionem, quomodolibet exercere pręſumant, etiã ratione contractus, vel delicti, *g* ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat. Decernimuſque, ex nunc quaſlibet, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſententias, & quoſcunq; proceſſus, quaſuis pœnas, & ſententias, generales, vel ſpeciales continentes, quos, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia quę contra fratres, domos, & loca dicti ordinis quomodolibet fieri cõtigerit, etiam eorum exemptione, vtpotè notoria non aliter allegata, nullius roboris, vel momenti eſſe, & pro infectis haberi decernere. Prætereà, quia paro- 48
chialium Eccleſiarum rectores præfati, ergà illos, qui dicti ordinis Prædicatorum fratribus, eorum peccata confitentur, perſæpè in exhibitione Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis, ſe reddunt difficiles, concedimus ipſius fratribus ordinis Prædicatorũ, vt perſonis eis confeſſis, quibus rectores præfati, ſine rationabili cauſa denegarent, ſeu malitioſè diſtulerint Euchariſtiæ, *h* & extremæ *i* vnctionis ſacramenta miniſtrare; ſuper quo eorundẽ confeſſorum aſſertioni ſtari debeat, illa petentibus poſſint 49
impunè exhibere. Et cum aliquandò contingat monaſteria monialium Sancti Auguſtini, ſub cura, habitu, & conſtitutionibus fratrum Prædicatorum, degentiũ, monialibus deſtituti, adeò vt, de eorũ reformatione ſpes nulla ſuperſit, conuenientiuſq; ſit, quod illorũ ſic deſtitutorũ bona, ad ipſos fratres deueniãt, quorũ erant curæ commiſſa, quàm ad alios, illa, quæ ſic deſtituta exiſtunt, & deſtitui cõtigerit in futurũ, cũ eorũ bonis omnibus, in perpetuis vſibus fratrũ dicti ordinis Prædicatorũ, quibus ex forma regiminis ipſius ordinis cõpetit, applicamus, ità vt fratres ipſi poſſint de illis, & eorum monaſteriorum *k* ſtructuris, & ædificijs, pro eorũm volũtate diſponere, prouiſo, quod illorũ Eccleſiæ, & oratoria ad profanos vſus non redigantur, ſed in illis quandoque diuina celebrentur officia. Inſuper cũ nonnulli ad ordinem prędictum fratrum Prędicatorũ ſpecialem gerentes deuotionis affectũ, ordinent eorum cadauera, cum habitu fratrum dicti ordinis Prædicatorũ, aut ſororum dicti ordinis de pęnitẽtia ſepeliri; nè ex eorum corporũ delatione, ad 50
aliqua loca ordinis, & fratribus prædictis iniuria irrogetur, decernimus tales, apud fratres ipſos eſſe ſepeliendo, etiam *l* ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, nec poſſe etiam in loco per eos electo, cum habitu prædicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum portari, abſq; fratrum domus, loci, in quo tales deceſſerint, expreſſa licentia, & aſſenſu. Cæterum, ne ſi ratione parochialium Eccleſiarũ, apud 51
quas eorum fratrum domus conſtructæ fuere, aut conſtruerentur in poſterum, locorum ordinarij, in

eorum

f Vide in 10.2.qq.re. q.63.ar.5. & q.59.ar tic.5.

g Vide in 3.10.qq.re. q.2.ar.2.

h Vide in 10.1.qq.re. q.56.ar.2.

i Vide in 3.10.qq.re. q.79.ar.1.

k Vide in 10.2.qq.re. q.49.ar.3. & in 10.3. q.1.art.3. & 4. & in 10.1.qq.re. q.39.ar.6.

l Hoc eſt correctum, vt habes in tomo 3.qq.regu.q.58.artic.3.

eorum fratres aliquã ſuperioritatem ſibi vendica-
re tentarent, fratrũ eorundem quies in aliquo per-
turbaretur, concedimus eiſdem fratribus, vt in ſic
conceſſis, & quas eis concedi contigerit curatis Ec
cleſijs, poſſint per capellanum *a* per eos, pro eorũ
nutu ponendum, & amouendum, curam huiuſmo-
di exercere. Qui quandiù capellanatus huiuſmodi
fungetur officio, ac ſi dicti ordinis Prædicatorum
profeſſor exiſteret, dictorum fratrum Prædicatorũ
libertate, & exemptione vbique fruatur: Eccleſiæ
verò prædictæ, & illarum bona illa, qua domus di-
52 cti ordinis, prærogatiua lætentur. Rurſus intelleximus,
quod, etſi bonæ memoriæ, Ioãnes Vigeſimus
ſecundus prædeceſſor noſter, illorum opinionem,
qui aſſerebant, quod confeſſi fratribus prędictis,
vel aliorum mendicãtium, ad audiendas cõfeſſio-
nes, iuxtà iuris diſpoſitionem, deputatorũ pro tem
pore, tenebãtur eorum peccata rectori eorum pa-
rochialis Eccleſiæ, iterum confiteri, reprobauerit,
& deindè præfatus Eugenius prędeceſſor, reproba
tionem huiuſmodi approbans, contra talia aſſeren
tes, tanquam de hæreſi ſuſpectos, per locorum ordi
narios inquiri, & procedi mandauerit, ac ſucceſſi-
uè piæ memoriæ, Nicolaus Papa Quintus ſimiliter
prædeceſſor noſter, geſta in præmiſſis à Ioanne, &
Eugenio prędeceſſoribus, robur perpetuę firmita-
tis obtinere debere decreuerit, nihilominus adhuc
nonnulli eorum, adhęrentes proteruię, opinionem
prædictam, & deſuper factos damnatos, & malè ſo
nantes, ac reprobos articulos, veros eſſe affirmare
non verentur: vt talium ſuperſtitioſa temeritas tan
tò minus inualeſcat, quantò erit ſuperiorum corre
ctione damnata, conceſſam contra tales per eiuſdẽ
Eugenij prædeceſſoris literas, locorum ordinarijs,
facultatem, ad inquiſitores hæreticæ prauitatis ex-
tendimus, ac volumus, quod inquiſitores ipſi, qui-
cunque fuerint, eadem qua ordinarij contra ta-
53 les authoritate fungantur. Poſtremò cum fratres or
dinis minorum, ſicut & prædicti prædicatorum or
dinis profeſſores, pro fidei Catholicæ dilatione cõ-
tinuò videntur eſſe, labores, fructuſque afferant in
Dei Eccleſia ſalutares, & propterea fuerint varijs,
per ſedem prædictam priuilegijs decorati, vt quos
par labor, pariaque merita coniungunt, paria con-
iungant priuilegia, & fauores, eiſdem profeſſorib,
ordinis prædicatorum, vt conceſſis fratribus mino
ritis, eiſdem *b* ordinis minorum fratribus præmiſ-
ſis, & alijs conceſſis prædictis fratribus prædicato-
ribus, priuilegijs, indulgentijs, gratijs, fauoribus, &
indultis, tàm ſpiritualibus, quam temporalibus, à
prædictis, & alijs Romanis Pontificibus præde-
ceſſoribus noſtris, aut alijs authoritatem habenti-
bus, quæ omnia, ac ſi nominatim exprimerentur,
haberi hic volumus pro expreſſis, & noſtræ appro
bationis munimine ſolidamus, ac decernimus ro-
bur perpetuæ firmitatis obtinere, potiri, & gau-
dere poſſint, & debeant, perpetuis futuris tempori
bus, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine vlla
differentia, proinde, ac ſi quę vni ex ordinibus pre-
dictis ſunt cõceſſa, vtriq; ſimul, nominatim cõceſſa
fuiſſent, aut cõcederentur in poſterũ. Et quę de ma
giſtro Generali, *c* de prioribus Prouincialibus, &
cõuentualibus, ac eorũ vicarijs, necnõ monaſterio-
rum monialium S. Auguſtini, ſub eorundem fratrũ
prædicatorum cura, & ſecũdum ipſius ordinis prę-
dicatorũ inſtituta viuentiũ, ſunt inſtituta, in Gene-
rali, & Prouincialibus miniſtris, ac vicarijs dicti or
dinis fratrum minorum, necnon, & monaſteriorũ
ſororum S. Damiani nuncupatarum, cenſeantur eſ-
54 ſe inſtituta. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum
ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſ-
penſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum
Eccleſiarum, & parochialium Eccleſiarum, rectori

a De his capellanis, vide in to. 1. qq. re. q. 36 ar. 1. & 2.

Vide in to. 2. qq. re. q. 61. ar. 3.

b Vide in 1. to. qq. re. q. 55. ar. 2.

c Vide in d. q. 55. a. 20.

bus, & alijs quibuſcunque, ſub excommunicatio-
nis latæ ſententiæ, & priuationis earundem paro-
chialium Eccleſiarum, ac omniũ aliorũ beneficio-
rum Eccleſiaſticorum, quę obtinẽt, necnon inhabi
litatis, ad illa, & alia in poſterum, pęnis, eo ipſo, per
eos, qui contra fecerint incurrẽdis, nè ordines præ-
dictos fratrum prædicatorum, & minorum, ac illo
rum domos, & profeſſores, pręter, aut contra Mar
tini, Gregorij, & Eugenij, aut aliorum quoruncun-
que prædeceſſorũ noſtrorũ, & præſentium no ra-
tũ literarum, tenorem, inquietare, ſeu moleſtare, &
eos, aut teſtamentorum, vltimarumque voluntatũ
executores & hæredes prædictos, ſeu quoſcunque
alios, directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicuius
quartæ parochialis, ſeu canonicæ, vel alterius por-
tionis, ſeu oneris, & faciendũ celebrari aliquod of-
ficiũ, *d* in eorũ Eccleſijs, vel alibi, dũ apud ipſos fra
tres, decedentiũ cadauera tumulãtur, ante, vel poſt
eorũ ſepulturã cogere. Ne cõfeſſis dictis fratribus
prædicatoribus, & minoribus, pro tempore, eucha
riſtiæ, ſeu extremæ vnctionis ſacramẽta, ſine ratio-
nabili cã denegare, vel illorum exhibitionum mali
tioſe differre: aut eorũ parochianis, nè dictis fratri-
bus prædicatoribus, vel minoribus cõfiteãtur, pro-
hibere, vel perſuadere: nec etiã, ad præmiſſa, ſeu ali
quod præmiſſarum, auxilium, conſilium, vel fauo-
rem directè, vel indirectè, quoquo modo præſu-
mãt. Et nihilominus cuilibet in dignitate Eccleſia- 55
ſtica cõſtituto, & metropolitanæ, vel alterius cathe
dralis Eccleſiæ canonico, per vniuerſum orbẽ, qui
deſuper p pdictorũ ordinũ priores, guardianos, &
fratres, ac illorum, ſeu ad cõmodum eorum Roma
næ Eccleſiæ ſyndicos, deſuper fuerint requiſiti, per
Apoſtolica reſcripta, In ſolidum mãdamus, quate-
nus per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præmiſſa, vbi, & quan-
do opus fuerit, ſolẽniter publicãtes; ac eiſdẽ fratrũ
prædicatorum, & Minorum, ordinibus, ac illorum
domibus, & profeſſoribus, in pręmiſſis, efficacis de
fenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica
poſſeſſione, vel quaſi, priuilegiorum, & cõceſſionũ
huiuſmodi gaudere: non permittentes *e* eos, ſeu te
ſtamentorũ executores, & hæredes prædictos, cõ-
tra illorũ tenorem, per ordinarios, & rectores præ-
dictos, & quoſcunque alios, indebitè moleſtari, aut
eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, ſeu
quomodolibet irrogari: ac etiam ſummariè, *f* & de
plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veri-
tate inſpecta, contra quoſcunque, cuiuſcunque qua
litatis, vel cõditionis exiſtãt, & quacunque Eccleſia
ſtica, & Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopa
li, vel mundana, forent dignitate, & exẽptione mu-
niti: in quibuſcunque cauſis per eos mouendis, qua
cunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit,
eis miniſtrent iuſtitiæ complementum, exequẽdo,
quod per eos fuerit ordinatum. Et illos, quos cẽſu-
ras, & pęnas prædictas incurriſſe cõſtiterit, irritas
eſſe declarent, ac faciant, & mandent interdictos,
ſuſpenſos, & excommunicatos publicè nunciari, ac
ab omnib. artius euitari: ac legitimis ſuper his ha-
bendis, ſeruatis proceſſibus, illos, quoties opus fue
rit iteratis vicibus aggrauare procurent. Contradi
ctores *g* per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatio-
ne poſtpoſita cõpeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio *h* brachij ſecularis. Nõ obſtãtib. cõ-
ſtitutionibus Bonifacij, quibus cauetur, nè quis ex-
tra ſuã ciuitatem, & diœceſim: niſi in certis exce-
ptis caſibus, in illis, vltrà vnam dietam *i* à fine ſuæ
diœceſis, ad iudiciũ euocetur. Seu nè iudices à ſede
Apoſtolica deputari extrà ciuitates, & diœceſes, in 56
quibus deputati fuerint, contra quoſcunque proce
dere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere pręſu-
mant, & de duabus dietis in cõcilio generali, nec-
non, quæ incipit ſuper cathedram, Bonifacij, & du
dum

d Vide in 3. to. qq. re. q. 53. ar. 3.

e Quomodò procedere debent in his caſibus conſeruatores, vide in to. 1. qq. re. q. 65. ar. 11.

f Vide in 2. to. qq. re. q. 3. ar. 1.

g Vide in 1. to. qq. re. q. 8. ar. 12. & 13.

h Vide in d. q. 8. art. 14.

i Vide in d. q. 61. ab ar. 11 to. 1. qq. reg.

dum Viennenſis Concilij, ac Calixti Papæ III. etiã prædeceſſoris, noſtris literis, alijſque Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & ſynodalibus cõcilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus: necnon Octonia, & Octoboni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis legatorũ, conſtitutionibus, Eccleſiarum quoque, atque locorum quorumlibet ſtatutis, & cõſuetudinibus, & inter quoſcunque dictorum ordinum fratrum Prædicatorum, & Minorũ profeſſores, atque locorum ordinarios, ſeu rectores prædictos, initis, & cõcluſis, ac hactenus obſeruatis pactis, & cõuentionibus, etiã a iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmatione roboratis, nec nõ omnibus illis, quæ Gregorius, Martinus, & Eugenius præfati prædeceſſores in prædictis eorum literis voluerunt non obſtare, contrarijs quibuſcũque. Quibus omnibus, illa, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, ac derogatoriarũ derogatorias clauſulas in ſe cõtinerent, præſentibus, pro expreſſis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, quò ad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſè derogamus. Aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & rectorib. præfatis, ſeu quibuſuis alijs communiter, & diuiſim à ſede præfata indultũ exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut vltra, vel extrà certa loca, ad iudiciũ euocari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam, præſentibus nõ expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodo libet, vel differri, & de qua, cuiuſque tenore habẽda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nos enim, ex nunc, illa, & quæcunque alia, quæ in futurũ per nos, vel ſedem Apoſtolicam quomodolibet concedi, ſtatui, decerni, vel ordinari contigerit contrà Gregorij, Martini, & Eugenij, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum prædictorũ, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem; necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoràter attentari cõtigerit, irrita, ac inania, ac nullius roboris, vel momenti eſſe decernimus. Et quia

57 difficile foret, præſentes literas, ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod tranſumptis earum manu notarij publici, & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, ſeu dictorum ordinum magiſtri, & generalis miniſtri ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extrà, vbicũque exhibitæ, vel oſtenſæ forent, fides adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis, & cõſtitutionis, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicę 1474. Pridie Kal. Sept. Pontifi noſtri, anno 4. Quas quidem literas Apoſtolicas per nos viſas, & diligenter inſpectas, per notarium publicum, & ſcribam infraſcriptum tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi mandauimus, noſtramque ordinariam, & dictæ curiæ authoritatẽ, vt moris eſt interpoſuimus, pariter, & decretum, Datis, & actis Romæ, apud S. Petrũ, in palatio cauſarum Apoſtolico, in quo iura reddi ſolent, in loco noſtro ſolito, & cõſueto, pro tribunali ſedens, ſub proprij ſigilli eiuſdẽ curiæ, quo in talibus vtimur appenſione, anno à Natiuitate Domini, 1476. indictione nona, die verò X. menſis . aij. Pont. S.D.N. Sixti Quarti præfati, anno 5. præſentibus ibidẽ diſcretis viris, Veſchonte de Vulteris, & Cincio de Viterbio, dictæ curiæ, ac noſtræ, notarijs, & ſcribis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis. Et ego Bartholomæus quondam Becti de Piſcia, clericus Lucañ. diœceſis, publicus Apoſtolica, & imperiali authoritate, curiæque cauſarum cameræ Apoſtolicæ notarius, & ſcriba, prædictis omnibus, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, cũ prænominatis teſtibus, interfui, ideoque hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptum, exindè confeci, ſubſcripſi, publicaui, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque; & nomine meis, ſolitis, & conſuetis, vnà cum dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ ſigilli appenſione ſignaui, rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium omnium, & ſingulorum præmiſſorum.

a Vide in 1.20.qq.re. q.8.ar.11.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla XXXIIII.

IDem Pontifex Sixtus Quartus, ſub forma mariſmagni, diploma Innocentij Quarti conceſsũ fratribus de Tuſcia, per ampliationem in vniuerſum ordinem Eremitarum Diui Auguſtini, protrahit, confirmat deinde omnia priuilegia ab Alexandro Quarto, Vrbano Quarto, Bonifacio Octauo, Clemente Sexto, Bonifacio Nono, Martino Quinto, Eugenio Tertio, Nicolao Quinto, & alijs ſuis prædeceſſoribus ordini Eremitarum D. Auguſtini conceſſa, illa ipſa reddens ampliora, demum omnibus, & ſingulis indultis, & priuilegijs, ordinibus prędicatorum, & Minorum conceſſis, ita frui, & gaudere vult ipſos fratres Eremitas, ac ſi ipſis ſpecialiter fuiſſent conceſſa.

SVMMARIVM HVIVS Mariſmagni.

1 *Quod priores, Generales, per ſe, & Prouinciales, in capitulo prouinciali, cum diffinitoribus poſſint inſtituere prædicatores, & confeſſores.*
2 *Quod in Eccleſiis fratrum, libera ſit ſepultura.*
3 *Quod ſepelire, & celebrare, fratribus inuitis, in ſuis Eccleſiis, nullus poſſit.*
4 *Conſtitutio de confeſſoribus, & prædicatoribus, edita pro fratribus prædicatoribus, & Minoribus, extendatur ad Eremitas.*
5 *Vrbanus confirmat omnia priuilegia, & libertates. à ſuis prædeceſſoribus fratribus conceſſa.*
6 *Alexander concedit fratribus, vt ad receptionem, vel prouiſionem, in penſionibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis, aut ad ſolutionem collectarum, exactionum, &c. cogi non poſſint, etiam per literas Apoſtolicas, niſi, &c.*
7 *Priuilegia conceſſa domibus diuiſim ante vnionẽ, ſint communia omnibus domibus.*
8 *Quod poſſint fratres recipere mantellatas, & pinzocheras, inſtar mantellatarum ordinum minorum, & prædicatorum.*
9 *Quod tales mantellatæ gaudeant omnibus priuilegijs conceſſis ordini, & fratribus Eremitarum.*
10 *Domus fratrum aſſumuntur ſub protectione Romani Pontificis.*
11 *Quod ordo canonicus perpetuo obſeruetur.*
12 *Omnes poſſeſſiones præſentes, & futuræ, liberè, & integrè fratribus firmantur.*
13 *De decimis non ſoluendis.*
14 *Authoritas recipiendi fugientes à ſeculo.*
15 *Quod non licet profeſſos ab ordine decedere.*
16 *Quod nullus Epiſcopus valeat conuocare fratres ad ſynodos.*
17 *Quod nullus Epiſcopus, fratribus inuitis, poſſit ordines celebrare, aut aliquam congregationem facere in domibus fratrum.*
18 *Quod nullus Epiſcopus poſſit impedire electionem prioris, &c.*

Digitized by Google

19 *Quod nihil exigatur à diœceſanis, pro conſecratione altaris.*
20 *De ſacramentis recipiendis à vicinis Epiſcopis.*
21 *De benedicendis vaſis, & veſtibus.*
22 *De celebratione diuinorum, tempore generalis interdicti.*
23 *De chriſmate.*
24 *De ordinatione oratorii, vel capellæ.*
25 *De Exactionibus non extorquendis.*
26 *De libertate ſepulturæ.*
27 *De hortis, & ſyluis alienatis reuocandis.*
28 *De electione ſucceſſoris, mortuo generali priore.*
29 *Prohibitio violentiæ faciendæ.*
30 *Confirmantur omnia priuilegia.*
31 *De indemnitate poſſeſſionum.*
32 *De decimis non ſoluendis.*
33 *Exemptio ordinis, & immediata ſubiectio ſedi Apoſtolicæ.*
34 *Quod ratione contractus, delicti, aut rei de qua agitur, conuenire non poſſunt fratres, coram ordinariis, & aliis iudicibus.*
35 *Confirmantur, & de nouo conceduntur omnia priuilegia à ſuis prædeceſſoribus.*
36 *Extenſio de exactionibus, & decimis non ſoluendis, ad quæcunque.*
37 *Communicatio priuilegiorum fratrum virginibus viduis &c. ſub cura fratrum viuentibus.*
38 *Communicatio eorum priuilegiorum facta oblatis perſonis eidem ordini.*
39 *Extenſio de altari viatico, ad quæcunque loca honeſta, & de admiſſione ad diuina tẽpore interdicti.*
40 *Declaratio particulæ, ſalua tamen iuſtitia Eccleſiarum à quibus corpora ipſa aſſumuntur.*
41 *De quarta non ſoluenda.*
42 *De candelis, quæ ad manus dantur.*
43 *De piè legatis, & relictis ipſis fratribus.*
44 *Quod ratione contractus, delicti, vel rei, de qua ageretur, nullus poſſit cõtra fratres ferre ſententias.*
45 *Declaratio caſuum, propter quos fratres eſſent ad ſedem Apoſtolicam meritò deſtinandi.*
46 *De diſpenſatione irregularitatum.*
47 *De ſacramento Euchariſtiæ, & extremam vnctionem negantibus, vel malitioſè differentibus, ab Eccleſiarum rectoribus.*
49 *De bonis monaſteriorum monialium deſtructorũ.*
50 *De his, qui eligunt ſepeliri cum habitu fratrum, vel monialium, quomodò debent ſepeliri in Eccleſiis fratrum.*
51 *De exemptione Eccleſiarum, apud quas domus fratrum conſtructa ſunt, & capellani, per quem Eccleſia regitur.*
52 *Confirmatio prioris generalis, poſt electionis præſentationem, & aſſenſum.*
53 *Extenſio ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis, facultatis procedendi contra aſſerentes, confeſſos fratribus, teneri ad confeſſionem rectoribus iterũ faciendam.*
54 *De impedientibus eleemoſinas fratrum.*
55 *Communicatio priuilegiorum prædicatoribus, & Minoribus conceſſorum.*
56 *Pœna, quas incurrunt facientes contra prædicta.*
67 *De conſeruatoribus.*
58 *De authoritate extrahendi tranſumpta, ab his literis.*

IN nomine Domini Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, præſentes pariter, & futuri, præſentes literas, ſiue præſens publicum inſtrumentum inſpecturi, viſuri, lecturi, & legi audituri, quod nos Ioãnes prioris, vtriuſque iuris doctor, curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generalis auditor, S. Maiæ Maioris, de vrbe, canonicus, ad reuerendi patris magiſtri Ambroſij Coriolani ſacræ Theologiæ profeſſoris, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini generalis, inſtantiam, & requiſitionem, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putãtes, eorum procuratores, ſiqui erunt in Romana curia pro eiſdem, quoſque infra deputatum tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurũ, ad videndum, & audiendum, nonnullas literas Apoſtolicas ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ Quarti, confirmationis indultorum, ſeu priuilegiorum, dicto ordini, necnon innouationis, declarationis, & extenſionis eorundem, eiuſque veras bullas plũbeas, cum filis ſericis, rubri, croceique coloris, more Romanæ curiæ, Impendeñ. plumbatas, ſigillatas, & munitas, produci, & exhiberi, necnon tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formã, redigi, mandari, authoritatemque ordinariam, & decretum dictæ curiæ, vt eſt moris, per nos, tanquã per iudicem ordinarium Romanæ curiæ, interponi, vel dicendum, & cauſam, ſi quam habent rationabilem, quare præmiſſa minimè fieri debeant, allegandum per noſtras ſpeciales literas, in audientia publica literarũ cõtradictarũ Domini noſtri Papæ, citari mãdauimus, & fecimus, ad certum perẽptorium terminũ cõpetentem, videlicet, ad diem, & horã infra ſcriptos. Quibus quidẽ die, & hora aduenientibus, cõparuit in iudicio coràm nobis, præfatus magiſter Ambroſius Coriolañ. antedictus, & quandam citationis audientiæ pergamini cedulã, in audientia publica literarum contradictarũ Domini noſtri, antedictam, præſentatam, lectam, ſignatam, & ſigillatam aliter inibi debitæ executioni demandatam, repræſentauit, citatorumque in eadem contentorum, non comparentium, neque huiuſmodi diei termino in aliquo ſatisfacere curantium, accuſauit, ipſoſque contumaces reputari, & in eorum contumaciam, quaſdam literas Apoſtolicas Prænominati Domini noſtri, Domini Sixti Papæ Quarti, confirmationis, roborationis, innouationis, declarationis, & extẽſionis indultorũ, ſeu priuilegiorum ordinis antedicti, mare magnũ nũcupatas, eius veras bullas plũbeas, in filis ſericeis, rubri, croceique colorũ, more Romanæ curiæ Impendẽtes ſigillatas, & bullatas, ſanas, integras, nõ vitiatas, nõ cancellatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpectione carentes, exhibuit, atque produxit, quas tranſumi, & exemplari, & in publicam tranſumpti formam redigere mandari, authoritatemque ordinariam, & dictæ curiæ decretum, per nos, tanquàm iudicem ordinarium, interponi, debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc Ioãnes prioris, auditor præfatus, dictos citatos non cõparentes reputauimus meritò (id exigente iuſtitia) contumaces, & in eorum contumaciam, ad dicti magiſtri Ambroſij Coriolani, eiuſdem ordinis generalis, inſtantiam, huiuſmodi literas Apoſtolicas, de ipſius manibus, ad manus noſtras recipimus, vidimus, & tenuimus, palpauimus, & diligẽter inſpeximus, ſanaſque integras, & non vitiatas, non cãcellatas, nec ĩ aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes, ipſaſque per prouidum virum magiſtrũ Bartholomæum de Piſcia, publicum, Apoſtolica authoritate, notarium, & dictæ curiæ, coràm nobis ſcribam infraſcriptum, trãſumi, exemplari, & in hanc publicam tranſumpti formam redigi, atque de verbo ad verbum, debitè collationari, & fideliter auſcultari mandauimus, & fecimus, quarum quidem literarum tenor, ſequitur, & eſt talis.

Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum fructus vberes, quos facer ordo fratrum Eremitarum S. Auguſtini, in agro militãtis Eccleſiæ, in propagatione religionis,

&

& fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter, & producit, atque in futurum producturum fore, indubitanter ſperamus, diligenter attendimus, dignũ cenſemus, & debitum, nos ad illa, noſtros debere dirigere cogitatus, per ea, quæ pro diuini cultus, & dicti ordinis incremento, animarum ſalute à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſublatis ambiguitatibus, quæ ex inde emerſiſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, vt tantò firmios obſeruentur, quantò erunt ſæpius, ſedis Apoſtolicæ munimine ſtabilita. Dudum ſiquidem à fœ.re. Nicolao Papa V. prædeceſſore noſtro, emanauerũt literæ tenoris ſequentis.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generalis, Prouincialibuſque prioribus, & fratribus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sinceræ deuotionis effectus, quem ad nos, & Romanam genitis Eccleſiam, promeretur, vt petitionibus veſtris, in his præſertim, quę commodum, & vtilitem ordinis veſtri concernunt, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Nuper ſiquidẽ, pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt quaſdam per fœ.re. Bonifacium VIII. Vrbanũ VI. Alexandrum IIII. Martinum V. & Eugenium IIII. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, vobis, & ordini veſtro, conceſſas literas, Quæ incipiunt: vetuſtate conſumi: & quas difficile eſſet, ad diuerſis locs, pro diuerſis in conuentibus vobis negotijs deſtinare, confirmare, & ex certa ſcientia, & cum illorum inſertione, approbare, & innouare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quarum quidem literarum tenores ſunt tales.

Bonifatius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generali, & Prouincialibus prioribus fratrum Eremitarum ordinis Sancti Auguſtini, præſentibus, & futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter ſolicitudines noſtras, illa debet eſſe præcipua, vt ſuper Dominicum gregem commiſſum nobis, obſeruemus vigiliã indefeſſam, exerceamus curam, & exactam diligentiam apponamus, nè illum lupus rapax inuadat, & eius ſanguis ſecundũ Prophetam, (quod abſit) de noſtris manibus requiratur. Hoc aũt benè fit, ſi oleo dulcedinis verbi Dei, foueantur ſubditi, increpationis vino, peccatorum ſuorum medeantur vulnera, & pœnitẽtiæ acrimonia purgata, tegantur, ſed id verò exequendum, ſcientia diuinæ legis expoſcitur, deſideratus ordo, & vitę integritas flagitatur, ſcriptum eſt enim tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellã, nè ſacerdotio fungaris mihi, quia labia ſacerdotum cuſtodiũt ſcientiã, & legem requirunt, ex ore eius, aliàs, prout ad eũ pertinet, inter lepram, & lepram nõ poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens, Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum ipſius aſſumere per os ſuum, nã cuius vita deſpicitur, conſequens eſt, vt eius prædicatio contemnatur. Qua propter, vt ipſi gregi eadem cura noſtra, eo plenior impendatur, quò plures operarij, in agro Domini, fuerint conſtituti, veſterque ordo, qui ſacerdotibus abundat, & in ſuis fratribus viget ſciẽtia, & vitæ ſinceritate per Dei gratiã pollet, in eodẽ agro fructus vberes

1 afferat. Tibi ſoli, prior generalis, per te, vobis Prouinciales priores, in prouincialibus capitulis, cum diffinitoribus ipſorum capitulorum, fratribus eiuſdem veſtri ordinis ſacerdotibus in ſacra pagina eruditis, examinatis, & approbatis à vobis *a* prædicationis, & tã ipſis, quam alijs fratribus dicti ordinis, ad id idoneos, audiendi *b* confitentes, iniungendi eis penitentias ſalutares, officia, *c* authoritate Apoſtolica cõmittẽdi, eiſdem quoque fratribus, quibus dicta officia, per vos taliter commiſſa fuerint, quod liberè valeant exercere, plenam, tenore præſentium, damus, & concedimus facultatem: diſtrictius inhibentes, nè quis fratres ipſius ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione officiorum ipſorum, audeat quomodolibet impedire. Ad hæc ſepulturam in Eccleſijs, & 2 locis veſtris liberam eſſe cenſemus, *d* vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic, ſepeliri deliberauerint, niſi Excommunicati *e*, vel interdicti, aut ẽt publicè vſurarij fuerint, nullus obſiſtat, ſtatuentes, vt nulli religioſi, vel ſeculares, vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum, in veſtris cœmeterijs ſepelire, aut in Eccleſijs veſtris Miſſarũ ſolemnia, vel pro animabus eorum, qui ad loca 3 veſtra tumulãdi forent, ibidem exequias celebrare, ſine veſtro cõſenſu, & voluntate præſumãt. Cæterùm conſtitutionem noſtram, quam ſuper prędicationibus faciendis, & confeſſionibus audiendis, 4 iniungendis eis pœnitentijs, abſolutionibus impendendis, ſepultura, & quarta portione, obuentione, tàm funeralium, quàm relictorum, datorum, & donatorum, in perſonis fratrum Prædicatorũ, & Minorum ordinum, olim edidimus, in vobis, & veſtri ordinis fratribus, per omnia volumus integraliter, & inconcuſſè ſeruari. Ita quod, conſiderata perſonarum, quas ad id habueritis idoneas, & clerici, & populi quantitate eorum, quos ad huiuſmodi audiendarum confeſſionum, officium eligitis, metiamini numerum, vos infra modum congruum continentes, & nunquàm in aliquo excedentes, vt ſic moderatione ſeruata, nec alios, quibus per eãdem conſtitutionem conceſſimus, ſd inuidiam, vel ſcandalum, nec locorum Epiſcopos quibus à vobis electos præſentare debetis, ad repulſam prouocetis ipſorum. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc &c. Dat. Later. XVII. Kal. Febru. Pont. noſt. ann. 8.

Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, priori generali, & fratribus Eremitarum S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica, votis, & honeſtis, iuſta petentium deſiderijs, fauorem beneuolum impartiri. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus, grato occurrentes aſſenſu: omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, ſiuè per alias indulgentias, vobis, & ordini veſtro conceſſas, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum à Regibus, & Principibus rationabiliter vobis, & ordini prædicto, indultas, ſicut ea iuſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per vos eidem ordini, authoritate Apoſtolica confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam, &c. Datum Peruſij, pridie Kalend. Maij Pontificatus noſtri, anno 11. 5

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs, priori generali, & vniuerſis prioribus, & fratribus Eremitarũ ordinis S. Auguſtini, ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Quantò ſtudioſius diuinæ contemplationi vacatis, Domino famulando, tantò quieti veſtræ libentius prouidemus Cum igitur, ſicut pro parte veſtra fuit propoſitum corã nobis, nonnulli veſtri grauaminis auidi, frequenter ſuper penſionibus, & exactionibus indebitis vos, & manſiones veſtras multipliciter inquietent, Nos deuotionis veſtræ precibus inclinati, authoritate Apoſtolica, vobis, tenore præſentium indulgemus, vt ad receptionem, vel prouiſionem alicuius, in pẽſionibus, vel beneficijs Eccleſiaſticis, aut ad ſolutionem collectarum, ſeu exactionum quarumlibet, vel viceſimæ, cogi à nemine valeatis, per literas Apoſtolicas impetratas, vel ẽt impetrãdas, abſq; mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, faciente plenã, & expreſſam, de verbo ad verbũ, de vobis, veſtro ordine, 6

a De præd. Vide in 10. 3. qq. reg. q. 32.

b Vide in 10. 1. qq. re. q. 61.

c Hoc officia aliquã de per electionem, aliquã de per compromiſſum prouidentur, de quo in 2. 10. qq. re. à q. 11. & de deſinitorio vide in eodem 2. 10. q. 45. ar. 1.

d Vide in 3. 10. qq. re. q. 58. ar. 3.

e Vide in 3. 10. qq. re. q. 61. ar. 1.

f Vide in 3. 10. qq. re. q. 58. ar. 4.

ne,& hac indulgentia,mentionem Nulli ergò omnino,&c.Dat. Neapoli XIII.Kalend. Aprilis Pont, noſtri,anno primo.

7 Martinus Epiſcopus,ſeruns ſeruorum Dei.Dilectis Generali, & Prouincialibus prioribus, ac vniuerſis fratribus ordinis Eremitarum S Auguſt.ſalutē,& Apoſtolicam benedictionem,ſinceræ deuotionis affectus, quam, ad nos, & ad Romanam geritis Eccleſiam, non indignè meretur,vt petitionib. veſtris,illis præſertim,per quos iura veſtri ordinis vtilius conſeruentur, fauorabiliter annuamus. Sanè pro parte veſtra,nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegium conceſſum vobis, per literas fœ.re. Alexandri Papæ IIII.prædeceſſoris noſtri,quod in cancellaria noſtra diligenter inſpexi. Quarum tenorem,de verbo ad verbum,præſentibus inſeri fecimus,cum iam incipiant vetuſtate conſumi, innouare,de benignitate Apoſtolica dignaremur. Quarum quidem literarum tenor eſt talis. Alexander Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs, Generali,& Prouincialibus,prioribus,ac vniuerſis fratribus ordinis fratrum Eremitarum S.Auguſtini,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.Oblata nobis,ex parte veſtra, petitio continebat, quod ſedes Apoſtolica, nonnullas domos ordinis veſtri, antequàm eſſetis in vnius religionis corpus,de mandato noſtro redacti,diuerſis priuilegijs, & indulgentijs per ſpeciales literas decorauit, vt igitur vobis, per diuinam,& noſtram diſpoſitionem, in vna obſeruantia vno profeſſionis fœdere coniunctos omninò perficiat,quod diuiſim,aliquibus domibusveſtris,ante vnionem huiuſmodi,fuerit ab eadem ſede conceſſum. Nos veſtris precibus inclinati,priuilegia, & indulgentias huiuſmodi,eiſdem domibus ſingulariter olim indulta,ad omnes,& ſingulos extendentes,vtendi eis, quoties opus fuerit, liberam vobis omnibus concedimus facultatem. Nulli ergò omninò hominum liceat,hanc paginam,&c.Datum Latera.XII.Kal.Maij Pont.noſt.anno III.Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus Inclinati, pręfatas literas,authoritate Apoſtolica, innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: per hoc autem, nullum ius de nouo vobis acquiri volumus,ſed antiquum, ſi hoc habetis tantummodo conſeruari. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam,&c.Dat.Romæ, apud S.Petrum, 4. Kal.Pont.noſtri,anno VI.

Eugenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex clementi prouiſione ſedis Apoſtolicę, necnon religioſarum perſonarũ, pręſertim ſub regulari obſeruantia Altiſſimo famulãtium,ſtudio piæ vitæ,deuotione,& meritis dignoſcitur prouenire, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorum ſuorum Romanorũ Pontificum geſta corroboret, & indulta confirmet.Sanè pro parte dilectorum filiorum,prioris generalis,& fratrum Eremitarum ordinis S.Auguſtini,nobis nuper exhibita petitio continebat,quod olim fœ.re. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro, expoſito, qualiter quondam Bonifacius, in ſua tunc obedientia nouus nuncupatus,propagatione, & augmento dicti ordinis,quaſdam ſuas literas Apoſtolicas,non nullas conceſſiones,ordinationes, & ſtatuta,immunitates, & gratias continentes, ſuper receptione quarumcunque a mulierum aliàs,adhoc idonearũ, quæ habitum regularem prædicti ordinis,ad inſtar mantellatarum, ſeu pinzocherarum, fratrum Minorum, & Prædicatorum ordinem recipere vel-
8 lent,& geſtare indulſerat, ac demum eidem prędeceſſori ſupplicato, vt præfatas conceſſiones, & indulta,de ſpeciali gratia confirmare,authoritate Apoſtolica dignaretur,præfatus prædeceſſor,huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus,venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Briceno, tunc in Romana curia reſidenti,eius propoſito nomine non expreſſo,per ſuas certi tenoris literas mãdauit,vt ſe ſuper eiuſmodi expoſitis informaret, & ſi cõceſſa, & indulta prouidè facta fuiſſe reperiret, ea authoritate cõfirmaret, prout in eiſdem prædeceſſoris literis, in quibus de verbo ad verbum, literæ præfati Bonifacij inſertæ ſunt, plenius continetur. Idemq́ue Epiſcopus,in literarum prædeceſſoris executione procedens, poſt habitam ſuper indulto huiuſmodi plenariam informationem,& fidelem,conceſſiones,& indulta præfata, authoritate Apoſtolica confirmauit,prout inſtrumento deſuper confecto, & ipſius Epiſcopi ſigillo munito,cuius tenorem habere volumus præſentibus pro expreſſo,dicitur plenius cõtineri. Quare,pro parte prioris, & fratrum prædictorum,nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas prædictas,& proceſſus deſuper confectos,ac cõtenta in eis,pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur authoritate cõfirmationis adijcere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos itaque, qui religionis & ordinis huiuſmodi proſperum incrementũ, quã tum cum Deo poſſumus,fauorabiliter procuramus huiuſmodi ſupplicationibus, literas, & proceſſus huiuſmodi,atque omnia indè ſecuta, prout prouidè facta ſunt,authoritate Apoſtolica,tenore pręſentium,confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; tenorem verò literarum prędeceſſoris,cum inſertione præfata, præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus,& eſt talis.

a Vide in 3.10.99.re. q.7.

Martinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Briſenſi,in Romana curia reſidenti,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Dum fructus vberes quos ſacer ordo dilectorum filiorum fratrum Eremitarum S.Auguſtini, in agro Eccleſiæ militantis, in propagatione religionis, & fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter,& producit,ac in poſterum producturum, ſpe firma ſperamus, diligenter attendimus, dignũ cenſemus,& congruum, vt circa ea,quæ ipſius ordinis incrementum cõcernere poterunt, benignis fauoribus intẽdamus.Exhibita ſiquidem nobis nuper,ex parte dilectorum filiorum prioris generalis eiuſdem ordinis,& fratrum prædictorum, petitio continebat,quod dudum quõdam Bonifacius, in ipſius obedientia nouus nuncupatus, præmiſſa commoda conſideratione recenſeos, quaſdam literas Apoſtolicas,nonnulla ſtatuta, conceſſiones, & ordinationes, atque alias immunitates, & gratias continentes,eis conceſſit, prout ipſis literis, quarũ tenorem de verbo ad verbum,præſenti inſeri fecimus,plenius continetur. Quare,pro parte prioris, & fratrum prædictorum,nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas prædictas, & contenta in eis, pro ipſorum ſubſiſtentia firmiori,authoritate Apoſtolica confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,ac de præmiſſis certam notitiam non habentes,fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta committimus,& mandamus,quatenus de literis,& contentis huiuſmodi, authoritate noſtra, te diligenter informes.& per eandem informationem,ea prouidè ſtatuta,ordinata, & cõceſſa repereris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, literas, & contenta huiuſmodi,authoritate præfata, approbes,& confirmes. Tenor autem dictarum literarum talis eſt.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In ſinu ſedis Apoſtolicæ ſacer ordo fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini,conſiſtens,ſic ſplendet per incrementa virtutum,quod dignè meretur præcipuè attolli fauoribus,& ſpiritualibus gratijs confoueri,& nos equidem ordinem ipſum libenter proſequimur prærogati-

gatiua fauoris, & augmento ſuorum ſucceſſuum,
præſertim in his, quæ diuini cultus augmentum, &
ſacræ religionis propagationem recipiunt, pater-
nis affectibus promouemus. Hinc eſt, quod nos di-
lectorum filiorum prioris generalis, & fratrum di-
cti ordinis, precibus annuentes, ac cupientes, vt or-
do prædictus, eò proficiat fœlicioribus incremen-
tis, quò maioribus fuerit gratijs à ſede Apoſtolica
communitus, authoritate Apoſtolica, præſentium
tenore ſtatuimus, concedimus, volumus, & ordina-
mus, quod de cætero, perpetuis temporibus, tã ge
nerali, quàm cuilibet officiali priori dicti ordinis,
ſecundum morem, & inſtituta eiuſdem ordinis, in
quibuſcunque prouincijs conſtitutis, tam præſen-
tibus, quàm futuris, ſit licitum, ac permiſſum, quaſ-
cunque mulieres, *a* ſi aliàs ſint idoneæ, & aliud ca- *a Vide in*
nonicum non obſiſtat: quo habitum regularem præ- *3.20.qq.10.*
dicti ordinis, ad inſtar mantellatarum, ſeu pinzo- *97.*
cherarum ordinum fratrum Minorum, & Prædica
torum, habere voluerint, & geſtare, tam virgines,
ac matronas, quam viduas, in mantellatas, ſeu pin-
zocheras dicti ordinis Eremitarum, recipere, & ad
mittere, ac earum ſingulis habitum regularem, ac
regulam eiuſdem ordinis Eremitarum, ad inſtar
huiuſmodi mantellatarum, ſeu pinzocherarum or
dinum fratrum Minorum, & Prædicatorum præ-
fatorum, prout ſecundum Deum ſaluti animarum
earundem ſalubrius viſum fuerit expedire, etiã ex-
9 hibere. Quæ ſic recipiẽdæ, authoritate præfata, gau
deant, & gaudere poſſint, & debeant tam exemptio
nis priuilegio, quam omnibus immunitatibus, li-
bertatibus, indulgentijs, ac alijs priuilegijs quibuſ-
cunque, præfato ordini Eremitarum, eiuſque fratri
bus, ac perſonis, per ſedem Apoſtolicam conceſſis,
& quæ in futurum concedentur, quatenus huiuſ-
modi exemptionis priuilegium, immunitates, liber
tates, indulgentiæ, ac quæcunque alia priuilegia, ip
ſis prioribus, & fratribus ordinis Eremitarum cõ-
perunt, ſeu competere poſſunt, ſeu poterũt, & prio
res, & fratres, ac loca ipſa eſſe capacia eorundẽ: vo
lentes inſuper, & authoritate prædicta decernen-
tes, quod exemptionis præfatæ priuilegium, immu
nitates, libertates, & alia ſupradicta, etiam ad iam,
per ipſos, & fratres eiuſdem Eremitarum, receptas,
& mantellatas, ſeu pinzocheras huiuſmodi, plena-
rie ſe extendant, ipſæque illis gaudere poſſint, &
debeant, prout de recipiendis mantellatis, & pin-
zocheratis huiuſmodi, ſuperius eſt expreſſum, con
ſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudi-
nibus, tam veſtri, quàm aliorum ordinum quorun-
cunque, & alijs contrarijs, non obſtantibus quibuſ-
cunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc
paginam, &c Datis Romæ, apud S. Petrum, 7. Idus
Nouemb. Pont. noſt. anno 9. Dat. Romæ, apud ſan-
ctos Apoſtolos, 4. Idus Iulij Pont. noſt. anno 9. Nul-
li ergo omnino hominum liceat, &c. Dat. Flor. an-
no Incar. Dominicæ 1434. 13. Kal. Auguſti Pontifi.
noſtri, anno 4.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
futuram rei memoriam, ex Apoſtolicæ prouiſione
ſedis, & humilium deuotione perſonarum proue-
nire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex, quandoq;
prædeceſſorum ſuorum geſta innouet, & innoua-
tionẽ reſtauret, ac authoritate Apoſtolica fulciat in
nouata. Hinc eſt, quod nos, ad inſtantiam dilectorũ
filiorum, generalis, & aliorum priorum: necnõ fra-
trum Eremitarum ordinis S. Auguſtini, quaſdam fœ
lic. re. Innocentij Quarti, Alexandri Quarti, & Bo-
nifacij Octaui, necnon Clementis Sexti, Romano-
rum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum literas
in cancellaria Apoſtolica, inſpici, & examinari di-
ligenter, & earum, cum incipiant vetuſtate conſu-
mi, tenores, ſubſcriptionibus, & characteribus o-

miſſis, de verbo ad verbum præſentibus inſeri feci-
mus, qui talis eſt.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Di
lectis filijs, priori generali ordinis Eremitarum, ac
alijs prouincialibus, & conuentualibus, prioribus,
conuentibuſque, ac alijs fratribus vniuerſis, ſibi
ſubiectis, tam præſentibus, quàm futuris, Eremiti-
cam vitam profeſſis in perpetuum, ſalutem, & Apo
ſtolicam benedictionem. Religioſam vitam eligen 10
tibus piè adeſſe præſidium, ne fortè cuiuſlibet te-
meritatis incurſus, aut eos à propoſito vocet, aut ro
bur (quod abſit) piæ recordationis impingat. Ea
propter, dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis ſuppli
cationibus clementer annuimus, & domos veſtras,
in quibus Domino[ ] mãcipati eſtis obſequio, ſub
B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſen
tis ſcripti priuilegio cõmunimus. In primis quidẽ 11
ſtatuimus, vt ordo canonicus, qui ſecundum Deũ,
& B. Auguſtini regulam, in domibus ipſis, inſtitu-
tus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus,
inuiolabiliter obſeruetur. Præterea, quoſcunque 12
hortos, & ſyluas, ac quæcunque bona prædictæ do
mus, in præſentiarum, iuſtè, ac canonicè poſſidetis,
ac in futurum, Pontificum conceſſione, largitione
Regum, vel Principum oblatione, fidelium, ſeu
alijs iuſtis monitis, præſtante Domino, poteritis a-
dipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & il-
libata permaneant, in quibus præfatæ domus ſitæ
ſunt, cum pertinentijs ſuis, videlicet, cum Eccleſijs,
hortis, pratis, nemoribus, vſuari s, paſcuis, in boſ-
co, & plano, in aquis, & molendis, in vijs, & ſemi-
tis, ac omnibus alijs libertatibus, & immunitati-
bus ſuis. Sanè nonalium veſtrorum, quæ proprijs 13
manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis
hactenus non percepit, ſiue de hortis, virgultis,
& piſcationibus veſtris, nullus à vobis decimas *b* *b Vide in*
exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoq; *2.20.qq.10.*
vobis, clericos, vel laicos liberos, & abſolutos, à *q.44. ar.4.*
ſeculo fugientes, ad conuerſionem recipere, & 14
eos, abſque contradictione aliqua retinere. Prohi-
bemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt 15
factam in domibus veſtris profeſſionem, fas ſit, ſi-
ne prioris ſui licentia, de eiſdem locis diſcedere; *c* *c Vide in*
diſcedentem verò, abſque communium literarum *1.20.qq.10.*
veſtrarum cautione, nullus audeat retinere *d*; *q.20. ar.1,*
quod ſiquis forſan retinere præſumpſerit; lici- *2,3. & 8.*
tum ſit vobis, in ipſos fratres clericos, vel regu- *d Vide in*
larem ſententiam promulgare. Inſuper, authori- *20.1.*
tate Apoſtolica prohibemus, vt nullus Epiſcopus, 16
vel qualibet alia perſona, ad ſynodos, vel con- *qq.10. q 20*
uentus forenſes, vos *e* ire, vel in iudicio ſecula- *ar.9.*
ri, de propria ſubſtantia, vel de poſſeſſionibus ve- *e Vide in*
ſtris, ſubiacere compellat, vel ad domos veſtras cã *2.10. qq.10.*
ordines celebrandi, cauſa tractandi, vel aliquos *q.93. ar.8.*
conuentus publicos conuocandi, venire præſumat,
nec regularem prioris veſtri electionem impediat,
aut de inſtituendo, vel remouendo eos, qui pro
tempore fuerint, contra inſtituta ordinis veſtri, ſe
aliquatenus intromittat, illud adijcientes, vt ſcili-
cet priores ipſi Epiſcopo, ſaluo ordine ſuo obedi-
re debeant, contra inſtituta ſui ordinis, authoritate
ſedis Apoſtolicæ confirmata, nullam obedientiam
facere compellantur. Pro conſecrationibus verò 17
altarium, ſeu Eccleſiarum, pro oleo Sancto, &
quolibet Eccleſiaſtico Sacramento, nullus à vobis
ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo, quid-
quam audeat extorquere, ſed hæc omnia, gratis, *f* *f Vide in*
vobis Epiſcopi diœceſani impendant, alioquin li- *1.20. qq.10.*
ceat vobis, quoſcunque malueritis, Epiſcopos Ca- *q.19. ar.4.*
tholicos adire, gratiam, & communionem ſedis
Apoſtolicæ habentes, qui noſtra freti authoritate,
vobis, quod poſtulaſtis impendant. Quod ſi ſedes
diœceſanorum Epiſcoporum fortè vacauerit, inter- 18

M tim

tim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta à vicinis Epiſ-
copis accipere, liberè, & abſque cõtradictione poſ-
ſitis, ſic tamen, vt ex hoc in poſterũ, proprijs Epiſ-
19 copis, nullum præiudiciũ generetur. Quia verò in-
terdum propriorũ Epiſcoporum copiam non habe
tis, ſi quos Epiſcopos Romanæ ſedis, vt diximus,
gratiam, & communionem habentes, & de quibus
plenam notitiam habeatis, per vos tranſire cõtige-
rit, ab eis benedictionem vaſorũ, & veſtium, & con
ſecrationem altarium, authoritate ſedis Apoſtolicę
20 percipere valeatis. Cum autem generale interdi-
a Vide in ctum *a* terræ fuerit, liceat vobis, clauſis ianuis, ex-
2.10.qq.ro. cluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis
q.108 a.2. campanis, dummodò cauſam non dederitis inter-
& q.109. dicto, ſuppreſſa voce, diuina officia celebrare. Chriſ
ar.2. & 3. ma verò *b* oleum, conſecrationem altarium, ſeu ba
21 ſilicarum ordinationes, à diœceſanis ſuſcipiatis Epi
b Vide in ſcopis, ſiquidem catholicè, & ritè gratiam, commu
2.10.qq.ro. nionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerint, &
q.19.ar.2. ea vobis voluerint, ſine prauitate aliqua exhibere.
& in 10.2. Prohibemus inſuper, quod infra fines locorum ve
22 ſtrorum, nullus ſine aſſenſu diœceſani Epiſcopi, &
qq.ro.q.19 veſtro, capellam, & oratorium de nouo conſtruere
ar.8 & in audeat, ſaluis priuilegijs pontificũ Romanorũ. Ad
10.1.qq.ro. hæc nouas, & indebitas *c* exactiones ab Archiepiſ-
q.31.ar.5 copis, Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu decanis, alijsq;
23 hominibus Eccleſiaſticis, ſecularibus, vel perſo-
c Vide in nis, à vobis omninò fieri prohibemus, ſepulturãq;
2.10.qq.ro. in Eccleſijs veſtris *d* liberã decernimus, vt eorũ de
24 uotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire
q.61. & in deſiderauerint, niſi fortè excõicati, *e* vel interdicti
10.3 qq 74 ſint, aut etiã publicè vſurarij, nullus obſiſtat, ſalua
d Vide in tamen iuſtitia illarũ Eccleſiarũ à quibus mortuorũ
3.10.qq.ro. corpora aſſumuntur. Præterea, hortos, & ſyluas ad
q.18.ar.7. ius Eccleſiarũ veſtrarum ſpectãtes, quæ à laicis de-
25 tinentur, redimendi, & legitimè liberãdi de mani-
e Vide in bus eorũ, & ad Eccleſias, ad quas, reuocandi, libera
3.10.qq.ro. ſit vobis, de noſtra authoritate facultas, obeũte ve-
q.61.ar.1. rò generali veſtro priore, vel ſuorum quolibet ſuc-
ceſſorum, nullus ibidem, qualibet ſubreptionis a-
ſtutia, ſeu violentia, proponatur, niſi quem fratres,
f Hoc ſit communi cõſenſu, vel eorum maior pars cõſilij *f*
per ſcruti- ſanioris, ſecundum Deum, & B. Auguſtini regulã,
nium. prouiderint eligendum. Pacique, & trãquillitati ve
26 ſtræ, paterna in poſterũ ſolicitudine, prouidere vo-
Vide in 2. lentes, authoritate Apoſtolica prohibemus, vt intrà
10.qq.ro.q. clauſuras locorũ, nullus rapinã, vel furtũ *g* facere,
31. ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem te
27 merè capere, vel interficere, *h* vel violentiã audeat
g Vide in exercere. Præterea, omnes libertates immunitates
28 à prædeceſſoribus noſtris Romanis Põtificibus, lo-
2.10.qq.ro. cis veſtris cõceſſas, necnõ libertates, & exemptio-
q.38.ar.1. nes ſecularium exactionum à Regibus, Principibus,
h Vide in & alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, *i* au-
2.10.qq.ro. thoritate Apoſtolica, cõfirmamus, & præſentis ſcri
q.33.ar.2. pti priuilegio cõimus. Decernimus ergò, quod
2. & 3.
29 nullis omninò hominum liceat, pręfatas domos te-
i Irratio- merè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel
nabilia nõ ablatas retinere minimè, ſeu quibuſlibet vexationi
confirman- bus fatigare, ſed omnia integrè cõſeruentur eorũ,
tur. pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione cõceſ-
Vide in 1. ſa ſunt, vſibus ordinis profutura, ſalua ſedis Apoſto
81.qq.ro.q. licæ authoritate, diœceſanorum Epiſcoporum ca-
40.ar.9. nonica iuſtitia. Si quæ igitur in futurum Eccleſiaſti
ca, vel ſecularis perſona, hanc noſtrę conceſſionis
paginam, ſcienter contra eam temerè contraire tẽ-
tauerit, ſecundò, tertiovè commonita, niſi reatum
ſuum, congrua ſatisfactione, correxerit, poteſtatis,
honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe diui-
no iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cogno
ſcat, & ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini
Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque
in diſtricto examine, diſtrictè ſubiaceat vltioni: cũ-
ctis autem eiſdem domibus ſua iura ſeruantib. ſit
pax Domini Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum
bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudi-
cium æternæ pacis inueniat. Amen. Datis Anagniæ
per manum Guillelmi magiſtri ſcholarũ Parmeñ.
S. Romanæ Eccleſiæ, vicecancellarij VII. Idus Sep
tembris, indictione XII. Incarnat. Dominicæ, anno
MCCLIIII. Pontificatus verò Innocentij Papæ
IIII anno XII. Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruo-
rum Dei, dilectis filijs, Generali, & Prouincialibus
prioribus, ac vniuerſis fratribus, ordinis Eremitarũ 30
S. Auguſt. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.
Vt eò fortius diuinis inſiſtatis obſequijs, quò à no-
bis, priorem gratiam, vos noueritis aſſecutos, de-
uotionis veſtræ precibus inclinati, authoritate præ
ſentium, diſtrictius inhibemus, nequis de virgultis,
vel hortis veſtris, aut veſtrorum animalium nutri-
mentis, necnon de terris, vineis, & poſſeſſionibus
nuper quibuſdam domibus veſtris, de mandato A-
poſtolico reſeruatis, quas proprijs manibus, vel ſũ
ptibus colitis, decimas à vobis exigere, aut extor-
quere præſumat. Nulli ergò omnino &c. Dat. Late-
rani, pridie idus Aprilis, Pont. noſtri, anno 2.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dile
ctis filijs, priori generali, & vniuerſis prioribus, &
fratribus ordinis Eremitarum D. Auguſtini, tam
præſentibus, quàm futuris, religioſam vitã profeſ-
ſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacer
ordo veſter, in agro Dominico, diuina diſpoſitio-
ne plantatus, Apoſtolicis gratijs digne meretur at-
tolli, eius profeſſores, mũdanis à ſe relegatis illece
bris, cęleſtiũ contemplationi vacãtes, inſiſtunt iugi
ter profectibus animarum. Nos autem, ad dictũ or 31
dinem, quem in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili, decer
nimus, & volumus permanere, Apoſtolicæ conſi-
derationis intuitu, dirigentes, ad ea libenter inten-
dimus, per quæ profeſſores iam dicti, nullum inter-
næ pacis patiantur excidium, nullumque religionis
ſtatus perferant detrimentum, ſed eò deuotius di-
uino cultui, ac ſalutis inſiſtant operibus, quò quie-
tior ſtatus fuerit eorundẽ, ipſique ampliori fuerint
libertate donati: eapropter, dilecti in Domino filij,
deuotionis veſtræ precibus fauorabiliter annuen-
tes, vos, & prędictum ordinem, perſonas, & Eccle-
ſias, oratoria, domos, & res alias, & loca veſtra, ac
ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad prę-
ſens, vel inhabitabitis in futurum, cum omnibus iu
ribus, & pertinẽtijs ſuis, ac perſonis degentibus in
eiſdem, in ius, & proprietatem Beati Petri, & Apo-
ſtolicæ ſedis aſſumimus, illaque à cuiuſcunque diœ
ceſani alterius, poteſtate, iuriſdictione, & dominio
omninò in perpetuum prorſus eximimus de gratia
ſpeciali, decernentes, ex nunc, vos, & ordinem ve-
ſtrum, ac perſonas, Eccleſias, & oratoria, domos, &
loca præfata, ac pertinentia ad eadem, ſoli Roma-
no Põtifici, & dictæ ſedi, tã in ſpiritualib. quã in tẽ-
poralibus, abſque vllo medio ſubiacere. Ita quod,
nec locorũ ordinarij, nec aliqua quæuis perſona ec
cleſiaſtica, in vos, & ordinẽ, perſonas, Eccleſias, &
oratoria, domos, & loca pdicta, vtpotè prorſus exẽ
pta poſſint excõicationis, ſuſpẽſionis, aut interdicti
promulgare ſñias, vel aliàs, pñtẽm, ſeu iuriſdictio-
nẽ aliquã exercere. Quod ſi forſan, quidquã in cõ-
trarium à quoque fuerit attentatum, illud omnino
ſit irritum, & inane. Nulli ergò omninò, &c. Da. La
terani XII. Kal. Feb. Pont. noſt. anno 4.

Clemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dile-
ctis filijs, generali, ac alijs prioribus, & fratribus or
dinis Eremitarum S. Auguſtini, ſalutem, & Apoſto-
licã benedictionem. Ad fructus vberes, quos ſacer
ordo veſter, in agro militãtis Eccleſiæ, cæleſtis agri
colæ diſpoſitione plantatos, indeſinenter producit
conſiderationis aciem conuertentes, & conſide-
rantes

rantes attentè, quod vos voluntariam eligẽtes pro
Chriſti nomine paupertatem, ſub arctæ religionis
iugo, deuotum Deo inceſſanter obſequium exhi-
betis, dignum duximus, vt vos, & ordinem veſtrũ
ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ, libertate, ac priuile-
gio muniamus. Sanè petitio veſtra nobis exhibita
continebat, quod licet fœ.re. Bonifac. Papa VIII.
prædeceſſor noſter, tunc in humanis agens, vos, &
ordinem veſtrum, ac perſonas, Eccleſias, oratoria,
domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad ea-
dem, In quibus inhabitabatis, tunc, vel inhabitare-
tis in poſterum, cum omnibus iuribus, & pertinen
tijs ſuis, ac perſonas degentes in eiſdem, in ius, &
proprietatem Beati Petri, Apoſtolorum principis,
ac ſedis Apoſtolicæ, aſſumpſiſſet, illaque à cuiuſq;
diœceſani, & cuiuſcunque alterius poteſtate, iuriſ-
dictione, & dominio, in perpetuum eximiſſet, om-
ninò decernens, ex tunc, & ordinem ipſum, ac per-
ſonas, Eccleſias, & oratoria, domus, & loca præfa-
ta, necnon pertinentia ad eadem ſoli Romano Pon
tifici, & eidem ſedi, in ſpiritualibus, & temporali-
bus, abſque vllo medio ſubiacere: ita quod, nec lo-
corum ordinarij *a*, nec vlla quæuis perſona Eccle-
ſiaſtica, in vos, & ordinẽ, perſonas, & Eccleſias, ora
toria, domos, & loca prædicta, vtpotè prorſus exẽ-
pta, poſſent excommunicationis, ſuſpenſionis, aut
interdicti, promulgare ſententias, vel alias, poteſta
tem, vel iuriſdictionem aliquam exercere, ac omni
nò irritum, & inane, ſiquid foret in contrarium at-
tentatum; tamen, quia indulto exemptionis huiuſ-
modi nõ cauetur, apud vos, ratione delicti, *b* ſeu cõ
tractus, aut rei, de qua ageretur, cõueniri minimè
valeatis, vos timentes ſuper hoc forſitan in poſterũ
moleſtari, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouide-
re vobis ſuper hoc, de oportuno remedio dignare-
mur. Nos igitur, qui vos, & ordinem ipſum, ſpecia
32 li proſequimur in Domino charitate, cupientes at-
tentè, vt eò ſit quietior ſtatus veſter, quo ampliori
dictæ ſedis donati fueritis libertate, ſupplicationib.
veſtris, in perpetuũ, authoritate Apoſtolica, tenore
præſentium indulgemus, vt huiuſmodi einſdem in-
dulto, in ſuo robore permanente, coràm quibuſuis
diœceſanis, & locorum ordinarijs, ac alijs iudicib.
quibuſcunque, ratione delicti, cõtractus, aut rei, de
qua agitur, conueniri, vel impeti nullatenus valea-
tis, fœ.re. Innocentij Papæ Quarti prædeceſſoris no
ſtri, & alijs conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs,
non obſtantibus quibuſcunque. Decernentes nunc
irritum, & inane, ſi ſecus ſuper hoc, à quoque, qua-
uis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit
attẽtari. Nulli ergo omnino, &c. Dat. Auinioni, 14.
Kal. Auguſti, Pont. noſtri, anno 6. Nos igitur Ipſo-
rum priorum, & fratrum, in hac parte ſupplicatio-
nibus inclinati, literas, ac tenores huiuſmodi, autho
ritate prædicta innouamus, & præſentis ſcripti pa-
trocinio cõimus; per hoc autem nullum ius de no-
uo volumus acquiri, ſed antiquum, ſi quod eſt, tan-
tummodò conſeruari. Nulli ergò omninò hominũ
liceat, &c. Datis Florentiæ anno Incar. Dominicæ,
1439. Tertio Kal. Aprilis, Pont. noſtri anno 9. Nos
igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prędi-
ctas literas, quas in cancellaria noſtra diligenter in
ſpici fecimus, ex certa ſcientia authoritate Apoſto-
lica, ratificamus, approbamus, confirmamus, & in-
nouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communi
mus, ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſitan in-
teruenerint in eiſdem. Nulli ergò omninò hominũ
&c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dom.
MCCCCL. Pridie Kal. Maij, Pontifi. noſtri, anno 4.
33 Nos igitur attendentes, quod dictus ordo multa re
fulget gloria meritorum, & gratia redolet ſancti-
tatis, ac propterea illius ſtatum proſperum, & tran-
quillum, intenſis zelantes affectibus, Innocentij, Bo

a Vide in a.10.qq.re.q.63.ar.3.

b Vide in a.10.qq.re.q.3.ar.2.

nifacij, Alexandri, Vrbani, Clementis, Eugenij, &
Nicolai prædictorum, aliorumque diuerſorum Ro
manorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum,
qui ordinem prædictum, varijs priuilegijs non im
meritò decorarunt, inhærentes veſtigijs, Motu pro
prio, non ad eorundem dicti ordinis fratrum Ere-
mitarum S. Auguſtini, vel alterius pro eis, nobis ſu-
per hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra
mera voluntate, & deliberatione, ac ex certa no-
ſtra ſcientia, prædictas, Innocentij, Bonifacij, Ale-
xandri, Clementis, necnon Martini, Eugenij, Nico-
lai, & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſ-
ſorum noſtrorum, literas, indulgentiarum, & alia-
rum gratiarum quarumlibet, ſpiritualium, & tem-
poralium, dicto ordini, & illius domibus, aut fratrĩ
bus, in genere, & in ſpecie, quomodolibet conceſ-
ſas, quas, & ſi de verbo ad verbum, vnà cum præ-
fatis literis Nicolai prædeceſſoris præfati, inſertæ
forent, præſentibus habere volumus pro expreſ-
ſis, ac omnia, & ſingula in eis contenta, authorita-
te Apoſtolica, tenore præſentium innouamus, ap-
probamus, ac robur perpetuæ firmitatis obtinere
debere decernimus, proque potiori cautela, om-
nia, & ſingula per Innocentium, Bonifacium, Vrba
num, Alexandrum, Clementem, Martinum, Euge-
nium, Nicolaum, alioſque prædeceſſores noſtros,
& nouum nuncupatum Bonifacium, prædictos, in
eiſdem literis, pro, & in fauore dicti ordinis, & il-
lius domorum, & perſonarum etiam oblatarum,
commiſſarum, & mantellatarum, atque aliarũ qua-
rumlibet, eccleſias domorum huiuſmodi viſitan-
tium, & illis pias eleemoſynas erogãtium, quomo-
dolibet ordinata, ſtatuta, & decreta, conceſſa, & in-
dulta, vim, vigorem, & efficaciam habere, atq; fie-
ri, & obſeruari debere, motu, ſcientia, & authorita-
te, prædictis, de nouo ordinamus, ſtatuimus, atque
decernimus, dictaque ordini, & illius domibus, &
profeſſoribus, cõcedimus, & indulgemus. Et quia, 34
ſicut accepimus, noſq; ipſi in minoribus cõſtituti,
experientia didicimus, circà literas, & priuilegia
huiuſmodi, nõnulla dubia poſtmodũ ſunt exorta,
habita ſuper illis cõſideratione decenti, motu, ſciẽ-
tia, & authoritate ſimilibus, prædictas, & in præfa-
ti Eugenij literis, inſertas, alias Alexãdri, per quas
dicti ordinis profeſſoribus conceditur, quod ad ſo
lutionem collectarũ, ſiue exactionũ quarumlibet,
vel viceſimæ, cogi à nemine valeant, & in præfatis
Eugenij præfati, & inſertis Innocentij prædeceſſo-
rum prædictorum, literas prædictas, in ea parte, in
qua idem Innocentius prædeceſſor concedit dictis
fratribus, vt de noualibus eorum, quæ proprijs ma
nibus, aut ſumptibus colunt, ac de hortis, virgultis,
& piſcationibus eorum, nullus ab eis decimas *c* exi
gere præſumat, ad quæcunque bona dictorum fra
trum, & quæcunque onera, quæ etiam ſub quibuſ-
uis nomine indicentur, & per Apoſtolicæ ſedis le-
gatos, locorum ordinarios, vel clerum, ad populũ,
vel ſeculares principes, & dominos temporales,
aut alios quoſcunque exigerentur, quamuis etiam
apoſtolica authoritate, necnon ad quaſcunque de-
cimas, etiam quas vulgus papales appellat, & Apo
ſtolica Sedes pro fidei Chriſtianæ defenſione, aut
alijs imminentibus ei perſæpè neceſſitatibus indi-
cit, extendimus: & decernimus dicti ordinis, pro-
feſſores, etiamſi ſolui mandarentur cum quibuſ-
uis etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortio-
ribus, & efficacioribus clauſulis, ad decimarum, &
onerum huiuſmodi ſolutionem non teneri, & in il-
lorum ſolutione ceſſando, cenſuras, & pœnas ali-
quas non incurrere, niſi præſentibus, non per gene
rales, aut alias clauſulas, ſpecialem mentionem im-
portantes, ſed alias ſit derogatum ſpecificè, earum
de verbo ad verbũ inſerto tenore. Et vt virgines,

c Vide in a.10.qq.re.q.44.ar.4. & in 3.10.qq.reg.qu.74.ab arti.1.vſque ad ar 7.& ar.15.& 16.

35 viduæ,coniugatæ,perſonæ mantellatæ, ſeu Pinzo-
cheræ dicti ordinis nuncupatæ prædictę. tanto fer
uentius,iuxtà earum viuendi ritum, & morem,ſub
cura,& ſecundum ſtatuta dicti ordinis, ac ordina-
ta per præfatum Bonifacium nonum nuncupatũ,
in dictis ſuis literis,vt præfertur,authoritate Marti-
ni,& Eugenij prædeceſſorum prædictorum, con-
firmata,diuinis ſtudeant vacare beneplacitis, quan
rò maioribus priuilegijs, & fauoribus præfatæ ſe-
dis,propterea ſe cognouerint fore refectas, motu,
a Vide in ſcientia,& authoritate præfatis, volumus, & eiſdẽ
to.3. qq.re. perſonis concedimus, quod omnibus *a*,& ſingulis
q.7.ar.1. priuilegijs,immunitatibus,& fauoribus,gratijs, &
indultis,ſpiritualibus, & temporalibus,ordini, [&
fratribus prædictis conceſſis, & concedendis, &
quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, &
gaudent,tàm in vita quàm in mortis articulo, etiã
circa peccatorum remiſſionem, & iniunctarum pę
nitentiarum relaxationem,vti, potiri,& gaudere,
ac participes eſſe poſſint, & debeant,liceatque fra-
tribus prædictis,eiſdem Pinzocheris, & mantella-
tis perſonis, in illarum etiam domibus, quoties o-
pus fuerit,Euchariſtiæ,& Extremæ vnctionis ſacra
menta miniſtrare, & dum eas decedere contigerit,
illarum cadauera ad eorundem fratrum eccleſias,
tumulanda deferre, etiam parochialium eccleſia-
rum perſonarum earundem Rectorum,licentia de
36 ſuper minimè requiſita, & cõtradictione qualibet
b Vide in non obſtãte.Et nè oblati *b* eiuſdem ordinis, quorũ
3.to.qq.re. Bonifacius VIII. prædeceſſor pręfatus,in dictis ſuis
q.21.ar.3. literis,meritò cõſiderationem habuiſſe videretur,
& 4. eorum puræ deuotionis,ad ordinem ipſum fruſtrè
aut effectu:omnia,& ſingula circa fratres, & ſoro-
res de pœnitentia, ac mantellatas, & Pinzocheras
nuncupatas,perſonas prędictas,in prædictis,& prę
ſentibus literis ſtatuta, conceſſa, & ordinata, aut
illis,& fratribus prædictis,in earum commodum,
& fauorem indulta,ad eaſdem, dicto ordini,nũc,
& pro tempore oblatas, & commiſſas,vtriuſque,
ſexus perſonas,eiſdem, ſcientia, motu, & authori-
tate,extendimus, & ampliamus, ac in eis locũ ha-
bere debere,perindè, ac ſi pro eiſdẽ oblatis,& per-
ſonis,& circa illas emanaſſent, decernimus, volu-
37 mus,& ordinamus. Et quia, ex cõceſſione dicti In-
nocentij prædeceſſoris, quod liceat eis,cum inter-
dictum generale terræ fuerit, dummodò non cau-
ſam dederint interdicto,clauſis ianuis,excommuni
catis,& interdictis excluſis,ſubmiſſa voce, miſſas,
& alia diuina officia celebrare,eorundem fratrum
deuotioni non plenè conſulitur: conceſſionem ean
dem extendendo, eiſdem fratribus,vt liceat eis ha
bere altare portatile,cum debita reuerentia & ho-
nore,ſuper quo,ad hoc in locis conuenientibus &
honeſtis,præter quam in Eccleſijs, ab ordinarij o-
bedientia non exemptis, quoties id eis contigerit
interdici, poſſint miſſas, & alia diuina officia, in
quorumcunque præſentia celebrare, & interdicij
c De ſuſpen- tempore *c* ad diuina huiuſmodi, cum eis mantella-
ſione inter- tas,& Pinzocheras,ac oblatas, commiſſaſque per-
dicti quoad ſonas,& ipſorum fratrum, & monaſteriorum Mo-
regulares, nialiũ ordinis prædicti,procuratores prædictos, &
vide in 2. negotia gerentes,vtriuſque ſexus admittere,pręfa-
to.qq.re.q. tis,ſcientia,motu,& authoritate indulgemus. Præ-
109.art.2. tereà, cum perſæpè reuocetur in dubium, quate-
& 4.q.112 nus intelligatur pars illa dictarum literarum Boni-
ar.2. facij Octaui,& Innocentij prædeceſſorum,in qua,
38 ſepulturã in Eccleſijs fratrũ dicti ordinis, liberam
eſſe voluerint, ſalua iuſtitia Eccleſiarum à quibus
mortuorum corpora ſumuntur;vt litibus quę ex-
indè oriũtur obuiemus, motu,ſciẽtia, & authorita
te prædictis,declaramus libertatẽ huiuſmodi intel
ligi debere,ẽt quò ad hoc,vt fratres ipſi,nullius ſu-
per hoc petita licẽtia, parochias in quibus corpora
prędicta forent, cũ cruce *d* proceſſionaliter ingre- *d Vide in*
di,ac corpora ipſa leuare,& ad eorũ Eccleſias ſepe *to.3. qq.re.*
liẽda,deferre poſſint,vbi hoc conſuetum foret,vel *q.58.ar.3.*
presbyteri de leuatione requiſiti id facere recuſa-
rẽt. Nec cogãtur inuiti, ẽt prætextu cuiuſuis cõſue-
tudinis,ipſi,vel defunctorũ cõſanguinei,illas ad pa
rochiales Eccleſias, vel ad alia loca deferre,& cũ il
lis,vel ſine,inibi celebrare,vel celebrari facere pro
eiſdẽ defunctis,aliqua diuina officia, antè,vel poſt
ſepulturã,eorundem Bonifacij VIII. & Innocentij
prædeceſſorũ voluntatẽ,ſaluã eſſe debere decerni-
mus, eo caſu quo dũtaxat apud loca ipſorũ fratrũ, 39
corpora ipſa ſepeliẽtur. Si verò non apud eos,ſed
alios,ẽt mendicãtium ordinũ profeſſores, corpora
ipſa cõtigerit ſepeliri, ex his,quæ ad fratres prædi-
ctos,apud quos tũc corpora ipſa nõ ſepelirẽtur, ex
bonis defunctorũ quolibet obuenirẽt, quouis par-
ticulari,vel vniuerſali titulo, directè, vel per obli- *e Vide in*
quũ,nullã *e* canonicã, aut parochialẽ portionẽ da- *to.1. qq.re.*
re teneãtur: nec ſimiliter aliqua portio debeat de *q.32 ar.1.*
his, quæ ad certos determinatos vſus,eiſdẽ fratrib. *& ar.fin.et*
vel eorũ domibus,i genere,aut ſpecie,de bonis eo- *in to.3. qq.*
rũ, quorũ cadauera apud eos contingeret ſepeliri, *reg q.46 ar.*
nec ẽt in caſibus, in quibus per eorundẽ Bonifacij *tic.1.*
Octaui,& Innocentij, & aliorũ prædeceſſorum no
ſtrorũ,ſpecialia priuilegia, fratres ipſi ab huiuſmo-
di ſolutione quartæ, ſunt exẽpti. Nec aliquo caſu, 40
de cãdelis,quę dãtur ad manus fratrib. quarta ali-
qua quolibet detrahatur, in reliquis verò caſibus,
quã in præmiſſis,quibus quarta ipſa ſoluenda veni-
ret,cõuẽtiones,ſi quæ ſunt inter fratres prædictos,
& locorũ ordinarios,Eccleſiarũ Rectores,initę,lau
dabiles, & honeſtæ in poſterũ obſeruentur. Et ſi for 41
tè per nos,vel Sedem Apoſtolicam, de piè legatis,
diſpoſitis,& relictis, in genere, vel in ſpecie, deci-
ma,vel alia portio,ſeu quarta,alteri piæ, vel nõ pię
cauſæ,ea quauis cauſa hactenus cõceſſa foret; vel
in poſterum concedi,& ſolui,aut dari,vel mandari
contingeret: Fratres prædictos, & illorũ domos,ac
eis legata,relicta, aut aliàs in illorum fauorẽ diſpo
ſita,in cõceſſione,& mandatis huiuſmodi, decerni-
mus,& volumus non includi,niſi de ipſis fratrib. &
præſenti decreto, & voluntate noſtra, non per ge-
nerales clauſulas, quæ etiam ſpecialem mẽtionem
importare viderentur, ſed vera, & ſpecifica mẽtio
fiat. Exemptionem quoque ordinis domorum fra-
trum,& bonorum prędictorum, per Innocentij,Bo 42
nifacij prædeceſſorum eorundem, literas prædi-
ctas conceſſam, & illius approbationem,& exten-
ſionem, in Clementis præfati literis prædictis con-
tentam, vtpotè notorias, allegatione, & approba-
tione non indigere, ac quaſlibet excommunicatio
nes,ſuſpenſiones,& interdicti ſententias,& quoſcũ
que proceſſus,quaſuis pęnas, & ſententias genera-
les,& omnia quæ contra fratres,domos,& loca,at-
que perſonas,oblatas, & mantellatas dicti ordinis,
& in illius exemptione huiuſmodi, quomodolibet
cõprehenſas, etiam ratione cuiuſcunque contra-
ctus,vel delicti, vel rei,de qua ageretur, vbicunq;
ineatur contractus, committatur delictum, & res
ipſa conſiſtat,fieri, vel haberi contigerit,etiam exẽ
ptione huiuſmodi aliter nõ allegata, vtpotè noto-
ria,nullius roboris,vel momenti, & pro infectis ha
beri debere,pari motu,ſcientia, & authoritate de-
cernimus. Literas verò fęl. re. Benedicti Papæ vn- 43
decimi etiam prædeceſſoris noſtri, per quas dicti
ordinis generali priori, facultatem conceſſit, vt il-
lius profeſſores, ab exceſſibus, & delictis per eos
commiſſis,niſi talia forent, propter quæ meritò eſ-
ſent ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi, ac etiam à
cenſuris, & pœnis, quas illorum occaſione incur- *f Vide in*
riſſent,abſoluere *f* & ſuper irregularitate per eos *1.to. qq.re.*
contracta, diſpenſare, & prioribus prouincialibus *q.49.*
dicti

dicti ordinis, facultatem huiuſmodi communicare
valeret, cum perſæpè reuocetur in dubium, quæ
ſunt illa, propter quæ fratres ipſi ſunt ad Sedē Apo
ſtolicam deſtinandi, vt abſoluentium, & abſoluen-
dorum, & diſpenſantium, & diſpenſandorum pro
tempore, puritati conſcientiæ conſulamus, hæreti-
cos, relapſos, ſchiſmaticos, & qui literas Apoſtoli-
cas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſ-
ſent dumtaxat, eſſe ad ſedem Apoſtolicam meritò
deſtinandos, reliquis verò omnibus, etiam ſimoniæ
prauitate qualitercunque irretitis, poſſe per illos,
quibus inibi conceditur, abſolutionis beneficium,
& gratiam, iuxta caſuum exigentiam impartiri. Et
44 nihilominus, vt dicti ordinis profeſſoribus, omnis
vagandi tollatur occaſio, & ad ſedem Apoſtolicam
recurrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, gene-
rali, & prouincialibus prioribus dicti ordinis Ere-
mitarum Diui Auguſtini profeſſoribus, defectum *a*
natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quo-
uis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, pa-
tientibus, necnon cum his, qui, ex quauis cauſa, præ-
terquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutila-
tionis membrorum, irregulares *b* forent, poſtquam
ordinem ipſum profeſſi fuerint, vt defectu, & irre-
gularitate huiuſmodi non obſtantibus, irregulares
ipſi, etiam ad quoſcunque ſacros ordines promo-
ueri, & in illis etiam in altaris miniſterio miniſtra-
re, & tam ipſi irregulares, quàm defectum natalium
patientes prædicti, ad quæcunque adminiſtratio-
nes, & officia dicti ordinis, eligi, recipi, & aſſumi, il-
laque gerere, & exercere, libere, & licite valeant,
motu, ſcientia, & authoritate prædictis, concedi-
mus per præſentes. Et quoniam parochialium ec-
45 cleſiarum Rectores præfati, erga illos, qui dictis
fratribus Eremitarum S. Auguſtini eorum pecca-
ta confitentur, perſæpè ſe redduntur in exhibitio-
ne Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, difficiles, cō-
cedimus ipſis fratribus Eremitanis, vt eiſdem per-
ſonis, eis confeſſis, quibus Rectores præfati, ſine ra
tionabili cauſa, denegauerint, ſeù malitioſè diſtule
rint, Euchariſtiæ, *c* ſeu Extremæ *d* vnctionis ſacra-
menta miniſtrare, ſuper quo eorundem confeſſo-
rum aſſertioni, ſtari debeat, illa petentibus poſ-
ſint exhibere. Et cum aliquandò contingat mona-
46 ſteria monialium dicti ordinis, monialibus deſti-
tui, adeò vt de eorum reformatione, ſpes nulla ſu-
perſit, conuenientiuſque ſit, quod illorum ſic de-
ſtructorum bona, ad illos fratres deueniant, quorū
erant curæ commiſſa, quàm ad illos: illa, quæ ſic de-
ſtituta exiſtunt, & deſtitui cōtigerit in futurū, cum
eorū bonis omnibus, perpetuis vſibus fratrum do-
mus dicti ordinis, eiſdē deſtitutis monaſterijs pro-
pinquorū applicamus: ità vt fratres illi poſſint de
illis, & de eorum monaſteriorū ſtructuris, & ædifi-
cijs, pro eorū voluntate diſponere; prouiſo, quod
illorū Eccleſiæ, & oratoria, ad profanos vſus non
redigantur, ſed in illis diuina celebrentur officia.
47 Inſuper cum nonnulli, ad ordinem prædictum
Eremitarum Diui Auguſtini, ſpecialem gerentes
deuotionis affectum, ordinent eorum cadauera,
cum habitu fratrū Eremitarum dicti ordinis, aut
ſororum, ſeu mantellatarum prædictarum ſepeliri,
nec ex illorum corporum delatione ad alia loca,
ordini, & fratribus prædictis iniuria irrogetur, de-
cernimus tales, apud ipſos eſſe ſepeliendos, & non
alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, nec poſſe etiam
per eos, in loco electo, cum habitu prædicto, quo-
modolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum *e*, abſque
fratrum dictæ domus loci, in quo tales deceſſerint
48 expreſſa licentia, & aſſenſu. Cæterum, ne ſi ratione
parochialium Eccleſiarum, apud quas domus fra-
trum conſtructæ fuere, aut conſtruentur in poſte-
rum, locorum ordinarij, in eoſdem fratres aliquā
ſuperioritatem vendicare tentarent, fratrum eorū
dem quies, in aliquo perturbaretur, concedimus
ipſis fratribus, vt ſic conceſſis, & quibus eis conce-
di contigerit, curatis Eccleſijs, poſſint per capella-
num *f* per eos pro eorum nutu ponēdum, & amo
uendum, curam huiuſmodi exercere, qui quamdiu
capellanatus huiuſmodi fungetur officio, ac ſi di-
cti ordinis Eremitarum exiſteret profeſſor, dicto-
rū fratrū Eremitarū, libertate, & exemptione fruā-
tur: Eccleſiæ verò prædictæ, illæ, quæ domus fra-
trum dicti ordinis prærogatiua lætetur. Illi præte- 49
rea particulæ literarum prædictarum Innocentij
prædeceſſoris præfati, in qua patribus prædictis,
eligendi generalem priorem dicti ordinis, faculta-
tem concedit, adijcimus, motu, ſcientia, & autho-
ritate prædictis, quod idem generalis prior, ſic
electus, poſtquàm electionis, ſibi præſentato de-
creto, conſenſerit, intelligatur authoritate Apo-
ſtolica confirmatus, *g* eo ipſo, & liberè admini-
ſtret, & exerceat, quæ ad ſuum prioratus generalis
pertinet officium, reiecta quauis profeſſorum di-
cti ordinis, & aliorum ſibi, ratione dicti officij, ſub-
ditorū appellatione, quæ ab eius præceptis, moni-
tionibus, ordinationibus, mandatis, & decretis, re-
gularis diſciplina eorundem quomodolibet inter-
poni cōtinget. Rurſus, quia intelleximus, quod & 50
ſi bonæ memoriæ, Ioannes Papa vigeſimuſſecun-
dus prædeceſſor noſter, illorum opinionem, qui aſ-
ſerebant, quod confeſſi fratribus, prædicti, & alio-
rum ordinum mendicantium, ad audiendas cōfeſ-
ſiones, iuxta iuris diſpoſitionem deputatorum pro
tempore, tenebantur eorum peccata Rectori eorū
parochialis Eccleſiæ, iterum confitere, reproba-
uerit, & deindè præfatus Eugenius reprobationū
huiuſmodi approbando, contra tales aſſerentes,
tanquam de hæreſi ſuſpectos, per locorum ordina-
rios, inquiri, & procedi mandauerit; ac ſucceſſi-
uè, Nicolaus prædeceſſor prædictus, geſta in præ-
miſſis ab eiſdem Ioanne, & Eugenio prædeceſſori
bus, robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere
decreuit, nihilominus adhuc nonnulli eorum in-
hærentes proteruiæ, opinionem prædictam, & de-
ſuper factos, damnatos, & male ſonantes, ac repro-
batos articulos, veros eſſe affirmare non verentur,
vt talium præſumptuoſa temeritas tantò minus in-
ualeſcat, quantò plurium erit ſuperiorum corre-
ctioni ſubiecta, conceſſam contra tales, per eiuſdē
Eugeni prædeceſſoris literas, locorum ordinarijs
facultatem, ad *h* Inquiſitores hæreticæ prauitatis
extendimus, ac volumus quod Inquiſitores ipſi,
quicunque fuerint, eadem qua ordinarij, contra
tales, authoritate fungantur. Quod ſi per quoſcun 51
que proceſſus, lites, & controuerſias, quomodoli-
bet inter ipſos fratres prænominatos, & Eccleſia-
rum Rectores, ac ordinarios emergentes, ordina-
rij ipſi, ſeu quicunque alij inhibitionem eleemo-
ſynarum per Chriſti fideles fratribus ipſis faciēda-
rum, quocunque modo fuerint prolapſi: volumus,
& præſentium patrocinio decernimus, omnes, &
ſinguli tales inhibentes, ipſo facto, excommunica-
tionis incurrant ſententiam, & contra tales Inqui-
ſitores hæreticæ prauitatis, ad prædictorum fratrū
requiſitionem, poſſint, & debeant, ſicut contra hæ-
reticos procedere. Poſtremò, cum prædictorum, 52
ſicut, & prædicatorum, & Minorum fratrum ordi-
num profeſſores, pro fidei Catholicæ dilatatione,
continuè indefeſſè laborent, fructuſque afferant in
Dei eccleſia ſalutares, ac propterea fuerint varijs,
per ſedem Apoſtolicam prædictam, priuilegijs do-
tati, vt quos par labor, pariaque merita con-
iungunt, paria coniungant priuilegia, & fauores,
eiſdem fratrum Eremitarum profeſſoribus, vt con-
ceſſis eiſdem fratribus Prædicatoribus, & Minori-
bus,

a Vide in 10.1.qq.re.q.13.ab ar tic.1.

b Vide in 1.10.qq.re.q.13.ab articul.1.

c Sine limitatione habēt hoc fratres, vt habes in 10.1.qq.re.q.56

d Vide in 10.3.qq.re.q.73.ar.1.

e Hoc iā eſt moderatū, prout habes in 10.3.qq.re.q.58.ar.3.

f Vide in 1.10.qq.re.q.46.ar.7.

g Vide in 1.10.qq.re.q.92.ar.2.

h Vide in 1.10.qq.re.q.81.ar.6.

bus, priuilegijs, indulgentijs, & gratijs, & fauorib. ac indultis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut aliis authoritatem habentibus, quæ nomina, ac ſi nominatim exprimerentur, haberi volumus pro expreſſis, & noſtræ approbationis munimine ſolidamus, ac decernimus robur perpetuæ firmitatis, ob inere, potiri, a & gaudere poſſint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine vlla differentia, perindè ac ſi quæ eiſdem prædicatorum, & minorum fratrum, ordinibus prædictis, ſunt cõceſſa, præfato ordini fratrum Eremitarum D. Auguſtini, nominatim fuiſſent conceſſa, aut concederentur in futurum; & quæ de magiſtro Prædicatorum generali, & Miniſtro generali Minorum, ac de prouincialibus prioribus Prædicatorum, & miniſtris Minorum fratrum, necnon monaſterijs monialiũ, ſub eorundem Prædicatorum, & Minorum ordinum fratrum, cura, & ſecundum ipſorum Prædicatorum, & Minorum fratrum ordinum, inſtituta viuentium, ſunt ſtatuta, in generali, & prouincialibus prioribus, & vicarijs dicti ordinis S. Auguſtini, ſub eorum cura, & ſecundum ipſius ordinis Eremitarũ inſtituta viuentium, vice verſa inſtituta ſunt, & eſſe cenſeantur. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum eccleſiarum, aut parochialium eccleſiarum, rectoribus, & alijs quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & parochialis, earundem parochialium eccleſiarum, ac omnium beneficiorũ eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis, eo ipſo, per eos, qui contra fecerint, incurrendis, nè ordinis prædicti fratrum Eremitarum domos, & profeſſores prætere, aut contra prædictarum Innocentij, Bonifacij, Alexandri, Martini, Eugenij, & Nicolai, & Benedicti prædictorum, & aliorum quorumcunque prædeceſſorum noſtrorum, & præſentium literarum tenorem, inquietare, ſeu moleſtare, & eos aut teſtamentorum, vltimarumque voluntatum executores, & hæredes prædictos, ſeu quoſcunq; alios, directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicuius quartæ, parochialis, ſeu canonicæ, vel alterius portionis, ſeu oneris, & ad faciẽdum celebrari aliquod officium in eorum eccleſijs, vel alibi, dum apud ipſos fratres, decedentium cadauera tumulantur antè, vel poſt eorum ſepulturam, nec confeſſis dictis fratribus Eremitarum pro tempore, Euchariſtiæ, ſeu Extremæ vnctionis ſacramenta, ſine rationabili cauſa denegare, vel illorum exhibitionem malitioſè differre, aut eorum parochianis, nè dictis fratribus confiteantur, prohibere, vel perſuadere, neque etiam ad præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorũ, auxilium, conſilium, vel fauorẽ dare, directè, vel indirectè quoquo modo præſumãt. Et nihilominus cuilibet in dignitate eccleſiaſtica cõſtituto, & Metropolitanæ, vel alterius cathedralis eccleſiæ canonico, qui deſuper prædicti ordinis Eremitarum, priores, & fratres, ac illorum, ſeu ad commodum eorũ Romanæ Eccleſiæ ſyndicos, deſuper requiſitus fuerit, per Apoſtolica ſcripta inſolidum mandamus, quatenus per ſe, vel aliũ, ſeu alios præmiſſa, vbi, & quando opus fuerit, ſolẽniter publicantes, ac eiſdẽ fratrũ Eremitarum ordinis, illiuſque domibus, & profeſſoribus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica poſſeſſione, vel quaſi, priuilegiorum, & conceſſionum huiuſmodi gaudere, non permittentes eos, ſeu teſtamẽtorum executores, & hæredes prædictos, contra illorũ tenorem, per ordinarios, & Rectores prædictos, aut quoſcunque alios, indebitè moleſtari, aut eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari, ac etiam ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, contra quoſcunque, cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis exiſtant, & quacunque etiam Eccleſiaſtica, Patriarchali, Archiepiſcopali, & Epiſcopali, & mundana, forent dignitate, & exemptione muniti, in quibuſcunque cauſis per eos mouendis, quacunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit, eis miniſtrent, iuſtitiæ complementum exequentes, quod per eos fuerit ordinatum, & illos, qui cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, illos irretitos eſſe declarent, & faciant, & mandent, interdictos, ſuſpenſos, & excommunicatos, publicè denuntiari, & ab omnibus arctius euitari, ac legitimis, ſuper his habendis, ſeruatis, proceſſibus, illos quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauare procurent, contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, conuocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præfati Bonifacij Octaui cõſtitutionibus, quibus cauetur, nequis extrà ſuam ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu nè iudices à ſede Apoſtolica deputati, extrà ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumãt, & de duabus dietis in Concilio generali, necnon, quæ incipiunt; ſuper cathedram, præfati Bonifacij, & dudum Viennenſis Concilij, ac recolendæ memoriæ, Calixti Papæ Quarti, etiam prædeceſſoris noſtri, literis, alijſque Apoſtolicis, ac ẽt prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus, necnon Octonis, & Octoboni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis legatorum, cõſtitutionibus, eccleſiarum, vel locorum quorumlibet, ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque dicti ordinis fratrum Eremitarum profeſſores, ac locorum ordinarios, ſeu rectores prædictos, initis, & concluſis, ac hactenus obſeruatis, pactis, & cõſuetudinibus, ẽt iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis etiã alia firmitate roboratis, necnon omnibus illis, quæ Innocentius, Bonifacius, Alexander, Clemẽs, Martinus, Eugenius, & Nicolaus, & alij noſtri prædeceſſores præfati, in prædictis eorum literis voluerunt non obſtare, contrarijs quibuſcunque, quibus omnibus, illa, ac ſi de verbo ad verbũ infererentur, & derogatoriarum, derogatorias clauſulas in ſe cõtinerent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & rectoribus præfatis, ſeu quibuſuis alijs, cõiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excõicari, aut extrà, vel vltra, ad certa loca, ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mẽtionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quã, præſentibus nõ expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earũ, & conceſſa in eis, iuriſdictionis executio impediri poſſit quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiuſq; toto tenore, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: nos enim, ex nunc, illa & quæcunque alia, quæ in futurum per nos, & ſedem Apoſtolicam, quomodolibet concedi, ſtatui, & ordinari contigerit cõtra Innocentij, Bonifacij, Alexãdri, Clementis, Martini, Eugenij, & Nicolai, ac aliorum prædeceſſorum prædictorum, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem: necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter,

a *Vide in to. 1. qq. 18. q. 15. ar. 1. & ar. 20.*

ter, vel ignoranter, attentari contigerit, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe decernimus. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod tranſumptis earũ, manu notarij publici, & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, vel protectoris, qui eſt, & qui pro tempore erit, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo, ſeu dicti ordinis prioris generalis munitis, ea prorſus, in iudicio, & extra, vbicunque exhibita, vel oſtenſa forent, fides adhibeatur indubia, ac ſi ipſę literæ originales forent exhibitæ, vel oſtẽſę. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam, noſtræ approbationis, innouationis, cõſtitutionis, vel ordinationis, applicationis, ſtatuti, conceſſionis, indulti, extentionis, voluntatis, ampliationis, declarationis, confirmationis, ſuppletionis, mandati, derogationis, & decreti, infringere, &c. Da. Romę, apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ, 1474. VII. Idus Februarij, Pont. noſtri, anno 4.

Quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, in eodem iudicio coram nobis, tanquam iudice ordinario Romanæ curiæ, ritè, & legitimè celebratis, atq; factis, Nos Ioannes prioris, auditor præfatus, noſtræ, & dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, authoritatem ordinariam interpoſuimus, & præſentium tenore interponimus pariter, & decretũ; volentes nihilominus, authoritate dictæ curiæ decernentes, quod huic noſtro tranſumpto publico, in iudicio, & extrà, vbicunque locorum exhibitũ, datum, atque productũ fuerit, de cætero detur, & exhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis literis originalibus, coram nobis, vt præfertur, exhibitis, ac productis, aut ſuperius, de verbo ad verbum deſcriptis, vnà cum præſenti publico tranſumpti inſtrumento, fideliter collationatis, & auſcultatis, data fuit, & exhibita, & datetur, & adhiberetur, ſi in medium produceretur. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ſiuè hoc præſens tranſumptum, ſiue publici tranſumpti inſtrumentum, exindè fieri, & per notarium publicum, ſupra, & infra ſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique propriæ dictæ curię cauſarum cameræ Apoſtolicæ, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romæ, in domo habitationis noſtræ, nobis inibi hora audientiæ dictæ curiæ cauſarũ cameræ Apoſtolicę cõſueta, ad iura reddendum, & cauſas audiendum, in loco noſtro ſolito, & conſueto pro tribunali ſedentibus, ſub anno à Natiuitate Domini, 1481. indictione decimaquarta, die vero Sabbati, ſeptimo Menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Sixti, diuina prouidentia, Papæ Quarti, anno decimo, præſentibus ibidem prouidis viris Magiſtris, Veſcunte de Vulterran. & Cintio de Cintijs, de Viterbio, teſtibus ad præmiſſa, vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Bartholomæus quondam Beati de Piſcia, clericus Lucan. Diaconus, publicus, Apoſtolica, & Imperiali, curiæque cauſarum cameræ Apoſtolicę Notarius, & ſcriba, prædictis omnibus, & ſingulis, dũ ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, vna cũ prænominatis teſtibus interfui, ideoq́ue hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptũ, exinde confeci, ſubſcripſi, & publicaui, & in hanc publicam formam redigi, ſigilloque, & nomine meis, ſolitis, & conſuetis, vnà cum dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ ſigilli appenſione ſignaui, rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium ſingulorum præmiſſorum.

Tom. 1. priu. Apoſt.

Bulla XXXV.

SVMMARIVM.

Concedit viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de populo vrbis Romæ, in ſex feſtiuitatibus præcipuis Dominæ noſtræ, indulgentiam plenariam omnium peccatorum, de quibus contriti, & confeſſi fuerint.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ineffabilia glorioſæ Virginis Dei genitricis, Mariæ, meritorum [a] inſignia, deuotæ cõſiderationis indagine perſcrutantes, & intra noſtræ mentis arcana reuoluentes, quod ipſa, caſtiſſimo eius vtero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas, humanæ ſalutis authorem pertulit, & apud eum, quẽ maternis lactauit vberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione, preces effudit, dignũ, quin potius debitũ reputamus, vt in honorẽ ſui nominis, dicatas eccleſias, præſertim in locis, vbi miraculorũ claritas coruſcat, gratioſis remiſſionũ proſequamur impendijs, & indulgentiarũ impendijs decoremus, cupientes igitur, vt Eccleſia domus B. M. de populo, iuxtà portã Flamineam de vrbe, ordinis fratrum Eremitarum Diui Auguſtini, ad quã Romanus populus, ac etiã curiales, atque etiã Chriſti fideles diuerſarũ nationum, tũ propter diuerſa miracula, quæ Omnipotens Deus, meritis, & interceſſione prælibatæ Virginis glorioſæ, retroactis temporibus, & præcipuè dum peſtis mirum in modum, vrbem ipſam inuaſerat, varijs ægritudinibus fideles Chriſti obirent, hactenus operata eſt, & operatur. Noſque hodiè conſiderantes, quod plures Chriſti fideles, in eadem vrbe, febribus, & alijs ægritudinibus, præter conſuetudinem, magis grauari, & ex illis, infrà paucos dies diſcedere, ad præfatam Eccleſiam perſonaliter accedimus, & ibidem in noſtra præſentia, orando Dominum, vt aerem ſalubrem, & infirmis ſanitatem, ex ſui pietate, & miſericordia, largiri dignaretur, miſſam celebrari fecimus: congruis honoribus frequententur: ac Chriſti fideles, eò libentius deuotionis cauſa, ad illam confluant, quò tãdem, precibus, & meritis præfatæ Virginis adiuti, & per alia bona, quæ fecerint, animarum ſuarum ſalutem adipiſci, ſperauerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, vtriuſq; ſexus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui præfatã Eccleſiam, in Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, & Aſſumptionis eiuſdẽ Virginis, feſtiuitatibus, à primis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas, deuotè viſitauerint; annuatim, ſingulis earundem feſtiuitatum diebus, plenariã omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & veniã, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium in Domino concedimus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1476. VI. Idus Sept. Pon. noſt. an. X.

[a] *Non reuocatur hæc indulgẽtia iuxtà tradita in to. 2 ſqq. re. q. 98 ar. 4. & q. 89. ar. 4. vide indulgentias conceſſas in S. Maria Maiori.*

Bulla XXXVI.

SVMMARIVM.

Concedit viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de populo, vrbis Romæ, in omnibus Sabbatis quadrageſimæ, remiſſionem omnium peccatorum, de quibus contriti, & confeſſi fuerint.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ineffabilia glorioſæ Dei genitricis Mariæ, merita, deuotè, & piè conſideramus, & intra noſtræ mentis penetralia recolimus;

limus: quod ipſa, caſtiſſimo eius vtero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas: humanæ ſalutis geſtauit authorem: & apud eum, quem maternis lactabat vberibus, ſedulas pro noſtrorum peccatorum, & delictorum remiſſione, preces effundit, dignum, quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis, dedicatas Eccleſias, præſertim in alma vrbe, glorioſis remiſſionum proſequamur impēdijs, & indulgentiarū muneribus decoremus. Cupiētes igitur, vt Eccleſia domus Beatæ Mariæ de populo, iuxrà portam Flamineam dictæ vrbis, ordinis fratrum Eremitarum Sācti Auguſtini, ſub regulari obſeruantia, & congregatione Lōbardiæ degentium: quam nuper ſolo prius æquatam, & in præſentem ſtructurarum formam, redactam, regularis obſeruantiæ profeſſores, & Virginis laudes, ac preces aſſiduè, pro vniuerſo populo decantantium, pretioſo numero, pro gemmis pretioſiſſimis, alijſque, pro obſeruantia neceſſarijs ornatibus decorauimus, & ad quam Eccleſiam, ac plurimùm venerandam, dulciſſimæ Virginis Dei genitricis imaginem, inibi mirificè reconditam, ſicut à dilectis filijs Guidone de Arpagonio, Antonio de S. Vcuſanio, Ioanne de Voyſius, vicecomite de Ambris, & alijs eorum collegijs, chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Ludouici Francorum Regis illuſtris oratoribus, nos cum, pro conſuetudine, & deuotione noſtra, iremus comitātibus accepimus, quod dictus Ludouicus Rex, eiuſque natus Delphinus, & dilecta in Chriſto filia, Anna eius coniux, ob celebrem in curia, maximè, & vbique terrarum, hujus deuotiſſimæ imagini à Sancto Luca depictæ famam, ac frequentium ſignorum, gratiarum, & miraculorum coruſcatione, ſingularem gerunt deuotionis affectū, congruis honoribus frequenter, proque illorum felici ſtatu conſeruando, ac vniuerſali Chriſti fideliū pace impetrāda, à dilectis filijs, priore, & fratribus ibidem exiſtentibus, Deo, & Beatæ Virgini, frequentius exoluantur debitę gratiarum actiones, ac Romanus Populus, necnon Curiales, & alij Chriſti fideles, eò libentius, deuotionis cauſa, ad illā confluant, quò, ex hoc ibidem, domino cęleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos. Motu Proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac mera deuotione, quam ad imaginem ipſam etiam gerimus, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, vtriuſque ſexus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui præfatam Eccleſiā, qualibet die Sabbati, ſingularum hebdomadarum quadrageſimæ, deuotè viſitauerint annuatim, omnium peccatorū ſuorum remiſionem, & veniam, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus. Et vt fideles ipſi, ad dictam Eccleſiam, pro indulgentijs conſequendis, pro tempore confluentes, illarum capaces facilius efficiantur: priori pro tempore exiſtenti dictæ domus, ſex presbyteros ipſius ordinis idoneos, qui eorundem fidelium, in Eccleſia, & diebus prædictis, confeſſiones audire, & eorum confeſſionibus diligenter auditis, eiſdem perſonis à quibuſcunque peccatis, quæ confitebuntur, ſicut pœnitētiarij minores, in baſilica principis Apoſtolorū de vrbe, deputati faciunt, & facere poſſunt, iniunctis eis pro commiſſis, pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda: debitam abſolutionem impendere: ita tamen quod ijdem confeſſores, de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendēda, eā dictis perſonis, per eas, ſi ſuperuixerint, vel alios ſi fortè tunc trāſiuerit, faciendā iniungant, quam ipſæ perſonæ, vel aliæ facere teneantur, vt præfertur, deputandi, plenam, & liberam eiſdem authoritate, & tenore, licentiam concedimus, & etiam facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & contrarijs quibuſcunque, præſentibus, perpetuis temporibus futuris, valituris. Per hæc autem, indulgētijs etiam plenarijs conceſſis viſitantibus Eccleſiam prædictam, & manus ibi porrigentibus adiutrices, tàm à prędeceſſoribus noſtris, quam à nobis, & præſertim in non nullis eiuſdem Virginis Mariæ feſtiuitatum diebus, nullatenus intendimus derogare. Imò volumus, quod ſi contingat feſtum Annuntiationis eiuſdem Virginis Mariæ, in aliquo ex prædictis ſabbati diebus celebrari: tunc viſitantes Eccleſiam prædictā, illo etiam ſequenti Dominico die, indulgentiam huiuſmodi conſequantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſupplicationis, conſtitutionis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, &c. Dat. Romę, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1479. XIII. Kal. Iulij Pont. noſtri, anno 8.

Pro ordine Carmelitarum.

Sixtus Papa Quartus edidit hanc bullam, quę eſt maremagnum Carmelitarum, in qua declarantur, atque confirmantur priuilegia ordinis Carmelitarum conceſſa per prædeceſſores ſuos, plura alia addens, quod ſequatur.

Bulla XXXVII.

Habetur authentica in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi, per Dominum Ioannem de Caſtella, Salmanticenſis Cathedralis, Epiſcopum.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Papa IIII. confirmat omnia priuilegia, libertates, ſeu exemptiones à quibuſcunque, ordini Carmelitarum conceſſa.*

2 *Bonifacius Papa VIII. mandat ordinarijs, nè permittant fratres circa conſtructionem ędificiorū, ab aliquibus impediri.*

3 *Innocentius IIII. concedit fratres, tempore interdicti, iuris ſolemnitate ſeruata, poſſe diuina celebrare.*

4 *Gregorius IX. minuit Bullam Innocentij VI. quæ concedit fratribus declinantibus ad loca interdicto ſuppoſita, diuina ibidem celebrare poſſe, ſeruata iuris ſolemnitate.*

5 *Ioannes Papa XXII. concedit fratribus exemptionem ab ordinarijs.*

6 *Clemens Papa vltrà conceſſa per Ioannem XXII. concedit, fratres non poſſe coram ordinarijs conueniri, ratione delicti, contractus, ſeu rei de qua agitur.*

7 *Nicolaus Papa V. confirmat regulam datam fratribus, ab Innocentio Quarto.*

8 *Eugenius Papa IIII. diſpenſat in ſupradicta regula, circa ieiunia, & alia.*

9 *Pius Papa II. concedit prælatis licentiam diſpenſandi circa ieiunia in regula.*

10 *Vrbanus Papa IIII. concedit fratribus, poſſe recipere loca ſibi ad habitandum conceſſa, & inibi diuina celebrare.*

11 *Ioannes Papa XXII. Conſtitutionem incipiētem, ſuper Cathedram, Bonifacij VIII. fratrib. Minoribus, & prædicatoribus conceſſam, extendit ad fratres Carmelitas.*

12 *Calixtus Papa III. confirmat bullā Eugenii IIII. & Nicolai V. approbantium conſtitutionem ſuper cathedram Bonifacij VIII. & reprobantium errores exortos ſuper illam.*

13 *Alexander Papa IIII. concedit fratres poſſe ſacramenta eccleſiaſtica ſuis familiaribus miniſtrare, ac eos ſepulturæ eccleſiaſticæ tradere.*

14 *Vrbanus Papa IIII. concedit fratres poſſe confeſ-*

ſiones

ſiones ſuorum familiarium, & aliarum perſonarum, de licentia ſuorum ſuperiorum audire.

15 Eugenius Papa IIII. concedit fratribus in his, quæ concernunt ſalutem animarum, talem poteſtatē, qualem minores pœnitentiarij in curia Romana habent.

16 Clemens Papa concedit fratres non teneri ad ſolutionem canonicæ portionis, de ſibi erogatis pro cultu diuino, aut aliis cauſis

17 Nicolaus Papa V. concedit idem, quod in præcedēti conceditur.

18 Innocentius Papa concedit, vt bulla Clementis VI. continens fratres non teneri ad ſolutionem decimæ de his, quæ intra eorum ſepta creſcunt, faciat fidem vbique.

19 Clemens Papa IIII. concedit idem, quod in præcedēti bulla, recipiens ſub protectione Romanæ Eccleſiæ, loca, & alia bona.

20 Ioannes XXII. prohibet profeſſos in ordine Carmelitarum, recipi in aliquo alio ordine mendicantiū.

21 Vrbanus Papa IV. cōcedit, vt bulla Benedicti XII. inhibentis profeſſores ordinum mēdicantium trāſire ad ordinem Ciſtercii, vel monachorum nigrorum, faciat fidem vbique.

22 Nicolaus Papa V I. concedit, vt bulla Martini V. inhibentis fratres ordinum mendicantium tranſire poſſe ad alios ordines, excepto Cartuſienſi, faciat fidem vbique.

23 Alexander Papa IV. prohibet fratres ordinis Carmelitarum tranſire ad alium ordinem paris latitudinis, vel minoris.

24 Ioannes Papa XXII. concedit fratribus poſſe cœmeteria ſua conſecrare per quemcunque antiſtitē ipſorum locorum, ordinariis recuſantibus.

25 Clemens Papa IV. inhibet religioſis ordinum mendicantium poſſe cōſtruere ædificia, iuxta loca fratrum Carmelitarum, infra ſpatium centum quadraginta Canarum.

26 Pius Papa concedit licentiam fratribus reformandi ordinem ſuum, ac protervos puniendi.

27 Paulus Papa 2. approbat ſtatum editum inter fratres, & hic expreſſum, circa electionem, vel amotionem priorum, prout in literis Calixti 3. & Pij 2. continetur, & alia addens.

28 Alexander Papa 4. concedit fratres poſſe excōmunicare, capere, & punire apoſtatas ſui ordinis.

29 Alexander Papa 4. concedit prælatos poſſe viſitare, corrigere, atque mutare fratres, & nouitios recipere.

30 Alexander Papa 4. concedit, quod priores, ſtatim, vt electi fuerint, habeant curam animarum ſibi ſubditorum fratrum.

31 Pius Papa 2. cōcedit, quod prælati poſſint incarcerare, & punire fratres Apoſtatas, & criminoſos.

32 Calixtus Papa 3. prohibet, ne fratres habentes beneficia eccleſiaſtica, ad officia ordinis admittantur.

33 Nicolaus Papa V. concedit moniales Carmelitarū gaudere priuilegiis monialium ordinis prædicatorum, & Eremitarum D. Auguſtini.

34 Eugenius Papa 4. concedit Bullam Bonifacii 9. approbatam per Martinum V. concedentem prælatos ordinis S. Auguſtini poſſe recipere moniales, ſub cura, & habitu ſuo, quæ gaudeant priuilegiis eiuſdem ordinis.

35 Innocentius Papa 4. concedit fratres non teneri ad cognitionem cauſarum, etiam à ſede Apoſtolica commiſſarum.

36 Clemens Papa cōcedit, fratres poſſe diuina celebrare in locis ſuis, cum altari viatico.

37 Vrbanus Papa 4. concedit fratres poſſe diuina celebrare, vbique cum altari portatili.

38 Alexander Papa 4. inhibet, vt nullus prælatus poſſit à fratribus obedientiam recipere, contra tenorem priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis.

39 Nicolaus Papa 4. concedit fratribus poſſe in oratoriis ſuis diuina celebrare.

40 Bonifacius Papa 8. concedit prælatis licentiam inſtituendi ſubditos prædicatores.

41 Vrbanus Papa 4. concedit fratribus poſſe de rapinis, & male acquiſitis, ac relictis incertis, vſque ad centum marchos recipere.

42 Vrbanus Papa 4. Concedit prælatis licentiam abſoluendi à quacumque excommunicatione, ingrediētes religionem, ac etiam profeſſos.

43 Alexander Papa 4. concedit prælatis licentiam abſoluendi venientes ad ordinem.

44 Reualidantur omnia priuilegia conceſſa ordini Carmelitarum.

45 Supplentur omnes defectus, qui fortè interuenerint in eiſdem.

46 Eximuntur fratres à ſolutione decimarum.

47 Virgines, vidua, & coniugata perſona, ſeu Pinzochera dicti ordinis, gaudent priuilegiis conceſſis, & concedendis ordinibus mendicantibus.

48 Quod liceat fratribus eiſdem perſonis ſacramenta conferre.

49 Quod perſonæ oblatæ huic ordini gaudeant priuilegiis, quibus mantellatæ, & Pinzocheræ.

50 Quod liceat fratribus cum altari viatico celebrare, in locis honeſtis, & tempore interdicti mantellatas ad diuina officia admittere.

51 Quod fratres poſſunt familiaribus adminiſtrare ſacramenta.

52 Quod pueri, & alii ſeruitiis fratrum deputati, poſſunt audire diuina tempore interdicti.

53 Quod poſſunt fratres in terris excommunicatorum commorari, & ab eis neceſſaria petere.

54 Quod generalis, in toto ordine, & prouinciales, in ſuis prouinciis, poſſint fratres abſoluere, & cū eis diſpenſare in irregularitate.

55 Fratres electi in confeſſores proprios à generali, & prouincialibus, poſſunt abſoluere eos, & cum eis diſpenſare.

56 Poſſunt fratres abſoluere volentes religioni aggregari, & cum eis diſpenſare, ſatisfactione præmiſſa.

57 Conceditur fratribus in Eccleſiis ſuis habere cœmeteria liberè, & declaratur talis libertas.

58 Declaratur, ſaluam debere eſſe iuſtitiam eccleſiarum circa quartam.

59 Quod ſi per ſedem Apoſtolicam mādetur dari quartam, de piis legatis, cauſa alicui pia, vel non pia, non intelligantur includi legata fratribus conceſſa.

60 Approbatur exemptio ordinis ab ordinariis.

61 Licentiam à ſuis prælatis habendam, ab his, qui volunt fratribus confiteri, declarat illam eſſe, quam prælati dare tenentur per conſtitutionem Concilii Viennenſis.

62 Quod generalis, & ab eo deputatus poſſit abſoluere dictos fratres, & ſorores, ea auctoritate, quam habent minores pœnitentiarii, & quæ ſint illa, propter quæ eſſent meritò ad Sedem Apoſtolicam declinandi.

63 Quod generalis poſſit cum fratribus defectum natalium patientibus, & cum irregularibus diſpenſare.

64 Quod fratres poſſint miniſtrare ſacramēta Eucharistia, & extrema vnctionis, perſonis ſibi confitentibus, ſi Rectores negauerint, vel malitioſe diſtulerint.

65 Quod bona monaſteriorum mobilia deſtitutorum, ſint monaſteriorum fratrum propinquorum.

66 Quod non poſſit aliquis cum habitu Carmelitarum ſepeliri, vel ad ſepulturam deferri extra eccleſias prædictorum fratrum, abſque eorum licentia: contra facientes excommunicantur.

67 Eu-

cialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem attẽtare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum apud Villam Nouã Auinion. Diœceſis, 5 Kal. Auguſti, Pont. noſtri, ann. 8. Cæterum, vt earumdem literarum Apoſtolicarũ, tenor prędictus ſic inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eundẽque vigorem dictus tenor, per omnia habeat, quæ haberent originales literæ ſupradictæ, & eandem prorſus eidem tenori fides adhibeatur, quandocũque, & vbicunque, ſiue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius vobis de nouo volumus acquiri, ſed antiquum, ſi quod habetis tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. apud Pontẽ Sorgiæ Auinionenſis Dięceſis, 2. Kal. Iunij, Pont. noſtri, anno 2.

5 *Vide in to. 2. qq. regu. q. 6. a. 2. qua de exẽptione regulariũ latè agitur.* Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis, priori Generali, & vniuerſis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, de Monte Carmeli, tã præſentibus, quam futuris, religioſam vitam profeſſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacer ordo veſter in agro Dominico, diuina diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo, ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis, digne meretur attolli, cuius profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cęleſtium contemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinem, quem in ſtatu firmo, & ſolido, & ſtabili, decernimus, & volumus permanere, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigentes, ad ea libenter intendimus, per quę profeſſores, iam dicti, nullum æternæ pacis patiantur excidium, nullumque religionis ſtatus perferant detrimẽtum, ſed eo deuotius, diuino cultui, ac ſalutis inſiſtãt operibus, quo quietior fuerit ſtatus eorundem, ipſique amplioti fuerint libertate dotati; ea propter, dilecti in Domino filij, deuotionis veſtræ precibus fauorabiliter annuentes, vos, & prædictum ordinem, perſonas, & Eccleſias, oratoria, domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurũ, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ac perſonis degẽtibus in eiſdem, in Ius, & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ ſedis, aſſumimus, illaque ad cuiuſcunque Dięceſani, & cuiuſlibet alterius poteſtate, iuriſdictione, & dominio omnimodè in perpetuũ prorſus eximimus, de gratia ſpeciali, decernimus ex nunc, vos, & ordinem veſtrum, ac perſonas, Eccleſias, & oratoria, domos, & loca præfata, ac pertinentia ad eandem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, abſque vllo medio ſubiacere, ita quod, nec locorũ ordinarij, nec alia quęuis perſona eccleſiaſtica in vos, & ordinem veſtrum, perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, vtpote prius exempta, poſſint excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſentẽtias, vel alias poteſtate iuriſdictionem aliquam exercere; quod ſi forſan quidquã in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ aſſumptionis, exemptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c. Dat. Auin. 3. Idus Mart. Pont. noſtri, anno 1.

a Vide I to. 2. qq. 10. q. 2. art. 5. 6. & 8. Clemens a Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, generali, ac aliis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Sacer ordo veſter, in agro Dominico, diuina diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo, ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis digne meretur attolli, cuius profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cęleſtium cõtemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum, nos autem ad dictum ordinem, quem in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili, volumus permanere, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigẽtes, ad ea libenter intendimus, per quæ profeſſores iã dicti, nullum internæ pacis patiantur excidium, nullumque ſtatus religionis perferant detrimentum: ſed eo deuotius diuino cultui, ac ſalutis inſiſtant operibus, quod quietior ſtatus eorumdem fuerit, ipſique ampliori fuerint libertate dotati. Sanè petitio, pro parte veſtra nobis nuper exhibita, continebat, quod licet fę. re. Ioannis Papa XXII. prædeceſſor noſter, tunc in humanis agens, vos, & prædictũ ordinem, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitabatis, tunc, vel inhabitareris in futurum, cũ omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ac perſonis degẽtium in eiſdem, in ius, & proprietatem Beati Petri, & ſedis Apoſtolicæ, aſſumpſiſſet, illaque à quibuſcũque Dięſanis, & cuiuſcumque alterius poteſtate, iuriſdictione, ac dominio omnimodè prorſus in perpetuum exemiſſet; decernendo, ex tunc, vos, & ordinem, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca præfata, & pertinentia ad eadem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, abſque vllo medio ſubiacere; ita quod, nec locorum ordinarij, nec alia quæuis perſona eccleſiaſtica, in vos, & ordinem veſtrum, perſonas, eccleſias, & oratoria, domos, ac loca prædicta, vtpote prius exempta poſſitis, excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſententias, vel alias poteſtatem, ſeu iuriſdictionem aliquam exercere. Quod ſi forſan, quicquam in contrarium à quocunque attentatum foret, illud omnino eſſet irritum, & inane; tamen, quia indulto huiuſmodi exemptionis, non cauetur, quod vos, ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua agitur, cõueniri coram ordinariis, minime valeretis, vos timentes ſuper his poſſe forſan in poſterum moleſtari, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui vos, & ordinem ipſum ſpeciali proſequimur in Domino charitate, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ indulgemus, vt præfato indulto in ſuo robore permanente, coram quibuſcunque Diœceſanis, & locorũ ordinariis, ratione delicti, cõtractus, ſeu rei, de qua agitur, cõueniri, vel impeti nullatenus valeatis, fœ. re. Innocentij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, contrariis, non obſtantibus quibuſcunque, decernentes ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attẽtari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario cõtraire. Si quis autẽ, &c. Dat. Auinioni, 14. Kalend. Auguſti, Pontific. noſtri, anno 6.

7 *b De confirmatione priuilegiorũ, vide in to. 2. qq. re. q. 8.* Nicolaus b Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm

ordo

ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum; cum itaq; fœ. re. Innocentius Papa IIII. prędeceſſor noſter, ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam, per bonæ memoriæ H. tituli Sanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem, & bonæ memoriæ B. Antheradenſis Epiſcopũ quędam regulæ veſtræ dubia declarari, & corrigi, ac quædam ipſius grauia, miſericorditer fecerit mitigari, prout in literis inde confectis plenius continetur, nos veſtris precibus inclinati, declarationẽ, & correctionem, ac mitigationem huiuſmodi, ad inſtar ipſius Innocentij, ac piæ memoriæ Alexandri Papæ IIII. prædeceſſorum noſtrorum, authoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem literatum eiuſdẽ prædeceſſoris Innocentij, prout in regiſtro ipſius continetur de verbo ad verbum, præſentibus toſeri facientes, qui talis eſt.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori, & fratribus Eremitis ordinis glorioſiſſimæ Dai Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quæ honorem conditoris omniũ, & profectum continent animarum, roboris præſidio ſunt fulcienda perpetui, ſed pręcipue ſuper quibus Apoſtolicæ ſedis aothoritas, ſalubris prouidentiæ ſtudium noſcitur habuiſſe. Cum itaque nos, ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam, per dilectum fratrem H. tituli S. Sabinæ, presbyterum Cardinalem, & venerabilem virum fratrem noſtrum B. Antheradenſis Epiſcopum, quædam regulæ veſtræ dubia declarari, & corrigi, ac etiam quędam ipſius grauia, miſericorditer fecerimus mitigari, prout indè confectis noſtris literis plenius continetur. Nos veſtris piis deſideriis annuẽtes, declarationem, & correctionem, ac mitigationem hoiuſmodi, authoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem aotem literatum ipſarum, de verbo ad verbum, fecimus præſentibus anootari, qui talis eſt. Frater H. miſeratione diuina tituli S. Sabinæ, presbyter Cardinalis, & frater Guillelmus, eadem miſeratione, Antheradenſis Epiſcopus, chariſſimis in Chriſto filiis, priori Generali, & diffinitorib. capitnli generalis ordinis fratrũ glorioſiſſimæ Dei Genitricis Matiæ de monte Carmelo, ſalutem in omnium ſalutari. Accedentes ad Apoſtolicã ſedẽ, fratres clerici, Reinaldus, & Petrus, ordinis veſtri, ex parte veſtra à Domino Papa humiliter poſtulauerunt, vt quędam, quæ in veſtro priuilegio, & regula olim vobis à fœ. memoriæ Alberto Patriarchą Hieroſolymitano, tradita continentur, dubia declarare, corrigere, & quædam grauia mitigare miſericorditer dignaretur; cum igitur Dominus Papa eorum deuotis ſupplicationibus annuendo, nobis commiſerit, vt declarationem, correctionem, & mitigationem huioſmodi faceremus, vice ipſius, ſecundum quod bono ſtatui ordinis, & ſtatrum ſaluti expediens videremus, religioni veſtrę, qua fungimur authoritatę mandamus, quatenus regulam à nobis correctam, declaratam, & mitigatã, prout expedire videmus, deuotè recipientes, eam firmiter obſeruetis, & ad inſtar eiuſdẽ alias veſtras regulas corrigatis, quam vobis, per eoſdem fratres, ſub ſigillis noſtris mittimus, in hac forma. Albertus Dei gratia Hieroſolymitanus Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Chriſto filiis, B. & cæteris Eremitis, qui ſub eius obedientia, iuxta fontem Heliæ in monte Carmeli morsniut, in Domino ſalutem, & Sancti Spiritus benedictionem. Multifariè, multiſque modis ſancti patres inſtituerũt, qualiter quiſquam in quocunque ordine fuerit, vel quemcunq; modum religioſæ vitæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti viuere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & bona conſcientia deſeruire. Verum, quia requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tradamus vobis vitæ formulã, quam tenere in poſterũ debeatis, illud in primis ſtatuimus, vt vnum ex vobis habeatis priorem, qui ex vnanimo omnium aſſenſu, vel maioris, & ſanioris partis, ad hoc officiũ eligatur, cui obedientiã promittat quilibet aliorũ, & promiſſum, ſtudeat operis veritate ſeruare, cum caſtitate, & abdicatione proprietatis. Loca autẽ habere poteritis in eremis, vel vbi donata vobis fuerint, ad veſtræ religionis obſeruantiam apta, & cõmoda, ſecundum quod, priori, & fratribus videbitur expedire. Præterea iuxta ſitum loci, qoem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrũ, ſingulas habeatis cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem ipſius prioris, & de aſſenſu aliorum fratrum, vel ſanioris partis eædem cellulæ, cuique fuerint aſſignatæ, ita tamen, vt in communi refectorio, ea, quæ vobis erogata fuerint communiter, aliquam lectionem ſacrę Scripturæ audiendo, vbi commode poterit obſeruari, ſumatis, nec licet alicui fratrum, niſi de licentia prioris, qui pro tempore fuerit deputatus, ſibi mutare locum, ſiue cũ alio permutare. Cellula Prioris, ſit iuxta introitum loci, vt venientibus ad eum locum, primus occurrat, & de arbitrio, & diſpoſitione ipſius, poſt modum, quæ agenda ſunt cuncta procedant. maneant ſinguli in cellulis ſuis, vel iuxta eas, die, ac nocte, in lege Domini meditantes, & in omnibos vigilantes, niſi aliis iuſtis occupationibus occupentur. Hi qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant ſecundum conſtitutiones ſane eorum patrum, & Eccleſiæ approbatam cõſuetudinem, qui eas non nouerunt, viginti quinq; vicibus Pater noſter dicant in nocturnis vigiliis, exceptis Dominicis, & ſolennibus diebus, in quorum vigiliis, prædictum numerum ſtatuimus duplicari, vt dicatur Pater noſter vicibus quinquaginta, ſeptles autem dicatur oratio in laudibus, & matutinis, in aliis quoque horis, ſepties ſimiliter eadem ſigillatim dicatur oratio, propter officia veſpertina, in quibus ipſam quĩdecies, dicere debeatis. Nullus fratrum, aliquid eſſe ſibi propriũ dicat, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuãtur vnicuique per manum Prioris, per fratrem ab eodem, ad id officium deputatũ, prout vnicuique opus erit, inſpectis ætatibus, & neceſſitatibus ſingulorum. Aſinos autem, ſiue mulos, prout veſtra expoſtulauerit neceſſitas, vobis habere liceat, & aliquid animalium, ſiue volatilium nutrimentum: oratorium prout cõmodius fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum, vbi mane, per ſingulos dies, ad audiendũ miſſarum ſolemnia, conuenire debeatis, vbi hoc commodè fieri poteſt. Dominicis quoque diebus, vel aliis, vbi opus fuerit, de cuſtodia ordinis, & animarũ ſalute, tractetis, vbi etiam exceſſus, & culpę fratrum, ſi quę in aliquo depregenſæ fuerint, charitate media, corrigantur. Ieiunium, ſingulis diebus, exceptis Dominicis, obſeruetis à feſto exaltationis Sãctę Crucis, vſque ad diem Reſurrectionis Dominicę, niſi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia iuſta cauſa, ieiunium ſolui ſuadeat; quia neceſſitas nõ habet legem. Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitate vel debilitatis remedio ſumãtur, & quia vos opportet frequentius mẽdicare itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras, ſumere poteritis pulmenta cocta, cum carnibus. ſed & carnibus ſupra mare veſci licebit. Quia verò tentatio eſt vita hominis ſuper terram, & omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiũtur, aduerſarius quoque veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, omni ſolicitudine, ſtudeatis indui armatura Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias inimici. Accingendi ſunt lumbi,

35 viduæ, coniugatæ, perſonæ mantellatæ, ſeu Pinzo-
cheræ dicti ordinis nuncupatæ prædictę, tanto fer
uentius, iuxtà earum viuendi ritum, & morem, ſub
cura, & ſecundum ſtatuta dicti ordinis, ac ordina-
ta per præfatum Bonifacium nonum nuncupatū,
in dictis ſuis literis, vt prefertur, authoritate Marti-
ni, & Eugenij prædeceſſorum prædictorum, con-
firmata, diuinis ſtudeant vacare beneplacitis, quan
tò maioribus priuilegijs, & fauoribus præfatæ ſe-
dis, propterea ſe cognouerint fore refectas, motu,
a Vide in ſcientia, & authoritate præfatis, volumus, & eiſdē
10.3. qq.70. perſonis concedimus, quod omnibus *a*, & ſingulis
q.7. ar.1. priuilegijs, immunitatibus, & fauoribus, gratijs, &
indultis, ſpiritualibus, & temporalibus, ordini, &
fratribus prædictis conceſſis, & concedendis, &
quibus illi in genere quomodolibet potiuntur, &
gaudent, tàm in vita quàm in mortis articulo, etiā
circa peccatorum remiſſionem, & iniunctarum pę
nitentiarum relaxationem, vti, potiri, & gaudere,
ac participes eſſe poſſint, & debeant, liceatque fra-
tribus prædictis, eiſdem Pinzochetis, & mantella-
tis perſonis, in illarum etiam domibus, quoties o-
pus fuerit, Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis ſacra
menta miniſtrare, & dum eas decedere contigerit,
illarum cadauera ad eorundem fratrum eccleſias,
tumulanda deferre, etiam parochialium eccleſia-
rum perſonarum earundem Rectorum, licentia de
36 ſuper minimè requiſita, & cōtradictione qualibet
b Vide in non obſtāte. Et nè oblati *b* eiuſdem ordinis, quorū
3.10. qq.70. Bonifacius VIII. prædeceſſor prefatus, in dictis ſuis
q.21. ar.3. literis, meritò cōſiderationem habuiſſe videretur,
& 4. eorum puræ deuotionis, ad ordinem ipſum fruſtrē
tur effectu: omnia, & ſingula circa fratres, & ſoro-
res de pœnitentia, ac mantellatas, & Pinzochetas
nuncupatas, perſonas pręd ictas, in prædictis, & prę
ſentibus literis ſtatuta, conceſſa, & ordinata, aut
illis, & fratribus prædictis, in earum commodum,
& fauorem indulta, ad eaſdem, dicto ordini, nūc,
& pro tempore oblatas, & commiſſas, vtriuſque
ſexus perſonas, eiſdem, ſcientia, motu, & authori-
tate, extendimus, & ampliamus, ac in eis locū ha-
bere debere, perindè, ac ſi pro eiſdē oblatis, & per-
ſonis, & circa illas emanaſſent, decernimus, volu-
37 mus, & ordinamus. Et quia, ex cōceſſione dicti In-
nocentij prædeceſſoris, quod liceat eis, cum inter-
dictum generale terræ fuerit, dummodò non cau-
ſam dederint interdicto, clauſis ianuis, excommuni
catis, & interdictis excluſis, ſubmiſſa voce, miſſas,
& alia diuina officia celebrare, eorundem fratrum
deuotioni non plenè conſulitur: conceſſionem ean
dem extendendo, eiſdem fratribus, vt liceat eis ha
bere altare portatile, cum debita reuerentia & ho-
nore, ſuper quo, ad hoc in locis conuenientibus &
honeſtis, præter quam in Eccleſijs, ab ordinarij o-
bedientia non exemptis, quoties id eis contigerit
interdici, poſſint miſſas, & alia diuina officia, in
quorumcunque præſentia celebrare, & interdicti
c De ſuſpen- tempore *c* ad diuina huiuſmodi, cum eis mantella-
ſione inter- tas, & Pinzocheras, ac oblatas, commiſſaſque per-
dicti quoad ſonas, & ipſorum fratrum, & monaſteriorum Mo-
regulares, nialiū ordinis prædicti, procuratores prædictos, &
vide in 2. negotia gerentes, vtriuſque ſexus admittere, pręfa-
10. qq.70.q. tis, ſcientia, motu, & authoritate indulgemus. Præ-
109. art.2. tereà, cum perſæpè reuocetur in dubium, quate-
& 4.q.112 nus intelligatur pars illa dictarum literarum Boni-
ar.2. facij Octaui, & Innocentij prædeceſſorum, in qua,
38 ſepulturā in Eccleſijs fratrū dicti ordinis, liberam
eſſe voluerint, ſalua iuſtitia Eccleſiarum à quibus
mortuorum corpora ſumuntur; vt litibus quę ex-
indè oriūtur obuiemus, motu, ſciētia, & authorita
te prædictis, declaramus libertatē huiuſmodi intel
ligi debere, ēt quò ad hoc, vt fratres ipſi, nullius ſu-
per hoc petita licētia, parochias in quibus corpora
prędicta forent, cū cruce *d* proceſſionaliter ingre- *d Vide in*
di, ac corpora ipſa leuare, & ad eorū Eccleſias ſepe *10.3. qq.70.*
liēda, deferre poſſint, vbi hoc conſuetum foret, vel *q.18. ar.3.*
presbyteri de leuatione requiſiti id facere recuſa-
rēt. Nec cogātur inuiti, ēt prætextu cuiuſuis cōſue-
tudinis, ipſi, vel defunctorū cōſanguinei, illas ad pa
rochiales Eccleſias, vel ad alia loca deferre, & cū il
lis, vel ſine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro
eiſdē defunctis, aliqua diuina officia, antè, vel poſt
ſepulturā, eorundem Bonifacij VIII. & Innocentij
prædeceſſorū voluntatē, ſaluā eſſe debere decerni-
mus, eo caſu quo dūtaxat apud loca ipſorū fratrū,
corpora ipſa ſepeliētur. Si verò non apud eos, ſed 39
alios, ēt mendicātium ordinū profeſſores, corpora
ipſa cōtigerit ſepeliri, ex his, quæ ad fratres prædi-
ctos, apud quos tūc corpora ipſa nō ſepelirētur, ex
bonis defunctorū qūolibet obuenirēt, quouis par-
ticulari, vel vniuerſali titulo, directè, vel per obli- *e Vide in*
quū, nullā *e* canonicā, aut parochialē portionē da- *10.1. qq.70.*
re teneātur: nec ſimiliter aliqua portio debeat de *q.39 ar.1.*
his, quæ ad certos determinatos vſus, eiſdē fratrib. *& ar. fin. et*
vel eorū domibus, ī genere, aut ſpecie, de bonis eo- *in 10.3. qq.*
rū, quorū cadauera apud eos contingeret ſepeliri, *70. q.46. ar.*
nec ēt in caſibus, in quibus per eorundē Bonifacij *fin. 1.*
Octaui, & Innocentij, & aliorū prædeceſſorum no
ſtrorū, ſpecialia priuilegia, fratres ipſi ab huiuſmo-
di ſolutione quartæ, ſunt exēpti. Nec aliquo caſu, 40
de cādelis, quę dātur ad manus fratrib. quarta ali-
qua qūolibet detrahatur, in reliquis verò caſibus,
quā in præmiſſis, quibus quarta ipſa ſoluenda veni-
ret, cōuētiones, ſi quæ ſunt inter fratres prædictos,
& locorū ordinarios, Eccleſiarū Rectores, initę, lau
dabiles, & honeſtæ in poſterū obſeruentur. Et ſi for 41
tè per nos, vel Sedem Apoſtolicam, de piè legatis,
diſpoſitis, & relictis, in genere, vel in ſpecie, deci-
ma, vel alia portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel nō pię
cauſæ, ex quauis cauſa hactenus cōceſſa foret; vel
in poſterum concedi, & ſolui, aut dari, vel mandari
contingeret: Fratres prædictos, & illorū domos, ac
eis legata, relicta, aut aliàs in illorum fauorē diſpo
ſita, in cōceſſione, & mandatis huiuſmodi, decerni-
mus, & volumus non includi, niſi de ipſis fratrib. &
præſenti decreto, & voluntate noſtra, non per ge-
nerales clauſulas, quæ etiam ſpecialem mētionem
importare viderentur, ſed vera, & ſpecifica mētio
fiat. Exemptionem quoque ordinis domorum fra-
trum, & bonorum prędictorum, per Innocentij, Bo 42
nifacij prædeceſſorum eorundem, literas prædi-
ctas conceſſam, & illius approbationem, & exten-
ſionem, in Clementis præfati literis prædictis con-
tentam, vtpotè notorias, allegatione, & approba-
tione non indigere, ac quaſlibet excommunicatio
nes, ſuſpenſiones, & interdicti ſententias, & quoſcū
que proceſſus, quaſuis pęnas, & ſententias genera-
les, & omnia quæ contra fratres, domos, & loca, at-
que perſonas, oblatas, & mantellatas dicti ordinis,
& in illius exemptione huiuſmodi, quomodolibet
cōprehenſas, etiam ratione cuiuſcunque contra-
ctus, vel delicti, vel rei, de qua ageretur, vbicunq;
ineatur contractus, committatur delictum, & res
ipſa conſiſtat, fieri, vel haberi contigerit, etiam exē
ptione huiuſmodi aliter nō allegata, vtpotè noto-
ria, nullius roboris, vel momenti, & pro infectis ha
beri debere, pari motu, ſcientia, & authoritate de-
cernimus. Literas verò fel. re. Benedicti Papæ vn- 43
decimi etiam prædeceſſoris noſtri, per quas dicti
ordinis generali priori, facultatem conceſſi, vt il-
lius profeſſores, ab exceſſibus, & delictis per eos
commiſſis, niſi talia forent, propter quæ meritò eſ-
ſent ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi, ac etiam à
cenſuris, & pœnis, quas illorum occaſione incur- *f Vide in*
riſſent, abſoluere. *f* & ſuper irregularitate per eos *1.10. qq.70.*
contracta, diſpenſare, & prioribus prouincialibus *q.40.*
dicti

dicti ordinis, facultatem huiuſmodi communicate
valeret, cum perſæpè reuocetur in dubium, quæ
ſunt illa, propter quæ fratres ipſi ſunt ad Sedē Apo
ſtolicam deſtinandi, vt abſoluentium, & abſoluen-
dorum, & diſpenſantium, & diſpenſandorum pro
tempore, puritati conſcientiæ conſulamus, hæreti-
cos, relapſos, ſchiſmaticos, & qui literas Apoſtoli-
cas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſ-
ſent dumtaxat, eſſe ad ſedem Apoſtolicam meritò
deſtinandos, reliquis verò omnibus, etiam ſimoniæ
prauitate qualitercunque irretitis, poſſe per illos,
quibus inibi conceditur, abſolutionis beneficium,
& gratiam, iuxta caſuum exigentiam impartiri. Et
44 nihilominus, vt dicti ordinis profeſſoribus, omnis
vagandi tollatur occaſio, & ad ſedem Apoſtolicam
recurrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, gene-
rali, & prouincialibus prioribus dicti ordinis Ere-
mitarum Diui Auguſtini profeſſoribus, defectum *a*
natalium, ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quo-
uis alio nefario, & illicito coitu prouenientem, pa-
tientibus, necnon cum his, qui, ex quauis cauſa, pre-
terquam homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutila-
tionis membrorum, irregulares *b* forent, poſtquam
ordinem ipſum profeſſi fuerint, vt defectu, & irre-
gularitate huiuſmodi non obſtantibus, irregulares
ipſi, etiam ad quoſcunque ſacros ordines promo-
ueri, & in illis etiam in altaris miniſterio miniſtra-
re, & tam ipſi irregulares, quàm defectum natalium
patientes prædicti, ad quæcunque adminiſtratio-
nes, & officia dicti ordinis, eligi, recipi, & aſſumi, il-
laque gerere, & exercere, libere, & licite valeant,
motu, ſcientia, & authoritate prædictis, concedi-
mus per præſentes. Et quoniam parochialium ec-
45 cleſiarum Rectores præfati, erga illos, qui dictis
fratribus Eremitarum S. Auguſtini eorum pecca-
ta confitentur, perſæpè ſe reddunt in exhibitio-
ne Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, difficiles, cō
cedimus ipſis fratribus Eremitanis, vt eiſdem per-
ſonis, eis confeſſis, quibus Rectores præfati, ſine ra
tionabili cauſa, denegauerint, ſeù malitioſè diſtule
rint, Euchariſtiæ, *c* ſeu Extremæ *d* vnctionis ſacra-
menta miniſtrare, ſuper quo eorundem confeſſo-
rum aſſertioni, ſtari debeat, illa petentibus poſ-
ſint exhibere. Et cum aliquandò contingat mona-
46 ſteria monialium dicti ordinis, monialibus deſti-
tui, adeò vt de eorum reformatione, ſpes nulla ſu-
perſit, conuenientiuſque ſit, quod illorum ſic de-
ſtructorum bona, ad illos fratres deueniant, quorū
erant curæ commiſſa, quàm ad illos: illa, quæ ſic de
ſtituta exiſtunt, & deſtitui cōtigerit in futurū, cum
eorū bonis omnibus, perpetuis vſibus fratrum do-
mus dicti ordinis, eiſdē deſtitutis monaſterijs pro-
pinquorū applicamus: ità vt fratres illi poſſint de
illis, & de eorum monaſteriorū ſtructuris, & ædifi-
cijs, pro eorū voluntate diſponere; prouiſo, quod
illorū Eccleſiæ, & oratoria, ad profanos vſus non
redigantur, ſed in illis diuina celebrentur officia.

47 Inſuper cum nonnulli, ad ordinem prædictum
Eremitarum Diui Auguſtini, ſpecialem gerentes
deuotionis affectum, ordinent eorum cadauera,
cum habitu fratrū Eremitarum dicti ordinis, aut
ſororum, ſeu mantellatarum prædictarum ſepeliri,
nec ex illorum corporum delatione ad alia loca,
ordini, & fratribus prædictis iniuria irrogetur, de-
cernimus tales, apud ipſos eſſe ſepeliendos, & non
alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, nec poſſe etiam
per eos, in loco electo, cum habitu prædicto, quo-
modolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum *e*, abſque
fratrum dictæ domus loci, in quo tales deceſſerint
48 expreſſa licentia, & aſſenſu. Cæterum, ne ſi ratione
parochialium Eccleſiarum, apud quas domus fra-
trum conſtructæ fuere, aut conſtruentur in poſte-
rum, locorum ordinarij, in eoſdem fratres aliquā

a Vide in 20.1.qq.re.q.13. ab artic.1.

b Vide in 1.20.qq.re.q.13. ab articul.1.

c Sine limitatione habet hoc fratres, vt habes in 10.1.qq.re.q.56

d Vide in 10.3.qq.re.q.79. ar.1.

e Hoc idē eſt moderatū, prout habes in 10.3.qq.re.q.58. ar.3.

ſuperioritatem vendicare tentarent, fratrum eorū
dem quies, in aliquo perturbaretur, concedimus
ipſis fratribus, vt ſic conceſſis, & quibus eis conce-
di contigerit, curatis Eccleſijs, poſſint per capella-
num *f* per eos pro eorum nutu ponēdum, & amo
uendum, curam huiuſmodi exercere, qui quamdiu
capellanatus huiuſmodi fungetur officio, ac ſi di-
cti ordinis Eremitatum exiſteret profeſſor, dicto-
rū fratrū Eremitarū, libertate, & exemptione frua-
tur: Eccleſiæ verò prædictæ, illæ, quæ domus fra-
trum dicti ordinis prærogatiua lætetur. Illi præte- 49
rea particulæ literarum prædictarum Innocentij
prædeceſſoris præfati, in qua patribus prædictis,
eligendi generalem priorem dicti ordinis, faculta-
tem concedit, adijcimus, motu, ſcientia, & autho-
ritate prædictis, quod idem generalis prior, ſic
electus, poſtquàm electionis, ſibi præſentato de-
creto, conſenſerit, intelligatur authoritate Apo-
ſtolica confirmatus, *g* eo ipſo, & liberè admini-
ſtret, & exerceat, quæ ad ſuum prioratus generalis
pertinet officium, reiecta quauis profeſſorum di-
cti ordinis, & aliorum ſibi, ratione dicti officij, ſub-
ditorū appellatione, quæ ab eius præceptis, moni-
tionibus, ordinationibus, mandatis, & decretis, re-
gularis diſciplina eorundem quomodolibet inter-
poni cōtinget. Rurſus, quia intelleximus, quod & 50
ſi bonæ memoriæ, Ioannes Papa vigeſimuſſecun-
dus prædeceſſor noſter, illorum opinionem, qui aſ-
ſerebant, quod confeſſi fratribus, prædicti, & alio-
rum ordinum mendicantium, ad audiendas cōfeſ-
ſiones, iuxta iuris diſpoſitionem deputatorum pro
tempore, tenebantur eorum peccata Rectori eorū
parochialis Eccleſiæ, iterum confitere, reproba-
uerit, & deindè præfatus Eugenius reprobationē
huiuſmodi approbando, contra tales aſſerentes,
tanquam de hæreſi ſuſpectos, per locorum ordina-
rios, inquiri, & procedi mandauerit; ac ſucceſſi-
uè, Nicolaus prædeceſſor prædictus, geſta in præ-
miſſis ab eiſdem Ioanne, & Eugenio prædeceſſori
bus, robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere
decreuit, nihilominus adhuc nonnulli eorum in-
hærentes proteruiæ, opinionem prædictam, & de-
ſuper factos, damnatos, & male ſonantes, ac repro-
batos articulos, veros eſſe affirmare non verentur,
vt talium præſumptuoſa temeritas tantò minus in-
ualeſcat, quantò plurium erit ſuperiorum corre-
ctioni ſubiecta, conceſſam contra tales, per eiuſdē
Eugeni prædeceſſoris literas, locorum ordinarijs
facultatem, ad *h* Inquiſitores hæreticæ prauitatis
extendimus, ac volumus quod Inquiſitores ipſi,
quicunque fuerint, eadem qua ordinarij, contra
tales, authoritate fungantur. Quod ſi per quoſcun 51
que proceſſus, lites, & controuerſias, quomodoli-
bet inter ipſos fratres prænominatos, & Eccleſia-
rum Rectores, ac ordinarios emergentes, ordina-
rij ipſi, ſeu quicunque alij inhibitionem eleemo-
ſynarum per Chriſti fideles fratribus ipſis faciēda-
rum, quocunque modo fuerint prolapſi: volumus,
& præſentium patrocinio decernimus, omnes, &
ſinguli tales inhibentes, ipſo facto, excommunica-
tionis incurrant ſententiam, & contra tales Inqui-
ſitores hæreticæ prauitatis, ad prædictorum fratrū
requiſitionem, poſſint, & debeant, ſicut contra hæ-
reticos procedere. Poſtremò, cum prædictorum, 52
ſicut, & prædicatorum, & Minorum fratrum ordi-
num profeſſores, pro fidei Catholicæ dilatatione,
continuè indefeſſe laborent, fructuſque afferant in
Dei eccleſia ſalutares, ac propterea fuerint varijs,
per ſedem Apoſtolicam prædictam, priuilegijs de-
corari, vt quos par labor, pariaque merita con-
iungunt, paria coniungant priuilegia, & fauores,
eiſdem fratrum Eremitarum profeſſoribus, vt con-
ceſſis eiſdem fratribus Prædicatoribus, & Minori-

f Vide in 1.20.qq.re.q.46. ar.7.

g Vide in 1.10.qq.re.q.72. ar.2.

h Vide in 2.20 qq.re.q.81. ar.6.

Digitized by Google

bus, priuilegijs, indulgentijs, & gratijs, & fauorib. ac indultis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, à prædictis, & alijs Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, aut aliis authoritatem habentibus, quæ nomina, ac ſi nominatim exprimerentur, haberi volumus pro expreſſis, & noſtræ approbationis munimine ſolidamus, ac decernimus robur perpetuæ firmitatis, obtinere, potiri, a & gaudere poſſint, & debeant, perpetuis futuris temporibus, in omnibus, & per omnia, prorſus, & ſine vlla differentia, perindè ac ſi quæ eiſdem prædicatorum, & minorum fratrum, ordinibus prædictis, ſunt cōceſſa, præfato ordini fratrum Eremitarum D. Auguſtini, nominatim fuiſſent conceſſa, aut concederentur in futurum; & quæ de magiſtro Prædicatorum generali, & Miniſtro generali Minorum, ac de prouincialibus prioribus Prædicatorum, & miniſtris Minorum fratrum, necnon monaſterijs monialiū, ſub eorundem Prædicatorum, & Minorum ordinum fratrum, cura, & ſecundum ipſorum Prædicatorum, & Minorum fratrum ordinum, inſtituta viuentium, ſunt ſtatuta, in generali, & prouincialibus prioribus, & vicarijs dicti ordinis S. Auguſtini, ſub eorum cura, & ſecundum ipſius ordinis Eremitarū inſtituta viuentium, vice verſa inſtituta ſunt, & eſſe cenſeantur. Diſtrictius inhibentes eiſdem locorum ordinarijs, ſub interdicti ingreſſus eccleſiæ, & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratione ſuarum eccleſiarum, aut parochialium eccleſiarum, rectoribus, & alijs quibuſcunque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & parochialis, earundem parochialium eccleſiarum, ac omnium beneficiorū eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon inhabilitationis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis, eo ipſo, per eos, qui contra fecerint, incurrendis, nè ordinis prædicti fratrum Eremitarum domus, & profeſſores, præter, aut contra prædictarum Innocentij, Bonifacij, Alexandri, Martini, Eugenij, & Nicolai, & Benedicti prædictorum, & aliorum quorumcunque prædeceſſorum noſtrorum, & præſentium literarum tenorem, inquietare, ſeu moleſtare, & eos aut teſtamentorum, vltimarumque voluntatum executores, & hæredes prædictos, ſeu quoſcunq; alios, directè, vel indirectè, ad ſolutionem alicuius quartæ, parochialis, ſeu canonicæ, vel alterius portionis, ſeu oneris, & ad faciēdum celebrari aliquod officium in eorum eccleſijs, vel alibi, dum apud ipſos fratres, decedentium cadauera tumulantur antè, vel poſt eorum ſepulturam, nec confeſſis dictis fratribus Eremitarum pro tempore, Euchariſtiæ, ſeu Extremæ vnctionis ſacramenta, ſine rationabili cauſa denegare, vel illorum exhibitionem malitiosè differre, aut eorum parochianis, nè dictis fratribus confiteantur, prohibere, vel perſuadere, neque etiam ad præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorū, auxilium, conſilium, vel fauorē dare, directè, vel indirectè quoquo modo præſumāt. Et nihilominus cuilibet indignitate eccleſiaſtica cōſtituto, & Metropolitanæ, vel alterius cathedralis eccleſiæ canonico, qui deſuper prædicti ordinis Eremitarum, priores, & fratres, ac illorum, ſeu ad commodum eorū Romanæ Eccleſiæ ſyndicos, deſuper requiſitus fuerit, per Apoſtolica ſcripta inſolidum mandamus, quatenus per ſe, vel aliū, ſeu alios præmiſſa, vbi, & quando opus fuerit, ſolēniter publicantes, ac eiſdē fratrū Eremitarum ordinis, illiuſque domibus, & profeſſoribus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos pacifica poſſeſſione, vel quaſi, priuilegiorum, & conceſſionum huiuſmodi gaudere, non permittentes eos, ſeu teſtamētorum executores, & hæredes prædictos, contra illorū tenorem, per ordinarios, & Rectores prædictos, aut quoſcunque alios, indebitè moleſtari, aut eis grauamina, iniurias, atque damna inferri, ſeu quomodolibet irrogari, ac etiam ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, contra quoſcunque, cuiuſcunque qualitatis, vel conditionis exiſtant, & quacunque etiam Eccleſiaſtica, Patriarchali, Archiepiſcopali, & Epiſcopali, & mundana, forent dignitate, & exemptione muniti, in quibuſcunque cauſis per eos mouendis, quacunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit, eis miniſtrent, iuſtitiæ complementum exequentes, quod per eos fuerit ordinatum, & illos, qui cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe conſtiterit, illos irretitos eſſe declarent, & faciant, & mandent, interdictos, ſuſpenſos, & excommunicatos, publicè denuntiari, & ab omnibus arctius euitari, ac legitimis, ſuper his habendis, ſeruatis, proceſſibus, illos quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauare procurent, contradictores authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, conuocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præfati Bonifacij Octaui cōſtitutionibus, quibus cauetur, ne quis extrà ſuam ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu nè iudices à ſede Apoſtolica deputati, extrà ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunq; procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere præſumāt, & de duabus dietis in Concilio generali, necnon, quæ incipiunt; ſuper cathedram, præfati Bonifacij, & dudum Vienenſis Concilij, ac recolendæ memoriæ, Calixti Papæ Quarti, etiam prædeceſſoris noſtri, literis, alijſque Apoſtolicis, ac ēt prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus, necnon Octonis, & Octoboni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis legatorum, cōſtitutionibus, eccleſiarum, vel locorum quorumlibet, ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque dicti ordinis fratrum Eremitarum profeſſores, ac locorum ordinarios, ſeu rectores prædictos, initis, & concluſis, ac hactenus obſeruatis, pactis, & cōſuetudinibus, ēt iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis etiā alia firmitate roboratis, necnon omnibus illis, quæ Innocentius, Bonifacius, Alexander, Clemēs, Martinus, Eugenius, & Nicolaus, & alij noſtri prædeceſſores præfati, in prædictis eorum literis voluerunt non obſtare, contrarijs quibuſcunque, quibus omnibus, illa, ac ſi de verbo ad verbū inſererentur, & derogatoriarum, derogatorias clauſulas in ſe cōtinerent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & rectoribus præfatis, ſeu quibuſuis alijs, cōiter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpēdi, vel excōicari, aut extrà, vel vltra, ad certa loca, ad iudicium euocari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mētionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quā præſentibus nō expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earū, & conceſſa in eis, iuriſdictionis executio impediri poſſit quomodolibet, vel differri, & de qua, cuiuſq; toto tenore, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis: nos enim, ex nunc, illa, & quæcunque alia, quæ in futurum per nos, & ſedem Apoſtolicam, quomodolibet concedi, ſtatui, & ordinari contigerit cōtra Innocentij, Bonifacij, Alexādri, Clementis, Martini, Eugenij, & Nicolai, ac aliorum prædeceſſorum prædictorum, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem: necnon ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter,

a Vide in 10.1.qq.70. q.55.ar.1. & ar.20.

Digitized by Google

ter, vel ignoranter, attentari contigerit, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe decernimus. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingulas prouincias deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod tranſumptis earũ, manu notarij publici, & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, vel protectoris, qui eſt, & qui pro tempore erit, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo, ſeu dicti ordinis prioris generalis munitis, ea prorſus, in iudicio, & extra, vbicunque exhibita, vel oſtenſa forent, fides adhibeatur indubia, ac ſi ipſę literæ originales forent exhibitæ, vel oſtẽſę. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam, noſtræ approbationis, innouationis, cõſtitutionis, vel ordinationis, applicationis, ſtatuti, conceſſionis, indulti, extentionis, voluntatis, ampliationis, declarationis, confirmationis, ſuppletionis, mandati, derogationis, & decreti, infringere, &c. Da. Romę, apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ, 1474. VII. Idus Februarij, Pont. noſtri, anno 4.

Quibus omnibus, & ſingulis ſupradictis, in eodem iudicio coram nobis, tanquam iudice ordinario Romanæ curiæ, ritè, & legitimè celebratis, atq; factis, Nos Ioannes prioris, auditor præfatus, noſtræ, & dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, authoritatem ordinariam interpoſuimus, & præſentium tenore interponimus pariter, & decretũ; volentes nihilominus, authoritate dictæ curiæ decernentes, quod huic noſtro tranſumpto publico, in iudicio, & extrà, vbicunque locorum exhibitũ, datum, atque productũ fuerit, de cætero detur, & exhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis literis originalibus, coram nobis, vt prefertur, exhibitis, ac productis, aut ſuperius, de verbo ad verbum deſcriptis, vnà cum pręſenti publico tranſumpti inſtrumento, fideliter collationatis, & auſcultatis, data fuit, & exhibita, & daretur, & adhiberetur, ſi in medium produceretur. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium pręmiſſorum, præſentes literas, ſiuè hoc pręſens tranſumptum, ſiue publici tranſumpti inſtrumentum, exindè fieri, & per notarium publicum, ſupra, & infra ſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigillique propriæ dictæ curię cauſarum cameræ Apoſtolicæ, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actum Romæ, in domo habitationis noſtræ, nobis inibi hora audientiæ dictæ curiæ cauſarũ cameræ Apoſtolicę cõſueta, ad iura reddendum, & cauſas audiendum, in loco noſtro ſolito, & conſueto pro tribunali ſedentibus, ſub anno à Natiuitate Domini, 1481. indictione decimaquarta, die vero Sabbati, ſeptimo Menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Sixti, diuina prouidentia, Papæ Quarti, anno decimo, pręſentibus ibidem prouidis viris Magiſtris, Veſcunte de Vulterran. & Cintio de Cintijs, de Viterbio, teſtibus ad præmiſſa, vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Bartholomæus quondam Beati de Piſcis, clericus Lucan. Diaconus, publicus, Apoſtolica, & Imperiali, curiæque cauſarum cameræ Apoſtolicę Notarius, & ſcriba, prædictis omnibus, & ſingulis, dũ ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, vnà cũ pręnominatis teſtibus interfui, ideoq́ue hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, manu alterius, me alijs occupato negotijs, fideliter ſcriptũ, exinde confeci, ſubſcripſi, & publicaui, & in hanc publicam formam redigi, ſigilloq́ue, & nomine meis, ſolitis, & conſuetis, vnà cum dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ ſigilli appenſione ſignaui, rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium ſingulorum præmiſſorum.

Bulla XXXV.

SVMMARIVM.

Concedit viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de populo vrbis Romæ, in ſex feſtiuitatibus præcipuis Dominæ noſtræ, indulgentiam plenariam omnium peccatorum, de quibus contriti, & confeſſi fuerint.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, ineffabilia glorioſæ Virginis Dei genitricis, Mariæ, meritorum ᵃ inſignia, deuotæ cõſiderationis indagine perſcrutantes, & intra noſtræ mentis arcana reuoluentes, quod ipſa, caſtiſſimo eius vtero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas, humanæ ſalutis authorem pertulit, & apud eum, quẽ maternis lactauit vberibus, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione, preces effundit, dignũ, quin potius debitũ reputamus, vt in honorẽ ſui nominis, dicatas eccleſias, præſertim in locis, vbi miraculorũ claritas coruſcat, gratioſis remiſſionũ proſequamur impendijs, & indulgentiarũ impendijs decoremus, cupientes igitur, vt Eccleſia domus B. M. de populo, iuxtà portã Flamineam de vrbe, ordinis fratrum Eremitarum Diui Auguſtini, ad quã Romanus populus, ac etiã curiales, atque etiã Chriſti fideles diuerſarũ nationum, tũ propter diuerſa miracula, quæ Omnipotens Deus, meritis, & interceſſione prælibatæ Virginis glorioſæ, retroactis temporibus, & præcipuè dum peſtis mirum in modum, vrbem ipſam inuaſerat, varijs ægritudinibus fideles Chriſti obirent, hactenus operata eſt, & operatur. Noſque hodiè conſiderantes, qđ plures Chriſti fideles, in eadem vrbe, febribus, & alijs ægritudinibus, præter conſuetudinem, magis grauari, & ex illis, infrà paucos dies diſcedere, ad præfatam Eccleſiam perſonaliter accedimus, & ibidem in noſtra præſentia, orando Dominum, vt aerem ſalubrem, & infirmis ſanitatem, ex ſui pietate, & miſericordia, largiri dignaretur, miſſam celebrari fecimus: congruis honoribus frequententur, ac Chriſti fideles, eò libentius deuotionis cauſa, ad illam confluant, quò tãdem, precibus, & meritis præfatæ Virginis adiuti, & per alia bona, quæ fecerint, animarum ſuarum ſalutem adipiſci, ſperauerint; de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, vtriuſq; ſexus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui præfatã Eccleſiam, in Natiuitatis, Conceptionis, Purificationis, Annuntiationis, & Aſſumptionis eiuſdẽ Virginis, feſtiuitatibus, à primis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas, deuotè viſitauerint; annuatim, ſingulis earundem feſtiuitatum diebus, plenariã omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, & veniã, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium in Domino concedimus, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1476. VI. Idus Sept. Pon. noſt. an. 5.

ᵃ *Non reuocatur hæc indulgẽtia iuxtà tradita in to. 2. ſqq. re. q. 98 ar. 4. & q. 89. ar. 4. vide indulgentias conceſſas in S. Maria Maiori.*

Bulla XXXVI.

SVMMARIVM.

Concedit viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de populo, vrbis Romæ, in omnibus Sabbatis quadrageſimæ, remiſſionem omnium peccatorum, de quibus contriti, & confeſſi fuerint.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ineffabilia glorioſæ Dei genitricis Marię, merita, deuotè, & piè conſideramus, & intra noſtrę mentis penetralia recolimus;

limus: quod ipſa, caſtiſſimo eius vtero, prout noſtri ſtatus exigebat neceſſitas: humanæ ſalutis geſtauit authorem: & apud eum, quem maternis lactabat vberibus, ſedulas pro noſtrorum peccatorum, & delictorum remiſſione, preces effundit, dignum, quin potius debitum reputamus, vt in honorem ſui nominis, dedicatas Eccleſias, præſertim in alma vrbe, glorioſis remiſſionum proſequamur Impẽdijs, & indulgentiarũ muneribus decoremus. Cupiẽtes igitur, vt Eccleſia domus Beatæ Mariæ de populo, iuxtà portam Flamineam dictæ vrbis, ordinis fratrum Eremitarum Sãcti Auguſtini, ſub regulari obſeruantia, & congregatione Lõbardiæ degentium: quam nuper ſolo prius æquatam, & in præſentem ſtructurarum formam, redactam, regularis obſeruantiæ profeſſores, & Virginis laudes, ac preces aſſiduè, pro vniuerſo populo decantantium, pretioſo numero, pro gemmis pretioſiſſimis, alijſque, pro obſeruantia neceſſarijs ornatibus decorauimus, & ad quam Eccleſiam, ac plurimùm venerandam, dulciſſimæ Virginis Dei genitricis imaginem, inibi mirificè reconditam, ſicut à dilectis filijs Guidone de Arpagonio, Antonio de S. Veuſanio, Ioanne de Voyſius, vicecomite de Ambris, & alijs eorum collegijs, chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Ludouici Francorum Regis illuſtris oratoribus, nos cum, pro conſuetudine, & deuotione noſtra, iremus comitãtibus accepimus, quod dictus Ludouicus Rex, eiuſque natus Delphinus, & dilecta in Chriſto filia, Anna eius coniux, ob celebrem in curia, maximè, & vbique terrarum, huius deuotiſſimæ imagini à Sancto Luca depictæ famam, ac frequentium ſignorum, gratiarum, & miraculorum coruſcatione, ſingularem gerunt deuotionis affectũ, congruis honoribus frequenter, proque illorum felici ſtatu conſeruando, ac vniuerſali Chriſti fideliũ pace impetrãda, à dilectis filijs, priore, & fratribus ibidem exiſtentibus, Deo, & Beatæ Virgini, frequentius exoluantur debitę gratiarum actiones, ac Romanus Populus, necnon Curiales, & alij Chriſti fideles, eò libentius, deuotionis cauſa, ad illã confluant, quò, ex hoc ibidem, domino cęleſtis gratiæ conſpexerint ſe refectos. Motu Proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac mera deuotione, quam ad imaginem ipſam etiam gerimus, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, vtriuſque ſexus, verè pœnitentibus, & confeſſis, qui præfatam Eccleſiã, qualibet die Sabbati, ſingularum hebdomadarum quadrageſimæ, deuotè viſitauerint annuatim, omnium peccatorũ ſuorum remiſionem, & veniam, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus. Et vt fideles ipſi, ad dictam Eccleſiam, pro indulgentijs conſequendis, pro tempore confluentes, illarum capaces facilius efficiantur: priori pro tempore exiſtenti dictæ domus, ſex presbyteros ipſius ordinis idoneos, qui eorundem fidelium, in Eccleſia, & diebus prædictis, confeſſiones audire, & eorum confeſſionibus diligenter auditis, eiſdem perſonis à quibuſcunque peccatis, quæ confitebuntur, ſicut pœnitẽtiarij minores, in baſilica principis Apoſtolorũ de vrbe, deputari faciunt, & facere poſſunt, iniunctis eis pro commiſſis, pœnitentia ſalutari, & alijs, quæ de iure fuerint iniungenda: debitam abſolutionem impendere: ita tamen quod ijdem confeſſores, de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio Impendẽda, eã dictis perſonis, per eas, ſi ſuperuixerint, vel alios ſi fortè tunc trãſiuerit, faciendã iniungant, quam ipſæ perſonæ, vel aliæ facere teneantur, vt præfertur, deputandi, plenam, & liberam eiſdem authoritate, & tenore, licentiam concedimus, & etiam facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & contrarijs quibuſcunque, præſentibus, perpetuis temporibus futuris, valituris. Per hæc autem, indulgẽtijs etiam plenarijs conceſſis viſitantibus Eccleſiam prædictam, & manus ibi porrigentibus adiutrices, tàm à prędeceſſoribus noſtris, quam à nobis, & præſertim in nonnullis eiuſdem Virginis Mariæ feſtiuitatum diebus, nullatenus intendimus derogare. Imò volumus, quod ſi contingat feſtum Annunriationis eiuſdem Virginis Mariæ, in aliquo ex prædictis ſabbati diebus celebrari: tunc viſitantes Eccleſiam prædictã, illo etiam ſequenti Dominico die, indulgentiam huiuſmodi conſequantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſupplicationis, conſtitutionis, & voluntatis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, &c. Dat. Romę, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1479. XIII. Kal. Iulij Pont. noſtri, anno 8.

Pro ordine Carmelitarum.

Sixtus Papa Quartus edidit hanc bullam, quę eſt mare magnum Carmelitarum, in qua declarantur, atque confirmantur priuilegia ordinis Carmelitarum conceſſa per prædeceſſores ſuos, plura alia addens, quod ſequatur.

Bulla XXXVII.

Habetur authentica in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi, per Dominum Ioannem de Caſtella, Salmanticenſis Cathedralis, Epiſcopum.

SVMMARIVM.

1 *Nicolaus Papa IIII. confirmat omnia priuilegia, libertates, ſeu exemptiones à quibuſcunque, ordini Carmelitarum conceſſa.*

2 *Bonifacius Papa VIII. mandat ordinarijs, nè permittant fratres circa conſtructionem ædificiorũ, ab aliquibus impediri.*

3 *Innocentius IIII. concedit fratres, tempore interdicti, iuris ſolemnitate ſeruata, poſſe diuina celebrare.*

4 *Gregorius IX. minuit Bullam Innocentij VI. quæ concedit fratribus declinantibus ad loca interdicto ſuppoſita, diuina ibidem celebrare poſſe, ſeruata iuris ſolemnitate.*

5 *Ioannes Papa XXII. concedit fratribus exemptionem ab ordinarijs.*

6 *Clemens Papa vltrà conceſſa per Ioannem XXII. concedit, fratres non poſſe coram ordinarijs conueniri, ratione delicti, contractus, ſeu rei de qua agitur.*

7 *Nicolaus Papa V. confirmat regulam datam fratribus, ab Innocentio Quarto.*

8 *Eugenius Papa IIII. diſpenſat in ſupradicta regula, circa ieiunia, & alia.*

9 *Pius Papa II. concedit prælatis licentiam diſpenſandi circa ieiunia regulæ.*

10 *Vrbanus Papa IIII. concedit fratribus, poſſe recipere loca ſibi ad habitandum conceſſa, & ibi diuina celebrare.*

11 *Ioannes Papa XXII. Conſtitutionem incipiẽtem, ſuper Cathedram, Bonifacij VIII. fratrib. Minoribus, & prædicatoribus conceſſam, extendit ad fratres Carmelitas.*

12 *Calextus Papa III. confirmat bullã Eugenij IIII. & Nicolai V. approbantium conſtitutionem ſuper cathedram Bonifacij VIII. & reprobantium errores exortos ſuper illam.*

13 *Alexander Papa IIII. concedit fratres poſſe ſacramenta eccleſiaſtica ſuis familiaribus miniſtrare, ac eos ſepulturæ eccleſiaſticæ tradere.*

14 *Vrbanus Papa IIII. concedit fratres poſſe confeſ-*

ſiones

Digitized by Google

ſiones ſuorum familiarium, & aliarum perſonarum, de licentia ſuorum ſuperiorum audire.

15 Eugenius Papa IIII. concedit fratribus in his, quæ concernunt ſalutem animarum, talem poteſtatẽ, qualem minores pœnitentiarij in curia Romana habent.

16 Clemens Papa concedit fratres non teneri ad ſolutionem canonicæ portionis, de ſibi erogatis pro cultu diuino, aut aliis cauſis

17 Nicolaus Papa V. concedit idem, quod in præcedẽti conceditur.

18 Innocentius Papa concedit, vt bulla Clementis VI. continens fratres non teneri ad ſolutionem decimæ de his, quæ intra eorum ſepta creſcunt, faciat fidem vbique.

19 Clemens Papa IIII. concedit idem, quod in præcedẽti bulla, recipiens ſub protectione Romanæ Eccleſiæ, loca, & alia bona.

20 Ioannes XXII. prohibet profeſſos in ordine Carmelitarum, recipi in aliquo alio ordine mendicantiũ.

21 Vrbanus Papa IV. cõcedit, vt bulla Benedicti XII. inhibentis profeſſores ordinum mẽdicantium trãſire ad ordinem Ciſtercij, vel monachorum nigrorum, faciat fidem vbique.

22 Nicolaus Papa VI. concedit, vt bulla Martini V. inhibentis fratres ordinum mendicantium tranſire poſſe ad alios ordines, excepto Cartuſienſi, faciat fidem vbique.

23 Alexander Papa IV. prohibet fratres ordinis Carmelitarum tranſire ad alium ordinem paris latitudinis, vel minoris.

24 Ioannes Papa XXII. concedit fratribus poſſe cœmeteria ſua conſecrare per quemcunque antiſtitẽ ipſorum locorum, ordinariis recuſantibus,

25 Clemens Papa IV. inhibet religioſis ordinum mendicantium poſſe cõſtruere ædificia, iuxta loca fratrum Carmelitarum, infra ſpatium centum quadraginta Canarum.

26 Pius Papa concedit licentiam fratribus reformandi ordinem ſuum, ac proteruos puniendi.

27 Paulus Papa 2. approbat ſtatum editum inter fratres, & hic expreſſum, circa electionem, vel amotionem priorum, prout in literis Calixti 3. & Pij 2. continetur, & alia addens.

28 Alexander Papa 4. concedit fratres poſſe excõmunicare, capere, & punire apoſtatas ſui ordinis.

29 Alexander Papa 4. concedit prælatos poſſe viſitare, corrigere, atque mutare fratres, & nouitios recipere.

30 Alexander Papa 4. concedit, quod priores, ſtatim, vt electi fuerint, habeant curam animarum ſibi ſubditorum fratrum.

31 Pius Papa 2. cõcedit, quod prælati poſſint incarcerare, & punire fratres Apoſtatas, & criminoſos.

32 Calixtus Papa 3. prohibet, ne fratres habentes beneficia eccleſiaſtica, ad officia ordinis admittantur.

33 Nicolaus Papa V. concedit moniales Carmelitarũ gaudere priuilegiis monialium ordinis prædicatorum, & Eremitarum D. Auguſtini.

34 Eugenius Papa 4. concedit Bullam Bonifacii 9. approbatam per Martinum V. concedentem prælatos ordinis S. Auguſtini poſſe recipere moniales, ſub cura, & habitu ſuo, quæ gaudeant priuilegiis eiuſdem ordinis.

35 Innocentius Papa 4. concedit fratres non teneri ad cognitionem cauſarum, etiam à ſede Apoſtolica commiſſarum.

36 Clemens Papa cõcedit, fratres poſſe diuina celebrare in locis ſuis, cum altari viatico.

37 Vrbanus Papa 4. concedit fratres poſſe diuina celebrare, vbique cum altari portatili.

38 Alexander Papa 4. inhibet, vt nullus prælatus poſſit à fratribus obedientiam recipere, contra tenorem priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis.

39 Nicolaus Papa 4. concedit fratribus poſſe in oratoriis ſuis diuina celebrare.

40 Bonifacius Papa 8. concedit prælatis licentiam inſtituendi ſubditos prædicatores.

41 Vrbanus Papa 4. concedit fratribus poſſe de rapinis, & male acquiſitis, ac relictis inſertis, vſque ad centum marchos recipere.

42 Vrbanus Papa 4. Concedit prælatis licentiam abſoluendi à quacumque excommunicatione, ingredientes religionem, ac etiam profeſſos.

43 Alexander Papa 4. concedit prælatis licentiam abſoluendi venientes ad ordinem.

44 Reualidantur omnia priuilegia conceſſa ordini Carmelitarum.

45 Supplentur omnes defectus, qui fortè interuenerint in eiſdem.

46 Eximuntur fratres à ſolutione decimarum.

47 Virgines, viduæ, & coniugatæ perſonæ, ſiu Pinzocheræ dicti ordinis, gaudent priuilegiis conceſſis, & concedendis ordinibus mendicantibus.

48 Quod liceat fratribus eiſdem perſonis ſacramenta conferre.

49 Quod perſonæ oblatæ huic ordini gaudeant priuilegiis, quibus mantellatæ, & Pinzocheræ.

50 Quod liceat fratribus cum altari viatico celebrare, in locis honeſtis, & tempore interdicti mantellatas ad diuina officia admittere.

51 Quod fratres poſſunt familiaribus adminiſtrare ſacramenta.

52 Quod pueri, & alii ſeruitiis fratrum deputati, poſſunt audire diuina tempore interdicti.

53 Quod poſſint fratres in terris excommunicatorum commorari, & ab eis neceſſaria petere.

54 Quod generalis, in toto ordine, & prouinciales, in ſuis prouinciis, poſſint fratres abſoluere, & cũ eis diſpenſare in irregularitate.

55 Fratres electi in confeſſores proprios à generali, & prouincialibus, poſſunt abſoluere eos, & cum eis diſpenſare.

56 Poſſunt fratres abſoluere volentes religioni aggregari, & cum eis diſpenſare, ſatisfactione præmiſſa.

57 Concedit fratribus in Eccleſiis ſuis habere cœmeteria liberè, & declaratur talis libertas.

58 Declaratur, ſaluam debere eſſe iuſtitiam eccleſiarum circa quartam.

59 Quod ſi per ſedem Apoſtolicam mãdetur dari quartam, de piis legatis, cauſa alicui pia, vel non pia, non intelligantur includi legata fratribus conceſſa.

60 Approbatur exemptio ordinis ab ordinariis.

61 Licentiam à ſuis prælatis habendam, ab his, qui volunt fratribus confiteri, declarat illam eſſe, quam prælati dare tenentur per conſtitutionem Concilii Viennenſis.

62 Quod generalis, & ab eo deputatus poſſit abſoluere dictos fratres, & ſorores, ea auctoritate, quam habent minores pœnitentiarii, & quæ ſint illa, propter quæ eſſent meritò ad Sedem Apoſtolicam declinandi.

63 Quod generalis poſſit cum fratribus defectum natalium patientibus, & cum irregularibus diſpenſare.

64 Quod fratres poſſint miniſtrare ſacramẽta Eucharistiæ, & extremæ vnctionis, perſonis ſibi confitentibus, ſi Rectores negauerint, vel malitioſe diſtulerint.

65 Quod bona monaſteriorum mobilia deſtitutorum, ſint monaſteriorum fratrum propinquorum.

66 Quod non poſſit aliquis cum habitu Carmelitarum ſepeliri, vel ad ſepulturam deferri extra eccleſias prædictorum fratrum, abſque eorum licentia: contra facientes excommunicantur.

67 Ex-

67 *Eccleſia, apud quas domus fratrum conſtruuntur, & capellanus tali eccleſiæ deſeruiens, gaudeant priuilegiis, quibus eccleſia, & fratres ipſi gaudēt.*

68 *Quod generales, ſtatim poſt electionem, & prouinciales, & locales, poſt inſtitutionem, & prouiſionē, abſq; alia cōfirmatione, habētur pro prælatis, ſi tamē generalis conſenſerit electioni de ſe factæ.*

69 *Extenditur auctoritas conceſſa ordinariis, procedēdi contra tenentes, quod confeſſi fratribus mendicantibus, tenentur iterum ſuis curatis confiteri, tā quam contra ſuſpectos de hæreſi, ad inquiſitores hæreticæ prauitatis, & ad protectores ordinum mendicantium, & ad auditores Cameræ.*

70 *Ordinarii, vel alii inhibentes dari eleemoſynā fratribus, ipſo facto incurrunt ſententiam excommunicationis, & contra tales mandatur procedi, tā quam contra hæreticos.*

71 *Quod nullus ordinarius quamcunque ſuperioritatē ſibi vendicare præſumat, nec aliquis, abſque ſpeciali commiſſione ſedis Apoſtolicæ, faciente mentionem de verbo ad verbum, valeat promulgare aliquas excommunicationes, &c. Et proceſſus contra fratres, pro infectis habentur, etiam eorum exemptione, vtpote notoria, non allegata.*

72 *Exemptio de decimis non ſoluendis de certis rebus, extenditur ad ſingula bona fratrū Carmelitarū.*

73 *Licet fratribus fugientes à ſeculo recipere.*

74 *Quod nullus frater recedat à conuentibus poſt profeſſionem, alias contra recedentes, & recipientes, poſſunt ſententiæ promulgari.*

75 *Prohibetur, ne aliquis Epiſcopus cogat fratres ad Synodos ire, & plura alia.*

76 *Quod non teneantur priores obedire Epiſcopo.*

77 *Quod pro conſecratione altaris, & pro oleo ſancto, nullus audeat à fratribus extorquere aliquid, & plura alia.*

78 *Quod fratres præſentati quibuſcunq; Epiſcopis, abſque examinatione, & promiſſione ſunt ordinādi.*

79 *Extenditur priuilegium de non conſtruēdis monaſteriis mendicantium, apud monaſteria fratrū, ad quoſcunque ordines, & ad quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, & contra facientes, ipſo facto, incurrunt excommunicationem.*

80 *Prohibet, ne aliquis, nouas, & indebitas exactiones à fratribus exigat, & plura alia concedit.*

81 *Prohibetur, ne aliquis proponatur, niſi electus à fratribus pro generali, & ne aliquis rapinam, & alia intra clauſuras fratrum faciat.*

82 *Omnes gratias, & libertates, & indulgentias confirmat.*

83 *Quod nulli liceat domos fratrū infringere, & poſſeſſiones auferre.*

84 *Quod poſſunt generales, & prouinciales recipere vtriuſque ſexus perſonas, qui voluerint habitum prædicti ordinis habere, inſtar mantellatarum, & pinzocherarum ordinis fratrum Minorum, Prædicatorum, & Eremitarū S. Auguſtini, & quod prædictæ perſonæ gaudeant priuilegiis, quibus prædicti fratres gaudent.*

85 *Quod generalis per ſe, prouinciales verò in capitulo cum diffinitoribus capituli, poſſint inſtituere prædicatores, & confeſſores, & lectores, qui ab aliquibus non poſſunt impediri.*

86 *Extenditur facultas inſtituēdi prædicatores ad priores prouinciales cum diffinitoribus capituli.*

87 *Quod poſſunt fratres in quibuſcūque locis honeſtis, coram quibuſcunque perſonis cum altari viatico, diuina celebrare ſine præiudicio parochi.*

89 *Quod nullus poſſit compellere fratres, ad cognoſcendum cauſas, & alia pleraq; id genus, etiam per literas Apoſtolicas, non facientes de indulto hoc ſpecialem mentionem.*

90 *Quod generalis, ac prouinciales, & ipſorum vicarii poſſint corrigere fratres, de quibus prouiſum fuerit prælatis Eccleſiæ, & plura alia circa hoc.*

91 *Quod generalis, & prouinciales poſſunt corrigere fratres ad prædicandum cruciatam, vel inquirendum de hæretica prauitate deputatos.*

92 *Quod fratres profeſſione facta in ordine Carmelitarū nō poſſint recedere ab ordine, & alia circa hoc.*

93 *Quod fratres poſſint per ſe, vel per alios capere, & ligare apoſtatas ordinis vbique, &c. Super quod deputantur ordinarii.*

94 *Quod eiecti, vel egreſſi proprio motu ab ordine, non poſſint prædicare, niſi ad alium ordinem tranſierint, in quo poſſint talia exercere.*

95 *Generalis, & eius vicarius poſſunt fratribus eiectis, vel egreſſis, vel aliis, ex rationabili cauſa dare licentiam tranſeundi ad alios ordines approbatos.*

96 *Quod nullus deferat habitū religionis, vel cōſimilē.*

97 *Quod bona reſtituenda incerta per aſſumētes habitum religionis, poſſint cōuertere præterquam in pios vſus.*

98 *Quod nullus frater confiteatur, extra ordinem.*

99 *Inhibetur, ne quis prælatorū audiat confeſſiones fratrum, inuitis ipſis, & plura circa exemptionem.*

100 *Quod nullus exigat quartam à fratribus de his, quæ ponuntur, vel ab executoribus teſtamentorū, vel hæredibus.*

101 *Quod fratres poſſint ſecū ducere materiā ad ſtiorū, locorū, quæ dimittūt, & ad alia loca trāsferre.*

102 *Quod ratione delicti, contractus, ſiu rei, de qua agitur, non poſſint corā ordinariis fratres conueniri, irritanturq; omnia facta in contrarium cōtra fratres, aut benefactores.*

103 *Approbatur regula, datur facultas generali diſpēſandi circa eſum carnium, ac ieiunia, ac confertur indulgentia plenaria fratribus, ſemel in vita, & in mortis articulo.*

104 *Quod poſſint fratres de licentia ordinarii, recipere loca quæcunq; ad habitandum, & in eis Eccleſias, & oratoria conſtruere.*

105 *Quod nullus frater admittatur ad aliqua negotia ordinis, ſine conſenſu generalis, & habens beneficiū ſæculare, vel regulare, etiam ſi Archiepiſcopali, vel Epiſcopali dignitate fulgeat admittens, & admiſſus, ipſo facto incurrunt ſententiam excommunicationis.*

106 *Conceduntur etiā priuilegia conceſſa ordinibus Prædicatorū, Minorū, & Eremitarum D. Auguſtini, & monialibus viuentibus ſub eorum cura, ordini glorioſæ V. M. de monte Carmelo, ac monialibus, ſub cura fratrū eiuſdem ordinis viuentibus.*

107 *Pœnæ, quas incurrunt inobedientes ad prædicta.*

108 *Concedit conſeruatores, protectorē ordinis, & quēlibet in dignitate eccleſiaſtica conſtitutū, & quēlibet canonicum Eccleſiæ Metropolitanæ, vel Cathedralis Eccleſiæ, ad prædicta omnia.*

109 *Non obſtantia ſufficientiſſima proponuntur.*

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Dum attenta meditatione penſamus, quod virga venuſtiſſima, & omniū virtutum floribus inſignita, Virgo Dei Genitrix glorioſiſſima, cuius plenitudinē, Sol, & Luna mirātur, cuiuſque precibus iuuatur populus Chriſtianus, & quæ florem pretioſiſſimū, immarceſcibile & æternum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, ineffabili S. Spiritus cooperāte virtute, genuit, produxit, que ſacrum ordinem B. M. de monte Carmeli, à ſede Apoſtolica pluribuſque Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris approbatum, quem eiuſdē glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, ſpeciali titulo voluit inſigniri: vt ob eius Virginis reuerentiam ordo ipſe à Chriſti fidelibus, merito per amplius veneretur, ipſique fideles propterea eiuſdem Virginis Mariæ, adiuti ſuffragiis æternæ retributionis, præmia facilius conſequi mereantur, quæ

quæ ſublimis ordinis vtriuſque ſexus perſonarum virtutum merita, Deo quidem grata, & in cõſpectu Apoſtolicæ ſedis accepta, digna memoria recenſemus, ac ordinem ipſum, & illius perſonas, ſub ſedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ protectione, immediatè exiſtentes, & inter cæteros regularium ordinum profeſſores in firmamento Catholicæ fidei militantes, tanquam religionis ſpeculum, & exemplar ſpeciali, charitate fulgentes, ſanctorumq; prophetarum, Heliæ, & Heliſei, & aliorum patrũ, qui montem ſanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſione hæreditariam tenentes, fructus quoque vberes, quos dictus ſacer ordo, in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione religionis, & fidei ortodoxæ, hactenus producit, ac in futurum producturum indubitanter ſperamus, paterna charitate intuemur, dignum potius, quinimo, & debitũ reputamus nos ad illa, noſtros dirigere debere cogitatus, perque, ea, quæ pro diuini cultus, & dicti ordinis incremento, animarumque ſalute à quãplu ribus Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſublatis ambiguitatibus, quæ exinde emerſiſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, & tanto firmius obſeruentur, quanto erunt ſæpius ſedis Apoſtolicæ munimine ſtabilita. Dodum, ſiquidem à fœ. re. Nicolao IIII. Bonifa. VIII. Clemente IIII. Inno. IIII. Alexand. etiam IIII. Greg. II. Ioan. XXII. Clemente V I. Eugen. IIII Pio II. Vrbano IIII. Calix. III. Nicol. V. Benedicto XIII. Innocen. VI. & Paulo II. Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, emanarunt literæ, quas in Cancellaria noſtra diligenter inſpici, quarumque tenorem, de verbo ad verbum, præſentibus inſeri fecimus, cum incipiant vetuſtate conſumi, & quos, & earum tenores innouamus, confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio perpetuo communimus, quarũ quidem literarum tenor talis eſt,

11 *Vide 2.10. qq.10. q.2. vbi late de cõfirmatione pri.* Nicolaus Epiſcopus, &c. Dilectis filiis, priori generali, & fratribus ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere ſedes Apoſtolica piis votis, & honeſtis petentium precibus fauorem beneuolum impartiri, ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus, grato concurrenti aſſenſu, omnes libertates, & immunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiue per priuilegia, ſeu per indulgentias, vobis, vel ordini veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium, exactiones à regibus, & principibus, & aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas iuſtè, & pacificè obtinetis, vobis, & per nos eidem ordini, authoritate Apoſtolica cõfirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus. Nulli ergo hominũ, &c, Dat. Reate 2. Idus Augu. Pont. noſt. anu. 1.

2 *Vide in 10. 2. qq.10.q. 49. arti.3. & 4.* Boniſac, Epiſcopus, &c. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum fratrum Eremitarũ ordinis S. Mariæ de monte Carmeli, fuit propoſitũ coram nobis, quod cum malitia temporis excreſcẽte, opportuerit eos de loco, quem habebant in mõte ipſo fugere, ante faciem perſequentium Paganorum, velintque cellas, & Eccleſias conſtruere, & habere cœmeterium, & campanam ad opus ipſorum in veſtris ciuitatibus, & Diœceſibus, in locis, ad hoc, ipſis, pia fidelium liberalitate, conceſſis, & ibi diuina celebrare, ac debitum Domino reddere valeant famulatum, nonnulli eos ſuper hoc impedire præſumunt, exiguntque nihilominus nonnulla indebitè ab eiſdem, quia igitur ipſis in hac parte tam Apoſtolicus, quam veſter fauor, eſt miſericorditer impendendus, ad inſtar fe. re. Inno Papæ IIII. prædeceſſoris veſtri, vniuerſitatem veſtram rogandã duximus, & admonendam, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus habentes ad eos debitæ compaſſionis affectum, illos ſuper præmiſſis, veſtro pio, impenſo ipſis ſuffragio, non permittatis, quantum in vobis eſt, ab aliquibus indebitè moleſtari: preces, & mandatum noſtrum, in hac parte taliter impleturi, quod deuotionem veſtram poſſimus exinde in Domino commendare merito. Dat. Peruſij, 2. Kal. Nouemb. Pont. noſt. anno 1.

Innocent, Epiſcopus, &c. Dilectis filiis, priori, & fratribus Eremitis B. Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtræ meretur honeſtas, vt vos in Chriſti viſceribus amplectentes, ſupplicationibus veſtris, quantũ cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Ea propter, dilecti in Domino filij, veſtris precibus inclinati; perſonas veſtras, & locum, in quo, diuino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcepimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, authoritate vobis præſentium indulgentes, vt cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis, clauſis ianuis, excommunicatis excluſis diuina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto, nec id vobis contingat ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ protectionis, & conceſſionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc, &c. Dat. Lugduni, Idib. Iunij, Pont. noſtri, anno 2. 3 *Vide in 2. 10.qq.10.q. 112.art.1. cum ſeq.*

Gregor, Epiſcopus, &c. Dilectis filiis priori, generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, de Monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Prouiſionis noſtræ, debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuũ cuilibet conſeruetur, hinc eſt, quod nos, tenorem quarũdam literarum fe. re. Innocentij Papæ 6. prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris, repertũ, pro eo, quod, ſicut veſtra petitio nobis nuper exhibita continebat, dicto tenore vos aſſeritis indigere, de regiſtro ipſo, de verbo ad verbum tranſcribi, & ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt, 4 *Vide in 2. 10.qq.10.q. 112.*

Innocentius Epiſcopus, &c. Dilectis filiis, priori generali, & fratribus ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Sacræ veſtræ religionis, in qua, relictis ſæculi vanitatibus, ſub regulari habitu, deuotum, & ſedulum impenditis famulatum, promeretur honeſtas, vt votis veſtris, in his præſertim, quæ animarum veſtrarum fauorabiliter annuamus. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita, continebat, quod cum interdũ, vos, vel aliquem veſtrum, ad loca generali interdicto ſubiecta, declinare contigerit, clerici ſæculares, & regulares eorundem locorum, ibidem excommunicatis, & interdictis excluſis, & alias, iuxta conſtitutiones canonicas, diuina officia celebrantes, vos, ad huiuſmodi diuina audiẽda, & inibi celebrãda, & ſacramenta eccleſiaſtica recipiendum, admittere recuſant, propter quod, vos, abſque celebratione, & auditione diuinorum, & perceptione ſacramentorum eccleſiaſticorum, plures dies multoties tranſire contingit: nos igitur ſuper his vobis prouidere volentes, veſtris, in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, vt in locis, ſic generali interdicto ſuppoſitis, cum ad ea declinaueritis, ad huiuſmodi diuina officia celebrandum, & audiendũ, ac recipiendum eccleſiaſtica ſacramenta, ibidem recipi, admitti, ianuis tamen clauſis, & excommunicatis, & interdictis, excluſis, non pulſatis campanis, & voce ſubmiſſa, poſſitis, & valeatis, dum tamẽ vos, vel huiuſmodi declinantes, cauſam non dederitis interdicto, nec id vobis, vel eis contigerit ſpecia-

cia-

cialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat. hanc paginam noſtrę conceſſionis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem attẽtare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum apud Villam Nouá Auinion. Diœceſis, 5. Kal. Auguſti. Pont. noſtri, ann. 8. Cæterum, vt earumdem literarum Apoſtolicarũ, tenor prędictus ſic inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, eamque vim, eundẽque vigorem dictus tenor, per omnia habeat, quæ haberent originales literæ ſupradictæ, & eandem prorſus eidem tenori fides adhibeatur, quandocũque, & vbicunque, ſiue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum ius vobis de nouo volumus acquiri, ſed antiquum, ſi quod habetis tantummodo conſeruari. Nulli ergo omnino hominum &c. Dat. apud Pontẽ Sorgiæ Auinionenſis Diœceſis, 2. Kal. Iunij, Pont. noſtri, anno 2.

5 *Vide in 20. 2.qq.regu. q.6 a.5 qua de exẽptione regulariũ locō agitur.*

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori Generali, & vniuerſis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ; de Monte Carmeli, tã præſentibus, quam futuris, religioſam vitam profeſſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacer ordo veſter in agro Dominico, diuina diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo, ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis, digne meretur attolli, cuius profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cęleſtium contemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum. Nos autem ad dictum ordinem, quem in ſtatu firmo, & ſolido, & ſtabili, decernimus, & volumus permanere, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigentes, ad ea libenter intendimus, per quę profeſſores, iam dicti, nullum æternæ pacis patiantur excidium, nullumque religionis ſtatus perferant detrimẽtum, ſed eo deuotius, diuino cultui, ac ſalutis inſiſtãt operibus, quo quietior fuerit ſtatus eorundem, ipſique ampliori fuerint libertate dotati; ea propter, dilecti in Domino filij, deuotionis veſtræ precibus fauorabiliter annuentes, vos, & prædictum ordinem, perſonas, & Eccleſias, oratoria, domos, res alias, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad præſens, vel inhabitabitis in futurũ, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ac perſonis degẽtibus in eiſdem, in Ius & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ ſedis, aſſumimus, illaque ad cuiuſcunque Dięceſani, & cuiuſlibet alterius poteſtate, iuriſdictione, & dominio omnimodè in perpetuũ prorſus eximimus, de gratia ſpeciali, decernimus ex nunc, vos, & ordinem veſtrum, ac perſonas, Eccleſias, & oratoria, domos, & loca præfata, ac pertinentia ad eandem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus abſque vllo medio ſubiacere, ita quod, nec locorũ ordinarij, nec alia quęuis perſona eccleſiaſtica in vos, & ordinem veſtrum, perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca prædicta, vtpote prius exempta, poſſint excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſententias, vel alias poteſtate iuriſdictionem aliquam exercere; quod ſi forſan quidquã in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ aſſumptionis, exemptionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c. Dat. Auin. 3. Idus Mart. Pont. noſtri, anno 1.

a Vide 1 to. 2. qq.re.q. 2. art.1.6. & 8.

Clemens a Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, generali, ac aliis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Sacer ordo veſter, in agro Dominico, diuina diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo, ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis digne meretur attolli, cuius profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cęleſtium cõtemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum, nos autem ad dictum ordinem, quem in ſtatu firmo, ſolido, & ſtabili, volumus permanere, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigẽtes, ad ea libenter intendimus, per quæ profeſſores iã dicti, nullum internæ pacis patiantur excidium, nullumque ſtatus religionis perferant detrimentum: ſed eo deuotius diuino cultui, ac ſalutis inſiſtant operibus, quod quietior ſtatus eorumdem fuerit, ipſique ampliori fuerint libertate dotati. Sanè petitio, pro parte veſtra nobis nuper exhibita, continebat, quod licet fę. re. Ioannis Papa XXII. prædeceſſor noſter, tunc in humanis agens, vos, & prædictũ ordinem, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca veſtra, ac ſpectantia ad eadem, in quibus inhabitabatis, tunc, vel inhabitaretis in futurum, cũ omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, ac perſonis degẽtium in eiſdem, in ius, & proprietatem Beati Petri, & ſedis Apoſtolicæ, aſſumpſiſſet, illaque à quibuſcũque Dięſanis, & cuiuſcumque alterius poteſtate, iuriſdictione, ac dominio omnimodè prorſus in perpetuum exemiſſet; decernendo, ex tunc, vos, & ordinem, ac perſonas, Eccleſias, oratoria, domos, & loca præfata, & pertinentia ad eadem, ſoli Romano Pontifici, & dictæ ſedi, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, abſque vllo medio ſubiacere, ita quod, nec locorum ordinarij, nec alia quæuis perſona eccleſiaſtica in vos, & ordinem veſtrum, perſonas, eccleſias, & oratoria, domos, ac loca prædicta, vtpote prius exempta poſſitis, excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſententias, vel alias poteſtatem, ſeu iuriſdictionem aliquam exercere. Quod ſi forſan, quicquam in contrarium à quocunque attentatum foret, illud omnino eſſet irritum, & inane; tamen, quia indolito huiuſmodi exemptionis, non cauetur, quod vos, ratione delicti, ſeu contractus, aut rei, de qua agitur, cõueniri coram ordinariis, minime valeretis, vos timentes ſuper his poſſe forſan in poſterum moleſtari, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt prouidere vobis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur, qui vos, & ordinem ipſum ſpeciali proſequimur in Domino charitate, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ indulgemus, vt præfato indulto in ſuo robore permanente, coram quibuſcunque Diœceſanis, & locorũ ordinariis, ratione delicti, cõtractus, ſeu rei, de qua agitur, cõueniri, vel impeti nullatenus valeatis, fœ. re. Innocentij Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionibus Apoſtolicis, contrariis, non obſtantibus quibuſcunque, decernentes ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attẽtari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei, auſu temerario cõtraire: Si quis autẽ, &c. Dat. Auinioni, 14. Kalend. Auguſti. Pontific. noſtri, anno 6.

7 *b De confirmatione priuilegiorũ, vide in 10. 1.qq.re. q.8.*

Nicolaus b Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem; cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm

ordo

ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum; cum itaq; fœ.re, Innocentius Papa IIII. prędeceſſor noſter, ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam, per bonæ memoriæ H. tituli Sanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem, & bonæ memoriæ B. Anthetadenſis Epiſcopū quædam regulæ veſtræ dubia declarari, & corrigi, ac quædam ipſius grauia, miſericorditer fecerit mitigari, prout in literis inde confectis plenius continetur, nos veſtris precibus inclinati, declarationē, & correctionem, ac mitigationem huiuſmodi, ad inſtar ipſius Innocentij, ac piæ memoriæ Alexandri Papæ IIII. prædeceſſorum noſtrorum, authoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem literarum eiuſdē prædeceſſoris Innocentij, prout in regiſtro ipſius continetur de verbo ad verbum, præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori, & fratribus Eremitis ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quæ honorem conditoris omniū, & profectum continent animarum, roboris præſidio ſunt fulcienda perpetui, ſed pręcipue ſuper quibus Apoſtolicæ ſedis authoritas, ſalubris prouidentiæ ſtudium noſcitur habuiſſe. Cum itaque nos, ad veſtræ ſupplicationis inſtantiam, per dilectum fratrem H. tituli S. Sabinæ, presbyterum Cardinalem, & venerabilem virum fratrem noſtrum B. Antheradenſis Epiſcopum, quædam regulæ veſtræ dubia declarari, & corrigi, ac etiam quędam ipſius grauia, miſericorditer fecerimus mitigari, prout indè confectis noſtris literis plenius continetur. Nos veſtris piis deſideriis annuētes, declarationem, & correctionem, ac mitigationem huiuſmodi, authoritate Apoſtolica, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, tenorem autem literarum ipſarum, de verbo ad verbum, fecimus præſentibus annotari, qui talis eſt. Frater H. miſeratione diuina tituli S. Sabinæ, presbyter Cardinalis, & frater Guillelmus, eadem miſeratione, Antheradenſis Epiſcopus, chariſſimis in Chriſto filiis, priori Generali, & diffinitorib. capituli generalis ordinis fratrū glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo, ſalutem in omnium ſaluatori. Accedentes ad Apoſtolicā ſedē, fratres clerici, Reinaldus, & Petrus, ordinis veſtri, ex parte veſtra à Domino Papa humiliter poſtulauerunt, vt quędam, quæ in veſtro priuilegio, & regula olim vobis à fœ. memoriæ Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, tradita continentur, dubia declarare, corrigere, & quædam grauia mitigare miſericorditer dignaretur; cum igitur Dominus Papa eorum deuotis ſupplicationibus annuendo, nobis commiſerit, vt declarationem, correctionem, & mitigationem huiuſmodi faceremus, vice ipſius, ſecundum quod bono ſtatui ordinis, & fratrum ſaluti expediens videremus, religioni veſtrę, qua fungimur authoritate mandamus, quatenus regulam à nobis correctam, declaratam, & mitigatā, prout expedire videmus, deuotè recipientes, eam firmiter obſeruetis, & ad inſtar eiuſdē alias veſtras regulas corrigatis, quam vobis, per eoſdem fratres, ſub ſigillis noſtris mittimus, in hac forma. Albertus Dei gratia Hieroſolymitanus Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Chriſto filiis, B. & cæteris Eremitis, qui ſub eius obedientia, iuxta fontem Heliæ in monte Carmeli morantur, in Domino ſalutem, & Sancti Spiritus benedictionem. Multifariè, multiſque modis ſancti patres inſtituerūt, qualiter quiſquam in quocunque ordine fuerit, vel quemcunq; modum religioſæ vitæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti viuere debeat, & eidem fideliter de corde puro, & bona conſcientia deſeruire. Verum, quia requiritis à nobis, vt iuxta propoſitum veſtrum tradamus vobis vitæ formulā, quam tenere in poſterū debeatis, illud in primis ſtatuimus, vt vnum ex vobis habeatis priorem, qui ex vnanimo omnium aſſenſu, vel maioris, & ſanioris partis, ad hoc officiū eligatur, cui obedientiā promittat quilibet aliorū, & promiſſum, ſtudeat operis veritate ſeruare, cum caſtitate, & abdicatione proprietatis. Loca autē habere poteritis in eremis, vel vbi donata vobis fuerint, ad veſtræ religionis obſeruantiam apta, & cōmoda, ſecundum quod, priori, & fratribus videbitur expedire. Præterea iuxta ſitum loci, quem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrū, ſingulas habeatis cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem ipſius prioris, & de aſſenſu aliorum fratrum, vel ſanioris partis eædem cellulæ, cuique fuerint aſſignatæ, ita tamen, vt in communi refectorio, ea, quæ vobis erogata fuerint communiter, aliquam lectionem ſacrę Scripturæ audiendo, vbi commode poterit obſeruari, ſumatis, nec licet alicui fratrum, niſi de licentia prioris, qui pro tempore fuerit deputatus, ſibi mutare locum, ſiue cū alio permutare, cellula Prioris, ſit iuxta introitum loci, vt venientibus ad eum locum, primus occurrat, & de arbitrio, & diſpoſitione ipſius, poſt modum, quæ agenda ſunt cuncta procedant; maneant ſinguli in cellulis ſuis, vel iuxta eas, die, ac nocte, in lege Domini meditantes, & in omnibus vigilantes, niſi aliis iuſtis occupationibus occupentur. Hi qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant ſecundum conſtitutiones ſane eorum patrum, & Eccleſiæ approbatam cōſuetudinem, qui eas non nouerunt, viginti quinq; vicibus Pater noſter dicant in nocturnis vigiliis, exceptis Dominicis, & ſolennibus diebus, in quorum vigiliis, prædictum numerum ſtatuimus duplicari, vt dicatur Pater noſter vicibus quinquaginta, ſeptles autem dicatur oratio in laudibus, & matutinis, in aliis quoque horis, ſepties ſimiliter eadem ſigillatim dicatur oratio, propter officia veſpertina, in quibus ipſam quīdecies, dicere debeatis. Nullus fratrum, aliquid eſſe ſibi propriū dicat, ſed ſint vobis omnia communia, & diſtribuātur vnicuique per manum Prioris, per fratrem ab eodem, ad id officium deputatū, prout vnicuique opus erit, inſpectis ætatibus, & neceſſitatibus ſingulorum. Aſinos autem, ſiue mulos, prout veſtra expoſtulauerit neceſſitas, vobis habere liceat, & aliquid animalium, ſiue volatilium nutrimentum: oratorium prout cōmodius fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum, vbi mane, per ſingulos dies, ad audiendū miſſarum ſolemnia, conuenire debeatis, vbi hoc commodè fieri poteſt. Dominicis quoque diebus, vel aliis, vbi opus fuerit, de cuſtodia ordinis, & animarū ſalute, tractetis, vbi etiam exceſſus, & culpę fratrum, ſi quę in aliquo depręhenſæ fuerint, charitate media, corrigantur. Ieiunium, ſingulis diebus, exceptis Dominicis, obſeruetis à feſto exaltationis Sāctę Crucis, vſque ad diem Reſurrectionis Dominicę, niſi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia iuſta cauſa, ieiunium ſolui ſuadeat; quia neceſſitas nō habet legem. Ab eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitate vel debilitatis remedio ſumātur, & quia vos oportet frequentius mēdicare; itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras, ſumere poteritis pulmenta cocta, cum carnibus. ſed & carnibus ſupra mare veſci licebit. Quia verò tentatio eſt vita hominis ſuper terram, & omnes, qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiūtur; aduerſarius quoque veſter diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, omni ſolicitudine, ſtudeatis indui armatura Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias inimici. Accingendi ſunt lumbi,

bi, cingulo caſtitatis, muniẽdum eſt pectus ſanctis cogitationibus: ſcriptum eſt enim, cogitatio ſancta ſaluabit te, induenda eſt lorica Iuſtitię, vt Dominũ Deum noſtrum, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota virtute diligatis, & proximum veſtrum, tanquam vos ipſos. Sumendum eſt in omnibus, ſcutũ fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo. Galea quoque ſalutis, capiti imponenda eſt, vt de ſolo Saluatore ſperetis ſalutem, qui ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum: gladius autem ſpiritus, quod verbum eſt Dei abundãter habitet in cordibus veſtris, & quæcumque vobis agenda ſunt, in verbo Domini fiant. Faciendum eſt vobis aliquid operis, vt ſemper vos diabolus inueniat occupatos, ne ex ocioſitate veſtra, aliquem intrandi aditum ad animas veſtras, valeat inuenire. Habetis in hoc Beati Pauli Apoſtoli magiſterium pariter, & exemplũ, in cuius ore Chriſtus loquebatur, qui poſitus eſt, & datus à Deo prædicator, & Doctor gentium, in fide, & veritate, quem ſi ſecuti fueritis non poteritis aberrare: in labore, inquit, & in fatigatione, fuimus inter vos, die, ac nocte operantes, ne quem veſtrum grauaremus, non quaſi nos, non haberemus poteſtatẽ, ſed vt noſmet ipſos formam daremus vobis, ad imitandum nos: nam cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis; quoniam ſi quis nõ vult operari, non manducet, audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes, in quiete nihil operãtes, his autem, qui huiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cũ ſilentio operantes, ſuum panem manducent; hæc via ſancta eſt, & bona, ambulate in ea. Commendat autem Apoſtolus ſilentium, cum eo præcipit operandum, & quemadmodum Propheta teſtatur, cultus Iuſtitiæ ſilentium eſt, & rurſus, in ſilentio, & ſpe, erit fortitudo veſtra, ideoque ſtatuimus, vt dicto completorio, ſilentium teneat vſque ad primam dictam, ſequentis diei. Alio autem tempore, licet ſilentij non habeatur obſeruatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caueantur, quia ſicut ſcriptum eſt, & non minus experientia docet, in multiloquio peccatum non deerit, & qui inconſideratus eſt ad loquendũ, ſentiet mala. Item, qui multum vtitur verbis, lædit animam ſuam, & Dominus in Euangelio, de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddẽt rationem de eo, in die iudicij. Faciat ergo vnuſquiſque ſtateram verbis ſuis, & frænos rectos ori ſuo, ne fortè labatur, & cadat in lingua, & inſanabilis caſus eius ſit ad mortem. Cuſtodiens cum Propheta vias ſuas, vt non delinquat in lingua ſua, & ſilentium, in quo cultus iuſtitiæ eſt, diligenter, & cautè ſtudeat obſeruare. Tu autem frater H. & quicũque poſt te inſtitutus fuerit prior, ſemper illud habeatis in mente, & ſeruetis in opere, quod Dominus ait in Euangelio, quicumque voluerit inter vos maior fieri, erit miniſter veſter, & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: vos quoque cæteri fratres, priorem veſtrum honorate humiliter, Chriſtum potius cogitantes, quam ipſum, qui poſuit illum ſuper capita veſtra; & Eccleſiarum præpoſitis ait, qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, vt non veniatis in iudicium de contemptu, ſed obediẽtia mereamini vitæ æternæ mercedem. Hæc breuiter ſcripſimus, vobis conuerſationis veſtræ formulam ſtatuentes, ſecundum quam viuere debeatis, ſi quis autem ſupererogauerit, ipſe Dominus cum redierit, reddet ei, vtamini tamen diſcretione, quia virtutum eſt moderatrix. Actũ Lugduni, anno Domini, 1248. Domini Papæ Innocentij Quarti, anno quinto, Kalendis Septembris. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Lugduni. Kalendis Decembris. Pont. noſtri, anno 5. Nulli omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Reate, Kalendis Iulij, Pont. noſtri, anno 2.

EVgenius a Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis, 8
prouidentia circunſpecta, nonnunquam ea, quæ ad propagationem religionum quarumcumque, & in illis, diuinis obſequiis mancipatarum perſonarum, proſperum ſtatum conſeruandum, ac animarum ſalutem earundem, ſalubriter inſtituta fuerant, ſi fructum non afferant exoptatum, reformat, & moderatur, & vt religiones ipſæ præſertim à ſede Apoſtolica approbatæ, in ſuo vigore perdurent, prout temporum qualitate pẽſata, in Domino proſpicit expedire, liberaliter impendit ſolicitudinis ſuæ partes. Sanè, cum ſicut nobis, pro parte dilectorum filiorum, Ioannis Faci, magiſtri generalis, & prouincialium, ac clauſtralium, priorum, & vniuerſorum fratrum ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli: nuper fuit expoſitum, quod cum in certis capitulis regulæ, fratribus dicti ordinis, per bonæ memoriæ, Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, traditæ, inter cætera, caueatur expreſſe, quod fratres ordinis prædicti, ab eſu carnium abſtineant, niſi pro infirmitatis, aut debilitatis remedio ſumantur, eiſdem etiam, quod nonnullis diebus, Dominicis duntaxat exceptis, à feſto exaltationis ſanctæ Crucis, vſque ad feſtiuitatem Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ieiunare teneantur, & etiam ſinguli eorum manere debeant in cellulis ſuis, die, ac nocte, in lege Domini meditantes, & in oratione vigilantes, præcipitur. Et propterea nonnulli ipſius ordinis profeſſores, propter arctitudinem, & rigoroſitatem regulæ huiuſmodi, tam ex fragilitate humana, quam ex debilitate corporea, nequeuntes eandem regulam obſeruare, diſpendium ſuæ ſalutis incurrunt, quam plures etiam, aſperitatem huiuſmodi pertimeſcentes, ab ingreſſu eiuſdem ordinis retrahuntur: nos verò, qui, & plantare ſacram religionem, & plantatam, modis omnibus fouere, intenſis deſideriis affectamus, ſuper hoc, quantum nobis eſt poſſibile, prouidere ſalubriter cupientes, rigorem huiuſmodi, quadam temperie, mitigantes, ac regulam ipſam moderãtes, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinámus, ac concedimus, dicti ordinis profeſſores, qui nunc ſunt, & qui pro tempore erunt, tribus dumtaxat diebus, ſingularum ſeptimanarum, etiam quibus, vt præfertur, ieiunare, iuxta eandem regulam, ſunt aſtricti, præter quam, in Aduentu, & Quadrageſima, & aliis generaliter prohibitis diebus, carnibus veſci, ac horis, in eorum Eccleſias, & in illarum clauſtris, ac per earum ambitus manere, & deambulare, libere, & licite valeant; decernentes eos, & eorum ſingulos, circa præmiſſa, ad arctiorem obſeruantiam, quam ſupra exprimitur, occaſione profeſſionis, in dicto ordine emiſſæ, vel in poſterum emittendæ, minimè teneri. Et nihilominus, fratribus eiſdem, qui regulã ipſam, ita, vt præmittitur moderatam, obſeruauerint, quod eis in remiſſionem proficiat peccatorũ, ac omnibus, & ſingulis priuilegiis, indulgentiis, immunitatibus, libertatibus, & exemptionibus, protectionibus, & prærogatiuis eidem ordini à ſede Apoſtolica, per antea cõceſſis, vti, & gaudere poſſint, eadem authoritate, concedimus per præſentes; conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus prædictis, ac aliis, ordinis, ac regulæ prædictorum, capitulis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate vallatis, cæteriſque

contra-

a De poteſtate ad diſpẽſandũ ſuper obſeruãtiis regularib. vide in to. 1. 99. ro. q. 26. & de diſpenſatione circa ieiunia, vide in 2. to. 99. ro. q. 26. ar. 9. & 10.

contrariis, nõ obſtantibus quibuſcumque. Et vt fratres ipſi, in humilitatis paupertatis ſpiritu, ac caſtimonia virtutum, Domino famulantes, ad huiuſmodi mitigatam regulam obſeruandam, feruẽtius animẽtur, omnibus, & ſingulis fratribus dicti ordinis, præſentibus, & futuris, dumtaxat, qui regulam ipſam, ſicut præmittitur, moderatam, deuotè obſeruauerint, ſeu in obſeruantia ipſius, vixerint, vt ſuperiores ipſorum dicti ordinis profeſſorum, vel alius quicumque idoneus eiuſdem ordinis ſacerdos, omnium peccatorum ſuorum, de quibus, corde cõtriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantum, in mortis articulo, plenam remiſſionem eis, in ſinceritate fidei, vnitate Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac obedientia, & deuotione noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorũ Romanorum Pontificum, canonice intrantiũ, necnon obſeruantia prædicta, perſiſtentibus, authoritate Apoſtolica, cõcedere valeant, deuotioni eorum, tenore præſentium indulgemus; ſic tamen, quod ijdem ſuperiores, de his de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impendenda, eiſdem fratribus, per ipſos, ſi ſuperuixerint, vel per alios, ſi forſè tunc tranſierint, faciendum iniungant, quam ipſi fratres facere teneantur, vt præfertur. Et ne, quod abſit, propter huiuſmodi gratiam, prædicti fratres reddantur procliuiores, ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi, prædicti fratres, aliqua forte committerent, quo ad illa, prædicta remiſſio, eis nullatenus ſuffragetur. Et inſuper, quod per vnum annum, ex quo præſens noſtra conceſſio, ad eorumdem fratrum pro tempore exiſtentium, notitiam peruenerit computandum, ſingulis ſextis feriis, impedimento legitimo ceſſante, ieiunent. Quod, ſi prædictis feriis, ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſeruantia, iniuncta pœnitentia, voto, vel alias, ieiunare teneantur, vna alia die ſingularum ſeptimanarum eiuſdem anni, qua ad ieiunandum non ſunt aſtricti, ieiunent. Et ſi in dicto anno, vel aliqua eius parte, eſſent legitimè impediti, anno ſequẽti, vel aliàs, quam primum poterunt, modo ſimili, ſupplere huiuſmodi ieiunium teneantur. Porro, ſi forſan aliàs, prælibatum ieiuniũ, in toto, vel in parte, quandocumque adimplere cõmode non poterunt, eo caſu ſuperiores ipſorum, ieiunium ipſum, in alia pietatis opera, prout animarum illorum ſaluti viderint expedire, commutare valeant, quæ ipſi, pari modo, debeant adimplere, alioquin huiuſmodi noſtra præſens conceſſio, quo ad non obſeruantes dumtaxat, nullius ſit roboris, vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum, ſtatuti, ordinationis, conſtitutionis, conceſſionis, & voluntatis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autẽ, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incar. Domini. 1435. 15 Kal Martij. Pont. noſtri, anno 1.

Pius Epiſcopus *a* ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, priori Generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem Ad hoc diuina miſeratio in Apoſtolica ſede, plenitudinem poteſtatis conſtituit, vt Romanus Pontifex, qui claues à Beato Petro, poteſtatis, & diſcretionis accepit, erga ſingulos fideles, præſertim Altiſſimo, ſub regulari habitu famulantes, clementia vtatur, & gratia, ac in benigniorem inclinando ſententiam, rigori mãſuetudinem anteponat; cum autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat, quod fœlicis recordationis, Eugenius Papa Quartus prædeceſſor noſter, vobis, & aliis eiuſdem ordinis profeſſoribus, qui pro tempore eſſent, quod tribus dumtaxat diebus ſingularum ſeptimanarum, ſiue hebdomadarum, quibus iuxta ipſius veſtri ordinis, inſtituta regularia eſſetis aſtricti, præter quam in Aduentu Domini, & Quadrageſima, ac aliis generalibus diebus ieiuniis, carnibus veſci, liberè, & licitè poſſetis, gratioſe conceſſerat, & ſicut eadem petitio ſubiungebat, à nonnullis eiuſdem ordinis profeſſoribus, reuocetur in dubiũ, an illis diebus quibus eſus carnium vobis conceditur, ieiunare teneamini, pro eo, quod in conceſſione prædicta, non ſolum mitigationem abſtinentiæ, ſed, & relaxationem ieiunij, petitum fuiſſe conſpicitur, quo fit, vt duorum dierum in hebdomada, quibus extra diem Dominicum, vobis eſus carnium indulget, huiuſmodi ieiunium fuerit relaxatum. Nos volentes conſcientiarum veſtrarum quieti, & tranquillitati conſulere, & ambiguitatis prædictæ ſcrupulum amputare, quod tu, dilecte fili, prior generalis, & qui pro tempore erunt tui, in dicto officio ſucceſſores, perſonarum, locorum, & temporum qualitate attenta, cum fratribus dicti ordinis, iuxta conſcientiæ tuæ arbitrium, ſuper præmiſſis diſpenſare valeas, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem concedimus, ac etiam poteſtatem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, & cõceſſionis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Mãtuæ, Anno Incar Domi. 1459. nonis Decembris, Pont. noſtri, anno 2.

10

Vrbanus Epiſcopus *b* ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, generali, ac cæteris prioribus, ac fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de mõte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Speciali gratia, & fauore, vos, illa de cauſa dignos potiſſimè reputamus, quia toto cordis affectu, ad hoc intenditis, vt ſanctæ conuerſationis, & vitæ ſtudium, conſpectui Dei, & hominum placeatis. Hinc eſt, quod nos, veſtris ſupplicationibus annuentes, Præſentium vobis authoritate concedimus, vt ſi aliqui Chriſti fideles, aliqua loca, ad ſe ſpectantia, quæ feudalia, ſeu cenſualia non exiſtant, vobis contulerint, intuitu pietatis, liceat vobis, de conſenſu Diœceſanorum, illa recipere, at in eorum ſingulis, Eccleſiam, aut oratorium, cum campanili, ad opus veſtrum conſtruere, & inibi diuina officia celebrare, necnon in huiuſmodi campanili pro conuocandis veſtris fratribus, campanã, iuxta Eccleſiam, vel oratorium ipſum, cœmeteriũ, & liberam ſepulturam habere canonica iuſtitia, & parochiali iure, parochialium, & vicinarum Eccleſiarum, in omnibus ſemper ſaluis. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere &c. Dat. Viterbij 16. Kalen. Iulij. Pont. noſtri, anno 5.

Ioannes Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, generali, & vniuerſis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Inter cæteros ordines, in agro plantatos Eccleſiæ, ſacrum veſtrum ordinem, claris ſuis exigentibus meritis, gerentes in viſceribus charitatis. Ad ea *c* vigilanter intẽdimus, ac opem, & operam ſolicitam impartimur, per quæ ſtatus eiuſdem ordinis ad diuini nominis gloriam, & exaltationem Catholicæ fidei, & honorem ordinis ſupradicti, proſperis ſemper ſucceſſibus litat, tranquillis foueatur euentibus, & votiuis proficiat incrementis. Sanè, pro parte veſtra fuit in conſiſtorio propoſitum coram nobis, quod ordo veſter, cuius inſtitutio, Concilium Generale præceſſit ab antiquo, per ſedem Apoſtolicam approbatus, in diuerſis mundi partibus, in ſacræ paginæ magiſtris bacchalauriis, lectoribus, ſcholaribus & quam plurimis ſacerdotibus eruditis, ac ſufficienter inſtructis, in prædicationis officio verbi Dei, noſcitur refloreſcere, ac in eiſdem partibus, fratres ſufficientes, & vtiles, ad

irri-

a De diſpẽſatione circa ieiunia, vide in 2. 10. qq. re. q. 46. ar. 9. & 10.

b Vide 1. 2. 10. qq. re. q. 69. artic. 8. & 9.

c De poteſtate cõfeſſariorũ, & prædicatorũ regularium, quoad præſentationẽ, vide in 10. 1. qq. re. q. 59. & q. 60. in qua agitur de eorũ p[r]etate.

Digitized by Google

irrigandum agrum fidelium rore verbi Diuini, &
excolendum eorundem fidelium mentes, non ſolũ
eruditione ſermonis,ſed confeſſionum auditione,
& pœnitentiarum impoſitione ſalutarium exiſtere
dignoſcuntur, quoqoe à nonnullis prælatis rectori
bus,ſacerdoribus,& clericis parochialium Eccleſia
rum, per diuerſas orbis prouincias conſtitutis, vo-
bis ſuper præmiſſis impedimenta præſtantur,& fa-
ciendi prędicta,licentia volũtariè denegatur. Qua
re pro parte veſtra, vltra nobis fuit humiliter ſup-
plicatum,vt prouidere vobis ſuper hoc de oportu
no remedio dignaremur. Nos igitor,ob ſpecialem
dilectionis affectum,quem ad ordinem gerimus ſu-
pradictum, volẽtes vos ſuper præmiſſis,& aliis pro
ſequi gratioſe, veſtris ſupplicationibus inclinati, dc
fratrum noſtrorum conſilio, aothoritate Apoſtoli-
ca,conſtitutionem, quæ incipit: Super cathedram,
dudum, per piæ memoriæ Bonifacium Papã Octa-
uum editam,& poſtmodum, per fœlicis recorda-
tionis,Clementem Papam Quintum, prædeceſſo-
res noſtros, in Viẽnenſi Concilio innouatam, ſuper
prædicationibus faciendis, iniungendis pęnitẽtiis,
abſolutionibus impendendis,ac ſepultura,& obuen
tionibus,tam funeraliũm,quam relictorum, dato-
rum,& donatorum, & cæteris aliis, in eadem con-
ſtitutione contentis,ſicut eadem cõſtitutio fratres,
Prædicatorum, & Minorum ordinum, de quibus
duntaxat, ſpecialis habetur in ea mentio, compre-
hendit,ad ordinem veſtrum,& fratres ipſius, decer
nimus extendendam, volentes etiam, & eadem au-
thoritate decernentes, quod præfata conſtitutio,ſu
per omnibus,& ſingulis, tam ſoperius deſignatis,
quam aliis qoibuſcumque, in eadem conſtitutione
contentis,quæ omnia,authoritate præſentium, fra-
tribus veſtri prædicti ordinis,competere volumus,
ſicut per conſtitotionem ipſam,eiſdem Prædicato-
ribus,& Minoribus competunt,in vobis,& præfa-
ti ordinis fratribus,inconcuſſe, & integraliter ob-
ſeruetur,ita quod,conſiderata perſonarum condi-
tione,quas ad id habueritis idoneas, ac clerici, &
pro principali qoãtitate eorumdem fratrum, quos
ad huiuſmodi audiendarum confeſſionum officiũ
elegeritis,metiamini numerum, vos infra modum
congruum continentes, & nunquam in aliquo ex-
cedentes, vt ſi moderatione ſeruata,nec aliis, qui-
bus hoc, per eandem conſtitutionem conceditur,
ad inuidiam,vel ſcandalum, nec locorum ordina-
rios, quibus fratres ordinis veſtri à vobis electos
præſentare debetis,contra vos, aliquatenus prouo-
cetis. Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc pa
ginam noſtrarum conſtitutionum, & voluntatum
infringere, vel auſu temerario, contraire. Si quis au
tem &c. Dat. Auinioni, 11. Kal. Decemb. Pont. no-
ſtri, anno 11.

Calixtus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,ad per
petuam rei memoriam. Inter cætera, quę noſtræ pa
ſtorali curæ competunt,ea ipſa proculdubio potiſ-
ſima eſſe decernimus, quibus Chriſti fideles, cun-
ctis propulſis erroribus, in vnitate fidei, ac pacis
quiete, viuere, gloriamque proſequi beatam, cõſpi-
cimus; ſed,& acceptabile Deo, multum id eſſe non
ambigimus, qood religioſas perſonas Chriſto famu
lantes, noſtræ vigilantiæ miniſterio,ac iuſtitiæ fauo
re, priuilegiis eiſdem à ſancta ſede Apoſtolica, ma-
tura cum deliberatione conceſſis, nullo colore im
pediri, ſed liberè frui intuemur. Nuper ſi quidem,
non ſine quadam animi diſplicẽtia, ex relationibus
plurimorum fide dignorum percepimus, quod quã
quam fęlicis recordationis, Bonifacius Papa Octa-
uus, prædeceſſor noſter, in ſua conſtitutione, quæ
incipit. Super cathedram, quam conſtitutionem ſi-
ne decretalem poſtmodom, piæ memoriæ, Clemẽs
Papa Quiotus, etiam prædeceſſor noſter, in Conci-
lio Vienuenſi, innouauit, & quæ ſubſequenter ad
Eremitarum Sancti Auguſtini,& glorioſiſſimæ Dei
Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte
Carmeli, ordinum fratres, per ſedem Apoſtolicam,
extenſa fuit, inter cætera ſtatuerit, & ordinauerit
qood in ſingulis cioiratibus,& Dięceſibus, in qui-
bus Prædicatorum,& minorum ordinum fratrum,
loca conſiſterent, ac in locis ipſis vicinis, in quibus
loca huiuſmodi non haberentur, magiſtri, & prio-
res, prouinciales, Prædicatorum, aut eorum vica-
rij Generales, ac prouinciales miniſtri, necnon cu-
ſtodes minorum ordinum prædictorum, ad pęnitẽ
tiam prælatorum, ibidem ſe conferrent, per ſe, vel
fratres, quos ad hoc idoneos fore putauerint, humi
liter petituri, vt fratres, qui ad hoc forent electi, in
eorum ciuitatibus,& Dięceſibus, confeſſiones ſuo
rum ſobditorum, confiteri ſibi volentium, audire li
bere valerent, ac eiſdem confitentibus, prout ſecũ-
dum Deum, expedire cognoſcerent, pęnitentias im
ponere ſalutares, ac beneficium abſolutionis impẽ
dere, de licentia, gratia,& beneplacito eorumdem,
præfatique magiſtri priores, miniſtri ſtuderent eli-
gere perſonas idoneas,ac ſufficientes, vitæ proba-
tæ, diſcretas, modeſtas, atque peritas, ad tam ſalu-
bre miniſterium,& officium exequendum, quas ſic
electas, prælatis ipſis pręſentarent, vel facerent prę
ſentari, vt de illorum licentia,& beneplacito, cioi-
tatibus,& Dięceſibus eorũdem, perſonæ ſic electæ,
huiuſmodi confeſſiones, ſibi confiteri volentium,
audirent, & eis imponerent pęnitentias ſalutares,
ac beneficium abſolutionis impenderent, ac etiam
bonæ memoriæ, Ioannes Papa XXII. prædeceſſor
noſter, certos errores damnauerit, & reprobauerit,
de aſſenſu fratrum ſuorum, Eccleſiæ Romanæ Car
dinalium, necnon celebris recordationis, Eugenius
Papa Quartus, etiam prædeceſſor noſter, errores ip
ſos, pro falſis, erroneis,& aduerſantibus ſacris cano
nibus, damnatos, reprobatoſqoe declarauerit, cum
quibuſdam aliis, ac decreuit. Et ſubſequenter piæ
memoriæ, Nicolaus Papa Quintus, ſimiliter præde
ceſſor noſter, de fratrum ſuorum conſilio, de quo-
rum numero tunc eramus, dicti Eugenij prædeceſ-
ſoris, literas, in omnibus,& per omnia, approbaue
rit,& confirmauerit, prout in ſingulis Eugenij, &
Nicolai prædeceſſorum, literis huiuſmodi, plenius
continetur, quarum quidem tenor, ſequitur, & eſt
talis.

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vni-
uerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, patriar-
chis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis, ele-
ctis,& Abbatibus, vbilibet conſtitutis, ad quos præ
ſentes literæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam
benedictionem. Prouiſionis noſtræ debet proueni-
re ſubſidio, vt ea, quæ à bonæ memoriæ, prædeceſ-
ſoribus noſtris, in religionis augmẽtum, vtiliter ge-
ſta ſunt, illæſa permaneant, & ab omnibus inoiola-
biliter obſeruentur. Hinc eſt, qood nos, tenores qua
rundam literarum fœlicis recordationis, Eugenij
Papę Quarti, prędeceſſoris noſtri, in ipſius regiſtro
repertos, de regiſtro ipſo, de verbo ad verbũ, tran-
ſcribi, præſentibus annotari fecimus, qui ſunt tales.

Eugenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Vni-
uerſis ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis,
Archiepiſcopis,& Epiſcopis,& dilectis, Electis, &
Abbatibus, vbilibet conſtitutis, ad quos præſentes
literæ peruenerint, ſalutem. & Apoſtolicam benedi
ctionem. Gregis nobis crediti, curam gerentes per-
uigilem, ſtudiis efficere conamur aſſiduis, vt pro
quorum ſalute lãguiores humanos, Altiſſimi filios
perpeti voluit, fideles execrandis non inuoluantur
erroribus, ſed noſtri directione miniſterij, prout ſu
perna gratia contulerit, à noxiis, ac diſpendiis ingi
ter præſeruentur, & vt etiam vos in partem ſolici-
tudinis

Digitized by Google

tudinis vocati, pro dictis extirpandis erroribus, legem, & operam feruentius impendatis: vos, pro iniuncto nobis officio excitamus. Dudum, ſi quidẽ fęlicis recordationis, Bonifacius Papa Octauus, prędeceſſor noſter, in ſua, quæ incipit. Super cathedrã conſtitutione, ſiue decretali, quam poſtea, piæ memoriæ Clemens Pspa Quartus etiam prædeceſſor noſter, in Viennenſi Concilio innouauit, & quę ſubſequenter ad Eremitarum Sancti Auguſtini, & Beatæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ordinum fratres, per ſedẽ Apoſtolicam extẽſa fuit, inter cætera ſtatuit, & ordinauit, quod in ſingulis ciuitatibus, & Diœceſibus, in quibus, Prædicatorum, & Minorum ordinum fratrũ, conſiſterent, ac in locis ipſis vicinis, in quibus huiuſmodi loca non haberentur, magiſtri, & priores, prouinciales, miniſtri, necnon cuſtodes ordinum prædictorum, ad pœnitentiam prælatorum, ibidẽ ſe conferrent, per ſe, vel per fratres, quos ad hoc idoneos fore putarẽt, humiliter peterent, vt fratres, qui ad hoc electi forent, in eorũ ciuitatibus, & Dięceſibus, confeſſiones ſuorum ſubditorum, cõfiteri ſibi volentium, audire libere valerent, & huiuſmodi confitentibus, prout ſecundum Deum expedire cognoſcerent, pœnitentias imponere ſalutares, ac beneficium abſolutionis impendere, de licentia, gratia, & beneblacito eorundem, præfatique priores, & miniſtri ſtuderent eligere perſonas idoneas, ſufficientes, vitæ probatæ, diſcretas modeſtas, atq; peritas, ad tam ſalubre miniſteriũ, & officium exequendũ, quas ſic electas, prælatis ipſis præſentarẽt, vel præſentari facerent, vt de eorum licentia, & beneplacito, in ciuitatibus, vel diœceſibus eorundem, perſonæ ſic electæ, huiuſmodi confeſſiones ſibi confiteri volentes, audirent, & eis imponerent pęnitentias ſalutares, ac beneficium abſolutionis impenderent, prout in ipſa conſtitutione, ſiue decretali, plenius continetur. Et licet poſtmodum, ad piæ recordationis, Ioannis Papæ vigeſimi ſecundi, etiam prædeceſſoris noſtri, notitiã, deducto, quod quondam Ioannes de Poliaco, magiſter in Theologia, ſequentes articulos tenuerat, publicèque docuerat, quod confeſſi fratribus, licentiam generalem, confeſſiones audiendi habentibus, eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum proprio ſacerdoti confiteri teneantur; ac ſtante ſtatuto: omnis vtriuſque ſexus; in concilio generali, nec Deus, nec Romanus Pontifex facere poteſt, quod parochiani non tenerentur omnia peccata ſua ſemel in anno, proprio ſacerdoti parochiali curato confiteri, quodque non poſſet Papa generalem dsre poteſtatem audiendi confeſſiones, imò nec Deus, quin cõfeſſus generslem habenti licentiam, teneretur eadem iterum proprio ſacerdoti veluti parochiali curato confiteri: dictus Ioannes prædeceſſor, à verbis quæ vas electionis protulit, exordium ſumẽs, habita indè per plures ſacræ paginæ profeſſores, examinatione diligenti, necnõ de venerabilium fratrum ſuorum, Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ, conſilio, & aſſenſu, præfatos articulos, tanquã falſos, erroneos, & à ſana doctrina deuios authoritate Apoſtolica, dãnauerit, & reprobauerit, ipſeque Ioãnes de Poliaco, veris rationibus, opinioni, quam dudum habuerat, & contrariis, & quibus reſpondere nõ poterat, demonſtratoſe oſdem articulos, non eſſe veros affirmans, illo in conſiſtorio publico, necnon ipſorum Ioannis Papæ, & cardinalium præſentia, reuocauerit: tamen ſicuti nuper fratrum ordinũ, lamentabili eorundem querela, ad noſtrum non ſine diſplicentia graui peruenit auditũ, plures Eccleſiaſticæ, necnon alię vtriuſq; ſexus perſonæ, reprobos, ſuperſtitioſoſque articulos huiuſmodi amplexãtes, fideliũque animos inficere, ac eis, vt fratribus ordinũ huiuſmodi non confiteantur, & ab eorum deuotione retrahere moliẽtes, nè dum prædictos, ſed & alios, etiã ſacris canonibus omnino contrarios articulos aſtruere publicè non verentur, videlicet, quod confeſſio fratribus ſic electis, & admiſſis, facta, dubitabilis ſit, & incerta, vnde tenentur omnes incertum dimittere, & ſic ſolom confiteri ſuis ſacerdotibus, curam animarum habentibus, ſub pœna peccati mortalis; ac quamuis ipſi fratres admiſſi, authoritatem habeãt confeſſiones audiendi, & abſoluendi: tamen, ad eos accedendi, populus ſubiectus ſine licentia proprij ſacerdotis non habet poteſtatẽ, fratres quoq; priuilegia, pro confeſſionibus audiendis, & ſepulturis habendis petẽtes in peccato mortali & Romani Pontifices illa mendicantibus concedentes, ſiue cõfirmantes, etiam in ſimili peccato; & excommunicati ſunt, ac dicti fratres mendicantes, non paſtores, ſed fures, latrones, & lupi cenſentur: ſacerdos autem curatus, mendicantibus confeſſiones audiendi licentiam dans, magis ſuper iſto ſtatuto: omnis vtriuſque ſexus; diſpenſat, quàm Papa fratribus licentiam tribuens, iuxta formam decretalis antè dictæ; illos igitur animarum, & alia quæ præmiſſorum articulorum occaſione, niſi prodeuntes indè confutarentur errores, ſuccedere poſſent, pericula trepidantes, ac illis quantum in nobis fuerit, obuiare cupientes: omnes articulos, vna cum venerabilibus fratribus noſtris, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, maturè inſpeximus, & per diuerſos in iure canonico doctores, & ſacræ paginæ profeſſores, diligenter examinari fecimus, & quia protinus, illos falſos, & erroneos, ac eiſdem canonibus aduerſos fore reperimus, illos de dictorum fratrum noſtrorum, ſanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalium, conſilio, & aſſenſu, authoritate Apoſtolica, pro falſis, & erroneis, & aduerſantibus ſacris canonibus, damnatos, reprobatoſque declaramus, ac decernimus. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum, qui ſuper his à quocumque prædictorum ordinum Prædicatorum, Minorum, & Auguſtini, & Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſuper præmiſſis, priuilegiatorum, magiſtro generali, ac Prouinciali miniſtro, vicario, vel alio gerente officium, fueritis requiſiti, ad confutandos, & reprimẽdos, ac penitus tollendos huiuſmodi errores, prout in præfatis decretali, ſiue conſtitutione: ſuper cathedram, ac extrauagantes: vas electionis continetur, diligenti ſtudio, ac cura prouideatis, & intendatis, pręfataſque conſtitutiones integre ſeruantes, faciatis ab omnibus inuiolabiliter obſeruari. Et ſi quos forſan huiuſmodi damnatos, vt præfertur, articulos, aut aliquem, ſeu aliquos eorum, pertinaciter aſſerere, vel temere prædicare inueneritis, contra illos communiter, vel diuiſim, tanquam contra hæreticos, & de Catholica fide ſuſpectos, procedere, necnon, ipſos, & eorum quemlibet, iuxta tantorum exceſſuum qualitatem, per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia oportuna iuris remedia, authoritate prædicta, compeſcere ſtudeatis, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, & conſtitutionis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorũ, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1446. 17. Kalendas Febr. pontificatus noſtri, anno ſexto decimo. Cæterum, vt earundem literarum tenores, maioris roboris, & efficaciæ cenſeãtur, nos de venerabilium fratrum noſtrorũ ſanctæ Roma-

tudinis vocati, pro dictis extirpandis erroribus, næ Eccleſiæ Cardinalium, conſilio & aſſenſu, eaſdẽ prædeceſſoris noſtri, literas, in omnibus, & per omnia innouantes, approbamus, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Dat Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Domi. 1448. 3. Kalendas Iunij, Pont. noſtri, anno ſecundo. Verum tamen, dum pridem in vigilia Pentecoſtes, proximè præterita, præfatæ literæ Nicolai prædeceſſoris noſtri, venerabili fratri noſtro Epiſcopo Pariſiẽſi, ſeu in eius Epiſcopali curia, præſentatæ fuerent. Dilectus filius Guillelmus Rineti, pro tunc, rector vniuerſitatis Pariſienſis, eaſdem impediri fecit, aſſerens, dicti Nicolai prædeceſſoris noſtri; literas de falſo plurimum ſuſpectas, pacis in eadem vniuerſitate ſolenniter iuratæ, & ſtatus hierachici, in Eccleſia ſancta Dei, plurimum turbatiuas, & ſcandaloſas, & aduerſas iuris communis ſanctionibus ſacris, & pragmaticæ ſanctioni, & quod ſuper illis, renuntiãdo, & ordinum reuocatoria, impetrando, religioſi quatuor ordinum mendicantium, fuerint attentius ſummari, quod facere renuerant, & diſtulerant; per ſuas patentes literas, vniuerſis notum fecit, quod es cauſis præmiſſis, & alijs rationabilibus, de mandato, ac ſpeciali, & matura deliberatione, & concluſione dictæ vniuerſitatis, omnes, & ſinguli ipſius, dictis quatuor ordinibus mendicantium à gremio præfatæ vniuerſitatis, erant perpetuo priuati, non iurati, ab eiuſdem vniuerſitatis conſortio, & graduum in eadem ſuſceptione, ſimiliter reſecati; ſi autem dictis ſuis obtemperarent cõcluſionibus, cum effectu eadẽ vniuerſitas, cum eiſdem minime agere intendebat. Et ẽt cum ſtatutis, & priuilegiis dictæ vniuerſitatis, & præcipue fœlicis recordationis, Alexandri Quarti, inter cætera contineri dicatur, quod ſi fortè magiſtris, & ſcholaribus dictæ vniuerſitatis hoſpitiorum ſubtrahatur taxatio, aut eis, vel alicui ipſorum, iniuria, vel exceſſus inferatur enormis, vtpotè mortis, vel membri mutilatio. Niſi congrua monitione præmiſſa, infra quindecim dies foret ſatisfactum, liceat eiſdem magiſtris, & ſcholaribus, vſque ad ſatisfactionem condignam, ſuſpendere lectiones, & ſi aliquem eorum indebitè incarcerari contingeret, fas eſſet ipſis (niſi monitione præhabita ceſſaret iniuria) à lectione ceſſare, quodque ſi pro aliqua, ex cauſis in conſtitutione piæ memoriæ, Gregorij Papæ Octaui, contentis, eadem vniuerſitas lectiones duceret ſuſpendendas: omnes magiſtri, tam regulares, quam ſeculares ipſas ſuſpendere tenerentur, has niſi cum vniuerſitate minimè reſumpturi, eueniatque interdum, vt ex cauſis præmiſſis ab huiuſmodi lectionibus ceſſatio fiat, rector, & vniuerſitas, religioſos prædictos (vt de aliis taceamus) nõ ſolum à lectionibus huiuſmodi, verum etiam à prædicationibus verbi Dei, ceſſare compellunt, in ſedis Apoſtolicæ irreuerentiam, & fidei Chriſtianæ diſpendium, ac perturbationẽ dictorum religioſorum, nec non malum exemplũ, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte dictorum religioſorum, nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt in præmiſſis oportunè prouidere, paterna diligẽtia curaremus Nos igitur, ad quos, ex officio nobis commiſſu, pertinet in præmiſſis vigilantiæ noſtræ curas adhibere, ſcientes, quod prædictæ Nicolai literæ, matura cum deliberatione proceſſerunt, & quod nullo capite reputandæ ſunt de falſitate, aut ſobreptione, vel obreptione ſuſpectæ, nec ſtatus hierarchici, in Eccleſia Dei turbatiuæ vel ſcandaloſæ, nec ſacris canonibus aduerſantes, ſed potius cõſonæ, & ſaluti animarum Chriſti fidelium plurimũ profuturæ, eaſque de venerabilium fratrum noſtrorum cardinalium conſilio, & aſſenſu, innouamus, confirmamus, & approbamus, ſerie cum præſenti mandãtes, illas, ac omnia, & ſingula in eis, nec non Engenij prædeceſſoris literis huiuſmodi, contenta, ſub excommunicationis, & aliis diuerſis ſententiis, cenſuris, & pœnis, firmiter obſeruari. Quodque idem rector, præfatos quatuor ordinum mendicantium fratres, pro eo, quod de determinationibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in materia fidei renuntiare noluerũt, reſecatos, atque priuatos, vt præfertur, notificauit; ſtatutum quoque, & priuilegium Aleſandri Quarti huiuſmodi, ſolum de ceſſatione ab alienationibus, & nõ à prædicationibus, mentionem fecit, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ne tam celebres ordines, quorum illa preclara ſuppoſita, illam vniuerſitatem, Franciæq; Regnum, ac vniuerſalem Eccleſiam, ſuis doctrinis, & exemplis decorauerunt, atque decorant, tam ſubito, tamque repente fuerint ab eadem vniuerſitate, remaneant, & ſint, vel cenſeantur, quoquomodo reſecati, quinimò ibidem perpetuè vigeant, & notabilia membra facultatis ſacræ Theologiæ fuerint, & eſiſtant, priuationem, reſecationem, & literas rectoris huiuſmodi, ac in eis contenta, & indè ſecuta quęcumque, de dictorum fratrum noſtrorum cõſilio, & aſſenſu, authoritate Apoſtolica, & es certa ſcientia, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac nullius roboris, vel momenti, fuiſſe, & eſſe decernimus: ipſoſque quatuor ordines mendicantium, in priſtinum, & eum ſtatũ, in quo ante notificationem, priuationem, & reſecationem prædictas, exiſtebant, reſtituimus, & reponimus, eoſque in aliquo caſuum, niſi hoc in ipſis literis Alexandri, & ſtatutis antedictis caueatur expreſſe, ad ceſſandum à prædicationibus verbi Dei, nec ad id per rectorem pro tẽpore dictę vniuerſitatis, vel quemcumque alium, ſeu alios, compelli poſſe declaramus, ſed ipſos quatuor ordinum mendicantium fratres, tam iuratos, quam nõ iuratos, & alios prælatos, doctores, & rectores Eccleſiarũ, ad quos ſpectat verbum Dei, in ſuis Eccleſiis, & aliis locis, vbi fuerint requiſiti prædicare, libere, & licite poſſe, & veræ, in omnibus, & per omnia, perindè ac ſi huiuſmodi ceſſatio non foret in caſibus antedictis; & ita literas Alexandri, & ſtatuta huiuſmodi, vt iuri conſona, debere intelligi declaramus. Nihilominus, omnibus, & ſingulis fratribus quatuor ordinum mendicantium prædictorum, qui in dicta vniuerſitate, debitos, & conſuetos curſus in Theologia inceperint, continuauerint, & perfecerint, & in futurum incipient, continuabunt, & perficient durante huiuſmodi, aut ſimili reſecatione, vt licentiæ gradus, & doctoratus inſignia cancellarius dictæ vniuerſitatis, pro tempore, vt moris eſt, ſibi impendat, & non forſan dictus cancellarius, ad id requiſitus, gradus licentiæ, & magiſterij, inſignia eis impendere, contradiceret, ex tunc liceat antiquiori magiſtro in Theologia, prædictorũ quatuor ordinum mendicantium, vel vni ad hoc deputato, ab eorundem quatuor ordinum, magiſtris illis, qui dictos curſus perfecerint, gradus, & inſignia huiuſmodi, prout ſeruatis aliis ſolemnitatibus, & examine conſuetis, meruerint, abſque alicuius ſpiritualis, vel temporalis pœnæ incurſu, libere impendere. Quodque fratres, ſic per eoſdem magiſtros promoti, omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, exemptionibus, indultis, & immunitatibus gaudeant, & vtantur, ac vti, & gaudere poſſint: ſicuti illi, quibus idem Cancellarius huiuſmodi gradus, & inſignia, iuxta ſtatuta, & conſuetudines dictæ vniuerſitatis, impendit, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi gradus, & inſignia prædicta, ab eodem cancellario recepiſſent, eadem authoritate concedimus, pariter, & indulgemus. Præterea, quia

præ-

prætexiu priuilegiorum dictæ vniuerſitatis, occaſione,ſeu ex cauſis prædictis, quidam fratres prædicatorum ordinum citati fuerunt, atqun moleſtati, durẽte huiuſmodi reſecatione,præfato,& pro tempore exiſtenti,rectori,conſeruatoribus, necnõ magiſtris,ſcholaribus dictæ vniuerſitatis, ĩ virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna latæ ſententiæ,à qua,niſi in mortis articulo, per alium,quam per Romanum Pontificem,abſolui nõ poſſunt,ſi ſecus egerint;promulgamus, ne prætextu priuilegiorum ſupradictorum,occaſione, ſeu ex cauſis prædictis,ipſos fratres,vel aliquem ipſorum, niſi apud ſedem Apoſtolicam dumtaxat, directè, vel indirecte, vel alio quouis quæſito colore, per ſe,vel per alium,ſeu alios, tam ſuper reſecatione à prædicationis ceſſatione, quam gradus impoſitione,& quam aliàs occaſione,ſeu ex cauſa prædicta, moleſtare, vexare, ſeu perturbare præſumant, eadem authoritate,diſtrictius inhibemus. Decernentes,ex tũc irritum,& inane, ſi ſecus ſuper his à quoque,quauis anthoritate,ſcienter,vel ignoranter,cõtigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtrorum,monitionis,confirmationis,approbationis,mandati,reuocationis,caſſationis,irritationis annullationis, conſtitutionis, reſtitutionis,repoſitionis,declarationis, conceſſionis,indulti,promulgationis,inhibitionis, & decreti,infringere,&c.Si quis autem &c. Dat. Romæ,apud S.Petrum, anno Incar. Domi.1456.10.Kal. Aprilis,Pont,noſtri,anno 2.

13 Alexander Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,dilectis filiis,Generali,& Prouincialibus,prioribus, & fratribus Eremitarum, ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli,ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis veſtræ precibus inclinati, miniſtrandi Eccleſiaſtica *a* ſacramenta familiaribus veſtris, ac tradendi eos ſepulturæ Eccleſiaſticæ, cum deceſſerint,vobis authoritate præſentium, ſine alieni iuris præiudicio,cõcedimus facultatem. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei,auſu temerario contraire.Si quis autem &c. Dat.Laterani, 5.Nonas Martij,Pont.noſtri,anno 2.

a Quod familiaribus ſeruitorib. poſſit ſacramẽtũ cõfeſſionis miniſtrari, vide in to.1.qq. re.q.20.ar. 2. quod ipſi poſſint adminiſtrari ſacramẽta, vide in to.1.qq.re. q.67.ar.1.

Vrbanus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis,generali,ac cæteris, prioribus, & fratribus,presbyteris ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Vobis ad hoc,tota mente ſolicitis, & æterno Regi, per vitæ Glorioſæ ſtudium placatis,quæ animarum ſalutem paritura credimus, benigno fauore concedere

14 debemus.Hinc eſt,quod nos,veſtris ſupplicationibus annuentes, præſentium vobis authoritate concedimus,vt confratrum, & familiarum veſtrorum, ac aliorum Chriſti fidelium,cauſa deuotionis,ad vos recurrentium,de ſuorum licentia prælatorum,confeſſiones audire,& eis pro commiſſis, pœnitentiam ſalutarem iniungere valeatis,niſi fortè talia commiſerint,propter quæ ſedes Apoſtolica ſit merito conſulenda.Nulli ergo omnino &c.Dat.Viterbij, Idi-

15 bus Maij,Pont.noſtri,anno 1.

Eugenius Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,ad futuram rei memoriã.Sacræ religionis, ſub qua dilecti filij,Ioãnes Faci,prior generalis, & vniuerſi fratres ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis,ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli, mundanis abiectis illecebris,deuotũ, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum,promeretur honeſtas, vt illa eis, fauore beneuolo,concedamus,per quæ fratres ipſi,conſcientiæ pacem,& animæ ſalutem, Deo propicio,facilius conſequantur. Hinc eſt,quod nos deuotis,præfati generalis,in hac parte,ſupplicationibus,inclinati, eidẽ, ac quibuſcumq; ſucceſſoribus ſuis,pro tẽpore exiſtẽtibus, generalibus prioribus, necnon ab eo,vel ab eis,ad id pro tempore deputãdis,vicariis,Prouincialibus,prioribus, ac fratribus ordinis prædicti,in cõfeſſionibus audiendis, in abſolutionibus impendendis,& pœnitentiis iniungendis,aliiſq; ſalutem animarum dumtaxat, concernẽtibus,exequendis,omnium, & ſingulorũ dicti ordinis fratrũ,præſentium,& futurorum,eandem, & talem poteſtatẽ,& facultatem,qualẽ,in præmiſſis,minores *b* pœnitentiarij noſtri,in Romana curia præſentes,ex officio habent, & exercent, authoritate Apoſtolica,tenore præſentium, de ſpeciali gratia concedimus,atque damus. Nulli ergo omnino hominum &c,Si quis autem &c.Dat.Florentię, anno Incar.Domi.1435.7.Kal.Maij,Pont.noſtri,anno 5.

b De poteſtate confeſſariorũ regulariũ, vide in to.1. qq.regu.q. 61.art.3.

Clemens Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis,generali,& cęteris prioribus ac fratribus 16
ſacri ordinis Glorioſiſſimę Dei Genitricis, ſemperque Virginis Marię de Monte Carmeli,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionẽ. Neceſſitatibus veſtris, paterno compatientes affectu,vt de his,quę vobis in ornamentis,vel pro eis,libris,fabrica, luminaribus,anniuerſario,ſeptimo,vigeſimo, trigeſimo, ſiue aliis,ad perpetuum cultum diuinũ, ſeu pro pitãtiis,aut victu,ad ſuſtentationem veſtram,vel indumẽtis,aut calceamentis veſtris,pietatis intuitu erogantur, vel legantur in vltima voluntate, necnon pro annuis cenſibus redimendis,ad quorum ſolutionem aliquę domus prędicti ordinis,obligatę noſcuntur,nulli *c* canonicã iuſtitiam, ſeu portionẽ aliquã,ſoluere teneamini,dũmodo pręmiſſa non conuertantur in vſus alios,ſed in illos dũtaxat,pro quibus relinquuntur,authoritate vobis pręſentiũ, quãdiu ſine poſſeſſionibus,extra ſepta monaſteriorum ſitis,& in paupertate vixeritis,indulgemus.Diſtrictius inhibẽtes, nèquis à vobis, vel vltimarũ executoribus voluntatum, ſeu decedentium hęredibus, de pręmiſſis aliquid exigere,vel extorquere pręſumat.Nulli ergo omnino &c.Si quis autẽ &c. Dat. Peruſij.Nonis Auguſt.Pont.noſtri,anno 1.

c De exemptione à canonica portione, vide in t.1.qq. regu.q.39. art.2.

17

Niculaus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filiis,vniuerſis,prioribus, & conuentibus fratrũ ordinis Glorioſiſſimę Dei genitricis,ſemperq; Virginis Marię de Mõte Carmeli,ſalutẽ,& Apoſtolicam bened. Inter cętera noſtrę ſolicitudinis ſtudia, id propẽſioribus curis proſequimur,vt noſtrę prouiſionis ope,religioſę perſonæ Deo ſeruire deſiderãtes,ac ſingulis,quibus eorũ poſſet ſeruitiũ impediri, oneribus ſubleuentur, eiſq; neceſſariorũ copia nõ deſit in ſeculo,quibus cæleſtia pręparãtur,Hinc eſt,ꝙ nos,veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati,vobis,& dicto ordini veſtro, perpetuò concedimus,vt de illis,quæ vobis pro fabrica Eccleſiarũ,& conuentuũ veſtrorũ,Eccleſiaſticis ornamẽtis,luminarib.anniuerſariis,ſeptimo,vigeſimo, trigeſimo, & aliis diuinis cultibus pietatis,indumẽtis, calceamẽtis emẽdis,celebrandis, & habendis in eiſdem, necnõ annuis cenſibus redimẽdis,ad quorũ ſolutionẽ aliqua domus,prædiaq; cũ hortis, & aliis locis ordinis eiuſdẽ obligata noſcũtur, p Chriſti fideles, in eleemoſyna pietatis intuitu, ſiue in funerabilib. oblationibus,ſepulturis, vltimis volũtatibus, legatis,aut aliis quoquo modo,ẽt abſolute, iã erogatæ ſunt,& in poſterũ forſan erogẽtur,bonis:& ẽt abſolutè largiãtur:nulli canonicã *d* portionem aliquã teneamini exhibere,aut ad id valeatis coarctari,& nè quis à vobis,vel vltimarũ executoribus voluntatũ, ſeu decedentium hæredibus,de præmiſſis bonis aliquid extorquere,vel exigere p̃ſumat, diſtrictius inhibemus. Nõ obſtãtibus piæ memoriæ, Clementis Papæ V.prædeceſſoris noſtri,in concilio Viennenſi edita,quæ incip,Datũ.& aliis cõſtitutionibus,& or-

d De nõ ſoluẽda canonica portione, vide in to.1.qq re.q.39.ar.2.

Tom.1.priu.Apoſt.

N 2 dina-

dinationibus,necnõ priuilegiis,gratiis,& cõceſſionibus Apoſtolicis,in genere,vel in ſpecie, quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis,ſeu locis,ſub quacumq; forma,aut expreſſiune verborũ,conceſſis, etiãſi de illis,præſentibus habẽda foret mẽtio ſpecialis, per quæ,præſentibus non expreſſa,aut totaliter,de verbo ad verbũ non inſerta,eorũ,in toto, vel in parte, effectus valeat aliqualiter impediri:cæteriſq; contrariis quibuſcumq;. Nos enim, ex nunc irritum decernimus,& inane, ſi ſecus ſuper his à quoq; quauis anthoritate,ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis,inhibitionis, & conſtitutionis &c. Si quis autem &c. Dat. Romæ, apud S.Petrum anno Incar.Domi.1449. 10.Kalen. Martij.Pont.noſtri,anno 3.

8 Innocentius Epiſcopus,ſeruus ſeruorũ Dei, dilectis filiis,priori generali, & fratribus ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli,ſalutẽ,& Apoſtolicã benedictionẽ. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio,vt ius ſuũ cuilibet conſeruetur;hinc eſt, quod nos tenorẽ quarundã literarũ fœ.re. Clementis Papæ VI.prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertũ,pro eo,quod,ſicut veſtra petitio nobis nuper exhibita cõtinebat, prædictæ originales literæ,cauſaliter ſunt amiſſę,de regiſtro ipſo,de verbo ad verbum,ad veſtræ petitionis inſtantiam, præſentibus annotare fecimus,qui talis eſt.

Clemens Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei,venerabilibus fratribus,Archiepiſcopis,Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum prælatis,& rectoribus vbilibet cõſtitutis,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem,Dilectos filios, priorem generalẽ, & fratres ordinis Glorioſæ Dei genitricis,ſemperq; Virginis Mariæ de Mõte Carmeli,ſuis exigẽtibus meritis,& ſtudiis pretioſis bonorum operum eorundẽ, paternæ dilectionis plenitudine proſequentes, libenter eos, ab his,quæ poſſunt eis afferre damna, vel grauamina præſeruamus. Sanè dictorum priorum,& fratrum petitio,nuper nobis exhibita,continebat,quod nõnulli ex vobis, à dilectis filiis, prioribus, & fratribus domorum,& locorũ, eiuſdem ordinis, de his, quæ creſcunt infra loca huiuſmodi, nitimini exigere decimas,& etiã extorquere,ac ſi magnas poſſeſſiones haberent,& priuilegia non eſſent. Quare præfati.prior generalis,& fratres, nobis humiliter ſupplicauerũt,vt prouidere ipſis ſuper his,de opportuno remedio dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus,quatenus de his, quæ creſcũt infra ſepta murata locorum ipſius ordinis, quæ ipſe ordo,& fratres iuſte nunc poſſidẽt, ſeu in poſterum obtinebũt,decimas *a* petere, aut exigere nullatenus præſumatis, quacumq; cõſtitutione Apoſtolica in contrarium edita,non obſtante.Dat.apud Villam Nouam Auinionenſis diœceſis, 10. Kal. Septemb.Pont.noſtri,anno 1,Cæterum,vt earundẽ literarum tenor prædictus ſic inſertus, omnimodã rei,ſeu facti certitudinem faciat: authoritate Apoſtolica decernimus,vt illud idem robur,eandemq; vim,eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat,quæ haberent originales literæ ſupradictę, & eadem prorſus eidem tenori, fides adhibeatur, quandocumque,& vbicumque,ſiue in iudicio,vel alibi fuerit exhibitus,vel oſtenſus, & ei ſtetur firmiter in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ.Per hoc autem nullũ ius de nouo vobis acquiri volumus, ſed antiquum(ſi quod habetis)tantummodo conſernare. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Dat. Romę,apud S. Petrum,6.Kal. Iunij,Pontif.noſtri, anno 10.

a De exemptione à decimis, vide in 1.10.qq. re q.44.art.6.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis,Generali,& Prouincialibus prioribus, ac fratribus vniuerſis ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis,ſemperque Virginis Mariæ de Mõte Carmeli,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.Speciali gratia,& fauore vos,illa de cauſa,dignos potiſſimè reputamus,quia,ſicut accepimus, toto cordis affectu,ad hoc ſemper intenditis,vt per ſanctæ conuerſationis,& vitæ ſtudium,conſpectui Dei, & hominũ placeatis.Hinc eſt,quod nos veſtris ſupplicationibus,grato concurrentes aſſenſu,perſonas veſtras, & loca,in quibus eſtis diuino obſequio mãcipati, cum omnibus bonis,quæ in præſentiarũ obtinent, aut in futuro,iuſtis modis,præſtante Domino,poterunt adipiſci,ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus,ſpecialiter autẽ loca iſta,Eccleſias, domus,oratoria,hortos, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia iuſtè pacificè poſſidetis, vobis, & per vos, ordini veſtro,ad inſtar fę.re. Alexandri Papæ prædeceſſoris noſtri authoritate Apoſtolica, confirmamus,& præſentis ſcripti patrocinio communimus; diſtrictius inhibentes ,`vt nullus de hortis, & virgultis veſtris, veſtros ad vſus proprios deputatis, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, decimas à vobis exigere, vel extorquere præſumat. Nulli ergo omnino hominũ &c. Si quis autẽ &c. Dat.Peruſij,6 Kal.Octob.Pont. noſtri,anno 1.

19 De exemptione regularium, quo ad ſe, & quo ad bona ſua, vide in 10.2. qq.re q.43.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis,generali,& vniuerſis prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ De genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli,Salutem,& Apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis, in qua Virtutum domino,deuotum, & ſeduſum exhibetis obſequium, promeretur honeſtas,vt,qui ſtudioſius diuinæ cõtemplationi vacatis, eos libẽtius veſtrę prouidere quieti, paterna diligentia ſtudeamus.Pro parte ſiquidẽ veſtra fuit expoſitum corã nobis,quod licet fę.re.Alexan.Papa IIII.prędeceſſor noſter,duxerit inhibendum, nè aliqui religioſi, profeſſos veſtri ordinis, abſque prioris generalis ipſius veſtri ordinis,qui tunc erant, & qui pro tempore forent,petita licentia,& obtenta,reciperẽt ad aliquem ordinem eorũdem, prout in literis prędeceſſoris,ſuper hoc cõfectis,plenius cõtinetur.Quia tamen prędictorum Minorum, & Eremitarũ S.Auguſt.ordinum fratres, plerumq; profeſſores eiuſdẽ veſtri ordinis,abſque prędeceſſorum tuorum priorum generaliũ dicti veſtri ordinis,vel tua, fili prior generalis,licentia, ad eorundem ordinem receperunt,inter vos, & eoſdem Prędicatorum,Minorũ, & Eremitarum S.Auguſt.ordinum fratres, fuerunt contentiones,& iurgia ſuſcitata.Intendentes igitur veſtrę,ipſorumq; ordinũ fratrum prouidere quieti,paci conſulere,ac huiuſmodi contentionibus, & iurgiis obuiare,veſtris in hac parte,deuotis ſupplicationibus inclinati,de fratrũ noſtrorũ cõſilio, prouidimus inhibitionem innouare huiuſmodi, & pęnarũ adminiculis adiuuare.Authoritate igitur pręſentium,diſtrictius inhibemus,ne deinceps, dictorũ Prędicatorum,Minorum,& Eremitarum ſancti Auguſtini ordinum fratres,pręfatum ordinem veſtrum,profeſſos ad ordinem eorum, vel ordines recipiant,vel in eis retineant,ſine tua prędicta prior generalis,vel tuorum ſucceſſorum priorum generaliũ dicti veſtri ordinis, qui pro tempore fuerint, petita licẽtia,& obtenta;ſtatuentes authoritate prędicta,quod receptio,& retentio huiuſmodi, eo ipſo,iuribus non ſubſiſtant, & talis ſuſcipiens, & retinens, quolibet officio, vel adminiſtratione ſui ordinis, ſit ipſo facto priuatus, ac inhabilis, ad quoduis officium, vel quamuis adminiſtrationem, in huiuſmodi ſuo ordine, in poſterum obtinendum, ac etiam obtinendam; quodque prælibari,

Inter mẽdicantes pra habita eſt tranſlatio. vide 13.10. qq.re.q.52. art.21.

Prę-

Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini ordinum fratres, ad requiſitionem tui præfate prior, vel prioris prouincialis ipſius ordinis veſtri, illius prouinciæ, in qua idem repertus tunc fuerit, vel prioris loci dicti veſtri ordinis, cuius quidē loci, receptus conuentualis extiterat, ſeu illius, cui prior prouincialis, vel prior huiuſmodi loci, ſe præfati veſtri ordinis, id duxerit committendum eundem ſic receptum, illi, ex eis cum taliter requirēti, ſine difficultate aliqua, reſtituere teneantur illū ſic reſtitutum, ex tunc nullatenus recepturi. Non obſtātibus quibuſcumque priuilegiis, literis, & indulgentiis Apoſtolicis, contrariis eiſdem Prædicatorū Minorum, & Eremitarum ſancti Auguſtini ordinū fratribus, ſeu ipſis ordinibus, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim, ſub quacumque forma, vel expreſſiona verborum, conceſſis, ſeu quibuſcūque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, in cōtrarium editis, de quibus, quorumque totis tenoribus oporteret plenam, & expreſſam fieri in præſentibus mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis, & ſtatuti &c. Si quis autem &c. Dat. Auinioni, 8. Idus Auguſti, Pont. noſtri, anno 6.

21 Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, priori generali, & fratribus ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſtudio, vt ius ſuum cuilibet ſeruetur illæſum. Hinc eſt, quod nos tenorem cuiuſdam conſtitutionis fœlicis recordationis, Benedicti Papæ XII prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius repertū, pro eo, quod ſicut veſtra petitio nobis nuper exhibita cōtinebat, vos, & ordo veſter beatæ Dei genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli, eadem cōſtitutione īdigere noſcimini, de regiſtro ipſo, de verbo ad verbum, trāſcribi, & ad veſtræ ſupplicationis inſtantiā, præſentibus annotari fecimus, quæ talis eſt.

Benedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regularem vitā profeſſis, ſic expedit ſubtrahi omnē inquietudinis, & turbationis materiam, quod in contemplationis ſuauitate, requieſcere valeant, & tranquillum domino reddere famulatū. Cum igitur, ex eo, quod profeſſores ordinum mendicantium ad monachorum nigrorum, & Ciſterſienſis ordines, conſueuerunt plerumq; tranſire, multas in dictis ordinibus turbationes, infeſtationes, moleſtias, damna, & ſcandala prouenisse, experientia docet manifeſta. Nos iis, ex debito paſtoralis officij, pro futuro tempore occurrere cupientes, de conſilio fratrum noſtrorum decernimus, nè quis cuiuſuis ordinis mendicantium profeſſor, ad aliquem dictorū duorum ordinum quoquo modo tranſire valeat, ſine Romani Pontificis licentia ſpeciali, plenam, & expreſſam faciente de conſtitutione huiuſmodi mentionem. Non obſtātibus priuilegiis Apoſtolicis quibuſcumq; cōceſſis, in contrarium editis, ordinibus mendicantium, ſeu ipſorum prælatis, aut aliquibus eorundē, quæ quo ad hoc, nullius ex nunc, fore decernimus firmitatis. Nulli argo omnino hominum &c. Si quis autē &c. Dat. Auinioni, 4. Nonas Iulij, Pont. noſtri, anno 1.

Inter mendicātes prohibitus eſt trāſitus, vide in to.3. qq. regu. q. 52. ar. 21.

Cæterum, vt eiuſdem conſtitutionis tenor, ſic inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, Apoſtolica authoritate, decernimus, vt illud idem robur, eandemque vim, eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ dicti prædeceſſoris, ſi apparēt ſuper eadem conſtitutione confectæ, & eadem prorſus eidē tenori fides adhibeatur quandocumque, & vbicumque, ſiue in iudicio, vel alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, & eidem ſtetur firmiter in omnibus. Sicut eiſdē originalibus literis ſtaretur, ſi forēt exhibitæ, vel oſtēſæ. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Dat. Lucæ, Kal. Sept. Pont. noſtri, an. 10.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorū Dei, ad perpetuam rei memoriam, Romanorum geſta Pontificum, illa præſertim, per quæ religioſis euagādi materia præcluditur, recenſeri conuenit, vt illa omnibus innoteſcant. Hinc eſt, quod nos tenorem cōſtitutionis fœlicis recordationis, Martini Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, per eum dudū editæ, & ſucceſſiue per piæ memoriæ, Eugenium Papam IIII. etiam prædeceſſorem noſtrū, innouatæ, & per nos poſtea confirmatæ, & in quaterno cancellariæ Apoſtolicæ, de ipſius mandato deſcriptæ, ad dilecti filij, Pauli de Sicilia, ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Mōte Carmeli, & ſacræ Theologiæ profeſſoris, eiuſdē ordinis, in Romana procuratoris generaliter ipſo tenore indigere aſſerentis, ſupplicationis inſtantiā, de quaterno ipſo extrahi: & præſentibus, per quos illi plenam fidem adhibendam, ac in iudicio, & extra, vbicumque fuerit exhibitus, vel oſtenſus, in omnibus, & per omnia ſtandum fore decernimus, vt nationi cuilibet relinquatur: annotari fecimus, qui ſequitur, in hæc verba. 22

Martinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriā. Viā ambitioſæ cupiditatis religioſis potiſſimè mendicantibus præcludere cupiētes, ad alios ordines, præſertim monaſticos, fugatis tamen coloribus, aſſerētibus ob frugē melioris vitæ, aut arctioris obſeruantiæ, tam S. Benedicti, quā Ciſtercienſis, Camaldulēſis, vallis Vmbroſæ canonicorum regulariū S. Auguſtini, vel aliorum monaſteriorum ordinum, conuolare nitentibus, licētia à ſede Apoſtolica, ſeu legatis, aut nuntiis eiuſdem ſedis de transferendo ſe à mendicantiū ordinibus, ea ratione præſertim, vt veroſimiliter, vt facti experientia docet, eſt putandū, quod libentius degāt, dignitateſque, & beneficia monaſtica conſequi valeant, aut ex certis aliis cauſis, honeſtati non cōſonis, obtinentibus, ac volentes conſeruationi ordinum mēdicantiū etiam prouidere, authoritate Apoſtolica, de certa ſcientia, tenore præſentiū declaramus, ac decernimus ſtatuentes, quod de cætero nullus religioſus de ordinibus mēdicantium quorumcumq; cuiuſcumque ſtatus, cōditionis, vel religionis exiſtat, quomodocumque, aut qualitercumq; poſſit, vel debeat, virtute cuiuſcūq; licentiæ, aut indulti Apoſtolici, ſeu pœnitentiariæ noſtræ curā gerentis, aut alia quauis authoritate, hactenus etiā per bullas Apoſtolicas, facultatem quorumuis, tam legatorū, & nuntiorum ſedis Apoſtolicæ, necnon pœnitentiariæ huiuſmodi, pro tempore curam gerētis, quam aliorū quorūcumq; ſub quauis poteſtate, vel authoritate, maximè de trāſferēdis fratribus, aut aliquibus præſertim ordinum mendicātium profeſſoribus, in genere, vel in ſpecie, ab ordinibus huiuſmodi mendicantiū, ad monaſticos, ſub quacumq; verborū contentione appareant, admitti, aut recipi per aliquos, & ſuperiores, ordinis, vel monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu alias, in monachū, vel fratrē aliquins ex ordinibus monaſticis p̄dictis, vel aliis expreſſis, vel nō expreſſis (ordine Cartuſiāſi dumtaxat excepto) ſub pœna excōmunicationis, in quam, tam recipientes, quā recepti, ipſo facto incurrant, & quā, ex nūc, prout ex tunc, & è contra, in quemlibet tranſgreſſorem, quomodolibet in præmiſſis, ſciētia, & authoritate p̄fatis, præſetimus in his ſcriptis, & à nemine, niſi dūtaxat à Romano Pōtifice (præterquā in mortis articulo) excommunicati huiuſmodi, abſolutionis beneficium, poſſint quomodolibet obtinere. Et nihilominus, ſecus, vel aliter facta, non teneant, aut nullius exiſtant efficaciæ, roboris, vel momen-

ti:decernentes etiam,& volentes quod ſiquis hactenus, virtute cuiuſuis licentiæ, vel indulti huiuſmodi, fuiſſet receptus ad aliquem ordinem monaſticum,& habitum conſuetũ geſtari per monachos ſalis ordinis, ſuſcepiſſet, ſiue profeſſionem emiſerit, ſiue non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuit, etiam ſi beneficia Eccleſiaſtica, ſeu rectorias Eccleſiarum quarumuis obtineat, ſtare in eius tali vocatione, in huiuſmodi ordine monaſtico,& Altiſſimo deſeruite. Si quis autem prætextu huius licentiæ, cum habitu, vel ſine, quomodolibet vagando incederet, monitione præ-uia teneatur,& debeat, infra terminum quindecim dierum, à die monitionis huiuſmodi computandorum, ad eius religionem,& ordinem, vnde cum licentia, vel ſine, receſſerit, remeare, quod ſi efficere neglexerit poſt ipſum terminum, tanquam notorius Apoſtata,& excommunicatus, in omnibus, & per omnia, debeat per quemlibet reputari, & tractari, etiam per inuocationem auxilij brachij ſecularis, quoties fuerit oportunum. In futurum autẽ, nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus mendicantium huiuſmodi, ad aliquem monaſticum ordinem (Cartuſienſi duntaxat excepto) poſſit, aut debeat per quemcunque recipi, vel admitti, virtute cuiuſuis licentiæ, vel indulti, abſque ſedis eiuſdem licentia ſpeciali, ſub dictis pœnis; & nihilominus ſecus facta, non teneant, ipſo iure, huiuſmodi licẽtiis, & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & mendicantium ordinum Prædicatorum, etiam ſi de his, ſpecialis, & expreſſa mẽtio, ac de verbo ad verbum, in noſtris literis habenda foret,& aliis contrariis, non obſtãtibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum, declarationis, decreti, ſtatuti, prolationis, & voluntatis, infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datũ Gebẽ. Quarto Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri, anno primo. Nulli ergo omnino,&c. Si quis autem &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarna. Domi. 1454. 3. Kal. Auguſti, Pont. noſtri, anno 8.

23 Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, generali & vniuerſis prioribus Prouincialibus, ac fratribus ordinis glorioſiſſimæ Virginis Dei genitricis Mariæ de Monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Quieti veſtræ prouidere volentes, authoritate præſentium, diſtrictius inhibemus, ne aliqui religioſi profeſſores *a* ordinis, paris altitudinis, vel minoris, aliquem de fratribus ordinis veſtri profeſſum, præſumat recipere, ſine tua, fili prior generalis, ſpeciali licentia, & conſenſu: & ſi forſan aliquem, aliter receperint, illum vobis reſtituere teneantur. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem &c. Dat. Anagniæ, Idib. Febr. Pont. noſtri, anno 5.

a Illicitus eſt tranſitus ad parem, vel laxiorẽ religionẽ, vide 1.10.3. qq. regu. q. 52.

24 Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, priori generali & fratribus ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Merita veſtra religionis, in qua virtutum Domino militatis, expoſcunt, vt vos paterna beneuolentia proſequeotes, veſtris fauorabiliter annuamus precibus, & neceſſitatibus conſulamus. Sane pro parte veſtra, nobis humiliter ſupplicatũ eſt, vt cum plerumque contingat, quod locorum ordinarij, ſeu diœceſani, in locis, quæ iuſtè, & pacifice obtinetis, cœmeteria veſtra benedicere, & conſecrare indebitè contradicunt, prouidere vobis ſuper hoc, paterna diligentia curaremus. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vt in quibuſcumque locis, quæ nunc obtinetis, & in poſterũ iuſto titulo, dante Domino, obtinebitis, ſi locorum ipſorum ordinarij à vobis ſuper hoc, humiliter requiſiti, noluerint, aut recuſauerint indebitè cœmiteria veſtra benedicere, *b* ſeu etiam conſecrare, poſſitis huiuſmodi cœmiteria, per aliquem antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habẽtem, quoties opus fuerit, facere benedici, & etiam conſecrari: idemque antiſtes huiuſmodi cœmiteria, authoritate noſtra, benedicere, & conſecrare valeat, ſine iuris præiudicio alieni, deuotioni veſtræ, tenore præſentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis autem &c. Dat. Auinioni, 8. Idus Ianua. Pont. noſtri, anno 15.

b Vide in 1.10. qq. re. q. 19. ar. 4.

Clemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Generali, aliiſque Prouincialibus prioribus, ac vniuerſis fratribus ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Mõte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. 25
Sanctum religionis veſtræ, tranquillum, & proſperum affectantes, ad ea libenter intendimus, ex quibus materia ſubmota grauaminis, quietis, & pacis, vobis cõmodum procuretur. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica inhibemus, quemadmodum pro nonnullis religioſis, de ordinibus mendicantibus, per Apoſtolicam ſedem, inhibitum fore dignoſcitur, nè aliqui religioſi, de prædictis ordinibus mendicantium, Eccleſias, ſeu quæuis loca, de nouo ædificare, *c* ſeu conſtruere, aut per alios conſtructa, ſeu ædificata de nouo recipere, aut inhabitare iuxta loca veſtri ordinis, infra ſpacium centum quadraginta cannarum menſurandarum, etiam per aerem, vbi alias rectè non permitteret loci diſpoſitio menſurari, quoquo modo præſumant: decernentes, ſi ſecus autem fuerit, irritum, & inane. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis, & conſtitutionis, &c. Si quis autem &c. Dat. in Prioratu de Gauſello, propè Malauſanam Baſionenſis diœceſis. Nonis Nouem. Pont. noſtri, anno 4.

c Vide in 1.10. qq. re. q. 49. ar. 5.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Generali, ac vniuerſis Prouincialibus, ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pontificalis authoritas nos admonet, vt regularium exceſſus perſonarum, quæ præ cæteris, caſtius, & honeſtius, ex voto profeſſionis, viuere ſunt aſtrictæ, eo diligentius puniamus, quo eorum culpæ remaneant damnabilius incorrectæ & ab aliis trahuntur facilius in exemplũ. 26
Cum itaque, ſicut accepimus, nonnulli veſtri ordinis profeſſores, ſuorum, ſtatus, & ſalutis immemores, exceſſus committere, ac regularibus dicti ordinis inſtitutis, quæ iuxta eorũ profeſſiones, efficaciter ſeruare promiſerunt, obuiare, necnon domorũ dicti ordinis, in quibus degunt reformationi, & ad ſtatũ priſtinum *d* reductioni per vos faciendæ, non ſolum contradicere minimè vereantur, verum etiã pro ſua rebellionis defenſione, parentes, amicos, & laicales perſonas, ad dominos temporales adire, eoſque ad ſuæ obſtinationis, & tergiuerſationis fauorem, cõmouere, ipſorumque præſidia flagitare præſumunt, propter quę ac huiuſmodi, inordinatos fauores, quibus illi, & nonnulli alij eos minus debitè proſequuntur, ipſos puniri, & emendare nequitis, ac domorũ eorundem, & in eis degentium perſonarum reformatio retardatur, ac exceſſus remanent incorrecti, nos, quorum intereſt ſuper iis de oportuno remedio prouidere, diſcretioni veſtræ, præſentium tenore, committimus, & mandamus, quatenus, iuxta conceſſam vobis à Domino gratiam, & officiorum veſtrorum exigentiam, omnes, & ſingulos dicti ordinis profeſſores, iuxta ſanctorum patrum, & veſtra regularia inſtituta, in vita, &

d De refor. reg. vide i 3.10. qq. re. q. 48.

in

in moribus reformare, ac regulari diſciplina, ſubdere, & ad meliorem vitam, reducere procuretis; ita quod, per veſtræ laudabilis diligentiæ ſtudium, in dicto veſtro ordine, regularis diſciplina, & vitæ caſtimonia laudabiliter obſeruentur, ac in eo deuotæ ſolicitudinis ſtudio, benedicatur Altiſſimus, & odor bonæ famæ perſonarum illius, vtiliter diffundatur, & nè, quod abſit, peruerſorum eorumdẽ prauitas, qui paterna, & proficua veſtræ correctionis, & monita, ſubire recuſant, in ſuæ profeſſionis tranſgreſſione, damnabiliter perſeueret, aut ſatorem zizaniæ, & hoſte humani generis procurante, in deterius prolabatur, & eorũ impunitas trahi poſſit ab aliis in exemplum, Vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & cæteros locorũ ordinarios, necnon Duces, Marchiones, Comites, barones, ſeneſcallos iudiciarios, poteſtates, capitaneos, cæteroſque dominos tẽporales, & eorum loca tenentes, vniuerſitateſque, & communitates ciuitatum terrarum, caſtrorum, & aliorum quorũcũque locorum, rogamus, requirimus, & hortamur attente; Subditis verò noſtris iniungimus, & mandamus, quatenus pro tam ſaluberrimi operis complemento, vobis efficacis fauoris, & adiumenti præſidio, quotiens oportunum fuerit, & pro veſtri poteſtate fuerint requiſiti, aſſiſtant, & fauores prębeãt oportunos: ita quod, vos, & veſtrum quilibet, quoſcumque incorrigibiles, diſcolos, & delinquentes ipſius veſtri ordinis profeſſores, punire, corrigere, & iuxta ſuam profeſſionem vitam ducere, compellere valeatis. Cæterum, vt optata ipſius ordinis, illiuſque domorum, & perſonarum reformatio, abſque alicuius impedimenti, aut obſtaculi machinatione ſuccedat, vniuerſis, & ſingulis, tã profeſſoribus prędictis, quàm aliis quibuſcumque Eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis, cuiuſcũque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne reformationi domorum, aut perſonarum ordinis antedicti, quouis quæſito colore, ſe opponere, aut illam impedire præſumant, ſub excommunicationis pœna, quam ſi ſecus fecerint, eos, & eorum quemlibet incurrere volumua, ipſo facto, & à qua, donec à præmiſſis reſipuerint cum effectu, abſolui nequeant, præterquam in mortis articulo conſtituti Non obſtantibus, ſi aliquibus à ſede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicati non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Mantuæ, anno Incar. Domi. 1459. Nonis Dec, Pont. noſtri, anno 2.

27 Paulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Circa quorumlibet regularium ordinum profeſſores, quo diligentius laboramus, quo fœcundius illorum religionem, fructum videmus afferre ſalubriorem, eoſque poſſe, ex noſtris inſtitutis laudabilius proficere, iugiter incrementis. Sanè, pro parte dilecti filij Ioãnis Sorceth, ordinis fratrum glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, nobis, nuper exhibita petitio cõtinebat, quod olim, nè in ipſo ordine cenſuram aliquam pullulare contingeret, & vt fratribus dicti ordinis, ſub arctiori obſeruantia regulæ, etiam per fęlicis recordationis, Eugenium Papam Quartum prædeceſſorem noſtrum mitigatæ, Altiſſimo famulantibus, fauor debitus impenderetur, & vt quietius, abiecto omni timore humano, id efficere poſſent, & in vnitate fraternæ charitatis, in præmiſſa obedientia permanerent, in quibuſdam generalibus, & Prouincialibus, in ipſo ordine celebratis capitulis, promouente *a* dicto generali, inter cætera ſtatutũ exiſtit, vt priores Prouinciales, extra prouinciale capitulum, non poſſent, pro libito eiſdem præficere priores, vel etiam amouere, ſine eorum conſenſu, ſed quos elegiſſent, confirmare, fratres etiam eorum, abſque prioris, & fratrum aſſenſu, extra ponere, ſiue alios, præter eorum conſenſum, ipſorum adiungere nequirent conſortio: quod quidem ſtatutum, & nonnulla tunc expreſſa, per piæ memoriæ, Calixtum Tertium, confirmata ſunt, necnon, per Pium Secundum, Romanos Põtifices, ſimiliter prædeceſſores noſtros, etiã deſuper adiectum, nè quis excõmunicationis latæ ſententiæ pęna, reformationem cõuentuum dicti ordinis impediret, aut ſe illi opponeret quouis quæſito colore, à qua quidem ſententia, abſolutionem, niſi reſipuerit, ſedi Apoſtolicæ dumtaxat, præterquam in mortis articulo, reſeruauit. Quare pro parte dicti generalis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatuto aliis præmiſſis pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ac alias ſuper iis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur, quod dicti ordinis ſtatutum proſperum, & tranquillum, paterno zelamus affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatutũ prædictum ratum habentes, & gratũ, illud, prout in literis Calixti, & Pij, prædeceſſorũ huiuſmodi cõtinetur, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, confirmamus, & approbamus, ac plenũ robur obtinere decernimus. Adiicientes nihilominus, ob præmiſſa, quod nullus Prouincialis Conuẽtus dicti Ordinis, reformatos poſſit per vicariũ viſitare, niſi talẽ Conuentus ipſe requirat, ſed perſonaliter teneatur eos viſitare, cũ ſocio, qui fuerit perſeuerans in vita conſilij, ita quod, pro communibus expenſis Ordinis Conuentus hactenus reformati, aut etiã, qui in poſterum reformabuntur, vltra ſummam conſuetam, quam antea perſoluebant, taxari, vel compelli non poſſint. Volẽteſque, & diſtrictius iniungentes, quod omnis prior, tam in Conuẽtibus reformatis prædictis, quam de cætero reformãdis, promittat, tam confirmanti, quam cõuentui, in quo recipietur, fideliter obſeruare, & obſeruari facere regulam, ſecundum ipſius Eugenij prædeceſſoris mitigationẽ, vt præmiſſum eſt. Si verò homo hic doſes, ſeu negligens notabiliter repertus fuerit, prior generalis, ſeu Prouincialis teneatur eum abſoluere, ſub pęnis, & cenſuris, contra impedientes reformationem, vt ſupra dicitur, latis. Cæterum, vt prouinciales ad plantandam in dicti Ordinis Cõuentibus ſuiſque prouinciis, confouendamque regularem obſeruantiam, per amplius annuentes, volumus, vt Conuentus, quos iam reformarunt, aut in poſterum reformabunt, ſub eorum obedientia, ſeruatis præmiſſis conditionibus, reſeruare debeant, nec vicarius cuiuſcumque hoc impedire præſumat. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicto ordini, & illius profeſſoribus, per ſedem Apoſtolicam, ſub quauis verborum forma, conceſſis, priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam ſi de illis, & eorum totis tenoribus, de verbo ad verbum, ſpecialis, & expreſſa mentio foret habenda, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus dicti ordinis, iuramento confirmationis Apoſtolicæ, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, Nulli omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis, confirmationis, approbationis, adiectionis, voluntatis, & iniunctionis infringere, &c, Si quis autem &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum, anno Incar. Domi. 1465. poſtridie Kalen. Februarij, Pont. noſtri, anno 2. 28

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, Generali, & vniuerſis Prioribus Ordinum fratrum Glorioſſimæ, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem, prouiſionis noſtræ cupimus

a De elect. generalis, & aliorum prælatorũ, vide in 2. to. qq. re. q. 12.

prouenire ſubſidiis,vt religio veſtra ſemper in melius,Deo propiciante proficiat,& ſiquid obſtare dignoſcitur,ſolicitè corrigatur,vobis,ita quod in diuini nominis amore vigiles delectat extirpare vitia, & plantare virtutes,vt apnſtatas, & inſolentes ordinis veſtri, niſi veſtris ſalubribus monitis acquieſcant,excommunicare,capere,ligare,& carceri tradere, ſi videbitur expedire,poſſitis,auctoritate præſentium,concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtræ cõceſſionis &c.Si quis autem &c.Dat.Anagniæ,15. Kal. Aprilis,Pont.noſtri,anno 5.

De correctione apoſtatarum à religiõe, vide in to.1. qq re.q.30

29 Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.Dilectis filiis,Generali,& Prouincialibus Prioribus Ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli.Salutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtræ meretur honeſtas,vt vos, ſincera diligentes Domino charitate,petitionibus veſtris quantum cũ Deo poſſumus,fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos,veſtris ſupplicationibus inclinati, authoritate vobis præſentium indulgemus,vt tu, prior Generalis,& qui ſucceſſerit tibi, vbique ac vos Priores Prouinciales,& alij,qui pro tẽpore fuerint, in ſuis prouinciis,in Eccleſiis, ac domibus veſtri ordinis, cum libero ingreſſu,& exitu viſitationis, a & correctionis officium,exercere,mutare fratres,& recipere b nouitios,libere valeatis, alicuius conditione irrationabili non obſtantis. Nulli ergo omnino &c, Si quis autem &c.Dat.Laterani,18.Kal. Februarij, Pont.noſtri,anno 2.

a De poteſtate ad corrigẽdũ regulares, vide in to.2. qq.re q.9. art.2.

b De poteſtate ad recipiẽdũ nouitios, vide in to 3.qq.re. q.9. art.2.

30 Alexander Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, Priori Generali, & fratribus Ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem,& Apoſtolicã benedictionem. Quia ex Apoſtolici cura tenemur officij,circa Religionis augmentum prompti,& vigiles inueniri,ſuper his,veſtris votis libẽter annuimus,in quibus honorem veſtri ordinis, & animarũ profectum contineri ſentimus. Lecta ſiquidem coram nobis,veſtra petitio continebat,quod in regula veſtri ordinis,per Sedem Apoſtolicam confirmata,dignoſcitur eſſe ſtatutum,vt fratres ipſius ordinis,vnum ex eis priorem habeant, qui ex vnanimi omnium aſſenſu,vel eorum maioris,& ſanioris partis,ad Prioratus officium eligatur,cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate obſeruare,cum caſtitate, & abdicatione proprietatis,ac etiam ſecundum inſtitutiones eiuſdem ordinis,Prior ipſius,qui pro tempore fuerit à Prioratus officio abſolui, & amoueri poteſt à Diffinitoribus capituli Generalis. Et licet tu, fili Prior,& prædeceſſores tui, iuxta eiuſdem Ordinis conſuetudinem obſeruatam hactenus,& à Sede toleratam eadem,ſtatim poſtquam electi, ſecundum ſtatutum huiuſmodi extitiſtis, curam geſſeritis Fratrum Ordinis memorati,officium c Prioratus, plenè,& liberè in omnibus exercentes, iidemque fratres vobis deuotè,atque humiliter obedierint, intenderintque reuerenter, quia tamen de præmiſſis dubitationis ſcrupulus in veſtris,& plurimis dictorum fratrum conſcientiis,eſt exortus, humiliter petiſtis,vobis ſuper hoc,de prouidentia Sedis Apoſtolicæ ſubueniri.Nos itaque volentes omnis ambiguitatis ſcrupulũ,in hac parte,de veſtris cordibus amputare,& ordinem ipſum à Sede approbatum, eadem honeſtate floridum,& virtute fœcundum,priuilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſpeciali, ac veſtris ſupplicationibus inclinati,quicquid ſuper præmiſſis,per te,Prior, veſtroſque prædeceſſores fratres,& Definitores, factum, & obſeruatum eſt hactenus,ratum habentes,& firmum,vobis,auctoritate præſentiũ indulgemus,vt ſucceſſores tui, Prior, qui erunt pro tempore,ſtatim poſtquam electi fuerint,ſecundum regulam, & conſtitutiones ordinis veſtri,eo ipſo, veri eiuſdem ordinis effecti Priores, curam animarum fratrum ipſius ordinis plenè habeant,& liberè gerant,ipſoſque fratres,authoritate propria,ligare, & ſoluere valeant; necnon in eodẽ ordine agere,qui ipſi, & præfati Definitores,iuxta memoratam regulam,& conſtitutiones,ſecundum Deum eiſdem,ordini,& fratribus,viderint expedire: aliaſque Prioratus officium licitè in omnibus exercere,idemque fratres,tibi Priori, ac ſucceſſoribus ipſis,deuote, ac humiliter obediant, & intendant,& præfati ſuceſſores,& tu,Prior,à Definitoribus Capituli Generalis ipſius ordinis, ſecundum conſtitutiones iam dicti ordinis,abſolui, & amoueri poſſitis,conceſſa tibi, Prior, tuiſque ſucceſſoribus,ante abſolutionem,& amotionem huiuſmodi, exequendi Prioratus officium, quo ad præmiſſa omnia,& alia,nihilominus, libera facultate. Nulli ergo omnino &c.Si quis autem &c.Datum Laterani.6.Kalendas Martij,Pontificatus noſtri, anno ſecundo.

c Vide To. to. qq.re.q. 32.art.2.

Pius Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei.Dilecto filio, Priori Generali Ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem,& Apoſtolicam benedictionem. Solicitudo paſtoralis officij, nobis licet immeriti, ſuperna diſpoſitione commiſſi,continua nos perurget inſtantia, vt religioſorum exceſſus, quos antiquus hoſtis eo ſollicitius ſuſcitat, quo eorum vitæ meritoriæ,ardentius æmulatur, tanto amplius deteſtantes,quanto ex illis maiora ſcandala in membris fidelium generantur,reprimere, & caſtigatione debita,coercere curemus. Nuper ſiquidem,pro parte tua,nobis fuit expoſitũ, quod licet tu, prout ex debito tibi commiſſi Generalatus,teneris officij, ſollicitè cures,ordinem, iuxta Sanctorum Patrum, & ipſius regularia inſtituta,moribus honeſtatis ornare, illoſque profeſſores vitæ ſubdere d regulari; quia tamẽ in multis ipſius ordinis domibus, reperiri contingit,nonnullos,ex dictis profeſſoribus, huiuſmodi bono,laudabilique propoſito, calcitrare, & rebelli animo cõtraire, tu pro commiſſis per eos exceſſibus,& delictis præmiſſis,eos caſtigatione debita cohibere,& ad frugem melioris vitæ reuocare non potes: quò fit,vt tam ipſi,quam nonnulli alij dicti Ordinis Fratres, Diſcoli,atque proterui ſalutaria ſuorum ſuperiorum,correctiones, & caſtigamenta,videlicet ieiuniorum in pane, & aqua diſciplinatum incarcerationes.& cętera huiuſmodi,aut contemnant,aut ſubire recuſent: indeque ad iniurias,aut minas,& verbera quandoque prorumpãt, interdum verò in apoſtaſia audacius prolabantur. Quare,pro parte tua,fuit nobis humiliter ſupplicatum,vt ſuper his de oportuno remedio prouidere, paterna diligentia curaremus, Nos igitur attendẽtes,quod,ſi ad reprimendum inſolentias tranſgreſſorum,& eorum præſumptiones temerarias, ſuperiorum diſciplina lẽteſcat, eorum voluntas fit proclinior ad peccandum, & impunitatis exemplum periculoſius in alios deriuatur,volentes temerariis auſibus talium delinquentium,oportunis remediis obuiare, quod tu,tuique ſucceſſores, & quos tu, & ipſi,idoneos ſenſeritis, & diſcretos, Prouinciales Priores omnes,& ſingulos, apoſtatas, criminoſos,incorrigibiles, aut delinquentes præfatos, qui tuam,& ſuperiorum ſuorum ſatagunt emendationem, & correctionem effugere, & quos præmiſſis impedimentis cauſantibus, tu, aut alij eorum ſuperiores prædicti,iuxta ipſius ordinis ſtatuta, & conſuetudines, commode punire nequibitis, non ſolum in eiſdem ſtatutis contentis, ſed ſi eorum demerita,& exceſſus id exegerint, arctioribus pœnis,

d De correctione apoſtatarũ vide in to.1. qq.re.q.30. & de correctione deliquẽtiũ, vide in to.1. qq.re. q.4.

nis, tam per vos, quàm locorum ordinarios, eorũque Vicarios, & eorum officiales, ſiue alios miniſtros, capi, & carceris cuſtodiæ mancipare, torquere, & torqoeri facere, & punire poſſitis, ita tamen, quod ſi eorundem fratrum exceſſus adeò graues fuerint, & enormes, quod illorum occaſione, quæſtionibus ſubdi debeant, vel tormentis, circà tamẽ vltimi ſupplicij, mutilationiſque membrorum pœnas, quæſtionibus huiuſmodi ſubijci nequeant, vel torqoeri, niſi cum duobus, ex tribus antiqoioribus dicti ordinis, ad hoc, per ſuperiores ſuos deputatorum, præſentia, & aſſenſu: quocircà, voioerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorum ordinarios, necnon Duces, Marchiones, Comites, Varones, ſeneſcallos iudiciarios, poteſtates, Capitaneos, Vaiulos, cæteroſqoe dominos temporales, & eorum loca tenentes, vniuerſitateſque, & communitates ciuitatum, terrarum, Caſtrorum, & aliorum quorunconqoe locorum, rogamus, requirimus, & hortamur attentè, quatenus tibi, & dictis ſucceſſoribus, necnon prouincialibus, priorib. præfatis, efficaci præſidio aſſiſtentes, vt tu, & ſucceſſores, ac prouinciales priores prædicti, apoſtatas, diſcolos, & delinquentes fratres huiuſmodi, corrigere, & ioxtà ipſorum exigentiam delictorum, eos paterna caſtigatione, punire valeatis, pro Regis Æterni, & ſedis Apoſtolicæ reuerentia, vobis auxilium, conſilium, & fauorem oportunos impendãt, necnon ad requiſitionem veſtraoi vobis familiam præbeant oportunam, ita quod apoſtatas, diſcolos, & delinquentes prædictos, ad rectitudinis viã reducere valeatis, ipſorumque ſaluti proſpicere, & ſi quando opus fuerit, illos ad eandem requiſitionem capi, detineri, torqueri, & puniri facere, vt præmittitur, non poſtponant, quibus omnibus, & ſingula præmiſſa, ad requiſitionem veſtram huiuſmodi dũtaxa faciendi, ac exequendi, abſque alicuius ſententiæ cenſura, vel pœnæ incurſu, tenore præſentiũ literarum, concedimus, & etiam facultatem, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus prędictis, etiam confirmatione Apoſtolica, vel quacunque alia firmitate vallatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunqoe. Nulli ergo omnimodò hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, & conceſſionis, &c. Dat. Mantuæ, anoo Incar. Domi. 1459. Nonis Decemb. Pont. noſtri, anno 2.

32 Calixtos Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ad Romanum Pootificem, non dubioni pertinere dignoſcitur, quencunque errantem, ad rectam viam reducere, & præſertim illi, qui colla ſua in alterius arbitrio ſubmiſerunt, cum in auaritiæ abuſum, dilabi incipiunt, nè religionis obſeroãtię laxatis habenis, in tenebras ruant exteriores, totis viribus reſiſtere, & vt ſaltem formidine pœnæ, illos retrahat, ab inceptis, ſtatuit, & decernit, prout melius, ac ſalubrius in Domino cõſpexit expedire. Cum itaqoe, ſicut accepimus, nonnulli ordinis fratrum glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, profeſſores, votis per eos emiſſis, contenire, non erubeſcentes, per diuerſas prouincias, & nationes, vt extrà domos, & religionem hoiuſmodi commodius vagari valeant, nonnulla beneficia eccleſiaſtica, tàm ſecularia, quàm regularia, vijs exquiſitis, & diuerſorum indultorum, ſiue diſpenſationum Apoſtolicarum obtentu, tàm in titulum, qoàm in commendam ſibi conferri, & aliàs concedi obtinuerũt, & nihilominus in officijs, & adminiſtrationibos dicti ordinis, in generalibus, & prouincialibus capitulis cum opulentiores, & ditiores, contra eorum ſubſtantiale votum ſint, volunt, & cupiunt præeſſe, & alijs, qui ſub regulari obſeroaotia in domibus dicti ordiois deſeruiunt, fræna imponere. Nos igitur attendentes, qood quis poneus manum ad aratrũ, & proſpiciens retrò, Regnum cœlorum non adipiſcitur, ac conſiderantes, quod qui in ſe regularem diſciplinam, quam ſuſcipere pollicitus eſt, non recipit, alios ad illam reducere nequit, volentes qoos ordinis, & profeſſorem huiuſmodi indemnitatibus prouidere, hac irrefragabili conſtitutione valitura, conſtituimus, ſtatuimus, ac etiam ordinamus, quod nullos dictorum profeſſorum, beneficia *a* ſecularia, ſeu etiam regularia, ex noſtra, vel prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, aot ſedis Apoſtolicæ, vel legatorum eius, conceſſione, vel indulto, aut aliàs quonis modo, in titulum, vel commendam pro tempore obtinentium, aut, qui futuris temporibus quælibet obtinebunt, etiam ſi illas ſimpliciter, vel alio quonis modo dimiſerint, in prædictis capitulis generalibus, vel prouincialibus, aot congregationibus, ſeu negotijs, officijs, vel alijs adminiſtrationibus dicti ordinis (niſi generaliter pro tempore conſenſu interueniente) quomolibet admittantur, ſob excommunicationis pœna, quam admiſſi, & admittentes, prout in his ſcriptia ferimus, incurrant ipſo facto, & ſi dicti beneficiati vltrò admitti, quouis quæſito colore contra voluntatem generalis prædicti, procurauerint, ſimili modo irregularitatis, & inhabilitatis maculas incurrant, beneficijſque per eos obtentis, ipſo facto priuati exiſtant, & alijs perſonis idoneis, per illos, ad qoos ipſorum collatio pertinere dignoſcitur, conferantur, dictique beneficia, ſeu officia ambientes, vel procuratores perpetuò inhabiles, & ineligibiles, abſque alicuius regreſſus ſpe, maneãt, & pro talibus perpetuò habeãtur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcunque, ſpecialiter, vel generaliter conceſſis, & in futurum concedendis, etiamſi de pręſentibus expreſſã fecerint mentionem, & his expreſſe fuerit derogatum, ac etiam de dictis conceſſis, & concedendis literis, earumque totis tenoribus, ſpecialis mentio ſit habenda, & qoibus, præſentium tenore derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiam ſi in illis expreſſè caueatur quoquo modo derogari, nec non dicti ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nos enim, ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſoper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorum, conſtitutionis, ſtatuti, ordinationis derogationis, & voluntatis, infringere, &c. Si quis autem, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Domi. 1455. Idibus Martij, Pont. noſtri, anno 1.

a Vide in 1.10.qq.re. q.33. ar.1.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nulla fidelium cõuentio, ſub aliquo religionis colore, abſque Summi Pontificis poteſtate, fieri valeat, nè conuentus religioſarum virginum, viduarum, biguinarum, mantellatarum, aut aliquæ particulares, ex his, ſub habitu, & protectione ordinis Beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, degentium, aut quæ in poſterum offerentur, abſque Apoſtolicæ auctoritatis munimine, viuere videantur, hatum tenore præſentium decernimus, vt ordo præfatus, ac eiuſdem ordinis Magiſter generalis, & Priores Prouinciales circa præfatarũ receptionem, vitæ modũ, admiſſionem, & protectionem illis eiſdem, & prorſus ſimilibus priuilegijs *b* gaudeant, quibus ordines Prædicatorum, & Eremitarum Sancti Auguſtini gaudent, & vtuntur, dummodò Virgines biguinæ, mantellatæ prædictæ cõtineo- 33

b De communicatione priuilegiorum, vide in 10.1. qq.reg.qu. 57. ar. 12. & 13.

tinenter, & honeſtè viuant, ieiunentque, ac omnia alia faciant, & obſeruent, quæ Virgines, viduæ, biguinæ, & mantellatæ ordinum Prædicatorum continenter, & honeſtè viuentes, ſecundum earum ordinationes, & ſtatuta, faciunt, & obſeruant. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conſtitutionis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dom. 1452. Nonas Octobris, Pont. noſtri, anno 6.

Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad
34 futurā rei memoriam. Ex clementi prouiſione Sedis Apoſtolicæ, necnon religioſarum perſonarū, & præſertim, ſub regulari obſeruantia, Altiſſimo famulantiū, ſtudio piæ vitæ, deuotionis, & meritis dignoſcitur prouenire, vt Romanus Pontifex quandoque prædeceſſorū ſuorum Romanorū Pontificū geſta eo roboret, & indulta confirmet. Sanè pro parte dilectorum filiorum, Prioris generalis, & fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, nobis nuper exhibita petitio, continebat, quod olim fæ. re. Martino Papæ Quinto prædeceſſori noſtro exposito, qualiter quondam Bonifacius, in ſua tunc obedientia IX. nuncupatus propagatione, & augmento ordinis dicti, quaſdam ſuas literas Apoſtolicas, nullas conceſſiones, & ordinationes, & ſtatuta, immunitates, & gratias continentes ſuper receptione quarundam mulierum, *a* ad hoc idonearum, quæ habitū regularem prædicti ordinis, ad inſtar mantellatarū, ſeu Pinzocherarum fratrum Minorum, & Prædicatorum ordinum, recipere vellent, & geſtare indulgeant, ac demum eidem prædeceſſori ſupplicato, vt præfata conceſſiones, & indulta, de ſpeciali gratia confirmare, auctoritate Apoſtolica dignaretur, præfatus prædeceſſor, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus, venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Briocenſi, tunc in Romana curia reſidenti, eius proprio nomine non expreſſo, per ſuas certi tenoris literas mandauit, vt ſe ſuper eiſdem expoſitis informaret, & ſi conceſſa, & indulta prouide facta fuiſſe reperiret, ea, auctoritate Apoſtolica confirmaret, prout in eiſdem prædeceſſoris literis, in quibus de verbo ad verbum, literæ præfati Bonifacij inſertæ ſunt, plenius continetur. Idemque Epiſcopus, ad huiuſmodi prædeceſſoris literarum executionem procedens, poſt habitam ſuper indulto huiuſmodi, plenariam informationem, & fidelem: conceſſiones, & indulta præfata, auctoritate Apoſtolica, confirmauit, prout in inſtrumento deſuper confecto, & ipſius Epiſcopi ſigillo munito, cuius tenorem haberi volumus præſentibus pro expreſſo, dicitur plenius contineri. Quare pro parte prioris, & fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt literas prædictas, & proceſſus deſuper confectos, ac contenta in eis, pro eorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, qui religionis, & ordinis huiuſmodi proſperum incrementum, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter procuramus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas, & proceſſus huiuſmodi, & omnia indè ſecuta, prout prouidè facta ſunt, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenorem verò prædeceſſoris, cum inſertione præfata, præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, & eſt talis.

a Vide in 3.10.99.10. q.7. per totam quæſt.

Martinus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Briocenſi, in Romana curia reſidenti, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dum fructus vberes, quos facit ordo dilectorum filiorum fratrum eremitarum S. Auguſtini, in agro Eccleſiæ militantis, in propagatione religionis, & fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter, & producit, atque in poſterum producturum, ſpe firma, ſperamus, diligenter attendimus, dignum cenſemus, & congruum, vt circà ea, quæ ipſius ordinis incrementum concernere poterunt, benignis fauoribus intendamus. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum, Prioris generalis eiuſdem ordinis, & fratrum prædictorum, petitio continebat, quod dudum quondā Bonifacius in ipſius obedientia IX. nuncupatus, præmiſſa, prouida cōſideratione recenſens, quaſdam literas Apoſtolicas, nōnulla ſtatuta, cōceſſiones, & ordinationes, & alias immunitates, & gratias continētes, eis cōceſſit, prout in ipſis literis, quarum tenorē de verbo ad verbū, præſentibus inſeri fecimus, plenius cōtinetur. Quare pro parte Priorū, & fratrū prædictorū, nobis fuit humiliter ſupplicatū, vt literas prædictas, & contenta in eis, pro ipſorū ſubſiſtentia firmiori, auctoritate Apoſtolica, confirmare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ac de præmiſſis certam notitiam non habentes, fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus de literis, & contentis in eis, huiuſmodi auctoritate noſtra, te diligenter informes, & ſi per eandem informationem, ea prouidè ſtatuta, & ordinata, ac conceſſa reperers, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, literas, & cōtera huiuſmodi, auctoritate præfata approbes, & confirmes. Tenor autem dictarum literarum talis eſt.

Bonifacius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In ſinu ſedis Apoſtolicæ, facer ordo fratrum eremitarum S. Auguſtini cōſiſtens, ſic ſplendet, per incremēta virtutum, quod dignè meretur præcipuis attolli fauoribus, ac ſpiritualibus gratijs confoueri, & nos equidem ordinē ipſum libenter proſequimur, prærogatiua fauoris, & augmenta ſuorum ſucceſſuum, in ijs præſertim, quæ diuini cultus augmentum, & ſacri ordinis propagationem reſpiciunt, paternis affectibus promouemus. Hinc eſt, quod nos, dilectorum filiorū, prioris generalis, & fratrum dicti ordinis, precibus annuentes, ac cupientes, vt ordo prædictus, eò proficiat incrementis, quò maioribus fuerit gratijs, à ſede Apoſtolica cōmunitus, auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore, ſtatuimus, concedimus, volumus, & ordinamus, quod de cętero, perpetuis futuris temporibus, tam generali, quam cuilibet officiali, prioribus dicti ordinis, ſecundū morem, & inſtituta eiuſdem ordinis, in quibuſcunque prouincijs conſtitutis, tàm præſentibus, quàm futuris, ſit licitum, ac permiſſum quaſcūque mulieres, ſi aliàs ſint idoneæ, & aliud canonicum non obſiſtat, habitum regularem prędicti ordinis, ad inſtar mantellatarū, ſeu Pinzocherarum ordinum fratrum Minorum, & Prædicatorum, habere, & geſtare, tàm virgines, & matronas, quā viduas, & mantellatas, ſeu Pinzocheras dicti ordinis eremitarum, recipere, & admittere, ac eorū ſingulis, habitum regularem, ac regulā eiuſdem ordinis eremitarum, ad inſtar huiuſmodi mātellatarum, ſeu Pinzocherarum, ordinum fratrum Minorum, & Prædicatorum pręfatorum, prout ſecundū Deū, ſaluti animarum earundē, ſalubrius viſum fuerit expedire, etiam exhibere: quæ ſic recipiendæ, auctoritate præfata, gaudeant, & gaudere poſſint, & debeāt, tam exemptionis priuilegio, quàm omnibus immunitatibus, libertatib. indulgentijs, ac alijs priuilegijs quibuſcunque, præfato ordini eremitarum, eiuſque fratribus, ac perſonis, per ſedem Apoſtolicam iàm conceſſis, & quæ in poſterum cōcedentur, quatenus huiuſmodi exēptionis priuilegium, immunitates, libertates, indulgentiæ, ac quæcūq; alia priuilegia, ipſis Prioribus, & fratribus ordinis eremitarū competunt, vel cōpete-

pete-

petere poſſunt, ſeu poterunt, & Priores, & fratres, ac loca ipſa eſſe capacia eorundem; volentes inſuper, & auctoritate prædicta decernentes, quod exẽptionis præfatæ priuilegium immunitates, libertates, & alia ſupradicta, etiam, ad iam per ipſos, & fratres ordinis Eremitarũ, receptas, & mantellatas, ſeu Pinzocheras huiuſmodi, plenariè ſe extendãt, ipſaque illis gaudere poſſint, & debeant, prout de recipiendis mantellatis, & Pinzocheratis huiuſmodi, ſæpius eſt expreſſum. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſtatutis, & conſuetudinibus, tàm veſtri, quã aliorum ordinum quorumcunque, & alijs non obſtantibus quibuſcunque. Nulli ergò omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, decreti, ſtatuti, voluntatis, & cõſtitutionis, &c. Si quis autem, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, 7. Idib. Nouemb. Pont. noſtri, anno 12. Dat. Romæ, apud Sanctos Apoſtolos, 4. Idibus Iulij, Pont. noſtri, anno 9. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, &c. Si quis autem, &c. Dat. Florentiæ, ann. Incar. Domi. 1444. Kal. Aug. Pont. noſtri, anno 4.

35 Innocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Priori generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Deuotionis veſtræ, precibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, nè de cauſis aliquibus, de cætero vobis à Sede Apoſtolica committendis, a cognoſcere teneamini, niſi literæ commiſſionis huiuſmodi, plenam de hac indulgentia, fecerint mentionem. Nulli ergo omnino, &c. Si quis autem, &c. Dat. Lugduni, 3. Idus Iulij, Pont. noſtri, anno 4.

a Vide in 2.10.qq.re. q.63. ar.3.

36 Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generali, ac cæteris prioribus, & fratrib. ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Deuotionis augmẽtũ, Deo propitio, vobis ſubuenire confidimus, ſi ſuper ijs, quæ piè cupitis, nos benignos, ad gratiam habeatis. Hinc eſt, quod nos humilitatis veſtræ precibus inclinati: auctoritate præſentium, vobis indulgemus, vt in locis, & oratorijs veſtris, quæ ex conceſſione Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, aut diœceſanorum locorum, pacifice obtinetis, cum altari b viatico poſſitis miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare: omni parochiali iure, parochialibus eccleſijs reſeruato. Et nè de iure huiuſmodi poſſit aliqua quæſtio ſuboriri, illud circa oblationes, decimas, & primitias intelligimus, quæ à laicis ſolent clericis exhiberi, quibus defraudari nolumus parochiales eccleſias, occaſione indulgentiæ ſupradictæ. Nulli ergo omnino, &c. Si quis autem, &c. Dat. Peruſij, 4. nonas Iunij, Pon. noſtri. anno primo.

b Vide in 1.10.qq.re. q.93.ar.4. & 1.

37 Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Priori generali, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicã benedictionẽ. Deuotionis veſtræ, qua Deũ, & nos, & Romanam Eccleſiam reueremini, ſinceritas promeretur, vt petitionibus veſtris, quãtum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos veſtris deuotis ſupplicationibus inclinati, vt vbicunque, in locis tamẽ ad hoc cõgruentibus, & honeſtis, extra loca, & oratoria, corã prælatis, & principibus, & magnatibus, cũ ſuper hoc, per eos, vel pro parte ipſorũ fueritis requiſiti, ſuper altari c portatili, miſſas, & alia diuina officia celebrare, abſque tamen iuris parochialium eccleſiarum præiudicio, valeatis, quibuſcunque conſtitutionibus, & ſtatutis ac conſuetudinibus veſtri ordinis, & alijs contrarijs nequaquã obſtantibus, vobis tenore præſentiũ, de ſpeciali gratia indulgemus. Nulli ergo omninò &c. Si quis autem, &c. Dat. Auinioni, 13. Kal. Martij, Pont. noſtri, anno 1.

c Vide in 1.10.qq.re. q.41.ar.4. & 1.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, in quorum diœceſibus, priores, & fratres ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, conſiſtunt. Salutẽ, & Apoſtolicã benedictionem. Cum prælatos eccleſiarũ, & plãtare ſacram Religionem, & plantatam deceat, modis omnibus confouere, auctoritate præſentiũ, diſtrictius inhibemus, vt aliquis veſtrũ, à dilectis filijs prioribus, & fratribus ordinis Beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, qui cõſiſtunt in veſtris diœceſibus, vel conſiſtent, obedientiam, d contra tenorem priuilegiorum, & indulgentiarum apoſtolicæ ſedis, exigere, vel recipere, non præſumant. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, 18. Kal. Febr. Pont. noſtri, anno 2. 38

d Vide in 2.10.qq.re. q.44.

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, in quorum ciuitatibus, & diœceſibus, fratres ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli, conſiſtunt. Salutem, & apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram peruenit, quod licet, dilecti filij fratres ordinis Beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, in omni patiẽtia, & humilitatis ſpiritu, ſe vobis deuotos, & placidos ſtudeant exhibere, mãdatis veſtris, in omnibus, quæ ſtatutis eiuſdem ordinis nõ obuiant, prompta deuotione parendo, nihilq; velint facere, per quod eccleſijs, in quarum morantur parochijs, aliquod præiudicium, vel diſpendium generetur. Nihilominus tamen, quidam veſtrum, fratres eoſdem nimium comprimentes, ipſos in oratorijs ſui ordinis, in eorum ciuitatibus, vel diœceſibus conſtitutis, diuina officia celebrare, pro ſuæ volũtatis arbitrio, non permittunt, alias graues exiſtentes, eiſdem plurimum, & infeſti, propter quod, duxerunt, ad Apoſtolicæ ſedis auxilium, recurrẽdum, Cum igitur indignum exiſtat, vt ijdem fratres, eos moleſtos ſentiant, qui ipſos ſuæ religionis obtentu tenentur in viſceribus gerere charitatis, nos circa religionis augmentũ, & animarum profectũ, vigiles inueniri volentes, fraternitati veſtræ, ad inſtar fe. re. Alexãdri, & Clementis IIII. Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, per Apoſtolica ſcripta firmiter præcipientes, mandamus: quatenus quandiu prædicti fratres, mandatis veſtris, iuxtà promiſſum modum deuotè obedire curauerint, ab ipſorum moleſtijs, & grauaminibus deſiſtentes, ac ſubditos veſtros, ab ipſorum inquietatione penitus cõpeſcentes, permittatis ipſos, maximè cum iam oratoria, & collegia habeant in ciuitatibus, & diœceſibus veſtris, prout decet viros religioſos, approbati ordinis diuina officia, in eiſdem e oratorijs liberè celebrare, ita vt fratres prædicti, propter hoc ad nos recurrere vlterius non cogantur. Dat. Romæ, apud S. Mariam Maiorem, 5. Kal. Maij, Pontificat. noſtri, anno 3. 39

e Diuina in eccleſia ſũt celebrãda. Vide in 10. 2.qq reg.q. 8.ar.10.

Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs. Prioribus prouincialibus fratrum ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Religionis veſtræ promeretur honeſtas, vt petitionibus veſtris, præſertim animarum 40

matum ſalutem concernentibus, fauorabiliter annuamus. Ex parte ſiquidem veſtra, fuit propoſitum corā nobis, quod plures fratres veſtri ordinis Theologica facultate inſtructi, deſiderāt Chriſti fidelib. proponere Verbum Dei. Nos igitur, veſtris ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium, vobis auctoritatem concedimus: vt illis, ex prædictis fratribus, quos ad hoc idoneos eſſe cognoueritis proponendum Chriſti fidelibus prædictis a Verbum Dei, de diœceſanorum tamen locorum aſſenſu, dare licentiam valeatis. Nulli ergo omninò, &c. Si quis autem, &c. Dat. Anagniæ, 10. Kalend. Auguſt. Pontifi. noſtri, anno 1.

a De Prædicatoribus. Vide in 10. 3. qq. reg. q. 32.

41 Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Priori, & fratribus ordinis Beatiſſimę Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Meritis veſtræ religionis inducimur, vt vos proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus eſſe dignoſcitur opportuna. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus annuentes, vt de vſuris, & rapinis, & aliàs male acquiſitis, ſi quibus harum reſtitutio fieri debeat, omninò inueniri, & ſciri, non poſſint, nec non de quibuſcunque legatis, indiſtinctè ad pios vſus relictis, dummodò executorum teſtamentorū, ad id accedat aſſenſus, ac redemptionis votorum, quę fuerint auctoritate dięceſanorum pontificum, commutata (Hieroſolymitano dumtaxat voto excepto) vſque ad ſummā centum marcharū argenti, recipere valeatis, auctoritate vobis præſentium, duximus concedendum, ſi pro ſimilium receptione aliàs non ſitis à ſede Apoſtolica huiuſmodi gratiam conſecuti. Itaque, ſi aliquid de ipſis centū marchis dimiſeritis, vel reſtitueritis, aut dederitis illis, à quibus eos receperitis, huiuſmodi dimiſſum, vel reſtitutum ſiue datum, nihil ad liberationem proſit eorum, nec quantum ad id habeantur aliquatenus abſoluti. Nulli ergo omnino, &c. Si quis autem, &c. Dat. Viterbij, 16. Kal. Oct. Pont noſtri, anno 1.

Vide in 3. 10 qq. re q. 36. ar. 4 & in 10. 1. qu. 39. ar. 8.

42 Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Priori generali fratrum ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exigentibus ſacræ tui ordinis religionis meritis, dignum ducimus, vt eis petitionibus, maximè, quæ ſalutem continent animarum, fauore beneuolo annuamus, tuis itaque precibus inclinati, vt eos, ex fratribus tuis, qui pro iniectione manuum, in ſeipſos, excōmunicationis laqueū, ante, vel poſt ſuſceptum habitum, incurrerunt: necnō, & illos, qui ſęculi vanitate relicta, cupientes veſtrę humilitatis collegio aggregari, ſe aſſeruerint excommunicatione ligatos, nè ipſorum ad Deum poſſit conuerſio impediri: per te, & alios abſoluere valeas, & eis, quibus ſuper hoc vices tuas commiſeris, concedimus auctoritate præſentium, facultatem, niſi adeò graues, & enormes fuerint exceſſus, qui meritò ſint ad ſedem Apoſtolicam deſtinādi. Ita tamen, quod ſi ipſi ordinē veſtrum exiuerint, vel dimiſerint, eo ipſo, prædictis ſententijs ſint aſtricti, & huiuſmodi diſpēſatio, nullius penitus ſit momenti, & ſi aliqui, ex eis, propter debitum, ſeu aliàs pro iure alterius, fuerint ſententijs prædictis ligati, ſuper his ſatisfaciant, vt tenētur. Nulli ergo omnino, &c. Si quis autem, &c. Dat. apud Montem Flaſconum, 5. Kal. Septembris, Pontificat. noſtri, anno 1.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. art. 21. cum ſeq.

43 Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Priori generali, & vniuerſis Prioribus, & fratribus ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ex Apoſtolici cura tenemur officij, circa religionis augmentum, attenti, & vigiles inueniri, ſuper ijs dignè veſtris votis annuimus, in quibus honorem veſtri ordinis, & animarum profectum, contineri ſentimus. Hinc eſt, quod nos veſtræ precibus deuotionis inducti: vt volentes veſtro aggregari collegio, & profeſſionem facientes in ordine veſtro, qui ſuſpēſionis, aut interdicti, vel excōicationis, ſententijs ſunt ligati, vos filijs priores, abſolutionis b beneficium, iuxtà formam Eccleſię, impartiri, & ipſos in fratres recipere valeatis, auctoritate pręſentium indulgemus. Ita tamen, quod ſi aliqui propter delictum ex eiſdem, vel quocunque modo, alterius iure, ſententijs huiuſmodi ſunt aſtricti, ſuper his ſatisfaciāt, vt tenentur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hāc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Laterani, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri, anno ſeptimo. Cæterum ſicut dilecti filij, Chriſtophori Martignoni Generalis Magiſtri dicti ordinis, relatione intelleximus, noſque etiam experientia didicimus, in minoribus conſtituti, circa literas, & priuilegia huiuſmodi, eorumque vim, & efficaciam, c nonnulla dubia ſunt exorta, attendentes, vberes fructus, quos dictus ordo, vt prædiximus, multa refulgens gloria meritorum, & gratia redolens ſanctitatis, in agro militantis eccleſiæ, in propagatione religionis, & fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter, & producit, ac in futurum producturum, ſpe firma, tenemus, ac illius ſtatum proſperum, & tranquillum, palmites ſuos, à mari, vſque ad mare, & etiam ad barbaras extendendo nationes, propter illius antiquitatem, in Monte Carmelo primariam fundationem, intenſis zelantes affectibus, ac cupientes, vt literæ, & priuilegia prædicta, ſublatis quibuſlibet dubitationibus, inuiolabiliter obſeruentur, prædictorum quoque, & aliorum diuerſorum Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, qui ordinem prędictū, varijs priuilegijs, non immeritò decorauerunt, inhærentes veſtigijs, Motu proprio, non ad eorum Chriſtophori generalis, aut dicti ordinis fratrum glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Mōte Carmeli, profeſſorum, vel alterius pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis, inſtātiā, ſed de noſtra mera voluntate, & deliberatione, & ex certa noſtra ſcientia, prędictas literas Nicolai Quarti, Bonifacij Octaui, Clementis Quarti, Innocentij Quarti, Ioannis XXII. Gregorij XI. Clementis Sixti, Eugenij III. Pij Secundi, Vrbani Quarti, Calixti Tertij, Nicolai Quinti, Benedicti XIII. Alexandri Quarti, Innocentij Sexti, Vrbani Sexti, Clementis Quinti, Pauli Secundi, & aliorum plurimorum Romanorum Pontificum, prædeceſſorum, literas etiam indulgentiarum, ac aliarum quarunlibet gratiarum ſpiritualium, & temporalium, dicto ordini Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, & illius domibus, aut fratribus, in genere, vel ſpecie, quomodolibet cōceſſas, quas, ac ſi de verbo ad verbū, vnà cum literis prædictorum inſertæ forent, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & innouamus, & de nouo concedimus, ac robur perpetuæ firmitatis, obtinere debere decernimus. Supplentes, ex certa ſcientia, & proprio motu, omnes defectus, ſi qui quoquo modo interuenerint in eiſdē, proque potiori cautela, omnia, & ſingula per Nicolaum Quartū, Bonifacium Octauum, Clementem Quartū, & Nicolaū Quintum, alioſque prædeceſſores prędictos, in eiſdem literis, pro in fauorem dicti ordinis Carmelitarum, & illius domorum, & perſonarum, & etiam oblatarum Commiſſarum, & mātellatarum, ac alia-

b Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. ar. 21.

c De confr. Priu. Vide in 10. 1. qq. reg. q. 8.

rum

rum vtriuſque ſexus, quorumlibet etiam cõfratrũ,
& ſororum, eccleſias, ac domos huiuſmodi viſitan-
tium, ac illis pias eleemoſynas erogantium, quomo
dolibet ordinata, ſtatuta, decreta, conceſſa, & indul
ta, vim, & vigorem, & efficaciam haberi, & fieri, ob
ſeruari debere, motu, ſcientia, & auctoritate, prędi-
ctis, de nouo ordinamus, & ſtatuimus, atque decer-
nimus, dictoque ordini, & illius domibus, & profeſ-
46 ſoribus concedimus, & indulgemus. Et quia, ſicut
accepimus, noſque ipſi in minoribus conſtituti, ex-
perientia didicimus, circà literas, & priuilegia hu-
iuſmodi, nonnulla dubia poſtmodum ſunt exorta,
habita ſuper illis conſideratione decenti, motu, au-
ctoritate, & ſcientia ſimilibus, primò literas Inno-
centij Quarti, Clementis Quarti, & Innocentij Sex
ti, & Alexandri Quarti, per quas dicti ordinis Bea-
tæ Dei genitricis Marię de Monte Carmeli, profeſ-
ſoribus conceditur: quæ ad ſolutionem collecta-
rum, ſeu exactionum quarumlibet, vel viceſimæ, co
gi à nemine valeant, & in prefatis Clemẽtis Quar-
ti, & Alexandri Quarti, Romanorum Pontificum
prefatorum, etiam predeceſſorum noſtrorum, lite-
a De exemptione decimarum, vide in 10.2, qq. reg. qu. 64. ris prædictis, in ea parte *a*, in qua conceduntur dictis
fratribus, de noualibus eorum, quæ proprijs mani-
bus, aut ſumptibus colunt, ac de hortis, virgultis, &
piſcationibus eorum, nullus ab eis decimas exigere
præſumat, ad quęcunque bona dictorum fratrum,
& quæcunque onera, quæ etiam ſub cenſuris alte-
rius collectæ, vel ſubſidij, etiam charitatiui, aut da-
rij, vel pedagij, vel gabellæ, ſeu alio quouis nomine
indicerentur, etiam per Apoſtolicæ ſedis legatos,
locorum ordinarios, vel clerum, aut populum, ſęcu
lares principes, & dominos temporales, & alios
quoſcunque exigerentur, quauis etiam Apoſtolica
auctoritate, necnon ad quaſcunque decimas, etiam
quas vulgus, papales appellat, & Apoſtolica ſedes,
pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut alijs imminen-
tibus ei perſæpe neceſſitatibus, indici extendimus,
ac decernimus dicti ordinis profeſſores, etiam ſi de
cimæ, & onera huiuſmodi, per quoſcunq; exẽptos,
etiam mendicantium ordinum profeſſores, ſolui
mandarentur, cum quibuſuis etiam derogatoriarũ
derogatorijs, ac fortioribus, & inſolitis clauſulis,
ad decimarum, & onerum huiuſmodi ſolutionem
non teneri, & in eorum ſolutione ceſſando, cenſu-
ras, & pœnas aliquando non incurrere, niſi præſen
tibus, non per generales, aut alias clauſulas, ſpecia-
lem mentionem importantes, ſed aliàs ſit derogatũ
ſpecificè, earum de verbo ad verbum inſerto teno-
47 re. Et vt virgines, & viduæ, & coniugatæ perſonæ,
b Vide in 3.10.qq.re. q.7.art.1. & 2. mantellatæ ſeu Pinzochetæ *b* dicti ordinis nuncu-
patæ prædictæ, tantò feruentius, iuxtà earum viuẽ-
di ritum, & morem, ſub cura, & ſecundum inſtitu-
ta dicti ordinis, ac ordinata per Bonifacium IX. in
ſua obedientia nuncupatum, & Martinum Quintũ,
ac Eugenium Quartum, prædeceſſores prędictos,
confirmata, quoad moniales virgines, & viduas, cõ
iugatas, & mantellatas, Pinzocheras ordinis Eremi
tarum Sancti Auguſtini, & per præfatum Nicolaũ
Quintum, etiam prædeceſſorem noſtrum, quoad
omnia, & ſingula, indulta, priuilegia, & indulgen-
tias ordinum Prædicatorum, & Eremitarum, ad vir
gines, viduas, & coniugatas perſonas, mantellatas,
Pinzocheras, ordinis Beatiſſimę Dei genitricis, ſem
perque Virginis Mariæ de Monte Carmeli exten-
ſa & ad quas Virgines mantellatas, Pinzocheras,
dicti ordinis Beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperq;
Virginis Mariæ de Monte Carmeli, ſingula priui-
legia, & indulgentias ordini Minorum conceſſa, &
indulta, motu, & ſcientia ſimilibus, quoad omnia
extendimus, & extenſa volumus, & mandamus, vt
eò attentius, diuinis ſtudeant vacare beneplacitis,
quantò maioribus priuilegijs, & fauoribus prædi-
ctæ ſedis cognouerint ſe fore refectas, motu, ſcien-
tia, & auctoritate prædictis, volumus, & eiſdem
perſonis, concedimus, quod omnibus, & ſingulis
priuilegijs, immunitatibus, fauoribus, & gratijs, &
indultis, in ſpiritualibus, & temporalibus, prædictis
ordinibus, videlicet Prædicatorum, Minorum, Ere
mitarum Sancti Auguſtini, & eorum fratribus, &
pro fratribus Beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperq;
Virginis Mariæ de Monte Carmeli, conceſſis, &
concedendis, & quibus illi, in genere quomodoli-
ber potiuntur, & gaudent, tam in vita, quàm in mor
tis articulo, etiam circa peccatorum remiſſionem,
& iniunctarum pœnitentiarum relaxationem, vti,
potiri, & gaudere, ac participes eſſe poſſint, & de-
beant: liceatque fratribus prædictis eiſdem Pinzo
cheris, & mantellatis perſonis, in earum etiam do- 48
mibus, quotiens opus fuerit, Confeſſionibus *c* dili- *c Vide in 10.3.qq.re. q.7.ar.2.*
genter auditis, de abſolutionis beneficio prouide-
re, & Euchariſtiæ, ac Extremæ vnctionis, Sacramẽ-
ta miniſtrare, & dum eos, vel eas decedere contige
rit, illorum cadauera, ad eorundem fratrum eccle-
ſias tumulanda deferre, etiam eccleſiarum paro-
chialium, perſonarum, eorum Rectorum, licentia
minimè requiſita, & contradictione quacunque non
obſtante. Et ne oblati, & oblatæ eiuſdem ordinis, 49
ſuorum iure deuotionis, ad ordinem ipſum fruſtrẽ- *Vide de oblatis in tomo 3.qq.regu q.20.arti.3. & in to.1.q.12. ar.16.*
tur effectu, omnia, & ſingula circà fratres, & ſoro-
res mantellatas, ſeu Pinzocheras nuncupatas per-
ſonas prædictas, in præſentibus literis ſtatuta, con-
ceſſa, & ordinata, aut illis, fratribuſque prædictis, in
eorum commodum, & fauorem indulta, ad eaſdẽ
dicti ordinis, nunc, & pro tempore oblatas, & com
miſſas, vtriuſque ſexus perſonas, eiſdem, ſcientia,
motu, & authoritate, extendimus, & ampliamus, ac
in eis, locum habere debere, perinde, ac ſi pro eiſ-
dem oblatis, & commiſſis perſonis, & circa illas e-
manaſſent, decernimus, volumus, & ordinamus, &
quia ex conceſſione continetur dictorum Innocen
tij, & Alexandri Quarti, & Gregorij Secundi præ-
deceſſorum, quod liceat eis, cum interdictum ge-
nerale terræ fuerit, dummodò cauſam non dede- 50
rint interdicto, *d* clauſis ianuis, excommunicatis, & *d Vide in ta.3.qq.re. q.73.ar.1.*
interdictis excluſis, ſubmiſſa voce, miſſas, & alia of-
ficia diuina celebrare, eorundem fratrum deuo-
tioni non plenè conſulitur, conceſſionem eandem
extendendo, eiſdem fratribus, vt liceat eis habere
altare portatile, cum debitis, reuerentia, & hono-
re, ſuper quo, in locis, ad hoc conuenientibus, &
honeſtis, præterquam in Eccleſijs, ab ordinarij obe
dientia non exemptis, quoties id eis contigerit in-
terdici, poſſint miſſas, & alia diuina officia, in quo-
runcunque præſentia celebrare, & interdicti tem-
pore, ad diuina huiuſmodi, cum eis mantellatas, &
pinzocheras, ac oblatas, commiſſaſque perſonas, &
ipſorum fratrũ, ac monaſteriorum monialium or-
dinis prædicti, procuratores, aduocatos prædictos,
& negotia gerentes, vtriuſque ſexus admittere, præ
fatis, ſcientia, motu, & authoritate, indulgemus. Ijs
verò, qui veſtris immorantur obſequijs, cuncta li- 51
berè miniſtrare poſſitis, eccleſiaſtica ſacramenta,
& ipſos, cum decedunt, in veſtris cœmeterijs ſepe-
lire. Si quando autem in terris, in quibus reſidetis,
vel in earum perſonas excommunicationis, ſeu in-
terdicti ſententias, contigerit promulgari, *e* pueri *e Vide in 2.10.qq.re. q.115.ar. 1. & in to. 1,qq.re.q. 56 art.14.*
veſtris ſeruitijs deputati, negotiorumque veſtrorũ
procuratores, & operarij, qui in veſtris locis eorũ
operibus perſonaliter continuò inſiſterent, huiuſ-
modi ſententiæ obnoxij minimè habeantur, ibique
poſſint, quemadmodum fratres, diuina audire, iux-
tà formam, quæ locis ipſis & eorum vtriuſq; ſexus 52
perſonis, in eo caſu, à ſede Apoſtolica, eſt conceſſa,
niſi eidem interdicto, cauſam dederint, vel excom-
municari ſpecialiter, vel interdici contingat eoſdẽ,

Et

53 Et quia vos, voluntariam patientes paupertatem, exhortationis piæ ſtudio, bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam, laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excommunicatorũ *a*
terris, liberè commorari, & ab eis, tunc, & etiã, quãdo per ipſos vos tranſire contigerit, neceſſaria vitę depoſcere, ac recipere valeatis. Generalis quoquè,
54 in toto ordine liberè, & ſinguli prouinciales, in eorum, & de ſuis prouincijs, prædictis fratribus conſtitutis ibidem, necnon, & fratribus alijs eiuſdem ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecunque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquàm intrauerint ordinem, ſiue poſt, in caſibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis, incurrant ſentẽtias, à iure, vel à iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto, diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordines, ſic ligati notam irregularem incurrant, abſolutionis, & diſpenſationis *b* beneficium valeant impartiri, niſi in caſibus, in præſentibus literis, quas vulgus maremagnum appellat, exceptis. Fratres quoquè veſtri, quos, pro tempore, vos, generalis, & prouinciales, necnon, & vices veſtras gerentes, in proprios habueritis confeſſores, *c* abſolutionis, & diſpenſationis beneficium,
55 vobis cum expedierit, valeant impartiri, iuxtà formam conceſſionis, ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrum eiuſdem ordinis, in præſentibus literis vobis facta. *d* Ad hæc volentes veſtræ aggregari ſacræ religioni, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis, ſententijs, à iure, vel à iudice
56 promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, obſeruata forma canonica, impartiri, ipſoſque in fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptum habitum, & profeſſionem emiſſam, recoluerint ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundum formam ipſam, vos generalis magiſter, & prouinciales, priores, ac vices veſtras gerẽtes valeatis abſoluere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententijs, vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præſumpſerint officia celebrare, vel ordines receperint, ita tamen, quod ſi aliquis ex eiſdem ſententijs, propter debitum ſunt aſtricti, ſatisfaciunt, vt tenentur. Volumus autem nihilominus, quod poſtquàm fuerint abſoluti, huiuſmodi volentes aggregari prædictæ religioni, niſi mox ordinem veſtrum intrauerint, quaconq; etiã prælatorum eiuſdem ordinis, licentia non obſtante, eo ipſo, in priſtinas ſententias, à quibus eos taliter abſolui contigerit, relabantur. Cæterum veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ ſedis, legatorum ipſius, & ordinariorum locorum, in abſolutionibus huiuſmodi, ſcandalum euitetur. Prætereà
57 Ioannis XXII. & Eugenij Quarti, & Calixti Tertij, prædeceſſorum, veſtigijs inhærentes, conſtitutionẽ Viennen. Concilij, per quam nonnullis mendicantium ordinum profeſſoribus, conceditur, vt in eorum Eccleſijs, vel cœmeterijs, liberam poſſint habere ſepulturam ſalua iuſtitia eccleſiarum parochialium, à quibus corpora mortuorum aſſumuntur, ad eoſdem fratres Beatiſſimæ Dei genitricis Marię, de monte Carmeli, per Ioannem XXII. extenſam, & quam per præſentes, motu, ſcientia, & voluntate ſimilibus extendimus, & per præſentes, in perpetuũ vobis ſepulturam in Eccleſijs, & cœmeterijs veſtris concedimus, & eam liberam eſſe cenſemus, vt eorũ deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi excommunicati, aut interdicti, aut etiam publicè vſurarij fuerint, nullus obſiſtat. Vt igitur litibus, quæ exindè oriuntur, aut quomodolibet in futurum oriri poterunt, motu, ſcientia, & authoritate prædictis, obuiemus, declaramus, libertatem huiuſmodi intelligi debere, etiam, quoad hoc, vt fratres ipſi, nullius ſuper hoc petita licentia, parochias, in quibus corpora prædicta forent, cum Cruce proceſſionaliter ingredi, & corpora ipſa leuare, & ad eorum Eccleſias, ſepelienda, deferre poſſint, vbi hoc fieri conſuetũ foret, vel presbyteri de leuatione requiſiti, id facere recuſarent, nec cogantur inuiti, etiam prætextu cuiuſuis cõſuetudinis, ipſi, vel defunctorum conſanguinei, illa ad parochiales Eccleſias, aut alia loca deferre, & cum illis, vel ſine, inibi celebrare, vel celebrari facere, pro eiſdem defunctis, aliqua diuina officia, antè, vel poſt ſepulturam eorundem. Iuſtitiam autem eccleſiarum, à quibus corpora ipſa ſumuntur, iuxtà eorũ 58
dem prædeceſſorum noſtrorum voluntatem, ſaluã eſſe debere decernimus, eo caſu, quo dũtaxat, apud loca ipſorum fratrum, corpora ipſa ſepeliuntur, ſi verò non apud eos, ſed alios, etiam mendicantium ordinum profeſſores, corpora ipſa contingeret ſepeliri, ex ijs, quæ ad fratres prędictos, apud quos, tunc corpora ipſa non ſepelirentur, de bonis defunctorum, quomodolibet eis obuenirent, quouis particulari, vel vniuerſali titulo, directè, vel per obliquum, nullam canonicam, vel parochialem portionem, dare teneantur, nec ſimiliter aliqua portio debeatur, de ijs, quæ ad certos, & determinatos vſus, eiſdem fratribus, vel eorum domibus, in genere, vel in ſpecie dantur, etiã de bonis eorum, quorũ cadauera apud eos contigerit ſepeliri, nec etiam in caſibus, in quibus in eorundẽ Clementis Quarti, Benedicti Vndecimi, & Nicolai Quinti, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum, ſpeciali priuilegio, fratres ipſi, ab huiuſmodi ſolutione quartę, ſunt exempti, nec aliquo caſu, de candelis, quæ dantur ad manus fratribus, quarta aliqua quomodolibet detrahatur. In reliquis verò caſibus, quàm in pręmiſſis, in quibus quarta ipſa ſoluenda veniret, conuentiones, ſi quæ ſunt, inter fratres prędictos, & locorum ordinarios, & Eccleſiarum rectores initæ, laudabiles, & honeſtæ, in poſterum obſeruentur. Et ſi fortè 59
per nos, aut ſedem Apoſtolicam, de piè legatis, relictis, & diſpoſitis, in genere, vel in ſpecie, decima, vel alia portio, ſeu quarta, *e* alteri piæ, vel non pię cauſę, ex quauis cauſa, hactenus conceſſa foret, aut in poſterum concedi, & ſolui, aut dari, vel mandari cõtingeret; fratres prædictos, & illorum domos, ac eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorẽ diſpoſita, in conceſſione, & mandatis huiuſmodi, decernimus, & volumus non includi, niſi de ipſis fratribus, & præſenti decreto, & voluntate noſtra, non per generales clauſulas, quæ etiam ſpecialem mentionem importare viderentur, ſed vera, & ſpecifica mentio fiat in eiſdem. Exemptionem quoquè ordi- 60
nis, domorum fratrum, & bonorum prædictorum, per Innocentij IIII. Alexandri IIII. Innocentij VI. Gregorij XI. Ioannis XXII. & Clementis VI. prædeceſſorum eorundem, literas prædictas cõceſſam, & illius approbationem, & extenſionem, in Clemẽtis Sexti præfati, literis prædictis contentam, vtpotè notorias *f* allegatione, & approbatione non indigere, ac quaſlibet excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, & quoſcunque proceſſus, quaſuis pœnas, & ſententias, generales, vel ſpeciales continentes, quos, & quas promulgari, vel haberi, & omnia quæ contrà fratres, domos, loca, ac perſonas oblatas, & mantellatas dicti ordinis, in illius exemptione huiuſmodi, quomodolibet comprehenſa, etiam ratione cuiuſcunque contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua ageretur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat, ferri, vel haberi contigerit, etiam exemptione huiuſmodi, aliter non allegata, vtpotè notoria nullius roboris, vel momenti, & pro infectis haberi

a Vide in to. 2. qq. re. q. 61.

b De poteſtate prælatorum regularium, ad abſoluendum, & diſpenſandũ.

c Vide in 2. to. qq. re. q. 20. Vide in d. q. 20. ar. 28.

d De poteſtate ad diſpenſandũ, & abſoluẽdos nouitios, vide in d. q. 20. ar. 41.

De libertate ſepulturæ, vide in to. 3. qq. re. q. 68. ar. 3.

Vide in 3. to. qq. re. q. 58. ar. 3.

e Vide in to. 1. qq. re. q. 29. a.

f Sunt mẽdicãtes notoriè exempti, Vide in to. 1. qq. re. q. 13.

haberi

beri debere,pari motu, ſcientia, & authoritate de-
61 cernimus. Literis verò fœ.re. Vrbani IIII. præde-
ceſſoris præfati, per quas conceditur indultũ, quo
cauetur, quod fratres prædicti ſuorum confratrũ,
& familiarium, & aliorum Chriſti fidelium,cauſa
deuotionis ad eos recurrentium, de licentia ſuorũ
prælatorum,confeſſiones audire,& eis pro commiſ
ſis pœnitentias iniungere valeant, niſi fortè talia
commiſerint,propter quæ meritò ſedes Apoſtolica
eſſet conſulenda,declaramus *a* licentia ſuorũ prę-
latorum,illam intelligi debere,quam ordinarij prę
ſentatis,ad confeſſiones audiendas, iuxtà eiuſdem
Concilij Viennenſis conſtitutionem, dare ſunt a-
ſtricti. Rurſuſque præfatus Eugenius prædeceſſor,
conceſſit generali, vel ab eo deputatis, vt habeat
62 circa omnes ſui ordinis fratres, in confeſſionibus
eorum audiendis, & pœnitentijs iniungendis,aliſ-
que duntaxat,ſalutem animarum concernentibus,
exequendis,eandem poteſtatẽ, & facultatem, qua-
lem in præmiſſis minores pœnitentiarij Papæ, in
Romana Curia præſentes,ex officio exercebant,&
habebant,& in huiuſmodi conceſſione eis conceda
tur,ſuos dicti ordinis fratres, ab omnibus abſolue-
re *b* exceſſibus,cenſuris, & pœnis,niſi talia forent,
propter quæ meritò eſſent ad ſedem Apoſtolicam
deſtinandi,& propterea,quæ ſint illa, propter quæ
fratres ipſi ſint ad ſedem Apoſtolicam deſtinandi,
ſæpè reuocetur in dubium,vt abſoluentium,& ab-
ſoluendorum,diſpenſantium, & diſpenſandorum,
pro tempore,puritati conſcientiæ conſulamus, de-
claramus hæreticos, relapſos, ſchiſmaticos, & qui
literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles
prohibita detuliſſent, duntaxat, ad ſedem Apoſto-
licam meritò deſtinandos. Reliquis verò omni-
bus, etiam ſimoniæ prauitate qualitercunque irre-
titis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur, abſo-
lutionis beneficium, vel diſpenſationis gratiã, iux-
ta caſuum exigentium impartiri,& quod in prædi-
cta Eugenij prædeceſſoris noſtri conſtitutione, de
fratribus fit mentio,ad omnes vtriuſque ſexus dicti
ordinis profeſſores, nos de dono ſpecialis gratię,ẽt
63 proprio motu extendimus. Et nihilominus, vt dicti
ordinis profeſſoribus, omnis vagandi tollatur oc-
caſio,& ad ſedem Apoſtolicam recurrendi ſubtra-
hatur pro poſſe neceſſitas, generali dicti ordinis,
pro tempore exiſtenti, diſpenſandi cum dicti ordi-
nis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte
Carmeli, profeſſoribus, defectum *c* natalium, ex
adulterio,ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefa-
rio,& illicito coitu prouenientē, patientibus, nec-
non,cum ijs qui ex quauis cauſa, præter homicidij
voluntarij,bigamiæ, & mutilationis membrorum,
irregulares forent, poſtquam ordinem ipſum pro-
feſſi fuerunt,vt defectu,& irregularitate huiuſmo-
di non obſtante,irregulares ipſi, ad quoſcunque,
etiam ſacros ordines promoueri,& in illis etiam in
altaris miniſterio miniſtrare, & tàm ipſi irregula-
res,quàm defectum natalium patientes prędicti,ad
quæconque adminiſtrationes, & officia dicti ordi-
nis,eligi,recipi, & aſſumi, illaq́ue gerere,exercere
64 liberè,& licitè valeant,motu, ſcientia,& authorita
te prædictis,concedimus per præſentes. Et quoniã
parochialium Eccleſiarum rectores præfati,ergà il
los, qui dictis fratribus Glorioſiſſimæ Dei Genitri-
cis Mariæ de Monte Carmeli,eorum peccata con-
fitentur, perſæpè ſe reddunt in exhibitione Eucha-
riſtiæ, *d* & extremæ vnctionis difficiles, cõcedimus
ipſis fratribus glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ
de Monte Carmeli, vt eiſdem perſonis eis confeſ-
ſis,quibus rectores præfati, ſine rationabili cã de-
65 negauerint, ſeu malitioſè diſtulerint Euchariſtiæ,
ſeu Extremæ vnctionis ſacramenta miniſtrare, ſu-
per quo,eorundem confeſſorum aſſertioni ſtari de

a De poteſtate ad cõfitendũ fideles. Vide in 10.2.qq.70.q.59.

b Vide in 2.10.qq.70.q.20.

c Vide in 10.2.qq.70.q.13.

d Vide in 10.2.qq.70.q.56.

beat,illa petentibus,poſſint impunè exhibere,& cũ
aliquãdò contingat monaſteria monialium dicti or
dinis,monialibus deſtitui,adeò vt de eorum refor-
matione,ſpes nulla ſuperſit,conuenientiuſq; ſit, qđ
illorum ſic deſtitutorum *e* bona, ad ipſos fratres de
ueniant, quorum erant curæ commiſſa, quàm ad
alios,illaque ſic deſtituta exiſtant, & deſtitui conti-
gerit in futurum, cum eorum bonis omnibus, per-
petuis vſibus fratrum domus dicti ordinis, eiſdem
deſtitutis monaſterijs propinquiorib. applicamus;
ita vt fratres ipſi poſſint de illis,& de eorundẽ mo-
naſteriorum ſtructuris, & ædificijs, pro eorum vo-
luntate diſponere,prouiſo,quod,illorum Eccleſiæ,
& oratoria, ad profanos vſus non redigantur, ſed
in illis quandoque diuina celebrentur officia. In- 66
ſuper cum nonnulli ad ordinem prædictum glorio
ſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ
de Monte Carmeli, ſpecialem gerentes deuotionis
affectum, ordinent eorum cadauera,cum habitu *ff*
fratrum dicti ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis
Mariæ,de Monte Carmeli, aut ſororum mantella-
tarum prædictarum, ſepeliri, nec ex illorum cor-
porum delatione ad alia loca, ordini, & fratribus
prædictis,iniuria irrogetur,decernimus,tales apud
fratres ipſos eſſe ſepeliendos, etiam, ſi alibi ſuam
elegiſſent ſepulturam, nec poſſe etiam in loco per
eos electo,cum habitu prædicto quomodolibet ſe
peliri,aut ad ſepeliendum portari, abſque fratrum
dictæ domus,vel loci, in quo tales deceſſerint, ex-
preſſa licentia, & aſſenſu, contradictores verò ex-
communicamus. Cæterum, nè ſi ratione parochia- 67
lium Eccleſiarum, apud quas domus fratrum eorũ
dem constructæ fuerint, aut conſtruentur in poſte-
rum,locorum ordinarij, in eoſdem fratres aliquã
ſuperioritatem vendicare tentarent, fratrum eorũ
quies in aliquo perturbaretur,concedimus ipſis fra
tribus,vt in ſic conceſſis,& quas eis concedi conti-
gerit,curatis Eccleſijs, poſſint per capellanum per
eos,pro eorum nutu ponendum, & amouendum,
curam huiuſmodi exercere,qui quandiu capellana
tus huiuſmodi fungetur officio, ac ſi dicti ordinis
glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Car
meli,profeſſor exiſteret, dictorum fratrum glorio-
ſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, de Monte Carmeli,
libertate,& exemptione fruatur,Eccleſiæ verò pre 68
dictæ,& illarum bona,qua domus fratrum dicti or-
dinis,prærogatiua lætentur. Illa prætereà particula
literarum prædictarum, Alexandri IIII. prædeceſ-
ſoris præfati,in qua fratribus prædictis,eligendi ge
neralem priorem, dicti ordinis facultatem conce-
dit,motu,ſcientia,& authoritate prædictis, adijci-
mus,quod idem generalis prior ſic electus, poſtquã
electioni ſibi præſentato decreto conſenſerit, intel
ligatur,authoritate Apoſtolica, confirmatus, *g* eo
ipſo,& liberè adminiſtret. & exerceat,quod ad ſui
prioratus generalis pertinet officium, reiecta qua-
uis,profeſſorum dicti ordinis, & aliorum,ſibi ratio
ne dicti officij ſubditorum,appellatione,quę ab eis
præceptis,monitionibus, ordinationibus, manda-
tis,& decretis,regulari diſciplina eorundem, quo-
modolibet interponi cõtinget. Priores verò prouin
ciales,& locales,& alij officiales, qui ſecundũ eiuſ-
dem ordinis ſtatuta, aliter quàm per electionem, à
præfati ordinis magiſtro generali inſtituuntur, poſt
ipſam inſtitutionem, ſeu prouiſionem de ipſis fa-
ctam, curam animarum fratrum, ſibi ſubditorum
habeant, ipſoſque ligare, & ſoluere poſſint, iuxtà
ipſius ordinis ſtatuta. Rurſuſq; intelleximus, quod 69
bonæ memoriæ, Ioannes Papa Vigeſimus ſecũdus,
prædeceſſor noſter, illorum opinionem,qui aſſere-
bant,quod confeſſi fratribus prædicti ordinis Bea-
tiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli,
& aliorum ordinum Mendicantium, ad audiendã
confeſſio-

e Vide in 1.10.qq.70.q.39.ar.6.& in 1.10.qq.70.q.1.ar.4.

ff Vide in 10.2.qq.70.q.76.ar.8.

g Vide in 2.10.qq.70.q.12.ar.8.

Digitized by Google

confeſſiones,iuxrà iuris diſpoſitionem depuıatorũ pro tempore,tenebantur eadem peccata rectori eorum parochialis Eccleſiæ iterum confiteri,reprobauerit.

Vide in 10. 1.qq.10.q. 61.

Et deindè præfatus Eugenius reprobationem huiuſmodi approbando,contrà talia aſſerentes,tanquàm de hæreſi ſuſpectos,per locorum ordinarios, inquiri,& procedi mandauerit, ac ſucceſſiuè Nicolaus Quintus prædeceſſor prædictus, geſta in præmiſſis ab eiſdem Ioanne, & Eugenio prædeceſſoribus,robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decreuit.Nihilominus adhuc nonnulli eorũ inhærentes protervıæ,opinionẽ prędictã,deſuper falſos,dãnatos,ac malè ſonãtes,ac reprobatos articulos, veros eſſe affirmare nõ verentur ; vt talium præſumptuoſa temeritas,tantominus inualeſcat, quãto plurium erit ſuperiorũ correctioni ſubiecta,cõceſſam, contrà tales,per eiuſdem Eugenij prædeceſſoris,literas,locorũ ordinarijs facultatẽ ad inquiſitores hęreticæ prauitatis, & ad protectores dicti ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmeli,& aliorum Mendicantiũ,videlicet Prædicatorum,Minorũ,& Eremitarum S. Auguſtini qui ſunt, & qui pro tempore erunt, & auditorum Cameræ Apoſtolicæ, & ad quamlibet prædictorũ,de per ſe extendimus,& volumus,quod prædictorũ quatuor ordinũ mendicantium protectores,necnon auditor Cameræ Apoſtolicæ, & inquiſitores ipſi, quicunq; fuerint,eadem, qua ordinarij contra tales,authoritate fungãtur.

70 Quod ſi per quoſcunque proceſſus, lites,controuerſias, quõlibet inter ipſos fratres prænominatos,& Eccleſiarũ rectores, & ordinarios,emergentes, ordinarij ipſi, ſeu quicunque alij in inbibitionẽ eleemoſynarum per Chriſti fideles fratribus ipſis faciendarũ, quocumque modo fuerint prolapſi,volumus,& præſentis patrocinio decernimus,quod omnes, & ſinguli tales inhibentes, ipſo facto. excommunicationis incurrant ſententiã, ac contra tales,ipſi Carmelitarum,Prædicatorum,Minorum,& Eremitarum S.Auguſtini,protectores,& auditor Cameræ Apoſtolicæ,qui ſunt,& qui pro tẽpore erũt, & inquiſitores hæreticæ prauitatis, ad Prædicatorũ fratrũ requiſitionẽ,poſſint,& debeant quilibet eorundẽ per ſe,ſicut contra hæreticos procedere.

Vide in 2. 80.qq.10.q. 57.ar.7.& 8.

71 Et nè prætextu cõſtitutionis Innocẽtij Quarti,prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, volentes,locorum Diœceſani,& alij ordinarij,ac alij quicunq; legati,aut quauis authoritate vtentes,in perſonas,aut loca,& alia quæuis bona dictorum fratrum,quouis iuſto titulo,ad eos pertinentia,cõtra Ioannis vigeſimi ſecundi,& Clementis Sexti,prædeceſſorum noſtrorũ,ordinationem,ſibi quãcunque iuriſdictionẽ vel ſuperioritatẽ vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus,nè quis abſque ſedis Apoſtolicæ ſpeciali commiſſione, & authoritate, de huiuſmodi, & aliorum prędeceſſorum noſtrorum,non in genere, ſed de verbo ad verbum,ſpecialem faciente mẽtionem,in perſonas,domos, loca, aut alia dictorũ fratrum Beatiſſimæ Dei Genitricis,ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, bona, vtpotè protſus exẽpta,aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis,& interdicti ſententias,ſpecialiter, vel generaliter,quõlibet promulgare, aut in perſonas, domos, aut loca huiuſmodi, aliquam præeminentiam, aut ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere præſumant,etiam ratione contractus,vel delicti,ſeu rei,de qua ageretur, vbicunque ineatur contractus,committatur delictum, vel res ipſa conſiſtat.

Vide in 2. 10.qq.10.q. 69.ar.5.

Decernimus quoque,ex nunc,quaſlibet,excõmunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti ſententias, & quoſcunque proceſſus,quaſuis pœnas,& ſententias,generales,vel ſpeciales, continentes,quos, & quas promulgari, vel haberi, & omnia quæ contra fratres,domos,& loca dicti ordinis,quomodolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, vtpotè notoria,non aliter allegata,nullius roboris,vel momenti eſſe, & pro infectis prorſus haberi debere.

72 Inſuper Innocentij Sexti, & Clementis IIII. ac Clementis VI. prædeceſſorum noſtrorum, indulta de decimis, *a* non ſoluendis, de hortis, virgultis,nouàlibus,ad eorum vſum pertinentibus, & quæ proprijs manibus, & ſumptibus colunt, ſpeciali priuilegio, vt eorum vtamur verbis, & propter dilectũ in Domino filium,veſtris ipſis poſtulationibus clementer annuimus,& domos veſtras,in quibus diuino eſtis mancipati obſequio, ſub Beati Petri,& noſtra protectione ſuſcepimus,& præſentis ſcripti priuilegio, communimus, & quæ denominatis rebus præfati prædeceſſoris priuilegia conceſſerunt, ad ſingula bona dictorum fratrum extendimus,videlicet, quoſcunque hortos, & ſiluas, ac quæcunque alia bona prædictæ domus. & ordinis,quæ in præſentiarum,iuſtè, ac canonicè poſſident, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione regũ, vel principum oblatione, aut fidelium donatione,ſiue hæreditaria ſucceſſione, quàm in ſæculo exiſtẽtes, tàm de iure,quàm de conſuetudine,ad ſuccedendũ fuiſſent habiles, ſeu alijs quibuſcunque iuſtis modis,præſtante Domino, poterimus adipiſci,firma vobis,veſtriſque ſucceſſoribus,& illibata permaneãt, in quibus, hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, loca ipſa, in quibus præſatæ domus ſitæ ſunt, cum pertinentijs ſuis, videlicet, cum Eccleſijs,hortis, pratis, nemoribus, vſuagijs,paſcuis, in boſcho,& plano,in aquis, & molendis,in vijs,& ſemitis,ac omnibus alijs libertatibus,ac immunitatibus ſuis.

a Vide in 2.10.qq.10. q.44.ar.4.

Sanè noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de hortis,virgultis,vineis,& piſcationibus veſtris, nullus à vobis decimas exigere,vel extorquere præſumat.

73 Liceat quoquè vobis,clericos,& laicos, liberos,& abſolutos à ſęculo fugientes, ad conuerſionem recipere, *b* & eos,abſque contradictione aliqua,retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in domibus veſtris profeſſionem, fas ſit,ſine prçlati ſui licentia,de eiſdem locis diſcedere, *c* diſcedentem verò, abſque communium literatum cautione, nullus audeat retinere, quod ſi quis forſan retinere præſumpſerit,licitum ſit vobis, in ipſos fratres, & eos qui dictos fratres retinent, clericos,vel laicos, regularem ſententiam promulgare.

b Vide in 3.10.qq.10. q.9.art.1. & 2.

74

c De apoſtatis,& fugitiuis. Vide in 1.10.qq. 10.q.30.

75 Inſuper authoritate Apoſtolica prohibemus, vt nullus Epiſcopus, vel quælibet alia perſona, ad Synodos,vel conuentus Forenſes,vos ire,vel in iudicio ſęculari de propria ſubſtantia,vel poſſeſſionibus veſtris, ſubiacere compellat, *d* nec ad domos veſtras,cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conuentus publicos conuocandi,venire præſumat, nec regularem magiſtri veſtri Generalis,electionem impediat, aut de inſtituendo, vel remouendo eos,qui pro tempore fuerint,cõtra ſtatuta ordinis veſtri, ſe aliquatenus intromittat, & Nicolai Quarti,& Alexandri Quarti,inhęrentes veſtigijs,& in adijcientes, vt priores ipſi, Epiſcopo, ſaluo ordine ſuo,obedire debeant,& contra ſtatuta ſui ordinis, authoritate ſedis Apoſtolicæ confirmata,nullam obedientiam *e* facere compellantur.

d Vide in 3.10.qq.10. q.63.ar.3.

e Vide in 10.2.qq.10. q.64.

Pro conſecrationibus verò altarium, ſeu Eccleſiarum,pro oleo ſancto, & quolibet Eccleſiaſtico ſacramento,nullus à vobis,ſub obtentu cuiuſuis conſuetudinis,vel alio modo,quicquam audeat extorquere,ſed hæc omnia vobis gratis, Epiſcopi Diœceſani,vt tenentur,liberè,& gratiosè impendãt,alioquin liceat vobis quoſcunque malueritis Catholicos adire antiſtites, gratiam, & communionem Apoſtolicæ ſedis habentes,qui Apoſtolica fratri authoritate vobis, quod poſtulatis impendant.

76 Quod ſi ſe-

ſi ſedes Diœceſanorũ Epiſcoporũ fortè vacaueris,
interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta à vicinis
77 Epiſcopis, liberè, & abſque contradictione ſuſcipe-
re poſſitis, ſic tamen, vt ex hoc in poſterũ proprijs
Epiſcopis nullum præiudicium generetur. Quia ve
rò interdum proprium Epiſcoporum copiam non
habetis, ſi quos Epiſcopos Romanæ ſedis, vt dixi-
mus, communionem, & gratiam habẽtes, & de qui
bus plenam notitiã habeatis, per vos tranſire con-
a Vide in tigerit, ab eis benedictionem *a* vaſorum, & veſtiũ,
s 10. qq. re. & conſecrationem altarium, authoritate ſedis Apo
q. 19. ſtolicæ, recipere valeatis. Chriſma verò, oleum ſan
ctum, conſecrationem altarium, ſeu baſilicarũ, or-
dinationes clericorum, qui ad ordines fuerint pro-
mouendi, à Diœceſanis ſuſcipietis Epiſcopis, ſi qui-
dem Catholicæ, & ritè gratiam, & communionem
ſacro ſanctæ Romanæ ſedis habuerint, & ea vobis
voluerint, ſine prauitate aliqua exhibere, indulgen
tes. Prætereaque veſtri ordinis fratres, de locis ad
loca ipſius ordinis, ſæpius tranſmittuntur, propter
78 quod, ſtabilem, & perpetuam in certis, & determi-
natis eiuſdem ordinis domibus, non faciunt man-
ſionem. Præterea, quia etiam bonos, & idoneos, ac
approbatos à vobis fratres, faciris, ad ordines pro-
moueri, prætereaque de ordinationibus ſuſcipien-
dis, Ioannes vigeſimus ſecundus, prædeceſſor præ-
fatus, fratribus præfati ordinis Beatiſſimæ Dei ge-
nitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Car-
meli, præſentatis ordinarijs indulſit, declarãdo vo-
lumus, quod liceat vobis ordinandos fratres eiuſ-
dem veſtri ordinis, quibuſcunque malueritis Ca-
tholicis Pontificibus, communionem, & gratiam
Apoſtolicæ ſedis habentibus, præſentare, ipſiſque
Pontificibus, præſentatos à vobis fratres, ſine qua-
b Vide in libet *b* examinatione, per eoſdem Pontifices facien
3. 10. qq. re. da, & abſque omni promiſſione, & obligatione ip-
q. 24. ar. 1. ſorum ordinandorum fratrum, ad ordines promo
79 uere, & eiſdem fratribus ordines etiam ſacros, libe
rè conferre. Et vt quieti eorundem fratrum dicti
ordinis, vberius conſulatur, conſtitutionem fœ. re.
Clementis Papæ Quinti, etiam prædeceſſoris no-
ſtri ſuper domibus profeſſorum mendicantiũ pro-
pè domos aliorum ordinum mendicẽtium profeſ-
ſorum, infra ſpatium centum quadraginta Canna-
rum, de nouo non recipiendis, ad omnes alios reli-
gioſos aliorum ordinum, tàm mendicantium, quã
non mendicantium, vtriuſque ſexus, & quaſcunq;
alias Eccleſiaſticas perſonas propè domos fratrum
dicti ordinis, de Monte Carmeli, nouas Eccleſias,
& loca conſtruere, vel alias de nouo recipere, & ha
bere volentes, extendimus, ità vt nulli eorum, in-
fra prædictum ſpatium centum quadraginta Can-
c Vide in narum, *c* etiam per aerem menſurandarũ, vbi aliàs
4. 10. qq. re. commodè per terram menſurari non poſſent, ædi-
q. 49. ar. 1. ficare de nouo, ſeu conſtruere, aut ædificata, ſeu cõ
ſtructa de nouo, recipere, aut inhabitare iuxtà loca
prædictorum fratrum de Monte Carmeli, præſu-
mant. Siquis verò cuiuſuis conditionis, ſtatus, aut
dignitatis fuerit, qui contra prædicti Clementis
prædeceſſoris conſtitutionem, & noſtram amplia-
tionem, venire, aut agere præſumpſerit, tam ipſi,
quam auxilium, vel fauorem præſtantes, ipſo facto
ſententiam excommunicationis incurrant, quã fe-
rimus in his ſcriptis, & nihilominus, cuncta, & ſin-
80 gula ab eis facta, pro infectis habeantur. Ad hæc,
nouas, & indebitas exactiones, ab Archiepiſcopis,
Epiſcopis, Archidiaconis, ſeu Decanis, alijſq; om-
nibus Eccleſiaſticis, ſæcularibus, vel perſonis, à vo-
bis omninò fieri prohibemus, ſepulturam, quam,
vt ſic in Eccleſiis veſtris liberam eſſe decernimus.
Præterea hortos, & ſiluas, ad ius Eccleſiarum ve-
d Contra ſtrarum, ſpectantes, quæ à laicis ditinentur, *d* redi-
occupantes mendi, & legitimè libesandi de manibus eorum,

& ad Eccleſias, ad quas pertinent reuocandi, li- *bona regu-*
bera ſit vobis, authoritate Apoſtolica, facultas. *laria. Vide*
Obeunte verò veſtro generali magiſtro, vel ſuo- *in 1. 10. q q.*
rum quolibet ſucceſſorum, nullus ibidem quali- *re q. 38. ar*
bet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, proponã- *tic. 7.*
tur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel eo- 81
rum maior pars, conſilij ſanioris, ſecundũ Deum,
& Beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ, de Monte
Carmeli, regulam, & conſtitutiones, prouide-
rint eligendum: paci quoquè, & tranquillitati ve-
ſtræ, paterna in poſterum ſolicitudine prouidere
volentes, authoritate Apoſtolica prohibemus, vt
inter clauſuras locorum veſtrorum, nullus, rapi-
nam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſan-
guinem fundere, hominem tenere, capere, vel
interficere, ſeu violentiam quancunque, valeat
exercere. Præterea Nicolai Quarti, Bonifacij 82
Octaui, Clementis Quarti, prædeceſſorum no-
ſtrorum, Romanorum Pontificum, veſtigijs in-
hærentes, omnes libertates, indulgentias, pecca-
torum remiſſiones, immunitateſque à prædeceſ-
ſoribus noſtris Romanis Pontificibus locis veſtris
conceſſas, necnon libertates, & exemptiones ſæcu
larium exactionũ à Regibus & Principibus, quaſ-
cunque res, vobis, vel alijs fidelibus indultas, au-
thoritate Apoſtolica, *e* confirmamus, & præſentis *e De confir*
ſcripti priuilegio, communimus. Decernimus ergò *matione*
quod nulli omnino hominum liceat, præfatas do- *priuilegio-*
mos temere perturbare, aut eis poſſeſſiones aufer- *rum.*
re, *f* vel oblatas, quoquo modo retinere, ſeu qui- *Vide in 10.*
buſlibet vexationibus fatigare, ſed omnis integrè *1 qq. re. q.*
cõſeruentur eorũ, pro quorũ gubernatione, & ſu- *8.*
ſtẽtatione cõceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutu- *f Vide in*
ris, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate, & Diœceſa- *2 10. qq. re.*
norũ Epiſcoporũ, canonica iuſtitia, in præſentib. li- *q. 10. ar. 2.*
teris declarata, ſtatuẽte Apoſtolica authoritate, & 83
præſentiũ tenore cõcedentes, volumus, & ordina-
mus, quod de cætero, perpetuis futuris tẽporibus,
tã magiſtro Generali, quã cuilibet dicti ordinis offi
ciali, prioribus dicti ordinis, ſecundum morem, &
inſtituta eiuſdem ordinis, in quibuſcunque prouin
cijs conſtitutis, tam præſentibus, quam futuris, ſit li
citum, atque permiſſum, quaſcunque mulieres, &
vtriuſq; ſexus perſonas, ſi aliàs ſint idoneæ, & aliud
Canonicum non obſiſtat, quæ habitum regularem
prædicti ordinis, ad inſtar mantellatarum, ſeu pin-
zocherarum, ſiue fratrum de pœnitentia, tertij or-
dinis fratrum Minorum, & Prædicatorum, necnõ, *g Vide in*
& Eremitarum Sancti Auguſtini, *g* habere volue- *3 10. qq. re.*
rint, & geſtare, tam virgines, & matronas, quam vi *q. 72. vbi*
duas, & mantellatas, ſeu pinzocheras, & vtriuſq; *de his &*
ſexus perſonas dicti ordinis Carmelitarum, recipe *tertiarij.*
re, & admittere, ac earum ſingulis, habitum regu-
larem, ac regulam eiuſdem ordinis Carmelitarũ,
ad inſtar huiuſmodi mantellatarum, ſeu pinzoche-
rarum, vtriuſq. ſexus ordinum, & vtriuſque ſexus
perſonarum, ordinum fratrum Minorum, & Præ-
dicatorum, & Eremitarum S. Auguſtini præfatorũ,
prout ſecundum Deum, saluti animarum earun-
dem perſonarum, ſalubrius viſum fuerit expedire,
etiam exhibere. Quæ ſic receptæ, & in poſterum
recipiendæ, authoritate præfata, gaudeant, & gau-
dere poſſint, & debeant, tam exemptionis priuile-
gio, quam omnibus immunitatibus, libertatibus,
indulgentijs, & alijs priuilegijs quibuſcunque, præ
fato ordini Beatæ Dei Genitricis, ſemperque Vir-
ginis Mariæ de Monte Carmeli, eiuſque fratribus,
ac perſonis, per ſedem Apoſtolicam, iam conceſſæ,
& quæ in poſterum concedentur, quatenus huiuſ-
modi exemptionis priuilegium, immunitates, liber
tates, indulgentiæ, ac quæcunque alia priuilegia,
ipſis prioribus, & fratribus ordinis de Monte Car-
meli, competunt, vel competere poſſunt, ſeu po-

terunt,& priores,& fratres, & loca ipſa, eſſe capa-
cia eorundem: conſtitutionibus Apoſtolicis,ac ſta-
tutis,ac conſuetudinibus,tàm veſtri quàm aliorum
ordinum quoruncunque.& alijs contrarijs nõ ob-
ſtantibus quibuſcunque. Præfari quoquè Bonifa-
cij VIII. prædeceſſoris noſtri, conceſſionem ve-
ſtram,per quam voluit,quod prouinciales,dicti or
dinis poſſint licentiam dare fratribus idoneis, ad
Chriſti fidelibus proponendum verbum Dei,de li
centia Diœceſanorum, petitioni eorum non planè
ſatisfacit; propterea declarando volumus,& hoc,
quod inter ſollicitudines noſtras, illam decet eſſe
præcipuam,vt ſuper Dominicum gregem,nobis cõ
miſſum,obſeruemus vigilias, indefeſſam exercea-
mus curam, & exactam diligentiam apponamus,
nè illum rapax inuadat, & eius ſanguis, ſecundum
Prophetam, quod abſit, de noſtris manibus rapia-
tur,hoc autem benè fit,ſi oleo dulcedinis verbi Dei
foueantur ſubditi,& increpationis vino,peccatorũ
ſuorum medeantur vulnera,& pœnitentiæ acrimo
nia purgata,tegantur. Ad id verò exequendũ ſcien
tia diuinæ legis expoſcitur, deſideratus ordo,& vi-
tæ integritas flagitatur.Scriptum eſt enim,tu ſcien-
tiam repuliſti,& ego te repellam,nè ſacerdotio fun
garis mihi, quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcien-
tiam,&legem requirunt,ex ore eius,aliàs,prout ad
eum pertinet,inter lepram,& lepram non poſſet di
ſcernere,nec peccator exiſtens, Dei deberet narra
re iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os
ſuum,nam cuius vita deſpicitur, conſequens eſt, vt
eius prædicatio contemnatur: quapropter, vt ipſi
gregi eadem cura noſtra plenior impendatur, quò
plures operarij in agro Domini fuerint conſtituti,
ſacerque veſter ordo,qui ſacerdotibus abundat, &
in ſuis fratribus viget ſcientia, & vitæ ſinceritate,
per Dei gratiam pollet, in eodem agro fructus vbe
res afferat, tu fili prior generalis, per te, vos verò
prouinciales priores,in prouincialibus veſtris capi
tulis, cum definitoribus ipſorum capitulorum fra-
tribus,eiuſdem veſtri ordinis ſacerdotibus,in ſacra
pagina eruditis, examinatis, & approbatis,à vobis
prædicationibus, & tam ipſis, quam alijs fratribus
dicti ordinis, ad id idoneis, audiendi confeſſiones,
abſoluendi confitentes,iniungendi eis pœnitentias
ſalutares,officia authoritate Apoſtolica committẽ-
di,eiſdem quoque fratribus, quibus dicta officia,
per vos taliter commiſſa fuerint, quod illa libere
valeant exercere,plenam, tenore pręſentium, da-
mus,& concedimus facultatem.Ac volumus quod
fratres dicti ordinis,quos ſecundum illius conſtitu
tiones,in domibus ſuis deputari contigerit in lecto
res, cum dicti ordinis magiſtri generalis licentia,
libere in domibus prædicti ordinis,legere,& doce
re valeant in facultate Theologica, & principia ſo
lemniter facere,illis locis exceptis,in quibus ſtudia
vigent generalia:diſtrictius inhibentes,ne quis,fra
tres ipſius ordinis,quibus dicta officia taliter com-
mittenda duxeritis,in executione officiorum ipſo-
86 rum.audeat quomodolibet impedire.Et quod pro
hibentibus conſtitutionibus veſtris, nulli fratrũ ve
ſtrorum,eſt licitum populo prædicare,niſi à magi-
ſtro generali veſtri ordinis examinatus,& approba
tus fuerit,& ſibi ipſi prædicationis officiũ, ab ipſo
conceſſum,nos pro dictis fratrum laboribus,& pe-
riculoſis defenſionibus euitandis,necnõ,vt anima-
rũ ſalus poſſit inde facilius prouenire, ſuper exhibi
tione huiuſmodi, opportunæ prouiſionis remediũ
apponentes, vt ſinguli priores, prouinciales,in ſuis
prouincijs cum definitoribus, in prouincialibus ca
pitulis congregatis, fratres in ſacra pagina erudi-
tos,examinare,& approbare, & eis officiũ prædica
tionis, Deũ habendo præ oculis,cõmittere valeãt,
ſicut ex forma prædicti ordinis conſtitutionum ma
giſter poterat generalis. plenã authoritate præſen- 87
tium concedimus facultatem. Cumque per cõceſ-
ſiones Clementis IIII.& Vrbani etiam IIII.præde-
ceſſorum prædictorũ, quibus cauetur,quod liceat
fratribus Beatiſſimæ Dei Genitricis,ſemperq; Vir-
ginis Mariæ de Monte Carmeli,tam in locis,& ora
torijs ſuis,quam in alijs decentibus locis, extrà lo-
ca,& oratoria ſua,coràm prælatis,& principibus,
& magnatibus,dũ ab eis,vel eorũ ex parte, fuerint
requiſiti,cum altari portatili celebrare, deuotioni
eorum non plene conſulitur,conceſſionem eãdem
extendentes,eiſdem fratribus, vt coràm quibuſcũ
que perſonis,cuiuſcunque ſexus, vel ſtatus,tàm in
eorum domibus,quàm extrà. dum tamen loca ſint
honeſta,liberè poſſint,cum altari portatili, miſſas,
& alia diuina officia celebrare, & in locis publicis,
populo prædicare, abſque tamen iuris parochia-
liũ Eccleſiarũ præiudicio. Et nè de iure huiuſmodi
poſſit aliqua quæſtio ſuboriri, iuris huiuſmodi ap-
pellatione,intelligimus decimas, & primitias dum
taxat,quæ à laicis ſolent clericis exhiberi.Cæterũ, 88
cum non obſtante conceſſione Innocentij quarti,
prædictis fratribus facta,qua cauetur,ne de aliqui- *a Vide in*
bus *a* cauſis à ſede Apoſtolica committendis,inuiti *to. 2. qq. re.*
cognoſcere teneantur, ſuper huiuſmodi cauſis au- *q. 1. ar. 1.*
diendis ab aliquibus moleſtentur, quieti eorum,&
paci prouidere volẽtes eis,motu, ſcientia,& autho
ritate prædictis,quod ad id,per literas Apoſtolicæ
ſedis, aut legatorum à latere, ſeu quoruncunque
aliorum legatorum, vel ſubdelegatorum ipſius, &
ad pecuniã colligẽdam,inuiti compelli nõ poſſint,
quodque nullus eorum collectorum, vel viſitato-
rum, vel inquiſitorũ officium, monaſterijs,vel Ec-
cleſijs,ſeu quibuſcunq; perſonis impendere, & ad
cognitiones cauſarũ, citationes partiũ,& denuntia
tionem ſententiarum, interdicti, vel excommuni-
cationum procedere, aut recipere curã monialiũ,
ſeu religioſarum quarunlibet perſonarum,teneãn-
tur, per Apoſtolicas literas impetratas, vel in poſte
rum impetrandas, niſi huiuſmodi Apoſtolicæ lite-
ræ, de hoc indulto, & ordine prædicto,expreſſam
fecerint mentionẽ,prędictis,motu,ſciẽtia, & autho
ritate Apoſtolica, indulgemus. Cõcedimus quoq;
eiſdẽ etiã,vt ad viſitãdũ aliqua monaſteria monia-
liũ cuiuſcunq. ordinis,vel ad audiendũ cõfeſſiones
eorũ,compelli aliquatenus non poſſint,vel ad reci
piendũ cõmiſſiones cauſarũ, ſeu ſententiarũ execu
tiones,vel alia cõtingentia cauſas ipſas, per literas
Apoſtolicæ ſedis, in quibus facta non fuerit,de in-
dulgẽtia huiuſmodi,mentio ſpecialis. Nullus inſu-
per legatus, vel ſubdelegatus, Patriarcha, Archi-
epiſcopus, Epiſcopus, nulluſq. alius prælatus Ec-
cleſiaſticus,vel eorũ vicarij,aut officiales,ad portã
dum,ſeu deferendũ literas, vel exequendũ,vel de-
nuntiandũ ſententiã,contra principes ſæculares,cõ
munitates,populos, ſeu quoſcunque benefactores
eorum,nulluſque delagatus, vel ordinarius iudex,
ad faciendum citationes,vel commiſſiones recipiẽ
das, ſiue, quod ſint in cauſis aliquibus aſſeſſores,
ſeu ad alias lites,aut controuerſias, contingentia in
cauſis,quæ coram ipſis tractantur,quempiam ipſo
rum dicti ordinis fratrum, compellere valeant, ſi-
ne prædictæ ſedis mandato,vel licentia ſpeciali,ex
preſſam faciente,de hac indulgentia, mentionem:
nec quiſquam eorum parere, vel intendere tenea-
tur,ſuper ijs monitionibus,mandatis, aut iuſſioni-
bus eorũdem,aut facere, vel implere,quod in hac
parte duxerint iniungendum. Cæterum generalis 89
magiſter,vel priores prouinciales,ac ipſorũ vicarij
illos ex fratribus, de quibus authoritate literarum
ſedis Apoſtolicæ,vel legatorũ ipſius, Archiepiſco-
pis,& Epiſcopis,ac alijs quibuſcunque, prouiſum
extiterit,vel in poſterum contigerit, ac etiam non
obſtan-

obſtante contradictione aliqua, poſſint ad ſuum or
dinem reuocare, nec per literas eiuſdem ſedis, ſeu
legatorum ipſius, iam obtentas, ac de cætero obti-
nendas, aliquos de fratribus ipſius ordinis, prefatis
a Vide in 2. tom. qq. reg. qu. 64. ar. 1. Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut alijs teneantur in
ſocios *a* deputare, niſi dictæ literæ Apoſtolicæ obti
nendæ, de indulto huiuſmodi, & ordine ipſo ex-
preſſam fecerint mentionem, & aliàs id honeſtati
ordinis, & illorum ſaluti viderint expedire. Nullus
autem legatus etiam de latere noſtro miſſus, autho-
ritate literarum ſedis Apoſtolicæ ſpecialem de hoc
indulto, & ordine veſtro non facientes mentionẽ,
nullusque prælatus, nec aliqua perſona religioſa,
vel ſæcularis, de fratribus eiuſdem ordinis ad ſua
ſeu Eccleſiæ negotia procurãda, vel ſecum manen-
dum aliquos aſſumere valeat, niſi quos generalis
magiſter in toto ordine, & priores prouinciales, in
ſuis prouincijs ipſos tãquam idoneos & diſcretos,
ſibi duxerint aſſignandos, quos etiam ſubiacere vo
91 lumus ordinis diſciplinæ. Illos vero ipſius ordinis
fratres, qui ad prędicandum crucem, vel inquiren
dum contra prauitatem hæreticam, ſeu ad alia hu-
iuſmodi negotia ſunt, vel fuerunt vbicunque, à ſe-
de Apoſtolica deputati, tu fili generalis, tuique ſuc
ceſſores remouere ſeu reuocare, penitus trãsferre,
ipſiſque, quod ſuperſedeant iniungere, alioſq. ſub-
ſtituere cum expedire videritis, liberè, & licitè va-
leatis, & in eos ſi contrauenerint cenſuram eccleſia
ſticam exercere, & quilibet prouincialis, vel eius
vicarius eiuſdem ordinis, id ipſum in ſua prouĩcia,
circa fratres ipſius ordinis, quibus ab eadem ſede,
ſimilia contigerit in illa committi facere poſſit, nõ
obſtantibus aliquibus literis, vel indulgentijs Apo-
ſtolicis impetratis, vel etiã in poſterũ impetrandis,
quę de hoc nõ fecerint mẽtionẽ. Inhibemus quoq;
nè quis poſt profeſſionẽ in ordine veſtro factã, ſine
92 generalis, vel ſui prouincialis licentia, diſcedat ab *b*
b Vide in 1. 10. qq. re. q. 30. ar. 3. ipſo, diſcedentem verò abſque cautione literarum
alterius ipſorum, prętextu alicuius priuilegij Apo-
ſtolicæ ſedis, nullus audeat retinere, quod ſi fortè
retinere præſumpſerit, generali magiſtro in toto or
dine, & prouincialibus prioribus, in ſuis prouin-
cijs, dũtaxat licitũ ſit in ipſos diſcedẽtes fratres ſen-
tentiam excommunicationis promulgare. Si verò
aliqui de fratribus veſtri ordinis poſt obtentam li-
centiam à ſede prædicta, aut magiſtro generali, ad
religionem aliam tranſeundi, infra duos, vel tres
menſes, ſe ad aliam religionem ſaluti congruã non
cõtulerint, & ipſius non ſuſceperint habitum regu-
larem, licitum ſit tibi fili generalis, ac vices tuas ge-
rentes, contra ipſos, tanquàm contra alios ordinis
veſtri apoſtatas procedere, ſecundum quod hone-
ſtati ipſius ordinis videritis expedire: illud idem in
telligi volumus de illis, qui poſt ſuſceptionem habi
tus alterius religionis, infra tempus probationis,
nulla profeſſione facta indè pręſumpſerint reſilire.
93 Apoſtatas quoque veſtri ordinis, iuxta Alexandri
Quarti conſtitutionem, & noſtrã præſentem con-
c Vide in 1. 10. qq. re. q. 38. ar. 5. 6. 7. 8. & 9. ceſſionem, excommunicare, capere, ligare, *c* incar-
cerare, & aliàs ſubdere diſciplinæ rigori, poſſitis,
per vos, ac etiã per alios à vobis deputatos, in quo
cũq. habitu, & loco, etiã ſi in curia noſtra inueniri
eos contigerit, in qua, ſicut extrà vos, ſuper veſtros
ſubditos ratione profeſſionis tam tacitæ, quam ex-
preſſæ emiſſæ ordinario proprio motu, & ſcientia
ſimilibus authoritate Apoſtolica deputamus, inuo
94 cato ad hoc ſi opus fuerit brachij ſæcularis auxilio.
d De expulſis ab ordine. Vide in 1. 10. qq. re. q. 30. ab ar. 14. Inhibemus etiam nè fratres, quos ab ordine veſtro
pro ſuis culpis per generalem magiſtrum expelli *d*
contigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo mo-
tu prædicare, confeſſiones audire, ſeu docere pręſu
mant, niſi ad alium ordinem in quo licitè huiuſmo
di exerceãtur officia, tranſierint de noſtra, vel dicti

generalis magiſtri ſpeciali licentia. Quod ſi fortè
ipſi contra huiuſmodi inhibitionem noſtram, ali-
quid ſuper præmiſſis temerè attentare præſumpſe
rint, prouinciales priores, & locales, & eorum vica
rij, in illos, quos infra fines ſuarum prouinciarum,
iuxta conſuetudinem ordinis veſtri, exiſtentes inue
nerint talia præſumentes, monitione præmiſſa, au-
thoritate Apoſtolica, excommunicationis ſenten-
tiam valeant promulgare, eiectos autem de ordi-
ne veſtro, vel egreſſos, qui à receptione in eodem
ordine, ſuis culpis exigentibus reddiderunt ſe indi-
gnos, & alios fratres eiuſdem ordinis, ex rationabi-
li cauſa, ad quoſcumque ordines approbatos, præ-
terquam ad Beati Auguſtini, Templariorum, Hoſ-
pitaliorum, & aliorum religioſorum, arma portan
tium, ad euitandam occaſionem euagandi, genera
lis magiſter tantum, vel eiuſdem vicarius, de ſuo ſci
tu, cum ſuis teſtimonialibus literis, authoritate no-
ſtra, licentiandi liberam habeant facultatem. Nos
enim diſtrictius inhibemus, ne tales, ad alium or- 95
dinem, aliter tranſire, *e* vel aliqui eos recipere ſeu *e Vide 1. 2. 10. qq re. q. 30. art. 22.*
retinere præſumant, abſque licentia ſpeciali ſedis
Apoſtolicæ, faciente de hac inhibitione, plenariam
mentionem. Inhibemus etiam, vt nullus ſiue ſit in 96
religione, & ordine, ſiue extra ordinem conſtitutus
habitum *f* veſtrum, aut ita conſimilem, quod pro- *f Vide 1. 10. 1. qq. regu. art. 4.*
pter eum, frater Carmelitarum credi poſſit, defer-
re audeat, abſque ſedis Apoſtolicæ mandato ſpecia
li, & vt dicta inhibitio maiorem conſequatur effe-
ctum, ſtatuimus, vt ij, qui habitum veſtrum, vel ſi-
bi prædicto modo conſimilem deferre præſumpſe
rint, ad deponendum ipſum per Dięceſanos loco
rum, cum à vobis requiſiti fuerint, monitione præ-
miſſa, per cenſuram Eccleſiaſticã appellatione poſt
poſita, compellantur. Quia verò nonnulli veſtræ re 97
ligionis habitum ſumentes, diuerſis perſonis, quæ
ſciri, & inueniri non poſſunt, interdum, aliquà bo-
na reſtituere *g* teneotur, vobis magiſter generalis, *g Vide 1. 3. 10. qq. re. q. 37. art. 4.*
& priores prouinciales, ac prioribus localibus, cõ
cedimus, vt ſinguli veſtrũ, in locis ſibi cõmiſſis, bo
na ipſa in pios vſus conuertere valeant, prout ſecũ
dũ Deũ viderint expedire. Inhibemus inſuper vni- 98
uerſis fratribus veſtri ordinis, nè aliquis eorũ, niſi
neceſſitate vrgẽte, aliis quã prælatis, peccata ſua *h* *h Vide 1. 1. 10. qq. re. q. 62. art. 4. & 5.*
cõfiteri præſumat vel aliis eiuſdẽ ordinis ſacerdo-
tibus, ſecundũ regulã, & ipſius ordinis inſtituta. Vni
uerſis autẽ Eccleſiarũ prælatis, & aliis, inhibemus, 99
nè cõfeſſiones veſtras, vobis inuitis, audire, vel cõ-
pellere vos, ad Synodos, ſeu conuocationes ſuas ac
cedere, vel cũ eis extra ciuitates, vel intra, proceſ-
ſionaliter exigere, aut ſuis conſtitutionibus ſubia-
cere, vel iuramẽto firmatã, vel manualem obedien
tiam, à prioribus prouincialibus, vel localibus, vel
quibuſcumq; aliis veſtris fratribus exigere, aut de
ipſorũ inſtitutione, vel deſtitutione, ſiue de ſtatutis
veſtri ordinis, ſe aliquatenus intromittere, ſeu pro
hibere, ne ad ciuitates, vel villas, vbi religioſè, ac
honeſte morari poſſitis, à populis euocati, audea-
ris accedere, ibique pro veſtris vſibus cõſtruere æ-
dificia, Eccleſia, ſeu oratoria, aut in accedẽtes fra-
tres ſeu in cõſtruẽtes huiuſmodi, vel receptatores
ipſorũ excommunicationis ſententias ferre præſu- 100
mant. Concedimus quoque vobis, motu, & ſciẽtiã
ſimilibus, vt de illis, quæ in ornamentis, vel pro eis,
aut libris, ſabrica, luminaribus, anniuerſario, ſepti-
mo vigeſimo, trigeſimo, aut aliis, ad perpetuũ cul-
tum diuinum, ſeu pro pitantiis, ſeu victu, ad ſuſten
tationẽ veſtram, vel indumentis, nec nõ pro annuis
cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionẽ, aliquæ
domus veſtri ordinis, obligatæ noſcũtur, vel de do
mibus prædictis, & hortis, aliiſque locis, vobis, ſe-
cundum inſtituta veſtri ordinis oportunis, aut de
iis, quæ pro huiuſmodi domibus, prædiis, hortis, &

locis emendis,vobis legantur,dummodò premiſſa
non conuertantur in vſus alios, ſed in illos, dunta-
xat,pro quibus relinquuntur,aut alios etiam,qui in
Nicolai V.conceſſione, & hac noſtra indulgentia,
a Vide in 10.1.qq.re. q.39.ar.2. continentur,nulli canonicam iuſtitiam, *a* ſeu por-
tionem aliquam, teneamini exhibere, & nequis, à
vobis,vel vltimarum executoribus voluntatũ, ſeu
decedentium heredibus, de premiſſis aliquid exi-
gere,vel extorquere præſumat, diſtrictius inhibe-
101 mus.Ad hæc liceat fratribus veſtri ordinis,cum de
prioribus locis ſuis,ad alia loca ſe transferãt, tam
b Vide in 2.10.qq.re. q.49.ar.7. ædificia,ſeu omnem ædificiorum *b* materiam loco
rum,quæ dimittunt, dedicatis Eccleſijs, duntaxat
exceptis,quàm libros,calices, & paramenta ſecum
ad alia loca transferre, ac ædificia ipſa,cum ſolo ac
alijs ad eadem loca pertinentibus, preterquam Ec-
cleſias,per perſonas ad hoc, à ſede Apoſtolica de-
putatas, vendere,ipſorumque precium in aliorum
locorum,ad quæ dicti fratres ſe transferunt, ædifi-
cationem, ſeu aliàs in eorum vtilitatem conuerte-
re,ſecundum quod eis melius videbitur expedire,
cum ipſa priora,& alia loca fratrum ad Apoſtolicã
ſedem, & ad prædictum ordinem Beatiſſimæ Dei
Genitricis Mariæ de Monte Carmeli ſpecialiter,&
immediatè pertinere noſcuntur. Et nè aliqui Archi
epiſcopi,& Epiſcopi, aut alij Eccleſiarum prælati,
ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſtica,vel ſæcularis,
prædicta loca,ſeu bona occupare, accipere, vel v-
ſurpare,aut quoquo modo ſibi vẽdicare preſumãt,
abſq; dictæ ſedis licentia ſpeciali,diſtrictius inhibe
mus,indulgentes vobis, vt ad præſtationem procu
rationum legatorum prædictæ ſedis, vel nũtiorum
ipſius,ſeu Diœceſanorum locum,aut exactionũ,vel
collectarum,ſeu ſubſidiorũ, vel prouiſionum quo-
rumcunque,minimè teneamini, nec ad ea ſoluenda
per literas dictæ ſedis, aut legatorum vel nuntiorũ
eiuſdem,ſeu rectorum terrarum Eccleſiæ Romanę
impetratas, ſeu in poſterum impetrandas,cuiuſcun-
que tenoris fuerint,in perpetuũ compelli poſſitis,
niſi dictæ ſedis literæ impetratæ, aut in poſterũ im-
petrãdæ plenã & expreſſam de indulto huiuſmo-
102 di,& dicto ordine fecerint mentionem. Cæterum,
cum fœ.re.Innocentius Papa IIII. prædeceſſor no-
ſter,olim duxerit ſtatuendum, vt exempti quacun
que gaudeant libertate,nihilominus tamen ratione
a Vide in 2.10.qq.re. q.2.& qu. 63.ar.3. delicti, *e* ſeu contractus,aut rei, de qua agitur,con
tra ipſos ritè poſſint coram locorum ordinarijs cõ-
ueniri,& illi quoad hoc, ſuam in ipſos iuriſdictio-
nem,prout ius exigit exercere nos vobis, vt occa-
ſione conſtitutionis huiuſmodi, nullum libertatib.
& immunitatibus,vobis,& ordini veſtro per priui
legia,& indulgentias ab Apoſtolica ſede cõceſſas,
præiudicium generetur,authoritate præſentiũ in-
dulgemus.Decernimus ergo irritum,& inane,quid
quid contra tenorem conceſſionum, conſtitutio-
num,& inhibitionum huiuſmodi per quoſcunque
fuerit attentatum,& interdicti,ſuſpenſionis, & ex-
communicationis ſententias,ſi quas contra conceſ-
ſiones,conſtitutiones, inhibitiones eaſdem in vos,
vel veſtrum aliquos,aut loca veſtra, ſeu benefacto
res veſtros,vel executores,aut hæredes prædictos,
in poſterum promulgare contigerit, penitus non
103 tenere.Et quod in regula eorundem fratrum Car-
melitarum eis ab Alberto Patriarcha Hieroſolymi
tano,tradita, & ab Innocentio Quarto,Alexandro
etiam Quarto, Nicolao ſimiliter Quarto, Roma-
nis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris approba
ta,& confirmata,& quam nos, per præſentes, mo-
tu, & ſcientia ſimilibus, approbamus, confirma-
mus,& præſentis ſcripti patrocinio, authoritate
Apoſtolica, perpetuò communimus: inter cætera
cauetur expreſſè,quod fratres ordinis prędicti, ab
eſu carnium abſtineant, niſi pro infirmitatis reme-
dio aut debilitatis ſumatur. Et eiſdem etiam præci-
pitur, quod ſingulis diebus Dominicis dumtaxat *Circa diſpenſationẽ obſeruãtiæ regularis vide in 2. 10.qq.re.q. 26.& qu. q.46.ar.9.*
exceptis à feſto Exaltationis Sanctæ Crucis, vſque
ad feſtiuitatẽ Reſurrectionis Dominicæ, ieiunare
teneantur,& ab Eugenio Papa Quarto, prædeceſſo
re præfato,quadam temperie,huiuſmodi rigorem
mitigante,conceditur,ſtatuitur,& ordinatur,quod
dicti ordinis profeſſores, qui pro tempore forent,
tribus diebus ſingularum ſeptimanarum, etiã qui-
bus vt præfertur ieiunare iuxta eandem regulam,
erant aſtricti,carnibus veſci poſſent præter quã in
Aduentu,& Quadrageſima,& alijs generaliter pro
hibitis diebus,etiam, vt cum accepimus ab aliqui-
bus reuocetur in dubium, in illis diebus quibus eis
eſus carnium conceditur, ieiunare teneantur, pro
eo quod in conceſſione prædicta Eugenij,non ſo-
lum mitigationem abſtinentiæ, ſed relaxationem
ieiunij,ab eodem Eugenio prædeceſſore, petitum
fuiſſe conſpicitur,& propterea,piæ memoriæ Pius
Papa ſecundus prædeceſſor noſter prefatus,conceſ
ſit,vt prior generalis prædicti ordinis,qui pro tem
pore foret in huiuſmodi poſſet ieiunio diſpenſare.
Nos etiam motu,& ſcientia ſimilibus literas prędi
ctas Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani, & Inno-
centij Quarti, Alexandri Quarti, Nicolai Quarti,
Eugenij Quarti,& Pij Secundi,innouamus,& con-
firmamus,& approbamus,& perpetuę firmitatis eſ
ſe volumus,& mandamus cõcedentes, quod tu fili
generalis,& qui pro tempore erunt,tui in dicto of
ficio ſucceſſores, perſonarum locorum, & tempo-
rum qualitate pẽſata,cum vtriuſque ſexus dicti or
dinis profeſſoribus iuxta tuæ conſcientiæ arbitriũ
ſuper premiſſis,tam ieiunio,quam carnium eſo,di
ſpenſare valeas,atq; tres dies plures,vel pauciores
ad ieiunium faciendum nominare,& remittere,vt
poſſitis, liberè indulgemus,ac illis,ex eis, qui iuxta
huiuſmodi regularia inſtituta dicti ordinis glorio-
ſiſſimæ Dei Genitricis,ſemperque Virginis Mariæ
de monte Carmeli,& eiuſdem mitigationem ante-
dictam,noſtramque declarationem huiuſmodi vi-
xerint,vt confeſſor idoneus,quem quilibet eorum
vtriuſque ſexus, de ſuorum ſuperiorum conſenſu,
duxerit eligendum, eorum confeſſione diligenter
audita ſemel in vita,& in mortis articulo plenariã
omnium ſuorum peccatorum remiſſionem, & in-
dulgentiam,impendere valeat,authoritate Apoſto 104
lica tenore præſentium, gratioſè concedimus. Et
quia in eadem regula conceditur, quod eiuſdem
ordinis profeſſores, poſſint habere loca in Eremis,
vel vbi eis donata forent, ad eorum religionis ob-
ſeruantiam,apta,& cõmoda,ſecundum quod eiſdẽ
priori,& fratribus,videbitur expedire, & ex con-
ceſſione præfati Vrbani Quarti,prædeceſſoris no-
ſtri,ſi qui Christi fideles,aliqu: *d* loca,ad ſe ſpectan *d Vide in 10.2.qq.re. q.49.ar.8*
tia,quæ feudalia,ſeu cenſualia non exiſtant,eis con
tulerint,pietatis intuitu,liceat eis, de licentia diœ-
ceſanorum,illa ſuſcipere, & in eorum ſingulis ec-
cleſiam,vel oratorium conſtruere, deuotioni, ac
petitioni eorum, non plenè videtur ſatisfactum,
conceſſionem prædictam, ad alia quæcumq; loca,
domos,& Eccleſias,etiam parochiales,motu,ſcien
tia, & authoritate prædictis extendimus, ac con-
ceſſionem ipſam effectum ſortiri volumus,non ob
ſtante conſtitutione fœlicis recordationis, Bonifa-
cii Papæ Octaui,ſimiliter predeceſſoris noſtri, pro
hibente, ne cuiuſuis ordinum mendicantium fra-
tres,ad habitandũ noua loca,recipere,vel recepta,
mutare præſumant,ſine dictæ ſedis licẽtia ſpeciali
faciente ſpecialem, & expreſſam, de prohibitione
huiuſmodi mentionem. Et ſi contingat locorũ or-
dinarios,in domos prædictorum fratrum, in ſuis
diœceſibus conſtructas,aliquam iuriſdictionem,vel
ſupereminentiam, ſibi vendicare, & fratrum eo-

rum-

rumdem quietem, in aliquo perturbare, liceat tūc
dictis fratribus,capellanum in dictas domos, & Ec
cleſias, inſtituere, & amouere, prout ſuperius in
præſentibus literis,diximus.& expreſſimus.Proui-
dā verò Calixti Papæ Tertij prædeceſſoris præfa-
105 ti,cōſtitutionem,quæ incipit.Ad futurā rei memo-
riā,ad Romanum Pōtificem,qui voluit, quod nul-
lus dicti ordinis profeſſor, a beneficia ſæcularia,ſeu
etiā regularia,quotumuis Romanorum Pontificū,
aut ſedis Apoſtolicæ,vel legatorum eius,conceſſio
ne,vel indulto,quouis modo, in titulum,vel in cō-
mendam,pro tempore obtinentiom, aut quæ futu-
ris temporibus,quomodolibet obtinebunt, & ſi il-
la ſimpliciter, vel alio qoouis modo,dimiſerint, in
capitulis generalibus,vel prouincialibus, aut con-
gregationibus,ſeu negotiis,officijs, vel alijs admi-
niſtrationibus dicti ordinis, niſi generalis, pro tem
pore,cōſenſu interueniente,quomodolibet admit-
tatur,ſub excommunicationis pœna, quam admiſ-
ſi,& admittentes,ipſo facto incurrant,authoritate,
ſcientia,& motu prædictis, etiam Archiepiſcopali,
& Epiſcopali dignitate fulgentibus, aut monaſte-
ria aliqua,vel prouinciam,in commendam obtinē-
tes,locum habere decernimus,atque prædictas lite
ras,& omnia & ſingula in eis contenta, ad eos,qui
in dignitatibus huiuſmodi ſunt conſtituti,extendi-
mus.Diſtrictè præcipientes,ſub pęnis in dicta con-
ſtitutione contentis, omnibus,& ſingulis,prædicta
beneficia, aut dignitates,quauis authoritate,vel in-
dulto obtinentes,vt nullo modo,de adminiſtratio-
ne fratrum, aut domorum, aut prouinciarum,ſeu
conuentuum,aliorumque bonorum,ſe impediant,
abſque dicti ordinis magiſtri generalis, expreſſa li-
centia,non obſtantibus, quibuſcunque literis, etiā
à ſede Apoſtolica impetratis, vel in poſterum im-
petrandis, quibus ex certa ſciētia, & motu proprio
derogamus.& per præſentes derogari volumus,&
ſi de illis habenda foret mentio ſpecialis,vt ſingu-
la bona ordinis,videlicet prouinciæ, Eccleſiæ, do-
mus,& ſuppoſita, & vtriuſque ſexus profeſſi,vt te-
neantur ſub integra magiſtri generalis exiſtant obe-
106 dientia.Poſtremò, cum prædictorum fratrum glo-
rioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Ma
riæ de Monte Carmeli,ſicut & Prædicatorum,Mi-
norum, & Eremitarum S.Auguſtini fratrū ordinū
profeſſores,pro fidei orthodoxæ dilatatione,conti
nuè Indefeſſeque laborent, fructuſque afferant in
Eccleſia Dei, ſalutares,& propterea fuerunt varijs,
per ſedem Apoſtolicā, priuilegijs decorati,vt quos
par labor,pariaque merita cōiungunt, b paria con-
iungant priuilegia,& fauores eiſdem fratrum Glo-
rioſiſſimæ Dei genitricis,ſemperq. Virginis Mariæ
de Monte Carmeli,profeſſoribus, vt conceſſis eiſ-
dem fratribus Prædicatoribus, & Minoribus,& E-
remitis S.Auguſtini, priuilegijs, indulgentijs, gra-
tijs,& fauoribus,ac indultis, tam ſpiritualibus,quā
temporalibus à prædictis,& alijs Romanis Pontifi-
cibus prædeceſſoribus noſtris, etiam quomodoli-
bet à nobis aut alijs authoritatem habentibus,quæ
omnia,ac ſi nominatim exprimerentur haberi hic
volumus pro expreſſis,& noſtrę approbationis mu
nimine ſolidamus, ac decernimus robur perpetuæ
firmitatis,potiri,& gaudere poſſint,& debeant per
petuis futuris temporibus, in omnibus, & per om-
nia prorſus,& ſine vlla differētia perinde,ac ſi quæ
eiſdem Prædicatorum,& Minorum, & Eremitarū
S.Auguſtini,fratrum ordinibus prędictis ſunt con-
ceſſa prædicto ordini Glorioſiſſimæ Dei genitricis
ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli,no
minatim conceſſa fuiſſent, aut concederetur in fu-
turum, & quod magiſtro prædicatorum miniſtro
generali minorum, ac priori generali Eremitarum
S.Auguſt. prouincialibuſque priori Prædicatorum

a Vide in 10 2.qq.re. q.30.ar.2.

b De communicatione priuilegiorum inter mendicantes. Vide in 1.10. qq.reg.qu. 38.ar.1.

& miniſtris minorum fratrum, ac Prouincialibus
prioribus Eremitarum S.Auguſtini,necnon mona-
ſterijs monialium, ſub eorundem Prædicatorum,
Minorum,& Eremitarum S.Auguſtini fratrum or-
dinum ſecundum inſtituta viuentium ſunt ſtatuta,
in magiſtro Generali.& Prouincialibus,Prioribus,
& Vicarijs dicti ordinis Glorioſiſſimæ Dei Geni-
tricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Car-
meli inſtituta viuentium,vice verſa,ſtatuta ſunt,&
eſſe cenſeantur.Mandantes, etiā ſcientia, & motu,
& authoritate prædictis præcipiendo, vt dum pri-
uilegiorum,indulgentiarum prorogatiuarū,exem-
ptionū,indultorum, immunitatum dictorū fratrū
Prędicatorum,Minorum,& Eremitarum S.Augu-
ſtini originales literæ, aut tranſumpta authentica,
pro parte,& in fauorem fratrum dictorum beatiſ-
ſimæ Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ de
Monte Carmeli, adducerentur, vel exhiberentur,
eadem fides indubia adhibeatur, tàm in iudicio,
quā extra iudicium, & alijs locis quibus opus fue-
rit,ac ſi in fauorem dictorum fratrum beatiſſimæ
Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de mō-
te Carmeli à ſede Apoſtolica emanaſſent,& eis fuiſ
ſent immediatè cōceſſa. Diſtrictius inhibentes eiſ- 107
dem locorū ordinarijs ſub interdicti ingreſſus Ec-
cleſiæ & ſuſpenſionis à regimine, & adminiſtratio
ne ſuarū Eccleſiarū,ac parochialium Eccleſiarū re-
ctoribus,ac alijs quibuſcunque ſub excommunica
tionis latæ ſententiæ, & priuationis earundem Ec-
cleſiarum parochialium,ac omnium aliorum bene
ficiorum Eccleſiaſticorum, quæ obtinent, necnon
inhabilitationis ad illa,& alia in poſterum obtinen
da,pœnis eo ipſo per eos, qui cōtra fecerint,incur-
rendis, ne ordinis prædicti fratrum Glorioſiſſimæ
Dei genitricis, ſemperque Virginis Marię de mon
te Carmeli,domos, & ſingula bona,& profeſſores,
præter aut contra prædictorum Innocētij,Bonifa-
cij,Alexādri,Nicolai,Clementis IIII.& Sixti, & a-
liorū quorumcunque prędeceſſorum noſtrorum,&
præſentium tenorem literarum inquietare, ſeu mo
leſtare,& eos aut teſtamentorum, vltimarumq; vo
luntatū executores,& hęredes prędictos,ſeu quoſ-
cunque alios,directè,vel indirectè, ad ſolutionem
alicuius quartæ parochialis, ſeu canonicæ,vel alte
rius portionis,ſeu oneris,& ad faciendum celebra
ri aliquod officium.nec prædicari,in eorum Eccle
ſijs,vel alibi,dum apud ipſos fratres,decedentium
cadauera tumulantur, ante vel poſt eorum ſepul-
turam, nec confeſſis dictis fratribus ordinis Beatæ
Mariæ de Monte Carmeli pro tempore, Euchari-
ſtiæ,ſeu extremæ vnctionis Sacramenta,ſine ratio-
nabili cauſa denegare, & illorum exhibitionē,mali
tioſe differre,aut eorum parochianis, ne dictis fra-
tribus confiteantur,prohibere,vel perſuadere,nec
etiam ad præmiſſa,ſeu aliquod præmiſſorum, auxi
lium,conſilium,vel fauorem dare, directè,vel indi
rectè,quocunque modo præſumant. Et nihilomi- 108
nus dicti ordinis protectori, qui pro tempore erit,
& cuilibet in Eccleſiaſtica dignitate conſtituto, &
metropolitana,& alterius cathedralis Eccleſiæ ca-
nonico per vniuerſum orbem, qui deſuper,per di-
cti ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperq;
Virginis Mariæ,priores, & fratres,ac illorum, ſeu
ad commodum eorum Romanę Eccleſiæ,ſynodos
deſuper requiſitus fuerit,per Apoſtolica ſcripta,in
ſolidū mandamus, quatenus per ſe,ſeu alium, vel
alios,permiſſa,vbi, & quādo opus fuerit, ſolemni-
ter publicātes,ac eiſdem fratrū Glorioſiſſimæ Dei
genitricis,ſemperque Virginis Mariæ de MōteCar
meli, ordini,illiuſq, domibus, ac profeſſoribus, in
præmiſſis,efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes,
faciant eos,pacifica poſſeſſione, vel quaſi, priuile-
giorum, & conceſſionum huiuſmodi gaudere,non

permittẽtes eos, ſeu teſtamentorum executores, & hæredes prędictos, contra illorum tenorem, per ordinarios, & rectores prædictos, aut quoſcunq; alios indebitè moleſtari, aut eis, grauamina, iniurias, atque dãna, inferri, ſeu quomodolibet irrogari, ac ẽt ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola facti veritate inſpecta, cõtra quoſcunq. qualitatis, vel cõditionis exiſtant, & quacunque Eccleſiaſtica, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, aut Epiſcopali, aut mundana, forent dignitate, & exẽptione muniti, in quibuſcunque cauſis, per eos mouendis, quacunque ratione, vel cauſa, quæ excogitari poſſit, eis miniſtrant iuſtitiæ complementum, exequentes, quod per eos fuerit ordinatum, & illos, quos, cenſuras, & pœnas prędictas incurriſſe cõſtiterit, irretitos eſſe declarent, ac faciant, & mandẽt, interdictos, ſuſpenſos, & excõmunicatos, publicè nunciare, & ab omnibus arctius euitari, ac legitimis, ſuper ijs habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauari procurent, cõtradictores, authoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo, inuocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, nõ obſtãte præfati Bonifacij Octaui, cõſtitutionibus, quib cauetur, nè quis extra ciuitatẽ, & diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, vltrà vnam dietam, à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu nè iudices à ſede Apoſtolica deputati, extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcũque procedere, aut alij, vel alijs, vices ſuas committere præſumant, & de duabus dietis in concilio generali, necnon, quæ incipit: ſuper cathedram. Bonifacij præfati, & dudum Viennenſi concilij, ac recolẽdæ memoriæ, Calixti Papæ Tertij, etiam prędeceſſoris noſtri, literis, alijſque Apoſtolicis, ac etiam in Prouincialibus, & ſynodalibus concilijs, editis, ſpecialibus, & Generalibus, necnon Ottonis, & Ottoboni, olim in Regno Angliæ Apoſtolicæ ſedis legatorum, conſtitutionibus. Eccleſiarunque, & locorũ quoruncunque, ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque dicti ordinis fratrum Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, profeſſores, & locorum ordinarios. ſeu rectores prædictos, initis, & cõcluſis, ac hactenus, obſeruatis pactis, & cõuentionibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, necnon omnibus illis, quæ Innocentios, Bonifacius, Alexander, Ioannes, Clemens IIII. & Sextus, ac Nicolaus IIII. & V. alijque prædeceſſores præfati, in prædictis eorum literis, voluerunt non obſtare, contrarijs quibuſcumque, quibus, omnia illa, acſi de verbo ad verbum inſererentur, & derogatoriarum derogatorijs clauſulas, in ſe cõtinerent, præſentibus pro expreſſis habẽtes illis aliàs in ſuo robore permãſuris, quò ad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, aut ſi Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac rectoribus præfatis, ſeu quibuſuis alijs, communiter, vel diuiſim, à ſede Apoſtolica indultum exiſtãt, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca, ad iudicium euocari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, nõ facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, & quodlibet alia dictæ ſedis indulgentia, generaliter, vel ſpecialiter, cuiuſcunq; tenoris exiſtat per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter nõ inſertam, effectus earum, & conceſſæ in eis iuriſdictionis, executio impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quo, cuiuſque tenore habenda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis. Nos enim, ex nunc, illa, & quæcunque alia, quæ in futurum, per nos. & ſedẽ Apoſtolicã, quomodolibet cõcedi, ſtatui, decerni, & ordinari contigerit, contra Innocentij, Bonifacij, Alexandri, Ioannis, Clementis IIII. & V. Nicolai IIII. & V. & Aliorum prædeceſſorum, prædictorum, & præſentium literarum huiuſmodi tenorem, necnon ſi ſecus ſuper his, à quocunque, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irrita, & inania, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe decernimus: ſi quæ igitur in futurum, Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona, hãc noſtram, conceſſionis, declarationis, inhibitionis, indulti, decreti, ſtatuti, voluntatis, conſtitutionis, derogationis, reſeruationis, caſſationis, reſtitutionis, irritationis, & annullationis, paginam, ſcienter, vel ignoranter, contra eam, temerè cõtraire attentauerit, primò, ſecundò, tertiòve commonita, niſi reatũ ſuum, congrua ſatisfactione, correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe, diuino iudicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Domini Redemptoris noſtri, Ieſu Chriſti, aliena fiat, atque in diſtricto examine, diſtrictæ ſubiaceat vitioni, ac indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorũ, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurũ. Cunctis autem dictis fratribus Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Mõte Carmeli, ſua iura ſeruãtibus, ſit pax Domini noſtri, Ieſu Chriſti, quatenus, & hi fructum bonæ actionis percipiãt, & apud diſtrictum iudicium, præmia æternæ pacis inueniãt. Amen. Et quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingolas prouincias, originaliter deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod trãſumptis earum, manu notarij publici, & Curiæ cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ auditoris, vel protectoris, qui eſt, & qui pro tempore erit, aut alicuius Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, vel cuiuſcũque in dignitate cõſtituti, etiam dicti ordinis magiſtri generalis, pro tempore exiſtentis, ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extra, vbicũque exhibitæ, vel oſtenſæ fuerint, fides adhibeatur indubia, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ innouationis, approbationis, conſtitutionis, ordinationis, applicationis, ſtatuti, conceſſionis, indulti, extenſionis, volũtatis, ampliationis, declarationis, confirmationis, ſuppletionis, mandati, derogationis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datũ Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dom. 1476. 4. Kal. Decemb. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XXXVIII.

SVMMARIVM.

Confirmat, & de nouo concedit omnes indulgentias à prædeceſſoribus ſuis, viſitantibus Eccleſias fratrum Carmelitarum, conceſſas.

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Dum attenta meditatione penſamus, quod glorioſiſſima Dei Genitrix Maria, virgo venuſtiſſima, & omnium virtutũ florib. inſignita, cuius ineffabilem pulchritudinem Sol, & Luna mirãtur, cuiuſque precibus iuuatur populus Chriſtianus, & qui florem immarceſcibilem, & æternum Dñm noſtrum, Ieſum Chriſtum, immenſa ſancti Spiritus cooperãte virtute genuit, produxitque ſacrum ordinem B. Mariæ de Monte Carmeli, à ſancta ſede Apoſtolica, & pluribus Romanis Põtificibus, prædeceſſoribus noſtris, & etiã à nobis multipliciter approbatum, quem eiuſdem Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperq; Virginis Marię, ſpeciali titulo voluit inſigniri, vt ob eiuſdem Virginis reuerentiam, ordo ipſe à Chriſti fidelibus meritò

per

Digitized by Google

per amplius veneraretur, ipſiq; Chriſti fideles pro-
ptcrea eiuſdem Virginis Mariæ ſuffragijs adiuti, ę-
ternæ retributionis præmia, facilius conſequi me-
rerentur, dunque ſublimium dicti ordinis vtriuſq;
ſexus perſonarum, virtutum merita, Deo quidem
grata, & in conſpectu prædictæ ſedis accepta, di-
gna memoria recenſemus, ac ordinem ipſum, ac il-
lius perſonas, ſub ſedis Apoſtolicæ, & Eccleſię Ro-
manæ protectione, immediatè exiſtentes, ac inter
cæteros regularium ordinum profeſſores, in firma
mento Catholicæ fidei militantes, tāquam religio-
nis ſpeculum, & exemplar, ſpeciali charitate fulgē-
tes, ſanctorumque Prophetarum, Heliæ, & Eliſei,
& Enoch, necnon, & aliorum ſanctorum patrum,
qui montem ſanctum Carmeli, iuxta Heliæ fontē,
inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariā tenentes,
fructus quoque vberes, quos dictus ſacer ordo, in
agro militātis eccleſię, in propagatione religionis,
& fidei orthodoxæ, hactenus produxit vtiliter, &
producit, ac in futurū producturū fore, indubitan-
ter ſperamus, paterna charitate intuemur, dignū,
quin potius debitū reputamus, nos ad illa debere
noſtros dirigere cogitatus, perque, ea, quæ pro di-
uini cultus gloria, & dicti ordinis incremento, ac
Chriſti fidelium animarū ſalute, à quā plurib. Ro-
manis Pontificibus, prędeceſſoribus noſtris, cōceſ-
ſa dicūtur, ſublatis ambiguitatibus, quæ exinde e-
merſiſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtāt, &
tantò firmius obſeruētur, quātò erunt ſæpius præ-
dictæ ſedis munimine ſtabilita. Sanè, ſicut exhibita
nobis nuper pro parte dilecti filij, Chriſtophori
Martignoni dicti ordinis generalis magiſtri, ac ſa-
cræ Theologiæ profeſſoris, petitio cōtinebat, licet
multi Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, ob
reuerentiam Glorioſiſſimæ, & intemeratæ Dei ge-
nitricis, ſemperque Virginis Marię de Monte Car
meli, & ſingularem deuotionem, quā, ad illā, & præ
dictū ordinem, ſub eiuſdem Dei genitricis titulo,
ſpecialiter inſignitum, geſſerunt, diuerſas indulgen
tias, & peccatorum remiſſiones, ac priuilegia, & in
dulta, ipſi ordini, & illius domibus cōceſſerint, quę
in eiſdem domibus ſunt recepta, & quorum conti-
nentia, publicis ſcripturis & dicti ordinis Eccleſijs
aptiſſimè reperiuntur, ſub hac videlicet verborum
1 forma, Leo Papa IIII. omnibus Chriſti fidelibus,
qui Eccleſias beatiſſimæ Dei genitricis, ſemperque
Virginis Mariæ de Monte Carmeli, huiuſmodi, in
feſtis Natiuitatis Dominicæ, Paſcha, Apoſtolorum,
Petri, & Pauli, Pentecoſtes, Aſſumptionis, Natiuita
tis, Annuntiationis, Purificationis eiuſdem Beatæ
Dei genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ, S. Michae
lis Archāgeli, omnium ſanctorum, in duobus feſtis
S. Crucis, Natiuitatis S. Ioānis Baptiſtæ, ſanctorum
Martyrum Fabiani, & Sebaſtiani, & in die Paraſce-
ues, & per octauas prædictarum feſtiuitatum, & vo
cabulis omnium Eccleſiarum dicti ordinis, deuotè
viſitauerint, & pias eleemoſynas largiti fuerint, ſeu
domos confractas eiuſdē ordinis reficerent, ſeptē
2 annos, & duodecim quadragenas. Et Adrianus Se-
cundus, Stephanus V. Sirgilius III. Ioannes X. Ioan
nes XI. Sergius V. & Innocentius IIII. Qui dictum
ordinem confirmauit, omnibus Chriſti fidelibus,
verè pœnitētibus, contritis, & confeſſis, qui prædi-
ctas Eccleſias piè viſitarent, in prædictis feſtiuita-
tibus, & earū octauis, ſeu, qui domos fractas eiuſdē
ordinis reficerēt, vel pro fabricis ipſarum Eccleſia
rum, munera darent, vel conſtantiam dicti ordinis
aſſumerent, & ea intrarent, aut calicem, pro Miſſis
celebrādis, vel toualias, ſeu mappas erogarent, vel,
qui in pręmiſſis, aut in quolibet pręmiſſorum, ma-
nus porrigerent adiutrices, vel qui in ſuis vltimis
teſtamentis, aliquid legarent, tertiam partem om-
3 nium peccatorum in Domino relaxarunt. Itē Cle-
Tum, 1. priu. Apuſt.

mens III. Alexander II. Gregorius V. & Gregorius
VII. in prædictis feſtis, & in quolibet eorundem, ſi-
milem gratiā largiti ſunt. Item Clemens IIII. eiſdē
Chriſti fidelibus, qui prædictas Eccleſias quater in
anno viſitarent videlicet in quatuor feſtiuitatibus
eiuſdem Dei genitricis Virginis Marię triginta an
nos. & totidem quadragenas piè conceſſit. Item in 4
priuilegio generali Lucij Papæ IIII. remittūtur ab
eodem peccata lenia, offenſa parentum, negligētiæ
votorum fractorum, dum tamē fractor, ad vota re-
diret, & malè acquiſita, ſi neſciatur cui reſtitui de-
beant, dummodò prędictis locis, ſeu illorum con-
uentibus aſſignentur. Demū Innocentius IIII. & 5
Gregorius VIII cōtulerunt qualibet die, cuilibet
dicenti Pater noſter, & Aue Maria, in dictis Eccle-
ſijs ſemel pro viuis, & defunctis, quadraginta dies
indulgentiarum. Rurſus Honorius X & Nicolaus 6
IIII. Romani Pōtifices, omnibus verè pęnitētibus,
& manus adiutrices prędictis domibus porrigen-
tes, & illarū fratribus, omniū peccatorum ſuorū ve
niam polliciti fuerunt. Inſuper Honorius IX. om- 7
nibus verè pœnitētibus, & cōfeſſis dicti ordinis, ec
cleſias viſitātes, ſeu manus illorum adiutrices por-
rigentes XL. Annos, & totidem quadragenas, de in
iunctis eis pęnitentijs, videlicet in feſto vocabulo-
rum ipſarum Eccleſiarum, & in die ſancto Paraſcē
nes, necnō in die ſanctę Crucis, ac in feſtiuitatibus,
Natiuitatis, Annūciationis, Purificationis, & Aſsū-
ptionis, Beatę Dei Genitricis, ſemperque Virginis
Mariæ, miſericorditer in Domino relaxauit, atque
conceſſit. Vlterius Benedictus Papa Decimus, om- 8
nibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ter in
ſeptimana, videlicet Quadrageſimali tempore, ſe-
cunda, quarta, & quinta ferijs, & etiā in feſtis vo-
cabulorum omnium Eccleſiarum dicti ordinis, nec
non diebus Sabbatinis, ob Beatæ Dei Genitricis, Ma
riæ, reuerentiam, & in diebus Dominicis, piè viſi-
tarent, quadraginta annos, & totidem quadrage-
nas, & omnium peccatorum ſeptimę partis remiſ-
ſionem, in Domino relaxauit, omnes indulgētias,
& peccatorum remiſſiones, à ſuis prędeceſſoribus
Romanis Pontificibus dicto ordini cōceſſas, in die
bus, & in feſtis prędictis, duplicando. Item Ioānes 9
Vigeſimus ſecundus omnes indulgentias, & pecca
torum remiſſiones, à Romanis Pontificibus prędę
ceſſoribus ſuis, dicto ordini cōceſſas, confirmauit,
& quadraginta annos, & totidem quadragenas, de
iniunctis pęnitentijs, vniuerſis Chriſti fidelibus di-
cti ordinis Eccleſias, in qualibet ſolemnitate qua-
tuor feſtiuitatum Beatæ Dei genitricis Marię, vide
licet, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, &
Aſſumptionis, cōtritis, & confeſſis, in Domino, pia
largitione conceſſit. Succeſſiuè Vrbanus Papa V. 10
omnes indulgentias, ſcilicet, à ſuis prædeceſſorib.
dicto ordini conceſſas, confirmauit, atque in feſto
Annuntiationis Beatæ Mariæ, dicti ordinis Eccle-
ſias viſitantibus, ſeptē annos, & duodecim quadra-
genas, in Domino relaxauit. Poſtremò Nicolaus Pa 11
pa V. omnes indulgentias. & peccatorū remiſſiones
ac omnia priuilegia, dicto ordini, à ſupradictis Ro
manis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, in præ
dictis diebus, & feſtis, conceſſis, & conceſſa, motu
proprio duplicāndo, confirmauit, atque anno ſeptē,
& totidem quadragenas, in Domino relaxauit, ta-
men ſicut præfati Chriſtophori generalis dicti or- 12
dinis magiſtri, relatione nuper accepimus, pro eo,
quod propter ſingularitatē priuilegiorū, origina-
les deſuper literæ, ad manus generalis prædicti nō
peruenerūt, nec de illis, aliter, quā, vt perfertur do
ceri poteſt, circa literas, & priuilegia huiuſmodi,
eorumq; vim, & efficaciā, nōnulla dubia ſunt exor-
ta, aliaque in dies ſuboriri formidātur, niſi per no-
ſtræ prouidentiæ ſtudium, ſuper hoc prouideatur

opportunè, præſertim, cum ex iniuncto deſuper nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad nos ſpectet, ſingulorum ordinum commodis inuigilare, & quantũ valeamus, omnium animas altiſſimo lucrifacere cupientes itaque, vt indulgentiæ, & ſingulæ prædeceſſorum noſtrorum literę, dicto ordini, ac eius domibus, & Eccleſijs, conceſſæ, ſublatis quibuſcũque hæſitationum obſtaculis, inuiolabiliter obſeruentur, eiſque, prout conceſſæ dicuntur, indubia fides adhibeatur, deuotioque vniuerſi populi, etiam augeatur, atque dicti ordinis Eccleſiæ, domus, ac cõuentus conſeruentur, ædificentur, & in eorum ædificijs amplientur, reſtaurentur, & reparentur, prędictorum, & aliorum plurimorum Romanorũ Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, qui ordiné prędictum, varijs priuilegijs, non immeritò decoratũ, & quem etiam nos diuerſis alijs gratijs, ac priuilegijs gratioſiſſimè, & liberaliter ornauimus, veſtigijs inhærendo, motu proprio, nõ ad ipſius Chriſtophori generalis magiſtri, aut alterius dicti ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, profeſſorum, vel alterius, pro eis, nobis ſuper hoc, oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera voluntate, ac deliberatione, & ex certa noſtra ſcientia, ſingulas indulgentias, non tamen plenarias, ac alias ſpirituales, & tẽporales gratias, à prædictis, ſeu quibuſcunque alijs Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, dicto ordini Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, & illius domibus, Eccleſijs, ac perſonis, in genere, vel ſpecie, quomodolibet conceſſas, quorum omnium tenores, & effectus, ac ſi de verbo ad verbum, præſentibus inſererentur, hic haberi volumus pro ſufficiẽter expreſſis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, in ſuo robore, ſuaque firmitate confirmamus, approbamus & innouamus, ac de nouo concedimus, ſupplentes, omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan quoquo modo interuenerint in eiſdem. Et quoniam, inter ſanctorum, & ſanctarum ſolemnia glorioſiſſimæ Dei genitricis Mariæ, ſolemnitates numero ſeptem, videlicet, Annunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Natiuitatis, Conceptionis, Præſentationis, & Purificationis, ac ea, quæ in honorem ſui nominis dedicata ſunt, loca, eò ſolẽnius à Chriſti fidelibus conuenit venerari, quò ipſa, de vtero matris ſuæ procedens, fœcunda virtutibus, & Spiritu Sancto repleta, caliganti mundo, ignorantiæ tenebris obducto, & etiam populo in tenebris ambulanti, habitantibuſque in regione vmbrę mortis, lucem ineffabilem, videlicet Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, Redemptorem omnium, eiuſdem ſpiritus Sancti cooperante virtute, ex ſuis puriſſimis viſceribus genuit, & ab Angelo annuntiata, inter omnes mulieres, benedicta prædicatur, & congruè incomparabiliter, Virgo Maria Benedicta dicitur, quæ mater filij Dei effecta, ſuſcepit gloriã, & integritatis ſuæ ſeruauit coronam, & verè eſt benedicta in mulieribus, quæ ſine exemplo muliebris conditionis, cum decore Virginitatis, gauiſa eſt honore parentis. Idcircò affectantes, vt omnes, & ſingulæ Eccleſiæ, in honorem, & ſub inuocatione nominis Glorioſiſſimę Dei genitricis Mariæ de Monte Carmeli, per vniuerſum orbem fundatæ, & conſtructæ, ac deinceps, quæ annuente diuina clementia, ædificabuntur, & conſtruentur, congrua deuotione, à Chriſti fidelibus venerentur, ac quę imperfectæ ſunt, ad operis complementum deducantur, ac completæ conſeruentur, necnon paramentis, & alijs ad diuinum cultum, inibi neceſſarijs, debitè ornentur, ipſique Chriſti fideles, in vniuerſo orbe cõſtituti, ad eaſdem Eccleſias, nunc, & pro tẽpore exiſtentes, eò libentius confluant, & ad emptionem ornamentorum huiuſmodi, necnon earundem Eccleſiarum complementum, conſeruationem, & diuini cultus inibi augmentum, manus promptius porrigant adiutrices, quò ex hoc ibidem dono cæleſtis gratiæ, vberius conſpexerint ſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, omnibus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis qui in Conceptionis, Præſentationis, Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, Viſitationis, & Aſſumptionis dictæ glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, feſtiuitatibus, à primis veſperis, vſque ad occaſum ſolis, dierum feſtiuitatum huiuſmodi, dicti ordinis de Monte Carmeli, prędictas Eccleſias, vbilibet conſtitutas, necnon, per ſeptem dies, prædictas feſtiuitates immediatę ſequentes, ac etiam in diebus vocabulorum earundem deuotè viſitauerint, annuatim, ac ad prę miſſas, vel earum aliquã, manus porrexerint adiutrices, triginta annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs, miſericorditer in Domino relaxamus, pręſentibus perpetuò valituris, & quia difficile admodum foret, pręſentes literas, ad ſingulas prouincias, & loca, originaliter deſtinare, volumus, & dicta authoritate, decernimus, quod tranſumptis earum, manu publici notarij ſubſcriptione, & pro tempore exiſtentis dicti ordinis protectoris, vel alicuius Archiepiſcopalis, vel Epiſcopalis, aut generalis auditoris cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, vel alterius Eccleſiaſticæ curiæ ſeu dicti generalis magiſtri, ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extra, vbicunque exhibitæ, vel oſtenſæ, fides adhibeatur indubia, ac ſi ipſæ originales literæ, forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominũ liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, innouationis conceſſionis, ſuppletionis, relaxationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicę 1477. Kal. Aprilis, Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XXXIX.

SVMMARIVM,

Approbat literas Guillelmi Cardinalis, ſuper veneratione fratris Alberti ordinis Carmelitarum.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cæleſtis aulæ militum numerum adaugeri ſancta lętatur Eccleſia, & propterea eos, qui ex hoc ſęculo tranſeuntes, communi opinione fidelium, ſuperna patria digni reputantur, præſertim miraculorum celebritate fulgentes, æternitatis memoria decorare cõſueuit, vt eorum laudes frequentioribus valeant reſonare præconiis, & Dominus in ſanctis eius iugiter collaudari: idcircò nos, ea, quæ pro honorificentia beatorum, de prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, beneplacito, piè obſeruata fuiſſe cõperimus, libenter, cum à nobis petitur, Apoſtolico præſidio confouemus. Sane pro parte dilecti filij, Chriſtophori Martinoni, magiſtri generalis ordinis fratrũ Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, nobis nuper, exhibita petitio continebat, quod dudum fœ. re. Calixto Papa III. prædeceſſori noſtro, pro parte quondam Ioannis Soreth, tunc magiſtri generalis dicti ordinis, expoſito, quod beatus Albertus, qui dum vitam celebrem ageret in humanis, frater dicti ordinis fuit, & cuius corpus in Eccleſia Beatæ Mariæ Meſſanenſis, inſula Siciliæ fratrum dicti ordinis, requieſcit, clareſcentibus miraculis à Chriſti fidelibus illarum, & diuerſis mũdi partibus, veneratione habetur, & propterea in diuerſis Eccleſijs, per diuer-

fas

ſas mundi partes, altaria, & Eccleſiæ, ad honorem Dei, & eiuſdem ſancti Alberti, commemorationē, electa fuerant, vnde deſiderabat, quod Chriſti fideles ipſi, in eorum huiuſmodi laudabili propoſito, per tolerantiam ſedis Apoſtolicæ, continuare, liberè & licitè poſſent, & valerent, ad quam quidē humilem petitionem, cum præfatus Calixtus prædeceſſor annuiſſet, venerabilis frater noſter Guillelmus Epiſcopus Oſtienſis, tunc tituli S. Martini, in montibus presbyter generalis, qui etiam tunc præſens aderat, de licentia, & conſenſu dicti prędeceſſoris, & mandato expreſſo, viuæ vocis oraculo, ſibi, ab eodem facto, ad tollendum ſcrupulos, de mēribus huiuſmodi, & ad honorem, & dicti Beati Alberti meritorum, exaltationem, de præmiſſis omnibus, & ſingulis, per ſuas patentes literas, ſuo ſigillo munitas, atteſtationem fecit, prout in illis, quas inſpici, & examinari diligenter, ac præſentibus inſeri fecimus. plenius continetur. Quare pro parte dicti Chriſtophori generalis moderni, aſſerentis, quod in præfata Eccleſia, & in diuerſis mundi partibus, per merita ipſius Beati Alberti, alia miracula coruſcant in dies, nobis fuit humiliter ſupplicatū, vt atteſtationi dicti Guillelmi Epiſcopi, & Cardinalis, ac omnibus, & ſingulis in eius literis contentis huiuſmodi, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, & alias in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attēdentes, quod digne in memoria vtitur hominum, qui ad gaudia tranſiuit Angelorum, & ad ordinem præfatū, qui continua glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, protectione fouetur, & ſub honore eius, ſpeciali titulo fundatus, ac tam per diuerſos Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, quam etiam, per nos, Apoſtolica fuit authoritate comprobatus, multiplicibuſque virorum excellentium, omni tempore, quaſi ſideribus, decoratur ornamentis, dirigentes paternæ conſiderationis intuitum, huiuſmodi quoque ſupplicationibus inclinati atteſtationem dicti Guillelmi Epiſcopi, & Cardinalis, qui dicti ordinis protector, exiſtit, ac literas prædictas ratas habentes, & gratas, illas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, authoritate Apoſtolica, ex certa noſtra ſciētia, approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrariis quibuſcumque & quod difficile foret præſentes literas, ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod tranſſumptis dictarum literarum, manu notarij publici, & curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, vel protectoris dicti ordinis, qui nunc eſt, & pro tempore fuerit, aut alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis, ſeu cuiuſcumque in dignitate conſtituti, vel dicti ordinis magiſtri generalis, pro tempore exiſtentis, ſigillo munitis, ea prorſus in iudicio, & extra, fides adhibeatur indubia, ac ſi ipſæ originales literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ, tenor autem dictarum literarum ſequitur, & eſt talis. Guillelmus miſeratione diuina tituli Sancti Martini in montibus ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis Rothomagēſis, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in eo, qui eſt vera omnium ſalus. Dignum, & conueniens iudicamus, de iis teſtimoniū reddere, quæ pacem conſciētię multorū, & deuotionis augmētum, concernere videntur. Notum igitur omnibus facimus, ac teſtamur per pręſentes, quod ſanctiſſimus in Chriſto pater dominus noſter Dominus Calixtus, diuina prouidētia, Papa Tertius, nuper viuę vocis oraculo, nobis pręſentibus, & aſtantibus corā ſua ſanctitate cōceſſit, & induſit reuerendo patri magiſtro Ioanni Soreth Priori generali fratrum ordinis Beatę Marię de Monte Carmeli, pręſenti, & ſupplicāti, quod de Beato Alberto de Drapano inſulę Sicilię dicti ordinis, dum in humanis ageret profeſſori, in cuius honorem, & reuerentiā plura altaria, & Eccleſię, vt idē prior aſſeruit ędificatę fuerint, ac eius crebreſcentibus miraculis publice longo tempore per Chriſti fideles, tā in eorundem fratrum, quam etiā in aliis Eccleſiis, nulla tamen ſecundum ritum Romanę Eccleſię, procedente canonizatione preces, & ſuffragia publicè perſoluuntur eadem deuotio, & reuerentia, vt præmittitur ſine alicuius peccati labe, & tranſgreſſionis nota. ac conſcientiæ ſcrupulo per vos, atqoe alios Chriſti fideles fieri poſſit, & continuari, quouſque per Eccleſiam aliud ſolemnius decernatur, quæ omnia cum, vt præmittitur: verè & rectè ſint acta ad cuiuſlibet notitiam reducimus, & deducenda fore cenſemus, in quorum teſtimonium præſentes literas, per ſecretarium noſtrum infra ſcriptum fieri iuſſimus, & noſtri ſigilli fecimus appēſione communiri. Dat. Romæ in Domibus noſtræ reſidentiæ, apud ſanctum Apollinarem, die quintodecimo, menſis Octob. Anno Incarnationis Dominicæ, 1457. Pontificatus eiuſdem Domini noſtri, anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſupplicationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ, Pridie Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri anno 5.

Bulla XI.

SVMMARIVM.

Eximit Papa fratres à quacumque iuriſdictione Inquiſitorum hæreticæ prauitatis.

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis, magiſtro generali, & vniuerſis fratribus ſacri ordinis Glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmeli, præſentibus, & futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacer ordo veſter, in agro Dominico, diuina diſpoſitione plantatus, & Glorioſiſſimę Dei Genitricis Mariæ, ſpecialiter titulo inſignitus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli, cum illius profeſſores, relegatis à ſe mundanis illecebris, cœleſtium contemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum, propter quæ, ad dictum ordinem, à pluribus Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris, & etiam à nobis, multipliciter approbatū, Apoſtolicæ conſiderationis intuitum dirigētes, ad ea libenter intendimus, per quæ profeſſores ipſi, nullum æternæ pacis patiantur excidium, nullumque religionis ſtatus proferant detrimentum, ſed ab omni moleſtia liberi, eo deuotius diuino cultui, ac ſalutis intendant operibus, quo ſtatus eorum, quietior fuerit, ipſique ampliori fuerint libertate dotati. Sanè licet dudum fœlicis recordationis, Ioannes Papa Vigeſimus ſecundus, prædeceſſor noſter, vos, & ordinem veſtrum prædictum, ac Eccleſias, oratoria, domos, & loca quæcumque tunc, & pro tempore exiſtentia, ad eundem ordinem ſpectātia, cum in eis degentibus, vtriuſque ſexus perſonis, ac omnibus rebus, bonis, iuribus, & pertinētiis ſuis, in ius, & proprietatem Beati Petri, Apoſtolorū Principis, & ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, aſſumpſit, voſque & illa, à cuiuſcumque diœceſani, & alterius poteſtate, iuriſdictione, & dominio, in perpetuū, prorſus, & om-

drageſimali, altaria aliqua à ſuperioribus, ad id deputata, conſequuntur omnes, & ſingulas indulgẽtias conceſſas, viſitantibus dicto tempore, Eccleſias ſtationum vrbis.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. De cunctorum fidelium ſalute, prout nobis. ex paſtoralis officij debito incumbit, continue ſolicitę, ad ea libenter *a* intendimus, per quæ fideles ipſi, præſertim religioſi, ac ſub perpetua clauſura, & humilitatis ſpiritu degentes, ſalutem eandem, ab eis ſemper optatam, fideliter valeant adipiſci. *a Vide T. 1. 10. qq. re. q. 88. art. 8. 9.* Sanè pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum, priorum, & conuentuum Sancti Benedicti, oppidi de Valleſoleti Palentinæ diœceſ. & aliorum eidem monaſterio ſubiectorum, in Caſtellæ, & Legionis Regnis, conſiſtentium monaſteriorum, per priores gubernari ſolitorũ, ordinis dicti ſancti, nobis nuper, exhibita petitio cõtinebat, Quod cum ipſi in dictis monaſteriis reſpectiue, ſub perpetua clauſura degant, monaſteria ipſa, pro lucrandis indulgentiis, abſq; transgreſſione voti perpetuæ clauſuræ, exire nequeunt. Quare pro parte Priorum, & conuentuum prædictorum, aſſerentiũ, ſe ab eſu carnium abſtinere, ac fratrum Minorum, & Prædicatorũ ordinũ, fratribus de obſeruãtia nuncupatis, in dictis regnis exiſtentibus, quod ipſi aliqua altaria Eccleſiarum domorũ ſuarum viſitando omnes indulgentias, quas lucrantur tempore quadrageſimæ, viſitantes nonnullas eccleſias vrbis, lucrarentur, per ſedem Apoſtolicã conceſſum fuiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatũ, quatenus, vt prædicti, & pro tempore exiſtentes, dictorũ monaſteriorum Priores, & ſingulares perſonæ conuentuũ prędictorum, illorũq; ſeruitores etiam laici, qui in eiſdẽ monaſteriis, illorum prioribus perpetuam obedientiam, abſq; tamen emiſſione profeſſionis, præſtare ſolent, donati nũcupati, qui aliqua altaria, per priores dictorũ monaſteriorum, ad id deputanda, prædicto tẽpore deuotè viſitauerint reſpectiuè oẽs & ſingulas indulgentias, quas conſequuntur viſitãtes dicto tẽpore, Eccleſias huiuſmodi vrbis. conſequantur perpetuo, ſtatuere, & ordinare, aliaſq; in præmiſſis eis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingularẽ Chriſti fidelium ſalutem quærimus animarum, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt dicti, & pro tẽpore exiſtentes monaſteriorum prædictorũ priores, & ſingulares perſonę conuentuum prędictorũ, illorumque ſeruitores, etiam laici, qui in eiſdẽ monaſteriis, illorum prioribus perpetuã obedientiã, abſque tamen profeſſionis emiſſione, præſtare ſolent, donati nuncupati, qui aliqua altaria per priores prædictos ad id deputanda, dicto Quadrageſimali tẽpore annuatim, deuotè viſitauerint reſpectiuè, oẽs, & ſingulas indulgentias, quas cõſequi poſſent, ſi viſitarent dicto tẽpore Eccleſias ſtationũ, vrbis huiuſmodi, cõſequãtur, authoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus. Datis Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domini. 1479. 17. Kal. Auguſt. Pont. noſtri, anno 8.

Bulla XLII.

INdultum Nicolai Franci, Apoſtolicæ ſedis Nuncij in Hiſpaniis, cum poteſtate legati à latere, cõceſſum priori, & conuentui S. Benedicti Valliſoletani, & Abbatibus, & Prioribus totius congregationis. Anno Incar. Domi. 1476.

SVMMARIVM.

1 *Monachi electi in confeſſores à ſuis ſuperioribus, poſſunt audire confeſſiones quarumcumque perſonarum, ad ipſorum monaſteria, ſeu Eccleſias cõfluentium, vel ibi exiſtentium, ac eas abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis.*

2 *Et à quibuſcunq; ſententiis, cenſuris, & pœnis, ac cũ eis diſpenſare, in caſibus, in quibus põt Epiſcopus.*

3 *Et in ſuis monaſteriis, & Eccleſiis, confeſſis per monachos eucharistiam miniſtrare.*

4 *Et iis, qui intra ſepta monaſteriorum fuerint infirmati extremam vnctionem dare.*

5 *Si tamen hæ perſonæ habeãt domicilium propriũ in loco, & ſint principales domus ſuæ, ſemel ſaltem in anno confiteantur proprio ſacerdoti, vel licentiam habeant aliis confitendi.*

NIcolaus Francus Apoſtolicæ ſedis Protonotarius, ac in Caſtellæ, & Legionis, necnon Aragonum, Nauarræ, ac Valentiæ Regnis, Nuntius, & orator cũ poteſtate legati de latere à præfata ſede deputatus. Dilectis nobis in Chriſto, Priori. & conuentui Monaſterij Sancti. Benedicti de Valleſoleti, ordinis eiuſdem Sancti, Palen. Diœceſ. per Priorem ſoliti gubernari, ſalutem in Domino. Exhibita ſiquidem nobis nuper, pro parte veſtra, petitio continebat, quod ſæpenumero accidit, Reges, Duces, Comites, Milites, necnon alios de diuerſis mundi partibus, vtriuſque ſexus fideles, ob ſingularem affectum, quem gerunt ad Beatum Benedictum, & ordinem veſtrum, ac monaſterium ipſum, & ad alia monaſteria, ab eodem, & à monachis eiuſdem, fundata, & reformata, in quibus, in regulari obſeruantia, & ſub perpetua clauſura, viuitis, & degitis, confluere conſueuerũt, qui peccata ſua ſummopere cõfiteri, & à vobis ſpiritualiter conſolari, ac de eis pœnitentiam ſalutarem reportare deſiderant, quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt Chriſti fidelium animarũ ſaluti, paci, & quieti, in hoc caſu conſulere, de benignitate Apoſtolica, cuius legationis officio fungimur, dignaremur. Nos igitur, in hac parte, veſtris piis ſupplicationibus inclinati, tibi, fili prior, & abbatibus, & prioribus, vel præſidentibus, quocunque titulo nuncupentur, ab ipſo veſtro monaſterio, & monachis eius fundatorum, & reformatorum, & qui in futurum, Domino diſponente, ab eo fundabuntur, reformabũtur, vel vnientur, in eadem obſeruantia, & ſub eadem clauſura, & modo viuendi, & monachis in ſacerdotio conſtitutis, per te, & per eoſdem Abbates, Priores, vel Prælatos, nuncupandis, eligendis, & ad nutum
renocandis, *b* omnium Chriſti fidelium vtriuſq; ſe- 1
xus, cuiuſcunque gradus ſtatus, ordinis, vel condi- *b Vide T. 1.*
tionis exiſtant, de quibuſuis partibus, ad ipſa mona *10. qq. re. q.*
ſteria, ſeu eorum Eccleſias cõfluentium, aut ex qua *60. art. 7.*
cunque cauſa commorantium, vel exiſtentium, con
feſſiones diligenter audire, ac eos à quibuſuis pec-
catis, delictis, criminibus, & exceſſibus ſuis, in omni
bus, & ſingulis *c* caſibus, Epiſcopo reſeruatis, ac ab 2
omnibus Eccleſiaſticis ſententiis *d* cenſuris, & pœ- *c Vide T. 1.*
nis, fulminationibus excommunicationum, ſuſpen- *10. qq. re. q.*
ſionum, & interdicti, à iure, vel ab homine patratis *61. ar. 2. 3.*
& contractis in genere, in iis tantum, in quibus po- *& 4.*
teſt Epiſcopus abſoluere, & diſpẽſare, ſatisfactione *d Vide in*
præmiſſa, vel mandato de ſatisfaciendo, ſi perſonæ *d. q. 61. ar.*
ad hoc habiles fuerint, ac eis pœnitentias ſalutares *7. & 8.*
iniungere valeant, *e* atque in votis non reſeruatis, 3
in caſibus, i quibus poteſt Epiſcopus diſpẽſare, vel *e Vide T. 1.*
in alia opera pietatis, ea commutare, toties, quoties *10. qq. re q.*
deuotioni eorum videbitur expedire, eiſque in ſuis *63. arti. 3.*
Monaſteriis confeſſis per Monachos Euchariſtiam *& 4. cum*
f miniſtrare: & ſi qui infra ſepta monaſteriorũ ipſo *ſeq. art.*
rum infirmati fuerint, Extremam vnctionem dare 4
auctoritate Apoſtolica, cuius legationis officio fun *f Vide T. 10.*
gimur in hac parte, tenore præſentium plenariam *1. qq. re. q.*
16. art. 3.

& li-

Digitized by Google

& liberã concedimus facultatem; Parochialis preſbyteri, vel alterius cuiuſcunque Epiſcopi, vel ſuperioris, ſuper præmiſſis, & corũ ſingulis, licentia, vel
5 aſſenſu, nullatenus requiſitis: niſi tales perſonæ ſic confitentes, proprium habuerint domicilium, in ciuitate, vel loco, vbi conſtructum eſt, vel fuerit Monaſterium, & ſint principales domus ſuæ, quia tunc volumus, vt ſemel ad minus in anno, confiteantur propriis ſacerdotibus, vel licentiam habeant ſpecialem, vel generalem, aliis confitendi. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis non obſtãtibus. In quorum fidem, præſentes fieri, noſtrique ſigilli appenſione iuſſimus muniri, Datis in monaſterio Sancti Benedicti de Vallisoleti Palentinæ Diœceſ. anno à Natiuitate Domini, 1476. die octauo menſis Iunij, Pont. ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Sixti, diuina prouidentia, Papæ IIII. anno 5.

Hoc intellige de confeſſoribus expoſitis, & ab ordinario approbatis, iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini.

Bulla XLIII.

Indultum Nicolai Franci, Nũtij, & Legati Sixti Papæ IIII. conceſſum Monaſterio S. Benedicti Vallisoletani, anno Domi. Incar. 1476.

SVMMARIVM.

Confirmat indulgentias priuilegia, immunitates indulta conceſſa Monaſterio S. Benedicti, & ea extendit ad reliqua Monaſteria Congregationis.

NIcolaus Francus, Apoſtolicæ ſedis Protonotarius, ac in Caſtellæ, & Legionis, necnon Aragonum, Nauarræ, ac Valentiæ Regnis, ac illis adiacentibus partibus, Nuntius, & Orator, cum poteſtate Legati de latere, à præfata ſede deputatus. Dilectis nobis in Chriſto, Priori, & conuentui Monaſterij Sancti Benedicti de Valleſoleti, per Priorem ſoliti gubernari, ordinis eiuſdem Sancti, Palentinæ Diœceſis ſalutem in Domino. Exhibita ſiquidẽ nuper nobis pro parte veſtra, petitio cõtinebat: quod ex ipſo veſtro Monaſterio, & Monachis eius, nonnulla alia Monaſteria ſunt fundata, & reformata, & eidem ſubiecta, & quod idem veſtrum Monaſterium, pluribus gratijs, & priuilegiis, ſit per ſedem Apoſtolicam, aut ſuos legatos, dotatum, & præmunitum, de quibus vos gaudetis, & ſic vt eadẽ petitio ſubiũgebat, deſideratis quamplurimũ, vt illa alia Monaſteria, ab ipſo, & vobis fundata, reformata, vel vobis ſubiecta, & Monachi eorũ fratres veſtri, eiſdẽ priuilegiis, gratiis, indultis, & conceſſionibus Apoſtolicis, vti poſſint, & gaudere, quibus, & vos vtimini, & gaudetis: ea propter nobis humiliter ſupplicaſtis, vt dictis Monaſteriis, & Monachis, fratribus veſtris in eiſdẽ commorantibus, clementi remedio prouidere dignaremur. Nos igitur, veſtris ſupplicationibus inclinati, volentes vos fauore proſequi gratioſo, ac Apoſtolicæ Sedis poteſtate ad hæc, & alia ſpecialiter nobis conceſſa, cuius legationis officio fungimur in hac parte, oẽs gratias, indulgentias, priuilegia, immunitates, & libertates, ac quæcunq; indulta per Sedem Apoſtolicã, vobis, ac veſtro Monaſterio Sancti Benedicti, conceſſas quæ, & nos ex poteſtate nobis data, concedere poſſumus, ad dicta alia monaſteria à vobis, & ipſo veſtro monaſterio fundata, ſeu reformata, vel vobis qualitercunq; ſubiecta, & ad eorum Monachos fratres veſtros, eius veſtri Ordinis Sancti Benedicti, extendimus, & protogamus, & volumus, vt eiſdem priuilegiis, gratiis, indulgẽtiis, immunitatibus, & libertatibus, vti, & gaudere valeant, pariformiter, & abſq; vlla differentia, ac ſi pro ipſis, & eorũ ſingulis expreſsè, & ſpecialiter emanaſſent: Cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque nõ obſtantibus, In quorum omniũ fidem, & teſtimonium præſentes fieri noſtriq; ſigilli iuſſimus appenſione muniri. Datis in Monaſterio S. Benedicti de Valleſoleti. Anno Incar. Domi. 1476. 25 die menſis Iunij. Pont. Sãctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N. Domini Sixti, diuina prouidentia Papæ IIII. anno 5.

Bulla XLVI.

Indultum Nicolai Franci Nuncij Sixti Papæ IIII. conceſſum Monaſterio S. Benedicti Vallisoletani, & ſibi ſubiectis anno Incarnat. Dominicæ 1478.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia pro viſitantibus altaria, &c.*
2 *Altare portatile in infirmariis, &c.*
3 *Tempore interdicti poſſint admitti quindecim perſonæ, &c.*
4 *Legata, & eleemoſynæ accipi poſſunt pro Capellanijs ſine onere, &c.*
5 *Electio confeſſoris approbati, qui ſemel in vita & in mortis articulo abſoluere poſſit Religioſos plenariè, &c.*

REuerendiſſime Pater. Supplicatur P. V. Reuerendiſſimæ, vt quicunque viſitauerint altaria 1
nunc ædificata, vel in poſterum ædificanda huius
Monaſterij S. Benedicti Vallisoletani, vel eidẽ ſubiectorũ pro qualibet viſitatione cuiuſlibet Altaris,
quotieſcunque quis viſitauerit, & orauerit pro pace Eccleſiæ, & conuerſione infidelium, & pro pace
Regni, dicentes vna vice, orationem Dominicam,
ſcilicet, Pater noſter, cum Aue Maria, centum dies
indulgentiarũ, & totidem qui eandem orationem
dixerint corã crucifixo qui nunc eſt in Clauſtro iſtius Monaſterij S. Benedicti Vallisoletani, & totidẽ qui etiam coram imagine Beatę Marię, quę nũc 2
eſt in Clauſtro apud ianuam Eccleſiæ Onnienſis,
iſtius ordinis, & obſeruantiæ. Item, vt in eius Monaſterio, & in aliis eiſdem ſubiectis poſſimus tã in
infirmariis, quã in quibuſcunque aliis locis honeſtis intra ſepta Monaſterij habere altaria *a* portatilia. Itẽ vt tẽpore interdicti ordinarij poſſimus recipere ad Miſſas, & horas audiendas in iſto Monaſterio, & in aliis eidẽ ſubiectis quindecim *b* perſonas, 3
in quolibet die, de his qui non dederunt cauſam interdicto. Itẽ, vt quaſcũque eleemoſynas, vel quæcũque legata, etiam pro tẽpore per quaſcunque perſonas ſupradictis Monaſteriis huius obſeruãtię pro perpetuis Capellanijs, vel alias libere, & licitè poſſint ea recipere, habere, & retinere, ſine prædicto 4
onere. Ipſi tamẽ benefactores vel defuncti participes ſint benefactorũ cõmunium in dictis monaſterijs fiendorum. Item, quod Dominatio V. Reuerendiſſima concedat omnibus Prioribus pro tempore 5
exiſtentibus, & etiam Monachis huius Monaſterij,
& aliorum eidem ſubiectorum confeſſionale, ſcilicet, quod quilibet ſupradictorum, poſſit eligere
confeſſorem Religioſum, cum licentia ſui ſuperioris, qui poſſit eũ plenariè abſoluere *c* ſemel in vita,
& etiam in vero mortis articulo, ab omnibus excommunicationibus, & peccatis, & criminibus &
Apoſtolicæ ſedi reſeruatis, ita quod quilibet eorũ,
recitet, vel dicat ſemel tantũ ſeptem pſalmos pœnitentiales, vel ſexaginta vicibus Pater noſter, cum
Aue Maria, pro pace, & tranquillitate, & proſperitate

a Vide 1 to. 10. qq 10. q. 28. art. 3.

b Vide 1 to. 2. qq. 10. q. 112. art. 6. & q. 113. ar. 2.

c Vide 1 to. 1. qq. 10. q. 62. ab a. 6.

tate Eccleſiæ,& ſummi Pontificis. Fiat vt petitur.
Nicolaus Francus legatua.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla XLV.

SVMMARIVM.

Quod omnes ordinis perſonæ,poſſint in mortis articulo,cum ſalutari pœnitentia, abſolui ab omnibus cenſuris,criminibus, & peccatis,etiam reſeruatis, plenariam remiſſionem, & abſolutionem,ac ſanctiſſimum Iubileum,ſiue omnes indulgẽtias,quas tempore Iubilei,Romæ exiſtentes, viſitantes Eccleſias, ad hoc deputatas conſequuntur, recipere, & quod ſi mors inde non ſequatur, poterit hæc gratia, ſub indulgẽtia,toties,quoties neceſſe fuerit, reiterari, cum certis, alijs conditionibus infra declaratis.

Vide in 1. 20. qq. reg. q. 62. ar. 6. SIxtus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs vniuerſis Abbatibus,Prioribus,monachis, monialibus, nouitijs, conuerſis,donatis, familiaribus continuis,commenſalibus, œcunomis, procuratoribus, & alijs perſonis vtriuſque ſexus, Ciſtercienſis ordinis, præſentibus, & futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacro ſanctæ religionis veſtræ puritas,vitæ ſanctimonia, feruor deuotionis,ac in domini agricultura labor aſſiduus, quibus ad ſupernum brauium fœliciter cõprehendendum.cęterisq; fidelibus impetrandum,totis inſudatis viribus,nos prouocat,vt antiquis hoſtis iacula, quibus vos,cæterosq; ſpiritualis vitę ſectatores,impetere,atque impedire nititur, ſcuto noſtræ protectionis tantò propellamus diligentius, quantò de veſtri profeſſus fruſtratione,ſi fortè,quod abſit,callidi hoſtis decepti verſutijs, in vanum curreretis amplius doleremus: hinc eſt, quod nos ſaluti animarum veſtrarum,cõſulere cupientes, dilecti filij, Hymberti Abbatis Ciſtertij,deuotis ſupplicationibus inclinati, vt confeſſor idoneus, de ordine veſtro,quem quilibet veſtrum, ad hoc duxerit eligendum, cõfeſſionibus veſtris diligenter auditis, ab omnibus,& ſingulis excommunicationis,ſuſpẽſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris,& pęnis à iure,vel ab homine quomodolibet latis,quibus,quomodolibet ligati fueritis,ſeu alter veſtrum ligatus fuerit,nec nõ, pro commiſſis per vos & quemlibet veſtrum,criminibus,exceſſibus,delictis, & peccatis quibuſcunque, quantumcunque enormibus, etiam ſi talia forent, propter quæ ſedes Apoſtolica meritò foret conſulenda, ſemel in mortis articulo,debitã vobis,& cuilibet veſtrum abſolutionem impendere,ac pœnitentiam ſalutarem iniungere,necnon omnium peccatorũ veſtrorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fueritis, plenariam remiſſionem, necnon ſanctiſſimum Iubileũ,ſiue omnes,& ſingulas indulgentias, ac plenariam omnium peccatorum veſtrorum remiſſionem,per nos, & prædeceſſores noſtros, Romanos Põtifices,Chriſti fidelibus,perſonaliter anno Iubilei Romam veniẽtibus, & eccleſias ad hoc ſtatutas,& deputatas verè contriti,& confeſſi,viſitantibus,quouis modo cõceſſas,& quas cõſequuntur,ac cõſequi poſſunt,ac ſi perſonaliter veniretis, & eaſdem eccleſias, per tempus ad hoc ſtatutum, viſitaretis, ac oĩa,& ſingula per nos,& prædeceſſores noſtros,pro Iubileo,ſiue indulgentijs,& remiſſionibus hmõi cõſequendis,ordinata adimpleretis, conſequeremini,& haberetis,ſeu cõſequi,& habere poſſetis,vobis in ſinceritate fidei,vnitate S. Romanæ Eccleſię,ac obedientia,& deuotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorũ Romanorum Põtificum, canonicè intrantiũ,perſiſtentibus,auctoritate Apoſtolica,concedere valeat,ita tamen, quod ſi vobis, vel alteri veſtrũ,in aliqua infirmitate graui, remiſ-
ſio,& Iubileum, ſiue indulgentia hmõi cõcedatur, 72
& mors indè non ſequatur, nihilominus abſoluti maneatis,& quilibet veſtrum maneat,vt pręfertur, ac plenaria remiſſio,& Iubileum, ſeu indulgentia hmõi,in mortis articulo,iterum impẽdi poſſint, & vobis,ac veſtrum cuilibet, ac ſi illa nõ præceſſiſſet, ſuffragari,deuotioni veſtræ,tenore præſentium indulgemus. Sic tamen,quod idem confeſſor, de his, quibus fuerit ſatisfactio impendenda, eam vobis, & alteri veſtrum,ad quem ſpectabit,per vos, & dictum alterum ſi ſuperuixeritis ac ſuperuixerit,vel per alios,ſi fortè tunc tranſiueritis,aut tranſiuerit, faciendam iniungat,quam vos,ſeu dictus alter veſtrum,aut illi facere teneamini,vt pręfertur. Et nè, quod abſit,propter huiuſmodi gratiam, procliuiores reddamini ad illicita in poſterum committenda,volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi,aliqua fortè alter veſtrum committeret, quò ad illa,prædicta remiſſio,& Iubileũ,ſeu indulgentia huiuſmodi,illi nullatenus ſuffragẽtur, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginã noſtræ conceſſionis, & voluntatis,&c. Si quis autẽ hoc &c. Dat. Romæ,apud S. Petrum,anno Incarn. Dominicæ 1465. Idibus Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.

Bulla XLVI.

SVMMARIVM.

Omnes accedentes ad capitulum, ab omnibus cenſuris,peccatis,etiam reſeruatis,poſſunt abſolui, & ſuper irregularitatibus diſpenſari, & plenam omniũ peccatorum remiſſionem obtinere.

PHilippus miſeratione diuina Epiſcopus Portuen. Sacroſanctæ Rom, Eccleſiæ Cardinalis, vniuerſis, & ſingulis præſentes literas, ſeu præſens publicum tranſumpti *a* inſtrumẽtum, inſpecturis, viſuris,lecturis pariter,& audituris ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Quia ratio exigit, & æquitas perſuadet veritati teſtimonium perhibere. Idcircò ad vniuerſitatis veſtræ, & cuiuſlibet veſtrum,notitiam deducimus,& deduci volumus per præſentes,quod ſupplicationem originalẽ,manu ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri,Domini Sixti, diuina prouidẽtia Papæ IV. in Reuerendiſſimorum,& Reuerendorũ in Chriſto Patrum,& Dominorum Guillielmi,Hoſtien. Betrardi Sabinen. Epiſcoporum Philiberti,tituli S. Luciæ in Silice presbyteri, miſeratione diuina,ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ, Petri Epiſcopi Titaſinen,ac bonæ memoriæ,Himberti quondam Ciſtercij, & Ioannis Monaſterij B. Mariæ de Balerna Ciſtercien. ordinis Biſuntin. & Cabillonen. Diœceſ. Abbatum,ac noſtra præſentia ſignatam, vnà cum clauſulis,& eius ſignatura, vobis preſentatam,recipimus huiuſmodi ſub tenore. Beatiſſime Pater,licèt ſacer ordo Ciſtercien. in ſumma puritatis, & deuotionis perfectione fundatus, iandiu in vitæ ſanctimonia, & per vniuerſa orbis climata,ad ædificationem Eccleſiæ militantis,cũ odore virtutũ,eximio religionis decore eminenter floruerit,& reſplenduerit,quãdiu iuxta primæuas ſanctorum Patrum inſtitutiones,Abbates,& perſonę regulares, ipſius ordinis,ex diuerſis regnis,prouincijs,& alijs mundi partibus, ſingulis annis,diligenter ad capituli generalis celebrationem,& frequẽtationem, accedere, & ſecundum ipſius ſtatuta regularia,vitæ curſum componere,vitiaque,& defe-

a Vide in 1. 20. qq. ro. q. 41. ar. 2.

ctus

ctus contingentes reprimere, & emendare potuerunt, tamen ab aliquibus annis citrà, propter Guerrarum turbines, diſtãtias locorum, commendas de diuerſis monaſterijs eiuſdem ordinis factas, aliorumque ſiniſtrorum euentuum multiplices anfractus, dicti Abbates, & perſonæ regulares eiuſdẽ ordinis, paruo numero, prædictum generale capitulũ frequentare nõ ſolent. Vndè, ordo ipſe, qui prius in terris erat, veluti paradiſus voluptatis cęleſtis, nũc quaſi derelictus, penè conuerſus eſt in ruinã, & deſolationem, & miſerandã patitur iacturam. Cũ autem, Pater Sancte, oportet per aduentum dictorũ Abbatum, & perſonarum regulariũ eiuſdẽ ordinis, ad ſolemnem frequẽtationem, & annuam celebrationẽ eiuſdẽ capituli generalis, ſubueniri, & vt id, qđ in eodẽ ordine, Dei gratia, adhuc ſupereſt, conſeruari, & augeri, quod verò deperditũ eſt, & collapſum, reparari & reſtaurari poſſit, ſupplicat ſanctitati veſtræ, deuotus orator veſter, frater Himbertus Abbas monaſterij Ciſtercien. Cabilonen. diœceſ. qui pro reparatione eiuſdẽ ordinis, ad dictum generale capitulum, annis ſingulis, tranſeant, & accedãt, ſummoperè deſiderat. quatenus in præmiſſis opportune prouidendo, & Abbatum, & perſonarũ prædictarum aĩarum ſaluti, ſalubriter conſulendo oĩbus, & ſingulis Abbatibus, prioribus, monachis, nouitijs, conuerſis, donatis, ſeruitoribus, cõtinuis, cõmenſalibus, procuratoribus, nũcijs, & alijs eiuſdẽ ordinis, perſonis, pręſentibus, & futuris, qui perpetuis futuris tpibus, dicto generali capitulo interfuerint, vt confeſſor idoneus de dicto ordine, cui ſecundũ ordinis inſtituta, ex propriorũ Abbatũ ordinatione aliàs confitetetur, & quam tũc, vel infra viginti dies immediatè ſequentes, ad hoc quilibet ipſorũ duxerit eligendũ, eos, & eorũ quemlibet, ab omnibus, & ſingulis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijsque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa, latis, inflictis, ac promulgatis, & ferendis, & promulgãdis, & infligendis, alijſque eorum peccatis, delictis, criminibus, & exceſſibus quibuſcunque, quãtũcunq; enormibus, ẽt ſi talia forent, pp quæ meritò ſedes Apoſtolica foret conſulenda annis ſingulis, quotiens dicto generali capitulo interfuerint, ſemel duntaxat, abſoluere, & eis pro cõmiſſis, pœnitentiam ſalutarem iniungere, necnon ſuper irregularitate, quouis modo, & qualitercunque contracta, & contrahenda, cum eis, & eorum quolibet, diſpenſare, necnon plenariam remiſſionem, & abſolutionem omnium, & ſingulorũ peccatorum ſuorum, tunc poſſit impendere, & valeat licentiam, & auctoritatem concedere, & indulgere. Et inſuper, quod tranſumptum præſentis ſupplicationis, manu alicuius notarij publici ſignatum, & ſigillo alicuius prælati eccleſiaſtici, valeat ſigillatũ, & eiſdẽ ſuffragetur, ac ſi præſens ſupplicatio, apud quemlibet eorum, exiſteret, decernere, & declarare dignemini, de gratia ſpeciali, cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque in contrariũ facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Fiat, vt petitur. Et de abſolutione, ab omnibus ẽt reſeruatis caſibus, & cẽſuris, & de plenaria remiſſione omniũ peccatorum, & de diſpenſatione ſuper irregularitate, quouis modo cõtracta, & ſemel duntaxat ſingulis annis, pro pręſentibus & futuris Abbatibus, prioribus, monachis, nouitijs, conuerſis, donatis, ſeruitoribus, commenſalibus, procuratoribus, nouitiis, & alijs eiuſdẽ ordinis perſonis quibuſcunque quæ dicto generali capitulo interfuerint, & quod hmõi facultas duret perpetuò. Et quod de præſentibus, ſub ſigillo alicuius prælati eccleſiaſtici, & ſigno notarij publici, poſſit fieri trãſumptum, cui fides adhibeatur, & quod præſentis ſupplicationis ſola ſignatura ſufficiat, abſque aliarum literarum deſuper cõfectione. Fiat F. Qua quidem ſupplicatione, ſic per nos recepta, viſa, & diligenter inſpecta, fuimus pro parte Reuerendorum Patrum, dominorum Ioãnis Abbatis monaſterij S. Bernard. Valentin. in Rom. Curia ipſius ordinis Ciſterc. procuratoris generalis, ac Ioannis Abbatis monaſterij B. Mariæ de Balerna præfati, debita cum inſtantia requiſiti, quatenus ſupplicationẽ ipſam originalẽ, quæ per diuerſa loca, ad ſingulorum vota cõmodè deferri nõ poteſt, in forma authentica tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi, mandare dignaremur. Nos igitur Philippus Cardinalis prædictus attẽden. requiſitionem hmõi fore iuſtam, ac conſonam rationi, ſupplicationem prædictã per notarium publicum infraſcriptum, tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi mandamus. Decernentes, quod hmõi tranſumpto tanta fides adhibeatur vbiq. locorum quanta dictę ſupplicationi originali daretur, & adhiberetur, ſi in medium produceretur. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ſiue præſens publicum inſtrumẽtum exindè fieri, & per notarium publicum infraſcriptum ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigilliq. noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum, & actũ Rom. in domibus reſidẽtię noſtræ ſub anno à Natiuitate Domini, 1476. Indict. 9. Die vero Mercurii, tertia Aprilis, Pontificatus præfati SS. Domini noſtri, Domini Sixti Papæ IV. anno 5. Præſentibus ibidem, Reuerendis in Chriſto patribus, & Dominis, Dominis Antonio Maria Cimen. & Baptiſta Vitimillien. Epiſcopis, ac venerabili viro, Domino Petro de Plaza presbytero Canonico Parmen. teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, ac rogatis. Et ego Frãciſcus Berard. Canonicus Parmen. publicus Apoſtolica, atque Imperiali auctoritatibus, notarius, quia pręinſertę ſupplicationis copiam vnà cũ originali ſupplicatione collationaui, & illam concordare feci, ac præſentis tranſumpti, petitioni, & decreto omnibuſq. & ſingulis, dũ ſic, vt præmittitur, per Reuerendiſſimum in Chriſto, Patrem, & Dominum, Dominũ Philippum Epiſcopum, & Cardinalem præfatũ, & coram eo agerentur, dicerentur, & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus, pręſens fuit, eaq. oĩa. & ſingula, ſic fieri vidi & audiui. Idcircò hoc præſens publicum inſtrũm manu alterius me aliis occupato negotiis, fideliter ſcriptum, exinde confeci, ſubſcripſi, & publicaui, cũ appoſitione nominis, & ſigni mei conſueti, vnà cum pręfati Reuerendiſſimi Domini Cardinalis ſigilli appenſione, rogatus, & requiſitus, in fidem, & teſtimonium ſingulorum omnium præmiſſorum.

Bulla XLVII.

SVMMARIVM.

Quod pro quietatione ſcrupulorum multarum cõſcientiarum ſuper eſu carnium, extra communia infirmorum ordinis, ex quo maior pars ordinis, ſtatutũ Benedicti XII. non obſeruabat, nec velle ſeruare videbatur, concedit Pontifex capitulo generali, & Abbati plenariam poteſtatem ſuper his diſponendi, ſtatuendi, & diſpenſandi abſque cuiuſcunque pœnæ incurſu, aut ſcrupulo conſcientiæ.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Et ſupernæ diſpoſitionis arbitrio, Romanus Põtifex, in ſupernæ eccleſiæ militantis ſtatione locatus, circa ſtatum eccleſiaſticarum perſonarum præſertim ſacrę religioni deditarum, continuò ſolicitus, ad ea, quæ humanæ fragilitati ſuccurritur, & ipſarum perſonarum ſaluti, & opportunitatibus conſulitur, operoſis ſtudijs, & re-

medijs

Digitized by Google

mediis intendit, ab his quæ propterea proceſſiſſe competit, uè in recidiuæ contentionis ſcrupulum relabantur, Apoſtolici muniminis adiicit firmitatē. Dudum ſiquidem fœ. re. Benedictus Papa XII. prædeceſſor noſter, per quaſdam ſuas literas, inter alia inhibuit, ne Abbates, & monachi Ciſterc. ordinis, extra monaſteria, ſeu loca conuentualia eiuſdē ordinis, ac etiam ipſi monachi infra monaſteria, ſeu loca huiuſmodi, aut in cameris, & extra infirmitorium commune carnes, vel pulmenta, cum carnibus decocta, vel condita comedere a præſumerēt, contra obſeruantiam dicti ordinis diutius ſeruatā. Monachus, aut conuerſus, qui huiuſmodi inhibitionis trāſgreſſor eſſet tribus diebus, pro qualibet, carnium, vel pulmentorum huiuſmodi comeſtione, ieiunare in pane, & aqua teneretur, & quod nihilominus quolibet ipſorum dierum, in capitulo regularem accipere diſciplinam. Sed Abbas inhibitionis huiuſmodi tranſgreſſor, non ad diſciplinam ipſam, ſed ad ieiunia ipſa teneretur. Et ſi ſcienter hoc omitteret, negligenter facere obſeruari, etiam ex negligentia teneretur ad ieiunia prælibata, quæ quidem pœnæ nulli remitti valerēt, nec ſuper eis, vel ipſarum parte aliqua cum aliquo diſpenſari, quod ſi aliqui ſuper eſu carnium, vel pulmentorum prædictorum, ſæpè inuenti eſſent delinquentes, ſeu eſum ipſum contra ordinationē huiuſmodi frequentantes, ac per Abbates proprios, quod à talibus abſtineant, canonice moniti, non deſiſterēt, eſſent poſt monitionem huiuſmodi, per biennium eo ipſo inhabiles ad quæcunq; officia, & adminiſtrationes in eodem ordine, obtinentes verò illa remouerentur, ſi Abbatibus eorum viſum foret ab obtentis, Quodque nullus monachus, vel conuerſus dicti ordinis, cuiuſcunque conditionis exiſteret, etiamſi officium haberet, niſi ægritudine graui, vel debilitate detentus foret, carnes de cætero in cameris infirmitorij comedere præſumerent, ſed omnes comederent in communi infirmitorio deputato, ne carnes pararentur, vel decoquerētur alibi, quā in infirmitorio communi, ſeu coquina eidem infirmitorio deputata, vel in poſterum deputāda, niſi Abbas ex aliqua cauſa rationabili, alibi decoqui, vel parari mādaret eaſdem, vel in eius abſentia ille cui dictus Abbas committeret vices ſuas. Vbicunque autem, pro aliis, quam pro infirmis, vel debilibus, paratæ eſſent, per infirmarium inter comēdentes in infirmitorio diuiderentur, Abbatibus verò benemeritis, quin ceſſarent, vel cederent ſpontanea voluntate locus, & eſus carnium, per Abbatem proprium ſecundum ſuæ diſcretionis arbitrium, concederetur. Et quilibet Abbas dicti ordinis ex indulgentia poſſet interdum aliquos fratrum, prout neceſſitas poſtularet, aduocare, ipſoſque ſecus, in camera ſua, melius, & plenius exhibere, Abbates autem, & aliæ notabiles perſonæ ipſius ordinis ad monaſteria declinantes, de Abbatis, vel eo abſente, de præſidētis regimini ipſius monaſterij licētia in camera ipſius Abbatis, vel in cōi infirmitorio, carnibus vti poſſet, prout in eiſdem literis plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilecti filij Hymberti Abbatis Ciſterc. Cabilon. diœceſ. petitio continebat, ex ſtatuto, ſeu inhibitione huiuſmodi, vel tenore verborum ipſius Benedicti Papæ literis, contentorum prædictorum, eſus carnium, & pulmentorum huiuſmodi Abbatibus, monachis, profeſſis, & aliis perſonis eiuſdē ordinis, extra ſepta monaſteriorū ſuorum, videatur eſſe vetitus, ordoque, & monaſteria ipſa, per orbem reſperſa, pro maiori parte tenue, & ſuper laboribus manuum, & nutrimentis animalium, fundatæ, ac eorum aliqua ob guerrarum turbines, & alios ſiniſtros euentus, ruinoſa, & quaſi deſolata; aliqua vero in locis ſterilibus poſita exiſtat, & ſi eis alij ſint redditus, qui vt plurimum rari ſunt, & in diuerſis locis conſiſtūt, tā præmiſſorum, quam aliorum ordinis, & monaſteriorū prædictorum, pro tēpore occurrentium communiū, & particularium negotiorū occaſione, collectione, defenſione, directione, & conſeruatione, Abbates monachi, & aliæ perſonæ eiuſdē ordinis, & ſepta monaſteriorum ſuorū ad diuerſa loca, etiā remota, & diuerſarum regionū ſæpius tranſire, & illa frequentare habeant, quæ adeò, vt plurimum ſterilia ſunt, & bonis ad victū neceſſariis priuata, vt alium cibū, quam carnes, vel de carnibus decoctum, quo ſe commodè ſuſtentare valeant, non receperunt. Et ſicut eadem petitio ſubiūgebat ſi Abbates, monachi, & aliæ perſonæ huiuſmodi, ad loca prædicta tranſeuntes, non reficerentur, importabiles incurrerent infirmitates, aut ſi non tranſeāt fundationem ipſorū monaſteriorum, quæ à diuerſis, tā violentia, quam proceſſuum inuolutionibus, ac innumerabilibus aliis modis impetūtur, perire, & deperdi poſſent, penſata etiam humanæ conditionis fragilitate, quæ, prout experiētia docet, procliuior ad debilitatē, ſeu impotentiam redditur, tranſeuntes ieiunia, & vitæ auſteritatē antiquorum, nequaquam Patrum perferre multoq; minorem vitæ rigorē vix ſuſtinere valentes, contra ſcrupulum conſcientiæ extra ſepta monaſteriorū prædictorū carnibus, & pulmentis huiuſmodi infirmitatem vitando corporalem, ſæpius veſci oporteat, pro parte dicti Hymberti Abbatis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatuto & conceſſioni, quoad vſum carnium, & pulmentorum prædictorum, infra ſepta monaſteriorum, ac etiam inhibitioni huiuſmodi loca diuerſa infra ſepta monaſteriorum concernētia, ac prout illa concernūt, prædictis literis necnō omnibus, & ſingulis eis cōtentis, pro illorū ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, aliaſque in præmiſis, ac ſtatuti Abbatum, monachorum, monialium, & aliarum perſonarum prædictorum, oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur literarū, necnon ſtatuti, conceſſionis, & inhibitionis huiuſmodi tenores, & formas, ac ſi de verbo ad verbū inſererentur præſentibus, pro expreſſis habentes, ac attendētes humanæ conditionis fragilitatē, & quod eſus, vel non eſus carniū de ſubſtantialibus regulæ eiuſdē ordinis, alias non eſt, prædictorumque ſaluti, ac eorū neceſſitatibus præmiſſis, & aliis nō expreſſis, quantū cum Deo poſſumus prouidere, & humanæ fragilitati huiuſmodi ſuccurrere cupientes, prædictis rationibus, & aliis rationabilibus animum noſtrū mouentibus, penſatis huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſtatutum, & conceſſionē quoad eſum carnium, & pulmētorum prædictorum, infra ſepta monaſteriorū, necnō inhibitionum, quoad hoc ſubiuncta, ac prout illa cōcernunt eaſdem literas Apoſtolicas, necnon omnia, & ſingula alia in eis contenta, ac inde ſequuta quæcunq; auctoritate Apoſtolica ex certa ſciētia tenore præſentium, ratificamus, confirmamus, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus, necnon illa ſub pœnis in eiſdē literis cōtentis, volumus, & mandamus perpetuis futuris temporibus firmiter obſeruari. Et inſuper dilectis filiis, capitulo generali dicti ordinis, & eo ceſſante, prædicto, pro tēpore exiſtenti Abbati eiuſdem monaſterij Ciſterc. cum quibuſcunq; Abbatibus, monachis, monialibus, ac aliis pſonis eiuſdē ordinis, præſentibus, & futuris ſecundū diſcretionis eorū arbitriū, & conſcientiæ iudicium, ſuper quo eorū conſciencias oneramus, quādocunq; & quotieſcunq; neceſſe eis, ſeu alteri ipſorū videbitur, per ſe, vel aliū, ſeu alios diſpenſandi, ac eis licētiam concedendi, quod carnibus, & pulmentis hu-

huiuſ-

a Vide ſ to. 2. qq. regu. q 100. art. 1 & 2.

iuſmodi, etiam extra dictorum monaſteriorũ ſepta in prædictis, & quibuſuis aliis locis, abſque alicuius pęnæ incurſu, aut conſcientię ſcrupulo, veſci, & vti poſſint, plenam, & liberam facultatem, prędicta auctoritate, pręſentium tenore, cõcedimus pariter, & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſteriorum, & ordinis prædictorum iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus: necnon præmiſſis, ac omnibus aliis, quæ dictus Benedictus prædeceſſor in eiſdẽ ſuis literis voluit non obſtare cæteris contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ ratificationis, cõfirmationis, approbationis, communitionis, voluntatis, mandati, onerationis, cõceſſionis, & indulti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domini. 1475. Idibus Decemb. Pont. noſtri, anno 1.

Pro ordine SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

Bulla XLVIII.

SVMMARIVM.

Confirmat Summus Pontifex donationem factam à Regibus Hiſpaniarum, Henrico, & Ioanni, ordini Sanctiſſimæ Trinitatis, de los Quintos, Moſtrẽcos Deſemparentados, & Algaranos, vulgariter nuncupatorum bonorum, & aliarum rerum, ad ipſos Reges ſpectantium.

SIxtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ ſedis circũſpecta benignitas, vt ea quæ per fideles Principes, pro ſtatu, & augmento monaſteriorum, & priorũ locorum, ac in eis ſub regulari habitu virtutũ, Domino famulantium, miſerabiliumque perſonarum commodo, & vtilitate conceſſa, ac per Romanos Pontifices confirmata ſunt, ſublatis quibuſlibet difficultatibus, cum approbationis adminiculo, debitum ſortiantur effectum, libenter ſuæ partes ſolicitudinis interponit. Dudum ſiquidem pro parte, tunc Prouincialis, & aliorum Miniſtrorum, ac fratrum ordinis S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, prouinciæ Caſtellæ, & Legionis, ſecundum morem dicti ordinis viuentium, fæ. re. Martino Papæ V. prædeceſſori noſtro expoſito, quod olim bonæ memoriæ, Henricus Rex Caſtellæ, & Legionis, pie tunc conſiderans, & attendens multos Chriſti fideles partium illarum, quæ Sarracenis, & Chriſti nominis inimicis, vicinæ, & confines exiſtebant, ſæpe capi, & miſerabiliter etiam diris carceribus intrudi, & inibi detineri, per præfatoſque Miniſtros, & fratres, tàm de propriis eorum bonis, quam eleemoſynis, quæ ipſis per Chriſti fideles quotidie pro eorundem fidelium Captiuorum Redemptione erogabantur, captiuos ipſos de manibus dictorum Sarracenorum, redimi, & liberari. Ac tunc volens dictus Rex, & conſiderans, ſe huiuſmodi bona, & pij operis participem fieri, omnia bona, videlicet, Quintos, Moſtrencos, Deſemparentados, & Algaranos vulgariter nuncupata, & nonnullas alias res, ad eundem Regem ſpectantia, ac in regnis, & Dominiis ſui conſiſtentia, cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, Miniſtris, & fratribus, ac ordini, præfatis pro eorundem fidelium redemptione, liberaliter conceſſerat, & donauerat, ac voluerat, & mandauerat, quod nullus alius de bonis, & rebus ipſis, ſe intromittere, vel illa occupare, aut detinere pręſumeret quoquomodo. Ac ſubſequenter claræ memoriæ, Ioannes Rex Caſtellę, & Legionis ipſius Hẽrici Regis natus, conceſſionem & donationẽ, huiuſmodi, cum ſimili voluntate, & mandato, confirmauerat, prout in eorundem Henrici, & Ioãnis, Regum literis authenticis, eorum ſigillis munitis, plenius, & latius dicebatur contineri. Et pro parte Miniſtrorum, & fratrum prædictorum eidem Martino prædeceſſori, tunc ſupplicato, vt cõceſſioni, donationi, & confirmationi præfatis, & aliis in dictis literis contentis, robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, de benignitate Apoſtolica dignaretur, præfatus Martinus prædeceſſor, certo indici, eius proprio nomine non expreſſo, per ſuas literas dedit in mandatis, quatenus ſi eſſet ità, conceſſionem, donationem, & confirmationem prædictas, & alia in ipſis literis dictorum Regum contenta, dum tamen non obuiarent Canonicis inſtitutis, & in alicuius non vergerent præiudicium, auctoritate Apoſtolica, confirmaret, prout in præfatis literis ipſius Martini prædeceſſoris, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorũ filiorum, prouincialis, Miniſtrorum, & fratrum ordinis, & prouinciæ huiuſmodi petitio cõtinebat, præfatus iudex, in dictis literis ipſius Martini prædeceſſoris datus, ad earũdem literarũ pręfati Martini prędeceſſoris, illarũ forma ſeruata, executionẽ procedens, & conceſſionẽ, donationẽ, confirmationem, prędictas, auctoritate prædicta, cõfirmauerit, & præterea ex priuilegiis per ſedem prædictam eidem ordini conceſſis habeatur, quod bona in teſtamentis, ſeu vltima voluntate legata, ad pias cauſas, ſi perſonæ, quibus legantur, nominatim non exprimuntur, talia legata prouinciali, Miniſtris, & fratribus præfatis, pro Redemptione eorundem Captiuorum, cedant, & applicentur, ac ipſi prouincialis, Miniſtri, & fratres, cupiant conceſſionem, donationem Henrici, & Ioannis, Regum, ac Martini prędeceſſoris, prędictorum confirmationes, necnon priuilegia prædicta, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, auctoritate prędicta cõfirmari, ac illis, robur perpetuę firmitatis adiici, pro parte eorũdẽ prouincialis, Miniſtrorum, & fratrum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt conceſſionem, donationem, confirmationes, & priuilegia huiuſmodi, ac omnia, & ſingula iura, & bona eiuſdem ordinis, auctoritate Apoſtolica, confirmare, ratificare, & approbare, ac illis robur perpetuę firmitatis adiicere, de eadem benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui cunctorũ, & pręſertim apud ipſos Sarracenos, crudeli, & dira ſeruitute detentorum Chriſti fidelium, ne nomen Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti abnegent, neceſſitatibus, & periculis, ex debito ſeruitutis officio, occurrere tenemur, earundem literarum, Regum, & Martini prędeceſſoris prędictorum, tenores, pręſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, donationem, confirmationem, priuilegia, iura, & bona prędicta, auctoritate prędicta, confirmamus, ratificamus, & approbamus, ac illis robur perpetuę, & inuiolabilis firmitatis adiicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, tam iuris, quam facti, aut ſolemnitatis omiſſæ, ſi forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus, dilectis filiis Burgenſis, & Cordubenſis, ac Legionenſis Eccleſiarum cantoribus, per Apoſtolica ſcripta, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, literas, noſtras pręſentes, & in eis contenta, omnia, & ſingula, vbi, & quando expedire videbunt, auctoritate noſtra publicantes, ac pręfati, prouinciali, Miniſtri, & fratribus oportune defenſionis auxilio, ſuper his aſſiſtentes, non permittant, eos ſuper conceſſione, donatione, confirmationibus, priuilegiis, & iuribus, & bonis prędictis à quoquam, quauis occaſione, vel cauſa, aut quouis quęſito colore, publice, vel oc-

Vide in to. 1. qq. re. q. 42. art. 4.

Digitized by Google

occulte, directe, vel indirecte, ſcienter, vel ignorāter moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus. & ordinationibus Apoſtolicis aut quibuſuis perſonis, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, aut conditionis exiſtant, qui eoſdem, prouincialem, Miniſtros, & fratres, ſuper præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum impedierint, aut eis damnum, iniuriam, vel grauamen inferre præſumpſerint, à dicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hmôi, mentionē, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, ratificationis, approbationis, ſuppletionis, & mandati, infringere, vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurū. Dat. Romę, apud S. Petrum, anno Incarn. Domin. 1474. Kal. Iulij, Pontificatus noſtri, anno 3. B. de Maffris.

Pro omnibus monialibus.

Bulla XLIX.

SVMMARIVM.

Excommunicantur ipſo facto procurantes, vt moniales conuentuales ordinum Mendicantium, viſitentur per alios à ſuis prælatis, aut ſine eorum licentia, & procurantes, vt aliquod ſoluant tributum.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, dum ſingulos regulares ordines, & loca ſanctimoniæ dedita, illorumque perſonas, paterno conſpicimus intuitu, ad eas præcipuè, noſtræ dirigimus conſiderationis affectum, quæ mūdanis abdicatis illecebris, ſpiritum paupertatis aſſumentes, eleemoſynarum eis erogādarum quæſtè, qua copiis diuitiarum victum quærētes, iugiter præſtant Domino famularum cuiuſque vitæ ſanctimonia, & ſalubribus prædicationibus, populum Dei, ad bene viuendum inducūt, illoſq. prout ex iniuncto nobis cęlitus, ſeruitutis officio cōgimur, ab omni cogamur vexatione tueri, vt noſtri miniſterij præſidio, eorū ſtatus proſperetur vbilibet, & perſonę ipſę, propulſis, quibus obrui poſſint diſpēdiis, fœlicis ſtatus eiuſdem, ſuſcipiant incrementa. Sanè dudum, cum in minoribus cōſtituti in ordine fratrum Minorum, generalis miniſtri fungeremus officio, intelleximus, & poſt noſtrā, ad ſummi Apoſtolatus apicis aſſumptionem, ad dilectorum filiorum fratrum Prædicatorum, Minorum, Eremitarū Sancti Auguſtini, & Beatæ Mariæ de Monte Carmeli, ordinum generalibus magiſtris, Miniſtro, & prioribus, qui pro tempore fuerint, & aliorum dictorum ordinum profeſſorum, relationē, non ſine querela accepimus, quod laici in diuerſis mūdi partibus conſtituti, propriis incumbentes affectibus, dum magiſter, miniſtri priores & ipſi tàm generales, quàm prouinciales, & domorum eorundem ordinum cuſtodes, guardiani, & fratres conuentuales nuncupati, dictarum domorum iura proſequūtur, ac pecunias, & bona, ad pios vſus prædictorum fratrum, pia Chriſti fidelium largitione, eis & eorum domibus, & ordinibus relicta, vel legata, aut aliàs debita, ab eiſdem laicis exigere curant, aut ipſarū domorum bona, præfatis laicis, pro eorū beneplacito, & voluntate, concedere, ſeu ciuiles laicorum eorundem diſſentiones particulares diſcordias, & factiones ſequi, vel aliàs, in his, quæ laici ipſi à magiſtro, miniſtris, prioribus, & guardianis, & fratrib. memoratis, nimis licitè poſtulāt, eiſdem laicis complacere recuſant, ac aliàs dum laici ipſi magiſtrum, miniſtros, priores, cuſtodes, guardianos, & fratres, aliis variis occaſionibus, ea qua debent affectione non proſequuntur, vt ſe de eiſdem magiſtro, miniſtris, prioribus, cuſtodibus, guardianis, & fratribus conuentualibus nuncupatis, valeant vēdicare, aut occupatorum, per ipſos laicos bonorū, ad domos eorundem fratrum pertinētium, reſtitutionem diſferre, & ſi domus ipſæ, ad fratres dictorum ordinū de obſeruantia nuncupatos prouenient, bona illorum eis accommodata, emeri, & pro minori pretio quàm valeant, habere poſſint, exquiſitis mediis curant, quod domus ipſæ ordinū eorundē, per dictos fratres conuentuales, longo tpe poſſeſſæ, & inhabitatæ, fratribus de obſeruantia, vel alio nomine nuncupatis, eorum ordinum cōcedantur, nouas gabellas, & onera à quibus fratres ipſi exempti ſunt, ab eiſdē exigere, varia grauamina eis inferre, & alias iniurias irrogare præſumant, ex quo plurima eiſdē fratribus conuentualibus, incommoda proueniūt, nam metu moleſtiarum hmôi, quas inferri formidant, in exequendo, & proſequendo domorū ſuarum iura, timidiores redduntur, & eoſdem laicos vereri, vltrà quam decet, & à liberè prædicando, quod illos contingit abſtinere, & illis vltrà quā ipſorum poſſibilitas exigat, & ordinum prędictorum vtilitas perſuadeat, deferre coguntur inuiti, nō abſque Diuinæ Maieſtatis offenſa, & eorundem ordinum graui præiudicio, & iactura, adeo vt pp incōmoda prędicta, et aliqui dictorum ordinum profeſſores, nonnunquā domos deſerant, & ad alios non mendicantium ordines ſe transferant, tales moleſtias euitare curantes, aliqui verò, qui ordines ipſos ingrederentur, ab ingrediendo abſtinere cernātur; quod ad eorundem ordinum perniciem, paulatim cedere, manifeſtè dignoſcitur. Nos igitur quōdā generalis miniſtri, dicto fungeremur officio, ꝑ quiete diuerſorum profeſſorum dicti ordinis fratrum Minorum, tam conuentualium, quàm de obſeruātia, ſeu bulla, aut aliàs, iuxtà diuerſarum religionū conſuetudinem nuncupatorum procurauimus, q̃d fęl. recor. Paulus Papa II. prædeceſſor noſter, ſub cenſuris, & pęnis eccleſiaſticis tunc expreſſis, inhiberet vniuerſis fratribus prædictis, ne prædicti fratres de obſeruantia nuncupati, domos eorundē fratrum conuentualium ordini fratrum Minorū, aut illas, per eos habitationes quærere, vel recipere; aut quod monaſteria monialium, curę eorundē fratrum conuentualium commiſſa, ipſorum fratrū de obſeruantia curæ committerentur, et quærere præſumerēt, prout in eiſdem prædeceſſoris literis, deſuper confectis, plenius continetur, tot malis, quoꝙ prædictorum Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, & Carmelitarum S. Mariæ, ordinum mendicantiū, profeſſores prædicti, cōuentuales nuncupati, quorum ſcientia, & doctrina, militans eccleſia cōtinuò ſuſcepit incrementum ex præmiſſis patiuntur, vt tenemur, obuiare cupientes, Motu proprio, non ad prædictorum magiſtri, miniſtri, priorum, cuſtodū, guardianorum, & fratrū conuentualiū, vel alterius pro eis, nobis ſuper hoc, oblatæ petitionis inſtātiā, ſed de noſtra vera deliberatione, literas prædeceſſoris hmôi ratas habentes, & innouantes, oībus, & ſingulis eccleſiaſticis religioſis; de bulla, vel aliàs de obſeruantia nuncupatis, ordinū quorumcumq., ac aliàs vtriuſq. ſexus, cuiuſcūq. dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, etſi regali, marchionali, ducali, comitali, militari, Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, Abbatiali, & alia quacunque eccleſiaſtica, vel mūdana, fulgeant dignitate, & au-

ctoritate, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, eo ipſo, toties, quoties illos cõtra facere contigerit, incurrenda, ne quod domos, & loca profeſſorum dictorum ordinũ conuentualium nuncupatorum, aut monaſteria monialium, eorum curæ cõmiſſa, aliis fratribus monialibus, ſeu ſororibus, etiã eiuſdem ordinis, quotumuis nomine nuncupatis quomodolibet concedatur, aut quod, amoris exinde fratribus, & ſororibus illos, & illa inhabitantibus reformẽtur, & alii fratres, alienæ moniales, ſeu ſorores, eorum loco ſubrogentur, & ſubſtituantur ibidem, ſeu quod monaſteria prædicta, aliorum curæ comitantur, procurare, quærere, aut tentare, niſi apud magiſtrũ, miniſtros, & priores, generales, vel prouinciales dictorum ordinum, pro tempore exiſtentes, qui teneantur, & debeant, quoties opportunum fuerit, & poſtquam fuerint requiſiti, infra annum, domus ipſas debitè reformare, & quæ reformatione, & correctione indigerent, corrigere, & emendare, nec etiam ad effectum huiuſmodi amotionis eorum à domibus ſuis, eiſdem fratribus conuentualibus eorum curæ, commiſſas moniales, iniurias, aut grauamina aliqua inferre, ſeu ab eiſdem fratribus, pro rebus, & bonis, quæ habent, & negotiationis cauſa, nõ deferant pedagia, guindagia, gabellas, aut alia, quouis nomine nũcupata, noua onera petere, exigere, vel leuare quodammodo præſumant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, diſtrictius inhibemus, & volumus, & motu, & ſcientia prædictis, ſtatuimus, & ordinamus, quod fratres ipſi conuentuales, & alii quicumque reformationibus, quas fieri contingit, per generales, & prouinciales prædictos, acquieſcere, illaſq. obſeruare omninò teneantur. Quodque laici prædicti, in faciendis reformationibus prædictis, aliàs, quàm, vt præfertur, nullatenus ſe intromittant, aut ne fiat, opponant, vel contradicant. Nec, quod poſt modum, factæ reformationes, alterentur, vel mutentur, aut in eis, aliquid vltra addatur, quærere audeãt, ſub eadẽ excõmunicationis ſententia, ſi contra fecerint, eo ipſo, ex tunc incurrenda, decernentes ex tunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis etiam Apoſtolica auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, harum non inſerto tenore, contigerit attentari. Et nihilominus, præſentibus, & futuris pro tempore, dictorum ordinum protectoribus, omnibus, & ſingulis prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis, in dignitate conſtitutis, necnõ eccleſiarum cathedralium, etiam Metropolitanarũ Canonicis, per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quaten' ipſi, & quilibet eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios reſpectiuè, dictis magiſtro, miniſtris, prioribus, cuſtodibus, guardianis, & fratribus conuentualibus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ac præmiſſa omnia, & ſingula, vbi, & qñ expedire cognouerint, fuerintque deſuper requiſiti, ſolenniter publicantes, non permittant eos, aut eorum aliquem, cõtra præſentium tenorem, per quoſcumque, quomodolibet, inquietari, ſeu moleſtari, & illos omnes, & ſingulos, quos eis huiuſmodi excommunicationis ſententiã incurriſſe conſtiterit, quoties ſuper hoc, pro parte aliquorum, ex magiſtro, miniſtris, prioribus, & cuſtodibus, & fratribus prædictis conuentualibus, fuerint requiſiti, in eccleſiis, & aliis locis, vbi eis videbitur, excommunicatos publicè nuncient, faciantque ab aliis nunciari, & ab omnibus arctius euitari, donec, præuia debita ſatisfactione, meruerint ab eadem excõmunicationis ſententia, abſolutionis beneficium obtinere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, Non obſtantibus priuilegiis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon prædictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, ac conſuetudinibus, quibus omnibus etiamſi de illis, eorumq. tenoribus totis, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, præſentibus habenda foret, tenore præſentium, quoad præmiſſa, ſimili ſcientia, derogamus, & illa pro infectis haberi volumus, cõtrariis quibuſcumque. Aut ſi perſonis, & fratribus prædictis, vel quibuſuis aliis cõmuniter, vel diuiſim à ſede Apoſtolica indultũ fuerit, quod interdici, vel ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas faciẽtes plenam, & expreſſam, de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia, generali, vel ſpeciali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quas præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differre, & de qua, cuiuſque toto tenore, habenda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis. Poſtremò, quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare, volumus, & Domini auctoritate decernimus, quod tranſumptis earum, manu notarii publici, & curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, vel alicuius Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis ſigillo munitis, ea prorſus, in iudicio, & extra, vbicumq. exhibitæ, vel oſtẽſæ fuerint, fide adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ exhibitæ forent, & oſtenſæ. Nulli ergò hominũ liceat, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ, 1475. Kalendas Maij, Pontificatus noſtri, anno quarto.

De exemptione à tributis, vide in 10.2.qq. 71.q.48.

Viuæ vocis oracula Sixti Quarti proponuntur.

1 SIxtus Quartus, anno Domini, 1481. die octauo Ianuarij, ad requiſitionẽ venerabilis patris, fratris Ludouici de Vicentia, conceſſit, quod prælati noſtri poſſint commutare legata *a* facta locis noſtris, ad vnum vſum, in alium, ſine ſcandalo tamen illorum, ad quos ſolutio taliũ legatorum pertinet.

a Vide 1to. 1.qq.reg.q. 26.ar.3.et in 2.to. q. 121.art.9.

2 Idem Sixtus Quartus conceſſit eidem præfato patri, quod illi, qui ſunt in ſeruitio ſororum Sãctæ Claræ, & fratrum, habeant indulgentiam *b* plenariam, in morte, & ſemel in vita, de reſeruatis.

b De indulgentia plenaria, in vita, & in morte, vide in 1.to. qq.re.q.62. art.6. vſq. ad ar.10.

3 Idem Sixtus Quartus, die ſeptima *c* Martij, conceſſit omnibus monialibus Sanctæ Claræ, & ſororum tertij ordinis, curæ fratrum cõmiſſis, quod poſſint tangere, & lauare ſacros pannos, exceptis corporalibus. Et poſt modum die ſeptimo Ianuarij, anno Domini, milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, ad ſupplicationem fratris Franciſci de Placentia, conceſſit idem, vt omnes ſorores ſupradictæ, ſub clauſura, & congregatione viuentes, etiam corporalia, & purificatoria tangere poſſint, dummodo ſteterint loca à fratribus, & benignè conceſſit.

c Hoc cõceſſum eſt et cõnerſis ordinis Minorum, vide in 2.to. qq.regu.q. 113.art.2.

4 Idem Sixtus Quartus, Septimo die Martij, anno Domini, milleſimo quadringẽteſimo octuageſimo ſecundo, conceſſit omnibus fratribus noſtris nõ valentibus perſoluere *d* diuinum officium, benè, & diligenter in choro (vt tenentur) per defectũ auditus, vel viſus, ſi quid prætermittatur, quod non teneantur illud omiſſum, iterũ perſoluere, ſed dicant vnum pſalmum in fine horarum, & ſufficiat eis.

d Vide in to.1.qq.re. q.30.ar.3.
e Vide 1to. 1.qq.reg.q. 42.ar.7.

5 Idem Sixtus Quartus, eodẽ die *e* conceſſit, quod non potentes ieiunare bono modo, pro infirmitate, vel debilitate, non teneantur.

6 Idem Sixtus Quartus, die 15. Martij declarauit, *f* quod mulieres ingredientes monaſteria Sãctæ Claræ, & Sancti Dominici, non teneantur ire ad curiã pro abſolutione ab excommunicatione, ſed eas poſſint abſoluere noſtri confeſſores, etiamſi tales mulieres ingrediantur mala intentione.

f Hec eſt reuocatũ per extrauagã tes Pij V. et Greg. xiij. de quib. in to.1.qq.re. q.45.& 46.

Idem

7 Idem Sixtus Quartus, ad petitionem Reuerendi patris *a* vicarij Generalis, præſente fratre Ludouico de Vicentia conceſſit, quod vicarij generalis, & prouinciales poſſint diſpenſare cum fratribus ſibi ſubditis, in irregularitate homicidij: dummodò tales homicidæ non ſint certi, quod ipſi actualiter occiderunt, nec pro certo ſciant quod fuerunt tales mandatores, vel auxiliatores homicidij, quod ſiue illis, nullo modo fuiſſe tale homicidium perpetratum.

a Vide in 1. 10. qq. re. q. 23. arti. 14.

8 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod fratres poſſint tuta conſcientia, tenere, & recipere paramenta *b* argentea, & aurea, & alia ad diuinum cultum pertinentia, & habere campanas magnas: & diuerſas, quando à capitulo prouidebitur, quod ſine ſcãdalo poteſt fieri, conceſſit.

b Vide in 1. 10. qq. re. q. 25. ar. 1.

9 Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod in receptione *c* habitus cuiuſlibet trium ordinum Sancti Frãciſci, ſit indulgentia plenaria, recipienti, & ſimiliter in die obitus.

c Vide 1. 10. qq. regu. q. 87. art. 1.

10 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod ſeruitiales monialium Sanctæ Claræ, portent honeſta, *d* ſecundum diſpoſitionem. & conſtitutionem Reuerendi patris Vicarij generalis.

d Cum hac limitatione admittuntur modò ſæculares, ad ingreſſum monaſteriorũ monialiũ.

11 Idem Sixtus Quartus eodem anno, 1482. 13. Nouembris, ad ſupplicationem fratris Andreæ Teutonici, Commiſſarij in Curia Romana, cõceſſit, quod quilibet Catholicus Epiſcopus, poſſit celebrare ordines ſacros, temporibus ad hoc, ab Eccleſia deputatis, in locis *e* fratrum de familia, pro fratribus de familia duntaxat.

e Vide 1. 10. qq. reg. q. 24. ar. 2.

12 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod fratres ſacerdotes familiæ noſtræ, poſſint benedicere *f* paramenta altaris, & miſſalia indumenta, exceptis corporalibus duntaxat.

f Vide 1. 10. qq. regu. q. 19. ar. 2.

13 Idem Sixtus Quartus ſuppleuit omnes defectus commiſſos in receptione locorum, abſque dolo, & quod fratres, ſecura conſcientia, poſſint tenere, & inhabitare loca, etiamſi non reperirentur bullæ, & quod poſſint abſolui ad cautelam.

Hoc nouiſsimè confirmatũ eſt.

14 Idem Sixtus Quartus, ad ſupplicationem Iacobi de Angelo conceſſit, quod ſacerdotes familiæ noſtræ, cauſa neceſſitatis, poſſint ante, *g* & poſt horã ſtatutam ab Eccleſia, celebrare.

g Vide 1. 10. qq. regu. q. 42. ar. 1.

15 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod fratres in die Sancti *h* Franciſci, & ſtigmatum eiuſdem, poſſint dicere præfationem propriam in miſſa.

h Hoc modo conceſſum eſt.

16 Idem Sixtus Quartus, ad ſupplicationem fratris Alberti de Peruſio conceſſit, quod fratres familiæ noſtræ, præſentes, & futuri, poſſint audire cõfeſſiones *i* ſæcularium vndique venientium, ea authoritate, quam habent ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi confitentur.

i Vide 1. 10. qq. regu. q. 50. ar. 6. & 7.

17 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod non obligantur fratres in conſcientia, ſi non recipiunt loca, vel monaſteria, tam conuentualium, quàm etiam de nouo erigenda, vel alia quæcumque, etiamſi eis præcipiatur per obedientiam, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & aliis cenſuris.

18 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod cõfeſſores, dum ſunt in itinere, *k* & requiruntur, poſſint audire confeſſiones, ſicut parochiani, etſi non fuerint præſentati ſecundum formam Clementinæ.

k Vide 1. 10. qq. reg. q. 59. ar. 5.

19 Idem Sixtus Quartus, ad ſupplicationẽ R.P.V. Generalis, Petri de Neapoli, die 5. Auguſti, anno Domini, 1481. conceſſit, quod omnes indulgentias *l* ſtationũ Romæ, & Portiunculæ, conceſſas fratribus, in locis ſuis, ſorores noſtræ, ſiue moniales, in earũ Eccleſiis, ab intra, eo modo, & forma, quo fratres, videlicet, cum quinque Pater noſter, & totidem Aue Maria, cum Gloria Patri, & earum ſeruitrices, in Eccleſia exteriori habeant.

l Vide 1. 10. qq. regu. q. 84. ar. 7.

20 Idem Sixtus Quartus declarauit, quod per octauam Omnium Sanctorum, ſemper fiat idem officium, quod in die, & dicatur officium Beatæ Virginis, ſiue aliquo alio feſto, ſicut fit in octaua Beati Franciſci.

Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod poſſumus dicere commemorationes Omnium Sanctorum noſtri ordinis, ſub vna Antiphona. 21

Idem Sixtus Quartus, die penultimo, ad ſupplicationem ſocii vicarii Generalis fratris Ioannis Franciſci de Herraria conceſſit, quod fratres poſſint legere lectiones, de Chronicis ordinis noſtri, in ſolemnitate quinque Martyrum de Marrochio, & dicere miſſam ꝓpriam, quam cõpoſuit R.D.V. Generalis, & dicere Credo. 22

Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod poſſumus dicere Credo, in ſolemnitatibus Sanctorum noſtri ordinis, & Sanctæ Claræ. 23

Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod fratres poſſint dicere officium propriũ Sancti Ludouici Epiſcopi, & confeſſoris, noſtri ordinis. 24

Vide 1. 10. qq. re. q. 43. ar. 16.

Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod ſæculares laborantes in monaſteriis Sanctæ Claræ, ac aliarũ monialium, poſſint ibi comedere, in loco honeſto. 25

Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod ſorores Sanctæ Claræ *m* intromittere non teneantur, quando medicus intrà clauſuram, aliquem de ſeruitoribus ſuis: ſed ſufficiat, quod à tribus, vel quattuor monialibus de antiquioribus aſſocietur. 26

m Vide in 1. 10. qq. re. q. 47. ar. 4.

Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod monialium confeſſores, & ſocii eorum, habeant omnes indulgentias, vbi adeſſe eos contigerit, quas habebant in Eccleſiis ſuis, & ſimiliter fratres maximè Prædicatores, & ſocii eorum. 27

Hæc viuæ vocis oracula, quæ ſequuntur, reperit frater Bernardinus de Guaza, dum eſſet in officio commiſſariatus Romæ, quæ fuerunt impetrata per fratrem Natalem de Pomer à fœlicis recordationis, Sixto Quarto, mediante quodam ipſius cubicu lario, Gregorio nomine, & fratre Archangelo.

Conceſſit Sanctiſſimus Dominus Papa, Sixtus Quartus fratribus Minoribus Ciſmontanis de obſeruantia nuncupatis, ſub obedientia vicariorum viuentibus, necnon ſeruitoribus, & ſeruitricibus eorum omnium, quod poſſunt promereri omnes, & ſingulas gratias, & indulgentias conceſſas fratri Angelo de Clauaſio, & fratri Petro de Neapoli, vicariis Vltramontanis, pro fratribus, & ſororibus ſibi commiſſis, dicendo in eorum Eccleſiis, orationes, & ſuffragia conſueta, modo, & forma, vicariis Vltramontanis conceſſis. Et hoc conceſſit, ad ſupplicationem vicarii Generalis Ciſmontani, tunc temporis. 28

Item placuit ſanctiſſimo Domino noſtro, cõmunicare ſororibus Sanctę Claræ, viuentibus ſub obedientia præfati vicarij Ciſmontani, declarationes primæ regulæ Sanctæ Claræ, quarum principium eſt, quam admirandæ Virginis Claræ, quas quondam magiſter Guillelmus de Caſſali Generalis miniſter Ordinis Minorum, authoritate Apoſtolica, compoſuit: citrà tamen obligationis vinculum, ſed ſicut fuerit viſum præfato vicario generali, cũ conſilio aliquorum proborum fratrum. 29

Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod fratres, *n* qui ſunt deputati ad ſeruitium prædictarum ſororum, poſſint accedere ad Eccleſiam, & loca, vbi habitãt fratres, regimini earum deputati, habita ſuper hoc licentia à ſuis ſuperioribus. 30

n Vide 1. 10. qq. regu. q. 41. ar. 4.

Idem Sixtus Quartus conceſſit fratribus Minoribus de obſeruantia nuncupatis, ſororibus Sanctæ Claræ, & tertiarum vtriuſque ſexus Ciſmontanis, necnon domeſticis, & familiaribus eorum omniũ omnia indulta, & priuilegia, ſub quacumque forma, & verborum genere, quæ conceſſerat monia- 31

Vide in 1. 10. qq. reg. q. 55. art. 13. & 14. & 31.

Tom. 1. priu. Apoſt. P 2 libus

libus Sanctę Claræ,& tertiarijs vtriuſque ſexus Vltramontanis, & ſeruitoribus,& familiaribus eorũ, & quod poſſint vti dictis gratiis,tãquàm ſi eis fuiſſent conceſſa.

32 Eidem Sixto Quarto,propter diuerſitatem opinionum,*a* placuit confirmare caſus Epiſcopales,tã de iure,quàm de conſuetudine,quos ponit fœlicis recordationis,Bonifacius X I. in ſua Extrauaganti, quæ incipit: inter cunctas; & quod fratres debitè præſentati, vel gratioſè à prælatis recepti, poſſint etiam extrà Diœceſim,ſubditos illorum audire,cũ hoc poſſint curati de iure.

a Vide in 5 to qq.re. q.61.ar.2.

33 Idem Sixtus Quartus cõceſſit, quod vicarius generalis Ciſmontanus habeat eãdem authoritatem, quæ conceſſa fuit vicario Generalis Vltramõtano, quoad diſpenſationem irregularitatis illorum,qui in bellis, vel in aliis cauſis ſanguinis interfuerũt, ſecũdum quod ſuprà expreſſum eſt,& quod tales, ſiqui ſunt,dummodò aliàs ſufficientes,fuerint,poſſint promoueri, vſque ad ſacerdotium, & quod in caſu,in quo aliqui, propter iuris ignorãtiam,de tali caſu non aduertentes, promoti fuiſſent,poſſint in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, ita placuit Sanctiſſimo Domino noſtro.

Vide in 1. to. qq. reg. q.24.ar 8. & art. 13. & in to.2. qq regul q. 101.art.3.

34 Item conceſſit idem Papa Sixtus Quartus, omnibus frattibus de obſeruantia, ſub cura vicariorũ exiſtentibus, præſentibus, & futuris, tàm profeſſis, quàm nouitiis,qui tamen habent propoſitum profitendi, *b* necnon ſororibus Sanctæ Claræ, & tertiariis vtriuſque ſexus,& famulis,ſeruitoribus omnium prędictorum,in pattibus Ciſmontanis,quod quilibet eorum poſſit eligere confeſſorem,de familia, qui audita eius confeſſione pœnitentiam ſalutarem ei iniungendo, abſoluat eum ab oĩbus criminibus,exceſſibus,& cenſuris Eccleſiaſticis,& diſpẽſet cũ eo, in oĩbus irregularitatib. ſi quas fortè cõtraxerint(homicidio volũtario,& mutilatione mẽbri ſemper exceptis)& ei remiſſionem generalem, & plenariam oĩum peccatorum impartiri valeat. Et hoc idem poſſit in articulo mortis.

b Vide 1 1. to.qq.regu. q.20.per totam q.

35 Idem Sixtus Quartus conceſſit ad ſupplicationẽ fratris Angeli de Clauaſio poſſe dici Credo in octaua Beati Franciſci.

36 Idem Sixtus Quartus conceſſit liberè,quod omnes gratiæ, & indulta, ſeu priuilegia conceſſa, ſub quacumq. forma verborum, in genere patrib. obſeruantiæ Ciſmontanæ,ſororibus S.Claræ,ac tertiariis,extendantur ad fratres Vltramontanos,ſorores S.Claræ, ac tertiarios ſub cura vicariorum Domino famulantes,ac ſi pro eis, & ſuis ſeruitoribus Domeſticis, fuiſſent in ſpeciali conceſſa, dicendu: eſ quo ſunt vnum corpus obſeruãtiæ, volumus, quod gaudeant eiſdem priuilegiis.

37 Idem Sixtus Quartus cõceſſit eiſdem fratribus, & ſororib. S.Claræ,atque tertiariis vtriuſq. ſexus, indulgentiam Sanctæ *c* Mariæ de Angelis, atque omnes alias indulgentias generales tàm plenarias, quàm non plenarias, almæ vrbis, dicendo V.Pater noſter,cũ totidem Aue Maria,in Eccleſijs ſuis,ac ſi viſitarent loca perſonaliter,vbi ſunt iſtæ indulgentiæ diebus ſuis.

c De hac indulgentia, vide in to. 1. qq.re q. 55.art.18. & q.58 artic.3.& to. 2.q.84.ar. 5.

38 Idem Sixtus Quartus confirmauit omnia priuilegia à ſua ſanctitate,vel à ſuis anteceſſoribus conceſſa ordini noſtro,exceptis indulgẽtiis generalibus, quoad viſitantes loca fratrum,aut ſororum,& hoc de conceſſis in genere,addẽdo, quod non intendit ſua ſanctitas, quod indulgentiæ *d* nobis conceſſæ, pro perſonis noſtris,ſiue ſint generales,ſiue nõ,reuocẽtur per quaſcumq. literas Apoſtolicas, etiam Cruciatæ,& idem de aliis priuilegiis, niſi de talibus literis Apoſtolicis,fiat expreſſa mentio, de indulto huiuſmodi, & ordine.

d Vide in to.1.qq.re. q.21.a.10. & q.51.artic.14.

39 Idem Sixtus Quartus conceſſit,quod cõfeſſores ſororum Sanctæ Claræ poſſint abſoluere à ſententiis latis,eos,qui non malitioſè, ſed ex quandam curioſitate,ſeu leuitate,vel ignorãtia,intrãt in monaſteria earum, ſeu aliarũ religioſarum incluſarum, & hoc tam actiuè quàm paſſiuè. Aliàs tamen cõceſſit, quod oẽs confeſſores noſtri, poſſint abſoluere omnes mulieres,etiamſi malo animo intrarent.

40 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod omnes fratres exeuntes, & ſeruitrices monialium pro queſtu euntes,habeant omnes indulgentias,quas lucrari poterunt modo ſupradicto,in Eccleſijs, vbi adeſſe contigerit,ſicut in Eccleſijs ſuis.

41 Idem Sixtus Quartus cõceſſit,quod fratres cauſa viſitandi reliquias ſanctorũ, vt caput Beati Ioannis Baptiſtæ,ad Sanctum Syluestrum Romæ,& ſanguinem Sancti Franciſci Aſiſij,& huiuſmodi,de licẽtia Guardiani illius loci,aut alterius prælati,poſſint, duntaxat accedere ad Eccleſias monialium Sanctæ Claræ,& tempore ſtationũ, & generalium proceſſionum.

Vide 1.to. qq.regu.q. 45.ar.4.

42 Idem Sixtus Quartus cõceſſit, vt poſſint fratres, veſtes,& pannos propſianos in paramenta, & alios vſus Eccleſiaſticos conuertere,ſecura conſcientia.

43 Idem Sixtus Quartus cõceſſit, ſororibus Sanctæ Claræ,ſub cura noſtra *e* viuentes,omnibus priuilegiis,gratiis,& exemptionibus,in genere, ſororibus collectaneis factis, gaudeant.

e Vide 1 1. to. qq. reg. q.55.a.18 & in to.2. q.6.ar.4.

44 Idem Sixtus Quartus conceſſit,quod dictæ moniales collectaneæ poſſint abſolui à miniſtris, viſitatoribus,& eorum confeſſoribus,ab omnibus criminibus,pœnis, & cenſuris,etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, quoties opus fuerit,& ipſa earum nouitiæ poſſint promereri omnes indulgẽtias almæ vrbis,viſitando Eccleſias.

45 Idem Sixtus Quartus conceſſit,quod fratres debitè præſentati prælatis Eccleſiarum,vel ab eis gratioſè recepti,poſſunt audire confeſſiones *f* ſuorum ſubditorum extrà ſuam Diœceſim, etiamſi eſſent extrà montes.Supra oraculo XXII. hoc etiam cõceditur ſimpliciter.

f Vide in 1.to.qq.re. q.60.ar.5.

46 Idem Sixtus Quartus conceſſit,quod omnes fratres,clerici,& laici, poſſint, tangere ſine ſcrupulo conſcientiæ, calices,& corporalia,& alia paramẽta, cum reuerentia tamen. Sed quomodo ſorores poſſint tangere,& lauare ornamenta, ſuperius habes,oraculo tertio.

47 Idem Sixtus Quartus conceſſit, quod cõfeſſores noſtri,poſſint abſoluere omnes confitentes, ab omnibus ſacrilegiis,dummodò non fiant in ſacris, ita quod ſcandala orirentur,ſi fratres abſoluerẽt,hæc conceſſio,cum aliis, quorum in ſuperioribus fecimus mentionem, fuerunt aſportatæ à capitulo generali Baſilienſi,anno Domini 1481.

48 Item,anno Domini 1471.conceſſit fratri Marco de Bununia, Vicario generali, & fratri Alberto de Peruſio, vt omnes moniales,& Dominæ tertij ordinis,præſentes,& futuræ in congregatione viuẽtes, indulgentiam plenariam in articulo mortis,conſequãtur,& rogauit, vt dicerent aliqua pſalteria, ſecundum quod, vicario generali videbitur.

49 Item frater Angelus de Clauaſio,vicarius generalis,in ſecundo triennio ſui officij,conceſſit,quod fiat officiũ tranſlationis S.Bernardini,die 27.Maij, quemadmodum fit de S.Antonio,& Ludouico.

50 Item,quod moniales, & de tertio ordine in congregatione viuentes,habeant Iubileum. Si 50.Pater noſter,& totidem Aue Maria dicantur, prò ſalute ſuæ Sanctitatis,& totius Eccleſiæ.

51 Item, ad ſupplicationẽ fratris Alberti Floriani, ſocij fratris Angeli de Clauaſio,vicarij generalis, die 19.Nouembris 1480. conceſſit in primis,quod de Sancto Ioſepho nutritio Saluatoris, & de Sãcta Anna,faciamus feſta duplicia maiora.

Item

52 Item ſecundò, quod fratres totius familiæ Citramontanę, futuris temporibus prioribus, habeāt indulgentiam *a* Portiunculæ, ſiue Sanctæ Mariæ de Angelis, in Eccleſijs locorum ſuorum eo tempore, quo eſt Aſſiſij, & eandem indulgentiam obtineant ingrediendo Eccleſias locorum, vbi habitant, ac ſi ingrederentur Eccleſiam S. Mariæ de Angelis.

a De indul. Portiunculæ, vide ſup. conceſ. 37.

53 Item idem Papa conceſſit, quod fiat *b* feſtū præſentationis Virginis Mariæ, 21. die Nouembris, & fiat duplex maius, & accipiatur officium Natiuitatis ſuæ, mutato nomine.

b Sixtus V. dummodo hoc innouauit, breui ab eo dato.

54 Item conceſſit, quod faciamus feſtum Viſitationis, vt antea fiebat de Natiuitate, & quod nouum officium dimittatur.

55 Idem Summus Pontifex, ad requiſitionē fratris Petri de Neapoli die 5 Auguſti, hora 16. 1481. conceſſit, quod in matutinis, & veſperis, quando fiunt commemorationes Sanctorum noſtrorum, poſſint dicere vnam antiphonam, pro omnibus ſanctis ordinis noſtri, cum vna oratione,

INNOCENTIVS PAPA OCTAVVS,

Pro Ordine Minorum, & Prædicatorum,

Bulla Prima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi, in qua habetur etiam authentica.

SVMMARIVM,

Inquiſitores ordinis Prædicatorum non poſſunt procedere contra profeſſores ordinis Minorum, nec è contrà, immò eximuntur à iuriſdictione inquiſitorum.

INnocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex debito ſolicitudinis paſtoralis officij, cui, meritis licèt inſufficientibus, pręſidemus, ea, quæ pacem, & concordiam nutriunt, pura, vt debemus, intentione perquirimus, & quæ ſeditiones excutiunt, & ſcandalum introducunt, ab Eccleſiaſticis, regulari obſeruantiæ præſertim deditis perſonis, ſtudioſius extirpare curamus, & his, quæ propterea prouidè emanaſſe dicuntur, vt oī tpe. firma, & illibata perſiſtant, libenter, cum petitur, noſtri adijcimus roboris firmitatem, ac aliàs deſuper prouidemus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum, ſiquidem fœlicis recordationis, Clemens Papa Quartus prædeceſſor noſter, ex certis rationabilibus cauſis prohibuit [illegible], ne ordinis fratrum Prædicatorum profeſſor, contrà ordinis fratrum Minorum profeſſores, vel è cōtra, ordinis fratrum Minorum profeſſor, cōtra ordinis fratrum Prædicatorum profeſſores, ex commiſſo, vel committēdo ſibi in poſterum, inquiſitionis hæreticæ prauitatis officio, quantumcumq. ſtaret, aut exiſtimaret eum reum, aliqua ratione procederet, ſeu, vel eiuſdem ſuperiori denuntiaret, quod crederet corrigendum, vel ad ſedem Apoſtolicam referre ſi mallet, & videret expedire, & ſi ſecùs attentaretur, decreuit proceſſum non teneri. Et deindè recolēdæ memoriæ, Sixtus Papa Quartus, etiam prædeceſſor noſter, ſtatuit, & ordinauit, quod ordinis fratrum Prædicatorum profeſſor, dictæ prauitatis inquiſitor in ordinis fratrū Minorum profeſſores, & ècontra ordinis fratrum Minorum profeſſor, eiuſdem prauitatis inquiſitor, in ordinis fratrū Prædicatorum profeſſores quoſcumq. officio inquiſitionis huiuſmodi fungi, illud exercere nullatenus

poſſent abſq. ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, de ipſius Sixti prædeceſſoris ſtatuto, & ordinatione, ſpecialem, & expreſſam faciente mētionem, prout in eorundem prædeceſſorum literis, deſuper confectis, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum, generalis miniſtri, & vicariorum, tàm citrà, quam vltrà montes dicti ordinis fratrum Minorum de Obſeruantia nuncupatorum, petitio continebat. Nonnulli dicti ordinis fratrum Prædicatorum profeſſores, in Hiſpaniarum Regnis, & alijs dominijs chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Ferdinandi, Regnorū eorūdem Regis, inquiſitores hęreticæ prauitatis, per ſedem Apoſtolicam, ſeu aliàs deputati, contrà nonnullos ordinis prædicti fratrum Minorum profeſſores, etiam de Obſeruantia nuncupatorum officiū huiuſmodi exercere, inhibitioni prædictæ contraueniendo, quanquàm id eis nominatim conceſſum non exiſtat, tentaſſe dicantur. Pro parte generalis miniſtri, & vicariorum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi prohibitionis, ſtatuto, & ordinationi prædeceſſorum prædictorū, pro eorum ſubſiſtētia firmiori, robur noſtræ approbationis adijcere, & ſuper eorum obſeruatione, & quiete perſonarum dictorum ordinum aliàs opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui profeſſorum prædictorum ordinum, quietē, & proſperitatem, votiuos ſucceſſus, paternis deſideramus affectibus, hmōi ſupplicationibus inclinati, Clementis prohibitione & Sixti prædeceſſorum prædictorum, ſtatutum, & ordinationem huiuſmodi, & prout illa cōcernunt, omnia, & ſingula, in dictis literis contenta, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore, approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere, & obſeruari debere decernimus, proque potiori cautela, ea, quæ per eoſdem prędeceſſores, ſicut pręfertur, prouidè prohibita, ſtatuta, & ordinata fuerunt, de nouo, eadem authoritate, ſtatuimus, & ordinamus. Ac vniuerſis, & ſingulis inquiſitoribus hæreticæ prauitatis prædictis Prædicatorū, & aliorum quoruncumque ordinum, tàm mendicantium, quàm non mendicantium, profeſſoribus, & dictis ſecularibus, tàm iuxtà priuilegia ipſorum ordinum, in illorum capitulis, vel per illorum prælatos, quàm per ſedē Apoſtolicam, ſeu eius legatos, vel aliàs deputatos hactenus, & quos in poſterum, quādocumque, perpetuis futuris tēporibus, deputari continget. in regnis, & dominijs prædictis, ac alibi per vniuerſum orbem, ne prætextu cuiuſcumq. poteſtatis, & facultatis, eis attributæ, ſeu attribuendæ, ſuper inquiſitione huiuſmodi. quantumcunq. ampliſſimè cōtra *c* quempiam dicti ordinis fratrum Minorū, profeſſorem procedere, & inquirere, aut officium ſuum exercere, quoquo modo præſumant, præfata authoritate prohibemus. Et vt ſi quis, eiuſdem ordinis fratrū Minorū profeſſoribus, capere, ſeu carceribus mancipare, forſan hucuſquam pręſumpſerunt, vel in futurum præſumerent, fratres ipſos, ſic captos, infra triduū, poſtquā de præſentibus, notitiam qualitercumq. habuerint, aut requiſiti fuerint, ad ipſorū ſic captorum, & detentorū fratrum ſuperiores, per omnia illa [illegible], & ſine mora, per eos, iuxta iuris formam, & regularia inſtituta, debitis pęnis, puniēdos remittant. Et quibuſcumque communitatibus, vniuerſitatibus, collegijs, capitulis, cōuentibus, & perſonis eccleſiaſticis, iam religioſis, quàm ſecularib, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, & quacumq, eccleſiaſtica, epiſcopali, archiepiſcopali, Patriarchali, Primatiali, vel mundana, et Comitali, Ducali, Marchionali, vel alia qualibet dignitate, & authoritate, perfulgeant, nè, vt cōtra dictos ordinis fratrū Minorum profeſſores,

c Hoc in Hiſp. partibus ſaltē, eſt vſu abrogatum,

contra prædeceſſorum prædictorum, & noſtrarū literarum huiuſmodi, tenorem, procedant, inſiſtāt, aut ad id auxilium, conſilium vel fauorem præſtēt, neve illorum, ex eis, qui cōtra earundem literarum tenorem, detenti nunc, & pro tempore ſorent relaxationem, & remiſſionem hmōi impedire, aut malitioſè differri, ſeu retardari procurare, & nè fiant, perſuadere, per ſe, vel alios, directè, vel indirectè attentent, prælibata auctoritate, mandamus. Et illos ex eis, qui prędeceſſorum prædictorum, ac noſtris, prohibitioni, ſtatuto & ordinationi cōtrauenerint, excōicationis ſniam, & priuationis officij inquiſitionis, & aliorum officiorum, & beneficiorum, quę obtinent, ſeu poſſident, & pro tempore obtinebūt, & poſſidebunt, ac inhabilitatis, ad illa, & alia in poſterum obtinenda, irremiſſibiliter, eadem auctoritate incurrere volumus. Et nihilominus locorum ordinarijs, & perſonis in ecçleſiaſtica dignitate cōſtitutis, ac cathedralium eccleſiarum Canonicis, & eorundem ordinariorum vicarijs, in ſpiritualibus, generalibus, & officialibus, vbilibet cōſtitutis, qui deſuper, pro parte alicuius profeſſoris dicti ordinis fratrum Minorum pro tempore, fuerint requiſiti, per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel plures, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præmiſſa, vbi, quando, & quoties expedire cognouerint, ſolemniter publicari, & eiſdem requirētibus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentęs, non permittant Inquiſitores præfatos, prętextu cuiuſcumq. poteſtatis, & facultatis eis attributæ, ſeu attribuendæ, ſuper Inquiſitionis hmōi, quātuncumq. ampliſſimæ, contra quempiam dicti ordinis fratrum Minorum profeſſorem, procedere, & inquirere, aut Inquiſitionis hmōi officium, aliàs quomodolibet exercere, Et ſi quis ex eiſdem fratribus Minoribus capere, ſeu carceribus mancipare forſan hucuſq. præſumant, fratres ipſos ſic captos, ad prædictorum fratrum Minorum ſuperiores, per oīa illæſos, ſine mora remitti faciant puniendos. Et illos, quos eis hmōi excōicationis, & priuationis, pęnas, non parendo prædeceſſorum, & noſtris prohibitionibus, ſtatuto, & ordinationibus prædictis, incurriſſe conſtiterit, eos excommunicatos, & priuatos publicè nunciari, faciantq. ab alijs nuntiari, & ab omnibus arctius euitari. Ac legitimè ſuper his habendis, ſeruatis, proceſſibus, cenſuras hmōi, iteratis vicibus aggrauare, & loca quæcumque, ad quæ cenſuris huiuſmodi ligatos, declinare contigerit eccleſiaſtico interdicto ſubiacere procurent, Contradictores quoslibet, & rebelles, per cēſuram eccleſiaſticam, quacumq. appellatione poſtpoſita, cōpeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, Non obſtantibus fœl. re. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, quibus cauetur, nè quis extrà ſuam ciuitatē, & dięceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, vltra vnam dietam à fine ſuæ dięceſis, ad iudicium euocetur: ſeu ne iudices à ſede apoſtolica deputati extra ciuitatem, & diœceſim in quibus deputati fuerint, contra quoſcumq. procedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere præſumant. Et de duabus dietis in Cōcilio generali, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis cōtrariis quibuſcumque, ſeu ſi inquiſitoribus prædictis, vel quibuſuis aliis, & eorum ordinibus à ſede prædicta indultum exiſtat, quod ipſi, & eorundem ordinum perſonę, ſuſpendi, & excommunicari, aut eorum loca interdici non poſſint, per literas apoſtolicas non faciētes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem; decernentes præſentibus literis, nunquam intelligi derogatum per quaſcumque clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias, fortiores, ac efficaciores, niſi dum, & quoties earum vero expreſſo tenore, de verbo ad verbum, non autem per clauſulas huiuſmodi expreſſionem importantes, cōtingeret derogari. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ ordinationis, inhibitionis & conſtitutionis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno incarnat. Domi. 1486. ſexto Idus Martij, Pontificatus noſtri, anno tertio.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Declarat, quod ſorores tertij ordinis ſancti Franciſci non includantur in conſtitutione Ioannis XXII. incipiente ſancta Romana.

Dilectis filijs Vltramontanis fratrum Minorum de obſeruantia, vicarijs generalibus, & prouincialibus.

INNOCENTIVS PAPA OCTAVVS.

Dilecti filij, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Dudum per fœl. re. Ioannem Papam XXII. prædeceſſorem noſtrum, accepto, quod nonnulli fratriceli, ſeu fratres de paupere vita, ſeu Bizocho, vel aliis nominibus nuncupati, habitum veræ religionis aſſumentes, conuentiones, & cōuentula facere, & ſuperiores ſibi eligere, plurimos ad eorum ſtatum recipere, loca de nouo conſtruere, & in illis, in communi habitare, publicè mendicare, quaſi ſi eorum ſecta foret vna de religionibus approbatis, temeritate damnabili præſumpſerint, & præſumebant inceſſanter. Quorum primi tunc regulam, quam B. Franciſcus inſtituerat, profiteri, & ad literam obſeruare, & à Generalis, & Prouincialium miniſtrorum Ordinis fratrū Minorum, ſuperioritate, per Celeſtinum Papam V. prædeceſſorem noſtrum, exemptos eſſe, nonnulli verò ſe de tertio ordine B Franciſci de pœnitentia nuncupati, fore ſe aſſerebant, & ſub velamine huiuſmodi eorum ſtatum, ritum, & ſectam palliare ſatagebant, idem Ioānes prædeceſſor, in conſtitutione ſua incipienti, *Sancta Romana, & vniuerſalis Eccleſia*, ſectam, ritum, & ſtatum eorundem improbās, & ſub excōicationis pęna, eo ipſo incurrenda, eis, & omnib. aliis perſonis inhibuit, ne ſectam, ritum, ſiue ſtatum huiuſmodi ſectarentur vlterius, vel ipſum de nouo aſſumere, quoquomodo præſumerent, prout in eadem conſtitutione plenius continetur. Et nonnulli timoratæ conſcientiæ, vt aſſeritur, dubitāt, an ſorores veræ de tertio ordine prædictæ exiſtentes, iuxta illius regularia inſtituta, in cōi domo, ſub vnius ſuperioris earum matris ſuæ obedientia, cura, & directione prælatorum veſtri ordinis, aut aliorum proborum religioſorum, vitā ducentes, in cōſtitutione prædicta includantur, paci conſcientiarum ſic dubitantium cōſulere, & ſcrupulum de illis remouere cupientes, ſorores prædictas, vbilibet per vniuerſum mundum conſiſtētes, etiam ſi in communi viuentes, ad plura alia, quā ordo ipſe exigat, ſe propria volūtate aſtringāt, & tria vota eſſentialia emittant, in cōſtitutione prædicta non includi, auctoritate apoſtolica, præſentium tenore declaramus, vt eis, vt velum nigrū aſſumere, & ſub perpetua clauſura manere, liberè, & licitè valeant, quoties eis placuerit, & vobis, aut aliis earū ſuperioribus videbitur earū ſtatui expedire, eadē auctoritate concedimus. Non obſtantibus cōſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contra-

contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, anno Domini 1487. Die 22. Ianuarij, Pontificatus noſtri, anno tertio.

Pro Ordine Prædicatorum.

Bulla III.

SVMMARIVM.

1 *Approbantur, & cõfirmantur oĩa priuilegia à ſede apoſtolica conceſſa congregationi, & cõuentibus.*
2 *Triennio tranſacto immediatè non poteſt reeligi vicarius generalis.*
3 *Habet poteſtatem ſuper conuentus monialium congregationis vicarius Generalis.*
4 *Conuentus habentes octo fratres tantùm, habent vocem in capitulo.*
5 *Conuentus, qui adeò pauper eſt, quod non poteſt octo fratres ſuſtẽtare, põt alteri Cõuẽtui incorporari.*
6 *Nullus frater congregationis poteſt ſine licentia capituli congregationis graduari.*
7 *In conuentu Salmãticenſi poſſunt fratres graduari.*
8 *Vicarius generalis habet plenariam poteſtatem ſuper congregationem.*
9 *Fratres congregationis, & moniales, & illi de tertio habitu S. Dominici, gaudent priuilegijs, & gratiis conceſſis, & concedendis fratribus Minoribus, & monialibus Sanctæ Claræ, & illis de tertio habitu Sancti Franciſci.*
10 *Approbatur, & confirmatur reformatio conuentus S. Stephani ciuitatis Salmanticenſis.*
11 *Fratres in vniuerſitate Salmanticenſi commorantes, vel vndique ad terminos præſidentium venientes, ab ipſis præſidentibus de ſuis exceſſibus ſunt corrigendi.*
12 *Litera à ſede Apoſtolica fratribus congregationis conceſſæ, non ſuffragantur eis, ſine expreſſo conſenſu vicarij generalis.*
13 *Conceditur licentia transferendi domum Sanctæ Mariæ de Rupe Franciæ, ad pedem Rupis.*

INnocẽtius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacræ religionis puritatem, vbique vigere, ſynceris deſideriis affectantes, illaque propterea facta fuiſſe comperimus, vt firma perpetuò, & incõcuſſa permaneant, libenter, cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, ac pro religionis ipſius conſeruatione, & manutentione, ſtatuimus, & ordinamus, prout cognoſcimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum vicarij generalis, ac vniuerſorum priorum, fratrum ordinis Prædicatorũ, reformatorum nuncupatorũ congregationis prouinciæ Hiſpaniæ, iuxta morem dicti ordinis, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quod olim quondam Leonardus de Manſuetis, tunc magiſter generalis totius ordinis prædicti, nonnullas gratias eidem congregationi conceſſit, quę poſtmodum per fęlicis recordationis, Sixtum Papam Quartum, prędeceſſorem noſtrum, Apoſtolica authoritate, con-
1 firmatæ fuerunt, quas, & alias gratias eidem congregationi, illiuſque particularibus domibus, per ſedem Apoſtolicam conceſſas, pro illarum firmitate maiori, vicarius, priores, & fratres prædicti cupiunt per ſedem eandem confirmari, & pro ipſius congregationis, & religionis augmento, eidem cõgregationi de nouo concedi. Quare pro parte vicarij, priorum, & fratrum Prædicatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt omnes, & ſingulas gratias prædictas, pro illarum ſubſiſtentia firmiori, approbare, & confirmare, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur. Nos igitur, vicarium, priores, & fratres prædictos, & eorum ſingulos, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. Eccleſiaſticis, ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus, quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat, conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, hmõi ſupplicationibus inclinati, oẽs, & ſingulas gratias, *a* eidem congregationi, & illius particularibus domibus, per ſedem eandem ẽt viuæ vocis oraculo, pro animarum ſalute, & religionis augmentatione conceſſas, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forẽt, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, authoritate Apoſtolica, tenore pręſentium, approbamus, & confirmamus. Et nihilominus, ſtatuimus, & ordinamus, quod vicarius generalis dictæ congregationis, qui per vnum triennium officium vicariatus hmõi exercuerit, immediatè poſt dictum triennium non poſſit cõfirmari in vicariũ,
nec de nouo reeligi, niſi ad minus vnũ aliud trien 2
niũ, poſtquã vicarius eſſe deſierit, tranſierit, quodque electio vicarij generalis dictæ cõgregationis, ſemper fieri debeat Dominica tertia, poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ, & ab illa die currit triẽnium, etiamſi poſt eius electionem ſtatim non confirmetur. Et ſi contingat aliquem vicarium, infra triẽnium officij ſui, ab hac vita decedere, vel ab officio vicariatus hmõi abſolui, vel amoueri, quod ſtatim prior illius conuentus, qui eius vices iuxta cõſtitutiones dicti ordinis geſſerit, alios priores ad electionem vicarij generalis, conuocare teneatur, nec differatur electio, vſque ad dictam Dominicã. Et ſi fiat antè feſtum Omnium Sanctorum, annus ille inceptus, cenſeatur completus in dicta Dominica, ſi verò poſt dictum feſtum electio hmõi fiat,
tempus illud, quod ſupererit, in dicto triennio non 3
computetur. Sitq; vicarius *b* generalis dictæ cõgregationis ſuperior oĩum monialium monaſteriorũ dicti ordinis reformatorum, & reformãdorum, & illas poſſit viſitare, & corrigere, quibuſcumq. literis Apoſtolicis, quibuſuis fratribus dicti ordinis, præſertim dilecto filio, Alfonſo de S. Cypriano, ſuper deputatione vicariorum, ſociorũ, cõfeſſorum, & capellanorum, ac aliorum mutatione, necnon viſitatione hmõi, ẽt cum quibuſuis, ẽt derogatoriarum derogatoriis clauſulis conceſſis, non obſtantibus, excepto, quod præfatus Alfonſus officium viſitationis hmõi, in Zamoren. & Deſcon. Cypriano dicti ordinis Palẽtinæ Diœceſis monaſteriis monialium duntaxat exercere poſſit, tamen in deputãdo ſocios, & confeſſores, ac capellanos hmõi, illoſque mutando, nullam habeat facultatem, abſq. licentia dictæ congregationis ad quam diſpoſitio deputa-
tionis, & amotionis hmõi pertineat. Et inſuper, quia 4
in ſtatutis dicti ordinis, inter alia cauetur, quod cõuentus dicti ordinis, quo duodecim fratres non eſſent, vocem in capitulis nõ haberent, ſtatuta hmõi moderantes, volumus, quod deinceps, quicumque cõuentus dictæ congregationis, ẽt ſi numerus duodenarius non fuerit, dummodò in eo octo fratres exiſtant, habeant vocem in congregatione, ſecun-
dum formã dictorũ ſtatutorũ. Si tamen aliquis con 5
uentus, in poſterũ reformãdus, adeò paruus, & pauper exiſtat, vt ibidem octo fratres cõmodè ſuſtẽtari non poſſent, tunc vicarius generalis, cum diffinitoribus dictæ cõgregationis, poſſit illum alteri conuentui *c* vnire, & incorporare, & tunc talis nõ cenſeatur conuentus, ſed membrum conuentus: dummodo abſq. ſcãdalo hoc fiat, & in Eccleſia loci incorporati cultus diuinus nõ ceſſet. Quodq. nullus frater dictæ congregationis, magiſterij, vel alium
quẽcumq. gradũ in ſacra Theologia, niſi ad illũ p 6

a De confirmatione priuilegiorum, vide, in 10 1 qq. reg. q. 8.

b Vide in 1. 10. qq re. q. 16. ar. 8. & 9.

c De vnione monaſteriorum, vide in 3. 10. qq. re. q. 8c.

capitulum dictę congregationis expoſitus fuerit, aſ
ſumere quoquo modo præſumat, & ſi qui *a* aliter
promoti fuerint, pro non promotis habeantur, &
ad hmôi gradus, inhabiles ſint, & eſſe cēſeantur. Et
cum propter magnas expenſas, quæ in ſuſcipiendis
gradibus, in vniuerſitate Salmantina fiunt, fratres
7 dictæ cōgregationis, gradus huiuſmodi ibidem ſu-
ſcipere commodè non poſſint, quod regens, & in
eius abſentia, prior domus S. Stephani Salmantini
dictæ congregationis, poſſint conferre quoſcumq.
gradus fratribus dictæ congregationis, per eãdem
congregationem, expoſitis, & admiſſis per capitu-
lum, vel magiſtrum generalem dicti ordinis, dum-
8 modò ſic graduati peregerint curſus ſuos. Et inſu-
per, quod deinceps vicarius generalis dictæ cōgre-
gationis, eiuſq. vicem gerens, habeant eandem po-
teſtatem ſuper dictã congregationẽ, quam habent,
vel habere poſſunt prior prouincialis alicuius pro-
uinciæ, eiuſque vicarius, & vicegerens, tam ex ſta-
tutis dicti ordinis, quã ex priuilegiis ſedis Apoſto-
9 licæ. Et quia in bulla Maremagnum nuncupata, cō
tinetur, quod fratres Prędicatores, & moniales, ſub
eorum cura degeores, gaudeãt, & gaudere poſſint,
perpetuis futuris ꝑpibus, oĩbus, & ſingulis priuile-
gijs, & gratijs, fratribus ordinis Minorum conceſ-
ſis, & à nonnullis vertitur in dubium, an hoc intelli
gatur de gratijs, tpe dictæ Bullæ conceſſis, vel ex
tunc in antea concedendis, aothoritate, & tenore
præmiſſis, declaramus illud ēt intelligi debere de
gratijs, ex tunc concedendis. Et quod fratres Prędi
catores, & moniales dictæ cōgregationis de obſer-
uantia, gaudeaot priuilegijs, & gratijs cōcedendis
fratribus Minoribus, ēt de obſeruantia, & moniali-
bus ordinis S Claræ, & tertiæ regulæ S. Franciſci.
10 Prætereà poſtquam olim pręfatus Sixtus prædeceſ
ſor, eidem conuentui Salmantin. Vt reformari non
poſſet, per ſuas literas, clauſulas derogatorias in ſe
continentes, conceſſerat, tunc vicarius generalis di
ctæ cōgregationis, qoarundam aliarum literarum
ipſius prædeceſſoris ſibi ſuper facultate reformãdi
quoſcumq. conuentus, & monaſteria monialiũ di-
cti ordinis Prædicatorum, in Caſtellæ, & Legionis
Regnis, conſiſtentium, & illos reducendi ad ſuam
congregationem, conceſſarum vigore, plura ex cō-
oenribus, & monaſterijs hmôi, de quorum numero
pręfatus conuentus S. Stephani exiſtit, reformauit,
& cum de iutibus reformationis dicti conuentus
S. Stephani, pro eo quod in literis eidem vicario ſu
per reformatione huiuſmodi conceſſis, nulla de
priori conceſſione mentio habita extitit, à nonnul-
lis bæſitetur, reformationem, tam præfati S. Ste-
phani, quàm aliorum conuentum dictæ congrega-
tionis, in vim poſteriorum literarum huiuſmodi,
factam, ac inde ſecuta quæcumque, prioribus lite-
ris non obſtantibus, authoritate, & tenore præmiſ-
11 ſis, approbamus, & confirmamus, Et nihilominus
ſtatuimus, quod correctio fratrum *b* dictæ congre-
gationis, vndecumq. ad terminos præſidentiũ coo
uentuum, & reformatorum venientium, iuxta con
ſtitutiones dicti ordinis fieri debeat, & ad eoſdem
præſidentes, iuxta conceſſionem eioſdem Leonar-
di, ſuper hoc, vt præfertur, factam, pertineat, qui-
buſcumque aliis prioilegiis, indultis, & literis Apo
ſtolicis, Scholaſtico, ac Vniuerſitati Salmantinæ, ac
quibuſcumque vniuerſitatibus, per ſedem Apoſto
licam conceſſis, & quæ aduerſus præſidentes no-
lumus in aliquo ſuffragari, non obſtantibus, dum-
modò propter correctiones faciendas ſtudium fra-
12 trum corrigendorum, non impediatur. Et inſuper,
nè per quaſcumque literas, & conceſſiones Apo-
ſtolicas, fratribus dictæ congregationis pro tempo
re conceſſas, eiſdem fratribus, & vagandi, & extra
obedientiam ſuorum ſuperiorum exiſtendi, occa-

a De promotione ad gradũ, vide in to. 2. qq. re. q. 74.

De communicatione priuilegiorum, vide in to. 1. qq. reg. q. 1 1. per tot.

b Vide in 2. to. qq. re. q. 2. ar. 3.

ſio præbeatur; volumus, & dicta anthoritate decer
nimus, quod quęcumque ſimiles literæ, ſeu conceſ-
ſiones eiſdem fratribus, tam circa reſidentiam in
ſtudiis, atque Eremitoria inhabitandi, ſeu capella-
niis deſeruiendi, quàm aliàs qualitercumque cōceſ
ſæ, & in poſterum forſan cōcedendæ, niſi prius per
vicarium generalem, cũ aliquibus fratribus dictæ
congregationis viſæ fuerint, & ipſius vicarij Gene
ralis expreſſo conſenſu, nemini ſuffragentur, nec te
neantur, vicarius, & congregatio huiuſmodi, ſi cō-
tra religionis honeſtatem, vel dictam congregatio
nem extorræ fuerunt, prætextu quatuncumq. ſen-
tentiarum, cenſurarum, ſeu perſonarum, inibi con-
tentarum, eiſdem obedire, *c* ſaltem vſque ad ſecun-
dam iuſſionem, ſed liberè poſſint eidem contraue-
nire, & illarum executionem impedire, abſque ali-
cuius pœnæ incurſu. Demùm *d* cum in Diœceſi
Ciuitatenſi, in quadam aſpera rupe, quædã domus
dictæ cōgregationis Sanctæ Mariæ de Francia nũ-
cupata, conſtructa exiſtat, in qua fratres dictæ con-
gregationis, tempore hyemali, commodè habitare
non poſſunt, eidem vicario, domum ipſam, cum Ec
cleſia, & alijs neceſſarijs officinis, ad pedem dictæ
rupis mutandi, atque fratribus inibi ſe transferen-
di, dummodò Eccleſia dictæ domus, tanquam Ere
mitorium remaneat, & in ea cultus diuinus nō ceſ-
ſet, aothoritate, & tenore præmiſſis, licentiam con-
cedimus, & ēt facultatẽ, dilecti filij Ioachim de Ve
netijs, magiſtri generalis dictis ordinis, ad præmiſ-
ſa, expreſſo attendente conſilio, de quo nobis per
legitimum documentum fuit facta fides, non ob-
ſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordina-
tionibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetu-
dinibus cōgregationis, & Ordinis Prædicatorom,
iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis qui-
buſcũque. Cęterum, quia difficile foret, pręſentes
literas, ad ſingula, in quibus de eis fides forſan fien
da fuerit, loca deferre, volumus, & authoritate ſu-
pradicta decernimus, quod ipſarum trã ſumpto ali-
cuius Epiſcopalis, vel alterius ſuperioris, Curiæ Ec
cleſiaſticæ, ſigillo munito, ac ſigno, ac ſubſcriptio-
ne alicuius notarij publici, & legalis ſignato, in iu-
dicio, & extra, tanquam ipſis præſentibus. ſi exhibe
rentur, plena fides adhibeatur, & perindè ſtetur, ac
præſentes literæ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli
ergò omninò, &c. Dat. Romæ, apud S Petrum, an-
no Incar. Dominicæ, 1488. 4. Idus Martij, Pontifica
tus noſtri, anno 5.

c De obedientia debita ab exemptis, vide in to. 2. qq. re q. 64

13

d Hoc de secũda iuſſione, eſt cõforme iuri communi, vide in 1. to. qq. reg. q. 6. art. 7. & 8.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla IV.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Eremitis Sancti Auguſtini obſeruantibus prouinciæ Hiſpaniæ & monialibus, indulgentiam plenariam in feſto Natiuitatis Domini, quolibet anno, & in articulo mortis, prohibens illos confiteri, etiam prætextu literarum Cruciatæ, vel aliarum, aliiſque ſuis prælatis, vel deputatis confeſſoribus ab eiſdem.

INnocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Pia deſideria deuotorum, ex iniũcto nobis deſuper Apoſtolatus officio, eo potiori tenemur fauore proſequi, quo in illis, ſacræ religionis vigor ſuccreſcat vberius, & deuotionis ſynceritas, interuallo ſemoto, ſolidius eniteſcat. Sanè pro parte dilectorum filiorum, vniuerſorum priorum, & fratrum domorũ ordinis fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, cōgregationis regularis obſeruantiæ prouinciæ Hiſpaniæ, ſecundum morem dicti ordinis, & quæ eiuſdem congregationis exiſtunt,

ſtunt, delictarum filiarum prioriſſæ, & conuentus monaſterij monialium Beatæ Marię de gratia, loci Madrigalis dicti Ordinis Abulēſis Diœceſis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ſi perſonę dictæ cōgregationis, vigore facultatum eis, prætextu literarum porrigētibus manus adiutrices ad expugnationem infidelium Regni Granatę, vel aliàs, vt à nonnullis aſſeritur conceſſarū confeſſores ſibi eligere, & quoties voluerint, peccata ſua eis confiteri poſſent, ſuperioris obedientia eneruaretur, ac plurimis, qui ſcirent peccata ſua alijs, quam ſuperioribus ſuis, vel ab eis deputandis confeſſoribus, poſſe confiteri, liberius delinquendi occaſio præberetur. Quare à parte eorundem priorum, prioriſſæ fratrum, & conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt quod deinceps nulli, ex perſonis dictæ congregationis, nunc, & pro tempore exiſtentibus prætextu alicuius facultatis eis vigore dictarum literarum, aut aliàs per ſedem Apoſtolicam, vel eius legatos, ſub quibuſuis verborum formis cōceſſę, & concedendæ, aliquem alium in confeſſorem ſuum eligere poſſint, niſi priorem, vel ſuperiorem ſuū, vel deputandum ab eo cōfeſſorem, quodque priores præfati, & ab eis pro tempore deputati confeſſores prædicti, perſonis dictæ congregationis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſub regulari obſeruantia dicti ordinis permanētibus, ſemel quolibet anno, in feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & deinde in mortis articulo plenariam indulgētiam, Apoſtolica authoritate, impendere valeant, ſtatuere, & ordinare, aliaſq. in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ad commoda, & profectum dictæ congregationis operoſa meditatione intendimus, & animarum ſalutem intenſis deſiderijs exoptamus, priores, prioriſſas, fratres, & conuentus, ac ſingulas perſonas, conuentus huiuſmodi à quibuſuis excōmunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſentētijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtūt, ad effectū præſentiū duntaxat conſequendū harum ſerie abſoluētes, & abſolutos fore cēſentes: huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, quod de cętero perpetuis futuris temporibus perſonę dictę congregationis vtriuſq. ſexus, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt, prætextu prædictę, & cuiuſlibet alterius facultatis, eis & cuilibet earum per prædictam ſedem, ſeu eius legatos ſub quibuſuis verborum formis cōceſſæ, & quā forſan concedi cōtingeret in futurum, alium quàm priorem, vel ſuperiorem ſuum, aut aliquem ab eodem priore, vel ſuperiore a ab eis deputatis pro tēpore confeſſorem in ſuum confeſſorem eligere nequeant. Et vt ipſius congregationis domorum, quę nunc, vt priores, & fratres aſſerunt nouem ſunt, & earum, quas eidem cōgregationis aggregari, & incorporari cōtigerit in futurum priores nūc, & pro tempore exiſtentes, & confeſſores ab eis pro tempore deputati eiſdem perſonis dictæ congregationis, nunc, & pro tempore exiſtentibus verè pœnitentibus, & cōfeſſis, dum ſub regulari obſeruantia dicti ordinis vixerint, ac in ſinceritate fidei, vnitate Sanctæ matris Eccleſiæ, nec non obedientia, & deuotione noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum Romanorū Pontificum canonicè intrantium permanſerint, ſemel in quolibet anno, in feſto b Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & deinde in mortis articulo, omnium peccatorum ſuorum, de quib. corde contriti, & ore confeſſi fuerint plenariam indulgentiam impendere liberè, & licitè valeant, Apoſtolica authoritate præſentium tenore ſtatuimus, & ordinamus eiſq. concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Et nè quod abſit, perſonæ dictæ congregationis propter huiuſmodi gratiam reddantur procliuiores ad illicita in poſterum committenda, volumus, quod ſi ex confidentia remiſſionis huiuſmodi perſonæ prædictę, nunc, & pro tempore exiſtentes dictæ congregationis, aliqua fortè cōmitterēt: quoad illa præſentes literæ minimè ſuffragentur. Nulli ergo omninò, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrū, anno incarnationis Dominicæ, 1493. 12. Kal. Februarij, Pontificatus noſtri anno VII.

a Vide § 1. 10. qq. reg. q. 21. articu.

b Vide in 1. 10. qq. regula. q 62. ab ar. 6.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla V.

SVMMARIVM.

1 *Abbas Ciſtertij, & quatuor primi coabbates eius, intra ſua monaſteria perſonis eiuſdem religionis omnes minores ordines conferre, ac mitra, annulo, & alijs Pontificiis vti valent.*

2 *Prædicti Abbates eccleſiæ, & monaſteria dicti ordinis, dummodo ex homicidio illa non polluantur, reconciliant.*

3 *Prædicti Abbates in locis eiuſdē ordinis, quaſcunq. pallas altaris, quęcunq. eccleſiaſtica ornamenta, corporalia, vaſa, ad reponēdam Euchariſtiā, & imagines benedicunt, atq. calices conſecrant.*

4 *Prædicti Abbates altaria noviter cōſtructa, trāſlata, reſtaurata, aut mutata in dictis locis cōſecrāt.*

5 *Prædicti Abbates poſt miſſas, veſperas, ac matutinarū ſolēnia in eiſdem locis, ſeruatis gradib. ſuperioritatis īter eos ſolēnes benedictiones elargiūtur*

6 *Abbas Ciſtercienſis, quibuſcunq. monachis eiuſdē ordinis, alij vero quatuor primi coabbates eius, ſubditis ſubdiaconatus ordines conferunt.*

7 *Præfati Abbates antequam eluceſcat dies, miſſas celebrandi, vel per alios in eorum præſentia faciunt celebrare.*

8 *Abbates Ciſtertij vniuerſos eius coabbates, & Abbatiſſas non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis benedicit.*

9 *Tranſumptum ſigilli eiuſdem Abbatis Ciſtertii, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtituta, & publici notarij ſubſcriptione munitum omnimodam fidem habet.*

INnocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.
Dilecto filio, Ioanni Abbati monaſterij Ciſtertij
Cabilonenſis Diœceſis. Salutem, & Apoſtolicā be-
nedictionem. Expoſcit tuæ deuotionis ſinceritas,
& religionis promeretur honeſtas, vt tam te, quem 1
ſpeciali dilectione proſequimur, quam tuū, & alia
quatuor principalia tuæ Ciſtercienſis ordinis mo-
naſteria, poſt, & per dictum monaſterium tuū im-
mediatè fundata, primas quatuor illius filias nun-
cupata, condignis honoribus attollamus, ac ſpecia-
libus fauoribus, & gratijs proſequamur. Cum itaq.
ſicut exhibita nobis nuper pro parte tua, petitio cō- 2
tinebat, ex priuilegijs, & indultis Apoſtolicis, tibi
& aliorum quatuor monaſteriorum prædictorum
Abbatibus, pro tempore exiſtentibus, vt omnes or-
dines minores, perſonis ordinis eiuſdem intra mo-
naſteria c prædicta conferre, ac palas altaris, & om-
nia ornamēta Eccleſiaſtica d benedicere, ac mitra,
& annulo, & alijs Pōtificalibus inſigniis vti; nec nō
in ipſis, & alijs monaſterijs, & prioratibus, illis ſub-
iectis, ac parochialibus, & alijs Eccleſiis, ad eos cō-
muniter, vel diuiſim pertinentibus, quamuis eis,
pleno iure non ſubeſſent, benedictionem ſolem-
nem, poſt miſſarum, veſperarum, & matutinarum
ſolemnia (dummodo in benedictione huiuſmodi,

c Vide in 1. 10. qq. re. q. 18. art. 1. & 2.

d Vide in ee. 10. 3. q. 19. & 110. qq. reg. q. 36. ar. 6.

aliquis

aliquis antiſtes, vel Apoſtolicæ ſedis legatus præ-
3 ſeus non foret) elargiri. Ac Eccleſias, & monaſte-
ria dicti ordinis, quoties foret oportunum, dum-
modo, & ex homicidio illa polluta non forent, re-
a Vide in eod. q. 19. ar. 6. conciliare, *a* à qua prius per aliquem catholicum
Antiſtitem, vt moris eſt, benedicta obtenta valerét,
diuerſis vicibus, ac partibus, quãdoque ſigillatim,
quandoque ſimul, prout ipſa priuilegia edocent,
conceſſum fuerit. Et ab aliquibus hæſitetur tan tu,
& dicti Abbates palas, & alia ornamenta huiuſmo
di, extra ipſius ordinis monaſteria, & etiam illa,
quæ ad monaſteria, & loca dicti ordinis non ſpecta
reut: & an poſſint in quibuſlibet alijs monaſterijs,
& locis dicti ordinis vtriuſque ſexus, benedicere; li
cet Abbates prædeceſſores à tanto tempore citra,
cuius contrarij hominum memoria non extitit, pr
miſſa omnia, ſeu maiorem partem facere conſueue
rint. Nos, qui ordinem ipſum præ ceteris, in viſce-
4 ribus gerimus charitatis, & illum intendimus, non
minoribus gratijs, & priuilegijs, quam prædeceſſo
res noſtri fecerint, decorare, tuis in hac parte ſup-
plicationibus inclinati, tibi & ſucceſſoribus tuis,
ac dictis Abbatibus aliorum quatuor monaſterio-
rum prædictorum nunc, & pro tempore exiſtenti-
bus, vt de cætero, perpetuis futuris t ẽporibus præ-
dicta, & quæcunque alia veſtimenta ac ornaméta
Eccleſiaſtica, corporalibus, vaſculiſque ad reponẽ-
dum ſacram Euchariſtiam, ac imaginibus quibuſ-
libet cõprebenſis in locis, & domibus dicti ordinis
benedicere, & calices conſecrare, tam de dicto or-
dine, quam ſi ad vos aliunde nõnunquam deferan
tur, *b* Ac altaria de nouo constructa, ſeu trãſlata, re
b Vide in 1. 10. qq. reg. q. 28. ar. 2. ſtaurata, aut mutata, in quibuſlibet locis dicti ordi-
nis, chriſmate ſacro, prius ab aliquo Catholico An-
tiſtite recepto, conſecrare, & etiã benedictionem,
5 poſt miſſarum, veſperarum, & matutinarum ſolem
nia in quibuſlibet monaſterijs, domibus, atq; locis
dicti ordinis vtriuſque ſexus, ſeruatis gradibus ſu-
c Vide in 1. 10. qq. re. q. 18. artic. 3. & 4. perioritatis, *c* inter vos elargiri. Ac ne monachi di-
cti ordinis, pro ſuſcipiendis, ſubdiaconatus, & dia-
conatus ordinibus, extra clauſtrũ hinc inde diſcur-
rere cogantur, tibi, & ſucceſſoribus tuis, vt quibuſ-
6 cunque dicti ordinis monachis: alijs vero quatuor
Abbatibus præfatis, ac eorum ſucceſſoribus, vt ſuo
rum monaſteriorum prædictorum religioſis, quos
ad id idoneos repereritis, ſubdiaconatus, & diaco-
7 natus ordines huiuſmodi, aliàs ritè cõferre. Ac cũ *d*
d Vide in 1. 10. qq. re. q. 42. ar. 1. & 2 negotiorũ qualitas, pro tempore ingruentiũ, id exe
gerit, antea quam eluceſcat dies, circa tamen diur-
nam lucem, ita quod id, nec vobis, nec ſacerdoti, ta
liter in præſentia veſtra celebranti, ad culpam va-
leat imputari, miſſam in veſtra, & cuiuſlibet veſtrũ,
ac familiarium veſtrorũ, vobis cum præſentia, per
vos metipſos miſſam celebrare, & per alium ſacer
dotem idoneum, facere celebrari. Et quia interdũ,
8 propter munus benedictionis, quod per Epiſcopos
Abbatibus, & Abbatiſſis dicti ordinis impenditur,
contentiones, ac priuilegiorum ordinis veſtri læ-
ſiones oriuntur, ſub eo prætextu, quod Epiſcopi
præfati ex impreſſione muneris huiuſmodi, prætẽ-
dunt aliquam poſtmodum, in eos, & eorum mona-
ſteria, iuriſdictionem, & ſuperioritatem, contra di-
cti ordinis veſtri priuilegia, habere: tibi, & ſucceſ-
ſoribus tuis prædictis duntaxat, vt munus benedi-
ctionis huiuſmodi, quibuſcunq; dicti ordinis Ab-
batibus, & Abbatiſſis impendere, ac Abbatibus, &
Abbatiſſis prædictis, vt dictum munus à te & ſuc-
ceſſoribus tuis præfatis, recipere, liberè, ac licitè
poſſitis, & poſſint, authoritate Apoſtolica, & ex cer
ta ſcientia, tenore præſentium, de ſpeciali dono gra
tiæ indulgemus. Non obſtãtibus conſtitutionibus,
& ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus
illis, quæ in literis priuilegiorum, & indultorum
huiuſmodi, conceſtum eſt, non obſtare, cæteriſque
contrarijs quibuſcunque. Prouiſo, quod huiuſmo-
di conceſſione, ante diem celebrandi, ſeu celebra-
ri, faciendi, parce vtamini, quia cum in altaris offi-
cio immoletur Dñs noſter Dei filius, Ieſus Chri-
ſtus, qui candor eſt lucis æternæ, congruit hoc non
noctis tenebris fieri, ſed in luce. Verum, quia diffici
le foret, præſentes literas, ac ſingula quæque loca,
in quibus expediẽs fuerit, deferre, volumus, & præ
fata authoritate decernimus, quod illarũ tranſum-
ptis, manu publici notarij inde rogati, ſubſcriptis,
& ſigillo tuo, aut alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu
perſonæ, in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutæ, muni
tis, ea prorſus fides indubia adhibeatur, quæ præ-
ſentib. adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſe.
Nulli ergo omninò hominũ liceat, hanc paginã no
ſtræ cõceſſionis, volũtatis, & cõſtitutionis infringe-
re, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do
min. 1489. 5. Idus Aprilis, Pont. noſtri, anno 5.

Pro ordine Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum.

Bulla VI.

SVMMARIVM.

Elargiẽtibus pias eleemoſynas ſacro ordini huic, pro redemptione, maximas, & ampliſſimas concedit gratias ſpirituales, ſed habere debent Bullam Sanctæ Cruciatæ.

Concedit verè pœnitentib. & confeſſis, eleemoſynã liberalem huiuſmodi erogantibus, primo vnum annum, & quadraginta dies, & ſeptimã partem indulgentiæ: omnia peccata venialia, & oblita.

Offenſas parentum, ſine manuum iniectione remittit.

Abſoluit, vel irritat votum quodcunq., exceptis tribus.

Tranſgreſſiones fidei iuramenta.

INnocentius Epiſcopus, vniuerſis Chriſti fideli-
bus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictioné. Ad
opera pietatis, vos nõ credimus inueniri difficiles,
ad quæ tenemini per exhortando ſubditos veſtros
iniungere. Licet autẽ debeatis, omnibus denignita-
tis veſtræ gratiam exhibere, & pio eorum propo-
ſito adiuuare. Miniſtris, & fratribus Sanctæ Trini-
tatis, & Redemptionis Captiuorum, ad quos tene-
mini ampliorem præſtare fauorem, quod cum hoſ-
pitalitatis *e* opera, quæ in Domino exercetur, can-
dem diuinam, & benignam ſedis gratiam obtine- *e Indulgentia quæſtuaria sũt ſublata, vide in 2. 10. qq. re. q. 34. artic. 3.*
re. Nos enim, de omnipotentis Dei miſericordia,
& Beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorũ eius autho
ritate confiſi: omnib. verè pœnitentibus, & cõfeſſis,
qui eiſdem fratribus, vel procuratoribus, vel eorũ
Nuntijs, aurum, argentum fractum, vel integrum,
veſtimenta, vel aliud charitatis ſubſidium donaue-
rint, legauerint, vel tranſumpſerint, ſeu donari, le-
gari, vel tranſumi procurauerint, vnum annum, &
quadraginta dies indulgentiarum, & ſeptimã par-
tem pœnitentiæ iniunctæ, miſericorditer relaxa-
mus. Necnon, & omnia peccata venialia, & oblita,
offenſas patris, & matris, ſine manuum iniectione,
& omnia vota facta, excepto voto Hieroſolimyta-
uo, caſtitatis, & religionis, diſpenſando *f* tamen, &
attribuendo conuenienter, dictis fratribus procu- *f Vide in 1. 10. qq. re. q. 63. ar. 3.*
ratoribus, vel eorum Nuncijs, ſecundum qualita-
tem voti, & proprietatem perſonæ, tranſgreſſiones
fidei, iuramẽta falſa, ſine damno alterius, ſermones
otioſos, vanas cogitationes, quæ non peruenerunt
ad effectum, & omnia feſta ſanctorum malè cele-
brata, & de ſpeciali gratia, Diem ſanctum Domini
cum male obſeruatum, vſuras, rapinas, & omnia
malè acquiſita, niſi ſciant cui reddenda ſunt, ſimi-
liter

Digitized by Google

a Hoc intelligatur cõficiendo prius hæc peccata, quãdo fuerint mortalia.

liter in Domino *a* relaxamus. Et adhuc etiã, in participatione ſanctæ matris Eccleſiæ, & peregrinationis terræ ſanctæ, omnes benefactores participes, necnon omnes parentes, viuos, & mortuos, conſortes facimus in æternum. Datũ Pernſij, Quintodecimo Kalen. Aprilis, Pont. noſtri anno 1.

Sequuntur quædam viuę vocis oracula huius ſummi Pontificis Innocentij VIII.

Viuæ vocis oraculum conceſſum fratribus ordinis Prædicatorum.

SVMMARIVM.

1. *Diſpenſatur circa redditus, & poſſeſſiones habendas, & beati Dominici maledictio aufertur.*
2. *Diſpẽſatur, q fratres poſſunt ſe medicari cũ Iudæis.*
3. *Fratres poſſunt celebrare per horam ante diem, & per horam poſt meridiem.*
4. *Fratres non gaudent perpetuo confeſſionali, bulla Cruciata.*
5. *Generalis vicarius cum aliqua perſona in dignitate conſtituta, & duobus iuriſconſultis, poteſt interpretari, & declarare gratias, & priuilegia, ordini, & congregationi conceſſa, & fratres ſecurè poſſunt ſtare talibus declarationibus.*

PEtrus miſeratione diuina, ſanctorum Cuſmæ, & Damiani, Romanæ Eccleſiæ diaconus Cardinalis, de Fox nuncupatus, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem in dño ſempiternam. Ratio exigit, & æquitas perſuadet, vt teſtimoniũ veritati perhiberi valeat. Igitur notũ facimus, per præſentes, quod nuper ſanctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter, Dñs Innocentius, diuina prouidentia, Papa Octauus, cõſultatione veſtra, ac volẽs, vicario generali, ac ſingulis prioribus, ac fratribus vniuerſarum domorũ ordinis prædicatorum, de obſeruantia reformatorum nuncupatorum, congregationis prouinciæ Hiſpaniæ, præſentibus, & futuris, & perpetuo ſcrupulũ conſcientiarũ ipſorum auferre, viuæ vocis oraculo, nobis facto, motu proprio, & certa ſciẽtia, diſpẽſauit cũ dictis fratribus, ſuper poſſeſſionibus, & red-

b Vide in 1. to. qq. reg. 11. q. 78. ar. 6.

ditibus *b* habendis aliàs, iuxta formã bullæ maremagnũ nuncupatæ, auferendo maledictionem ſancti Dominici, & non obſtantib. conſtitutionibus dicti ordinis, prohibentibus, nè fratres eiuſdem ordinis habere poſſeſſiones poſſent. Item quoniam cũ in partib. Hiſpaniæ, pro maiori parte, medici, Iudæi exiſtãt, nec facile poſſint in aliquib. locis reperiri medici Chriſtiani, idẽ Dñs noſter conceſſit licentia eiſdẽ fratribus, præſentibus, & futuris, etſi magnam neceſſitatẽ non habeant, cum Iudæis ſe medicandi, non obſtantib. quibuſcunq; prohibitionibus, & cenſuris Eccleſiaſticis, in genere, vel in ſpecie, ſuper hoc editis. Item conceſſit, quod fratres dictæ congregationis, in conuentibus ſuis, & alijs locis, vbi eis *c* concelebrare contingat, per horam

c Vide in 1. to. qq. reg. q. 42. ar. 1. & 2. & 5.

ante diẽ, & per horã poſt meridiem, præſertim, qñ prædicatur in conuẽtibus, vel ſunt ſolẽnia officia, Miſſam celebrare poſſint. Et quia non modicũ periculũ imminet animarum fratrũ dictæ congregationis, ſi ijſdẽ, fratres gauderent perpetuo, cõfeſſionali in bulla Cruciatæ, contra Sarracenos Regni Granatæ, contento, idem Dñs noſter declarauit, fratres dictæ congregationis non poſſe *d* gaudere confeſ-

d Vide in 1. to qq. reg. q. 11. a. 10.

ſionali prædicto, nè detur fratribus occaſio peccandi, & ab obedientia ſe ſubtrahendi, præſertim cum tẽpore fœlicis recordationis, Sixti Papæ IV. cũ ſimilis gratia prædicaretur in Italia, in ſimili caſu fuerit declaratũ per eundẽ Sixtum. Itẽ quia nonnulla dubia occurrunt fratribus, & occurrere poſſunt, ſuper gratijs, & priuilegijs, tam ordini, quã congregationi prædictis conceſſis: idem Dñs noſter, pro ſecuritate conſcientiarũ ipſorum fratrũ, concedit facultatẽ *e* vicario generali dictæ congregationis, pro tẽ-

e Vide in 1. to. qq. re q. 1. art. 1.

pore exiſtenti, cũ aliqua perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, & duob. alijs iuriſconſultis, interpretanti huiuſmodi dubia, & quod fratres dictę cõgregationis, ſecurè poſſint ſtare declarationib. per eoſdem faciendis. In quorũ omnium, & ſingulorũ fidem, & teſtimoniũ, præſentes patentes literas, per infraſcriptum notarium noſtrũ fieri mandauimus, & nomine noſtro ſubſcripſimus, noſtriq; magni ſigilli, iuſſimus, & fecimus appenſione cõmuniri. Datum Romæ, in domibus noſtrę habitationis, & ſolitæ reſidẽtię, ſub anno à Natiuitate Domini, 1489. Indictione 7. die vero vltima menſis Febr. Pontifi. eiuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri Innocẽtij VIII. anno 5. P. Cardinalis de Fox.

Idem Innocentius VIII. ad ſupplicationem fra- 2
tris Bernardini de Guaza, dum eſſet commiſſarius curiæ Romanæ, conceſſit, quod omnia indulta, gratiæ, & priuilegia conceſſa, ac concedenda fratribus familiæ Ciſmontanæ, cenſeantur eſſe conceſſa vltramontanis, & econuerſo.

Idem extendit gratias, & indulta conceſſa fratri- 3
bus, & ſororibus tertij ordinis, in communi viuentibus, etiam illis, qui viuunt in particulari.

Reuerẽdus pater, frater Hieronymus Turnielis 4
impetrauit ab Innocentio VIII. quod fratres ſacerdotes celebrantes in diebus Dominicis, *f* & ſolemnitatibus Domini, & Beatæ Mariæ, & ſanctorũ noſtri ordinis, habeant indulgentiam plenariam, & fratres laici, quando communicant.

f Vide in 1. to. qq. reg. q. 87. ar. 2.

Idem conceſſit, quod quando fratres dimittunt 5
aliquid de diuino officio, non ex dolo, poſſunt ſupplere, dicendo aliquem Pſalmum, vel orationem Dominicam, vel Aue Maria.

Idem conceſſit, quod moniales communicantes 6
habeant indulgentiam plenariam.

Sequuntur quædam gratiæ conceſſæ ab eodem 7
Innocentio Octauo, fratri Angelo de Clauaſio V. g. vltramontano, anno Domini 1487. Primũ die Sanctæ Agnetis ſecundo.

Primo, ad ſupplicationem eiuſdem patris, con- 8
ceſſit formam præſentationis. Epiſcopis faciendæ, pro fratribus confeſſoribus, ſubſcripto modo, qui talis eſt, ſcilicet, quod guardiani *g* loci noſtri, vel ciuitatis, omni anno ſemel ſe repræſentẽt Epiſcopo, vel eius locum gerenti, in ſpiritualibus, vel mittãt alium fratrem, pro ſe, & dicãt eidem Epiſcopo. Reuerendiſſime Domine, ecce me præſento reuerendiſſimæ dominationi veſtræ, pro me, & omnib. confeſſoribus deputatis, & deputandis à noſtro prouinciali vicario, pro audiendis confeſſionibus veſtrorũ ſubditorum, petẽdo humiliter, vt dignemini eſſe contentos, cum veſtra benedictione, ipſus audiant in confeſſione, & abſoluant. Et ſi quid authoritatis veſtrę, circa caſus vobis reſeruatos velitis, nobis cõcedere dignemini, & ſimiliter circa votorũ diſpenſationem, Et etiam dignemini nos auiſare, ſiquid habeamus facere pro ſalute animarũ veſtræ dominationi commiſſarum. Quo facto, ſiue concedat, ſiue deneget, S. D. N. Innocentius VIII. conceſſit, quod ſtatim confeſſores prædicti habeant authoritatem omnem abſolneodi, ab omnibus, exceptis caſibus à iure reſeruatis Epiſcopo, vel Papæ.

g Vide in 1. to. qq. reg. q. 56. ar. 1. & 2.

Item declarauit ſua ſanctitas, quod quoad primũ caſum de iure reſeruatũ Epiſcopis, intelligitur ſecundũ opinionem Innocentij, & Hoſtiẽſis, ſcilicet, quod ſolum eſt hodie vna *h* excommunicatio, quæ de iure Epiſcopis reſeruatur, ſcilicet, iniectio violenta in perſonam eccleſiaſticam, in caſibus, in quibus de iure pertinet ad Epiſcopum, & ideo in

h Vide ĩ 1. to. qq. reg. q. 61. ar. 2. cum ſeq.

alijs,

aliјs, quæ ſunt de iure, & non reſeruātur Papæ, poſſunt prædicti abſoluere. Similiter ab omnibus excommunicationibus, per ſtatuta prouincialia, vel ſynodalia promulgatis, quæ ipſi conditores ſpecialius, ſibi, vel alteri nō reſeruauerunt, quando ſtatutum fecerunt.

10 Item cōceſſit, quod cōfeſſores a prędicti poſſunt diſpenſare in omnib. votis, in quibus poſſunt Epi, exceptis votis peregrinationis, vltra duas dietas.

a Vide 1. 10. qq. 10. q. 63. ar. 3.

Officium diuinū neſcientes per ſe plene perſol-
11 uere fratres profeſſi, nō tenentur ad illud ſub pęna peccati mortalis, donec ſciuerint illud, dūmodo faciant, quod in ſe eſt, & dicāt ſicut ſciunt, & vltra dicant horas laicorū fratrum. Innoc. VIII. ſupplicante Fratre Euangeliſta commiſſario, conceſſit.

12 Item quod vicarij generales, & prouinciales b poſſint benedicere corporalia.

b Vide in 1. 10. qq. 10. q. 62.

Item anno Domini 1488. 6. menſis Decembris
13 SS. Dominus noſter, c Innocentius VIII. conceſſit fratri Bernardino de Beltro, prædicatori egregio, de prouin. S. Antonij, quod fratres Prædicatores, & alij, qui per obedientiam reperiuntur extra conuentus, & loca, poſſint promereri indulgentias ſtationum, & aliàs nobis conceſſas in noſtris Eccleſijs, dicendo quinquies Pater noſter, & Aue Maria, in quacunque Eccleſia, & loco ea dixerint, pro intentione, & propoſito illius indulgentiæ, prout illi, qui prædictis ſuis locis dicunt, etiam infirmi in ſuis infermerijs, & cellis, & etiam lectulis, quando cōmodè aliter dicere non poſſunt.

c Optima cōceſſio, & ſimilē cōceſſit Clem. 8. vt habet inter viuæ vocis oracula huius Pōtificis.

Item ad ſupplicationem F. Bernardini de Gua-
14 za cōmiſſarij, conceſſit Innocentius VIII. vt procuratores fratrum, eorumque ſubſtituti, liberi, parētes, fratres, ſorores, poſſint promereri indulgentias ſtationum, & alias fratribus conceſſas, dicendo in Eccleſijs fratrum, quinque Pater noſter, & totidē Aue Maria, pro fœlici ſtatu Romanæ Eccleſiæ.

Frater Benignus de Ianua, vicarius generalis cō-
15 gregationis Lombardiæ fratrum Eremitarū S. Auguſtini obſeruātiæ, omnibus, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, ſalutem. Significamus in teſtimonium veritatis, ſanctiſſimum Dominum Innocentium VIII. anno Domini M.ccccxc. die 3. Iulij, viuæ vocis oraculo conceſſiſſe, vt ſuſcipiētes habitum mantellatorum, ſiue mantellatarū ordinis noſtri, licet habitum illum cum licentia prioris loci non teneant, neque continuè deferant, corrigiam tamen detinentes, ac deferētes, eiſdem priuilegijs, gratijs, immunitatibus, & indulgentijs gaudeant, quibus ipſi mantellati gaudēt, & gaudere poſſunt, & hanc conceſſionē, & gratiam fecit, vt ſupra, viuę vocis oraculo, præſentibus reuerendiſſimo Domino D.A. tituli ſanctorum, Ioannis, & Pauli presbytero Cardinali magnifico, Florentinorum oratore, me fratre Benigno ſuprascripto præſente, reuerendo magiſtro Martino de Genezano, ſacræ Theologiæ profeſſore, patre fratre Barr. de Palaciolo S. Mariæ de populo Romæ priore, patre fratre Thadeo de Hipporegio priore Taurini. Quare pro ſatisfactione deuotionis earum perſonarū, quæ pro bono animarū hunc habitum, corrigiamq; ſuſcipere voluerint, hanc atteſtationē fecimus, & rei veritati teſtimoniū reddere volumus, cū impenſione ſigilli noſtrę cōgregationis, Dat. in conuentu noſtro S. Mariæ de populo almæ vrbis, prima Aug. 1490.

Ad ſupplicationem fratris Hieronymi Tornelis,
16 declarauit Innocētius VIII. quod moniales ſanctæ Claræ, quæ neſciunt decernere inter primariā intentionem, quæ cauſat ſimoniam, & ſecundariam, quod nunquam incurrant ſimoniam, niſi in duobus caſibus, primò ſi paciſcātur expreſſe de aliquo dādo, vel ſoluendo, pro ingreſſu, ſecundo, quādo recipiunt inhabiles ad monaſterium, propter ſpem habēdi aliquid, quia tūc illa eſt principalis intētio.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 48. art. 1.

Item declarauit, quod ipſæ moniales S. Claræ, ſi-
ne ſcandalo, vel ſcrupulo conſcientiæ, poſſint petere ea, quæ ſibi fuerunt promiſſa ante ingreſſum. 17

Item conceſſit, quod cōfeſſores monialium poſſunt intrare monaſteria illarum, tempore peſtis, ad celebrandum Miſſam, & audiendum confeſſiones illarum, quæ ſeruiunt peſtilentiatis, quia ſtant ſeparatæ ab alijs: hoc impetrauit frater Albertus de Puteo & eſt in regiſtro fo. LXIX. 18

Innocentius VIII. conceſſit fratribus Auguſtinienſibus certarum congregationū, quod vicarius generalis illarum, & viſitatores, poſſint benedicere ornamēta Eccleſiaſtica, & etiā corporalia. Et quod omnes fratres illarum congregationū, expleto matutinali officio, etiam ante lucis auroram poſſint celebrare. Quæ conceſſio cum alijs, habetur in libris magnis priuilegiorum præfati ordinis, per bullā, quę incipit: Innocentius Epiſcopus, &c. fol. 84. quā cum alijs, extēdit Iulius II. ad totū ordinem prędictum, & ſic iā nō eſt particularis, ſed totius ordinis. 19

Pro benedictionib. ornamentorū vide in 10. 1. qq. 10. q. 19. Vide pro celebratione ante auroram, in 1. 10. qq. 10. q. 42. art. 1.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Pro nouo orbe ad fidem conuertendo.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Noui orbis inſulæ cōceduntur Regi Catholico, ita tamē vt ad eas præcones Chriſtianæ fidei mittere teneatur.

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Chariſſimo in Chriſto filio, Ferdinādo Regi, & chariſſimę in Chriſto filię, Eliſabeth, Reginæ Caſtellę Legionis, Aragonum, Siciliæ, & Granatæ, illuſtribus, ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Inter cætera diuinæ maieſtati beneplacita opera, & cordis noſtri deſiderabilia, illud profectò potiſſimum exiſtit, vt fides Catholica, & Chriſtiana religio, noſtris præſertim temporibus, exaltetur, atq; vbilibet amplietur, & dilatetur, animarumq; ſaluti procuretur, ac Barbaricæ nationes deprimantur, & ad fidē ipſam reducantur. Vnde, cum ad hanc ſacram Petri ſedem, diuina fauente clementia, meritis licet imparibus, erecti fuerimus cognoſcentes nos, tanquam veros Catholicos Reges, & Principes, quales ſemper fuiſſe nouimus, & a nobis præclarè geſta, toti penè iam orbi notiſſima, demonſtrant, nec dum id exoptare, ſed omni conatu, ſtudio, & diligentia, nullis laboribus, nullis impenſis, nullis parcendo periculis, etiam proprium ſanguinem effundendo, efficere, ac omnem animū veſtrum, omneſq; conatus ad hoc iam dudum dedicaſſe, quemadmodum recuperato Regno Granatæ à Tyrānide Sarracenorum, hodiernis temporibus, per vos cū tanta diuini nominis gloria facta teſtātor, dignę ducimur nō immerito, & debemus illa vobis, etiam ſponte, fauorabiliter cōcedere, per quę huiuſmodi ſanctū, & laudabile ab immortali Deo cæptū propoſitum, in dies, feruentiori animo, ad ipſius Dei honorem, & Imperij Chriſtiani propagationem, proſequi valeatis. Sanè accepimus, quod vos dudum animo propoſueratis, aliquas inſulas, & terras firmas, remotas, & incognitas, ac per alios hactenus nō repertas, quærere, & inuenire, vt illarū incolas, & habitatores, ad colendum Chriſtum Redemptorem noſtrum, & fidem Catholicam profitendum, reduceretis hactenus, in expugnatione, & recuperatione ipſius Regni Granatæ, pluri-

Digitized by Google

plurimum occupati, huiuſmodi ſanctum, & laudabile propoſitom veſtrum ad optatum finem perducere nequiſtis, ſed tādem, ſicut Domino placuit, regno prædicto recuperato, volentes deſiderium adimplere veſtrum, dilectum filium, Chriſtophorū Columbum, virum vtiq; dignum, & plurimum cō mendatum, ac tanto negotio aptum, cum nauigijs, & hominibus, ad ſimilia inſtructis, non ſine maximis laboribus, ex periculis, ac expenſis deſtinatis, vt terras firmas, & inſulas remotas, & incognitas huiuſmodi, per mare, vbi hactenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret, qui tandem (diuino auxilio, facta extrema diligētia, in mari Oceano nauigantes) certas inſulas remotiſſimas, & etiā terras firmas, quæ per alios repertæ non fuerant, inuenerunt, in quibus, quam plurimæ gentes pacifice viuentes, vt aſſeritur nudi incedentes, nec carnibus veſcentes, inhabitant, & vt præfati nuntij veſtri poſſunt opinari, gentes ipſæ, in inſulis, & terris prædictis habitantes, credunt vnum Deum creatorem in cœlis eſſe, atq; ad fidem Catholicam amplexandū, & bonis moribus imbuendum, ſatis apti videntur, ſpeſque habetur, quod ſi erudirentur, nomen Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, in terris, & inſulis prædictis faterentur, ac præfatus Chriſtophorus, in vna ex principalibus inſulis prædictis, iam vnam turrim ſatis munitā, in qua, certos Chriſtianos, qui ſecum iuerant, in cuſtodiam, & vt alias inſulas, ac terras firmas, & remotas, & incognitas inquirerēt, poſuit, cunſtrui, & ædificari fecit, in quibus quidē inſulis, & terris iam repertis, aurū, aromata, & aliæ, quam plurimæ res prętioſæ, diuerſi generis, diuerſæ qualitatis, repetiūtur, vnde omnib. diligenter, & præſertim fidei Catholicæ exaltatione, & dilatione (prout decet Catholicos Reges, & Principes) cōſideratis, more progenitorum veſtrorum, claræ memoriæ Regum, terras firmas, & inſulas prædictas, illarumq; incolas, & habitatores, vobis, diuina fauēte clementia, ſubijcere, & ad fidem Catholicam reducere propoſuiſtis. Nos igitur huiuſmodi veſtrū ſanctum, & laudabile propoſitum, plurimū in Domino cōmendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum finem producatur, & ipſum nomē Saluatoris noſtri, in partibus illis inducatur, hortamur vos, quam plurimum in Domino, & per ſacri lauacri ſuſceptionē, qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, attentè requirimus, vt cum expeditionem huiuſmodi omnino proſequi, & aſſumere, proba mente, orthodoxæ fidei zelo mandaris, populos in huiuſmodi inſulis, & terris degentes, ad Chriſtianā religionem ſuſcipiēdam, inducere velitis, & debeatis, nec pericula, neq; labores, vllo vnquam tempore, vos deterreant, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus veſtros fœliciter proſequetur. Et vt tanti negotij prouinciam, Apoſtolicæ gratiæ largitate donati, liberius, & audacius aſſumatis, motu proprio, non ad veſtram, vel alterius pro vobis, ſuper hoc, nobis oblatæ petitionis inſtātiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes inſulas, & terras firmas, inuentas, & inueniendas, detectas, & detegēdas, verſus occidētem, & meridiē, fabricando, & conſtruēdo vnam lineam à polo Arctico, ſcilicet Septētrione, ad polum Antarcticum, ſcilicet, meridiem, ſiue terrę firmę, & inſulæ inuentæ, & inueniendæ, ſint verſus a Indiam, aut verſus aliam quamcunq; partem, quæ lineæ diſtent à qualibet inſularum, quæ vulgariter nuncupātur, de los Azores, y cabo Verde, centum leucis verſus occidētem, & meridiem: itaque omnes inſulæ, & terræ firmæ repertæ, & reperiendæ, detectæ, & detegendæ à præfata linea, verſus occidentem, & meridiem,

a De Indijs Vide in to. 2 qq. re q. 97. & q. 99

ſi per aliū Regem, aut principem Chriſtianum, nō fuerint actualiter poſſeſſæ, vſque ad diem Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, proximè præteritū, à qua incipit annos præſens, milleſimus quadringēteſimus nonageſimus tertius, quando fuerunt per nūcios, & capitaneos veſtros inuētæ aliquæ prædictarum inſularū, authoritate omnipotentis Dei, nobis in Beato Petro conceſſa ac vicariatus Ieſu Chriſti, qua fungimur in terris, cū omnibus illarum dominijs, ciuitatibus, Caſtris, locis, & villis, iuribuſq. & iuriſdictionibus, ac pertinentijs vniuerſis, vobis, hæredibuſque, & ſucceſſoribus veſtris, Caſtellæ, & Legionis, Regibus, in perpetuum, tenore præſentium, donamus, concedimus, & aſſignamus, voſque & hæredes, ac ſucceſſores præfatos, illarū dominos, cū plena, libera, & omnimoda poteſtate, authoritate, & iuriſdictione facimus, conſtituimus, & deputamus, decernentes nihilominus per huiuſmodi donationem, conceſſionem, & aſſignationem noſtrā, nulli Chriſtiano principi, b qui actualiter præfatas inſulas, & terras firmas poſſederit, vſq. ad dictum diē Natiuitatis Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ius quæſitum, ſublatum intelligi poſſe, aut auferri debere. Et inſuper mandamus vobis, in virtute ſanctæ obediētiæ (vt ſicut pollicemini, & non dubitamus pro veſtra maxima deuotione, & regia magnanimitate, vos eſſe facturos) ad terras firmas, & inſulas prædictas viros probos, & Deū timentes, doctos peritos, & expertos, ad inſtruendum incolas, & habitatores præfatos, in fide Catholica, & bonis moribus imbuendum, deſtinare debeatis, omnem debitam diligentiam, in præmiſſis adhibētes, ac quibuſcunque perſonis, cuiuſcunq. dignitatis, etiam imperialis, & regalis, ſtatus, & gradus, ordinis, vel conditionis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, quā eo ipſo, ſi contra fecerint, incurrant, diſtrictius inhibemus, nè ad inſulas, & terras firmas, inuentas, & inueniendas, detectas, & detegēdas verſus occidentem, & meridiem fabricando, & conſtruendo lineam à Polo Arctico, ad Polum Antarcticum, ſiue terræ firmæ, & inſulæ inuentæ, & inueniendæ, ſint verſus Lndiſin, aut verſus aliam quamcunque partem, quę linea diſtet à qualibet inſularum quæ vulgariter nuncupantur, de los Azores y cabo Verde, centum leucis, verſus occidentem, & meridiem, vt præfertur, pro mercibus habēdis, vel quauis alia de cauſa, accedere præſumant, abſq. veſtra, & hæredū, & ſucceſſorum veſtrorum, licentia ſpeciali. Non obſtantibus conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, in illo, à quo imperia, & dominationes, ac bona cuncta procedunt, confidentes, quod dirigente Domino actus veſtros, ſi huiuſmodi ſanctum, & laudabile propoſitum proſequamini, breui tempore, cum felicitate, & gloria totius populi Chriſtiani, veſtri labores & conatus, exitum feliciſſimū conſequentur. Verū, quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula quæque loca, in quibus expediēs fuerit, deferri, volumus, ac motu, & ſcientia ſimili decernimus, quod illarum tranſumptis, manu publici notarij rogati, ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, ſeu curię Eccleſiaſticæ munitis, ea prorſus fides, in iudicio, & extra, ac aliàs vbilibet adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtēſæ, Nulli ergo oīno, &c. Dat. Rom. apud S. Petrū, anno Incar. Dom. 1493. 5. Nonas Maij, Pont. noſtri, an. 1.

b Vide aliqua circa Indos, to. 1. qq. re q. 31. ab art. 3. & quaſ. 35. & in to. 3. qq. regu. q. 30. ar. 4.

Pro ordine Minorum.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Concedit electum in generalem, ſoluto capitulo, poſſe ordinem, vt ſuus prædeceſſor regere.

Alexan-

ALexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Dilectis filijs, generali vicario, & vniuerſis fratribus Vltramontanis, ordinis fratrum Minorũ, de obſeruantia nuncupatorum, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Sacræ religionis, ſub qua mundanis abdicatis illecebris, in humilitatis ſpiritu, & voluntaria paupertate, deuotum, & ſedulũ, exhibere ſtudetis altiſſimo famulatum, & deuotionis, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam gerere comprobamini, promeretur ſinceritas: vt petitionibus veſtris in his præſertim, quæ ad veſtræ religionis laudabile regimẽ, cedere dignoſcũtur ad exauditionis gratiam, fauorabiliter admittamus. Sanè, pro parte veſtra, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim fœlic. recor. Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro, pro parte vicarij generalis, & vocaliũ capituli fratrum Minorum, de obſeruantia nuncupatorum Ciſmontanorum expoſito, quod in certis literis recolendæ memoriæ, Eugenij Papæ IV, prædeceſſoris noſtri per piæ memoriæ Pium II. & nonnullos alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, confirmatis, cõtinebatur, quod vicarius generalis Ciſmontanorũ dicti ordinis, pro tempore exiſtens, poſt depoſitionem ſui officij in capitulo generali, in quo alius vicarius eligi debeat, remaneat Apoſtolicus commiſſarius, præſideretq; capitulo, & toti familiæ dictorum fratrum, vſque ad confirmationem vicarij, poſtmodum electi, & quod id in dicti ordinis detrimentũ cedere poſſe videbatur, ex eo, quod qui deponebat officiũ, regimini fratrum non poterat conuenienter intendere, idem Sixtus prædeceſſor, eorundem vicarij Ciſmontani, & vocaliũ, ſupplicationibus inclinatus, per ſuas literas in forma breuis decreuit: quod deinceps, perpetuis futuris temporibus, vicarius de nouo electus, ſtatim facta de eo electione, præeſſet capitulo, & toti regimini fratrũ, vt cõmiſſarius Apoſtolicus, donec confirmaretur: vicarius verò, qui renuntiaret poſt electionẽ noui vicarij, quo ad cõmiſſionem, nullo fungaretur officio, niſi fortè contingeret, vicariũ recẽter electum, non eſſe præſentẽ. Quo caſu, voluit eũ, vt Apoſtolicum commiſſarium præſidere, donec vicario de nouo electo, foret ſua electio intimata. Qui dictæ electionis notitia habita, cõmiſſarius eſſe intelligeretur, vſq; quo foret confirmatus, prout in eiſdem plenius dicitur contineri. Cũ autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, prouinciæ fratrum dicti ordinis, ſecundum illius mortem, vltra montes conſiſtentes, ſint magis latæ, quam illæ, quæ conſiſtunt citra mõtes, & in eis, vt creditur, ſit maior numerus domorum, & fratrum dicti ordinis, quam citra montes, & pro eo, quod generalis miniſter fratrum dicti ordinis à quo obtineri debet confirmatio electionis vicarij generalis, vt plurimum in Romana Curia, & citra mõtes permaneat: electus Vltramontanus generalis, non poſſit ſuæ Electionis confirmationẽ, in breui tẽpore habere, præſertim miſſorum fratrum, pro confirmatione huiuſmodi, nonnunquam infirmitatibus, & alijs impedimẽtis cauſantibus, notis interim oportunitatibus ordinis prouidere, & domorũ illius viſitationẽ inchoare, vt expediret, attenta latitudine prouinciarũ. & multitudine domorum, & fratrum eius curæ commiſſorum, non ſine dicti ordinis detrimento, pro parte vicarij, & fratrum prædictorum, vltra mõtes degẽtium, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi incommodis obuiare, & quod vicarius generalis, qui deponit officium in capitulo generali, in quo generalis vicarius eius ſucceſſor eligi debet, eſſe debeat commiſſarius Apoſtolicus, & præeſſe in capitulo, vſque ad conſummationem capituli, & durante illius celebratione duntaxat, capitulo vero facto, de nouo in vicarium electus, illico Apoſtolicus commiſſarius eſſe incipiat, vſquequo ſuæ electionis confirmatio à generali miniſtro obtẽta, ad eum delata fuerit: pro qua habenda, infra quindecim dies, poſt expletum capitulum, nuncios dirigere, abſq; dolo, & fraude, pro illius impetratione, & eius habenda notitia, diligentiam ſibi poſſibilẽ, facere teneatur, & debeat, vobis concedere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ad ea, per quæ religioſarum perſonarum quarulibet oportunitatib conſulitur, libenter intendimus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cętero, futuris temporibus, vicarius generalis fratrũ Vltramontanorum veſtri ordinis, qui deponit officium in veſtro capitulo generali, in quo generalis vicarius eius ſucceſſor eligi debet, eſſe debeat commiſſarius Apoſtolicus, & præeſſe capitulo, vſque ad conſummationem capituli, & durante illius duratione dumtaxat. Capitulo verò finito, de nouo in vicarium electus, illico commiſſarius Apoſtolicus eſſe incipiat, & permaneat, vſquequo ſuæ electionis confirmatio à generali miniſtro prædicto obtẽta, ad eum delata fuerit, pro qua habẽda intra quindecim dies, poſt expletũ capitulum, abſq. dolo, & fraude, pro illius impetratione, dirigere & pro eius habenda notitia, diligentiam ſibi poſſibilem, facere teneatur, & debeat: authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, vobis concedimus, ſicque ſeruari debere in poſterum, dicta authoritate ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantibus, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domini, 1492. 4. Nonas Martij, Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Concedit fratres incorrigibiles, eſſe ab ordine expellendos.

ALexander Papa Sextus, Dilecti fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum ſicut nobis nuper exponi feciſti, interdum contingant, in ordine, aliquos fratres, adeo humani generis hoſte procurante, in reprobum ſenſum datos reperiri, vt nulla ex re, corrigi, & rectã ad ſemitã reduci poſſint. *a* Nos attendentes dicti ordinis, & conſeruationi obſeruantiæ veſtræ omnino conducere, vt perſonę ſic incorrigibiles, ne alios corrumpant, & inficiant à vobis eijciantur, tibi, & generali vicario pro tempore exiſtenti, per voſmetipſos duntaxat, & alijs vicarijs prouincialibus dicti ordinis, per eos cũ conſenſu maioris partis capituli prouincialis, religioſos dicti ordinis, quos ſic incorrigibiles reperiretis, tanquam membra putrida, habitu veſtro expoliandi, & à vobis eijciendi, ac cõtra quoſcunq. eis forſan auxiliũ, conſiliũ, vel fauorẽ, publicè, vel occultè, directè quouis quæſito colore, ſupradicti habitus delatione præſentes etiã cuiuſcunq. dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac alia iuris oportuna remedia, appellatione poſtpoſita, procedẽdi: omniaq́, alia, & ſimilia, in præmiſſis, & circa ea neceſſaria quomodolibet, & oportuna, faciendi, gerẽdi, & exequẽdi, auxiliũq; brachij ſecularis, ſi opus fuerit, inuocãdi, plena, & libera, & omnimoda authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, concedimus facultatẽ. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 15. Iunij 1501. Pont. noſtri, ann. 9.

a Vide in 1.10.qq.1. q.30.ar. 16. & verũ eiectũ poſſint prælati ad ordinẽ reducere de in eod. 10.1.qq.10. q.23.ar.4. & 5.

Bulla

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Concedit vicarijs generalibus, & Prouincialibus poſſe reſeruare caſus de occultis.*

2 *Egreſſi ab obſeruantia tranſeuntes ad conuẽtuales, non poſſunt gaudere priuilegijs conuentualitatis.*

Dilecto filio, Hieronymo de Tornielis fratrũ Minorum de obſeruantia, citra montes, vicario generali.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus aliquos ex religioſis ordinis tui, alijs aſſerere velle, quod vicarius generalis, vel Prouincialis dicti ordinis, ſeu guardiani domorum ordinis eiuſdem, caſus de occultis, ſibi reſeruare nõ poſſunt. Quare nobis ſuper hoc, de remedio ſupplicari feciſti opportuno. Nos igitur, fœlici, & proſpero ſtatui dicti ordinis, & obſeruantiæ veſtræ, paterna charitate conſulere volẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authori-
1 tate Apoſtolica, tenore præſentiũ, decernimus, *a* vi-
a Vide in 10. 1. qq. re. q. 21. ar. 5. 2. 3. 4.
carium generalem, aut prouincialem, vel guardianos, pro tempore exiſtentes, præfatos caſus de occultis inter religioſos dicti ordinis veſtri, ſibi poſſe reſeruare, & poſt reſeruationem huiuſmodi, nullũ dicti ordinis, inferiorem ab eis abſoluere poſſe, & ſi abſoluat nullam eſſe abſolutionem, & incidere in pœnam abſoluentium à caſibus non conceſſis; nec miniſtrum generalem dicti ordinis, abſoluere, nec licentiam concedere poſſe abſoluendi ab huiuſmodi caſibus, ſic reſeruatis per prælatos familię veſtrę, nullumq; profeſſorem dictæ familiæ, ſi illam egrediatur, parentib. propinquis, vel affinibus ſuis, quouis modo, nec aliquo indulto, fratribus conuentualibus dicti ordinis, ad hoc conceſſo, gaudere poſſe,
2 nec etiam cõuentus, occaſione profeſſoris, ſic egre-
b Vide i 2. 10. qq. re. q. 128. art. 1.
dientis, ius aliquod in hæreditate, *b* vel quauis alia ſucceſſione propinquorũ, quod licet acquirere, & conſequi poſſe, & quia intelleximus ſæpè numero contingere, quod tempore Paſcharis nauigãtes, ad partes Sclauoniæ ſe conferunt, qui à rectoribus parochianis, nullam habent eccleſiaſtica ſacramenta recipiendi, licentiam, religioſis dicti ordinis in dictis inſulis degentibus, & in Paſchate, dictis nauigantibus confeſſis, Euchariſtiam miniſtrare, licitè, & liberè poſſent, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus. Et quia decreuimus, moniales S. Claræ, primæ, & ſecundæ regulæ, ac ſorores tertij ordinis de pœnitentia nuncupati, viuentes in congregatione ordinũ, ſub cura veſtra, & pro maiori parte, ex eleemoſinis Chriſti fidelium, & labore manuum ſuarum, victum, ac veſtitum recipiant, ad ſolutionem alicuius decimæ, ſeu taxæ, aut collectæ, pro tempore impoſitarum, cogi non poſſe, & reperiuntur aliquæ, ex his, quæ licet aliquid proprij habeant, tamẽ non ſufficit eis, ad quotidianas expenſas, ad ſolutionem huiuſmodi, ob earum paupertatem cogi non poſſe. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoq;, & conſuetudinibus dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 24. Iulij 1501.

Vide in 2. 10. qq. re q. 44. ar. 5. & in 10. 3. q. 74. art. 16.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Concedit moniales S. Claræ ſubditas prouinciali vicario, etiam ſubijci vicario generali eiuſdem familiæ.

Dilecto filio, vicario generali fratrum Minorum Vltramontanorum de obſeruantia nuncupatorum.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti, à nonnullis nimium curioſis, in dubiũ reuocari, an tibi liceat in monaſterijs monialiũ S. Claræ, & domib. tertij ordinis B. Frãciſci, de pœnitẽtia nuncupati curæ, directioni, viſitationi, correctioni, vicariorũ, prouincialium, cuſtodũ, guardianorũ, confeſſorũ, viſitatorum, & fratrum, tibi, tuoq; officio ſubditorũ, commiſſis, & ſubiectis, necnõ in monaſteriorũ domorum huiuſmodi, Abbatiſſas, matres, moniales, & ſuperiores, eã ſuperioritatẽ exercere: quam ipſi prouinciales, vicarij, cuſtodes, guardiani, confeſſores, & viſitatores, ac fratres alij tibi ſubditi, exercere poſſunt, quo fit, vt nonnunquã ab exercitio ſuperioritatis huiuſmodi duxeris abſtinẽdum, non ſine regularis obſeruantiæ detrimento; cum propter huiuſmodi abſtinentiam, nonnulla in eiſdem monaſterijs, & domibus, impunita remaneant, quæ indaginis tuæ notitiam, pro eorũ correctione requireret. Nos igitur huiuſmodi ambiguitatẽ ſubmouere volentes, te eandẽ ſuperioritatem in præmiſſis, vti potuiſſe, & poſſe, qua vicarij, prouinciales, cuſtodes, Guardiani, viſitatores, cõfeſſores, & fratres alij tibi ſubditi, vti poſſunt, authoritate Apoſtolica, præſentium tenore declaramus. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, anno Incar. Dom. 1493. 3. Kal. Aprilis, Pont. noſtri, ann. 1.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 17. art. 8.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

De præcedentia Minorum fratrum de obſeruantia, & conuentualium, reſpectu fratrum Eremitarum D. Auguſtini.

Dilecto filio, Hieronymo de Tornielis, fratrũ Minorum de obſeruantia nuncupatorum, vicario generali citramontes, commiſſario noſtro.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Exponi nobis nuper *c* feciſti, quod licet aliàs pro bono pacis, & concordiæ, ad euitandas diſſenſiones, quibus religioſi omninò carere debent, voluerimus, & decreuimus, quoad præcedentiam inter fratrum Minorũ, & Eremitarum S. Auguſtini de obſeruantia nuncupatorum, ordinum profeſſores, in proceſſionibus, in quibus præfati profeſſores pro tempore interueniunt, ciuitatum, ac locorum conſuetudinem, vbi aliud non apparet, obſeruari debere, tamen aliquãdo contingit, profeſſores dicti ordinis S. Auguſtini conuentuales, velle ſe inter fratres conuentuales ordinis fratrum Minorum, & præfatos obſeruãtes

c De præcedentia, vide in 3. 10. qq. regula. q. 37.

ordi-

Digitized by Google

ordinis eiuſdem Minorum intromittere. Quare nobis de remedio ſupplicari feciſti oportuno. Nos igitur attendentes æquum, & conueniens fore, quod profeſſores dicti ordinis Minorum de obſeruantia, in dictis proceſſionibus, à fratribus conuentualibus non ſeparentur: authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, in dictis proceſſionibus, illum modum, & ordinem circa præcedētiam, obſeruari debere in obſeruantibus ordinis tui, qui in conuentualibus obſeruatur: ita vt nulla inter eos ſeparatio, & diuiſio fiat. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cęteriſq. contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 23. Iulij 1411. Pont. noſtri, ann. 9. Adrian.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Diſpenſa cum monialibus ſanctæ Claræ circa ſcalam, & portam.

Dilectis in Chriſto filiabus, vniuerſis Abbatiſſis, & conuentibus monaſteriorū monialium S. Claræ, vltra montes conſiſtentium, & ſub cura, & directione vicarij generalis, & fratrum ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, degentium.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilectæ filiæ, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, exponi nobis fecit, dilectus filius vicarius generalis ordinis fratrum Minorum, regularis obſeruētię, Vltramontanus, quod licet inter primæua inſtituta regularis ordinis ſanctæ Claræ, ſeu illorum modificationes, quæ à ſede Apoſtolica emanarunt, inter alia caueatur expreſsè, quod in quolibet monaſterio monialium veſtri ordinis, vnum tantum oſtium habeatur, ad intrandum clauſtrum, & exeundum, cum oportunū fuerit, in quo nullum ſit oſtiolum, vel feneſtra, & illud fiet in ſuperiori parte monaſterij, quantum fieri poſſit conuenienter, ita quod ad ipſum oſtium, per ſcalam leuatoriam aſcendatur, quæ ſcala per cathenam ferream, ex parte ſororum ſtudioſè ligata, & completorio dicto, vſque ad primam ſequentis diei, & tempore diurnæ dormitionis, & viſitationis, ſuſpēſa ſtare debeat: niſi interdum aliud euidens requirerent neceſſitas, vel vtilitas manifeſta. Et propter neceſſitates, aliquando imminētes, quæ non poſſent per ſupradictum oſtium, vel rotam cōmodè expediri, in eiſdem inſtitutis, ſeu moderationibus permittatur, quod aliud oſtium inferius, in loco decenti, in monaſterijs fieri poſſit, per quod, certis temporibus, intromittentur, vel remitterentur, quæ forent oportuna, quod quidem continuè eſſet clauibus ferreis, ſeris, & repagulis communitum, & muro à parte exteriori muratum, ita vt non poſſint aliquatenus aperiri, vel perſona inde loqui, & ipſarum neceſſitatum tempore, murus ipſe dirui, & oſtium ipſum aperiri deberet, & tunc apertū teneri, quanto minus fieri poſſet (ſub tamen fida cuſtodia) expeditiſque neceſſitatibus, clauibus, ſeris, & repagulis, extrinſecus remuraretur, prout in eiſdem inſtitutis, ſeu modificationibus, plenius dicitur contineri. Nihilominus, ordinationes, & modificationes huiuſmodi, quoad hoſtium habendum, in ſublimi loco monaſteriorū eorundem, cum ſcala leuatoria, & quoad clauſurā oſtij inferioris, muro à parte exteriori remurandi, cum expediret, nō fuerant à monialibus vtiq; recepta, & admiſſa, neque hactenus obſeruata, dubitaſtiſq;, nę propterea ſit veſtra onerata conſcientia, neve dicatur, vos in ea parte inſtituta prædicta non obſeruare. Paci igitur conſcientiarum veſtrarum, & fratrum dicti ordinis Minorum, qui ad audiendas confeſſiones veſtras, deputati hactenus fuerunt, & pro tempore deputabuntur, in præmiſſis volentes oportunè prouidere, vos, & quæ pro tempore fuerint, & in futurū perpetuo erunt, veſtrorum monaſteriorum Abbatiſſas, & moniales, ad habendum in ſublimi parte monaſteriorum, cum ſcala leuatoria, & aliud inferius, muro à parte exteriori clauſum, obligatas hactenus non fuiſſe, nec eſſe in futurum ad inſtitutorum huiuſmodi, in ea parte, obſeruationem non teneri, & pro eo, quod oſtia prædicta in dictis monaſterijs, modo prædicto, hactenus nō habueritis, nec in præſentiarum habeatis, & in futurum non haberetis, nullum conſcientiæ ſcrupulum habere; deq; inobſeruantia regulæ veſtræ, in ea parte, moribus vtentium non recepta, & non admiſſa, notari non poſſe, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, & pro potiori cautela, vobis, quoad habendum hoſtium prædictum, de cætero, in ſublimi parte monaſteriorum veſtrorum, cum ſcala leuatoria, & tenendum oſtium inferius, muro à parte exteriori muratum, nō teneamini. Liceatq; vobis habere oſtium, quod in inſtitutis, ſeu modificationib. prædictis, vobis cōceditur, in ſublimiori parte monaſteriorum veſtrorum, in aliquo loco inferiori, commodo, & conuenienti, & præter illud, etiam aliud oſtiū maius muratum à parte exteriori non clauſum. Et nè illud totum, pro cuiuſlibet rei, & perſonæ intromiſſione, aperiri oporteat, in eo, oſtium paruum, quæ quidem ambo oſtia, ſint clauibus, ſeris, & repagulis aliàs, iuxta inſtituta, munita, eadē authoritate, concedimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, 10. Kal. Iunij, anno 1495. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Prohibet, nè fratres Minores de obſeruantia ad conuentuales accedentes, propinquis ſuis iure hæreditario ſuccedant.

Dilectis filijs, vniuerſis fratribus ordinis fratrū Minorum regularis obſeruantiæ.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum intellexerimus, a quam plures fratres veſtri ordinis, auiditate in bonis parentum propinquorum, vel affinium ſuorum ſuccedenti, familiā veſtram egredi, & ad fratres cōuentuales ob indulta illis deſuper conceſſa, ſe tranſferre, in graue periculum animarum ſuarum, obedientia familiæ, quam ſemel Deo vouerunt, neglecta, in poſſidenti cupiditates relabuntur, malū ipſum exemplum, & religionis veſtræ vilipendiū, ac ſcandalum plurimorum. Nos tranquillitati dicti ordinis, & obſeruantiæ veſtræ, paterna charitate conſulere volentes, ſupplicationibuſq; pro parte veſtra, nobis deſuper porrectis, inclinati, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, decernimus, nullū profeſſorem dictę familię, qui illam egrediatur, parentibus

a *Vide I. 10. qq. 114. 128. art. 1.*

rentibus propinquis, vel affinibus ſuis, in bonis eorundem, quouis modo ſuccedere, nec aliquo indulto, fratribus conuentualibus dicti ordinis, ad id cóceſſo, gaudere: Nec etiam conuentus, ratione profeſſionis ſic egredientes, ius aliquod in hæreditate, vel quauis alia ſucceſſione bonorum parentum, & propinquorum prædictorũ, quomodolibet acquirere, & conſequi poſſe, ſeu debere, præmiſſis indultis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 5. Aprilis, 1502. Pont. noſtri, anno 10.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Concedit omnia priuilegia ordinibus mendicantibus, conceſſa fratribus minoribus, ac ſi eis ſpecialiter eſſent indulta, & quoad exceptionem quarta.

Dilectis filiis, vniuerſis fratribus ordinis Minorum de obſeruantia nuncupatis.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ religionis, ſub qua deuotum, & ſedulum exhibere ſtuderis, Domino famulatum, promeretur honeſtas, vt vos ſpiritualibus fauoribus, & gratis proſequamur. Hinc eſt, quod nos volentes quieti, & commoditati veſtræ, pro benemeritis veſtris, paterna charitate conſulere; vobis, vt de cætero, omnibus, & ſingulis gratiis, priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, & indultis, ſpiritualibus, & temporalibus, tàm fratrum prædicatorum, quam Eremitarum Sancti Auguſtini, & B. Mariæ de Monte Carmeli, omnibuſque aliis mendicantibus, per ſedem Apoſtolicam, vel per legatos eiuſdem, etiam per literas Apoſtolicas, mare magnum nuncupatas, etiam quoad exemptionem à ſolutione quartæ, locorum ordinariis, & parochialiũ Eccleſiarũ rectoribus, debitæ, à qua vos, potiori pro cautela, eximimus, hactenus conceſſis, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererẽtur, haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, vti, potiri, & gaudere, liberè, & licite poſſitis, & debeatis, in omnibus, & per omnia, proinde, ac ſi vobis, ſpecificè conceſſa fuiſſent, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in literis prædictis conceſſa ſunt, non obſtare, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiom, de ſpecialis dono gratiæ indulgemus, illaq; vobis, de nouo concedimus. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 5. Feb. 1501. Pont. noſtri, anno 9.

Vide in 10. 5. qq. re. q. 55.

Bulla Decima.

SVMMARIVM.

Concedit confeſſoribus monialium, poſſe ex rationabili, & iuſta cauſa ingredi eorundem monaſteria.

Dilectis filiis, generali, ac prouincialibus, vicariis ordinis Minorum, de obſeruantia nuncupatorum, in partibus Vltramontanis commorantibus.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi *a* nobis fecerunt dilectæ in Chriſto filiæ, Abbatiſſæ, & moniales monaſteriorũ ordinis Sanctæ Claræ, in partibus illis conſtitutorum, quod licet per ipſarum regulam concedatur expreſſè, quod confeſſores, per vos, eiſdem pro tẽpore deputati, neceſſitate adueniente pro adminiſtrandis ſacramentis Eccleſiaſticis, poſſint competenti ſocietate comitati, clauſuras eorundem monaſteriorum ingredi: quia tamen interdum accidit aliquas moniales ipſarum monaſteriorum, diuturna infirmitate detineri, & quandoque per annum, aut biennium, ita morbo laborare vt pro receptione ſacramentorum, non poſſint ad communem cratem accedere, ſpirituali propterea conſolatione, (illa præſertim, qua cæteræ moniales in receptione Euchariſtiæ quintodecimo die recreantur) omnino carent: cum confeſſores prædicti, ex eo, quod dictæ moniales, in extrema neceſſitate, aut mortis articulo conſtitutæ non ſint, abſque ſcrupulo conſcientiæ, pro earum viſitatione, & adminiſtratione ſacramentorum, clauſuras interiores eorundem monaſteriorum, ingredi non audent. Quare nobis eædem Abbatiſſæ, & moniales, ſupplicare humiliter curarunt, vt dignaremur ſpirituali conſolationi (infirmarum præſertim monialium) circa hoc, paterna benignitate conſulere. Nos religioſarum perſonarum (fragilioris præſertim ſexus) votis, vt eo feruentius diuino famulatui inſiſtant quantum cũ Deo poſſumus, benigne annuentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & fratribus, ſeu confeſſoribus, per vos pro tempore deputatis, vt monaſteriorum monialium earundem, quæ veſtro regimini, & adminiſtrationi immediatè ſubiiciuntur, pro eiſdem cauſis, & aliis rationalibus interdum occurrentibus pro tempore, prout vobis ſecundum Deum expedire videbitur, clauſuras interiores ingredi poſſitis, & moniales prædictæ, portam maiorem aperire licitè valeant, authoritate apoſtolica, licentiam concedimus, pariter, & indulgemus. Nõ obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Volumus inſuper, quod præſentium literarum tranſumpto, manu publici notarij ſubſcripto, & alicuius prælati Eccleſiaſtici, ſeu perſonæ in dignitate conſtitutæ, ſigillo munito, plena, & indubia fides adhibeatur. Dat. Carmeli, ſub annulo piſcatoris, die 16. Nouemb. 1503. Pont. noſtri, anno 2.

a Vide 1. 5. 10. qq re. q. 47. art. 4.

Bulla Vndecima.

SVMMARIVM.

Confirmat literas prædeceſſorum ſuorum, qui proprietatem bonorum collatorum fratribus Minoribus, vel eorum ordini, in ius Eccleſia Romana receperunt.

Dilectis filiis, Miniſtro prouinciali, & fratribus ordinis fratrum Minorum prouinciæ Aragoniæ, ſecundum morem dicti ordinis.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vberes *b* fructus, quos veſter ordo, hactenus in militante Eccleſia pro-

b Vide circa pauper-

natum fratrũ Minorũ, in 10. ſ. 99. regu. q. 27. & in 2. to. q. 78. & in 3. to q. 29. art. 10. concluſ. 4. & q. 30.

duxit, promerentur, vt petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus hinc eſt, quod nos, vos, & veſtrum quemlibet à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, & cenſuris, & pœnis, à iure, vel ob homine, quauis occaſione, ſeu cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis, ad effectum pręſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie, abſolutos fore cenſentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, literas ſęlicis recordationis, Martini IIII. Martini V. Eugenij IIII. Calixti III. ac Sixti etiam IIII. necnõ Pauli II. Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum per quas dicti prædeceſſores reſpectiuè, ordinis veſtri profeſſoribus conceſſerunt, quod vſum bonorum, eis, & dicto ordini relictorum, proprietate, ſeu dominio eorundem bonorum, apud Romanam Eccleſiam remanente, cum puritate regulæ percipere, & habere poſſent: ac etiam, ſub excõmunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas contrafacientes, ipſo facto incurrant, prohibuerunt, ne dicti ordinis profeſſores de obſeruantia nuncupati, domos fratrum ordinis eiuſdem, cõuentualium nuncupatorum, aut etiam è contra, fratres conuentuales, domos ipſorum fratrum, de obſeruantia nuncupatorum, recipiant, cum omnibus, & ſingulis clauſulis in eiſdem literis contentis, dictas, conceſſionem, & prohibitionem concernẽtea quomodolibet, authoritate Apoſtolica, per pręſentes, approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere, & præſentium, & dictorum prædeceſſorum, literarum trãſumptis, ſigillo alicuius prælati eccleſiaſtici, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, in iudicio, & extra vbilibet, vbi fuerint exhibita, vel oſtẽſa, ſicut ipſis literis originalibus, fidem adhibendã fore, eadem authoritate decernimus. Mãdantes ſingulis locorũ ordinariis, ne vos, ſuper præmiſſis, moleſtari, aut inquietari permittant. Contradictores, per cenſuras eccleſiaſticas, aothoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita, compeſcentes. Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel qoauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores, in ſingulis literis prædictis, volueront non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Iulij, 1494. Pont. noſtri, anno 2. Beatus Floridus.

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla XII.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus Auguſtinienſibus, vt poſſint gaudere priuilegiis omnium ordinum, & religioſorum quibus ſua priuilegia ſunt communicata.

Dilectis filiis fratribus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

a Vide 3. 10. 99. ro. q. 33.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sacræ a religionis, ſub qua, in humilitatis ſpiritu, deuotum, & ſedulum exhibere ſtudetis Domino famolatũ, promeretur honeſtas, vt ſuper his, quæ vobis, veſtræq; congregationi proſperi ſtatus incrementũ afferre valeat, gratioſum Apoſtolici fauoris præſidium, libẽter impendamus. Accepimus quidem diuerſorum ordinum religioſos, per ſedem Apoſtolicam, vt priuilegiis, vobis, vel ordini veſtro conceſſis, frui, & gaudere poſſent, conceſſum fuiſſe. Quare æquum fore arbitramur, vt pari modo, vos, eorũdem ordinũ, & religioſorum priuilegiis, gaudere poſſitis. Nos igitur, qui vos degentes in eccleſiis, quæ ſub titulo, de populo glorioſæ Virginis Mariæ, cui deditiſſimi ſumus, ad quã habemus ſingularem deuotionis affectum, in viſceribus charitatis noſtræ, amamus. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis, vobis, veſtræque congregationi, & omnium ſingulorũ religioſorum, cuiuſcumque obſeruantiæ fuerint, domorum, & locorum, perſonarumque in illis degẽtiũ, quibus, vt priuilegiis veſtri ordinis vti poſſint, conceſſum eſt per eandem ſedem, ipſarumque domorum, locorum, & perſonarum, in illis habitãtiũ, priuilegiis, indultis, immunitatibus, exẽptionibus, conceſſionibus, indulgentiis, quacumq; authoritate Apoſtolica conceſſis, quorum tenores, omnium, & ſingulorum, ac ſi de illis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, mẽtio facta fuiſſet, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ſpecificatis, inſertis: perpetuis futuris temporibus, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeatis, concedimus in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi illa omnia, & ſingula, cũ ſuis clauſulis, vobis, veſtræq; congregationi, ſpecialiter conceſſa fuiſſent. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & Apoſtolicis ordinationibus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Martij, 1497. Pont. noſtri, anno 5. L. Podocatarius.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleti.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

1 *Poſſunt celebrari Miſſæ immediate poſt duas horas poſt mediam noctem.*

2 *Monachi pro monaſterii negotiis, extra illud agentes, poſſunt vbicumque miſſas celebrare, vel facere celebrari, circa diurnam lucem, etiã ſi in loco fuerit interdictũ, & ceſſatio à diuinis, in Altari portatili, & coram ſeruitoribus, & familiaribus, &c.*

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sane b merita religionis, ſub qua, & regulari obſeruantia dilecti filij, Abbas, & conuentus monaſterij B. Mariæ Montis Serrati, ordinis S. Benedicti. Vicen. Diœc. in humilitatis ſpiritu, deuotum, & ſedulum exhibent Altiſſimo famulatum, promerentur, vt eas, ad dictum Monaſteriũ, ſpiritualibus donis, & gratiis proſequamur. Sanè pro parte Abbatis, & conuẽtus prædictorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias Innocentius VI. in ſua obedientia, de qua partes illæ erant, nuncupatus, tunc presbyteris dicti monaſterij, & eiuſdem conuẽtus, vt liceret eis antequam luceſceret dies, circa tamẽ diurnam lucem, per ſacerdotem idoneum, Miſſas peregrinis facere celebrari, ita tamen, quod id, neque eis, neque ſacerdoti taliter celebrãti; ad culpã valeret imputari, cõceſſerit, & cõceſſio huiuſmodi per nos confirmata fuerit, propter dictorum peregrinorũ multitudinẽ, qui ad dictũ monaſteriũ propter crebra miracula, quæ interceſſione eiuſdẽ B. Mariæ Virginis, inibi operatur Altiſſimus, cõfluũt, plores Monachi dicti Monaſterij, tam pro ipſorũ peregrinorum confeſſionibus audiendis, quam eis

b Vide in n. 1. 99. ro. q. 42. ar. 1. ar. 4. & 1. & in 2. to. q. 113. ar. 1.

hoſpi-

hoſpitandis, & ſubueniendis, ſingulis diebus intēti exiſtant, & in die Miſſam celebrare commode non poſſint, quia plutes presbyteri peregrini, die quo ab eodem monaſterio recedunt, Miſſam celebrare cupiunt, & propter ſociorum ſuorum ante diē diſceſſum, qui eos vſque ad diem expectare nolunt, abſque Miſſæ huiuſmodi celebratione, inde diſcedunt, ne ſocietatem amittant: Monachi verò, pro rebus eiuſdem monaſterij, ab illo pro tempore diſcedentes; vt viam, quæ nimis aſpera, & rigida eſt, tempeſtiue peragere poſſint, ante Miſſæ celebrationē, ſæpius iter arripiūt, propter quæ diuinus cultus in eodē monaſterio, non parū diſpendium patitur, ac voto, & deſiderio ipſorum peregrinorum, & Monachorum ſatisfieri non poteſt: verum ſi in prædicta Eccleſia poſt duas horas, poſt mediam noctem, Miſſæ celebrari poſſent, profecto præmiſſis inconuenientibus obuiaretur, & diuinus cultus huiuſmodi, inibi ſuſciperet incrementum, ac etiam, voto, & deſiderio peregrinorum, & Monachorum prædictorū, in præmiſſis ſatisfieret: Quare pro parte Abbátis, & conuentus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatū, vt in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, Abbatem, & conuentum prædictis, ac conuentus huiuſmodi ſingulares perſonas, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq́ue Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: quod perpetuis futuris tēporibus, immediatè poſt duas horas, poſt mediam noctem, tam Abbas dicti monaſterij pro tempore exiſtens, per ſe ipſum, quàm monachos eiuſdem monaſterij pro tempore exiſtentes, ac quoſcumque alios presbyteros idoneos, ſeculares, vel regulares, etiam vndecumque ad dictum monaſterium venientes, quotieſcumque eis, & eorum cuilibet videbitur, in Eccleſia *a* dicti monaſterij: ac quod ſi Abbatum, & de licentia ſui ſuperioris, ſingulos Monachos eiuſdem monaſterij, etiam pro tempore exiſtentes prædictos, aut alios, quotieſcumque eos pro rebus, ſeu negotiis eiuſdem monaſterij, extra illud eſſe contigerit, ipſe Abbas, & monachi, in locis, ad id congruentibus, & honeſtis & ſi eos, ad loca Eccleſiaſtico interdicto, ordinaria authoritate ſuppoſita, ſeu quibus vigore conſtitutionum prouincialium prouinciæ Tarracon interdictum, & ceſſatio à diuinis officiis, contra inuaſores perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum, interdicti fuerint, declinare contigerit, dummodo propter eos huiuſmodi interdictum, & ceſſatio à diuinis, interdicta non fuerint, in illis, clauſis ianuis, excommunicatis, & interdictis excluſis, ſuper altari portatili, etiam ante diem, circa tamen diurnam lucem etiam in familiarium, & ſeruitorum ſuorum præſentia, Miſſas celebrare, & celebrari facere, libere, & licite valeant, Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Conciliis Tarraconen. huiuſmodi, editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, & ordinamus: ac eiſdem Abbati, Monachis, & presbyteris, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus: necnon eiſdē conſtitutionibus prouincialibus, & Synodalibus, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1499. Kal. Maij, Pont. noſtri, anno 7.

a Vide 1. 2. q. 99. 20. 4. 112. art. 1.

Pro ordine Ciſtercienſi.

Bulla XIV.

SVMMARIVM.

Monachi mittuntur ad ſtudia. Bona aſſignantur collegiis, carnibuſque veſci valent. Quæ exercentur in monaſteriis, eadem in grangiis eccleſia conſtrui poſſunt, Monachi virtute cruciatæ, non poſſunt eligere confeſſorem, nec vti aliquo priuilegio.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, in eminentis dignitatis ſpecula, eius, qui vniuerſa gubernat, ordinatione, & diſpoſitione conſtitutus, circumſpecte proſpiciens, & diligenter attendens, quod per literarum ſtudia, & indè acquiſitā ſapientiam, diuini nominis, & Catholicæ fidei cultus protenditur, omniſque humanæ conditionis ſtatus, bene gubernatur, libenter ad id tendentia, & per quæ, ſub religionis iugo, & regulari obſeruantia, & Domino famulantes, ſuarum animarum ſalutem cōſequi, & aliis offerre poſſint, vota, ad exauditionis gratiam admittit, & illa, prout in Domino cōſpicit ſalubriter expedire, fauoribus proſequimur oportunis. Sanè pro parte dilectorum filiorum, moderni reformatoris, & aliorum Abbatū monaſteriorum, congregationis monaſteriorum reformatorū Ciſterc. ordinis, regularis obſeruantiæ nuncupatorum, in Regnis Caſtellæ, & Legionis conſiſtentium, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cū, iuxta ſtatuta, & ordinationes, authoritate Apoſtolica cōfirmata, dictorū monaſteriorum reformatorū Monachi, & religioſi eorundem monaſteriorū, extra ipſa monaſteria, ad aliquod ſtudium generale mitti prohibeantur, & ex hoc dicti Monachi, & alij religioſi dictorum monaſteriorum, qui aliquando, tempore ingreſſus eorum in monaſteria dictæ obſeruantiæ, literarum ignari erant, in eorum ignorantia perſiſtunt, cum non habeant aliquos, qui eos doceant, & alij, qui etiam tempore ingreſſus huiuſmodi, aliquas literas ſciebant, propter omiſſionem ſtudij, quæ didicerant, ſæpius obliuiſcātur, ſucceſſu tēporis, propter huiuſmodi imperitiā, monaſteria dictæ obſeruantiæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, grauem iacturā, & damnū pati poſſent, cum eccleſia militans, ad ſui conſeruationē, viris literatis indigere noſcatur, ac etiam, cum ſecundū, tam cōſtitutiones, & ordinationes Apoſtolicas, quā etiam regulam S. Benedicti, eſus carniū Monachis dicti ordinis ſit prohibitus, niſi in certis caſibus, in illis expreſſis, alias tūc reformator, & alij Abbates, necnon Monachi, & religioſi monaſteriorū reformatorum dictę obſeruantiæ regularis dicti ordinis Ciſtercien, qui prædictam Regulam S. Benedicti profitentur, in capitulo prouinciali dictæ obſeruantiæ tūc celebrato, pro ſe, ſuiſq; ſucceſſoribus dictorum monaſteriorum reformatorum religioſis, renunciarūt cuicumq; gratiæ, & diſpenſationi, cōtra hoc, per Sedē Apoſtolicam, vel Abbatē monaſterij Ciſtercien. Cabillonen. Diœceſ. & capitulum generale dicti ordinis Ciſtercien. conceſſæ. Et deinde, cum poſt aliquos annos, Abbas, & capitulum generale Ciſtercij huiuſmodi, obtinuiſſent à ſede præfata, ſibi cōmitti, ſeu cōcedi, vt ſuper eſu carnium, per Monachos, & religioſos dicti Ciſterc. ordinis, ordinarent, prout eis, & ordini p̄dicto expedire videretur, Et inter alia, Abbas, & capitulū generale Ciſter. ordinis hmōi, vigore quarundam literarum Apoſtolicarū, deſuper obtentarū, ordinaſſent, quod ter

in ſeptimana, etiam iu ſingulis mouaſteriis dicti Ciſtercien. ordinis, carnes per Abbates, Monachos, & religioſos dicti Ciſtercien. ordinis, comedi poſſent. Reformaror, & alij Abbates dictæ obſeruantiæ, ordinationem prædictam, per eoſdem Abbatem, & capitulum generale Ciſtercij, de vſu carnium buiuſmodi factam, & inſtitutã, vt præfertur, acceptarũt, & carnes, iuxta otdinationem eandem comedetẽt, ptout comedunt. Et cum etiam Abbates monaſteriorum dictæ regularia obſeruantiæ, tam familiaribus, quàm donatis dictorum monaſteriorũ, & aliis qnibuſcumque perſonis, ad eadem monaſteria declinãtibus, iuxta priuilegia Apoſtolica, dictæ obſeruantiæ regulari, & illins monaſteriis, ac Abbatibus conceſſa, Eucbariſtiæ, & alia ſacramẽta, per Monachos dictorum mouaſteriorum, miuiſtrare, & eorũdem familiarium, donatorum, & declinantium cõfeſſiones audire, ac ipſis, pro commiſſis, pœniteutiã ſalntarem iniungere poſſint, & aliqua monaſtetia dictæ obſeruantiæ, habeant grãgias, & alia loca, in quibus vaſalli, & coloni dictorum monaſteriorum habitant, & nõ ſiut Eeeleſiæ, vel capellæ, in quibus miſſæ, & alia diuina officia celebrentur, & quamplures Monachi dictæ obſeruantiæ regularis, prætextu literarum Apoſtolicarum alias iu fauorem Cruciatæ chariſſimo in Chriſto filio noſtro, Ferdinando Regi, & chariſſimæ in Chriſto Filiæ noſtræ, Eliſabeth Reginæ, Illuſtribus, Caſtellæ, & Legiouis contra Mauros conceſſarum, confeſſorem ſecularem, vel regularem, qui eos in ſingulis caſibus abſoluunt. & in eiſdem literis, vt aſſeritur, contineatur expreſſè, quod quicumqoe eiſdem literia, ſeu illarum vigore concedendis, & faciendis, contradixeriut, ſententiam excommunicationis incurrant, Et propterea reformator, & alii Abbates dictorum monaſteriorum præfatæ obſeruantiæ, metu cenſurarum huiuſmodi, facultati conceſſæ dictis monachis, contradicete non audeant, & quod monachi prædictæ obſeruantiæ regularis, abſque liceutia ſuperiorum ſnorum, confeſſorem ſibi eligaut, hoc ad diſſoluendum iugum obedientiæ, vnum ex tribus votis ſubſtantialibus, cedit, ſicque paulatim, ad obſeruantiæ eiuſdem depreſſionem, deuenire poſſet, Quare pro parte reformatoris, & aliorum Abbatum monaſteriorum prædictorum, aſſerentium, quod ab aliquibus dubitatur, an ipſi religioſi de obſeruantia nuncupati, huiuſmodi carnibus, iuxta ordinationem prædictam, veſci poſſiut, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt dicto Abbati reformatori, nunc, & pro tempore exiſtenti, & capitulo prouinciali dictæ obſeruantię, aliqua loca, in aliquibus vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, ad quæ religioſi dictæ obſeruantiæ, ad ſtudendum tranſmitti poſſint, deputari. Ac eis, & monachis, alijſque religioſis prædictis, vt carnibus, iuxta dictam ordinationem, veſci poſſint, concedere, ac facultatem audiendi confeſſiones huiuſmodi, & abſoluendi, ac Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, ad omnes, & ſingulos vaſallos, & ſubditos dictorum monaſteriorum, & in illorum grangiis habitantes, pro tempore, extendere, Et quod monachi, & religioſi prædicti, cõfeſſorem ſine licentia ſui ſuperioris, ſibi eligere nõ poſſint, ſtatuere, & ordinare, ac alias in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, præfatos, reformatorem, & alios Abbates monaſteriorum prædictorum, & eorum quemlibet, à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homi-
1 ne, quauis occaſione, vel cauſa, latis, ſiquibus quomodolibet iunodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cẽſentes, huiuſmodi ſupplicationibus iuclinati, præfato moderno, & pro tempore exiſtenti, dictorum monaſteriotum Abbati reformatori, & capitulo prouinciali dictæ obſeruantiæ, qnod iu Salmantin. ſeu Valliſoleti Palentin. Diœceſ. aut aliis vniuerſitatibus ſtudiorum generaliũ, aliqua collegia, *a* ſiue loca honeſta, prout eis videbitur, ad quæ monachi, & alij religioſi monaſteriorum quorumcunq; dictæ obſeruantiæ, & ſub viſitatione, & correctione dicti Abbatis reformatoris, nũc, & pro tempore exiſtẽtis, etiam extra dicta Regna Caſtellæ, & Legionis, conſiſtent, ad ſtudium *b* tranſmitti poſſint, couſtituendi, & deputandi. ac eiſdẽ collegiis, ſiue locis, aliquos fructus. ſiue redditus annuos, ſeu etiam bona immobilia dictorum monaſteriorũ, pro ſubſtentatione monachorum, & religioſorum prædictorũ, in eiſdem collegiis, ſiue locis cauſa ſtudij, pro tempore reſidentium, & aliarũ perſonarũ, ad eorundem ſtudentium ſeruitiũ, pro tempore deputatorum, aſſiguandi, & alia circa præmiſſa neceſſaria, ſeu quomodolibet oportuna, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, faciẽdi, ac eidem reformatori. & aliis Abbatibus, necnon monachis, & religioſis quibuſcumq; uunc, & pro tempore exiſtentibus, dictorũ nunc, & etiam pro tempore exiſtentium, monaſteriorũ reformatorum, & reformandorum dictę obſeruantię, quod carnibus, *c* huiuſmodi, iuxta ordinationẽ, per Abbatem Ciſtercij, & capitulum generale Ciſtercien. ordini huiuſmodi, vt prefertur, factam, libere, & licite, abſq; alicuius cõſcientię ſcrupulo, veſci valeant. Necnon facultatem audiendi *d* confeſſiones, & abſoluendi, & Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, quoad familiares, & donatos dictorum monaſteriorum, & perſonas ad ipſa monaſteria declinantes, conceſſam, ẽt ad omnes, & ſiugulos vaſallos, ſubditos, & alios Colonos, in grangiis, & locis dictorum monaſteriorũ, nunc, & pro tempore habitantes, Itaq; vt dictorum monaſteriorum Abbates, per ſuos monachos, ad id ab eis deputandos, vaſallorum, Colonorum, & incolarum prędictorum, non ſolum infra ſepta, ac capellas, & Eccleſias ipſorum monaſteriorum, ſed ẽt in ipſis grangijs, & aliis locis dictorum monaſteriorum habitantium, vbi parochiales Eccleſię non exiſtunt, huiuſmodi confeſſiones audire, & eis pro commiſſis, pœnitentiam ſalutarem iniungere, necnon Euchariſtię, & alia ſacramenta, abſq; alicuius pręiudicio, & iure parochialis Eccleſię, in omuibus ſemper ſaluo, miniſtrare, liberè, & licitè valeãt. Extendeutes, & ampliantes eiſdẽ Abbatibus, quod in ipſis grangiis, & locis, in quibus non ſunt capellę, ſeu Eccleſię, aliquas Eccleſias, ſeu capellas, vel oratoria, ſeu altaria, in quibus, & ad quę, *e* Miſſę, & alia diuina officia celebrari poſſint, ſine alicuius pręiudicio, conſtruendi, & ędificandi, diœceſani loci, & cuiuſuis alterius licentia, ſuper hoc, minimè requiſita, authoritate Apoſtolica, tenore pręſentiũ, licentiam, & etiam facultatem concedimus, ac pariter indulgemus. Quodque *f* mouachi dictorum reformatorum, & reformãdorum monaſteriorum dictę obſeruantię regularis, nunc, & pro tempore exiſtentes, tàm pretextu dictę Cruciatę, quam aliarum quarumcunque literarum Apoſtolicarum, hactenus conceſſarum, vel in poſterum concedeudarum, confeſſorem abſque licentia pręlatum, & ſuperiorum ſuorum, iuxta regularia inſtituta dictæ obſeruantię, ſibi eligere nequeãt, dicta authoritate Apoſtolica, etiam pręſentium tenore, perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ac ſtatuto, & ordinationi huiuſmodi, per quaſcumque alias literas Apoſtolicas, etiam quaſuis clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias, fortioreſque, & inſolitas iu ſe continentes, derogari nequeat, nec derogatum eſſe cẽſeatur, niſi ſtatuti, & ordinationis huiuſmodi, & deſuper

a Religioſis dāt dare operã literis. Vide I to. 3. qq. re q. 64. ar. 3. & 4.

b De religioſis ſtudentibus. Vide I 3 to. qq. re. q. 67.

2

c Aliqua de abſtinentia regularium. Vide in 1. to. qq. re. q. 161.

3

d Vide I 1. to. qq. re. q. 36. art. 14.

4

e Vide I to. 1. qq. re. q. 93. art. 4.

5

f Vide I to. 1. qq. re. q. 91. art. 10.

conſectarum literarum, de verbo ad verbũ, inſerto tenore, & niſi huiuſmodi tenore omiſſo, ſpecialiter & expreſſè derogatum fuerit, dicta authoritate decernimus, & declaramus; ac dictis monachis, nec etiã prætextu facultatis, hactenus eis, vt præfertur, conceſſæ, confeſſorem ſibi eligant, ſine licentia a ſuorum ſuperiorum, in virtute ſanctæ obedientiæ, diſtrictius inhibemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſteriorum ordinis Ciſtercien. & obſeruantiæ prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetodinibus, cæteriſq; contrariis quibuſcũque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, extenſionis, ampliationis, conceſſionis, indulti, ſtatuti, & ordinationis, cõſtitutionis, declarationis, & inhibitionis, infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1498. 8. Idus Nouemb. Pont. noſtri, anno 7.

a Vide 1. 10. qq. re. q. 20. art. 18.

Viuæ vocis oracula, conceſſa ab Alexandro Papa Sexto. Pro ordine minorum, & alijs mendicantibus.

AD ſupplicationem fratris Bernardini de Guaza, conceſſit Alexander Sextus, ſequentem conceſſionem Supplicatio.

1 Beatiſſimè pater dignetur ſanctitas b veſtra, extendere priuilegia ſummorum Pontificũ, veſtrorum prædeceſſorum, quoad interdictum, quod etiam tempore interdicti, poſſint fratres Minores celebrare ſolemniter diuina officia, in ſuis eccleſiis, & monaſteriis, in ſolemnitatibus Sanctorum, Beati Francisci, Antonij, & Beatæ Claræ, etiam per ſuas octauas, ad alios Sãctos prædicti ordinis, videlicet, Ludouicũ, Bernardinũ, & Bonauenturã, necnon ad quinq; martyrũ de Marrochio, per dič. fuit cõceſſũ.

b Vide 1 2. 10. qq. re. q. 8 8 2. art. 3.

2 Idem Alexander conceſſit, ad remouendum ſcrupulum conſcientiæ, quod poſſimus celebrare cum planeli de corio, ſine calcaneo.

3 Idẽ conceſſit, fratres poſſe celebrare c in cameris ſecularium, vel plateis, dato, quod non videatur loca honeſta, quia in cameris dormiunt coniugati, in plateis fiunt multa prophana.

c Hæc cõceſſio hodie nõ debet valere, vt in 10.

4 Idẽ conceſſit, vt fratres poſſint, ſine d aliquo ſcrupulo alicuius cenſuræ, mittere reliquias extra vrbem, pro conſecratione altarium, & lapides cuiuſcumque generis, ſiue conſecratos, ſiue non.

1. q. 43. art. 4. & 5. d Vide in 3.

5 Idem conceſſit, quod non obſtante cap. vniuerſitatis. de ſententia e excommunicationis. prælati noſtri poſſint percutere per alium, cauſa correctionis, & non cogantur cum propria perſona, etiamſi neceſſitas non vrgeat.

10. qq. re. q. 31. art. 2. e Vide in 2, 20. qq. re. q. 19. art. 8,

6 Idem cõceſſit, vt mulieres ſuſcipientes ante mortem, vel poſt mortem, f habitum Sanctæ Claræ, habeant talem relaxationem peccatorum, qualem habent viri, pro habitu fratrum minorum.

f Vide 110. 2. qq. re. q. 76. art. 10.

7 Idem conceſſit, vt medici ordinarij fratrum, & ſororum, habeant eadem priuilegia, & gratias, quibus gaudent Syndici, & procuratores locorum.

Sanctiſſimus Dominus Alexander Sextus, cõceſſit, & teſtatur teſtimonium infra ſcriptum.

8 Nos Ioannes, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Epiſcopus Raguſinenſis, Sanctiſſimi Domini noſtri Alexandri, diuina prouidentia Papæ VI. referendarius, per præſentes literas, noſtris, nomine, & ſigillo, munitas, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter Sanctiſſimus Dominus noſter, Alexander VI. Viuæ vocis oraculo nobis facto, conceſſit familiæ Vltramontanæ, ordinis fratrum minorum de obſeruantia, vt in omnibus feſtis glorioſæ Virginis Mariæ, octauas habentibus, octauã diẽ, ſub duplici minori, & in ſolẽnitatibus ſanctorum, proprias eorum hiſtorias etſi in breuiario nõ ſint, & feſtũ omnium ſanctorum dicti ordinis, ſub vna celebritate dicere, & recitare, liberè, & licitè poſſint, & valeant. Dat. Romæ, &c.

Beatiſſime pater, humiliter ſupplicat deuotus orator, S. V. frater Thadeus de Hipporegia, congregationis obſeruantium fratrum Eremitarum D. Auguſtini, vicarius generalis, vt dignetur veſtra ſanctitas indulgentias ſtationum conceſſas fratribus prædictæ congregationis, etiam his concedere, qui tempore interdicti generalis, clauſis ianuis, poſſunt ex priuilegiis ordini conceſſis, intereſſe diuinis, & hoc de gratia ſpeciali S. V. quã cõſeruet Altiſſimus. Fiat, vt petitur, & quod ſola ſignatura ſufficiat, & fiat 1. 9

Beatiſſimè pater, humiliter ſupplicat deuotus orator, S. V. vicarius generalis, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, congregationis Lombardię, vt pro conſeruatione dictæ congregationis, quod fratres prædicti, abſque g ſuorum ſuperiorum conſenſu, à quibuſcumque Apoſtolicis pęnitentiariis, prælatis, & ſedis Apoſtolicæ legatis, etiam à latere deputatis, ab eorum peccatis, & caſibus reſeruatis, abſolui non poſſint, nec confeſſionalibus impetratis, aut impetrandis vti: nec ẽt ad officia, & dignitates valeant aſſumi, S. V. de gratia ſpeciali, dignetur prohibere; omnia in cõtrariũ quomodolibet hactenus obtenta, reuocando. Non obſtantibus quibuſcũque conſtitutionibus in contrariũ facientibus. fiat vt petitur 1. Et quod ſola ſignatura ſufficiat, fiat 1. 10

g Vide 1 10. 1. qq. reg. q. 21. art, 12.

Idem Alexander ſextus, ad ſupplicationem reuerendi patris Ludouici de la Torre, conceſſit, quod generalis, & prouinciales, poſſint abſoluere fratres qui exiſtentes in ſeculo, incurriſſent cenſuram Eccleſiaſticam, propter delationem liguminum, ſeu ferramentorum, ad partes infidelium. 11

Idem conceſſit, quod fratres ſacerdotes celebrãtes h in diebus Dominicis totius anni, & in feſtiuitatibus Domini, ſcilicet, Natiuitatis Aſcẽſionis, &c. Et B. Mariæ, & Sanctorum, noſtri ordinis, conſequuntur Indulgentiam plenariam. 12

h Vide 1 2. 10. qq. re. q. 87. art. 2.

Idem conceſſit, ad ſupplicationẽ dicti fratris Ludouici, quod prouinciales poſſint licentiare fratres minores, ad alia monaſteria, quam S. Claræ, non ſolum cauſa eleemoſynæ petendæ, vel prædicationis faciendæ, ſed etiam pro ſpirituali viſitatione cõſanguinearum, vel alia neceſſitate, intelligendo ſemper de locis, ad quæ ſeculares cõmuniter accedunt. 13

Idem Alexander conceſſit, dicendo coronã Virginis Mariæ, i cum genuflexionibus, illas indulgentias, quas habent dicentes orationes pietatis, cũ oratione Dominica, & Salue Regina, ibidem habeiut, de non duplicanda lætania in quadrageſima, quando aliqui, dicit matutinum per ſe. 14

i Vide 1 10. 2. qq. re. q. 87. art. 3.

Item, ad petitionem venerandi patris, fratris Didaci de Azeuedo, commiſſarij Vltramontani, conceſſit omnibus, & ſingulis fratribus noſtræ familiæ Minorum, vt in feſto purificationis Virginis glorioſæ Mariæ, & S. Gabrielis Archãgeli, & S. Catharinę Virginis, & Martyris, propria officia dictarum feſtiuitatum, libere, & licite recitare valeant, & poſſint, quodque feſtũ prædictum S. Catharinæ, ſub minori duplici, celebrare poſſint, & pro introito miſſę eiuſdẽ, dicatur officium, gaudeamus oẽs in Domino.

Item conceſſit, ad ſupplicationem Reuerẽdi patris, Fr. Ludouici de la Torre, vicarij Generalis, die tertia Iunij, 1499. primò, quod fratres ordinis Minorum, cum bona conſcientia, x tenere poſſint, & vti paramentis deauratis, & pretioſis, loquendo iã de donatis, vel oblatis, non obſtante declaratione ſummorum Pontificum.

x Vide 1 3. 10. qq. re. q. 21. art. 1.

Item conceſſit, quod quilibet procurator locorum noſtrorum, poſſit exercere officium procurationis, pro quibuſcumque fratribus aduenientibus

a Vide de procuratoribus pro fratribus, in 3. to. qq. re. q. 39. arti. 1. & 2.

a de aliis locis, ac ſi eſſet procurator illius alterius loci, & electus ab illis, ità quod procurator vnius loci fratrum Minorum, eſt quaſi procurator omniũ locorum, in caſu neceſſitatis, non obſtante declaratione ſummorum Pontificum, quæ dicit, quod quilibet locus habeat ſuum procuratorem.

Item Reuerẽdus pater, frater Hyeronimus Tornialus, vicarius generalis, impetrauit anno 1551, die 15. Iulij, à ſanctiſſimo D. Alexãdro Sexto, quod mulieres vouentes regulam Sanctæ Claræ, poſſint diſpenſari à ſe, & à ſuis vicariis prouincialibus, quod ſtent in cõgregatione tertij ordinis, maximè quando non poſſunt intrare Regulam S. Claræ.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Omnia priuilegia à prædeceſſoribus ſuis, Regi, vel Reginæ, ſeu ad eorum ſupplicationem alteri conceſſa, approbat, & confirmat.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro, Ferdinãdo Regi, & chariſſimæ in Chriſto filiæ, Eliſabeth Reginæ, Hiſpaniarum, & Siciliæ, illuſtribus Catholicis.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Chariſſimè in Chriſto fili noſter, & chariſſime in Chriſto filia noſtra. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eximiæ deuotionis affectus, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam, prout longa experientia compertum eſt, geritis, promeretur, vt ea, quæ pro veſtra, & ſubditorũ veſtrorum, aliorumq; Chriſti fideliũ, pace, & quiete, ac fęlici ſucceſſu, tam ſpiritualium, quàm temporalium, ex ſedis Apoſtolicæ prouida liberalitate, conceſſa fuerunt, noſtræ etiam approbationis munimine roborentur, vt eo firmius perſiſtant, quò ſępius fuerint eiuſdem authoritate communita. Accepimus quidem, quod per fœ. re. Alexandrum Papam VI. ac alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu ſedem prædictã, quàm plura priuilegia, indulta, libertates, cõceſſiones, immunitates, & indulgentiæ, vobis, & etiam ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum, inſtantiam, & ſupplicationem, tàm pro ſalute animarum veſtrarum, quàm pro conſeruatione, commoditate, vtilitate Eccleſiarum, & dominiorum, ac ſubditorum veſtrorum, necnon pro reformatione monaſteriorum, & ordinum, ac pro officio Inquiſitionis hæreticæ prauitatis, ac aliis multis, & diuerſis materiis, tam in genere, quam in ſpecie, conceſſa fuerunt. Nos igitur, attendentes fidem, & deuotionem, quam erga hanc ſanctam ſedem Apoſtolicam, ſemper geſſiſtis, & geritis, ac cupientes huiuſmodi priuilegia, & indulta, in ſuis robore, & firmitate, perpetuo permanere, motu proprio, non ad veſtrã, vel alterius pro vobis, nobis ſuper hoc, oblatæ petitionis inſtãtiã, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, libertates, conceſſiones, *b* gratias, & indulgentias, etiam plenarias, ac literas Apoſtolicas quaſcumque, tam in forma breuis, quam per ſolas ſupplicationes, quarum ſolam ſignaturã ſufficere, conceſſum extitit, ac etiam, ſub plumbo, quorũ, & quarum omnium, ac etiam ſingulorum tenores, & gratias quaſcumque, cuiuſcumque generis exiſtentes, & ex quibuſcumque cauſis conceſſas, in literis, & conceſſionibus contentas, ac ſi de verbo ad verbum expreſſę eſſent, pro expreſſis haberi volumus, vobis, ſeu ad inſtantiam, & ſupplicationem veſtrã, & cuiuſlibet veſtrum, tam in foro conſcientiæ, quã in foro fori, & tam pro conſeruatione ſtatus veſtri, & ſubditorum veſtrorum, ſeu aliorum Chriſti fidelium, quàm etiam pro reformatione Eccleſiarum, monaſteriorum, & ordinum quorumcũque, ac pro dicto officio Inquiſitionis, aut alias quomodolibet conceſſa, & conceſſas, cũ omnibus, & ſingulis clauſulis, in literis Apoſtolicis deſuper contentis, authoritate Apoſtolica, per præſentes approbamus, innouamus, & confirmamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus. Necnon ſingula priuilegia, indulta, libertates, exemptiones, & immunitates, indulgentias etiam plenarias, ac alias gratias huiuſmodi, vobis, & cuilibet veſtrum, ſeu veſtri contemplatione, aut ad inſtantiam, vel ſupplicationem veſtram, in omnibus Regnis, & Dominijs veſtris, per prædeceſſores, & ſedem, præfatos, quomodolibet conceſſa, & conceſſas, de nouo, ſub eiſdem tenoribus, prout conceſſa fuerant, concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, quę in ſingulis literis, & conceſſionibus præfatis, deſuper cõfectis, conceſſum eſt non obſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Nouemb. 1503. Ante noſtram coronationem.

b De confirmatione priuile. Vide in 1. to. qq. re. q. 8. per totã q.

Sigiſmundus.

Pro ordine Minorum.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Omnia priuilegia, & immunitates, conceſſa familiæ vltramontanæ fratrum minorum, concedit familiæ Ciſmontanæ.

Dilecto filio, Vicario vltramontano.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecti fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti, quod licet fœ. rec. Sixtus IV. & Innocentius VIII. Romani pontifices prædeceſſores noſtri, exẽptiones, immunitates, gratias, & indulgẽtias, libertates, & priuilegia omnia, domibus, & fratribus ordinis minorum, de obſeruãtia nuncupatæ familiæ Ciſmontanæ, à ſede Apoſtolica, eatenus in genere, per diuerſas literas cõceſſa, & in poſterũ concedenda, domibus, & fratribus familiæ Vltramontanæ eiuſdem ordinis, viuæ vocis oraculo *c* cõmunicauerint, & ad eandem familiam Vltramontanam extenderint; quia tamen, nullam à præfatis prædeceſſoribus, ſcripturam authenticam deſuper habent, à multis de validitate communicationis, & extẽſionis huiuſmodi, dubitari dicitur, & propterea deſideras à nobis, deſuper oportuno remedio, miſericorditer prouideri. Nos igitur, qui fratres ipſius familiæ Vltramontanæ, ſuis meritis ità exigẽtibus, paterna charitate proſequimur, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod tu, & fratres dictæ familiæ Vltramontanæ, pro tempore exiſtẽtes, præmiſſis omnibus indultis, priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, gratiis, indulgẽtiis, & li-

c De intellectu huiuſmodi indulti. Vide in to. 3. qq. re. q. 10. ar. 2.

bet.

Digitized by Google

bertatibus,præfatæ familiæ Ciſmõtanæ, vt pręmit
titur,conceſſis,& in poſterum concedendis,vti, po
tiri,& gaudere,libere,& licite,prorſus,& abſq; vl-
la differẽtia,in omnibus,& per omnia valeatis,per-
inde,ac ſi illa omnia,tibi, & eidẽ familiæ Vltramõ
tanæ, nominatim,ac ſpecialiter , expreſſa fuiſſent,
Apoſtolica authoritate,tenore præſentium, conce-
dimus,pariter,& indulgemus.Non obſtantibus cõ-
ſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac re-
gula noſtra,in cãcellaria Apoſtolica,publicata,qua
volumus,quod indulgentiæ non cõcedantur ad in-
ſtar,niſi exprimantur necnon dictis ordinibus iura
mento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmi
tate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,cæ-
teriſq; contrariis quibuſcumque.Dat.Romæ,apud
S.Petrum , ſub annulo Piſcatoris , die XV.Aprilis,
1505.Pont.noſtri,anno 2.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

*Cõcedit Miniſtro generali,poſſe applicare bona mona
ſteriorum S.Claræ,nolentium reformari Monaſte
riis ordinis Minorum ſaltem conuentibus,quorum
curæ erant commiſſa talia monaſteria.*

Dilecto filio,Reynaldo Gratiano de Cotigrio-
la,totius ordinis fratrum Minorum, generali
miniſtro.

IVLIVS PAPA II.

a Vide de I-
ntellectu, in
3.10.qq.10.
q.5.ar.4.&
art.6.

Dilecte fili,ſalutem , & Apoſtolicam Benedi-
ctionem.Nuper a nobis exponi fecerunt dile
cti filij,Ciſmontanorum, & Vltramontanorum , &
fratrum ordinis minorum procuratores,in Roma-
na curia reſidẽtes:quod licet fœ.re. Eugenius Papa
IIII.prædeceſſor noſter.Pontificatus ſui, anno pri-
mo,Generali miniſtro totius ordinis fratrum mino
rum,tunc exiſtenti,plenam,& liberam, per literas
ſuas,conceſſerit facultatem, & poteſtatem,omnia,
& ſingula monaſteria monialium ordinis S.Claræ,
earumque perſonas,tam in capite,quàm in mẽbris,
viſitandi,& eadem,quæ ſibi viderentur aperta mo
naſteria,ſub debita clauſura,ponendi, necnon ipſo
rum monaſteriorum Abbatiſſas, ſecundum deme-
rita earum,deponendi , & alias de nouo inſtituen-
di,& deſtituendi,monialeſque,cum bonis, & rebus
ſuis,de vno monaſterio,ad alium , transferendi , &
bona vnius monaſterij,ad aliud,applicandi:& dein
de per alias literas Pontificatus ſui, anno ſeptimo,
generali miniſtro eiuſdem ordinis,tunc exiſtenti,fa
cultatem plenariam conceſſerit ,moniales ordinis
Sanctæ Claræ,Sancti Damiani,& minoriſſarum,ſi-
bi,& prouincialibus minorum,rebelles,bonis tem-
poralibus,ad earum vſum deputatis,priuandi,& a-
liis monaſteriis eorundem ordinum,in obſeruantia
viuentium,vel Eccleſiis Cathedralibus,aut hoſpi-
talibus,applicandi. Ac poſtmodum etiam , Sanctæ
memoriæ,Sixtus Quartus prædeceſſor,& noſter, ſe
cundum carnem patruus,conſiderans, quod aliquã
do contingere poſſet, monaſteria monialium Sãctæ
Claræ,& minoriſſarum,ac Sancti Damiani nuncu-
patarum,monialibus deſtitui,adeò vt, de earum re
formatione,ſpes nulla ſupereſſet,conueniẽſque ma
gis fore , quod illorum ſic deſtitutorum monaſte-
riorum,bona,potius ad ipſos fratres,quorum erãt
curæ commiſſa,quam ad alios, deuenirent : mona-
ſteria,quæ ſic deſtituta erant , & deſtitui continge-
ret in futurum,cum eorum bonis omnibus, perpe-
tuis vſibus fratrum domus dicti ordinis minorum,
eiſdem deſtitutis monaſteriis,propinquioribus ap-
plicauit:ita quod,fratres ipſi poſſent de illis, & eo-
rundem monaſteriorum ſtructuris,& ædificiis,pro
eorum voluntate,diſponere;b prouiſo tamẽ, quod
illorum Eccleſiæ,& oratoria, ad profanos vſus non
redigerentur ſed in illis , omnia quandoque cele-
brarentur , prout latius in eiuſdem Sixti prædeceſ-
ſoris,deſuper confectis literis, plenius continetur.
Quia tamen,ſicut eadem petitio ſubiungebat,huiuſ
modi applicatio,propter nonnullos ſpirituales , &
temporales,ac communitates , allegantes , genera-
lem miniſtrum , non poſſe bona prædicta monialiũ
rebellium,ac monaſteriorum deſtitutorum, & de-
ſtituendorum, vſibus fratrum conuentuum mino-
rum,ſicut Cathedralibus Eccleſiis, & hoſpitalibus,
applicare,impeditur voluntas, & mandatum eiuſ-
dem Sixti prædeceſſoris prædicti,executioni man-
dari non poteſt.Quare procuratores præfati,nobis
humiliter ſupplicarunt,vt tam pro obſeruatione li-
terarum,Eugenij,& Sixti,prædeceſſorum noſtrorũ
prædictorum , quàm indemnitate domorum ordi-
nis prædicti,dignaremur ſibi ſuper his, de oportu-
no prouidere remedio.Nos igitur, huiuſmodi ſup-
plicationibus annuentes,literaſque Eugenij, & Six
ti prædeceſſorum prædictorum,quatenus opus ſit,
confirmantes,tibi,& pro tempore exiſtẽti , ordinis
minorum,generali miniſtro,vt per te,vel alium,ſeu
alios,moniales,& rebelles,bonis ſuis , & rebus , ad
eorum vſum deputatis,in caſibus tamen duntaxat,
in literis prædicti Sixti Quarti, ſuper hoc editis,ex
preſſis,priuare,illaſque,& illas , ac monaſteriorum
huiuſmodi deſtitutorum,& deſtituendorum, ordi-
num Sanctæ Claræ,ſiue Sancti Damiani,aut mino-
riſſarum bona,vſibus fratrum , ac domibus ordinis
minorum , aut ſaltem conuentibus fratrum , quorũ
curæ erant commiſſa , prout expedire videbitur ,
aliàs tamen,iuxta formam literarum, & diſpoſitio-
num Sixti prædictarum,applicari(dummodò con
ſtet legitimè fuiſſe proceſſum,ad reducendum mo
naſterium ad obedientiam,& reformationem, mo
nialeſque noluiſſe parere & reformari) poſſis;quod
que huiuſmodi bona ſic applicata cenſeantur per-
petuis temporibus , abſque vlla alia vnione deſu-
per facta illis domibus,& vſibus,quibus tu, per te,
ipſum,vel alium,ſeu generalis miniſter pro tempo
re exiſtẽs,illa,vt præfertur,applicaueritis,ita quod
fratres,quibus fuerint applicata,ſecundum præfati
Sixti conſtitutionem,& intentionem,de illis bonis,
& eorũdem monaſteriorum ſtructuris, & ædificiis,
pro eorum voluntate,vt præfertur, diſponere poſ-
ſint,& valeant,licentiam,& facultatem cõcedimus
per pręſentes. Et nihilominus , dilecto filio noſtro,
Marco,& Sanctæ Mariæ Transtiberim,presbytero
Cardinali Senogalen.& venerabili fratri,Epiſcopo
Ortarum,per præſentes committimus ,quatenus in
præmiſſis,tibi,ſeu à te deputandis, & pro tempore
exiſtenti , generali miniſtro dicti ordinis , efficacis
defenſionis præſidio aſſiſtentes , faciant tam dicti
Eugenij literas,quam Sixti diſpoſitionem, vt præ-
fertur,& huiuſmodi literas noſtras , inuiolabiliter
obſeruari,cõtradictores reſiſtentes,ac rebelles, per
cenſuram Eccleſiaſticam , & alia iuris remedia op-
portuna,inuocato etiam ad hoc,ſi opus fuerit,auxi
lio brachij ſecularis,appellatione poſtpoſita , com-
peſcendo,præmiſſis, ac omnibus , & ſingulis illis,
quæ dicti,Eugenius,& Sixtus,in eorum literis,etiã
ſi præſentibus exprimi,aut inſeri deberent,illarum
tenores,pro ſufficienter expreſſis,& inſertis haben
tes,voluerunt non obſtare,necnon cõſtitutionibus,
& ordinationibus Apoſtolicis , ac monaſteriorum
prædictorum priuilegiis,cõſuetudinibus, & indul
tis,iuramento,cõfirmatione Apoſtolica, ſeu quauis
firmitate alia roboratis,quibus oîbus, quo ad hæc
(aliàs in ſuo robore pmãſuris)expreſſe derogamus,

b Vide de I-
ntellectu, 1 2.
10 qq 10.q.
5.art.3.

cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die Prima Septemb. 1508. Pont. noſtri, ann. 5.

Sigiſmundus.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Concedit Miniſtro generali, & prouincialibus, poſſe inſtituere procuratores, qui bona relicta fratribus, & monialibus poſſint adminiſtrare.

Dilecto filio, Reynaldo Gratiano de Cotigriola, totius ordinis fratrum Minorum, generali miniſtro.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictioné. Exponi nobis nuper feciſti: quod cum in priuilegiis fœlicis recordationis, Martini IIII. Eugenij IIII. & Sixti etiam IIII. ac forſan aliorum Romanorum Pontificum, ordinis minorum, ac domibus, & fratribus eiuſdé ordinis, conceſſum exiſtat, quod omnium, quorumcunque bonorum immobilium, relictorum, donatorum, ſeu legatorum per Chriſti fideles, eiſdem, ſeu monialibus Sanctæ Claræ, dominium ſit in diſpoſitione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, fructus verò, redditus, & prouentus dictorum bonorũ, ſint, pro ſubueniendis neceſſitatibus fratrum, & monialium huiuſmodi, reſpectiue, in vſus, & vtilitatem ipſorũ, ſeu domorum reparationem, vel alios, ad voluntatem prælatorum, conuertendi, per probos viros, laicos, œconomos, ſyndicos, aut procuratores, quod nomine dictæ Eccleſiæ debeant adminiſtrare dicta bona, & quod dictas neceſſitates, iuxta volũtatem, & diſpoſitionem dictorum prælatorum, fructus, redditus, & prouentus, ex illis prouenientes, diſpẽſare, ſeu expendere, & rationem reddere, & alia facere, prout in dictis priuilegiis plenius continetur. Et ad te, tanquã caput totius religionis, ſpectet prouidere his, quæ malè gerũtur, & quaſi poſſibile ſit, ad debitum tramitem reducere, intellexeriſque, ex fide dignorum relatibus, quod in nonnullis prouinciis, œconomi, Syndici, ſeu procuratores huiuſmodi, ex negligentia, vt creditur, prælatorum religionis, non vt œconomi, & procuratores, ſed, vt domini dictorum bonorum, æſtimãtur, & quod dicta bona, tanquam propria poſſident, & illa ad libitũ ſuũ, expẽdunt, & diſpenſant in ſuos vſus, aut prout ipſi volunt, in vſus fratrum, & monialium, abſq; redditione rationis, in maximum detrimentũ religionis, ac fratrum prædictorum, & monialium iacturã. Si ſecundum omnia, & ſingula, in dictis priuilegiis, & cõſtitutionibus generalibus dicti tui ordinis, circa præmiſſa, contenta, obſeruantur, videlicet, quod œconomi, Syndici, ſeu procuratores huiuſmodi, debeant adminiſtrare dicta bona, nomine dictæ Romanæ Eccleſiæ, & fructus, redditus, & prouẽtus, ex illis prouenientes, conuertere in vſus, & neceſſitates fratrum, ſeu monialium huiuſmodi, reſpectiuè, & de geſtis, & adminiſtratis per eos, ſingulis annis rationem reddere, & quod Generalis in vniuerſo ordine, & prouinciales in prouinciis, & cuſtodes in cuſtodiis, poſſint inſtituere, aut deputare dictos œconomos, Syndicos, ſeu procuratores, qui nomine dictæ Romanæ Eccleſiæ, ac religionis, bona huiuſmodi adminiſtrare debeant, non tamen vltra ſpatiũ triennij, ipſos, qui ſi eis videbitur non eſſe vtiles religioni, etiam ante triennium amouere, & deſtituere, & alios, loco ipſorum, ſubſtituere, & ſubrogare. Conceſſa facultate præfatis maioribus, deſtituere, & amouere inſtitutos per cuſtodes, videlicet miniſtri prouinciales, inſtitutos verò per miniſtros Prouinciales, miniſtri Generales ordinis, prout eis reſpectiuè videbitur expedire: deſtituere, & amouere poſſint, & non è contra, quodque œconomi Syndici, ſeu procuratores monialium inſtituantur duntaxat per miniſtros Generales, & Prouinciales prouinciatũ, quibus dictæ moniales ſubiciuntur, de volũtate tamen Abbatiſſarum, & conuentuum monaſteriorum illorum, quibus miniſtris, & Abbatiſſis, œconomi, Syndici, & procuratores, rationem ſuæ villicationis, annuatim, vt præfertur reddere compellãtur, inhibita, & pœnitus interdicta, œconomis, Syndicis, & procuratoribus huiuſmodi, alienatione, & diſpenſatione dictorum bonorum, & fructuũ, redituum, & prouentuum, ex illis prouenientium, aliter, quàm de voluntate, & ordinatione dictorũ prælatorum, & Abbatiſſarum reſpectiue, ſeruato tenore dictorum priuilegiorum, & cõſtitutionum dicti ordinis: profecto indemnitati domorum, & monaſteriorum, & perſonarum ordinis prædictorũ, valde conſuleretur. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſti, vt ſuper præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ordines prędictos, in viſceribus charitatis gerimus huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt œconomi, Syndici, & procuratores prædicti, bona huiuſmodi nomine Sãctæ Romanæ Eccleſiæ, vt præfertur, adminiſtrare debeant, & fructus, redditus, & prouentus, ex illis prouenientes, conuertere in vſus, & neceſſitates fratrum, ſeu monialium huiuſmodi reſpectiue, & de geſtis, & adminiſtratis per eos, ſingulis annis, rationem reddere, & quod Generalis in vniuerſo orbe, & prouinciales miniſtri in prouinciis, & cuſtodes in cuſtodiis, poſſint inſtituere, ac deputare dictos œconomos, Syndicos, ſeu procuratores, & etiã ante triennium, amouere, & deſtituere, ita tamen, quod inſtituti per ſuperiores, in eius abſentia tantum, & exiſtente difficultate ad ipſum recurrendi, poſſint ſubſiſtente cauſa neceſſaria, pro vtilitate, & commodo conuentus, & monaſterij fratrum, & monialium, per inferiorem deſtitui, dummodo fiat legitimè, & ſecundum conſtitutiones ordinis, per capitulum fratrũ, & notarium, aliàs, vt præfertur, indulgemus, atq; concedimus: decernentes nihilominus, irritum, & inane, quicquid ſecus à quoquã, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, cõtigerit attentari. Et nihilominus, omnibus, & ſingulis perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Canonicisque etiam cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarũ, qui ſuper hoc fuerint requiſiti, per hæc ſcripta mandamus, vt in præmiſſis, tibi, & ſucceſſoribus tuis, & aliis, ad quos ſpectat, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant moniales, & loca prædicta, contra formam harũ literarum noſtrarum, quomodolibet impediri, vel moleſtari, contradictores, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores noſtri, in dictis priuilegiis per eos conceſſis, vt præfertur, voluerunt non obſtare, necnon ordinum prædictorũ, & locorum, priuilegiis, indultis, & cõſuetudinibus, iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, ſeu quauis firmitate alia roboratis, quibus omnibus, quo ad hęc (aliis in ſuo robore permanſuris) expreſſe derogamus; cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia

diffi-

a Vide procura fratr. Minor. i 3. to. 99. to. 9. 99. per totam q.

difficile foret, præſentes noſtras literas, ad quęque loca deferre, volumus, quod præſentium literarum noſtrarum tranſumptis, manu notarij Apoſtolici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati Eccleſiaſtici munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, perinde, ac ſi literæ ipſæ originales, vbique exhibitæ, vel oſtenſæ forent. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. octob. 1509. Pont. noſt. ann. 5.

Sigiſmundus.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Prohibet fratres, cauſa ſtudij, vel alia quacunque, extra domos ſui ordinis commorari, & authoritate apoſtolica, reuocat priuilegia vniuerſitatibus, præſertim Salmantinæ conceſſa, ad effectum prædictorum. Eſt hæc prohibitio communis ordinis Prædicatorum, & Minorum.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

a Vide in 3 to. 99. ro. q. 67. per totam quæſt.

VNiuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, Salutem, & a Apoſtolicam benedictionem, ad perpetuam rei memoriam. In ſupremæ dignitatis ſpecula, meritis licet inſufficientibus, conſtituti, inter curas multiplices, quibus rerum, negotiorumque varietatibus obruimur, illa potiſſimum nos ſolicitant, per quæ, ſuaue regularis mendicitatis iugum, ſub quo dilecti filij, fratres Prędicatorũ, & Minorum ordinum, degunt, in dies magis proſperè, de bono, in melius dirigantur, ac vt regularis vitæ, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ norma, ſublatis quibuſuis obſtaculis, præfulgeat, id ſalubriter ſtatuimus, & ordinamus, prout in Domino conſpicimus rationabiliter expedire. Sanè pro parte dilectorũ filiorum modernorum, magiſtri ordinis, ſiue prioris generalis, ac priorum, & Vicariorum Prouincialium ordinis prædicatorum, necnon miniſtrorum, & Vicariorum, tam generalium, quàm Prouincialium, ordinis fratrum minorum, iuxta morem dictorum ordinum, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat: quod licet tam ſecundum canonicas ſanctiones, quam etiam dictorum ordinum regularia inſtituta, fratres eorundem ordinum, quacunque cauſa, etiam ſtudij, ſeu alia occaſione, vel recedere, abſque licentia ſuperiorum ſuorum, vel poſt eiuſdem licentiæ reuocationem, extrà domos dictorũ ordinum morari non poſſint: nihilominus nonnulli ex fratribus dictorum ordinum, occaſione, & prętextu ſtudij, ad ſtudiorum, præſertim Salmantinã, vniuerſitates obedientiæ regularis, laxatis habenis abſque licentia ſuperiorum huiuſmodi, ſeu eadem licentia reuocata, accedere, & inibi morari præſumunt; ac quod deterius eſt, priuilegijs, vniuerſitatibus huiuſmodi, illarumque ſcholaribus, conceſſis, vt liberius in ſua damnata præſumptione permanere poſſint, ſe tueri nituntur, excommunicationis, & alias ſententias, cenſuras, & pęnas, iuxta canonicas Sãctiones, ac regularia inſtituta, contra inobedientes huiuſmodi, promulgatas, dãnabiliter incurrẽdo. Quare pro parte Magiſtri, ac Priorũ miniſtrorũ, & Vicariorũ prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt de cætero, perpetuis futuris tẽporib, nè fratres eorundẽ ordinũ, extrà domos huiuſmodi, quacunque cã, vel occaſione, aut reſpectu, etiã ſtudij huiuſmodi, in Salmãticenſi, vel quacunq; ex dictis vniuerſitatibus, abſq. licentia ſuperiorũ huiuſmodi, & illa durãte, ẽt de licentia Sedis Apoſtolicæ, & prætextu quaruncunque facultatũ, indultorum, aliorumq. literarum Apoſtolicarũ, eiſdem Salmantin. & alijs vniuerſitatibus, pro tempore conceſſorum cõmorari poſſint, ſtatuere, & ordinare: aliaſque in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes quã gratus Deo ſit, & acceptus, obedientiæ fructus, quodque inter alia religionis merita, abnegatio propriarũ voluntatum, præcipuũ eſt: ac quod prælati ipſi, optimè ſcire præſumuntur, qui fratres literarum ſtudio, & quanto tẽpore, & qui alijs religionis occupationibus, vacare debent, omniumq. præſertim religioſarum perſonarũ tranquillitatẽ, ac illis euagãdi materiã, occaſionemq. pręcludi, eorumq. exceſſibus obuiari, ſupremis exoptãtes affectibus: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cætero, perpetuis futuris tẽporibus, fratres prædicti, extrà dictas domos, cuiuſcunq. cauſa, occaſione, vel reſpectu, etiã ſtudij, ſiue in Salmatin. ſiue in alijs ciuitatibus, & locis, quibus literarũ ſtudia vigeãt, præter, & abſq. licentia prouincialiũ priorũ, ac miniſtrorũ, vel eorum vicariorũ reſpectiuè, & illa durante, etiã de licentia Sedis Apoſtolicæ prędictæ, etiã prætextu quarumcunq. facultatũ, indultorum, & aliarum literarũ Apoſtolicarum, Salman. & alijs vniuerſitatibus prędictis, pro tempore cõceſſorũ, prædictis prælatis inuitis cõmorari nõ poſſint, Quodq. ſuperiores prædicti, dùm, & quotiẽs opus fuerit fratres extrà domos, modo prædicto cõmorãtes, vt ad eorum domos huiuſmodi, redire debeãt, compellere valeãt, Apoſtolica authoritate, tenore præſentiũ, ſtatuimus, & ordinamus. Prætereà Rectoribus, & ſcholaribus dictarũ vniuerſitatum, nè prætextu facultatũ, & indultorũ, ac aliarum literarũ Apoſtolicarum, eis cõceſſarum, ſuperiorib. ſeu prælatis ordinis huiuſmodi, quominus fratres prędictos, illis reſpectiuè ſubiectos, aut ſub eorũ obedientia profeſſos, extra dictas domos cõmorantes, ad domos huiuſmodi vocare, & reducere, ac prout ſecundum Deum, & eorum cõſcientias expedire viderint mutare, & cõuocare poſſint, prohibere, nec eiſdem fratribus, ad habitandum, ſeu commorandum in eiſdem vniuerſitatibus, contra voluntatem ſuperiorum huiuſmodi, auxilium, conſilium, vel fauorem, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, præſtare præſumant, ſub excommunicationis pęna, ipſo facto incurrenda, eiſdem, authoritate, & tenore, diſtrictius inhibemus. Et nihilominus, venerabilibus fratribus, Salman. & Zamoren. Epiſcopis, ac dilecto filio, priori monaſterij S. Vincentij, per Priorem ſoliti gubernari, Salmant. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in illis contenta quæcunque, vbi, quando, & quotiens opus fuerit, ac pro parte magiſtri, priorum, miniſtrorum, & vicariorum prædictorũ, vel eorum quemlibet, deſuper requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, ac eis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos authoritate Apoſtolica præfata, pacifica poſſeſſione, vel quaſi, ſtatuti, ordinationis, & inhibitionis, ac literarum huiuſmodi, gaudere, non permittentes eos, per fratres extra domos cõmorantes, ac Rectores, & Scholares prædictos, ſeu quoſcunque alios, contra literarum huiuſmodi tenorem, quomodolibet moleſtari, aut impediri. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus, fœ. re. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio generali edita, de duabus dietis, necnõ, de perſonis vltrà certum numerum, ad iudicium non euocandis; ac quibuſuis

alijs

alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus vniuerſitatũ huiuſmodi, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoq. & indultis, ac literis Apoſtolicis, illis cõceſſis, quib. omnibus, & ſingulis, etiã ſi ad illorum ſufficientem derogationem, & de illis, eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per generales clauſulas id importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio, habenda foret, illorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die VIII. Augu. 1508. Pont. noſt. anno 5. P. Blandus. Hie. de Carboniano.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Confirmat literas Alexandri VI. inhibentes, fratres poſſe commorari extrà domos ſui ordinis, ac ſe de vna Cuſtodia, vel Prouincia, ad aliam transferre, etiam prætextu literarum Apoſtolicarum.

VEnerabilibus fratribus. Leſiñ. & Pacen. Epiſcopis ac dilecto filio, Priori per Priorẽ ſoliti gubernari, Monaſterij S. Vincentij Salmantin.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

a Vide in 3 to qq. re. q. 53.

VEnerabiles fratres, & dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Romanum decet Pontificem, votis perſonarum religioſarum, præſertim ſub regulari obſeruantia degentium, libẽter annuere & ea quæ per ſuos prædeceſſores, prouidè facta fuiſſe comperetit, approbare, & confirmare, aliaque deſuper ſtatuere, & ordinare, prout id conſpicit, in Domino ſalubriter expedire. Exhibita ſiquidẽ nobis nuper, pro parte dilectorum filiorum Ioannis de Argeñonis, ordinis fratrum Minorũ, regularis obſeruantiæ profeſſoris, Vicarij prouincialis prouinciæ S. Iacobi, ac aliorum fratrum ordinis eiuſdem, etiã profeſſorum dictæ prouinciæ, petitio continebat, quod poſtquàm fœ. re. Alexander Papa Sextus, prædeceſſor noſter, per quaſdam ſuas literas in Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, incipientes, ſub data, videlicet, Tertio Decimo Kal. Martij, Pont. ſui, anno 6. editas: inter alia, quod nullis fratribus dicti ordinis, familiæ Vltramontanæ, dictæ regularis obſeruantiæ, etiam prætextu quarumcunque literarũ illis, ſeu quibuſuis perſonis, tàm Eccleſiaſticis, quã ſecularibus, ab Apoſtolica ſede, hactenus conceſſarum, & in poſterum cõcedendarum, extra domos, & loca dicti ordinis, abſque Generalium, ſeu prouincialium Vicariorum, & Vicarij Generalis commiſſarij Vltramontanorum, tunc, & pro tẽpore exiſtentium, licentia, & conſenſu, ſtare liceret, perpetuò ſtatuerat, & ordinauerat, & deſuper oportunè decreuerat, & executores deputauerat, ac in cõtrarium facientibus, graues ſententias, cenſuras, & pœnas protulerat. Et deindè eidem prædeceſſori expoſito, quod aliqui fratres eiuſdem obſeruantiæ, de vna prouincia, ſeu de vna Cuſtodia, ad aliam, ſine licentia vicarij Generalis, vel Prouincialis, ſe transferebant, idem prædeceſſor, per alias, in forma Breuis, anno Domini, 1502. Die verò Secunda Menſis Septembris, confectas literas, Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis Toletan. & Epiſcopo Palentin. eorum proprijs nominibus non expreſſis, directas, ſimiliter mandauit, quod nulli fratres de obſeruantia, de vna prouincia, ſeu cuſtodia, ad aliam prouinciam, ſeu cuſtodiam, ſine licentia ſui proprij prælati, in ſcriptis inhibita, tranſire, & per earundem prouinciarum diuerſarum, prælatos, recipi poſſent, aliaque ſtatuit, & ordinauit, prout in ſingulis literis prædictis, plenius continetur. Dilecti filij, Petrus Ponce, & Gaſpar de Alcala, ſiue de Alcouer, ac nonnulli alij fratres ordinis obſeruantiæ & familiæ huiuſmodi, prætextu aliquarum licentiarum ſimiliũ, illis, vel monialibus, ſeu alijs perſonis, anteà, ſeu poſteà, ab eadem Sede conceſſarum, extrà domos, & loca fratrum huiuſmodi, in diuerſis, præſertim monialium prædictarum, & alijs locis, ſtare, & de vna prouincia, ſeu Cuſtodia de obſeruantia, ad aliam prouinciam, ſeu Cuſtodiam de obſeruantia, ſe transferre, & inibi, abſque vicarij prouincialis, vel aliorum ſuperiorum licentia, iuxta eaſdem literas requiſita, habitare præſumant. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat, ex præmiſſis, plura ſcandala oriuntur, & niſi deſuper prouideretur in dies, maiora exoriri formidantur, pro parte dicti Ioannis de Argiman. Vicarij prouincialis, & fratrum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eis, in præmiſſis, oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſingulas literas prædeceſſoris præfati, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium cõfirmantes, & approbãtes, ac potiori pro cautela, de nouo cõcedentes, diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mãdamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel aliũ, ſeu alios, ad ſingularium literarum prædeceſſorum huiuſmodi, executionẽ præcedentẽ, in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi illæ vobis, ſpecialiter, & expreſſe directæ fuiſſent, & per diligentẽ indaginẽ, per vos, ſuper præmiſſorum omnium executionẽ habendam, Petrum, & Hiſparen. ac ſi quos alios fratres, contra prædeceſſoris, ac præſentium literarũ tenores, in quocunque loco, vel locis, etiam quarũcunque monialium, extrà domos ordinis, & obſeruantiæ huiuſmodi, vel de vna Prouincia, ſeu Cuſtodia de obſeruantia, in alia Prouincia, ſeu Cuſtodia de obſeruantia, prætextu quarũuis literarum Apoſtolicarũ, prædictis fratribus, ſiue monialibus, vel prouincijs, ſeu earundem Prouinciarum Vicarijs Prouincialibus, ſeu cuſtodibus, conceſſarum, habitare, licentia, ac conſenſu ſuperiorum ſuorum prædictorum huiuſmodi deſuper, vltra tenores præſentium, & dicti prædeceſſoris literarum, per eos minimè obtentis, reperietis, illos, & quemlibet eorum, prouinciæ propriæ, & eius vicario prouinciali pro tempore exiſtenti, iuxta harum, & prædicti prædeceſſoris literarum tenorem, reſtituetis, authoritate noſtra: contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia in eiſdem literis contenta remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Nõ obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis literis Apoſtolicis, quas prædictus prædeceſſor, in ſuis prædictis diuerſis literis voluit non obſtare: necnõ monialibus, fratribus prædictis, & ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſis, confirmatis, & innouatis, etiam ſi de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, mentio, ſeu quæuis alia neceſſaria, & oportuna expreſſio, habenda foret. Quibus omnibus, & ſingulis, et ſi in eis caueret expreſſe, quod illis nullatenus, aut, non niſi, ſub certis inibi expreſſis modo, & forma, derogari poſſet, illorum omnium tenores, præſentibus,

Digitized by Google

tibus,ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis, habentes,harũ ſerie,ex ſcientia,ac authoritate ſimilibus, earundem tenore præſentium,ſpecialiter,& expreſſe derogamus,cæteriſque contrarijs quibuſcunque.Dat Romæ,apud S.Petrũ,ſub annulo Piſcatoris, Die 2.Auguſti, 1508.Pont,noſtri,anno 5.

Bulla Septima.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Quod poſſunt fratres Minores ſepelire corpora fratrum defunctorum tempore interdicti ordinarij, cum pompa funerali, ac alijs, quæ in exequijs dici conſueuerunt.

Dilectis filijs,Miniſtro,& Vicarijs Generalibus ordinis fratrum Minorum.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

a Vide in 1 to.qq.re. q.110. Dilecti fili,ſalutem,& Apoſtolicã benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod cum aliquis frater *a* ordinis Minorum defunctus eſt,omnes alij fratres,ſecundum ordinem, & morem dicti ordinis,ad faciendum pro huiuſmodi defuncto exequiarum officium,in Eccleſia congregantur,& tam ordinatè, ceremonioſeque, & deuotè, in exequiarum officio prædicto præcedunt, quod vltrà Dei ſeruitium, & fratrum debitam exhibitionẽ,populus maximam recipit ædificationem, ſeu exemplum,quod quamuis liceat vobis, ac Guardianis, & fratribus domorum dicti ordinis, tempore interdicti,& Apoſtolica authoritate appoſiti, corpora fratrum ipſius ordinis, pro tempore decedentiũ in Eccleſijs domorum veſtrarum, Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ:dubitatis tamen has ceremonias in ſepeliendis corporibus decedentium fratrum, tempore dicti interdicti,obſeruare non poſſe.Pro parte veſtra,fuit nobis humiliter ſupplicatũ, vt in præmiſſis opportunè prouidere,de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos,qui dictum ordinem, ſingulari deuotione proſequimur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis,quod etiam tẽpore interdicti,ordinaria authoritate appoſiti, corpora dictorum fratrum decedentium, cum ceremonijs prædictis,& pulſatis campanis,ac miſſæ,& aliorum diuinorum officiorum,ſimilibus celebrari ſolitorum,celebratione, in Eccleſijs veſtris,libere,& licitè abſque alicuius cenſuræ incurſu,ſepelire poſſitis,in omnibus, & per omnia,perindè ac ſi interdictum huiuſmodi appoſitum non eſſet,authoritate Apoſtolica,tenore præſentium, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris.Die 23. Februarij,1509. Pontificatus noſtri,anno 6.

Bulla Octaua.

Habetur originaliter in Conuentu S.Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Concedit, & declarat,conceditq́; de nouo,eam authoritatem habere Vicarios Prouinciales, ſuper Moniales eorum curæ commiſſas,quam Vrbanus quartus tradidit protectori ordinis.

Dilecto filio noſtro, Franciſco tituli Sanctæ Balbinæ,presbytero Cardinali.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili noſter. Salutem, & Apoſtolicã Benedictionem.Ex relatione *b* circunſpectionis *b Vide in 1 to.qq.re.*
tuæ, accepimus,quod cũ in regula S.Claræ,à fœ.re. *q.17. ar.8.*
Vrbano IIII. prædeceſſore noſtro, ordinata,& ap- *9.& 10.*
probata,quod omnes moniales, ſiue ſorores,regulã eiuſdem ſanctæ profitentes, ſub cura, & regimine Cardinalis pro tempore exiſtentis, protectoris ordinis fratrum Minorum, perpetuò manere debeãt & per illũ nominandos viſitatores regãtur,gubernẽtur,corrigantur,& reformentur,prout in eadem regula plenius dicitur contineri, & ſororum monaſteria poſt eandem cõſtitutionem regulæ, in tantum excreuerint numerum,quod præteritis, & modernis temporibus,earundem ſororum cura,diuerſis modis commiſſa,& commendata fuit. Nam protectores ipſi,aliquorum Monaſteriorum ipſarũ Monialiũ,ſecundũ diuerſas Religiones,aliquandò Religioſis,aliquãdo ordinarijs, aliquando presbyteris ſecularibus, & alijs diuerſis perſonis,curã cõmiſerunt, nõnullorum etiam monaſteriorũ ſorores à Sede Apoſtolica, vt ipſæ ipſi Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectæ exiſterẽt, vel aliquibus perſonis, in curã committi impetrarunt, nonnunquam etiã ipſa Apoſtolica Sedes, curam huiuſmodi aliquorũ prædictarum monialium Monaſteriorũ,diuerſis reſpectibus,diuerſis perſonis commiſit.Inter quę, in Regnis Hiſpaniarũ, ab aliquibus prædeceſſoribus noſtris, & à nobis, Vicarijs Prouincialibus regularis obſeruantiæ eiuſdem ordinis Minorum, per diuerſas literas Apoſtolicas,diuerſis etiam prælatis,& potiſſimum tibi,cui reformatio,ſeu viſitatio, vel viſitatorum, ſeu Prælatorum prouiſio,pro tempore committebatur,directa cura,regimẽ,viſitatio,correctio, ſeu reformatio aliquarum ſororum monaſteriorum huiuſmodi, fuerunt commiſſa,& in eadẽ diſpoſitione,ſubiuncto, quod cum in diuerſis temporibus,& à diuerſis Summis Põtificibus,& ob diuerſas cauſas,cura monialium, ſeu ſororum huiuſmodi,prædictis Vicarijs Prouincialibus, fuit commiſſa,& ſic literæ Apoſtolicæ virtute, quarum prędicti Vicarij Prouinciales, curam monialiũ huiuſmodi receperunt,diuerſos habent tenores,diuerſas ſeries,diuerſumque committendi modum: & propterea,ab aliquibus, de poteſtate, prędictis Vicarijs Prouincialibus cõmiſſa,hæſitetur;quãuis veriſimiliter præſumatur, quod licèt prędicti ſummi Põtifices,in ſuis prædictis literis,diuerſis terminis, ſiue clauſulis vtantur, ſemper tamen, ea prædictis Vicarijs Prouincialibus, cõmittere intellexerunt, quæ in prædictarum ſororum regula, per Vrbanũ prædeceſſorem prędictum, ordinis Minorum protectori præfato,fuerunt cõmiſſa.Pro parte tua,nobis fuit humiliter ſupplicatũ, vt in præmiſſis opportunè prouidere,de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos igit̃,qui tã fratres, quã ſorores hmõi,propter laudabilem eorum vitã, & cõmendandum viuendi modũ,in viſceribus charitatis gerimus, ſupplicationib, tuis,cui maxima pars viſitationis,correctionis,reformationis,& viſitatorũ, ſeu prælatorũ prouiſionis,monialiũ huiuſmodi in dictis regnis à nobis,& prædeceſſoribus noſtris, cõmiſſa fuit, vt præfertur,inclinati,ad tollendã heſitationẽ prædictã,& ſcrupulũ indè ortũ, ſiue oriri paratũ,vt circà

præ-

prædictas ſorores, illa poteſtas, ſeu facultas, prædictis Vicarijs prouincialibus, per præfatas literas Apoſtolicas, cenſeãtur eſſe cõmiſſa, quæ per præfatũ Vrbanum prædeceſſorem, qui prædictã regulã cõfirmauit, & approbauit, in eadem regula, protectoribus eiuſdem ordinis, cõmiſſa fuit, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, & quatenus ad tollendum prædictũ ſcrupulum cõſciẽtiarum, iã circunſpectionis tuæ, quæ ad prædicta, per ſedem Apoſtolicã, cõmiſſarijs deputata fuit, quam Vicariorum Prouincialium huiuſmodi, opus ſit, eãdem poteſtatem, ſeu facultatem, authoritate Apoſtolica pręſata, eiſdem Vicarijs, de nouo cõmittimus. Nõ obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcunq. literis Apoſtolicis, prædictis fratribus, ſeu ſororibus, aut alijs quibuſcunq. perſonis, cõceſſis, necnõ omnibus illis, quæ nos. & prædeceſſores noſtri, in literis prædictis reſpectiuè, voluimus nõ obſtare. Cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die 19. Aprilis 1508. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla Noua.

Habetur originaliter in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Confirmat priuilegia, ordini Minorum per prædeceſſores ſuos conceſſa, nu. 1.
Concedit abſolutionem procurantibus reformationem domorum fratrum conuentualium, nu. 2.
Prohibet, nè domus alterius obedientia, in alia prouincia conſtituatur, nu. 3.
Declarat hoc verbum, de nouo concedimus, num. 4.
Concedit fratres poſſe recipere locum ſibi oblatum, pro habitatione à quocunque, nu 5.
Declarat, an domus fratrum Minorum extrà vrbem exiſtentes, interdicto ſubijciantur, vna cum ciuitate, num. 6.
Mandat, quod qualibet perſona à fratribus requiſita, teneatur eorum conſeruationem ſuſcipere, nu. 7.
Declarat hanc clauſulam, manus porrigentes adiutrices, nu. 8.
Concedit, quod prælati poſſint abſoluere fratres ſuos à quibuſcunque cenſuris, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, num. 9.
Declarat, quod tempus prioris anni probationis alicuius nouitii, poſſit computari cum reliquo tempore poſterioris, nu. 10.
Concedit priuilegia, & indulta, ordini prædicatorum conceſſa, extendi ad ordinem Minorum, ac ſi ei eſſent conceſſa, nu. 11.
Concedit Indulgentias, quas viſitantes domos fratrum Minorum, in die S. Antonii, conſequuntur, etiam conſequi poſſe in die S. Bonauentura.

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus, Archiepiſcopo Cõpoſtellan. & Epiſcopo Pacen. ac dilecto filio Archidiacono Salmantin. Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Hodie à nobis emanauerũt literæ, tenoris ſubſequentis, Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. In militãtis Eccleſiæ agro, plãtatus ſacer ordo fratrum Minorum, regularis obſeruãtiæ, vberes fructus, ad ſalutem Chriſti fidelium producens; nos excitat, & inducit, vt quæ pro illius profeſſoribus, & ſub ſuaui iugo religionis, Domino famulantium quiete, & animarũ ſalute, prouida cõſideratione, Apoſtolica auctoritate cõceſſa ſunt, etiã noſtro munimine roboremus, vt eò firmius perſiſtãt, quo ſæpius fuerint, auctoritate ſedis Apoſtolicæ communita, ac in his noſtri paſtoralis officij partes fauorabiliter impendimus, prout cõſpicimus ſalubriter expedire. *Prima ſupplicatio.* Hanc, pro parte Chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Ferdinãdi Regis, & chariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ, Eliſabet Reginæ Caſtellæ, & Legionis, ac Siciliæ catholicorũ, nobis exhibita petitio cõtinebat: quod aliàs fe. re. Alexandro Papa VI. prædeceſſori noſtro, pro eorum, Regis, & Reginæ parte, expoſito, quod licet claræ memoriæ, Caſtellæ, Legionis, & Aragonum Reges, dictorum Regis, & Reginæ, prædeceſſores, qui pro tempore, regnis, & Dominijs, monaſteria, domos, & alia loca regularia ordinum diuerſorum, tã virorum, quã mulierum, ex eorum pia deuotione, & vt in illis vera vigeret religio, ac nomen Altiſſimi, ad cuius gloriã, & honorem inſtituta fuerãt, debitè laudaretur: de proprijs eorum bonis fundaſſent, & dotaſſent, ac poſt huiuſmodi fundationes, in aliquibus monaſteriorũ, domorum, & locorum regnis, & dominijs prædictis, conſiſten. regularis obſeruãtia fuiſſet obſeruata: tamen à nõnullis temporibus citra, monachis, fratribus, monialibus, cæteriſque religioſis, eorundẽ monaſteriorum, locorum, atq; domorum, paulatim viuendi modũ, ac normã relaxantibus, & à ſuaui cõtemplationis iugo ſepoſitis, in eis regularis obſeruãtia tepuerat. Idem Alexander prædeceſſor, ſuper his prouidere volẽs: Apoſtolicas ſuper hoc, Archiepiſcopo Toletano, & nõnullis alijs, tunc expreſſis prælatis, literas cõceſſit, ſeu direxit: quarum quidẽ literarum vigore, nõnullæ domus dicti ordinis fratrum Minorum, ad regularem obſeruãtiã reductæ fuerunt, & quia aliqui fratres dicti ordinis, pluſquã oporteat forſan ſcrupuloſi, dubitãt aliquas cẽſuras incurriſſe, timẽtes, vel ſuſpicãtes, prædictas literas minus ſufficiẽtes fuiſſe, & aliquos ex fratribus directè, vel indirectè forſitan, contra priuilegia dicti ordinis, vel contra concordiã inter conuẽtuales, & de obſeruantia nuncupatos dicti ordinis fratres, factã, & per Sedem Apoſtolicam prædictam, confirmatã aut huiuſmodi reformationi, & literarum ſolicitationi cõſilium præbuiſſe, & ſe intromiſiſſe, vel in recipiendo eaſdem domos, mandatum prædictorum iudicum, ſeu reformãtium, in aliquo exceſſiſſe, vel aliquibus alijs cautelis vſos fuiſſe, ac aliqua verba comminatoria, ex parte prædictæ Reginæ, fratrib. conuentualibus dixiſſe, aut aliqua alia de neceſſarijs ad prædictam reformationem, minus benefeciſſe, quamuis viuæ vocis oraculo, ab eiſdem cenſuris, ſeu ſcrupulis, per dictum prædeceſſorem abſoluti fuerint. *Secũda ſupplicatio.* Contingit etiam, quod aliquando in vna prouincia, ſecundum morem dicti ordinis, ędificant domos dicti ordinis, quæ ſub aliena obedientia, quam miniſtri, ſeu vicarij prouinciæ degunt, ex quo nonnunquam, ſcandala inter eoſdem fratres dicti ordinis generantur. *Tertia ſupplicatio.* Ac etiam quia piæ memoriæ, Sixtus Papa quartus, etiam prædeceſſor noſter, priuilegia dicti ordinis confirmando, illa de nouo conceſſit, ab aliquibus dubitatur, an priuilegia antea dicto ordini aliàs, quam per dictum Sixtũ prædeceſſorem conceſſa, & quomodolibet reuocata, cenſeantur iterum conceſſa per illa verba: de nouo concedimus an eadem verba referantur ſolummodò ad priuilegia, quæ prædicto ordini, vſque ad Sixtum prædeceſſorem præfatum, conceſſa, & nõ reuocata fuerant. *Quarta ſupplicatio.* Et cum etiam in eiſdem priuilegijs dicto ordini conceſſis, contineatur, quod fratres prædicti ordinis vocati à populo, poſſint ædificare domos, pro vſu, & habitatione perpetuis fratrum prædicti ordinis, non obſtante prohibitione recolendæ memoriæ, Bonifacij Papæ octaui, ſimiliter prædeceſſoris noſtri: ab aliquibus dubitatur, an ſi à particulari perſona vocati fuerint, domos prædictas ędificare poſſint. *Quinta ſupplicatio.* Sæpius etiam cõtingit,

quod

Digitized by Google

quod domus dicti ordinis, in tali loco ſituatæ exi-
ſtunt, quod de iure non comprehenduntur in inter
dicto in oppido appoſito, & quod licet dictum op-
pidum ſit interdictum, ipſi fratres poſſunt diuina
celebrare, tamen prælati, & eorum officiales etiã,
aliquãdo odio, & vt laboribus ipſos fratres fatigẽt,
vel vt eis iniurias inferant, Ciuitatem, vel alium lo
cum, cum duobus, vel tribus miliaribus in circuitu
exiſtentibus, Eccleſiaſtico interdicto ſubijciunt, vt
ſic, etiam domus fratrum prædicti ordinis, ſub hu-
iuſmodi interdicto includantur, in graue præiudi-
cium fratrum prædictorum. Cõtinetur etiã in priui

Sexta ſupplicatio. legijs prædictis, quod fratres prædicti ordinis, per
prælatos ſuos, & prælati ab alijs fratribus, ab omni
excommunicatione, etiam ſedi Apoſtolicæ reſerua
ta (exceptis, hæreſis, relapſis, ſchiſmatis, deferentiũ
prohibita ad infideles, & falſitatis literarum Apo-
ſtolicarum, caſibus) abſolui poſſint, & hoc, vt om-
nis materia euagãdi, dictis fratribus auferatur, &
aliquando, in aliquibus literis Apoſtolicis, vel di-
ctis fratribus, vel alijs cõceſſis, cõtinetur, quod con-
trafacientes aliquibus in eiſdem literis cõtentis, ex
cõicationis ſententiam incurrant, à qua abſolui nõ
poſſint, niſi ab ore proprio Romani Pontificis, vel
per alia ſimilia verba, quæ auferre videntur omnẽ
poteſtatem à dictis prælatis, abſoluendi, & abſolui
committendi eoſdem fratres, ex quo mentes dicto
rum fratrum, quandoque facilè conturbantur, cũ
ſcrupuloſæ conſcientiæ ſint, putantes ſe à prælatis
ſuis abſolui non poſſe, procurant ad ſedem præfa-
tam accedere, ex quo à ſuaui contemplatione diui-
norum retrahuntur, & eis euagandi occaſio, imò
quaſi neceſſitas præbetur, & infertur.

Septima ſupplicatio. Dubitatur etiam, quod ſi aliqui habitum proba-
tionis dicti ordinis ſuſceperint, & propter auſteri-
tatem regulæ, vel aliàs ante lapſum anni probatio-
nis, à dicto ordine receſſerint, & deindè meliori ſpi
ritu ducti, iterum ad dictum ordinem redierint, ha
bitum huiuſmodi probationis reſumentes, an tem-
pus prioris receptionis habitus, cum tempore po-
ſterioris in anno probationis, ſibi cõputari debeat,
an vero integrum annum probationis poſterioris
haberi debeat, non computato in eo tempore prio-

Octaua ſupplicatio. ri. Inſuper, cum in priuilegijs, & literis prædictis di
ctorum ordini minorum conceſſis, contineatur, qđ
quando eis expediens videbitur, poſſint eligere
quem voluerint, in ſuum conſeruatorem, ſeu iudi-
cem qui contra inferentes ſibi iniurias, iuxta priui-
legia, & literas huiuſmodi, procedere poſſint, & ſæ
pè contingat, quod taliter requiſiti, iuriſdictionem
huiuſmodi, ob contemplationem aliquarum perſo
narum ſibi cõiunctarum, ſeu odio, amore, aut alijs
de cauſis, acceptare nolunt, in graue dictorum fra-

Nona ſupplicatio. trum, & ſuorum priuilegiorum detrimentum, Præ
tereà, cum in literis Apoſtolicis, ſuper indulgentijs
domibus dictorum fratrum, per Romanos Pontifi-
ces prædeceſſores noſtros, conceſſis, verba: quod il
las conſequantur, manus porrigentes adiutrices,
contineantur: ſi huiuſmodi verba, de largientibus
illis pecunias intelligerentur, aliqui fratres, cũ eas
recipere nullo modo poſſint, aliquam alterationẽ
haberent; dubitatur, vtrum manus adiutrices hu-
iuſmodi, de his, qui aliàs fratribus, in pane, & alijs
pro eorum victu, & veſtitu, ac domorum ſuarũ re-
paratione, neceſſarijs, eleemoſynam fecerint, intel-
ligantur. Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiun-
gebat, Ferdinandus Rex, & Eliſabeth Regina, præ-
fati, qui ad ipſum ordinem ſingularem gerunt de-
uotionis affectum, cupiant omnia, & ſingula priui-
legia, literas, & conceſſiones, fratribus, & ordini,
prædictis, per quoſcunque Romanos Põtifices præ
deceſſores noſtros, confirmari, & approbari, ac ſu-
per præmiſſis, pro ipſorum fratrum pace, & tran-
quillitate oportunè prouideri: pro parte eorundẽ,
Ferdinandi Regis, & Eliſabeth Reginæ, nobis fuit
humiliter ſupplicatum, vt omnibus, & ſingulis pri-
uilegijs quarumcunque gratiarum, dicto ordini cõ-
ceſſis, & præſertim per Concilium Conſtantienſe,
ac ſanctæ memoriæ, Eugenium Quartum Nicolaũ
Quintum, Calixtum Tertium, Pium Secundum, ac
Sixtum Quartum, Innocentium Octauum, & Ale-
xandrum Sextum, & quoſcunque alios Romanos
Pontifices, prædeceſſores noſtros, nec non præceſſi-
bus per nos, qui dũm Cardinalatus honore fulgẽr,
etiam prædicti ordinis minorum, protectionis offi
cio fungeremur: auctoritate Apoſtolica, decretis,
robur Apoſtolicæ cõfirmationis adijcere, ac aliàs,
ſtatui dictorum fratrũ, in præmiſſis oportunè pro-
uidere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos 1
igitur, qui ad ipſum ordinem, dũm in minoribus cõ-
ſtituti eramus, ſingularem geſſimus deuotionis af-
fectum, quique nunc paſtorali officio fungentes,
eundem ordinem, propter vberes fructus, quos in
militanti Eccleſia producit, ſpeciali dilectionis af-
fectu proſequimur, huiuſmodi ſupplicationibus *a* *a Vide in 1.10. qq.re. q.8.*
inclinati; omnia, & ſingula priuilegia, & indulta
quarumcunque gratiarum *dicto ordini* conceſſa, &
præſertim per Concilium, Eugenium, Calixtum,
Pium, Sixtum, Innocentium, Alexandrum, & alios
prædeceſſores noſtros huiuſmodi: necnon proceſ-
ſus per nos, dũm in minoribus ageremus, & dicti
ordinis protectionis officio fungeremur, (vt præ-
fertur) dicta Apoſtolica auctoritate, decretos, eadẽ
Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, appro-
bamus & confirmamus, ac illa perpetuæ firmita-
tis robur, obtinere debere decernimus. Et inſuper 2
fratres, ſiqui ſunt, qui expeditionem dictarum lite-
rarum præfatæ reformationis procurauerint, ſeu
ſolicitauerint, vel in aliquo fortè exceſſerint, tantũ-
modò circa domos eiuſdem ordinis, vſque ad diem
obitus prædicti Alexandri prædeceſſoris, reforma-
tas, ab excommunicationis ſententia, alijſque cen-
ſuris, & pœnis eccleſiaſticis, præterquam à labe Si-
moniæ, ſi quas etiam, iuxta priuilegia, ſeu inſtitu-
tiones regulares dicti ordinis, vel etiam contra *b* cõ *b Vide in 1.10.qq.re. q.8.ar.5.*
cordiam, vel in alijs, ſuper dictis caſibus, incurre-
rint: auctoritate, & tenore prædictis abſoluimus.
Supplemuſque omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm
facti defectus, ſi qui forſan in ſingulis prædictis in-
teruenerint. Ac quod in vna prouincia, ſecundum
morem dicti ordinis huiuſmodi, qui ſub aliena o- 3
bedientia viuant, de cætero de nouo conſtrui, &
ædificari nequeant, niſi de licentia Vicarij genera-
lis, perpetuò prohibemus, ac quicquid in contra-
trarium attentari contigerit, irritum, & inane de-
cernimus. Et per confirmationem dictorum priui- 4
legiorum, per ipſum Sixtum prædeceſſorem, factã,
ac eorundem priuilegiorum, nouam conceſſionẽ, *Vide in 1.10.qq.re.q.8.ar.8.*
per Verba de nouo concedimus, ſolummodò eſ-
ſe confirmata priuilegia dicto ordini conceſſa, &
non aliàs reuocata. Et inſuper, fratres ipſos, ſi à
Principe, Duce, Marchione, vt aliquam domum di- 5
cti ordinis ædificent, requiſiti fuerint, domum *c* hu- *c Vide in 1.10.qq.re. q.49.ar.3. & ar.9.*
iuſmodi, pro vſu, & habitatione perpetuis fratrum
dicti ordinis, regularis obſeruantiæ, conſtrui, & æ-
dificari, ac locum pro huiuſmodi cõſtructione ob-
latum, recipi poſſe. Ac ſi contingat aliquam Ciui- 6
tatem, ſeu oppidum, cum duobus, vel tribus milia-
ribus circumuicinis, infra quæ miliaria, domus fra-
trum *d* Minorum dicti ordinis, & obſeruantiæ exi- *d Vide in 1.10.qq.re. q.10. & eodem 1.10. qq.reg.qu. 108.ar.1.*
ſtunt: Eccleſiaſtico eſſe interdicto ſubiectam, ſeu
ſuppoſitam, fratres ordinis huiuſmodi (niſi cauſam
interdicto dederint, vel eis ſpecialiter, ex cauſa le-
gitima interdictum fuerit) huiuſmodi interdictum
ſeruare non teneantur, ſi aliàs domus ipſorum fra-
trum, de iure, interdicto talis oppidi, non compre-
hendan-

hendantur, ſed poſſint in eorum Eccleſijs, & domi bus, miſſas, & alia diuina officia alias, iuxta priuile-
7 gia eis conceſſa, celebrare. Et a quod quæcunque perſona ſeu perſonæ, aliàs de iure capaces, pro parte dictorum fratrum requiſitæ, niſi legitimo impedimento detentæ fuerint, iuriſdictionem, & conſeruationem eorundem fratrum, vigore præfatorum priuilegiorum, ſub excommunicationis pœna, ſu-
8 ſcipere teneantur. Quodque b verba, in prædictis ſuis priuilegijs contenta, ſcilicet, quod viſitantes ſua loca, & manus porrigentes adiutrices indulgẽtias eis conceſſas conſequantur; vt ſcrupulum fratribus, qui ſcrupulum formauerint, tollatur: etiam ad facientes, de pane, & alijs, pro eorum victu, & veſtitu, ac domorum ſuarum reparatione, neceſſarijs, referantur. Ac quod etiam prælati dicti ordinis, & alij fratres, quibus ipſi commiſerint, alios fratres c ordinis huiuſmodi, vſque ad diem datæ præſentium duntaxat, à quacũque excommunicationis ſententia, quantumcunque, & ſub quibuſcun
9 que verbis, & clauſulis, tam per caſus in iure expreſſos, quàm per literas Apoſtolicas, ſedi Apoſtolicæ reſeruata, etiam ſi contineant in ſe clauſulam: quod qui contra fecerint non poſſint abſolui, niſi ab ore proprio Romani Pontificis, vel ſimilia, aut maiora verba (hæreſis, relapſus, ſchiſmatis, delationis prohibitorum ad infideles, ac falſitatis literarũ Apoſtolicarum, caſibus duntaxat exceptis) alias, innata priuilegia eis conceſſa, de præterito dunta-
10 xat, & non aliter, abſoluere poſſint. Et quod cũ aliqui fratres, qui annum probationis inceperint, & deinde, habitu omiſſo, ad ipſum ordinem redierint, tempus prioris receptionis habitus, cum tempore poſterioris in anno probationis, ſibi computari, vel non computari poſſe, iuxta diſcretionem, & determinationem ſuorum ſuperiorum, eiſdẽ au-
11 ctoritate, & tenore, decernimus & ordinamus. Et vlterius, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, indulgentias, & indulta, tã viuæ vocis oraculo, quã aliàs ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, fratribus ordinis prędictorum, regularis obſeruantiæ regnorum prædictorũ, & illorum domibus, locis, per nos, prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, aut dictam ſedem, cõceſſa, fratribus dicti ordinis minorum, eorumq; domibus, ac ſi eis conceſſa forent. Et quod, ſicut per prædeceſſores noſtros conceſſum eſt, quod viſitantes domos fratrum Minorum, in die S. Bonauenturæ, eaſdem indulgentias conſequantur, quas conſequuntur viſitantes, in die cuiuſlibet prædictorum Sanctorum, videlicet, Antonij, vel Bernardini, eadem auctoritate Apoſtolica, concedimus. Et huiuſmodi priuilegia, immunitates, exemptiones, cõceſſionea, indulgentias, & indulta, eiſdem fratribus ordinis Prædicatorum regularis obſeruantiæ, vt pręfertur conceſſa: ad dictos fratres ordinis Minorum regularis obſeruantiæ regnorum eorundem, illorũque domos, extendimus, tanquàm ſi eiſdem fratribus minoribus & eorum domibus, ſpecialiter fuiſſent conceſſa. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnõ ordinis Minorum, & obſeruantiæ prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia, roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ, quod Confeſſor, quem ſinguli dictorum fratrũ ordinis Minorum, qui excommunicationis, aliaſq. cẽſuras, & pœnas prædictas, præmiſſorum occaſione, forſan incurrerint, duxerint eligendum; eis, propter exceſſus prædictos, pœnitentiam ſalutarem iniungat, quam ipſi omnino debeãt adimplere, alioquin præſentes literæ, quò ad eandem abſolutionẽ, nullius ſint roboris, vel momenti; Nulli ergò omnino hominũ liceat hãc paginã noſtrę cõfirmationis, approbationis, decreti, ſupplicationis, prohibitionis, ordinationis, cõceſſionis, extenſionis, & volũtatis, infringere, vel ei, auſu temerario cõtraire. Siquis autẽ, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incarna. Do. 1504. 15. Kal. Iunij. Pon. noſt. anno 1. Quo circa diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel aliũ, ſeu alios, literas prædictas, ac in illis cõtenta quæcunque, vbi, quãdo, & quotiens opus fuerit, ac pro parte dictorũ fratrũ minorum, ſeu alicuius eorum, deſuper requiſiti fueritis, publicãtes, ac eis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes: faciatis eos, auctoritate noſtra, pacifica poſſeſſione, vel quaſi, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, decreti, abſolutionis, declarationis, ſtatuti, ordinationis, cõceſſionis, & extenſionis, ac aliorũ præmiſſorum, in eiſdẽ præinſertis literis cõtentorum, gaudere: nõ permittẽtes eos, per quoſcũque deſuper, quõlibet indebitè moleſtari. Cõtradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſurã eccleſiaſticã, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo. Nõ obſtãte, cõſtitutione fœ. re. Bonifacij Papæ octaui prędeceſſoris noſtri, qua, inter alia, cauetur, nè aliquis extrà ſuã ciuitatem, vel diœceſim (niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, vltra vnã dietã à fine ſuæ diœceſis) ad iudiciũ euocetur, ſeu nè iudices à ſede Apoſtolica deputati, extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, cõtra quoſcunque procedere, aut alij, vel alijs, vices ſuas cõmittere pręſumãt, & de duabus dietis, in Cõcilio Generali editis, & alijs apoſtolicis cõſtitutionis, ac omnib. alijs, quæ in dictis literis voluimus nõ obſtare, cõtrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus cõiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultũ, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dom. 1504. 15. Kal. Iunij, Pon. noſtri, anno 1.

Margin notes: *a Vide in 3.10. qq. re. q. 69. per totam q.* — *b Vide 3.2.10. qq. re. q. 94. arti. 3. vbi ĩdulg. reuocãtur, pro quibus conſequendis, manus adiutrices ſunt porrigen.* — *c Vide in 3.10. qq. re. q. 30 per totam q.* — *Vide in 3.10. qq. reg. q. 11. ar. 8.* — *Vide in 1.10. qq. re. q. 11. ar. 20.* — *Vide in 3.10. qq. reg. 8. ar. 11.*

Bulla Decima.

Habetur authenticam, in Conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Declarat reſtrictionem trecentarum cannarum, non extendi ad fratres Minores, & de nouo concedit priuilegium Clementis Quarti.

IN nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli præſens publicum trãſumpti inſtrumentum inſpecturi, viſuri, lecturi pariter, & audituri. Quod nos Antonius de monte, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Archiepiſcopus Sipontiñ. Curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generalis auditor, Romanæq. curiæ, iudex ordinarius, ac ſniarũ, & cenſurarũ Eccleſiaſticarum, in eadẽ Romana curia, generalis executor, ad venerabilis, & religioſi viri, Cõmiſſarij fratrum Minorũ, regularis obſeruãtiæ Vltramõtan. inſtantiã, & requiſitionem: oẽs, & ſingulos ſua cõiter, vel diuiſim, intereſſe putañ. eorumque procuratores, ſi qui tunc erãt in Romana curia, pro eiſdẽ, ad videndum, & audiendum quoddã breue Apoſtolicum, ſignaq. & ſigillum in eodẽ appoſita à S. D. N. Papa, ad inſtantiã venerabilis, & religioſi viri, vicarij generalis Vltram. ordinis fratrum Minorum dictæ regularis obſeruãtiæ, emanatum, nobis præſentatum recognoſci, & nõnullos teſtes, de, & ſuper recognitione breuis huiuſmodi, ac

ſigno-

Vide in 11.3. qq. reg. 69. art. 3.

ſignorum,& ſigilli eiuſdem,produci,& recipi,& iurare,& ad iurandum admitti,& poſtquam recognitũ fuerit,illud trāſumi,exēplari,publicari,& in publicā tranſumpti formā redigi mādari, noſtramq́;, & dictæ curię cauſarum camerę Apoſtolicæ,authoritatem,pariter, & decretum, vt moris eſt,interponi,vel dicendum, & cauſam, ſi quā haberent rationabilem. quare præmiſſa minimè fieri deberent,allegandum, per audientiam publicam literarum cōtradictarum Domini noſtri Papæ:citari fecimus,& mandanimus, ad certum peremptorium terminũ competentem, videlicet,ad diem, & horam,infraſcriptos. Quibus aduen. comparuit in iudicio legitimè corā nobis,venerabilis, & religioſus vir,Commiſſarius præfatus,citrà tamen quorumcunq. procuratorum ſuorum,per eum hactenus, quomodolibet conſtitutorum,reuocationem,& quandam citationis audientiæ huiuſmodi, pergamini cedulam, in ipſa audientia, vt moris eſt,de mandato noſtro, lectam,& eaecutam, ſignoq́ue ipſius audientiæ,ab intrà ſignatam,ac à tergo, ipſius ſigillo,ſeu ſignato eiuſdem audientiæ, in cera rubea impreſſo ſigillatam,facto reportauit, ac realiter,& in ſcriptis corā nobis exhibuit,produait,& pręſentauit,citatorúq. in eadem contentorum non comparentium, contumaciam accuſauit,ipſoſq́ue cōtumaces reputari,& in eorum cōtumaciā. prædictum breue,ſanum,& illæſum,ac omni prorſus vitio, & ſuſpectione carēs, facto,realiter,& cum effectu, infraſcripti tenoris, nonnulloſq́ue teſtes fide dignos, ſuper illius recognitione corā nobis eahibuit, ſimiliter atque produxit. Quod quidem breue Apoſtolicum trāſumi, exemplari,& in publicā tranſumpti formā, per nos redigi mandari,noſtramq́ue,& dictæ curiæ authoritatem iudiciariā,& ordinariam,pariter,& decretum interponi per nos,inſtāter poſtulauit. Nos tūc Antonius Archiepiſcopus, & auditor præfatus,attēdentes requiſitionē huiuſmodi fore iuſtā,& rationi conſonam,volenteſque,prout tenemur,iuſtitiā miniſtrare, dictos citatos nō comparentes, reputauimus meritò,prout erant,id exigente iuſtitia,contumaces,& in eorum contumaciam,dictũ breue Apoſtolicum,ad manus noſtras recepimus,illudque vidimus,tenuimus,legimus, & diligēter inſpeximus. Et quia huiuſmodi breue,ſanum, integrum,& illæſum, ac omni prorſus vitio, & ſuſpectione carens, inuenimus,dictoſq. teſtes ſuper recognitione eiuſdem,iurare fecimus,vt eſt moris,& exeminauimus diligenter. Qui illud,illiuſq. ſigna,& ſigillum debitè recognoſcere,verumque breue Apoſtolicum fore, & eſſe dixerunt, & medijs eorum iuramentis, depoſuerunt. Idcircò, ad dicti commiſſarij principalis inſtantiam, per notarium noſtrum infraſcriptum tranſumi,& exemplari, ac in publicam tranſumpti formam, redigi fecimus, & mandauimus, volentes, & authoritate dictæ curiæ decernentes, quod præſenti noſtro tranſumpto publico, de cætero in antea,tàm in Romana Curia, quàm extra, vbique locorum,in iudicio,& eatra,ſtetur firmiter,& credatur,illique detur, & adhibeatur talis,& tanta fides, qualis, & quanta originali breui Apoſtolico huiuſmodi, inferius inſerto, & cum præſenti tranſumpto,aſcultato,& collato,data fuit, & adhibita, daturque,& adhibetur,ſeu daretur, & adhiberet, ſi ipſum originale in medium oſtenderetur, & exhiberetur. Huiuſmodi autem breuis Apoſtolici tenor,ſequitur in hunc modum. Et primo,eiuſmodi breuis,ab eatrà,talis erat ſuperſcriptio. Dilecto filio,vicario generali Vltramontano, ordinis fratrũ Minorum,regularis obſeruantiæ. Ab intra verò,in ſuperiori margine dicti breuis,tale erat exordium. Iulius Papa Secundus. Dilecte fili,ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti,quod inter alia priuilegia à ſummis Pontificib. prædeceſſoribus noſtris, ordini fratrum Minorum conceſſa,ac per fœ.re. Sixium Quartum,etiā prędeceſſorem noſtrum, ac per nos reſpectiuè confirmata,ac de nouo cōceſſa à fœ.re. Clemēte Papa Quarto,prædicto ordini,eius pauperrimo ſtatu cōſiderato, vt idem ordo in eadem arctiſſima paupertate, ac profeſſionis ſuæ puritate, & integritate, ad Dei ſeruitium,& eius Eccleſiæ fructum, tranquillè conſeruetur,conceſſum fuit, vt propè domos fratrum prædicti ordinis,certi vtriuſque, maximè fœminei ſeaus religioſi,in eodem priuilegio contenti,intrà ſpacium trecētarum cannarum, domos,ſeu monaſteria, ædificare minimè poſſent,ſub certis cenſuris & pœnis in eodem priuilegio contentis. Quod quidem priuilegium, fratribus ordinis Prædicatorum etiam conceſſum fuit. Deindè verò ab aliquibus ſummis Pōtificibus,præſertim à prædicto Sixto Quarto,mandatum fuit, vt omnia priuilegia,oibus alijs mendicantiũ ordinibus, prædicto maximè Prædicatorum ordini cōceſſa,ordini fratrũ Minorum,fuiſſent & communia,& huiuſmodi Minorum ordinis fratres, illis vterētur,potirētur,& gauderent,ac ſi eis ſpecialiter,& eapreſsè,cōceſſa fuiſſent. Prætereà, Clemens Quartus prædeceſſor pręnominatus, ob nonnullas cauſas animum ſuũ mouentes,priuilegium prædictum,quod prædicti ordinis Prædicatorum fratribus cōceſſerat ad ſpaciũ centum quadraginta cannarum reduxit, prout in omnium ſummorum Pontificum præfatorũ,literis deſuper confectis,plenius cōtinetur. Sed quia à nōnullis hæſitatur,an ex eo,quod prędictorum fratrũ Prædicatorum priuilegia, præfatis fratribus Minoribus communicata ſunt,priuilegium præfatũ trecentarum cannarum prædictarum,eiſdem fratrib. Minoribus ſpecialiter conceſſum,ad prædictas cētum quadraginta cannas,ſine alia ſpeciali coarctatione,ſeu reductione, eſſe coarctatum,vel reductũ. Quare pro parte tua, nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt in præmiſſis, opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſacrę religionis fratrum Minorum prædictorum, honeſtatem,paupertatem, ac puritatem conſiderantes,meritò inducimur,vt eam ſpecialibus fauoribus,& gratijs proſequamur, tuis in hac parte,ſupplicationib. inclinati: prædictam coarctationem,ſeu reductionem,contra prædictum,fratrum prædicatorũ,priuilegium,factam,præfatis fratribus Minoribus nocere non debere,nec præfatam priuilegiorum cōarctationem,in damnum, ſed in fauorem prædictorũ fratrum Minorum, eſſe cōceſſam, & ideò cōfirmationem,& nouā cōceſſionem,per prædictum Sixtũ Quartum,& per nos reſpectiuè factam,in ſuo robore permanere debere, authoritate Apoſtolica declaramus, ac potiori pro cautela, idem priuilegiũ, & indè ſequuta quæcunque, prædictis fratrib. Minoribus cōfirmamus, & approbamus, & quatenus opus ſit, prædictarũ trecentarum cannarum priuilegium,tenore præſentiũ, authoritate præfata,eiſdem fratribus Minoribus de nouo cōcedimus. Nō obſtātibus præmiſſis, ac cōſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque, & indultis,ac quibuſcunque literis Apoſtolicis,in cōtrariũ cōceſſis, cæteriſque cōtrarijs quibuſcunque. Datis Romæ,apud S.Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima prima Maij,M.D.IX. Pontificatus noſtri, anno ſexto. P. de Senis. Erat autem breue huiuſmodi,annulo Piſcatoris,in cera rubea,duplici cordula pergaminea circundato,impreſſo à tergo,& ab extrà,vt moris eſt,ſigillatum. Quibus omnibus,& ſingulis,tanquam ritè, & legitimè factis,noſtram, & dictæ curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ,iudiciariam,& ordinariam, interponendam duximus, &

per

per pręſentes interponimus authoritatem, pariter & decretum. In quorum fidem, pręſentes literas, ſiue præſens publicum tranſumpti inſtrumentũ, exindè fieri, & per notarium publicum dictæ curiæ coram nobis ſcribam infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandauimus, ſigilliq́ dictæ curiæ cauſarũ Cameræ Apo. iuſſimus, & fecimus, appenſione cõmuniri. Datum, & actũ Romæ, & ego Ioannes Baptiſta de Eccleſia, ciuis Romanus, publicus authoritate Apoſtolica, Curiæque cauſarum Camerę Apoſtolicæ notarius, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis, dũ ſic, vt permittitur agerentur, dicerentur, & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus, interfui, idcircò hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum, exindè confici, & in notam ſumpti, ſignoque, & nomine meis, ſolitis, & cõſuetis, vnà cũ dictæ curiæ cauſarũ cameræ Apoſtolicæ, ſigilli appenſione ſignaui, in fidẽ omniũ præmiſſorũ, rogatus, & requiſitus.

Bulla Vndecima.

S V M M A R I V M.

Inhibet. ſub pœna excommunicationis, fratribus ordinis Minimorum, nè recipiant, aut retineant fratres Minores.

DIlectis filijs, vniuerſis fratribus ordinis Minorum, de obſeruantia nuncupatis, Ciſmontanæ, & Vltramontanæ familiæ,

IVlius Secundus, dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Exponi nobis a feciſtis, qđ fratres Minimi nuncupati, ex veſtris fratribus, ad illos, & illorum ordinem tranſire volentes, recipere, & illos retinere nõ ceſſant, in veſtri ordinis iacturam, & ſcandalũ; ſuper quo à nobis oportunè prouideri, humiliter ſupplicaſtis. Nos igitur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, & cõſeruationi, & augumento ordinis veſtri, quem in viſceribus gerimus charitatis, oportunè conſulere volẽtes pręſentium tenore, Apoſtolica authoritate, vniuerſis fratribus ordinis Minimorum, quoquo modo nomine nuncupatis, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, diſtrictè præcipiendo, inhibemus, nè de cætero, aliquem, ex fratribus veſtri ordinis Minorum de obſeruantia, modo aliquo, vel cauſa, recipere, vel retinere præſumant, ſine expreſſa, & ſpeciali licẽtia ſedis Apoſtolicæ, à volente ad illos trãſire, ſpecialiter obtenta: eiſdem Minimis, ſub ſimili pœna mandantes, vt & omnes, & ſingulos, ſine tali licentia, hactenus per ipſos receptos, quamprimũ fuerint à vobis, vel ex parte vicarij veſtri, ordinis prouinciæ, in qua exiſtant, requiſiti, liberè relaxare, & ad vos remittere debeant. Non obſtantib. priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, per nos, vel ſedẽ prædictam, quomodolibet, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & ex poteſtatis plenitudine, illis, in genere, vel in ſpecie conceſſis, quorum tenores, præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis, vel inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum omnium, & ſingulorum effectum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Verùm quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula quæque loca, ad quæ expediens fuerit, transferre, volumus, & dicta authoritate mandamus, ipſorum tranſumptis, vnius notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem fides adhibeatur, in iudicio, & extrà, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. in contrarium facientibus non obſtantibus. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die nono Iulij, 1519. Pontificatus noſtri, anno ſeptimo.

a Vide in 3.10.qq.re. q.52.a.21.

Bulla XII.

S V M M A R I V M.

Committit Prælatis Eccleſiarum, vt examinent literas fratrum exeuntium qualitercunque ab ordine, vel obſeruantia, & quod ſaltem non permittant eos morari in locis, vbi fuerint domus noſtri ordinis.

VNiuerſis, & b ſingulis venerabilibus fratrib. noſtris. Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis. Abbatibus. Prioribus. Diaconis Archidiaconis, cãtorib. & theſaurarijs, ac alijs quibuſuis perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanis, & aliarum cathedraliũ Eccleſiarum, eorumque Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, officialibus, præſertim in omnibus prouincijs Hiſpaniarum, ſecundum morem ordinis Minorum, & vtriuſque Siciliæ, ac Sardiniæ inſulæ, cõſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt, dilecti, generalis, ac Prouinciales vicarij ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ, aliàs de familia nuncupatorum, prouinciarum Hiſpaniæ, & vtriuſque Siciliæ, ac inſulæ Sardiniæ, necnon ipſarum prouinciarum, vicariorum generalium in Romana Curia Commiſſarij. Quod nonnulli, ex fratribus dicti ordinis, diuerſas literas Apoſtolicas, ſub plumbo, & in forma breuis, vel aliàs à nobis, & ſede Apoſtolica, varijs, & expreſſis cauſis, impetrarunt, & in dies impetrare conãtur, per quas ſe, ab eorũ ſuperioribus, & ordine huiuſmodi, exẽptos fecerunt, & faciũt, & aliqui, ad ordinẽ canonicorũ regulariũ, vel aliorum, trãſeũt; aut in totum, habitum dimittunt, & vt ſæculares incedunt; alij clauſula in literis Cruciatæ nuper in partibus illis publicatæ, appoſita, vt cuiuſcunque ordinis fratres, ſe ad partes infidelium, ad ſacramẽta miniſtranda, & alia pia opera exercenda, & verbum Dei prædicandum, liberè tranſire poſſint, vtũtur; & alijs ipſius cruciatæ authoritate, confeſſores, regularem, vel ſecularem, etiam abſque licentia ſui ſuperioris, qui eos à quibuſcunque caſibus abſoluant, eligunt; nõnulli etiam, ob fauores, quos in Romana Curia inueniunt, ſimulata pietate, eleemoſynas in confeſſionibus à pęnitentibus extorquentes, literas huiuſmodi, quarum prætextu, liberè, & licite, impune vagari poſſint, in damnationẽ animarum ſuarum, & ipſius ordinis dedecus, impetrare continuò quærunt. Et quod deterius eſt, ad ciuitates, oppida, loca, vbi prius in domibus dicti ordinis degebant, abſque habitu, vt presbyteri, & alij mere ſeculares, redeunt, excuſſo obedientiæ iugo, in opprobrium religionis, & ordinis Minorum, ac obſeruantiæ huiuſmodi; ita, vt dictas literas potius extortas iudicemus, quam vere impetratas. Alij cõtra ipſius ordinis ſtatuta fugientes, non ſuffragante ſufficienti literatura, ad ordines ſacros aſcendere præſumunt, & ſe mentiendo, promoueri faciunt. Alij verò, extorta à ſuperioribus licentia, vt in libertate ſpiritus viuere poſſint, ad clauſtrales, ſiue conuentuales, præter, & contra ſummorum Pontificum prohibitiones; & niſi deſuper prouideatur in dies, eximentur, & transferentur, & ſimilia, committere non expaueſcent, in eorundem ordinis, & familiæ, graue detrimentum, & iacturã. Quare dicti, Generalis, & Prouinciales vicarij, & eorũ in curia antedicti Commiſſarij, nobis humiliter ſuppli-

b Vide de materia, in 3.10.qq.re. q.53.

Digitized by Google

ſupplicari fecerunt, vt ſuper his opportunè prouidere,paterna diligentia curaremus.Nos igitur,qui dictum ordinem Minorum,& illius fratres,ſingulari proſequimur deuotionis affectu,prout eorũ benemerita,in nos, & Apoſtolicam ſedem dignè promerentur:præmiſſis,& alijs ſcandalis,nè eueniant, opportunè, pro miniſterio paſtoralis officij nobis cõmiſſi,prouidere volentes,ac ſingularum literarum per dictos fratres,vt præfertur, impetratarum, & clauſularum in eis contentarum, tenores,præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,vobis,& ſingulis veſtrum,quaſcunque literas,quas per eoſdem fratres,à nobis,& ſede prædicta,ſuper huiuſmodi exemptionibus, & habitus mutationibus,& omiſſionibus,necnon eleemoſynarum ſubtractionibus , & mendicationibus , & extorſionibus,vt præfertur,impetratas repereritis, authoritate noſtra,inſtigantibus prædictis vicarijs, ſiue in Romana curia commiſſarijs, aut per eos ad hoc deputatis, ſi videbitur expedire, examinandi, & cauſas per eoſdem fratres in illis allegatas,dijudicandi,& ſi veras non repereritis,reuocãdi,& annullandi , ac eiſdem fratribus minimè ſuffragari debere,declarandi,ac prædictis fratribus,ad ordinem Canonicorum regularium,tranſlatis, ſeu vt ſeculares incedentibus , nè in Ciuitatibus , oppidis, vel locis,vbi domus dicti ordinis fuerint , permaneant, inhibendi, vel ſi in eis manere voluerint,vt ad ordinem,ſeu familiam,cuius habitũ temerè reliquerunt,redeant,mandandi. Necnon conceſſiones quaſcunque , vigore literarũ Cruciatæ, in partibus illis nuper, vt creditur, publicatæ,eiſdem fratribus minimè ſuffragari, nec illarum vigore,confeſſores eligere poſſe, nec ad dictos fratres ordinis Minorũ familiæ, ſe extendere declarandi , eiſdem authoritate,& tenore,facultatem concedimus . Et nihilominus,vos,vel duo,aut ſinguli veſtrum per vos,aut alium,ſeu alios,faciatis,authoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula , quoties pro parte Generaliũ, & Prouincialium vicariorum prædictorum,ſeu alicuius eorum , fueritis requiſiti, firmiter obſeruari. Non permittentes eoſdem Generales , & Prouinciales vicarios,ſeu ipſorum commiſſarios,per prædictos fratres,etiam prætextu dictarum literarum, aut illarum proceſſuum præmiſſorum occaſione, quomodolibet moleſtari,ſeu perturbari . Contradictores quoſlibet,& rebelles, cenſuris Eccleſiaſticis,& alijs iuris remedijs, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ad fœl.recor.Bonifacij Papæ Octaui,de vna,& Cõcilij generalis,de duabus dietis,& alijs Apoſtolicis conſtitutionibus , necnon prædictis, ſeu quibuſuis alijs literis Apoſtolicis,per eoſdem fratres,impetratis,& in poſterum impetrandis,quibus etiamſi pro illarum derogatione, de eis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica,& expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum , non autem per clauſulas generales id importantes mẽtio,ſeu quæuis alia expreſſio,habenda foret:quorum tenores pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter,& expreſſe derogamus,cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.Exhortamur autem generales,& prouinciales præfatos , vt ſanctiſſimæ expeditioni prædictæ, de confeſſoribus idoneis,pro virib. ex eis ſubiectis fratribus , prouideant requiſiti. Cæterũ quia difficile foret præſentes literas, ad ſingula loca, in quib. de eis fides forſan facienda fuerit,deferri,volumus,& eadem authoritate Apoſtolica decernimus , quod ipſarum tranſumptis,manu publici notarij ſubſcriptis,& ſigillo alicuius prælati,vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut curiæ Eccleſiaſticæ munitis : eadẽ prorſus fides in iudicio, & alibi, vbi expediens fuerit,adhibeatur,quæ eiſdem præſentibus adhiberetur,ſi fuerint exhibitæ,vel oſtenſæ.Dat.Romæ, apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die penultima Martij, 1512. Pont.noſtri,anno 9.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Inhibet fratribus conuentualibus, & alijs mendicantibus,ne impediant fratres Minores obſeruantiæ, à prædicationibus,& petitionibus eleemoſynarum.

Dilectis filijs Vicarijs Generalibus & Prouincialibus ac fratribus ordinis Minorum de obſeruantia,ſiue de familia nuncupatis.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecti filij,ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Expoſuiſti nuper nobis feciſtis, quod a licet per ſacrum Conſtantienſe Concilium,ac fœlic. recor. Eugenium Quartum, Nicolaum Quintum, Pium Secundum , Paulum etiã ſecundum, & Sixtũ Quintum,Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac per ſpeciales literas noſtras, cũ multa maturitate conceſſum,ſtatutum,& ordinatum fuerit, quod vos,per omnes mundi prouincias,de Romani Pontificis licentia , nouas domos ædificare , & ſponte oblatas,etiam per miniſtros,& cuſtodes recipere , verbum Dei prædicare , & iuxta regulam S.Franciſci,quam vouiſtis de eleemoſynis humiliter mendicatis , ſeu à Chriſti fidelibus piè oblatis, ſecundum modum, in regula veſtra expreſſum,viuere, ac omnibus,& ſingulis priuilegijs, ordini fratrum Minorum conceſſis,dummodo non ſint contra prædictam S.Franciſci regulam,gaudere poſſitis:quodque alij fratres Minores cõuentuales, etiã ſub miniſtris reformati,non debeant vos,in prædictis , vel eorum aliquo , quomodolibet impedire, prout hæc,& alia in prædictis literis Apoſtolicis,latius continentur:nihilominus nõnulli miniſtri Prouinciales,& fratres conuentuales,& alij,qui etiam de obſeruantia, ſub miniſtris ſe nominant , & nonnulli aliorum mendicantium ordinum , religioſi, paſſione,vt creditur,ducti,falſo aſſerentes,malitioſè fungentes,& coram populi multitudine publicè prædicantes,vos non eſſe de ordine Minorum, vel mendicantium:modis quibus poſſunt,conãtur vos impedire,& cohibere,nè in locis,vbi prædicti cõuentuales, & alij religioſi ſupradicti,ac etiam vos, prædicare, & mendicare conſueuiſtis : eos in prædicando,vel mendicando, præuenire debeatis,vel poſſitis : imo nonnulli ex eis , huiuſmodi prædicationes , & mendicitates , vobis in huiuſmodi locis totaliter auferre,iactantes ſe literas à ſede Apoſtolica,id ipſum in ſe expreſſe continentes,obtinuiſſe, & plura alia attentantes , in graue, veſtri, & Chriſti fidelium ſalutis , præiudicium . Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, vos per vniuerſam Chriſtianitatem , & deuotionem Chriſti fidelium, & præſentium, tàm Eccleſiaſticarum, quàm ſecularium principum , ad vos affectum : valde multiplicati fueritis, & hucuſque laudabiliter, ſecũdum veram Sancti Franciſci regulam,in ſumma paupertate vixeritis, & ſic viuere cupiatis in futurum , & ab initio familiæ, & locorum vobis datorum,in pacifica poſſeſſione, vel quaſi, & vſu prædicandi , & mendicandi, in veſtris locis, & terminis , cum magna ædificatione cleri , & populi , fueritis . Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis ſuper his op-

a Vide in 3.10.qq.re. q.57. artic. 6. & 7.

portunè prouidere, paterna charitate dignaremur, Nos igitur, qui ſub religionis iugo famulantium, vos libenter proſequimur, fauore gratiæ ſpecialis, attentè conſiderantes, vos eſſe veros S. Franciſci filios, & imitatores, in arctiſſima paupertate fundatos, & priuilegijs mendicantiũ, ob religioſæ, & exẽplaris vitę meritum, gaudere debere; vos, & veſtrũ ſingulos, à quibuſuis, excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, quod verbum Dei populo proponere, & veſtras eleemoſynas, temporibus, & locis conſuetis, petere, & recipere, iuxta quod vobis, ex S. Franciſci regula, & conſtitutionibus Apoſtolicis permittuntur, prædictorum cõuentualium, & aliorum mendicantium ordinum fratrum, aduentu, & præuentu, minimè expectatis, liberè, & licitè valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, cũ ad hoc, venerabilis fratris noſtri, Dominici Epiſcopi Portuenſis, dicti ordinis protectoris: ac dilecti filij Gomezij, totius ordinis prædicti vicarij, miniſtro ad præſens carentis, expreſſus accedat aſſenſus concedimus, ac conuentualibus prædictis, & aliorum mendicantium ordinum, præfatis fratrib. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, eo ipſo incurrenda, nè vos, per ſe, vel alium, ſeu alios, directè, vel indirectè, publicè, vel occultè, circa prædicta, vel ipſorum aliquod impedire, ſeu moleſtare præſumant, præcipimus, & mandamus: mandantes nihilominus vniuerſis conſeruatoribus, ſeu iudicibus, quatenus ipſorum ſinguli, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, vobis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos, conceſſione, pręcepto, & mãdato, prędictis, pacificè gaudere, non permittentes, vos per conuentuales, & alios mendicantiũ ordinum prædictos, ſeu quoſcumque alios, deſuper quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac cenſuras ipſas, contra ipſos aggrauando, & reaggrauando. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ, Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & concilij generalis, de duabus dietis, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, & dictorum ordinum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, ſeu quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cõtrarijs quibuſcumque. Aut ſi conuentualibus, & aliorum mendicantium ordinum, fratribus prædictis, vel quibuſuis alijs, communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac dę verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum quia difficile foret, pſentes literas, ad ſingula, in quibus, de eis fides forſan faciẽda fuerit, loca deferre, etiam volumus, & dicta authoritate Apoſtolica, decernimus, quod ipſarum tranſumpto, manu publici notarij ſubſcripto, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut curiæ Eccleſiaſticæ munito, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Decimo Octauo Aprilis, milleſimo quingenteſimo duodecimo, Pontificatus noſtri, anno nono.

Bulla XIV.

SVMMARIVM.

Supplet defectum commiſſum in conceſſione ab eo facta, circa ædificationem domorum.

Dilecto filio, vicario generali, ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ Vltramontanorum.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti, quod licèt nos ad ſupplicationem chariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Regis Catholici, & claræ memoriæ, Eliſabeth Hiſpaniarũ Reginæ, omnia, & ſingula priuilegia ordini fratrum Minorum conceſſa, confirmauerimus, & aliàs gratias, conceſſiones, & indulta conceſſerimus, præſertim, vt fratres dicti ordinis regularis obſeruantiæ, non ſolum vocati à populo, ſed & à Principe, Duce, Marchione, vel Comite, domos, ſeu loca, pro eorum vſu, & habitatione, recipere poſſint, prout in noſtris, indè confectis literis, plenius continetur: quia tamen in ijſdem literis expreſſum fuit, quod fratres prædicti ordinis, vocati à populo, per priuilegia eis conceſſa, poſſunt ædificare domos, pro vſu, & habitatione, perpetuis, fratrũ prædicti ordinis, non oſtante prohibitione fœl. record. Bonifacij Octaui, prædeceſſoris noſtri, & in eiſdẽ priuilegijs, non eadem verba ſint appoſita, ſed illa: prohibentur vniuerſis prælatis, & alijs, per priuilegia prædicti ordinis, nè prohibeant, quod fratres euocari à populis, ad ciuitates, vel villas, & ibi pro ſuis vſibus, ædificia, Eccleſias, ſeu oratoria conſtruant, accedere audeant, nec in accedẽtes fratres, ſeu cõſtruentes, vel receptatores ipſorum ſententias excõicationis ferre præſumant, ea propter, ab aliquibus, de viribus conceſſionis huiuſmodi dubitetur, pro parte tua, nobis fuit ſupplicatũ, nè literæ ipſæ, propterea inutiles reddantur, vt in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, tuis in hac parte ſupplicationib. inclinati: volumus, & Apoſtolica authoritate decernimus, quod literæ prædictæ valeant, prædictiſque fratribus ſuffragentur (conſtitutione Bonifacij prędeceſſoris prædicti nõ obſtante) in omnibus, & per oĩa, perindè, ac ſi in eis, non verba, videlicet, quod fratres prædicti ordinis, vocati à populo, poſſint ædificare domos, pro vſu, & habitatione perpetua fratrũ prædicti ordinis, non obſtante eadẽ conſtitutione Bonifacij prædicti, ſed verba: quod prohibetur vniuerſis prælatis, & alijs, per priuilegia dicti ordinis, nè prohibeant, quod fratres euocati à populo, ad ciuitates, vel villas accedere audeãt, & ibi pro ſuis vſibus poſſint cõſtruere ędificia, Eccleſias, ſeu oratoria: nec in accedentes fratres, ſeu cõſtruentes, vel receptatores eorũ ſententias excõicationis ferre præſumant: appoſita fuiſſent, eadẽ authoritate concedimus, & indulgemus. Non obſtantib. præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, necnon omnib. illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcũque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Ianuarij, 1512. Pont. noſtri, anno 6. *Vide in 1. to. qq. reg. 49. art. 3.*

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Confirmat conceſſa per ſe, ac ſuos prædeceſſores, circa ſuſpen-

ſuſpenſionem interdicti, feſtiuitatib. ſanctorũ noſtri ordinis, & illa de nouo concedit, extendens prædictã conceſſionem ad feſtum ſtigmatum S. Franciſci.

Vide in 2. 10.qq.regu. q.112.art. 1.2.& 3.

DOminicus, miſeratione diuina, tituli Sancti Marci, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, Brimanus vulgariter nuncupatus, Patriarcha Aquileyenſis, totius ordinis fratrum Minor. S. Franciſci, Generalis protector, gubernator, & corrector. Vniuerſis, & ſingulis, præſentes literas noſtras viſuris, lecturis pariter, & audituris, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodiè, ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Iulius Secundus, diuina prouidentia, Pontifex maximus, nobis inſtãtibus, & procurantibus, ad ſupplicationem, petitionem, & inſtantiam fratrum B Franciſci Hiſpaniarũ de obſeruantia: gratias hic inferius appoſitas, eiſdẽ fratribus à quibuſdam ſuis prædeceſſoribus Romanis Pontificibus conceſſas, videlicet, à fœlicis reco. Alexandro Quarto; quod dicti fratres in ſuis Eccleſijs, & monaſterijs, poſſint tempore interdicti, in feſtiuitatibus Sanctorũ Franciſci, Antonij, & Claræ, ac per eorum octauas, diuina ſolemniter celebrare officia: ab Alexandro Sexto, vt etiã in feſtiuitatib. Sanctorum Ludouici, & Bernardini, & Bonauenturæ, ac ſanctorum quinque Martyrum eiuſdem ordinis, illo tantùm die, ſimili modo poſſint celebrare: & à præfato ſanctiſſimo Domino noſtro Iulio, vt in die S. Bonauenturæ, tempore interdicti, ad ſupplicationem ſereniſſimorũ Regum Hiſpaniarũ, celebrare poſſent per diem, & eodem modo, ſicut in feſto B. Franciſci, conceſſum extitit, viuæ vocis oraculo confirmauit, & libenti animo approbauit. Ad quas conceſſiones idem ſanctiſſimus Dom. noſter Iulius, ad noſtrã ſimiliter inſtantiam, de benignitate Apoſtolica, addidit, vt illam eãdem indulgentiã, licentiam, & authoritatẽ celebrandi, vt ſupra, habeant etiam in die, qua B. Franciſcus ſacratiſſima recepit ſtigmata, & tempore ceſſationis à diuinis. Superiora omnia, non ſolum approbando, & confirmando, verũ illa augendo, & de nouo cõcedendo. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, quas ſanctitas ſua obſtare noluit, illa præſertim, quæ incipit, Alma mater. de ſententia excõicationis, lib. 6. In quorũ fidem, robur, & teſtimonium, præſentes literas noſtras fieri, & per ſecretarium noſtrum, ſcribi, noſtriq; ſigilli maioris appenſione muniri mandauimus. Dat. Romæ, apud S. Marcũ, die 17. Iulij, 1506. Pont. ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Iulij Secundi. Et protectionis noſtrę, anno Tertio. L. Puteolanus, de mandato regiſtrata. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimonium, præſentes literas fieri, & per notarium publicum, ac archiui Romanæ curiæ ſcriptorum infraſcriptum ſubſcribi, & ſignari, ſigilliq. prædictæ Romanæ curiæ archiui appenſione communiri fecimus. Datum, & actum Romæ, in Domibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1509. indictione 12. die verò 11. menſis Iunij, Pontifi. prælibati ſanctiſſimi Domini noſtri, Domini Iulij Papæ Secundi, anno ſexto. Præſentibus ibidem, diſcretis viris Dominis, Nicolao de Ambroſinis, & Barnaba Ferdinãdi de Valenzula, Curiæ cauſarũ camerę Apoſtolicæ, notarijs, teſtib. ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis.

Et ego Ioãnes Baptiſta de Eccleſia, ciuis Romanus, publicus Apoſtolica authoritate, curiæq. cauſarum cameræ Apoſtolicæ notarius, necnon archiui Romanæ curiæ ſcriptor: quia præmiſſis omnib. ac ſingulis, dum ſic, vt præmittitur agerentur, dicerentur, & fierent, vnà cum prænominatis teſtibus, interfui, eaque ſic fieri vidi: idcirco hoc publicum inſtrumentum in forma vidimus ſubſcribi, & publicaui, ſignoque, & nomine meo, ſolitis, & conſuetis, vna cum præfati archiui Romanæ curiæ ſigilli appenſione ſignaui rogatus, & requiſitus.

Tom. 1. priu. Apoſt.

Pro Ordine Prædicatorum.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ordinis Prædicatorũ, non poſſunt frui confeſſionalibus, ſine licentia ſuorum prælatorum.*
2 *Mulieres de pœnitentia, poſſunt ſi collegialiter viuunt, emittere tria vota in manu prælati.*
3 *Generalis ordinis Prædicatorum, poteſt habere duos ſocios, & eos magiſterij gradus inſignire.*

DIlecto filio, Thomæ de Vio Caietano, generali magiſtro ordinis Prædicatorum.

IVlius Papa Secundus, Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conſiderantes, quod multa tibi in tãta cura, accidere poſſunt, quæ ſanctæ ſedis auxilium, & benignitatem requirunt, illi duximus, de Apoſtolicæ ſedis plenitudine ſuccurrendum: itaque volumus, & tibi concedimus, quod ſi in conſtitutionibus ordinis Prædicatorum, aut circa priuilegia, indulta, gratiaſque, & exẽptiones, ab ipſa ſancta ſede, illi conceſſa, & concedenda, conceſſaſve, aut cõcedendas, quę etiam, & quas, illarum tenore, & eiuſdem ſedis authoritate confirmamus, aliqua ambiguitas emerſerit, tu illam (quo ad ſerenitatem illarum conſcientiarum, quæ tibi ſubditæ ſunt duntaxat) poſſis authoritate Apoſtolica declarare. Inſuper, vt ipſius ordinis præſidẽtes, vultum pecoris ſui cognoſcere queant. Nolumus perſonas ordinis eius, confeſſionalibus, vel indulgentiæ literis, etiam per ſanctam ſedem miſſis, vel emittendis (niſi conſenſu tuo accedente, & eo durante) gaudere poſſe. a Et inſuper, quòd mulieres prædicti ordinis, quæ ſorores de pœnitentia nuncupantur, & collegialiter viuunt (ſi tibi placuerit, & illæ hoc cupiant) ex benignitate Apoſtolica, tria vota religionis, in manus t. as, aut illorum, quos ad hoc duxeris deputandos, emittere licitè valeant. Binos præterea fratres, tibi de more ſocios, quorum vnus prouincialis terræ Sanctæ, alter ſcriba eſſe ſolet, & laboribus pro tanta religione ſuſceptis, impediti, b ſtudiorumque exercitijs commodè intereſſe non poſſunt (ſi aliàs ſcientia ſunt idonei) & eos gradus ad Baccalaureatus, & magiſterij Theologiæ gradus, & honores, valeas promouere. Hæc tibi, prædictæ ſedis authoritate, ſic concedimus, vt etiam, eadem ſimili authoritate, tuis ſucceſſoribus indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus, & ordinationibus, ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis, illi ordini, aut perſonis eius, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque fortioribus, & inſolitis, conceſſis, aut concedendis. Quibus illorum omnium tenores, pro ſufficienter expreſſis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice dũtaxat derogamus. Cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Dat. Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 14. Decemb. 1509. Pontifica. noſtri, anno ſeptimo.

1 *Vide in 1. 10.qq.re.q. 21.art.10.*

2 *a Vide 1 3. 10.qq.re.q. 72.ar. 2.*

b Vide in 2.10.qq.re. q.74.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ordinis Prædicatorum, poſſunt abſolui per ſuos prælatos à caſibus bullæ Cœnæ Domini.*

2 *Sorores de pœnitentia Beati Dominici, poſſunt emittere tria vota in manu prælati.*

3 *Præfatæ ſorores collegialiter viuentes, gaudent priuilegijs.*

DIlecto filio Thomæ de Vio Caietano, generali magiſtro ordinis Prædicatorum.

IVlius ſecundus, dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Exponi nobis feciſti, quod licet fœlicis recordationis, Sixtus Papa Quartus prædeceſſor noſter (ſecundum carnem patruus) extendendo, declarauerit, in quibus caſibus, ad ſedem Apoſtolicam recurrendum eſſet, pro abſolutione, & diſpenſatione cenſurarum, & irregularitatum, à perſonis ordinis Prædicatorū: nihilominus propter clauſulas derogatorias poſitas in bulla, quę ſingulis annis, in cœna Domini publicatur, dubitas facultatem illam ordini prædicto adeptam. Super conceſſione quoque, quam nuper fecimus ſororibus de pœnitentia B. Dominici nuncupatis, collegialiter viuentibus, quod poſſint tria vota religionis emittere, nonnulla declarari deſideras. Et proinde ſupplicauiſti humiliter, vt in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

1 a Nos igitur, qui religioſorum quieti, quantum cum Deo poſſumus, libenter conſulimus, volētes occaſiones tollere vagandi, attendenteſq; quod multa in prædicta declaratione, conceſſa ſunt, quæ in bulla prædicta continentur, eiuſdem ſanctæ ſedis authoritate, decernimus, quod illi, quib. in prædicta declaratione, conceſſa eſt poteſtas abſoluendi, & diſpenſandi, licitè poſſint, perpetuis temporibus, abſoluere, & diſpenſare ab omnibus, & ſingulis, ac ſi prædicta bulla in cœna Domini, non eſſet facta, nec fieret Preterquàm à conſpiratione in Romanum Pontificem, & ab illis, propter quæ, prædictus prædeceſſor noſter, declarando voluit, ad eandem ſanctam ſedem etiam recurrendum.

a Vide in 1.20.qq.re. q.20.ar.3.

2 Sorores quoque de pœnitentia B. Dominici nūcupatæ, b collegialiter viuentes, & volentes vouere tria religionis vota, iuxtà noſtrā conceſſionem, eadem authoritate volumus, vt profiteantur obedientiam tibi, & pro tempore exiſtenti, magiſtro generali, vel alteri vices generalis magiſtri gerēti, vſque ad mortem, ſecūdum regulam B. Auguſtini, & propter hoc tamen, non teneantur ad clauſurā, nec ad officium Diuinum, magis, quā ex ſua regula tertij habitus tenentur.

b Vide 1.3. to. qq. reg. q.73.ar.2.

3 Et quod exemptæ, tanquā dictæ religionis membra, gaudeant omnib. priuilegijs, actiuè, & paſſiuè quibus fratres ordinis ſupradicti gaudent, modo priuilegia illa ſexui non repugnent. Non obſtantibus quibuſcunq; Apoſtolicis conſtitutionibus, ordinationibus, ſuſpenſionibus, reuocationibus, & reſtitutionibus, ac etiam conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, & conſuetudinibus dicti ordinis, vel dictarū ſororum, iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Necnon curiæ vicegerentis Auenionenſis, & quibuſuis ordinarijs prælatis, ac perſonis, conceſſis, & concedendis, literis, priuilegijs, & facultatibus, cum quibuſuis clauſulis, ēt derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, & inſolitis. Quibus omnibus, etiamſi de eis, & ſupradictis omnibus, eorumq; totis tenoribus, & datis, nō per huiuſmodi generales clauſulas, & etiam ſpecialem mentionem importātes, ſed ſpecifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, ſeu quæuis alia mentio, habenda eſſet: præſentibus pro expreſſis habentes (illis aliàs in ſuo robore permanſuris) quoad pręmiſſa ſpecificè, & nominatim derogamus, nemini in præiudiciū præmiſſorum ſuffragari poſſe, aut debere, ac irritum, & inane quicquid ſecus contigerit attētari, decernimus. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Febr. 1510. Pont. noſtri, anno 7.

3 Vide in 1. to. qq. reg. q.73.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Declarat Iulius ſecundus communicationē priuilegiorum fratrum Prædicatorum, factam fratribus Minoribus, quomodo ſit intelligenda, ſic à ſimili, quomodo ſit intelligenda, reſpectu aliarum religionum, quæ habent communicationem priuilegiorum.

VEnerabilibus fratribus, Salmantino, Pacen. & Corduben. Epiſcopis, & eorum cuilibet.

IVlius Secundus, venerabiles fratres, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. c Cariſſimi in Chriſto filij noſtri, Ferdinandi, & infra. Quodque, in pręd cta priuilegiorum, gratiarum, & indultorum pręfatorum communicatione, tam vniuerſaliter per prædeceſſores noſtros totius ordinis Minorū, quā etiam per nos particulariter, prædictorum regnorum fratribus facta, eaque quoad abſolutionem, diſpenſationem, vel aliàs, ad priorem generalem, ſeu Magiſtrum ordinis Pręddicatorum ſpectari ad miniſtrum, vel vicarium generalem fratrum Minorum pertineant, & ea quæ ad priores conuentuales, id eſt prælatos ſingularum domorū ordinis Prædicatorum, & eorū vicarios, ſimiliter ſpectant, ad guardianos, & eorum vicarios ordinis Minorum, & ea quæ ad Priores, ſeu ad vicarios, vel ſuperiores prouinciales ideſt, prælatos, qui medij ſunt, quocunq; nomine cenſeantur, & vocentur, inter dictum generalem, ſeu magiſtrum ordinis, & priores conuentuales eorumque vicarios, ſimili modo ſpectāt, ad miniſtros, & vicarios prouinciales, ac cuſtodes, qui etiam medij ſunt inter miniſtrum, & vicarium generalem, & guardianos, eorumque vicarios, ſimiliter pertineant: & ſicut de poteſtate prælatorum, ſcilicet, de prælatis ad prælatos, dictum eſt, ita de congregationibus vnius ad cōgregationes alterius ordinis, & de fratribus priuatis, ideſt ſine prælatura, ad fratres priuatos, & de feſtiuitatibus, ad feſtiuitates, in his caſibus, in quibus, congregationibus, vel fratribus priuatis, aut feſtiuitatibus vnius ordinis, aliquid conceditur, congregationibus, fratribus priuatis, ac feſtiuitatibus alterius ordinis, nunc, & pro tempore reſpectiuè, conceſſa intelligantur. Ita quod, ea quæ in honorem ſanctorum, Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catherinæ de Senis, fratribus, vel locis Prædicatorum, ſunt conceſſa, omnia illa, fratribus Minoribus præfatis, eorumq. locis, in feſtiuitatibus Sanctorum, Franciſci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, quinque Martyrum dicti ordinis, qui apud Marrochiū Martyrij coronā adepti ſunt, & S. Claræ, & in alijs feſtiuitatibus dicti ordinis Minorum, licèt ſint in maiori numero, quam feſta ipſorum fratrum Prædicatorum, ſint, & intelligantur conceſſa, ad tollendum quamcunque hæſitationem, & indè fortè ortum ſcrupulum, authoritate, & tenore præfatis, declaramus. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Iunij, 1509. Pontificatus noſtri, anno 6.

c Vide 1.1. to. qq. reg. q.55. ar.11.

Prę

Pro ordine Eremitarum D. Auguſtini.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Confirmat omnia priuilegia fratribus Auguſtinienſibus conceſſa, additq; multa alia de nouo, præſertim quamplures indulgentias plenarias, & non plenarias. Ac circa ædificationem nouam conuentuũ, & reductionem fratrum Apoſtatarum ad ordinem.

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Dũ fructus vberes, quos ſacer ordo *a* dilectorũ filiorum, fratrum Eremitarum S. Auguſtini, in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione religionis, & fidei Catholicæ defenſione, & augmento, produxit hactenus, & in futurum producturum ſperamus, diligenter attendimus; dignũ cenſemus, & congruum, vt circa ea, quæ ipſius ordinis incrementum, illiuſq. profeſſorum, ac aliarum perſonarum eiuſdem ordinis, deuotarũ animarũ ſalutem concernunt: benignis fauoribus intendamus, & ad illius Eccleſias, & pia loca, deuotionis cauſa frequentanda, Chriſti fideles, indulgẽtijs, & remiſſionibus excitemus, ac alias in præmiſſis, prout in Domino ſalubriter expedire conſpicimus, Apoſtolici fauoris præſidia, ſalubriter impendamus. Hæc pro parte dilectorum filiorum, Ægydij de Viterbio, prioris generalis, fratrum dicti ordinis, nobis nuper exhibita petitio, continebat: qđ cum plurima priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, & indulta, ac indulgentiæ, alieq. peccatorum remiſſiones, diuerſis modis, dicto ordini, illiuſque fratribus, per diuerſos Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, conceſſa fuerint, etiã per modum extenſionis aliorum priuilegiorũ, indulgentiarum, & indultorum, alijs ordinibus, etiã mendicantibus conceſſarum, ad ipſum ordinem fratrum Eremitarum, & cõicationis eorum, ipſi ordini fratrum Eremitarũ, & illius perſonis, ac ſi eidẽ ordini fratrum Eremitarum, ſpecialiter conceſſa fuiſſent, habeantque etiam nonnullæ congregationes, & nonnulla alia loca dicti ordinis fratrũ Eremitarum, plura priuilegia, immunitates, indulgẽtias, & indulta, eis etiam per dictos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſpecialiter conceſſa, ita vt mẽbra dicti ordinis, maioribus priuilegijs coniuncta videantur quã ipſe totus ordo fratrum Eremitarum. Pro parte Ægydij prioris, & fratrũ Eremitarum prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionib. conceſſionibus, indultis, & indulgentijs, ac peccatorũ remiſſionibus, quocunq. nomine nuncupatis, & ſub quibuſcunque tenoribus, eidem ordini fratrum Eremitarum, illiuſq. fratribus, in genere quomodolibet conceſſis. robur Apoſtolicæ confirmationis adijcere, ac ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, & indulta quæcumque, quibuſuis congregationib. ſeu ſocietatibus, aut alijs locis, & illorũ perſonis dicti ordinis fratrum Eremitarũ, etiam regularis obſeruantiæ nuncupatis, generaliter conceſſa: ad ipſum ordinem fratrum Eremitarũ, & illius perſonas, extendere, aliaſq; in præmiſſis oportuné prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ordinẽ prædictum, qui tanquã candelabrũ prælucidum, in ipſa militanti Eccleſia, prælucet, in ſinu dilectionis confouemus, ac eiuſdem ordinis, fœlicia ſinceris affectibus, deſideramus incrementa: hmõi ſupplicationib. inclinati: oĩa, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, indulta, & indulgentias, ac peccatorum remiſſiones, quocunque nomine nũcupata, & ſub quibuſcunq; tenoribus eidem ordini fratrũ Eremitarum, illiuſq; fratribus, in genere quomodolibet, etiã per modum extenſionis aliorum priuilegiorum, ad ipſum ordinem fratrum Eremitarũ, ſeu communicationis eidem ordini fratrum Eremitarũ conceſſa, quorũ tenores, ac ſi de verbo ad verbũ inſererentur, præſentib. pro expreſſis haberi volumus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, approbamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus, ſingulaq. priuilegia, immunitates, exẽptiones, conceſſiones, indulgẽtias, peccatorũ remiſſiones, & indulta quæcunque, quibuſuis congregationibus, ſeu ſocietatibus, aut alijs locis, & illorum perſonis dicti ordinis fratrum Eremitarũ, & illius perſonas, ac ſi illis, etiã ſpecialiter conceſſa fuiſſent, eadẽ authoritate extendimus, & illis communicamus. Et nihilominus, vt fratres ordinis fratrũ Eremitarum huiuſmodi, animarũ ſuarum ſalutem, Deo propitio, conſequi valeant, ipſis fratribus ordinis Eremitarum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, vt confeſſorem idoneũ regularem dicti ordinis fratrũ Eremitarũ, quem ipſi fratres, & eorum quilibet, de licentia ſuperioris ſui, duxerit eligendum, qui ipſos fratres, & eorũ quemlibet, ab eorum exceſſibus, & delictis, abſoluere, & eis, pro commiſſis, pœnitentiã ſalutarem iniungere, ac ſemel in vita, & in mortis articulo, plenariam omniũ peccatorum ſuorum remiſſionem, elargiri poſſit, authoritate prædicta concedimus, & indulgemus. Et vt Eccleſiæ, *b* & oratoria dicti ordinis fratrũ Eremitarum à Chriſti fidelibus frequententur, ac Chriſti fideles, eo libentius deuotionis cauſa, ad Eccleſias, & oratoria huiuſmodi cõfluant, quo, ex hoc ibidẽ, dono cæleſtis gratiæ, vberius conſpexerint ſe refectos; de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi: omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, oratoria, & loca dicti ordinis fratrũ Eremitarum, in ſingulis S. Auguſtini, & Nicolai de Tolentino, ac S. Monicæ, feſtiuitatum diebus, à primis veſperis, vſque ad ſecundas veſperas feſtiuitatum earundem incluſiuè, deuote viſitauerint, & inibi manus adiutrices porrexerint, centum annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus, huiuſmodique priuilegia, immunitates, exemptiones, conceſſiones, indulgentias, remiſſiones, & indulta eidem ordini fratrum Eremitarum, & illius perſonis (vt præfertur) conceſſa, & ad illum, & ad illas extenſa, ſeu illis communicata. Monialibus dicti ordinis S. Auguſtini, ſeu *c* ſub cura dictorum fratrum ordinis Eremitarum viuentibus, & quæ (vt aſſeritur) mantellum nigrum, & corrigiam, ad inſtar fratrũ dicti ordinis, deferunt, mantellatis, & corrigiatis nuncupatis mulieribus, quoad ea, quæ ad animarũ ſalutem, ipſarum mantellatarum, & corrigiatarum duntaxat concernunt, & earum ſexui conueniunt: ſuffragari debere decernimus, illaſque moniales, & quoad ea, quæ huiuſmodi animæ ſalutem, & ſexum concernunt, mantellatas, & corrigiatas, & earum ſingulas, eadem auctoritate extendimus, & prorogamus. Ipſiſque fratribus ordinis Eremitarum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, quæcumque loca, pro vſu, & habitatione perpetuis, fratrum ordinis Eremitarum huiuſmodi, eis pro tempore oblata, vel conceſſa, de licentia ordinariorum locorum, abſque alia licentia ſedis Apoſtolicæ deſuper obtenta, recipiendi. Necnon præfato Ægydio priori generali, veſtes, corporalia, & indumenta quæcunque, pro diuino cultu, in locis dicti ordinis, & pro ipſo ordine fratrum Eremitarum, neceſ-

a Vide de confirmat. priuileg. in to. 1. qq. regul. q. 8.

b Indulgẽtię quæſtuaria derogata ſunt à Pio V. prout habes in 2. to. qq. re. q. 94. ar. 3.

c Vide 1. to. qq. reg. q. 7. & in eod. 3. to. q. 73.

ſaria, ſeu uportuna duntaxat, benedicendi licentiam, & facultatẽ, dicta auctoritate Apoſtolica, earondem præſentiũ tenore cõcedimus. Et vt omnis materia vagandi, fratribus dicti ordinis Eremitarũ auferatur, ſingulis fratribus eiuſdẽ ordinis Eremitarũ, diſtrictius a inhibemus, nè abſque licentia præfati Ægydij, & pro tempore exiſtentis, prioris generalis dicti ordinis fratrum Eremitarũ, ad alium ordinem quemcumqne, etiã mendicantium, etiã prætextu arctioris regulæ, tranſire præſumant, niſi verè, & effectualiter ad arctiorẽ regulam tranſiuerint, & in ea perſeuerauerint, ſub pœna excõicationis latæ ſententiæ, quam tam ipſi tranſeuntes, quã recipientes, ipſo facto incurrant. Non obſtante conſtitutione Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, inter alia prohibente, nè quiuis ordinum mendicantiũ fratres, loca ad inhabitandũ de nouo, recipere præſumant, abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, faciente plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de prohibitione huiuſmodi mẽtionem, & quibuſlibet alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis fratrũ Eremitarũ, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod ſi eccleſias, oratoria, & loca ordinis fratrum Eremitarũ huiuſmodi, viſitantibus, & inhibi manus adiutrices porrigẽtibus, ſeu inibi pias eleemoſynas erogantibus, aut aliàs aliqua alia indulgentia in perpetuũ, vel ad certum tempus, nondum elapſum duratura, per nos conceſſa fuerit: præſentes literæ, quoad indulgentiã centum annorum huiuſmodi duntaxat, nullius ſint roboris, vel momenti. Cæterũ, quia difficile forſan foret, præſentes literas, ad ſingula loca, vbi neceſſe fuerit deferre, volumus, & eadẽ auctoritate Apoſtolica decernimus, quod tranſumptis præſentiũ literarum, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicui⁹ prælati eccleſiaſtici, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem fides, tã in iudicio quã extra illud, adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtræ voluntatis, approbationis, extenſionis, cõicationis, conceſſionis, indulti, relaxationis, prorogationis, inhibitionis, & conſtitutionis infringere, &c. Dat. Rom. apud S. Petrũ, anno Incar. Dom. 1507. die. 7. Iulij Põt. noſtri, an. 4.

a De tranſitu ad aliã religionẽ, vide in 3. 10. qq. re. q. 52.

Sigiſmundus.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Concedit Pontifex, vt poſſint capere Eremitæ D. Auguſtini quæcunq; loca, & eccleſias ordini oblata.

Dilecto filio, Ægydio ordinis Eremitarum S. Auguſtini, priori generali.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

IVlius Papa Secundus. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Etſi ad benemerendum, cum de vniuerſa religione, tum præcipuè de Auguſtiniana, cui tu præſes: propenſi magnoprere ſumus, libellus tamen, quẽ de eccleſiæ incremẽto edidiſti, fecit nos, ad res, vel tuas, vel tui ordinis, longè propenſiores. Cum igitur ſuperiori anno, per noſtras literas, quædam religioni tuæ conceſſerimus, inter quæ id erat, vt loca oblata, tu, fratreſque tui, tàm qui ſunt, quàm qui erunt, capere, pro religione poſſitis. Nũc per has noſtras, ea quæ conceſſimus, clarius declaranda eſſe duximus, eandemque locorum ſuſcipiendorum facultatem, ad alia quæcunq; loca domos, eccleſias, etiam parochiales, & cuiuſcumqoe ſint ordinis, aut conditionis, ſuſcipiendas extendimus, damuſque, proprio tam motu, quàm ſcientia, atque de plenitudine poteſtatis, vt hæc omnia capere poſſitis, facta vobis poteſtate, tam per literas, quas ſuprà memorauimus, quàm per harum conceſſionem, declarationemq. literarum. Licere igitur vobis perpetuo decernimus, hæc omnia poſſe capere, abſque alia ſedis Apoſtolicæ conceſſione. Non obſtante piæ memoriæ, Bonifacij VIII. conſtitutione, prohibente noua loca ædificari. Confirmauimus etiam priuilegia religionis veſtræ, per eaſdem literas, quod plane tam de ijs omnibus intelligimus, quæ veſtrum maremagnum continent, quàm de alijs omnibus Apoſtolicis conceſſionibus, quarum apud vos, aut Apoſtolicæ literæ, aut illarum authentica exempla ſeruantur. Confirmamus, & priuilegiorum communionem, quàm fœ. re. Sixtus prædeceſſor noſter fecit inter vos, mendicanteſque alios. Decernimuſque, ac volumus, quidquid vſque in hunc diem, ordini Minorum, aut prædicatorum, aut Carmelitarum, aut ſeruorum, conceſſum ab Apoſtolica ſede eſt, & quicquid in futurum concedetur, vobis conceſſum eſſe, fratreſque tuos, eiſdem conceſſionibus perpetuo vti poſſe, perinde, ac ſi vobis nominatim conceſſa eſſent. Dedimus prætereа tibi poteſtatem ſacrandi, benedicendique corporalia, veſtes, & ea, quæ ſacris vſibus neceſſaria ſunt. Quo quidem munere, tam te, quam qui pro tẽpore erunt, aut generalis, aut vicarius, fungi poſſe decernimus. Vt vero exeuntium ab ordine tuo, motibus occurramus, cõfirmamus in primis fœ. re. Martini prædeceſſoris noſtri decretum, vt nemo è tuo ordine, ad aliquem aliorum ordinum, occaſione arctioris regulæ trãſire poſſit. Volumuſque, vt quiuis in tua religione, ſiue profeſſus, ſiue ad ſacros ordines promotus in ea fuerit (quam rem profeſſionis loco, & eſſe, & haberi ſtatuimus) habitum dicti ordinis relinquere, aut mutare, nulla auctoritate poſſit, niſi miſſionem, literaſque à generali ordinis obtinuerit. Quod tam de ijs, qui hactenus exierint, intelligi volumus, quã de ijs, qui in poſterum exituri ſunt, etiamſi Apoſtolicas literas obtinuerint. Nè verò protervis relinquatur litigandi, repugnandi ve locus, ſi quis eorũ exeũtium, cauſam in Romana curia, ſuper ea re cõmitti, hactenus obtinuerit, aut in poſterum obtinebit, vbi ad inhibendum, aut alia huiuſmodi agendum itum fuerit, motu, ſciẽtia, poteſtate, prædictis, lites huiuſmodi, ad nos auocamus, atque omninò extinguimus. Statuentes æquè valere hoc decretũ noſtrum, ac ſi iudicium, nomina, atque alia omnia, quæ ſupra commemorata ſunt, hîc ſatis expreſſa eſſent, etiamſi ſacri palatij Apoſtolici, cauſarũ auditores exiſterent, volumuſq;, vt quicquid ſuper hac re fiat, aut factum ſit, etiamſi cauſam, aut nos, aut Apoſtolica commiſerit ſedes, pro infecto omninò haberi. Irritum prætereа eſſe, atq. inane, quicquid ſuper his, Apoſtolica, ſiue alia quauis auctoritate, ſecus contigerit agi, aut attentari. Fratres vero, qui ita exierint, quocunque induti habitu ſint, mandamus, vt capi cures, ad religionemque veſtram redire, quacunque ratione poteris compellas. Denique fidem adhiberi mandamus, non modo noſtris his literis, verum etiam, & earum exemplis modo prælati, aut notarij alicuius, ſigno obſignatæ fuerint. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Iunij, 1508. Pontificatus noſtri, anno 5.

Sigiſ-

Sigiſmundus,

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Precipit generali fratrum Auguſtinienſium, vt reducat ad ſuam obedientiam omnes fratres ſuos, qui ab ea receſſerint, non obſtantibus quibuſcunque literis Apoſtolicis, ab illis obtentis.

Dilecto filio, fratri Ægydio, priori generali ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini,

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vt religioni tuæ conſuleremus, mandauimus tibi, vt fratres tuos, ſanctè, religioſèque emendares, tàm conuentuales, quàm obſeruantes, cuiuſcumque obſeruantiæ aſſertos, reuocaresque fratres ab ordine, tàm cũ habitu, quã etiam abiecto habitu deſcendentes, vt in literis noſtris in forma breuis apparet, quarum tenorem hic pro expreſſo haberi volumus, a ac ſi de verbo ad verbum insereretur. Cum vero acceperimus, fructum quem optamus, ſequutum non eſſe, atq; eos qui exierant, minimè rediſſe, præcipuè quoſdam reſtitiſſe, qui ſalutis obliti, quaſdam literas Apoſtolicas impetrauerunt, in quibus profeſſionem, aut nunquam, aut per vim, & metum feciſſe, falſo aſſeruerunt, qui ducti fallacia, & religionem, & habitũ relinquentes, vt ad religionem, habitumq; rediẽt, adduci non potuerunt. Quod ſine animarum ſuarum pernicie, religionis vituperio, Dei cõtemptu, & populorum ſcandalo, fieri nullo modo poteſt. Nos igitur rei tàm impiæ occurrere cupientes (cũ conceſſiones illæ falſo impetratæ ſint) ac etiamſi benè, riteque impetratæ eſſent, in foro conſcientiæ duntaxat, non in foro contentioſo, nec contra religionis iura, conſuetudinem, aut voluntatem, valerent. Tibi in virtute ſanctæ obedientię mandamus, vt fratres ordinis tui, cuiuſcunque cõditionis ſint, qui ab obedientia exierint, aut habitum reliquerint hactenus, aut in poſterum exituri, relicturive ſint, quacumque auctoritate id fecerint, niſi ad arctiorem regulam, vbi actu obſeruanter viuant, tranſierint, vigore noſtrarum, & aliarum literarum Apoſtolicarum, ſuper ſupplicationibus, Romano Pontifice pro tempore exiſtente, aut exiſtente, aut præſente, aut mandante, ſignatis, quodque illas protector ordinis viderit, & concedendas etiam aſſerue rit, eos ad ordinẽ, atque ordinis loca reuoces, bullas auferas, cogas habitum ſacrilege relictum, reſumere, inſaniæ pœnitere, diuino cultui, & propriæ ſaluti vacare, accepto etiamſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis. Decernentes motu proprio, & ex certa ſcientia, vt fratres, qui ab ordine receſſerint, aut in poſterum quocunque modo exierint, aut habitum reliquerit, relicturive ſint, niſi poſt mãdatum tuum, infra dies octo, mandato proximos, ad obedientiam redierint, habitumque perpetuo geſtandum reſumpſerint, excommunicationis latæ ſentẽtiæ pęnam incurrant, à qua abſolui, niſi aut per Sũmum Pontificem, aut morte interueniente, nõ poſſint. Volumus, & decernimus pœnam eandem ſubire omnes eos, qui his auxilium, conſilium, aut fauorem præſtiterint. Ac irritum, & inane quicquid ſuper his à quo quam, quauis cauſa, conſultè, aut imprudenter, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, attentatũ fortè ſit hactenus, aut in poſterum contigerit attentari. Verùm nè neceſſitate ducti, eorũ monaſterijs ablatis id tentare cogantur, mandamus, ſub eadem pęna, vt nullius congregationis fratres, fratrũ conuentualiũ nuncupatorum cõuentus, capere audeãt, quacumq; conceſſione, aut mandato, niſi his noſtris, de verbo ad verbũ, fuerit derogatũ. Non obſtãtibus præmiſſis, ac Apoſtolicis, necnon prouincialibus, ac ſynodalib. Concilijs, editionibus generalib. vel ſpecialibus cõſtitutionibus, ac ordinationibus, literis, bulliſque præfatis fratribus conceſſis, aut in poſterũ concedendis, quibus etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ (nõ autem per generales clauſulas id importantes) ſeu quæuis alia expreſſio habenda eſſet: illorum omniũ tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbũ insererentur, etiam pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs non obſtantib. quibuſcunque. Ne igitur tantæ peſtis morbus vnquã in eccleſia pullulet, hoc noſtrum decretum fecimus, præſentibus, ac perpetuis futuris temporibus duraturũ. Harum autem literarum tranſumptum, ſi ſigillo religionis ſignetur, nõ minorem fidem habere volumus, quã ſi præſentes eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Octobr. 1507. Pont. noſtri, anno 4.

a Vide de reductione apoſtatarũ ad ordinem ſuum, in 1. to. qq. fo. 9. 30.

Sigiſmundus,

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

1 *Concedit hic multa, fratribus Auguſtinienſib. propter quod, ab eis appellatur iſtud breue, ſigillum omnium ſuorum priuilegiorum. Ideo aduerte ad contenta in eodem.*

2 *Concedit, vt viua vocis oraculum, habeat vim in foro exteriori.*

3 *Impetrata contra communia regularis obſeruantia, nullius ſunt momenti.*

Dilecto filio, fratri Ægydio priori generali ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini,

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nihil eſt, quod ſæpius voluamus animo, quàm, vt multorum ſaluti conſulamus. Cum ergo religioni tuæ Eremitarum S. Auguſtini, multa tua cauſa conceſſerimus, ac optemus, vt quæ ſpiritualia ſunt, per multorũ fidelium mentes, quàm cumulatiſſimè diffundantur. Idcirco ſtatuimus, quicquid indulgentiarũ, & gratię, fratribus, monialibus, mantellatis, corrigiatis, conceſſum eſt, id omne vtrique ſexui conceſſum intelligi, viris, atque mulieribus, modo à generali, vel priore, vel rectore alicuius loci ordinis, auctoritate gratiæ aſſequendæ, facultatẽ obtinuerint. Et quoniam omnes tui ordinis, tàm res, quàm perſonas, immediatè ſub Apoſtolica ſede eſſe volumus, idcirco mãdamus omnibus Chriſti fidelibus, vt nemo bona *a* ordinis velit, vel occupare, vel vexare audeat, quod tam de perſonis prædictis, quã de locis, conuẽtibus, poſſeſſionibus, & alijs quibuſcunq; rebus, ad loca perſonasvè pertinentib. intelligi volumus, ſiue pecunia, ſiue immobilia ea ſint, & ſi, vel occupantes, vel vexantes, à fratribus tuis moniti, non integrè per tridui ſpatium omnia reſtituerint, aut vexare omninò deſtiterint, excõicationis modos incurrere, à qua abſolui, niſi à ſede Apoſtolica, & in mortis articulo, non poſſint: qua excõicatione, etiã confratres ſocietatis Sanctæ Crucis de Neapoli, ſint irretiti. Fidemque facimus, quod omnes eleemoſynas

1 a Vide i 4. to. qq. re. q. 10 art. 2.

moſynas Sanctæ Mariæ de la Bruna, factas Romæ, ſuperiore menſe Maio, abſtulimus, tibiq. pecularia S. Auguſtini de Neapoli, donauimus, vbi imaginis illius locus eſt. Mandamus itaque, tàm ipſis, quàm quibuſuis eleemoſynarũ illarum occupatoribus, vt niſi per tridui ſpatium integrè omnia reſtituerint, pęnam prædictã incurrant. Reſtitui verò illa præcipimus, aut tibi, aut cui tu iuſſeris, pro ædificio chori, aut quod tu dijudicaueris, in eccleſia, & monaſterio S. Auguſtini de Neapoli. Prætereà, vt omnia quàm firmiſſima ſint, quæ vobis Apoſtolica ſedes elargita eſt proprio, & motu, & ſcientia, atque de plenitudine poteſtatis, volumus, ſtatuimus, decer-
2 nimus, *a* vt hæc noſtra conceſſio, & quæcunq. alia,
a Vide 11. 10. qq. re. q. 7. art. 5. & q. 8. ar. 16. vel tibi, vel tuo ordini facta, ſiue per ſe, ſiue per cõmunicationem, quàm fecimus cũ alijs ordinibus, & congregationibus, eandem omnino vim, atq. efficaciã perpetuò habeant, tàm in iudicio quàm extrà iudicium, ac ſi plũbeo ſigillo obſignatæ eſſent, quod intelligi volumus, tàm de his, quæ in forma breuis, quàm de his, quę per ſupplicationes expedita ſunt, in quibus placuit, vt ſola ſignatura ſufficeret. Quamobrẽ tam omnia præmiſſa, quàm quæcũque alia fuerunt tuo ordini, vtcumq. conceſſa, ſiue ipſa exemplaria, ſiue eorum tranſumpta oſtendantur, Prælati alicuius, aut publici notarij, manu ſignata, aut etiã generalis ordinis ſigillo firmata, eodem motu, ſcientia, & poteſtate, decernimus, mãdamuſque eandẽ omninò, & vim eſſe, & fidem adbiberi, ac ſi plumbi ſignũ haberent. Quod ſi quis huic noſtro decreto, ac cõceſſioni, aut cuiq. aliatũ, quę tuo ordini, vtcumque factæ ſunt, contraire, aut minus integrè cedere, & patere, auſus ſit, volumus, vt eandem pœnã incurrat. Irritum, caſſum, atque inane facientes quicquid contra hanc conceſſionẽ, aut contra quamcùmque aliam, vtcumque tuo ordini factam, etiã quicquid aduerſus *b* leges, aut regulam,
b Vide in 2. 10. qq. re. q. 103. art. 2. & 3. aut conſtitutiones, aut definitiones, aut mores ordinis tui, ſiue à fratribus, ſiue à congregationibus, ſiue à ſecularibus, ſiue ab eccleſiaſticis perſonis, vel in hunc vſque diem, vel in poſterum, impetratum, vel attentatum fuerit, etiamſi quod ab Apoſtolica ſede expreſsè contra hoc, quidquid conceſſum fuerit. Quod omne, nullius momenti, & pro infecto haberi volumus, niſi his noſtris literis, non per generales clauſulas, ſed de verbo ad verbũ, ordine conſentiente, derogatũ fuerit. Non obſtantibus præmiſſis, aut Apoſtolicis priuilegijs, literis, aut Apoſtolicis alijs quibuſcumq. in contrariũ facientibus, ſiue à ſede Apoſtolica, ſiue à quocunq. alio, quauis dignitate prædito, conceſſis hactenus, aut in poſterũ concedendis, quibus, etiamſi expreſſa, ac de verbo ad verbum, aut quocumque alio modo, mentio fieri deberet, ea omnia, in præſentibus pro expreſſis in ſpecie habentes, in ſpecie, expreſſeque derogamus, ac quatenus contraria ſint, nullius omno momenti eſſe volumus. Quod ſi quis, his fidẽ non adhibuerit, aut nõ pleniſſimè acquieuerit, pęnã ſubeat, quàm ſupra conſtituimus. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24 Septembris, 1508. Pont. noſtri, anno 5.

Sigiſmundus.

Sequuntur quædam viuæ vocis oraculo, conceſſa à Iulio Secundo, fratribus Auguſtinienſibus.

IVlius ſecundus conceſſit fratribus Auguſtinienſibus, per literas in forma breuis. Sub datis Romæ, apud S. Petrum, die 30. Iunij. 1508. Pontificatus ſui, anno 6. ſequentes clauſulas.

Decernimus communicationem aliorum ordinum mendicantium, ad ea etiam extendi, quæ viuæ vocis oraculo, ab illis impetrata, aut eis in genere donata ſunt. Volentes, vt quicquid alicui eorundem, & hoc modo, aut quouis alio, conceſſum eſt hactenus, aut in poſterum concedetur, ſiue conuentualibus, ſiue obſeruantibus nuncupatis, id omne, motu proprio, & certa ſcientia, vobis eſſe conceſſum. Volumus denique, & ſtatuimus, vt quæ ordini veſtro, tempore generalis interdicti, conceſſa ſunt, ea omnia, in ſpeciali interdicto cõceſſa eſſe, in quo licere vobis volumus eadem omnia, quæ in generali licere, dictum eſt.

Idem Iulius, in alio breui eiſdem Auguſtinienſibus directum, ponit ſequentem clauſulam. Communicationem quoque priuilegiorum, cum alijs ordinibus omnibus firmamus, & roboramus: volẽtes priuilegia noſtra, omnia integrè, & ad verbum, vt ſonant, pleniſſimè, atque inuiolabiliter, vbique gentium obſeruari.

Pro congregatione Sancti Benedicti Valleſoletani.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Monachi S. Benedicti Valliſoletani, poſſint confeſſiones audire, & à caſibus omnibus abſoluere, etiam Epiſcopo reſeruatis.*

2 *Poſſint in votis diſpenſare, etiam Epiſcopo reſeruatis, & ea commutare.*

3 *Hæc omnia extenduntur ad monaſteria totius congregationis.*

4 *Poſſint diſpenſare cũ illis, qui poſt matrimoniũ conſummatũ, vel viri cõſanguineas vxorum ſuarũ cognouerũt, vel vxores à cõſanguineis virorũ ſuorũ cognitæ ſunt, & cum eis, & eorũ quolibet, vt non obſtante affinitate ſuperueniente, debitũ coniugale reddere, & exigere, valeant diſpenſare.*

LVdouicus miſeratione diuina, tituli S. Marcelli, presbyter Cardinalis, religioſis viris, vniuerſis, & ſingulis, Abbatibus, prioribus, præſidentibus, & Monachis monaſteriorũ S. Benedicti, cõgregationis S. Benedicti Valliſoleti Palentin. Diœceſ. ſalutem in Domino. Oblatæ nobis nuper, pro parte veſtra, petitionis ſeries continebat: quod, ex quo ad Eccleſiam monaſterij S. Benedicti, ordinis eiuſdem Sancti dictæ Diœceſ. tunc Rex Caſtellæ, & Legionis ſpecialem gerebat deuotionis affectum, ac nonnulli nobiles, & alij, tam de illis, quàm alijs partibus, ad dictam Eccleſiam, deuotionis cauſa cõfluebant, prout confluunt de præſenti, & tam propter illius Monachorum laudabilem, & approbatam vitam, obſeruantiam, & clauſuram, quam certas alias cauſas, deſiderant eis ſua peccata confiteri, & ab ipſis, ſpiritualiter conſolari, priori, & conuentui dicti monaſterij, vt ipſe prior, ſiue dicti monaſterij præſidens, pro tempore exiſtens, & tres, & vel quatuor ipſius monaſterij, per dictum priorem, ſiue præſidentem, ad hoc pro tempore deputandos, & ad nutum reuocandos, vtriuſque ſexus Chriſti fi-
delium ad dictum monaſterium, ſeu ipſius Eccle- 1
ſiam, pro tempore, quacunque *c* cauſa confluentiũ, *c Vide in 10. 5. qq. re. q. 59. q. 60. 61. & 63.*
ſeu in illis commorantium, & exiſtentium, cuiuſcumq; gradus exiſterent, confeſſiones diligẽter audire, ac ipſos à quibuſuis peccatis, crimi oib. exceſſibus, enormitatib. & delictis ſuis, in omnib. & ſingulis caſibus, etiam Epiſcopo reſeruatis, abſoluere, ab omnib. & ſingulis ſententijs, cenſuris, & pœnis, fulminationibus, excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti, à iure, vel ab homine prolatis,

contra-

contractis,in genere tātùm,ſatisfactione,vel mandato de ſatisfaciendo, præmiſſis,etiam abſoluere, ac eos habilitare,in prædictis caſibus pœnitentiaſq. eis ſalutares iniungere. Euchariſtiæ ſacramenta cō ferre,ac cum eis, & eorum quolibet diſpenſare ſuper votis,etiam Epiſcopo reſeruatis,& ea commutare perpetuò, Apoſtolica auctoritate indultū exi-

2 ſtit.Quæ omnia poſtmodum ad quæcumque dictæ congregationis Monaſteria,tàm reformata, quàm reformanda,eadem auctoritate extenſa fuerūt. Cū autem,ſicut eadem petitio veſtra ſubiungebat,præ

3 miſſa hactenus à conceſſione, & extenſione hmōi citrà,in Sancti Benedicti prædicti, & alijs dictæ cōgregationis monaſteriis,forſitan vſitata,& obſeruata fuerunt; tamen cum contingat, aliquos ex nobilibus, & aliis prædictis, & quo ipſi, & eorum

4 aliqui in coniugio, & matrimonio exiſtentes, poſt conſummatum matrimoniū, viri conſanguineas *a* vxorum ſuarum cognouerunt, vel vxores à conſanguineis virorum ſuorum, ēt carnaliter cognoſci permiſerunt,pro remedio oportuno, ad vos recurſum habere,& cum credatis,iuxta illa verba,in priori conceſſione appoſita,videlicet,ac eos habilitare in prædictis caſibus,dictis ſic coniugatis, & hmōi exceſſus committentibus, de remedio oportuno prouidere, ac eis, vt non obſtante affinitate, quæ ſuperuenit,debitum coniugale exigere,& reddere poſſint,& valeant, & cum ipſis diſpenſare,licentiam concedere poſſe,tamen propter huiuſmodi verborum obſcuritatem,ab aliquibus,plus ſæpe,quàm oporteat,ſatagētibus aſſeritur: Vigore tā illorū verborū, quàm totius conceſſionis prædictæ vos in caſu prædicto intromittere non poſſe, ad quorum dubietatis materiam tollendam, & vt eis occaſio detur,alibi de ſapientia ſua experiendi,ſupplicari feciſtis humiliter nobis, ſuper ijs, per ſedis Apoſtolicæ clementiam,de oportuno remedio,miſericorditer prouidere. Nos igitur,auctoritate Domini noſtri Papæ,cuius Pœnitētiæ curam gerimus, & de eius ſpeciali,& expreſſo mandato,ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto,vt tàm vigore conceſſionis Apoſtolicæ prædictæ,quàm verborum huiuſmodi,in illa appoſitorum, vos, & pro tempore exiſtentes,dictorum Monaſteriorū, Abbates,Priores,præſidentes, & Monachi prædicti, coniugatos huiuſmodi,qui poſt contractum matrimonium, cō ſanguineas vxorum ſuarum cognouerunt, vel vxores,quæ à conſanguineis virorum ſuorum, ſe carnaliter cognoſci permiſerunt, à talibus exceſſibus abſoluere,& in eis pœnitentiam ſalutarem iniungere,necnon,cum eis,& eorum quolibet, vt non obſtante affinitate ſuperueniente,debitum coniugale reddere, & exigere valeant, diſpenſare, liberè, & licitè poſſitis,& valeatis,ac poſſint,& valeāt,perpetuò declaramus:in contrarium facientibus nō obſtantibus quibuſcumque. Dat.Romæ, apud S.Petrum,ſub ſigillo officij pœnitentiariæ, 4.Kal.Auguſti,Pontif.Domini Iulij II. anno primo.

a Vide de intellectu huius idul ti, in 1.10. q. 10. q. 63 art. 2.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Abbas Sancti Benedicti, benedicere poteſt Palas, veſtes,Paramenta, & alia ornamenta Eccleſiaſtica, in ſuo monaſter o,& alijs,atque etiam in Prioratibus, grangijs, & beneficijs, illis perpetuò vnitis, ſeu aliàs ab eo dependentibus.

1 FRanciſcus,miſeratione diuina, S.Sabinæ Diaconus *b* Cardinalis Elnen,vulgariter nuncupatus,Patriarcha Conſtantinopolitanus. Vniuerſis, & ſingulis,præſentes literas inſpecturis, fidem facimus,& atteſtamur per præſentes, quod ſāctiſſimus in Chriſto Pater,& Dominus noſter, Dominus Iulius,diuina prouidentia,Papa II.volens Abbatem, nunc,& pro tempore exiſtentem, inſignis Monaſterii S.Benedicti de Valliſoleti,ordinis eiuſdē Sancti, Palentin.Diœceſ.quod caput eſt omnium Monaſteriorum totius congregationis præfati S.Benedicti Valliſoletani, fauore proſequi gratioſo,eidem Abbati,qui nunc eſt,& pro tempore, perpetuis futuris temporibus,erit, vt ipſe,Pallas,veſtes, paramēta,& quæcumque alia ornamenta presbyteralia,& eccleſiaſtica,quæ benedici conſueuerunt, in prædicto,& quibuſuis aliis Monaſteriis,prioratibus, grāgiis, & beneficiis illi perpetuò vnitis, ſeu aliàs ab eo dependentibus ſolemniter,& iuxta formā Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, fieri ſolitam,benedicere,liberè,& licitè valeant, viuæ vocis oraculo ſuæ ſanctitatis,ſuper hoc nobis facto gratioſè conceſſit,& indulſit,ac voluit,quod huiuſmodi indulto, p oraculum ſuæ viuæ vocis huiuſmodi,duntaxat cōceſſo,ea prorſus fides adhibeatur, & illi firmiter ſtetur,in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi literæ Apoſtolicæ, in forma conſueta, deſuper expeditæ fuiſſent.In cuius rei fidem,& teſtimonium, præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, noſtriq. conſueti ſigilli appenſione munitas, & per noſtrum infraſcriptum ſecretarium referendatas, fieri iuſſimus. Dat.Romæ,in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ,ſub anno à Natiuitate Domini,1505. die 9.Menſis Februarij.Pont.eiuſdem SS.Domini noſtri Papæ,anno 2.F.Cardinalis Elnen.manu propria.

b Vide de intellectu huius, in 1.10. q. 19.

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, Corporalia, Patenas, Calices, Cruces, veſtes,paramenta, & quæcumque ornamenta Eccleſiaſtica, monaſterio,& alijs locis, ab eo dependentibus neceſſaria,benedicere poteſt.*

2 *Monachos eiuſdem monaſterii, clericali tonſura inſignire,ac eos,ad quatuor minores ordines,promouere poteſt.*

3 *Vtatur, Mithra, Baculo,& Pontificibus inſigniis, dūmodò Epiſcopus, vel legatus, præſentes nō ſint.*

FRanciſcus,miſeratione diuina, S.Sabinæ Diaconus Cardinalis Elnen, ac *c* Conſtantinop. Patriarcha. Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis,fidem facimus, & atteſtamur per præſentes, quod ſanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Iulius,diuina prouidentia,Papæ II.volens Abbatem triennalem,nunc, & pro tempore exiſtentē, inſignis monaſterij S.Aemiliani de la Cogolla, ordinis S Benedicti,Calagurritan. Diœceſis, de congregatione monaſteriorum eiuſdem S.Benedicti, oppidi Valliſoleti Palentin. Diœceſ.de obſeruātia, & perpetua clauſula nuncupatorum, illarum partium, fauore proſequi gratioſo,ac conſideratione, & intuitu Illuſtriſſimi Ferdinādi Regis Hiſpaniarum,& vtriuſq. Siciliæ Catholici, qui ad monaſterium, & congregationem hmōi,pp ipſius congregationis Monachorum, laudabilem & exemplarē vitam,benè viuendi modū,in partibus illis,ſingularem gerit deuotionis affectū,moderno Abbati dicti monaſterij S.Aemiliani,qui triennalis exiſtit,& illi,qui perpetuis futuris tēpibus,erit, vt Abbas ipſe, corporalia,patenas,calices, cruces, veſtes,paramēta,& quæcumq. alia ornamēta Eccleſiaſtica,et preſ byteralia, & quæ in prædicto S.Aemiliani,& quibuſuis aliis monaſteriis, prioratibus, grangiis, ſine beneficiis,illi perpetuò vnitis, ſeu aliàs quomodolibet ab eo dependentibus,neceſſaria erunt,ſolemniter, 1

c Vide de intellectu huius vocis oraculi, in 1.10. q. 10. 19. & q. 18 & in 3. 10. q. 3. ar. 2.

2 niter, & iuxta formam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, fieri ſolitam, benedicere. Necnon quoſcumq. Monachos eiuſdem monaſterij, prima clericali tonſura inſignire, ac eos ad quatuor minores ordines dūtaxat, promouere. Quodque, dum Abbatem ipſum
3 Miſſas, & alia diuina officia, celebrare contigerit, Mithra, Baculo, Paſtorali, & aliis inſigniis Pontificalibus vti, liberè, & licitè poſſit, & valeat, dummodò Epiſcopus, ſeu legatus, ibidem præſentes nō fuerint, viuæ vocis oraculo ſuæ ſanctitatis, ſuper hoc nobis facto, gratioſè cōceſſit, & indulſit, ac voluit, & mandauit, quod huiuſmodi indulto, per oraculum ſuæ viuæ vocis huiuſmodi duntaxat, ea prorſus fides adhibeatur, & illi firmiter ſtetur, nec ad hoc probandum, alterius probationis adminiculū requiratur, in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi ſuæ literæ Apoſtolicæ, in forma conſueta, ſub plumbo expeditæ fuiſſent. In quorum fidem, & teſtimonium, præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas, noſtrique conſueti ſigilli appenſione munitas, & per Secretarium noſtrum infraſcriptum, etiā ſubſcriptas, fieri iuſſimus. Dat. Romæ, in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1505. die verò 21. meoſis Iulij, Pontif. præfati Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, anno 2. F. Cardinalis Elnen. manu propria.

Pro ordine Minimorum.

Bulla XXVI.

Sequitur Maremagnum fratribus ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, conceſſum, à bonæ memoriæ, Iulio Secundo.

SVMMARIVM.

1 *Generalis mox electus, eſt confirmatus.*
2 *Auctoritas correctoris generalis proponitur.*
3 *In electionibus non currit electoribus tempus à iure ſtatutum.*
4 *Lectores in Theologia, quomodo inſtituendi.*
5 *Ordines ab omnibus Epiſcopis poſſunt recipi.*
6 *Poſſunt fratres celebrare in altari portatili, & in oratoriis diuina officia celebrare, & Eccleſiaſtica ſacramenta recipere.*
7 *Poſſunt morari in terris excommunicatorum, & ab eis neceſſaria recipere.*
8 *Prælatis conceditur magna facultas pro abſolutione fratrum.*
9 *Prælati ordinis à ſuis confeſſoribus abſolui poſſunt.*
10 *Ordinem intrantes abſolui poſſunt, & diſpenſari à prælatis.*
11 *Non poſſunt fratres cogi ad pecuniam colligendā, neq. ad viſitandum, vel iudicandum, vel curam monialium recipiendam.*
12 *Non poſſunt fratres cogi ad viſitandas moniales, neque ad excommunicationem ſententiarū exequendam, etiam per literas ſedis Apoſtolicæ.*
13 *Prælati ordinis poſſunt reuocare fratres morantes cum Epiſcopis.*
14 *Nullus poteſt aſſumere fratres de ordine, ſine prælatorum ordinis licentia.*
15 *Pater generalis poteſt reuocare Prædicatores, crucis, & alios ſubſtituere.*
16 *Sine licentia prælatorum, nullus poteſt diſcedere ab ordine, & recipientes ſunt excommunicati.*
17 *Licentiam ad tranſeundum ad alium ordinem, intra duos, vel tres menſes debent tranſire.*
18 *Non poſſunt prædicare expulſi ab ordine.*
19 *Prælati poſſunt hos expulſos licentiare, vt transeant ad certos ordines.*
20 *Nullus poteſt portare habitum conſimilē noſtrū.*
21 *Ordo eximitur à ſolutione decimarum.*
22 *Bona incerta aliena, quæ habēt ordinem ingredientes, poſſunt conuerti in vſum fratrum.*
23 *Sepultura libera conceditur ordini.*
24 *Officiare in Eccleſiis ordinis, ſeu mortuos ſepelire ſine conſenſu noſtro, nullus poteſt.*
25 *Tempore interdicti celebrare diuina commodè poſſunt fratres.*
26 *Famulis poſſumus miniſtrare ſacramenta.*
27 *Famuli, & procuratores, quomodò ſunt liberi ab interdicto.*
28 *Non poſſunt fratres confiteri, niſi prælatis ordinis, ſeu aliis deputatis.*
29 *Inhibentur Epiſcopi, fratres compellere ad concilia, & proceſſiones.*
30 *Bona legata fratribus conceduntur.*
31 *Delegatis non tenemur ſoluere quartam.*
32 *In mutationibus domorum, poſſumus omnia prioris domus nobiſcum transferre.*
33 *Precium domorum venditarum, poſſunt fratres in vtilitatem ordinis conuertere.*
34 *Monaſteria noſtra, nullus poteſt occupare, & vſurpare.*
35 *Non poſſumus cogi ad aliquod grauamen legatorum, ſeu procuratorum ſoluendum.*
36 *Prælati à ſuis confeſſoribus abſolui poſſunt.*
37 *Caſus, in quibus prælati poſſunt abſoluere, & diſpenſare cum fratribus ipſis, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia.*
38 *Decimas ſoluere, nō tenemur fratres de bonis eorū.*
39 *Nō poſſunt cōueniri ab ordinariis in aliqua cauſa.*
40 *Appellare non poſſunt fratres.*
41 *Fratres ad nullas exactiones tenentur.*
42 *Cenſura contra priuilegia, ſunt nulla.*

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Franciſco de Paula generali, & prouincialibus correctoribus, ac vniuerſis fratribus ordinis Minimorum. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Virtute conſpicuos, ſacri ordinis veſtri profeſſores, qui contemplationi cœleſtium, feruenter inuigilant, & piæ vitæ ſtudio, ſine intermiſſione deſudant, decet per Apoſtolicæ circumſpectionis auxilium, ſic prouide dirigi, & ſolicitè confoueri, vt alicuius prætextu calumniæ, nullum internæ pacis excidium, nullumque religioſi ſtatus, perferant detrimentum, ſed in his, robut, & vigorem habeant, per quæ, circa cultum diuini numinis, deuotis, & quietis mentibus incaleſcant.

Hinc eſt, quod cum ſicut nobis exponere curaſtis; Tu fili generalis corrector, & prædeceſſores tui, iuxta eiuſdem ordinis conſuetudinem obſeruatam hactenus, & à ſede Apoſtolica toleratā. ſtatim poſtquàm electi, ſecundum prædicti cōſtitutiones ordinis, extitiſtis, fratrum ipſius curā geſſeritis, correctoris officium, plenè, ac liberè, in omnibus exercentes, iidemq. fratres, nobis deuotè, & humiliter obedierint, & intenderint reuerenter, & in eadem regula, ſit expreſſum, vt generalis corrector, qui pro tempore fuerit, è correctoratus officio amoueri valeat, à vigilibus, prouincialibus, & aliis fratribus, in generali capitulo congregatis. Nos volentes ambiguitatis ſcrupulum, in hac parte, de veſtris cordibus amputare, ac ordinem ipſum præfatæ ſedi immediatè ſubiectum, à ſede approbatum, eadem honeſtate floridum, præclarum ſcientia, & virtute fecundum, priuilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſingulari, veſtris ſupplicationibus inclinati, deuotioni 1
veſtræ, vt ſucceſſores tui, fili generalis corrector, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquàm electi, ſecundum regulam, & conſtitutiones fuerint ſupradictas,

a Vide de diuo rollectu, in 10.2.qq. regul.q.12. art.3.

dictas, eo ipſo *a* veri eiuſdẽ ordinis generales correctores effecti, curam animarũ fratrum ipſius ordinis plenè habeãt, libereq. gerant, ipſoſq. fratres, auctoritate propria, ligare, ac abſoluere, necnõ in eodem ordine, agere valeant, qui ipſi præfati, & definitores, ad hoc electi, iuxta prædictas conſtitutiones eidem ordini, & fratribus, ſecundum Deũ videbitur expedire, aliaſque poſſint officium generalis correctoris, licitè in omnibus exercere, iidemque fratres, tibi corrector, & ſucceſſoribus ipſis, deuotè, ac humiliter obediant, & intendant.

2 Ac præfati ſucceſſores, & tu generalis corrector, à prouincialibus, correctoribus, & vigilibus, ſecundum regulam, & cõſtitutiones ipſius ordinis, abſolui, & amoueri poſſitis, auctoritate Apoſtolica indulgemus, Ratum habentes, & firmum, quicquid ſuper præmiſſis, per te generalis corrector, dictoſq. predeceſſores fratres, & diſcretos, factũ, & obſeruatũ eſt hactenus, conceſſa tibi exequendi officium generalis correctoris, quoad præmiſſa oĩa, libera facultate.

3 In electionibus quoq. generalis, & prouincialiũ correctorum ipſius ordinis fratribus, qui debẽt electionem hmõi celebrare, cum eos frequenter, de remotis partibus oporteat conuenire, tempus ſuper hoc à iure ſtatutum, non currat, nec ipſi, in hac parte, iuris huiuſmodi regulis coarctentur. Vigiles verò, prouinciales, & correctores locales, aut delegati, viſitatores, ſeu vicegerentes, qui ſecũdum ſtatuta eiuſdem ordinis per electionem, vel aliàs inſtituuntur, poſt ipſam inſtitutionem, ſeu prouiſionem de ipſis factam, curam animarum fratrũ ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant, ipſoſq. ligare, ac ſoluere poſſint, iuxta ipſius ordinis ſtatuta.

b Vide in 2.10.qq.re. q.130.art. 2.

4 Fratres *b* autem de ordine veſtro, quos ſecundũ conſtitutiones ipſius ordinis conuentibus veſtris deputandos duxeritis in lectores, ſine cuiuſquam alterius licẽtia, liberè in domibus prædicti ordinis, legere, ac docere valeant, in Theologica facultate, Illis locis exceptis, in quibus viget ſtudium generale, ac etiam quilibet in facultate ipſa docturus, vt Magiſter ſolemniter incipere conſueuit.

c Vide de intellectu, in 1.10.qq. re.q.18.ar. 5. & in 3. 10.q.24.ar. 1.& 2.

5 Et quia eiuſdem ordinis fratres, de locis ad loca ipſius ordinis, ſæpius tranſmittuntur, propter quod ſtabilẽ, & perpetuã in certis, & determinatis eiuſdem ordinis domibus, nõ faciunt manſionem, quia ẽt bonos, & idoneos, & approbatos à vobis fratres, facitis ad ordines promoueri, liceat vobis ordinandos fratres eiuſdẽ ordinis, quibuſcũq. malueritis *c* Catholicis Pontificibus, cõmunionem, & gratiam ſedis Apoſtolicæ habẽtibus præſentare. Ipſiſq. Pontificibus præſentatos, ſine qualibet examinatione, per eoſdem Pontifices facienda, & abſque omni promiſſione, vel obligatione ipſorum ordinandorum fratrum, ad ordines promouere.

Vide in 1. 10.qq.regu. q.43.ar.4.

6 In locis quoque, in quibus degitis, liceat vobis habere oratoria, in quibus cum altari portatili, poſſitis miſſarum ſolemnia, & alia diuina officia celebrare, ac etiam eccleſiaſtica recipere ſacramenta.

1.vbi tradiur, an poſſimus ſub altari portatili celebrare.

7 Et quia vos, extremam patiẽtes pro Chriſti nomine paupertatem, exhortationis *d* piæ ſtudio, bonos ad potiora dirigitis, & errantes in rectitudinis ſemitam, laudabiliter reuocatis, concedimus, vt in excõmunicatorum terris, liberè cõmorari, ac aliàs, & ẽt, qñ per ipſos tranſire vos cõtigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac recipere valeatis, niſi id, vobis fuerit interdictum.

d Vide de intellectu, in 10.2.qq. re.q.61.

8 Generalis quoque, & ſinguli vigiles, ac prouinciales, & correctores, & eorum vicarij, in prouinciis, & vigiliis ſibi commiſſis prædictis fratribus conſtitutis ibidem, necnon, & fratribus aliis eiuſdem ordinis, interdum ad eos declinantibus *e* vndecumque, abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſiue priuſquam intrauerint ordinem, ſiue poſt in caſibus exceſſerint, pro quibus, excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpẽſionis, incurrunt ſententias, à iure, vel à iudice generaliter promulgatas. Et huiuſmodi ſententiis innodati, aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto, diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordines, ſic ligati, notam irregularitatis incurrũt, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, valeãt impartiri, niſi adeò grauis, & enormis exceſſus fuerit, quod ſint ad eandem ſedem meritò deſtinandi.

e Vide de intellectu, in 1.10 qq. re.q.20.ar. 4. & q.23. art.14.

Fratres etiam veſtri, quos pro tempore, vos generales, *f* vigiles, & prouinciales correctores, necnon, & vices veſtras gerentes, & in proprios habueritis confeſſores, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium, vobis (cum expedierit) valeant impertiri, iuxta formam conceſſionis, ſuper abſolutione, ac diſpẽſatione fratrum, eiuſdem ordinis, ſuperius vobis facta. 9

f Vide de intellectu, in 1.10.qq. re.q.20.ar. 27.& 28.

Ad hæc, volentibus veſtro aggregari conſortio, qui ſuſpenſionis, *g* aut interdicti, vel excommunicationis ſententiis, à iure, vel à iudice promulgatis, generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium, (obſeruata forma canonica) impartiri, ipſoſque in fratres recipere, ac eos, qui poſt aſſumptũ habitũ, vel profeſſionem emiſſam, recognouerint ſe talib. in ſeculo fuiſſe ſententiis, innodatos, ſecundum formam ipſam, vos generalis, vigiles, & prouinciales, & correctores, ac vices veſtras gerẽtes, valeatis abſoluere, & cum irregularitatibus diſpenſare, ſi forſan, talibus innodati ſententiis, vel in locis interdicto ſuppoſitis, diuina præſumpſerit officia celebrare, vel ordines recipere. Ita tamen, quod ſi alicui, ex huiuſmodi eiſdem ſententiis, propter debitum ſint aſtricti, ſatisfaciant, vt tenentur. Volumus autẽ nihilominus, quod huiuſmodi volentes, veſtro aggregari conſortio, niſi mox, poſtquàm fuerint abſoluti, ordinem veſtrũ intrauerint, etiamſi ſuper hoc eis induciæ à prælatis ordinis eiuſdem, concedantur, eo ipſo, in priſtinas ſententias, à quibus eos taliter abſolui contigerit, relabantur, cæterùm veſtra diſcretio cauſæ prouideat, vt Apoſtolicæ ſedis legatorum ipſius, & ordinariorum locorum, in abſolutionibus huiuſmodi, ſcandalum euitetur. 10

g Vide de intellectu, in 10.1.qq. re.q 20.ar. 21.& 23.

Porrò quieti veſtræ prouidere volentes, quod ſuper *h* literas Apoſtolicæ ſedis, aut legatorum, ſeu delegatorum ipſius, cõueniri à quoquam, minimè valeatis, & quod ad pecuniam colligendam, cogi non poſſitis inuiti, per literas ipſius ſedis, de cætero impetrandas quodque nullus, *i* veſtrum correctionis, ſeu viſitationis, vel Inquiſitionis officium, monaſteriis, vel Eccleſiis, ſeu quibuſcumque perſonis, impẽdere, vel ad cognitiones cauſarum, citationes partium, & denuntiationes ſententiarum interdicti, vel excommunicationum, procedere, aut recipere, *k* curam monialium, ſeu religioſarum quarumlibet perſonarum, illis duntaxat exceptis, quæ in veſtris, regula, vel conſtitutionibus continẽtur, aut quæ fuerunt de mandato Apoſtolicæ ſedis exceptæ, teneantur per literas Apoſtolicas impetratas, vel impetrandas in poſterum, niſi huiuſmodi Apoſtolicæ literæ, de hoc indulto, & ordine veſtro, expreſſam fecerint mentionem, auctoritate Apoſtolica, vobis indulgemus Concedimus *l* etiam, vt ad viſitanda aliqua monaſteria monialium, cuiuſcũque ordinis illis exceptis, quæ (ſicut præmittitur) in veſtris, regula, vel conſtitutionibus continẽtur, aut, quæ fuerint, de mandato Apoſtolicę ſedis, excepta, vel audiendas confeſſiones eorum, compelli vllatenus non poſſint, aut ad recipiẽdum commiſſiones cauſarum, ſeu ſentẽtiarum executiones, vel alia contingentia cauſas ipſas, per literas præfatæ ſedis, in quibus facta non fuerit, de indulgentia huiuſmodi, mentio ſpecialis, ſine per legatos, vel delegatos ipſius. Nullus inſuper Archiepiſcopus, vel 11

h Vide de intellectu, in 2.10.qq. regu.q.62. a.5.6.& q. 23.ar.2 & 3.& art.4.

i Vide etiã de intellectu, in eodẽ 2.10.qq.re. q.2.per totam, & q. 63.ar.3.

k Vide aliqua circa curam monialium, in 1.10 qq.re. q 17.ar.8. & 9.& 10. & 2.10.qq. re.q.63.ar tic.3. 12

l Vide 1 2. 10.qq.re.q. 119.art.2. & 3.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus, nec alius prælatus eccleſiaſticus, vel eorum vicarij, vel officiales, ad portandum, ſeu deferendum literas, vel exequendum, aut denuntiandum ſententias, contra Principes ſeculares, communitates, populos, ſeu quoſque benefactores veſtros. Nulluſq. delegatus, vel ordinarius iudex, ad faciendum citationes, vel commiſſiones recipiendas, ſiue quod ſitis in cauſis aliquib. aſſeſſores, ſeu ad alia, lites, vel controuerſias, contingentia, in cauſis, quæ corã ipſis tractantur, quemquam veſtrum, compellere valeant, ſine prædictæ ſedis mandato, & licentia ſpeciali, expreſſam faciẽte, de hac indulgentia mẽtionem. Nec quiſquam veſtrum parere, vel intẽdere teneatur, ſuper his monitionibus, mãdatis, aut iuſſionibus eorundem, aut facere, vel implere, quod in hac parte duxerit iniungendum.

a Vide 1.2. 10. qq. 10. q. 64. artic. 1. per totam quaſt.

13 Cæterũ generalis, ac prouinciales correctores, ac ipſorum vicarij, illos ex fratribus, de quibus auctoritate literarum *a* ſedis Apoſtolicæ legatorum, ipſis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac alijs quibuſcumque prouiſum extitit, vel in poſterum contigerit prouideri, corrigere, ac etiam non obſtante conditione aliqua, poſſint ad ſuum òrdinem reuocare, nec per literas eiuſdem ſedis, ſeu legatorum ipſius, iam obtentas, vel de cætero obtinendas, aliquos de fratribus ipſius ordinis, præfatis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aut alijs teneãtur in ſocios deputare, niſi dictæ literæ Apoſtolicæ obtinendæ, de indulto huiuſmodi, & ordine ipſo expreſſam fecerint mentionem, & aliàs, id honeſtati ordinis, & illorum ſaluti viderint expedire.

b Vide in d. q. 64.

14 Nullus autem legatus, niſi de latere noſtro miſſus, auctoritate literarum ſedis Apoſtolicæ, ſpecialem de hoc indulto, & *b* ordine veſtro, facientium mentionem, nulluſque prælatus, etiam Cardinalis Romanæ Eccleſiæ, nec aliqua pſona religioſa, vel ſecularis, de fratribus eiuſdẽ ordinis, ad ſua, ſeu eccleſię negotia procuranda, vel ſecum manendum, aliquos aſſumere valeat, niſi quos generalis, vel prouincialis corrector ipſorum, tanquàm idoneos, & diſcretos, ſibi duxerint aſſignandos, quos etiã ſubiacere volumus ordinis diſciplinæ.

c Vide 1. d. q. 64.

15 Illos verò ipſius ordinis fratres, qui ad prædicãdum crucem, vel inquirendum contra prauitatem hæreticam, ſeu ad *c* alia huiuſmodi negotia ſint, vel fuerint vbicumque à ſede Apoſtolica deputati, tu fili generalis corrector, tuique ſucceſſores, remouere, ſeu reuocare penitus, transferre; Ipſiſque quod ſuperſedeant iniungere, alioſque ſubſtituere (cum expedire videbitur) licitè, ac liberè valeatis, & in eos (ſi contrauenerint) cenſurã eccleſiaſticam exercere, ac quilibet corrector prouincialis, vel eius vicarius eiuſdem ordinis, id ipſum, in ſua prouincia, circà fratres ipſius ordinis, quibus ab eadem ſede, ſimilia contigerit in illa cõmitti, facere poſſit, non obſtantibus aliquibus literis, vel indulgentijs Apoſtolicis, impetratis, vel etiam in poſterum impetrãdis, quæ de hoc non fecerint mentionem.

d Vide de intellectu in 1. 10. qq. 10. q. 30. ar. 8. & 9.

16 Inhibemus quoque, nè quis poſt profeſſionẽ in ordine *d* veſtro factam, ſine generalis, vel ſui prouincialis licentia, diſcedat ab ipſo. Diſcedẽtem verò abſq. cautione literarum alterius ipſorum, prætextu priuilegii alicuius Apoſtolicæ ſedis, nullus audeat retinere, quod ſi fortè retinere præſumpſerit, vobis, generalis, & prouinciales correctores dũtaxat, & veſtris, ſeu prouinciarũ vicariis, licitum ſit in ipſos diſcedentes fratres excommunicationis ſententiam promulgare. Detinentes verò eoſdem ſecum, vel in monaſteriis, aut eccleſijs ſuis (niſi eos reiecerint poſtquàm eis denuntiatum fuerit) excommunicationis ſententiæ, volumus ſubiacere, non obſtante, quod excommunicari, ſuſpẽdi, vel interdici non poſſint, per literas Apoſtolicas, non faciẽtes plenã, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem. Si verò *e* aliqui de fratribus veſtri ordinis poſt obtentam licentiam à ſede prædicta, aut à nobis, ad religionem aliam trãſeundi, infra duos, vel tres menſes, ſe ad illam religionem, ſuæ ſaluti congruam, non contulerit, & ipſius non ſuſceperit habitum regularem, licitũ ſit vobis, generalis, ac prouinciales, correctores, & vices veſtras gerentibus, contra ipſos, tanquàm contra alios ordinis veſtri apoſtatas, procedere, ſecũdũ quod honeſtati ipſius ordinis videritis expedire. Illud idem intelligi volumus de illis, qui poſt ſuſceptionem habitus alterius religionis infra tẽpus probationis (nulla profeſſione facta) indè præſumpſerint reſilire, aut etiã ſi poſt profeſſionem huiuſmodi, ad religionem laxiorem, ſeu mitiorem ordinem tranſmiſerint (vel quod abſit) ad ſeculum reuertantur, volumus vos, contra ipſos rigorem veſtri ordinis exercere.

e Vide in 1. 10. qq. 10. q. 32. arti. 20. & 21.

17

18 Apoſtatas quoque veſtri ordinis, excommunicare, capere, *f* ligare, incarcerare, & aliàs ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis, per vos, ac etiam alios in quocumque habitu eos cõtigerit inueniri, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Inhibemus ẽt, ne fratres, quos ab ordine veſtro pro ſuis culpis, per generalem, ſeu prouinciales, correctores, aut vigiles, expelli cõtigerit, vel qui egreſſi fuerint proprio ſuo motu, prædicare, confeſſiones audire, ſeu docere præſumant, niſi ad alium ordinem, in quo licitè huiuſmodi officia exerceantur, tranſierint, de veſtra, vel dictorum correctorum, licentia ſpeciali. Quod ſi fortè ipſi contra huiuſmodi inhibitionem noſtram, aliquid ſuper præmiſſis temerè attentare præſumpſerint, Prouinciales correctores, & vigiles, ac eorum Vicarij, in illos quos infra fines ſuarum Prouinciarum, iuxtà conſuetudinem ordinis veſtri, diſtractos inuenerint, talia præſumentes (monitione præmiſſa auctoritate noſtra, excommunicationis ſniam valeant promulgare.

f Vide in 1. 10. qq. 10. q. 30. ar. 6. & 42.

19 Eiectos autẽ de ordine veſtro, vel egreſſos, qui receptione in eodem ordine, ſuis culpis exigẽtibus reddiderunt ſe indignos, & alios fratres eiuſdem ordinis è rationabili cauſa, ad quoſcumq. ordines approbatos (præter quam ad Beati Auguſtini Templariorum, Hoſpitaliorum, & aliorum religioſorũ arma portantium) ad vitãdam occaſionem euagandi. Generalis, vel Prouinciales correctores, cũ ſuis teſtimonialibus literis, auctoritate noſtra, licentiandi liberam habeant facultatẽ. Nos enim diſtrictius inhibemus, nè tales ad alium ordinem aliter tranſire, vel aliquis eos recipere, ſeu retinere præſumant, abſque licentia ſpeciali Sedis Apoſtolicę, faciente de hoc plenariam mentionem.

Vide in 1. q. 30. artic. 22.

20 Inhibemus etiam, vt nulli ſiue ſit in religionis ordine, ſiue extrà ordinẽ cõſtitutus habitum veſtrũ, vel ita cõſimilem, quod propterea frater minimus credi poſſit, deferre liceat, abſque mandato Sedis Apoſtolicæ ſpeciali, & vt dicta inhibitio maiorem cõſequatur effectum, ſtatuimus, vt ij, qui habitum veſtrum, vel ſibi prædicto modo cõſimilem, deferre præſumpſerint, ad deponendum ipſum per diœceſanum locorũ, cum à vobis requiſiti fuerint (monitione pręmiſſa) per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellantur.

Vide in 2. 10. qq. 10. q. 67. ar. 4.

21 Cæterum, cũ humilitas veſtra ſibi de latitudine orbis terræ, nihil, præter domos, & hortos cum virgultis, ad ſimplicem tantũmodo fratrum vſum, pręmiorum obtentu cæleſtium, duxerit reſeruandum. Nos piè volentes, quod illorum fructus integrè veſtræ paupertatis vſibus applicẽtur, vt de dictis hortis, & virgultis veſtris, nulli decimã teneamini exhibere, vobis auctoritate pręſentium indulgemus, diſtrictius inhibentes, ne quis à vobis, de præmiſſis aliquid exigere, vel extorquere præſumat.

Quia

Digitized by Google

22 *Vide in 3. 10.qq.re.q. 48.ar.4.* Quia verò nõnulli, veſtræ religionis habitum aſ
ſumentes, diuerſis perſonis, quę ſciri, & inueniri nõ
poſſunt, aliqua bona interdum reſtituere tenentur,
vobis prouincialibus, vigilibus, ac Vicariis prædi-
ctis, concedimus, vt ſinguli veſtrum, in locis ſibi cõ
miſſis, bona ipſa in pios vſus conuertere valeant,
prout ſecundum Deum videbitur expedire.

23 *a Vide I 3. 10.qq.regu. q.16.ar.12. & per totā quæst.* Sepulturam *a* quoque in locis, cęmeteriis, & Ec
cleſiis veſtris, concedimus, & eam liberam eſſe cen
ſemus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati,
qua ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi excommu-
nicati, vel interdicti, aut ẽt publici vſurarii fuerint,
nullus obſiſtat, ſalua tñ iuſtitia illarum Eccleſiarũ,
24 à quibus mortuorum corpora aſſumentur. Diſtri-
ctius inhibentes, vt nulli Religioſi, vel ſeculares,
vobis inuitis, aliquorum corpora defunctorum in
veſtris cęmeterijs ſepelire, aut in Eccleſijs veſtris,
miſſarum ſolemnia, vel pro animabus eorũ, qui ad
loca veſtra, tumulandi feruntur, ibidẽ exequias ce-
lebrare, ſine veſtro aſſenſu, aut volũtate, præſumãt.

25 *b Vide I 3. 10.qq.regu. q.108.109. 110.111. 112.& per alias ſequẽtes qq.* Etiam cum generale *b* interdictum fuerit, in Ec-
cleſijs, & oratorijs veſtris, & alijs quibuſcumque,
vel cum ad loca perueneritis, Eccleſiaſtico ſuppoſi
ta interdicto, clauſis ianuis, (interdictis, & excõmu-
nicatis excluſis) non pulſatis campanis, & ſubmiſſa
voce, liceat vobis celebrare diuina, & eccleſiaſtica
recipere ſacramenta, dummodò cauſam, non dede
ritis interdicto, nec contingat vobis ſpecialiter in-
terdici, nec Eccleſiæ, vel oratoria ipſa, fuerint ſpe-
cialiter interdictæ. His verò, qui veſtris morantur
obſequijs, cuncta liberè miniſtrare poteritis Eccle-
ſiaſtica Sacramenta, & ipſos cum decedunt, in ve-
26 ſtris oratorijs ſepelire. Si quando autem, in terris,
in quibus reſidetis, vel eorum perſonis, excommu-
nicationis, ſeu interdicti ſententias, contigerit, pro
mulgari, pueri veſtris ſeruitijs deputati, negotio-
rumque veſtrorum procuratores, & operarij, qui
in veſtris locis, eorum operibus perſonaliter con-
tinuè inſteterint, huiuſmodi ſententijs obnoxij mi
nimè habeantur, ibique poſſint audire diuina, iux-
ta formam, quæ locis ipſis, eo caſu à ſede Apoſto-
lica eſt conceſſa, niſi eidem cauſam dederint, vel
communicari ſpecialiter, ſeu interdici contingat
eoſdem.

27 *c Vide I 1. 10.qq.regu. q.63. ar.4. 5.6.& 7.* Inhibemus inſuper vniuerſis fratribus veſtri or
dinis *c*, nè aliquis eorum (niſi neceſſitatis vrgente
articulo) alijs, quàm prælatis ſuis, peccata ſua con-
fiteri pręſumat, vel alijs eiuſdem ordinis ſacerdoti
bus, ſecũdum Regulam, & ipſius ordinis inſtituta.
28 Vniuerſis autem Eccleſiarum Prælatis, & alijs, in-
hibemus, cõfeſſiones veſtras, vobis inuitis, audire,
d Vide I 10. 1.qq.re. q 64.art.11. vel *d* compellere vos, Synodos, ſeu conuocationes
ſuas accedere, vel cum eis, extra ciuitates, vel intrà
proceſſionaliter exire, aut ſuis cõſtitutionibus ſub-
iacere, vel capitula, ſcrutinia, & inquiſitiones, in
locis voſtris, vel alibi, de vobis facere, aut fidelita-
tem iuramento firmatam, manualem, obediẽtiam
à prouincialibus, vigilibus, & correctoribus, locali
bus veſtris exigere, aut de ipſorum inſtitutione, vel
deſtitutione, ſiue de ſtatutis veſtri ordinis, ſe ali-
quatenus intromittere, ſeu prohibere, ne ad ciuita-
tes, vel villas, vbi religioſè, ac honeſtè commorari
poſſitis, à populis euocati, audeatis accedere. Ibiq.
pro veſtris vſibus cõſtruere ædificia, Eccleſias, ſeu
oratoria, aut in accedentes fratres, ſeu conſtruẽtes
huiuſmodi, vel acceptatores ipſorum, excommuni
cationis ſententias ferre præſumant.

29 *e Vide I 1. 10.qq reg. q.39.per totam q. & I 3.10.q.46* Concedimus quoque *e* vobis, vt de ijs, qui in or-
namẽtis, vel pro eis, aut libris, fabrica, luminaribus,
anniuerſario, ſeptimo, vigeſimo, ſiue alijs, ad per-
petuum cultum diuinum, ſeu pro pitantijs, aut vi-
ctu, ad ſuſtentationẽ veſtram, vel indumentis, nec
non pro annuis cenſibus redimẽdis, ad quorum ſo-
lutionem, aliquæ domus veſtri ordinis obligatæ
noſcuntur; vel de domibus prędictis, & hortis, alijſ
que locis, vobis ſecundum inſtituta veſtri ordinis,
oportunis, aut de ijs, quæ pro hmõi domibus, præ-
diis, hortis, & locis emendis, vobis legantur (dum-
modò præmiſſa non cõuertantur in vſus alios, ſed
in illis duntaxat, pro quibus relinquũtur, aut alios
etiam, qui in hac conceſſione, vel indulgentia con-
tinentur, nulli canonicam portionem aliquam te-
neamini exhibere. Et ne quis à vobis de vltimarum 30
executionibus voluntatum, ſeu decedentium hære
dibus, de præmiſſis, aut de his, quę vobis in vltimis
voluntatibus, abſolutè legãtur, vel aliàs pro veſtris
neceſſitatibus conferuntur, aliquid exigere, vel ex
torquere præſumat, diſtrictius inhibemus.

Ad hæc liceat fratribus veſtri *f* ordinis, cum de 31
prioribus locis ſuis, ad alia loca ſe transferunt, tam *f Vide I 4.*
ædificia, ſeu omnem ædificiorum materiam, loco- *10.qq.re.q.*
rum, quæ dimittunt (dedicatis Eccleſijs duntaxat *49.ar.7.48*
exceptis) libros, calices, & paramenta ſecũ, ad alia *in 3.10.q.*
loca transferre; Ac ædificia ipſa, cum ſolo, & aliis, *5.art 4.*
ad eadem loca pertinentibus, præter Eccleſias, per 32
perſonas ad hoc à ſede Apoſtolica deputatas, ven-
dere, ipſorumque pretium, in aliorum locorum, ad
quæ dicti fratres ſe transferunt, ædificationem, ſeu
aliàs, in eorum vtilitatem conuertere, ſecundum
quod melius videbitur expedire, cum ipſa priora,
& alia loca fratrum, ad nos, & Apoſtolicã ſedem,
ſpecialiter, & immediatè pertinere noſcantur. Et
ne aliqui Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, aut alij Eccle 33
ſiarum prælati, ſeu quæuis alia perſona Eccleſiaſti-
ca, vel ſecularis, prædicta loca, ſeu bona occupare,
accipere, vel vſurpare, aut quoquo modo, ſibi ven
dicare præſumant, abſque dictæ ſedis licentia ſpe-
ciali, diſtrictius inhibemus.

Indulgemus vobis, vt ad præſentationem *g* pro-
curationum legatorum prædictæ ſedis, vel nuntio- 34
rum ipſius, ſeu diœceſanorum, locorũ, aut exactio- *g Vide I 2.*
num, vel collectarum, ſeu ſubſidiorum, vel proui- *10.qq.re.q.*
ſionum quarumcũque, minimè teneamini; nec ad *43.artic.3.*
ea ſoluenda, per literas dictæ ſedis, aut legatorum, *& 8.*
vel nuntiorum eiuſdem, ſeu rectorum, terrarũ Ec-
cleſiæ Romanæ impetratas, ſeu in poſterum impe-
trandas, cuiuſcumque tenoris fuerint, in perpetuũ
compelli poſſitis, niſi dictæ ſedis literæ impetran-
dæ, plenam, & expreſſam de huiuſmodi indulto, &
dicto ordine, fecerint mentionem.

Preterea, cum fęlicis recordationis, Gregorius *h* 35
XI. prædeceſſor, in dictis ſuis literis, Generali, vigi *h Vide I 1.*
libus, & Prouincialibus, necnon correctoribus, lo- *10.qq.regu.*
calibus, & eorum Vicariis, abſoluendi fratres eiuſ- *q.20.ar.1.*
dem ordinis, atque etiam fratribus dicti ordinis,
quos ipſi huiuſmodi ſuperiores, habuerint pro tẽ-
pore in confeſſores, abſoluẽdi ipſos ſuperiores, ab
exceſſibus, & cẽſuris, niſi talia forent, propter quæ
eſſent ad Sedem Apoſtolicam meritò deſtinandi,
ac cum eis deſuper diſpenſandi concedit, & propte
reà, qui ſunt deſtinandi, perſæpe reuocetur in du-
bium, vt abſoluentium, & abſoluendorum, diſpen-
ſantium, & diſpenſandorum pro parte, puritati cõ
ſcientiæ conſulamus.

Declaramus hæreticos, relapſos, ſchiſmaticos, 36
& qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infi-
deles prohibita detuliſſent, duntaxat eſſe ad ſedem
prædictam meritò deſtinandos, reliquis verò omni
bus, ẽt Simonia *i* qualitercumq. irretitis, poſſe per *i Vide I 1.*
illos, quibus inibi conceditur, abſolutionis beneſi- *10.qq.regu.*
cium, & diſpenſationis, iuxta caſuum indulgẽtiam *q.20.artic.*
impartiri, & vt in dicti ordinis profeſſoribus, om- *13.*
nis vagandi tollatur occaſio, & ad Apoſtolicam ſe-
dem recurrendi, ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas,
omnibus ſuperioribus, & eorum Vicariis, *k* defe- *k Vide I 1.*
ctum Natalium, ex adulterio, Sacrilegio, inceſtu, *10.qq.regu.*
& quouis *q.13.ar.6.*

& quouis alio nefario, & illiciro coitu prouenientem: necnon, a cum his, qui ex quauis cauſa præter quam homicidij voluntarij, bigamię, & mutilationis membrorum, irregulares forent, diſpenſandi, cum dicti ordinis Minimorum profeſſoribus, poſtquam ipſum ordinem profeſſi fuerint, vt defectu, & irregularitate non obſtante, regulares ipſi, ad quoſcumque, etiam ſacros ordines, promoueri, & in illis, etiam altaris miniſterio miniſtrare, & tam ipſi regulares, quam defectum natalium patientes, ad quaſcumque adminiſtratores, & officia, eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè, & licitè valeant, motu, ſcientia, & auctoritate, prædictis, concedimus per præſentes.

a Vide 1. 10. qq. reg. q. 24.

37 Indultum verò prædeceſſoris, de b decimis non ſoluendis, ad quæcumque bona dictorum fratrũ, & quaſcumque decimas (etiam, quas vulgus Papales appellat) & Apoſtolica ſedes, pro Chriſtianæ fidei defenſione, aut aliis imminentibus perſæpè neceſſitatibus, inducit, & quæcumque alia onera, motu, & ſcientia prædictis, extendimus; decernentes fratres ipſos Minimos, etiamſi ſuper quoſcumque exemptos, etiam mendicantes, ſolui mandarentur, cum quibuſuis derogatoriis, & fortioribus clauſulis; ad illarum ſolutionem ceſſando, cenſuras, & pęnas aliquas non incurrere: niſi præſentibus nobis, per generales, aut alias clauſulas, ſpecialem mẽtionem importantes, non aliàs, ſit derogatum ſpecificè, eorum de verbo ad verbum, inſerto tenore.

b Vide 1. 10. qq. regu. q. 44. ar. 4. & in 3. 10. q. 47. ar. 16

38 Cæterùm, cum fœlicis recordationis, c Innocentius Papa Quartus prædeceſſor noſter, olim duxerit ſtatuendum, vt exempti quantacumq. gaudeãt libertate, nihilominus tamen, ratione delicti, ſeu cõtractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſſint coram locorũ ordinariis conueniri, & illi, quò ad hoc, ſuam in ipſos iuriſdictionem (prout ius exigit) exercere. Nos, vobis (vt occaſione conſtitutionis huiuſmodi, nullum libertatibus, & immunitatibus, vobis, & ordini veſtro, per priuilegia, & indulgentias, ab Apoſtolica ſede conceſſa, aut in poſterũ concedendas, præiudicium generetur) auctoritate præſentium indulgemus. Decernẽtes vos, ſeu perſonas veſtri ordinis, in prędictis caſibus, ordinariis ipſis, minimè ſubiacere. Decernimus ergò irritum, quicquid contrà tenorem conceſſionum, & inhibitionum huiuſmodi, per quoſcumque fuerit attentatum, & interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quis conceſſiones, conſtitutiones, & inhibitiones eaſdem, in vos, vel veſtrũ aliquos, aut loca veſtra, ſeu benefactores veſtros, vel executores, aut hæredes prædictos, in poſterum promulgari contigerit, penitus non tenere.

c Vide 1. 10. qq. reg. q. 62. ar. 5. & q. 63. articu. 3.

39 Et quia Bonifacius VIII. prædeceſſor noſter, olim ad augmentum continuũ religionum, & ordinũ, quos Romana ſuſcepit, & approbauit Eccleſia, paternis ſtudiis intendit, & conſiderauit attentius, quod non intermiſſa ſedulitas diſciplinæ, religiones, & ordines ſupradictos, ſtatuſq. regulares, ſalubriter dirigit, & conſeruat, quodque ſi eam perire, vel remitti contigerit, ordo quilibet, collabi neceſſariò cogeretur. Penſando ẽt, quod ſi regulariũ perſonarũ correctio, rimas iuris, & apices ſequeretur, huiuſmodi rigor lenteſceret, ac multiplici laxatione torperet. Nos auctoritate Apoſtolica vobis indulgemus, vt ad correctiones, & punitiones fratrũ veſtri ordinis delinquentium infligendas, Generalis, Vigiles, & prouinciales, necnon, correctores, locales, & eorum vices gerentes, ad quos eadem ſpectari noſcuntur (rimulis, & apicibus ipſis poſtpoſitis) liberè procedere valeant, ſecundum conſuetudines approbatas, & generalia facta, & etiam faciẽda, ipſius ordinis inſtituta. Nec volumus eiſdem licere fratribus, ab eiſdem correctionibus, & punitionibus, aliquatenus appellare, prouidè in hoc, deliberatione, ac maturitate debita, obſeruatis.

Vide in 1. 10. qq. reg. q. 1. art. 8. 9. & 10. & q. 3. art. 1.

40 Quodque fratres, & ſorores, ac gubernatores præfati, ratione domorum, locorũ, ac monaſteriorum prædictorum, aut quorumcumq. aliorum bonorum, aut poſſeſſionum, quæ in præſentiarum habent, & iuſtis modis, præſtante Domino, habebunt in futurum, ſeu quauis alia occaſione, decimã, vel aliam portionem, aut annuos redditus, ſeu cenſum, vel procurationem aliquam, vel aliam ſubuentionem, legatis, vel nuntiis dicta Sedis, aut ordinariis locorum, vel aliis quibuſcumque, aut pedagia, vel telonia, & alias exactiones, quibuſuis Regibus, ſeu alijs perſonis eccleſiaſticis, ſeu ſecularibus, dare, & ſoluere, minimè teneantur. Nec ad illud compelli poſſint, vel ſuper hoc, aut aliàs à quoquã, quomodolibet conueniri, per literas ſedis prædictæ, aut legatorum, vel delegatorum, ſeu nuntiorum ipſius, aut diœceſanorum locorum, vel rectorum Eccleſię Romanæ aut quorumcumque aliorum, etiam ſi in eiuſdem ſedis literis, contineatur expreſsè, quod ad quæuis exempta, vel non exempta, ſeu Monaſteria, ſe extendant, & aliqua eis, cuiuſcumque tenoris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia nõ obſiſtat, niſi forſan literæ Apoſtolicæ, de dicto ordine, & præſentibus, de verbo ad verbum, ac ẽt Monaſteriis, locis, & domibus, ipſorumque rectoribus, ac gubernatoribus, & perſonis prædictis, plenam, & expreſſam, ac etiam ſpecialiter, & nominaliter, fecerint mentionem, fœlicis recordationis, Innocentij Papæ Quarti, prædeceſſoris noſtri, & aliis conſtitutionib. Apoſtolicis, legibus imperialibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, per quę præmiſſa poſſent quomodolibet infringi, vel impediri, & aliis in contrarium editis, non obſtantibus quibuſcumque.

Vide in 1. 10. qq. regu. q. 63. ar. 1. et q. 65. per tot. q. & in 3. tom. qq. reg. q. 90. per totam.

41 Nos enim, quaſlibet excommunicationum, ſuſpenſionum, & interdicti ſententias, & quoſcumq. proceſſus, quaſuis pęnas, ſententias, continentes, quas, & quos, cõtra Generalem, fratres, & ſorores, domos, monaſteria, perſonas, & alia ſupradicta, cõtra tenorem, & formam præſentium, & exemptionis huiuſmodi, promulgari, & haberi contigerit, irritas decernimus penitus, & inanes. Nulli ergò omninò hominum liceat, hãc paginam noſtræ abſolutionis approbationis, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, 5. Kal. Auguſti, 1506. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Conſequitur, & declarat Iulius Secundus, nullas eſſe tranſactiones, & concordias factas, ſine aſſenſu Generalis, ſiue Capituli Generalis.*

2 *Declarat, quæ perſonæ gaudent meritis Religionis.*

3 *Proponit fratribus auctoritatem eligendi conſeruatores, & quæ ſit poteſtas conſeruatoris.*

4 *Indulget, quod conceſſa vni Monaſterio, & omnibus intelligantur conceſſa.*

VEnerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Granaten. & Epiſcopo Malaginen. ac dilecto filio, Vicario in Epiſcopo Malaginen. in ſpiritualib. Generali, & eorum cuilibet.

IVlius Papa II. venerabiles fratres, & dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Aliàs venerabilem fratrem Epiſcopum Pariſien. conſeruatorem ordinis Minimorum deputauimus eique mandauimus, quatenus (quoties opus foret) dicto ordini, & illius perſonis, & fratrib. aſſiſteret, & non permitteret, quod Decanus, & capitulum Eccleſię Sancti Vlfrani, & eorum officiales, ac rector parochialis Eccleſiæ S. Aegidij, de Abbatis villa, Ambianen. diœceſis, aut alii quicumque, cuiuſcumque dignitatis forent, tam in dicta diœceſi, quàm alibi, in

aliquo

aliquo damnificare,moleſtare,perturbare, aut in-
quietare,vllatenus auderent,quinimò corpora de-
functorum quorumcumq. qui in Eccleſia domus,
1 de Abbatis villa,in eorum vita ſepelire elegerant,
ſeu qui in poſterũ eligerent, cum relictis fratribus
ipſius domus,de Abbatis villa, fratribus integrali-
ter reſtituerent. nec ipſi,alij,prædictos, & quoſcũ-
que alios fratres dicti ordinis, de cætero ſuper ſe-
pulturis,& corporibus illorũ,qui in dictæ domus,
de Abbatis villa,& aliis eiuſdem ordinis Eccleſijs,
ſepeliri eligerent,pro tempore impedire præſume
rent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna,
inhiberet,ac S.Vlfrani,& S.Aegidij,Eccleſias,nec-
non alias,ad quas corpora defunctorum,qui in di-
cta de Abbatis villa, & aliis cæterarum domorum
ordinis huiuſmodi, Eccleſijs reſtituerentur,conce
deret, ac deſuper ſtatueret, & ordinaret,prout de
iure foret faciendum. Et deinde pro parte dilecti
filij,Frãciſci de Paula,dicti ordinis inſtitutoris, no-
bis expoſito,quod fratres ordinis Minimorum, po
tentiam Decani, & capituli, ac rectoris prædicto-
rum,plurimum formidabant.Nos per alias noſtras
in forma Breuis,literas,pręfato Pariſien.Epiſcopo,
ac venerabili fratri Archiepiſcopo Thuronen. ac
dilecto filio,Abbati Monaſterij S.Saturnini Tholo
ſan.Dięceſ.commiſimus, ac dedimus in mandatis,
quatenus in præmiſſis,eiſdem fratribus aſſiſterent,
& ad executionem pra dictorum, & aliarum qua-
rumcumque literarum,dicto ordini,per ſedẽ Apo
ſtolicam,aut aliàs,quomodolibet conceſſarum, &
in poſterum concedendarum,in quocumque loco,
& dięceſi,opus foret,ac quotiens pro parte Franc,
& aliorum fratrum prędictorum,ac quorumcunq.
ſuperiorum,& correctorum, domorum, locorum
dicti ordinis,requiſiti fuiſſent, procedere,ac Deca
num,& capitulum,necnon rectorem præfatos, &
alios quoſcunq. priuilegiorum ordinis Minimorũ
huiuſmodi tranſgreſſores, vbicumq. pro tempore
degentes, etiam extra prædictam, & quaſcumque
diœceſes,& Prouincias, (quotiens opus foret)co-
ram eis euocari facerent, & per cenſuras Eccleſia-
ſticas,& alia iuris remedia,compellerent, & com-
peſcerent, inuocato etiam ad id (ſi opus foret) au-
xilio brachij ſecularis; & ſnias,ac cenſuras ipſas ag
grauarent, & reaggrauarent, & alia neceſſaria, &
oportuna facere curarent, aliàs iuxta dictarum li-
terarum continentiam, & tenorem in omnibus, &
per omnia,perinde,ac ſi hæ prædictæ, à principio
eorum cuilibet directæ fuiſſent, ipſique in illis,cõ-
ſeruatores ſpecialiter deputati fuiſſent,prout in ſin
gulis literis,prædictis plenius continetur.Cum au-
tem,ſicut præfatus Franc de Paula, nobis nuper ex
poni fecit, tunc Prouincialis,& fratres noſtræ do-
mus de Abbatiſvilla,ſeu aliqui ex eis,cum decano,
& capitulo præfatis, ſuper tumulandis corporibus
defunctorum huiuſmodi,ad certã cõcordiam, ſeu
tranſactionem deuenerint,per quam, inter alia,vo
luerint,quod proceſſus præmiſſorũ occaſione, ea-
tenus facti, & qui in poſterum fierẽt,nullius eſſent
roboris,& momenti. Quodque extunc de cætero,
corpora eorum,qui apud Eccleſiã dictæ domus de
Abbatiſvilla,eligerent ſepulturam; imò ad dictam
Eccleſiam S.Vlfrani, cum luminaribus deferri, &
inibi duabus miſſis celebratis, & luminaribus cum
aliis fulminaribus,iuribus,& abuentionibus, eiſdẽ
decano,&capitulo relictis,ad Eccleſiam domus de
Abbatiſvilla huiuſmodi,portare deberet, prout in
quodam inſtrumento publico deſuper confecto, di
citur plenius contineri.Et quia concordia,& tran-
ſactio per Prouincialium a, & fratres præfatos, fa-
cta huiuſmodi, contra tenorẽ priuilegiorum,eidẽ
ordini conceſſorum, & licentia,& cõſenſu præfati
Franciſci, dicti ordinis Generalis correctoris, per

a Vide § 1. 10. qq. 10. q. 27. ar. 3. et q. 38. ar. 8.

ſedem prædictam deputati,ſine cuius licentia, illæ
fieri non poterant, & in maximum præfati ordinis
præiudicium factæ fuerunt.Idem Frãciſcus Gene-
ralis corrector,nobis humiliter ſupplicari fecit, cõ
cordiam, & tranſactionem ſupradictas, ac ſenten-
tiam cuiuſcumq. iudicis ſecularis,ſuper commiſſis
pro Decano, & capitulo,& contra fratres dictæ do
mus de Abbatiſvilla,latam, nullas,nulliuſque robo
ris,vel momenti fuiſſe,& eſſe declarare,aliaſque in
præmiſſis,oportunè prouidere, de benignitate A-
poſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſup-
plicationibus inclinati,vobis, & veſtrum cuilibet,
præſentium tenore mandamus, quatenus concor-
diam,& tranſactionem,ac prædictas, & quaſcum-
que alias,per quoſcumque iudices ſeculares,ſuper
funeralibus, & quartis, & aliis contra prædictã de
Abbatiſ. villa, & alias dicti ordinis domos, & illa-
rum fratres,hactenus latas, & in poſterum ferẽdas
ſententias,nullas fuiſſe, & eſſe auctoritate noſtra
declaretis,& prout de facto proceſſerunt, caſſeris,
& annulletis,ac eiſdem Franciſco, & fratribus aſſi-
ſtentes priuilegia dicto ordini conceſſa, obſeruari
faciatis. Quodque, quaſcunq. conuentiones, per
quoſcumque dicti ordinis prouinciales, & Vica-
rios Generales ſpeciales,ac quoſcũq. alios fratres,
ſeu eorum procuratores, vbicumque, & quomo-
documque,& ſub quibuſcumque clauſulis. & for-
mis,factas, concordatas, tranſactas, & expeditas,
quæ per præfatum Frãciſcum, vel ſucceſſores ſuos
dicti ordinis Generales,Correctores,ſeu Capitulũ
Generale dicti ordinis acceptatæ,confirmatę,& ra
tificatæ non fuerint nullius eſſe roboris, & momẽ
ti,declaretis,ſi,& prout de iure fuerit faciendũ. Et
pro manutenenda,& conſeruanda regula dicti or- 2
dinis,in qua expreſsè inhibetur, ne fratres ipſi, vl-
tra quinquaginta annos, particularis quæcumque
ſuffragia,in dicto ordine accepient, & ſuſcipiant,
vos particularia quorumcumq. dicti ordinis fun-
datorum, & fundaticum, ad quæ ipſi obligantur,
ſuffragia huiuſmodi,ſub omnium dicti ordinis ſuf
fragiorum, & bonorum generalitate ſuſcipere, &
acceptare, ſinguliſq. priuilegiis,gratiis,& indultis,
omnibus quatuor mendicantibus ordinibus,& eo
rum cuilibet,per ſedem prædictam,ſeu aliàs,quo-
modolibet concedendis,& ẽt ordini prædicto iam
conceſſo,& cõfirmato priuilegio, confeſſiones au
dien,iuxta illius formam,& tenorem,vbi vis,frui,
vti,& gaudere valeãt,Quodq. dicti ordinis domo-
rum fundatores,fundatrices,procuratores,& pro-
curatrices.tutores, & tutrices,eorumque vtriuſq.
ſexus liberi; necnon dicti ordinis conſeruatores,
præſentes,& futuri,omnium,& ſingularum miſſa-
rum,ieiuniorum,orationum, & ſacrificiorum, ac
quorumcumque aliorum bonorum,in toto huiuſ-
modi ordine Minimorum, de cætero faciendorũ,
& recitandorum, participes fore, & illis commu-
nicata ſint,& eſſe debeant.Quodq. fratres dicti or- 3
dinis,cõſeruatores Minimorum, etiam canonicos
Cathedralium Eccleſiarum, & officiales, ac Vica-
rios ipſorum,ſibi eligere, & quod tales in conſer-
uatores, totaliter per eos electi, ex nunc, per nos
deputari cẽſeantur, poſſintq. contradictores quoſ-
cumque excommunicare, & cenſuras, iteratis vi-
cibus aggrauare, ac loca quæcumque Eccleſiaſtico
ſubiacere interdicto,ac omnia alia,quę poſſunt cõ
ſeruatores, ab aliis fratribus aliorum ordinũ men-
dicantium,iuxta priuilegia eis ſuper hoc conceſſa,
electi.Quodque b ſingula priuilegia,indulgentiæ,
gratiæ, & indulta alicui ex domibus ordinis Mini-
morum huiuſmodi,hactenus,per nos,vel ſedẽ præ
dictam, aut aliàs quomodolibet conceſſa, ad oẽs,
& ſingulas alias domos dicti ordinis Minimorum,
hactenus conſtructas,& conſtruendas,intelligãtur
conceſſa,

b Vide § 3. 10. qq. 10. q. 10. ar. 1.

conceſſa,ac ſi in ſpecie,cuilibet eorũdem,conceſ
ſa fuiſſent,& illa,ad quamlibet domorum extenſa,
& de nouo conceſſa ſunt, & eſſe cenſeantur, dicta
authoritate,ſtatuatis,& ordinetis.Non obſtantibus
præmiſſis,ac piæ memoriæ, Bonifacij Papæ VIII.
prædeceſſoris noſtri,de vna,& duabus dietis,in Cõ
cilio Generali,editis,& aliis conſtitutionibus, & or
dinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis,ēt
ſi aliquibus,communiter,vel diuiſim,ab eadem ſe-
de indultum fuerit, quod interdici, ſuſpendi, vel
excommunicari non poſſint, per literas Apoſtoli-
cas,non facientes plenam,& expreſſam,ac de ver-
bo ad verbum,de indultis huiuſmodi mentionem.
Dat. Romæ apud S.Petrum,ſub annulo piſcatoris,
die 29.Martij,1507.Pont.noſtri,anno 4.

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſit multas gratias, Generalis,& ſucceſſorib.*
2 *Tranſeuntes ad alium ordinem,ſine licentia Generalis,& etiam retinentes,excommunicantur.*
3 *Sine licentia Generalis,bona ordinis,extraneis nullus poteſt concedere.*
4 *Generalis ordinis Minimorum poteſt diſpenſare, vt valeant collecta pro miſſis.*
5 *Indulgentia ſtationum Eccleſiarum vrbis,& aliarum Eccleſiarum de nouo conceduntur.*

Dilecto filio, Fratri Franciſco Biner, ordinis Minimorum,Correctori Generali.

IVLIVS PAPA
SECVNDVS.

Dilecti fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedi-
ctionem. Sacer ordo, per quẽdam Franciſcũ
de Paula,exemplaris vitæ religioſum, inſtitutus, &
per nos, approbatus, & per quem,Eccleſiam Dei,
multiplicibus ſplendoribus illuſtrari ſperamus, à
nobis,& ſede Apoſtolica promeretur.vt illius quie
ti,& corroborationi,vigili cura intendamus.Cum
itaque,ſuperiori anno,prædictus Franciſcus,qui di
cti ordinis corrector,per Sedem prædictam depu-
tatus fuerat, ad meliorem vitam à Domino conuo
catus,in Gallia fuiſſet vita functus. Nos cupientes
dicto ordini opportunè prouidere, Generale capitu
lum fratrum dicti ordinis, in alma vrbe noſtra, in
domo Sãctæ Trinitatis dicti ordinis celebrari,ini-
bique correctorem generalem,eligi iuſſimus,atq.
mandauimus, ac pro eiuſdem ordinis directione,
illi,dilectum filium noſtrum,Marcum,tituli Sãctæ
Mariæ trans Tiberim, presbyterum Cardinalẽ Se-
nogallien. noſtro,& dictæ ſedis nomine,præſidere
voluimus.Cum autem,in capitulo huiuſmodi(Spi-
ritus ſancti gratia cooperante) via ſcrutinij,in Ge-
neralem correctorem electus, ac ibidem publica
electione, in qua conſenſerunt capitulantes fratres
diuerſarum regionum, in huiuſmodi electione vo-
cem habentes,ipſorumque nominibus, alta, & in-
telligibili voce perlectis,& aliis,ad huiuſmodi ele-
ctionem neceſſariis,inibi iuridicè peractis à prædi
cto Marco Car.auth. noſtra, licet plurimum reni-
tens,confirmatus & ad officium huiuſmodi ſuſci-
piendũ,in virtute Spiritus Sancti,&ad Sanctæ obe
dientiæ meritum,aſtrictus,& coram nobis,ac præ-
dicto Marco,ac dilecto etiam filio noſtro, Rober-
to,tituli Sãctæ Anaſtaſiæ,officium Generalatus hu
iuſmodi,ſpontè,& liberè reſignaſti,quam renuntia
tionem tuam,admittere recuſauimus,tibique,vt of
ficium hmõi,& triennium,pro quo electus fueras,
diligenter exerceres mandauimus, in Generalem
confirmatus fuiſti.Et ſicut a nobis nuper exponi fe
ciſti,dubitas per eiuſdem ordinis regulã, nouiſſimè
per nos approbatam,& confirmatam, & alia in hu
iuſmodi tui Generalatus officio nouo,ac vniuerſa-
li viſitatione quã per vniuerſum ordinẽ hmõi per-
ficere(cũ Dei gratia) ſperas,tã à tuis,quã alijs plu-
rimis aliorum ordinum religioſis,plura,variaq. im
pedimenta, tibi afferri,propter quæ, negotiis dicti
ordinis tui,opportunè prouidere poſſe, non cõfidis,
niſi auctoritas noſtra tibi ſuffragetur. Nos itaque,
tuis in hac parte, ſupplicationibus inclinati, quod
ſuper oẽs, & ſingulos, ordinis Minimorum hmõi,
pro tempore vbilibet exiſtentes fratres,cuiuſcum-
que ēt ſtatus,conditionis,& gradus exiſtant,autho
ritate noſtra,plenariam,& omnimodam poteſtatẽ,
facultatem,& iuriſdictionem,quibuſcunque Gene
ralibus, Correctoribus tui ordinis, per priuilegia
Apoſtolica conceſſam,& nuper per nos,in eorun-
dem Marci,& Roberti,Cardinalium præſentia,ti-
bi viuæ vocis oraculo,de nouo attributã, & etiam 1
conceſſam,etiam in vtroque foro, liberè exercere:
ipſique dicti ordinis Minimorum fratres,tam præ-
lati, quàm alii inferiores vbilibet exiſtentes, qua-
cumque ēt Apoſtolica authoritate muniti,tibi,tan-
quam vero,legitimo,& immediato prælato, & Ge
nerali correctori dicti ordinis Minimorum, per
nos,vt præfertur,confirmato, & ſubſtitutis,ſeu de-
putatis,per tuas patentes literas,tuiſque mandatis,
& regulæ prædicti ordinis tui,nõ contrariis,humi
liter,& cum effectu, parere, ac obedire, ac prædi-
ctam regulam per nos approbatam,& confirmatã,
cum omnibus circa illam,per nos declaratis,aucto
ritate noſtra, à te reuerenter ſuſcipere teneantur.

a Solus Papa poteſt religiones cõfirm. Vide in co.3. qq. regu.q.48. art.3.

De poteſtate Gener. ac præla. 1. regul. Vide in 1.10.qq.re. à q.17. vſque ad qu. 27.& in 1. 10.q.73.per tot.q.

Et cum vita ordinis Minimorum huiuſmodi ſit 2
cæteris aliorum religioſorum arctior, & ſtrictior,
ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna,man-
damus,quam tàm recipientes,quã recepti,& con-
cedentes,ipſo facto incurrere debeant.

Vide in 3. to.qq.regu. q.51.ar.2. 3.& 4.

Quod fratres ipſi,ad nullũ alium,quantũlibet ēt
priuilegiatum ordinem, prætextu quorumcumq.
priuilegiorum, cuicumq. alteri ordini,ēt ſub qua-
cumq. verborum forma,quomodolibet conceſſo-
rum,abſq. noſtra,& tua,aut Generalis correctoris,
pro tpe exiſtentis,licentia ſpeciali,tranſire poſſint.

Nec eiuſdem ordinis Minimorum domos, vel 3
bona quęcumq. ad Eccleſiam prædicti tui ordinis,
quomodolibet pertinentia,aliis cuiuſcumque per-
ſonis ſecularibus,regularibus,eccleſiaſticis,de or-
dine Minimorum huiuſmodi non exiſtentibus,con
cedere audeant, vel præſumant. Et quod fratres
contra facientes,authoritate noſtra prædicta(quo-
ties opus fuerit) excommunicare, necnon iteratis
vicibus aggrauare,necnon,per alias cẽſuras eccle-
ſiaſticas,& alia iuris remedia, cõpeſcere, & ad or-
dinem Minimorum reducere reuocare,& recupe-
rare,ſeu reduci,& reuocari facere, & cum eiſdem
fratribus ordinis Minimorum huiuſmodi, eadem
authoritate diſpẽſare, ipſoſque, & ipſorum quem-
libet punire,ac corrigere,abſoluere,& abſolutionẽ
huiuſmodi,etiam aliis demandare.

Vide de alien. rerum regul.in 1. to. qq.re.q. 27. per tot. quaſt.

Et ſi b in huiuſmodi viſitatione tua, vel aliàs,in 4
aliquibus domibus, & locis dicti ordinis Minimo-
rum,tam pro Eccleſiarum fabricis, quam aliis fra-
trum neceſſitatibus, miſſarum multitudinem co-
pioſa,inuenires,& cognoſceres,quod illę,p fratres
domorũ, & locorũ, huiuſmodi, in Eccleſijs illorũ,
iuxta obligationẽ,per eoſdẽ fratres factam, aut re-
linquentium ordinationem, celebrari non poſſint,
(prout in Pariſienſib.& Ianuen.domibus, per illa-
rum fratres eſſe cognouiſti) vt cũ fratribus domo-
rum,& locorum huiuſmodi,nunc,& pro tempore,
ibidem degentibus,& eorum quolibet, diſpenſare
poſſis, & quod diſpenſatio ſuper his,per te facien-
da,à

b Vide 1. 1. to.qq.re.q. 44.ar.1.

Google

da, à nobis facta cenſeatur, eiſdemque fratribus, vt nouem collectas, per eos, ſeu eorum quoſlibet, in vnaquaque miſſa recitare, pru nouem miſſis, ac ſeptem collectas, pro ſeptem miſſis, ſicq; de alijs deſcendendo, ſeu citrà dictum numerum, cum omniũ & ſingularum domorom, & locorum huiuſmodi fratrum, ac etiam totius ordinis Minimorum huiuſmodi ſuffragiorum, orationum, ſacrificiorum, ieiuniorum, vigiliarum, diſciplinarum, & aliorum quorumcunque bonorum, generalitate, ſingulis eiuſdẽ ordinis benefactoribus, & benefactricibus, qui miſſas ipſas, in Eccleſijs domorum, & locorum huiuſmodi, recitãdas dederint, adeò plenè, & integrè valeant, & ſufficiant, ac ſi miſſæ huiuſmodi, pro eis, & eorum qoolibet, inxtà piam eorum deuotionem, & intentionem, particulariter recitarentur, & particulariter recitatæ forent, licẽtiam cõcedimus. Nec non omnes, & ſingulas ordinis Minimorum huiuſmodi, & eios perſonas, per nos, & prędeceſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam, & eius legatos, tam S. Franciſci de Paula, quàm alijs quibuſcunque eiuſdem ordinis Minimorum domibus, tam generaliter, quàm particulariter, ſub quaconq; verborũ forma, etiam ſtationum vrbis, & aliarum Eccleſiarum eioſdem, indulgentias quaſcũqoe, iuxtà priuilegiorum eiuſdem ordinis Minimorum, formam, & tenorẽ, hactenos quomodolibet cõceſſas, in viridi obſeruantia exiſtentes, de nouo, de ſpeciali gratia concedimus, nõ obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis renocationibus per nos, vel aliàs, etiam ſub quacunque verborum ſerie, factis, & in poſterũ faciendis, ac ſtatutis, & cõſtitutionibus Apoſtolicis, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſq. cõtrarijs quibuſcunq. volumus inſuper, quod tranſumptis ſupra præſentibus pro tempore ſactis, & ſigillo alicuius prælati Eccleſiaſtici monitis, & manu alicuius notarij publici, ſubſcriptis, & ſignatis, tam in iudicio, & extrà, illis fides adhibeator, quanta adhiberetur, ſi ipſæ originales literę forent exhibitę, vel oſtẽſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annolo piſcatoris. Die 37. Martij, 1508. Pont. noſtri, anno 5.

Vide de indul in 10. 2. qq. reg. à q. 88.

Viuæ vocis oraculo, Iulij II. pro Regularibus.

IVlius II. cõceſſit reuerendo patri, fratri Franciſcu Zeno, die x. Auguſti, anno 1504. prima vice,
1 quãdo viſitauit ſuã Sanctitatem, quod feſta ſanctarum, Catharinæ Virginis, & Martyris, & Magdalenæ, celebrẽtur ſub officio feſti duplicis maioris, ab omnib. fratribus, & monialib. curę noſtrę ſubiactis.

Ego Fr. Franciſcus Zeno, ſecunda vice, qua me contuli ad pedes ſanctiſſimi D. Iulij II. infra ſcripta impetraui.

2 Quod ſua Sanctitas abſoluit omnes moniales, ab omnibus votis, iuramentis, & promiſſionibus Deo factis, pro quacunque cauſa.

3 Quod promiſſiones, iuramenta, & vota, per ipſas fienda, non teneant, nec obligent eas ad peccatum mortale.

4 Quod, quæ fecerunt profeſſionẽ, cum intentione ſeruãdi regulã ſimplicites, & nõ ſecundũ modificationem Eugenij, non teneantur ad obſeruantiã: niſi ſecundum prædictã modificationem Eugenij, non obſtante ſua promiſſione, ſeu profeſſione.

5 Quod de cętero, nulla poſſit profiteri regulã S. Claræ, niſi cũ modificatione Eugenij, & ſi ſecùs factum fuerit, non teneantur ad illius obſeruãtiã, niſi ſecundum prædictam modificationem Eugenij.

6 Quod indulgentię, quas habent illi de tertio ordine, dicendo quinq. pates noſter, pro Eccleſia Romana, in Eccleſijs noſtris, habeant dicendo in alijs

Eccleſijs, vbi non ſunt noſtræ, & hoc ad inſtantiã ſocij mei fratris Leonis de Cerino, conceſſum eſt.

7 Quod poſſint transferre moniales à prima regula, ad ſecundam, pro inſtructione alicuius Monaſterij, & hoiuſmodi.

8 Quia eſt magna penuria lacticiniorum, conceſſit mihi, quod poſſint comedere carnes, prout mihi videbitur.

9 Anno Domini 1509. 14. Kal. Nouemb. anno primo. ſecundi vicariatos R. P. fratris Franciſci Zeno per ſignaturam, patres Vltramonteni *a* obtinuerũt, pro ſe, & nobis, tàm pro prętcritis, qoàm pro futuris, quod poſſimus diſpenſare cum fratribus noſtris ſuper irregularitate contracta quomodolibet, excepta irregularitate contracta, ex homicidio voluntario, aut præſtatione auxilij, ſeu fauoris huiuſmodi, ſeu ex bigamia, ſed per Sixtum Quartum, conceſſum eſt, vt poſſimus diſpenſare, etiam cum illis, qoi auxilium, qooquo modo præbuerint, quãdo etiam ſine huiuſmodi auxilio perpetratum fuiſſet.

a Vide in 2. 10. qq. re. q. 24.

10 Dum eſſem in vrbe, die ſeptimo Nouẽbris, quia fratres vident non poſſe recurrere ad pecuniam, niſi in rebus neceſſarijs, & in hoc ſint maximæ perplexitates fratrum, obtinui *b* oretenus à Summo Pontifice, quod fratres poſſint recurrere ad pecuniam, etiam in non neceſſarijs, dummodò non ſint talia illicita, & quod hoc faciant cum licentia ſua.

b Hæc conceſsio, tanquam relaxatiua ordinis, eſt repellenda.

11 Idem Iulius II. ad remouendum ſcrupulum, conceſſit, quod fratres Regnorum, Caſtellæ, & Legionis, poſſint tempore *c* interdicti, recipere Euchariſtiæ Sacramentum coràm illis perſonis, quæ habent facultatem audiendi diuina, tali tempore. Et quia ibi dicitur, quod perſonæ ſeculares, poſſint recipere, tali tempore, ſacramentum, intelligitor, ſi habuerint aliàs facultatem ad hoc, non autem per iſtã conceſſionem. Originale iſtius habetur Salmanticæ, ad petitionem Reuerendiſſimi Domini Cardinalis S. Crocis, Bernardini de Caruajal.

c Vide in 2. 10. qq. re. q. 114. a. 2

12 Item, idem frater Iacobus Vngarelus, impetrauit vltima die Decembris, anno primo Põtificatus Leonis Decimi, quod ſorores Sanctæ Claræ, & tertij ordinis, de pœnitentia *d* nuncupatæ, in cõgregatione commorantes, & ſub noſtra cura viuentes, toties, quoties coronam Virginis Mariæ dicerent, & ſoluerent, lucrarentur plenariam indulgentiam.

d Vide in 2. 10. qq. re. q. 87. ar. 3.

13 Item pater Alfonſus Hiſpanus, nunc in ſacro conuentu Aracæli, Guardianus, dixit mihi Fratri Ioanni de Coſta, Commiſſario, quod à Domino Iulio Papa II. hanc eandem gratiam, pro fratribus impetrauit, dum eſſet cum venerando Patre, Fratre Franciſco Zeno, Vicario Generali, ad pedes ſuæ ſanctitatis. Et addidit ipſe, Papa Beatiſſimus, ſumus contenti, dummodò ſemper addant Fratres, ſupra numerũ debitum, vnum Aue Maria, pro nobis. Et ſic cõſtat, quod etiam Fratres lucrantur plenariam indulgentiam, quoties coronam Virginis Mariæ recitant, addendo vnum Aue Maria, pro ipſo Domino Iulio, tunc viuo, nunc autem mortuo.

14 Eadem vice, quidam ſociorum ipſius Patris Vicarij Generalis prædicti, ſubiunxit etiam, Pater ſancte, placeat S. V. quod quicunq. Fratres dicunt Coronam Saluatoris Chriſti Ieſu, eandem Indulgentiam lucrentur. Reſpondit Summus Põtifex, vt poſſitis omnes in Paradiſum introire, ſumus contenti. Hoc ab ore ipſius Patris Alfonſi, ego Commiſſarius, Frater Ioannes de Coſta, pluries habui.

Sequitur quædam ſupplicatio oblata Iulio Papæ II. & ab eo conceſſa, per ſolam ſignaturam.

15 Beatiſſime pater, licet, iuxta priuilegia ordinis fratrum Minorum, & illius fratribus regularis obſeruantiæ: ac etiam iuxta facultates, etiam viuę vocis oraculo, per S. V. & alios Romanos Pontifices, Sanctitatis veſtræ prædeceſſores, Generalibus

familiarum Citramontan. & Vltramon. dicti ordinis, conceſſas, magna ſit attributa facultas, & authoritas, diſpenſandi cum fratribus dicti ordinis, ſuper irregularitatibus, per eos, dùm in ſeculo exiſtetēt, atque etiam, poſtquam ipſum ordinem ingreſſi fuerunt, contractis, tamen, cum in Regnis Hiſpaniarū, vigeat iàm multis annis, Inquiſitio contrà hæreticos, & eos, qui ex Iudæis, ad fidem Chriſti conuerſi, poſteà apoſtatarunt, & ad ritus Iudæorum redierunt: velut hæretici, damnati, & vltimo ſupplicio affecti: ac etiam aliqui, igne cremati fuerūt, & dùm tales vltimo ſupplicio damnarentur, plures voluntarij, ligna, alij ignem, alij verò funes, ad comburēdum, & ligādum eos, portauerunt, & alij cōtra eos, lapides proiecerūt, & ad ſimilia faciends, alios excitauerunt, ex quibus ſic pręmiſſa facientibus, non nulli poſteà dictum ordinem fratrum Minorū regularis obſeruantię, ingreſſi, & illum profeſſi fuerunt, & fortè aliqui, etiam profeſſi in tali ſpectaculo cōſtituti, ſimilia agentium, & ab aliquibus aſſeratur propterea irregularitatem cōtraxiſſe, & dubitāt deuoti oratores veſtri, Marcialis Boulier Vltra-

Vide in 1. 20.qq.re.q. 24.

mōtanus, & Modernus Ciſmontan. familiarū dicti ordinis, regularis obſeruantiæ, Generales Vicarij, poſſe cū prædictis fratribus ſuper hmói irregularitate diſpenſare, quamuis ipſi neminem ex dictis hæreticis, proprijs manibus interfecerint. Supplicāt igitur humiliter V.S. prædicti oratores, quatenus, attento quod pręedicti, præmiſſa ſic facientes, fauore fidei catholicæ, & in deteſtationem hæreticę prauitatis, & ſectatorum einſdem fecerūt, eiſdem oratoribus, & pro tempore exiſtentibus, Vicarijs Generalibus dictarum familiarum, Ciſmon. & Vltramontanen. Diſpenſandi ſuper huiuſmodi, ac quacunq; alia irregularitate, per fratres ordinis regularis obſeruantiæ, quomodolibet, prætęrquam ex homicidio voluntario, aut præſtatione auxilij, ſeu fauoris huiuſmodi, homicidio, ſeu ex bigamia prouenienti, nunc, & pro tempore contracta, cum fratribus ordinis regularis obſeruātiæ prædictorū, nunc & pro tempore exiſtentibus, ita vt, illa nō obſtante, ad omnes, etiam ſacros, etiam presbyteratus, promoueri, & in illis, ac etiam forſan in nūc ſuſceptis ordinibus, etiam in altaris miniſterio, libere, & licitè valeāt, licentiam, & facultatem, cōcedere dignemini, de gratia ſpeciali; Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti ordinis, iuramento, &c. roboratis, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque, fiat vt petitur, & ſola ſignatura ſufficiat.

Fratres, & ſorores ordinis Prædicatorum, viſitantes quinque altaria, vel vnum, quinquies, & dicendo quinque Pſalmos, pro pace Eccleſiæ, vel quinque Pater noſter, conſequuntur indulgentias vrbis Rom. ex conceſſione Domini Iulij II. vt conſtat, ex literis Cardinalis Oliuerij, quæ ſic habent.

16 Oliuerius, miſeratione diuina, Epiſcop. Hoſtien. S. R. E. Cardinalis Neſpolitanus, ac ſacri ordinis Prædicatorum protector, Reuerendo in Chriſto patri, fratri Vincentio Bandello, ſacræ Theologiæ profeſſori, ac dicti ordinis, Magiſtro generali, ſalutem in Domino ſempiternā. Hodiè ſupplicauimus S.D.N. Iulio, diuina prouidentia, Papæ II. & ſua ſāctitas, viuæ vocis oraculo, gratioſè conceſſit, vt fratres, & ſorores ordinis veſtri, viſitando quinque altaria Eccleſiæ, apud quam moram trahūt, vel quinquies, vnum altare, ac dicendo quinque Pſalmos, pro pace Eccleſiæ, vel quinque Pater noſter, indulgentias ſtationum vrbis Rom. conſequantur. Quā rem, in præſentiarum, his literis Paternitati veſtræ ſignificamus. Datum Romæ, in domibus ſolitæ noſtræ reſidentiæ, die 14. Menſis Nouembris, anno Domini, 1505. Hanc conceſſionem, prædictus Pater Vincentius Bandellus de Caſtro nouo, Magiſter ordinis, tranſmiſit ad omnes prouincias, ann. 1505. die 15 Nouembris, ex conuentu Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam, in literiſque, apud Dominicanos, vulgariter patentes dicuntur.

LEO PAPA X.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Quæ dicitur vnionis Fratrum Minorum,

Habetur authenticata in Conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

1 *Sacra religio Minorum commendatur,*
2 *Viri famoſi huius religionis, eam reformauerunt,*
3 *Leo Decimus hanc religionem, intendit reformare,*
4 *Diuerſitas prælatorum, & eorum perpetuitas, & relatio fratrum, cauſant diſſenſiones, & ſcandala.*
5 *Miniſter Generalis, finito ſexennio, abſolutus eſt ab officio.*
6 *Non poteſt eligi in Miniſtrum Generalem, niſi frater reformatus.*
7 *Ad electionem Miniſtri Generalis, omnes Miniſtri cuſtodes, & diſcreti debent conuenire.*
8 *Miniſter generalis alternatim, debet eligi de familia Ciſmontana, & Vltramontana.*
9 *Commiſſarius generalis, alternatim debet eligi de vtraque familia.*
10 *Commiſſarius Generalis durat per triennium.*
11 *Generalis extra ſuam familiam ſe transferens, cū conſilio, & aſſenſu definitorum generalium, debet aſſignare Commiſſarium generalem.*
12 *Prouinciales debent Miniſtri appellari, & debent eſſe triennales, non debet eligi in miniſtrum, niſi reformatus, ibid.*
13 *Fratres reformati de obſeruantia nūcupari debēt.*
14 *Fratres ordinis S. Franciſci, excommunicantur, ſi alios fratres ordinis priuilegiatos irriſoriè appellauerint,*
15 *Non poſſunt fratres reformati mitti à ſuis prælatis, ad conuentus non reformatos,*
16 *Non poteſt fieri noua reformatio in ordine ſine auctoritate miniſtri Generalis.*
17 *Fratres conuentuales non poſſunt cōtrauenire huic conſtitutioni,*
18 *In capitulo Generali debēt à generali deputari fratres ex Prouincijs diuerſis, qui de reformatione agant,*
19 *Deputantur conſeruatores, pro executione huius conſtitutionis.*

LEo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, Ite vos in vineā, ait homo ille paterfamilias, qui plantauerat vineam mundi, Saluator, atque Redemptor, Dominus noſter, Ieſus Chriſtus, qui etiam ſi curam gerat de omnibus, cunctaque dirigat, quæ ipſe fecit, attamen inter cæteras plantationes, quas per ipſum pater cæleſtis, in ſolo plātauit militantis Eccleſiæ, vineam quādā, tam ardenti proſequutus eſt amore, vt ſuam velut propriam, vbiuis illam appellet, hāc ſiquidem vineam, ſic aſſiduis ſolertibus, ac fidelib. 1
excoluit agricolis, vt alios primo mane, alios hora tertia, ſexta, nona, decima verò, & vndecima, quaſi inceſſanter cultores tranſmiſerit,

Hæc eſt, ſacra illa Minorū fratrū a religio, quæ virentibus cæremoniarum folijs, per viros Apoſtolicos, tanquàm per palmites extenſos, à mari, vſq; ad mare, & à flumine, vſque ad terminos orbis terra-

a Leuit. relig. frat. Minor. 10.1.qq. q.a.1. & q.4 art. & 4.

rarum, imò ſapientię, & ſcientię irrigauit montes,
& impleuit terram. Hęc eſt religio ſancta, & imma
culata, in qua per ſpeculum ſine macula, redẽpto-
ris contemplatur pręſentia vitæ Chriſti, & Apoſto-
lorum inſpicitur forma, per quam priorum Eccle-
ſiæ fundatorum, ante oculos Chriſtianæ plebi re-
ducitur norma, quæ demum nihil, niſi diuinũ Ange
licum, omni perfectione refertur, Chriſtoq. nihil,
niſi cõforme, vt non immeritò ſua dicatur, repræ-
2 ſentat. Ad hanc vineam excolendam, primo mane,
oriente iam ſole, miſit ipſe paterfamilias angelum
illum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſignum
Dei viui, Beatum Franciſcum, qui comitantibus,
miræ ſanctitatis viris, prima vitis huius iecit funda
menta. His ſucceſſerunt viri Religioſi, qui duce B.
Bonauẽtura, muros huius vineę, iam vtiq. ruinam
minãtes, hora tertia, Trinitatis ſanctę virtute, & ad
iutorio, reparauerũt. Poſt hos veluti hora ſexta, pro
dierunt ſpiritu feruentes, fratres nonnulli, qui à ſa-
cro Viennenſi Concilio, tanquàm à Deo miſſi, &
confortati eneruatam pene diſciplinæ cenſuram, ad
ſua principia reuocarunt. Hora verò Nona, moriẽ-
te Domino ſuo ingruentibus in dies malis, & ſcan-
daloſis huius vineę agricolis, ſuſcitauit ſpiritũ ado-
leſcentis, paucorum videlicet fratrum, qui ſigniſe-
ro nominis Ieſu Bernardino ductore, & præſide, ſa
cri Cõcilij Conſtantienſis freti præſidijs, lãguentẽ,
imò pene mortuum per orbem vniuerſum, ordinẽ
viuificarunt. Nouiſſime verò diebus iſtis, quaſi ho-
ra vltima apparuerũt viri aliqui zelãtes pro domo
Iſrael ſucciderunt lucos, & demoliti ſunt delubra,
ac vbi abundabat peccatum, adiuuãte Domino, cu
rauerunt, per introductam reformationis normã,
vt ſuperabundaret gratia. Sed veluti inter parabo-
licos, & euangelicos illos viticolas, qui nouiſſimi
æquabantur prioribus, murmur ſurrexit nõ paruũ:
ſic acclamantibus regibus, principibus, communita
tibus, & populis, grauea lites, & iurgia, ac diſſenſio-
nes, occaſione ſuperioritatum, & prefectionis gra-
duum, inter aliquos huius religionis profeſſores, p
totum mundum, magis, ac magis augeri dietim ac
cepimus. Quare nos, cuius ab ętate tenera, ardenti
deuotione efferbuit, ad huius ordinis profeſſores, &
3 ordinem ipſum totum. Nunc verò, ex communi cu
ra procurationis, & paſtoralis regiminis, quam im-
meriti ſuſtinemus, ad cõponendas huiuſmodi agri-
colarũ lites, & ſedandas murmurationes, illius Euã-
gelici procuratoris more, tãtò prouocamur arden-
tius, quãtò frequentius intẽra mente recolimus fru-
ctus vberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalu-
bri doctrina, vniuerſali Eccleſię cõtinuò cernimus
prouenire, nec minus cõtinuis Principum Chriſtia
norum, pręſertim chariſſimorum in Chriſto filiorũ
noſtrorum, Maximiliani in Imperatorem electi, &
Frãciſci Chriſtianiſſimi Francorum, ac Caroli Ca-
tholici Hiſpaniarum, Henrici VIII. Angliæ, & Ema
nuelis Portugallię, Algarbiorum, & Ludouici Vn-
gariæ, & Boemię, ac Sigiſmundi Polonię, necnon
Chriſtiam Datię, Regum illuſtrium, necnõ nonnul
lorum Principum aliorum, Ducum, Comitum, po-
pulorum, & Cõmunitatum, Pijs prouocamur ſup-
plicationibus & precibus, quibus propagandis hu-
iuſmodi diuiſionibus in ordine D. Franciſci exor-
tis, non ceſſant, vſque hodie, apud nos poſtulare. De
putatis igitur à nobis, in ſecreto noſtro conſiſtorio,
aliquibus ex venerab. fratribus noſtris S.R.E. Car-
dinalibus, cauſas, & ſeminaria huiuſmodi iurgiorũ,
& diuiſionum diligẽter perquirere, ac de remedijs
oportunis, pro ſedandis præfatis litibus, pertracta-
re commiſimus, & iniunximus, qui longo maturæ
diſcuſſionis examine, diligentiſſimè, ac fideliſſimè
iuſſa complentes, relatione per ipſos nobis facta,
necnon penſatis per nos acutius, quæ per ipſos, pro
huiuſmodi concordia, tractata, & examinata fue-
runt, habita etiam ſuper ijs, in dicto conſiſtorio no-
ſtro, cum eiſdem, ac cum reliquis eiuſdem Romanę
Eccleſiæ Cardinalibus, matura deliberatione, & eo
rum vnanimi conſilio, præfato ordini, modo infra
ſcripto iudicamus prouidendum.
Quia in primis compertum habemus, prelatorũ 4
diuerſitatem, quorundam perpetuitatem, a cæte- *a Vide in*
rorum verò fratrum, vitam non reformatam, hu- *10.1.qq.10.*
iuſmodi litibus, & diuiſionibus plurimum cauſæ *q.16.ar.1.*
præbuiſſe: ea propter volumus, & ordinamus, pro-
ut in dicta regula B. Franciſci continetur, vnum Mi
niſtrum generalem totius ordinis, de cætero, omni
bus, & ſingulis fratribus eiuſdem ordinis, cum ple-
naria poteſtate, quæ ex regula ſibi competit, præfi-
ci, cui omnes, & ſinguli prædicti fratres, in omnib.
quæ non ſunt contra Deum, animam ſuam, & regu
lam, firmiter teneantur obedire. Qui quidem mini-
ſter generalis, p ſex annos, ad plus, generalatus fun-
gatur officio. Infraq; terminum, ſi aliquo tempore
appareret vniuerſitati miniſtrorum Prouincialiũ,
& cuſtodum, prædictum miniſtrum non eſſe ſuf-
ficientem, ad ſeruitium, & communem vtilitatem
fratrum, teneantur prædicti fratres, in nomine Do-
mini, alium ſibi eligere. b Quibus quidem ſex an- 5
nis, vt præfertur, expletis, ipſo facto, ſit abſolutus, *b Vide in*
à generalatus officio, & pro tali, ab omnibus habea *10.1.qq.10.*
tur. Electio verò ſucceſſoris fieri debeat, à miniſtro *q.16.ar.2.*
Prouinciali, & cuſtodibus reformatis, tam Ciſmon-
tanis, quã Vltramontanis in cap. gene. dicti ordinis
feſto Pentec. in loco, quẽ miniſter generalis, cũ cap.
gene. proximè pręcedenti, duxerit aſſignãdum, ad
quod capitulum, omnes miniſtri, & cuſtodes, ſiue
vocales, tã Ciſmon. quam Vltram. accedere tenean 6
tur. Et nè caput à ſuis membris difformè appareat,
volumus, & etiam ordinamus, quod nullus frater
poſſit eligi in miniſtrum generalem, niſi vitam du-
cat reformatam, & pro reformato à communitate
habeatur. In pręfata verò electione miniſtri genera
lis, nullus penitus vocem habeat, niſi reformatus,
& pro reformato à cõgregatione reformatorũ ha-
beatur, quod ſi in futuro, quicquam in contrarium
attentatum fuerit, irritum penè, & inane habeatur.
Quo verò ad electionẽ futuri miniſtri generalis, in 7
proximo feſto Pent. in cõuentu de Aracæli de vrbe
iuxta aliam noſtram ordinationẽ, in literis, in for-
ma breuis contẽtã celebrandã, ſtatuimus omnes mi
niſtros, & cuſtodes reformatos, ac vicarios, & diſ-
cretos fratrũ de obſeruãtia, ſeu familia, dictam ele-
ctionẽ celebrare debere, & vt præfata electio mini
ſtri gñalis, quæ ſcdm prædictã regulam, à miniſtris
prouincialib. & cuſtodibus fieri dẽr, libere, ſecũdũ
intentionẽ eiuſdẽ regulæ, & abſq. quouis ſcrupulo
celebreť, declaramus omnes prouinciales, vicarios
fratrũ de familia, ſeu obſeruãtia, veros miniſtros eſ-
ſe, ipſoſq; ad effectũ electionis hmõi, in miniſtros or
dinamus, & ſtatuimus. Diſcretos ẽt ipſorum ſimili-
ter declaramus eſſe cuſtodes. Quo verò ad alios fra
tres reformatos, volumus, qđ in prouincijs, in qui-
bus miniſtri, pro tũc nõ ſunt reformati, nec pro re-
formatis habiti, ſub quib. ſunt aliqui cõuẽtus refor
mati, duo fratres electi à præfatis cõuẽtib. reforma
tis, ſecundũ aliarum literarũ noſtrarum tenorẽ, ſub
forma breuis, voces miniſtrorũ, nõ reformatorum,
quãtum ad præfatas prouincias, pro hac vice dun-
taxat, ſuppleant, Fratribus verò de congregatione
fratris Amadei de Clarenis, de ſancto Euãgelio, ſeu
capucio, pro ſingulis prouincijs, in quibus ſunt cõ
uentus, vltra ſuorum vicariorum voces, duas voces
pro hac ſolùm vice concedimus: quam quidem e-
lectionem, à præfatis fratribus, de huiuſmodi gene
rali miniſtro faciendam, canonicam, ſecundum Mi
norum fratrum regulam, ac formam à B. Frãciſco,

in regulam traditam, eſſe diffinimus,& etiã decla-
ramus. Et vt in ordine ipſo, quantum cum Deo fie-
ri põt, pax cõſeruatur,& charitas per amplius in-
ter Ciſmõtanos,& Vltramõtanos fratres eiuſdẽ or-
dinis nutriantr, ordinamus, quod ſi miniſter gene-
ralis, vt præfertur, per ſex annos de Ciſmõtanis fra
a Vide in 10.1.qq.re. q.12. ar.2. tribus, a electus fuerit: ſequẽtibus ſex annis, de Vl-
tramõtanis fratribus eligi debeat, quem modum,
alternatis vicibus, in perpetuũ volumus ab ipſis fra
tribus obſeruari. Verum, quia cõſpicimus ipſum or
dinem per vniuerſam Chriſtianitatem, dilatatũ mi-
rum in modum, & nè ob huiuſmodi amplitudinẽ,
debito paſtoralis regiminis careat beneficio, decer
9 nimus, quod ſi miniſter generalis de Ciſmontanis
electus fuerit, inſtituat in partibus Vltramontanis,
b Vide in 10.1.qq.re. q.11.ar.1. vnum generalem b commiſſarium, ab eiſdem Vl-
tramontanis fratribus eligendum, cui miniſter ge-
neralis, ſuper præfatos fratres Vltramõtanos, vices
c Vide in d. q.11.ar.2. & 3. ſuas committat, c proui capitulo generali expedire
videtur. Ita tamen, quod cõmiſſarius præfato mini-
ſtro generali, omninò ſubijciatur, vt cæteri dicti or
dinis prælati ſubijciuntur, ac illi per omnia, ſecun-
d Vide in d.q.11.artic.4. dum regulam obedire teneatur. d Dum verò mini
ſter generalis fuerit ex Vltramontanis fratribus ele
ctus, tunc pariter, cõmiſſarium generalem Ciſmon-
tanũ inſtituere debeat pari modo, quo de Vltramõ-
tano commiſſario, ſuperius dictum, & ſtatutum eſt.
e Vide in d.q.14.artic.1. Qui quidem cõmiſſarius generalis, per e trienniũ
ſolum, generalis cõmiſſionis fungetur officio, quo
triennio elapſo, nouus commiſſarius, per miniſtrũ
generalem, in capitulo generali, vt ſupra eligẽdus,
10 ſecundũ quod Vltramontanis, vel Ciſmontanis, de
commiſſario fuerit prouidendũ, inſtitui debeat. Mi
niſter verò generalis, in partibus, in quibus, ſuis ſex
annis fuerit, & ad alias partes ſe cõferre voluerit,
11 pro tẽpore, quo abſens fuerit, cõmiſſariũ loco f ſui,
f Vide in d. q.11.ar.5. de cõſilio, & aſſenſu diffinitorũ capituli generalis
huiuſmodi duntaxat, relinquere poſſit, & in partib.
quibus dictis ſex annis, nõ erit cõmiſſarius genera-
lis, tenebitur miniſter generalis primo triennio di-
12 ctorũ ſex annorũ, celebrare vnũ capitulũ g genera-
g Vide in 1.10.qq.re. q.41.ar.4. le, ad quod cõueniant vocales illarũ partiũ, à quib.
aſſumptus fuerit, & ſimiliter aliud capitulũ in parti
bus, à quibus aſſumptus nõ fuerit, per ſe, vel per ſuũ
cõmiſſarium, ad omnes vocales dictarum partium
accedere teneãtur, celebrare habebit, aut ſup hoc
fiat, quod generalis miniſter, cũ capitulo generali,
iudicauerit faciendum. Porrò quantũ ad miniſtros
Prouinciales, in prouincijs, in quibus miniſtri, pro
nunc nõ ſunt reformati, ſeu pro verè reformatis nõ
habentur, declaramus, ordinamus,& decernimus,
vicarios fratrũ de obſeruãtia, ſeu familia illarũ pro-
uinciarũ reſpectiuè, ex nunc, & in perpetuũ, veros,
& indubitatos earundem prouinciarum eſſe mini-
ſtros. Illoſq. de cętero, nomine miniſtrorum debe-
re appellari, quibus omnes,& ſingulos fratres, nec-
non domos,& loca earundem, in dictis prouincijs,
vt præfertur, cõſiſtentes, plenariè ſubmittimus, ac
generali,& alijs prouincialib. miniſtris, authoritatẽ
& poteſtatem, antè generali, alijs prouincialibus vi
carijs, de familia nuncupatis, attributã, & conceſ-
ſam, perpetuò cõcedimus, ac cõceſſam,& attributã
eſſe decernimus. Mãdantes præfatis fratribus, etiã
regulam B. Frãciſci, purè,& ſimpliciter obſeruanti-
bus, vt dictis miniſtris, ſic per nos declaratis, & or-
dinaris, vt veris illarum prouinciarum miniſtris, ſe-
cundum regulã, per omnia obediãt. Deniq. ne ex
miniſtrorum prouincialiũ perpetuitate, ordinẽ ip-
ſum in ruinam, iterum labi contingat, volumus, &
ordinamus, præfatos prouinciales miniſtros, vltra
h Vide in 1.10.qq.re. q.15.ar.2. triennium, h in ſuis non poſſe continuari officijs:
quo triennio elapſo, pro abſolutis ab officio, à cun-
ctis fratribus habeantur. Nullus verò in miniſtrum
Prouincialem, aut cuſtodem eligi, aut in ipſorum
electione, votum habere poterit, niſi vitam ducat
reformatam, & à communitate reformatorum il-
lius prouinciæ, cui præficiendus eſt, pro tali habea
tur. Quicquid autem in contrarium attentatum
fuerit, ipſo facto, irritum ſit, & inane. Præterea,
quia de reformatis, ac purè,& ſimpliciter regulam
B. Franciſci huiuſmodi obſeruantibus, ſæpius in
præcedentibus, & ſequentibus, mentio habetur,
volumus,& declaramus, ſub nomine reformatorũ,
ac purè, & ſimpliciter regulam B. Franciſci huiuſ-
modi obſeruantium, comprehendi omnes, & ſin-
gulos infraſcriptos, videlicet, obſeruantes, tàm
de familia, quam reformatos, ſub miniſtris, ac fra-
tris Amadei, de Coletanis, Clarenis, noncupatos,
aut alios ſimiles, quocunque nomine nuncupentur,
& regulam ipſam B. Franciſci, purè, & ſimpliciter 13
obſeruantes, ex quibus omnibus ſupradictis, vnum
corpus in ſimul facientes, eoſdem adinuicem per-
petuò vnimus. Itaque de cætero, omiſſa diuerſita-
te nominum prædictorum fratres Minores S. Fran
ciſci regularis obſeruantiæ, i vel ſimul, vel deſiun- i Vide in 10.1 qq.re. q.1.ar.2.
ctiue nuncupentur, & nuncupari poſſint, & de-
beant, omneſque, & ſingulos, vt præfertur, vnitos
generali miniſtro prædicto, ac Prouincialibus mi-
niſtris,& cuſtodibus, in quorum prouincijs, & cu-
ſtodijs reſpectiuè morantur, in omnibus,& per om
nia, ſecundum regulam ſubijci debeant. Conuen-
tuales verò, ſecundum priuilegia viuentes, quomo
do eiſdem miniſtris, generali, & Prouincialibus,
ſubijci,& obedire debeant, per alias noſtras, deſu-
per edendas literas, declarabimus. Cæterum, vt
diſſenſionum, ſcandalorum, & partialitatum fo-
mes, penitus ab ipſo ordine tollatur, præcipimus fir
miter, & mandamus, ſub pœna excommunicatio-
nis latæ ſententiæ, ipſo facto, incurrendæ, à quo nul
lus, præter quàm in mortis articulo, niſi à nobis,
aut à ſede Apoſtolica, poſſit abſolui: nè aliquis fra-
ter ordinis S. Franciſci, appellet alium fratrem eiuſ- 14
dem ordinis malitioſè, irriſoriè, ſeu improperioſe
priuilegiatum Coletanum, Buliſtam, Amadeiſtam,
Clarenum, de Euangelio, ſeu de Capucio Bigotũ,
aut alio quouis nomine, etiam de nouo reperto,
ſeu fortè in futurum, occaſione priorum diuiſio-
num ipſius ordinis, vel huius noſtræ ſanctæ inſti-
tutionis, & vnionis, Spiritus ſancti gratia compo-
ſitæ, à quocunque imponendo, ſeu alio quouis ir-
riſorio, iniurioſo, ſeu improperioſo nomine, aut
quod, pro improperioſo à patientibus habetur,
necnon omnibus, tam clericis, quam laicis, ne
fratres huiuſmodi, aut eorum fautores præfatis no-
minibus irriſorijs, ſeu malitioſe appellet, ſed om-
nes fratres huius ordinis, fratres Minores, vt præ- 15
fertur, ſeu S. Franciſci, à ſe ipſis,& omnibus alijs no
minentur. Item ſtatuimus, quod de cætero, nullus
frater reformatus poſſit, per quemcunque prælatũ
ordinis,& miniſtrum generalem, mitti ad moran-
dum, ad aliquem conuentum non reformatũ, aut
pro reformato non habitum, excepto quod, ſi ca-
pitulis prouincialibus videretur minus malum, ali-
quem fratrem licentiare ad nondum reformatos,
quàm ipſum cum reformatis retinere, tali caſu, poſ
ſint prælati mittere fratrẽ, ſeu fratres reformatos,
ad nõdum reformatos. Inhibentes, ſub excommuni
cationis latæ ſententiæ, pœna, omnibus,& ſingulis,
conuentualium, ſecundum priuilegia viuentium,
prælatis, ac fratribus, ne aliquem, ex præfatis refor- k Vide in 3.10.qq.re. q.52.a.12.
matis, niſi modo prædicto, recipere audeãt, k ſimili
ter,& dictis reformatis fratribus, ſub eadem pœna,
ne ab obedientia ſuorum miniſtrorum nullatenus, 16
quam modo prædicto, recedant. Et ne, ex nouarum
ſectarum, in dicto ordine forſan introductione fa-
cienda, ordinem iterum in rixas deuenire, opor-
teat,

Digitized by Google

teat, volumus, & io virtute, ſanctę obedientiæ fir-
miter præcipimus, & mandamus, qood de cętero,
a Vide in 3.to.qq.re. q.73.ar.2. in 3.to.q. 47.ar.1. nullæ nouæ *a* ſectæ, vel reformationes, in dicto or-
dine introducantur, aut fiant, abſq; miniſtri Gene-
ralis, aut Prouincialium miniſtrorũ reformatorũ,
in ſuis prouincijs reſpectiuè, expreſſo aſſenſu. Ita ta
men, quod dictę reformationes, ipſi miniſtro Ge-
nerali, & Prouincialibus reformatis, per omnia, iux
ta regulã ſubijciantur, vt ſupra expreſsũ eſt, de alijs
reformatis: quaptoptet oẽs domos, loca, & eremi-
toria, quæ fratres de obſeruantia, ſeu familia, ſeu
alij reformati, ſub miniſtris, quocunque nomine ap
pellati fuerint, hactenus tanuerunt, & poſſederunt,
ipſi miniſtro Generali, & Prouincialibus miniſtris
reformatis, & per nos, ſic inſtitutis, & declaratis, in
ſuis prouincijs reſpectiuè perpetuò ſubijcimus, &
incorporamus. Volentes loca ipſa, per ipſos mini-
ſtros, ac eorum ſucceſſores reformaros, perpetuò
teneri, & poſſideri, & regi, & gubernati. Quaſcun-
que lites deſuper exortas, coram qnibuſcunque iu-
dicibus ordinarijs, vel delegatis etiam S.R.E. Car-
dinalibus, & dicti ordinis protectore, aut ſacri Pala
tij noſtri auditoribus, ſiue commiſſarijs Apoſtoli-
cis, tàm in Romana curia, qnàm extrà eandem, &
tam inter pręlatos, quàm etiam inter ſubditos, in
quibuſcunque, ſtatu, vel inſtantia, tam ſuper poſſeſ-
ſorio, quã petitorio, ſeu, & ſpolio, ſi quomodolibet
prætẽdi poſſit, deſuper pendentes, & ſi huiuſmodi
loca, de obedientia, & de capitulis fratrum conuẽ-
tualium dicti ordinis, prius fuiſſent, ad nos auoca-
mus penitus, & extinguimus, ſilentium perpetuum
partibus imponentes, ſententias quoq. & proceſ-
ſus, per quoſcunque iudices in eis habitos, & latas,
ac inde ſecuta quæcunque, etiamſi lites ipſæ ratio-
ne locorum, fratrum, & bonorũ, ſiue inde recepto-
rum, aut cuiuſcunq. alterius rei occaſione, vel cau
17 ſa, motæ fuiſſent, caſſamus, & anuullamus. Et nihilo
minus dictis fratribus conuentualibus, necnõ qui-
boſuis iudicibus, ac alijs quibuſcunque, nè quicquã
contra huiuſmodi noſtram declarationem, inſtitu-
tionẽ, innouationem, vnionem, & incorporationẽ,
in iudicio, vel extra, attentare, procurare, iudicare,
pronunciare, & ſi eis per nos cõmiſſum exiſtat, ſeo
in futurum committatur, pręſumant, ſub pęna ex-
communicationis latæ ſeotentiæ, ac priuationis be
neficiorum, quę obtinent, ac etiã inhabilitationis,
ad alia in poſterum obtinenda, eo ipſo incurrenda
18 inhibemus, præcipimus, & mandamus. Demum, vt
ſecundum exigentiã locorum, perſonarum, & mo-
rum, cuncta, quę conducere videbũtur, pro manu-
tenentia reformationis, per totã Chriſtianitatem,
iu dicto ordine, iã diuina gratia introductæ, iuſtè,
prouidè, & diſcretè, valeãt ſtatui, & ordinari, volu-
b In capitulis general. debet tractari de reformatione, Vide in 3.to.qq.re. q.47.ar.2, & aliqua habes circa reformationem, in 2.to.qq.re.q. 73.ar.3.& 4. mus capitulum *b* generaliſſimum proximè celebrã
dũ, teneri deputare ex probatioribus doctoribus,
ac magis expertis fratribus, nonnullos, ex diuerſis
regionibus aſſumptos, qui omnia, & ſingula, quæ
pro manotenẽtia reformationis, & vera regulæ ob-
ſeruantia, ac buius noſtræ cõſtitutionis, debita axe-
cutione accommoda iudicauerint, in vnum recolli
gant, approbauda, per totum capitulum, vel maio-
rem partem eiuſdem, ac tandem per nos Apoſtoli-
cæ cõfirmationis patrocinio muniẽda. Et nihilomi
19 nus moderno, & pro tẽpore exiſtẽti, Cameræ Apo-
ſtolicæ generali auditori, necnõ vniuerſis Archie-
piſcopis, & Eccleſiarum prælatis, & quibuſcunqoe
in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis perſonis, per
Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eo-
rum ſinguli, pręſentes noſtras literas, & io eis contẽ
ta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac qoo-
ties, pro parte dicti generalis, ac Prouincialium mi
niſtrorom reformatorũ, ſeu alicuius eorum, ſuper
hoc requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, eiſq

in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten-
tes, faciant eos omnibus, & ſingulis prædictis paci-
fice frui, & gandere, non permittentes eos deſuper
quoſcunque, quauis authoritate fungentes, quomo
dolibet indebitè moleſtari. Cõtradictores per ceu-
ſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia, innocato
etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio bracchij ſæcula-
ris, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non ob
ſtantibus qnibuſcunque literis Apoſtolicis, & in-
dultis, & in ſacri Concilij Conſtantienſis, dictæ re-
ligionis fratribus, familijs, congregationibus, deno
minationibus aut alicui eorum, ſiue illarum autho-
ribus, & inſtitutoribus, conuentualibus, ſiue refor-
maris, aut de familia fratribus, ſub qnibuſuis verbo
rum formis, ſolemnitatibus, & clauſulis fortiorib.
& inſolitis, conceſſis, ſeu forſitan in futurum conce
dendis, etiamſi tales forent, quod de illis, eorunque
totis temporibus, ſpecialis, expreſſa, indiuidua, ac
de verbo ad verbũ mentio eſſet habenda, quibus,
quo ad præmiſſa, expreſſè derogamus, cæteriſqoe
cõtrarijs quibuſcunqne. Cæterum, quia difficile fo
ret, has noſtras præſentes literas, ad quælibet loca,
vbi opus fuerit, deferri. Volumus, & authoritate
Apoſtolica decernimus, quod trãſumptis earundẽ,
manu notarij publici ſignatis, & alicuius pręlati ec
cleſiaſtici ſigillo munitis, ea prorſus fides in iudi-
cio, & extrà adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi pręſen
tes originales literæ exhibitæ, vel oſtẽſæ forẽt. Nul-
li ergò omninò hominũ liceat, hanc paginã noſtræ
inſtitutionis, diffinitionis, ſubmiſſionis, cõceſſionis,
ordinationis, declarationis, vnionis, ſtatuti, ſubię-
ctionis, incorporationis, aduocationis, impoſitio-
nis, caſſationis, extinctionis, inhibitionis, ac manda
ti, derogationis, voluntatis, decreti, infringere, &c.
Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi. 1517.
4. Kal. Iulij Pont. noſtri, anno 5.

De vnione fratrum ordinis Minorum de obſeruan
tia, & ordinis fratrum Minorum conuentualiũ,
miniſtrorumq́ue, & aliorum officialium electio
ne, & officio.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex generaliſſimum capitulum ordinis S. Frã ciſci celebrari fecit in Eccleſia Aracali de vrbe.*
2 *De electione magiſtri generalis totius ordinis per fratres, & de fratribus de obſeruantia eligendis.*
3 *De electione magiſtri generalis conuentualium.*
4 *Fratres de obſeruantia elegerunt Chriſtophorum de Forlimo.*
5 *Conuentuales eorum magiſtrum generalem elegerunt, Antonium Marcellum.*
6 *Miniſter generalis conuentualium tenetur petere confirmationẽ à magiſtro generali totius ordinis.*
7 *Prouinciales conuentualium debent habere confirmationẽ à Prouincialib. fratrum de obſeruãtia.*
8 *Fratres de obſeruantia, nullam habent ſuperioritatem in conuentualibus, vt hic.*
9 *De cura monialium.*
10 *Conuentuales tranſire poſſint ad fratres de obſeruantia, vt hic.*
11 *Fratres de obſeruantia praecedant conuentuales in proceſſionibus, & alijs actibus publicis.*
12 *Confirmatio priuilegiorum.*
13 *Clauſula derogatoria.*

LEo Epiſcopus, ſeruus ſeruorom Dei. Ad per-
petuã rei memoriã. Omnipoteotis Dei vt, cu-
ius perfecta ſunt opera, qui cũcta ſapiẽtiſſimè cõdi-
dit in numero, pondere, & menſura, & cuius nutu,
omnia regũtur, Romanum Pontificam, ſic Catho-

licæ præfecit Eccleſię, vt quæ diuino honori,ſolu-
tique fidelium,cognouerit accommoda, nõ ſolùm
faciat,ſed quantum in ipſo fuerit,aſpirante cęli gra
tia, ad debitæ perfectionis perducat effectum.Sanè
diebus nouiſſimis cum generaliſſimum capitulum
totius ordinis B.Franciſci,conuocari fecimus,illud
que,in domo de Aracæli de vrbe dicti ordinis, cele
brari debere ordinauiſſemus, pro vnione vniuerſa
li fratrum prædictorum , ſub vno capite reforma-
to,inter alia facienda,pro votiua huiuſmodi vnio-
1 ne,de venerabilium fratrum noſtrorum,S.R.E.Car
dinalium, conſilio, & aſſenſu, necnon, ad Regum,
& Principum Chriſtianorum humiles,& inſtantiſ-
ſimas preces, authoritata Apoſtolica ſtatuimus, &
ordinamus,quod de cætero perpetuis futuris tem-
2 poribus miniſter generalis totius ordinis a S.Fran-
ciſci,à ſolis,& de ſolis reformatis fratribus dicti or
dinis viuentibus , abſque priuilegijs , bona tempo-
ralia concernentibus , eligi debere.Cui omnes , &
ſinguli fratres ſecundum regulam eiuſdem B.Fran
ciſci ſubijci, & obedire tenerentur , & deindè fra-
tres conuentuales , cum priuilegis eis à ſede Apo-
ſtolica conceſſis iubentes, ac redditus, & poſſeſſio-
nes,aliave bona temporalia , ſecundum huiuſmodi
priuilegia retinere volentes , per alias noſtras lite-
ras,etiam ſtatuimus,& ordinamus, quod vnum ex
eiſdem fratribus conuentualibus, vita, & moribus
idoneum,ſibi eligere poſſent,qui eorum magiſter
generalis appellaretur , & eorundem fratrum con-
uentualium, ſubditis priuilegijs viuentium, curam
gerere, & electionis de ſe factæ confirmationem,à
dicto miniſtro generali totius ordinis petere debe
ret, prout in literis prædictis plenius continetur.
Cumq; in capitulo generaliſſimo,in dicta domo de
3 Aracæli huiuſmodi , nuper per fratres reformatos
celebrato,ibidem præſentibus,authoritate noſtra,
protectore ipſius ordinis,& alijs duobus,ex S.R.E.
Cardinalibus, ad id à nobis ſpecialiter deputatis ,
die ad hoc,per nos aſſignata, fratres ipſi,vocẽ in e-
lectione miniſtri generalis huiuſmodi habentes,di
lectum filium Chriſtophorum de Forliuio,qui vi-
carius generalis fratrum Minorum de familia, tũc
fuerat , in miniſtrum generalem totius ordinis S.
4 Frãciſci,ritè,& rectè,fratres verò conuentuales,cũ
priuilegijs,vt præfertur,viuentes in domo ſancto-
rum Apoſtolorum, etiam de vrbe dicti ordinis, ad
id etiam legitimè cõgregati,dilectum filium,Anto-
5 nium Marcellum,vita, & moribus idoneũ,in magi
ſtrum generalem fratrum cõuentualium huiuſmo-
di,etiã elegiſſent, nos cũ audiuiſſemus electiones,
de miniſtro & magiſtro prefatis , per eoſdem fra-
tres,iuxtà ordinationes noſtras prædictas, Spiritu
ſancto id operante, ſumma cum charitate,ac pace,
& vnione factas fuiſſe , dictum Antoniũ,in magi-
ſtrum fratrũ cõuentualium electum,corã nobis prę
ſentẽ,in Dño benediximus,ac benedictionẽ noſtrã
huiuſmodi,pro cõfirmatione , quã à prefato mini-
ſtro generali petere tenebatur pro hac vice dũta
xat,ſufficere volumus , ac deſiderãtes per eoſdem
Chriſtophorũ miniſtrũ & Antoniũ magiſtrum , ſic
electos,& eorũ ſucceſſores fratres,ſibi cõmiſſos,ſub
proſpero,& fœlici regimine gubernari,ac in pacifi
co,& tranquillo ſtatu cõſeruari poſſe.cogitauimus
tali modo prouidere,quod de cętero odor bonę fa
mæ eorũdem fratrum,apud omnes Chriſti fideles,
etiã Reges, & Principes religionis Chriſtianæ,per
petuis futuris temporibus,redoleat, & pax,& vnio
plurimũ ab omnibus deſiderata,cõſeruetur,omniſ-
que deſiderij occaſio,quæ humani generis,procu-
rate inimico,exoriri poſſet, extinguatur penitus,&
tollatur,aliqua per eoſdẽ miniſtrũ , & magiſtrum ,
aliosq; ipſius ordinis profeſſores,firmiter,& inuio-
labiliter ſeruãda , motu proprio, & ex certa noſtra
ſcientia,ac matura, cum eiſdem Cardinalibus Præ-
ſidentibus,deliberatione præhabita , duximus ſta-
tuenda , videlicet, quod præfati Antonij magiſtri
generalis fratrum conuentualium ſucceſſores , ab
eiſdem fratribus conuentualibus,pro tempore ele-
6 cti,confirmationem , ab eodem miniſtro genera-
li,& ſucceſſoribus ſuis miniſtris generalibus,totius
ordinis . quemadmodum vicarij generales , tunc
de familia nuncupati, petere tenebantur , Ac quod
magiſter ,nunc,& pro tempore electus ,ad regimen
fratrum conuentualium S. Franciſci, iuxta dictam
noſtram ordinationem,magiſter generalis fratrum
conuentualium in perpetuum appellari debeat .
Quodque in ſingulis prouincijs , deputati ad regi-
men fratrum conuentualium , de cætero , magiſtri
Prouinciales fratrum conuentualium , cum ſuis ſi-
gillis, vocati, & à miniſtris Prouincialibus regula-
ris obſeruantiæ,in prouincijs, iuxta morẽ dicti or-
dinis reſpectiuè pro tempore exiſtentibus, confirmatio-
nem electionum, de eis,pro tempore factarum, eo
modo,qui vicarij Prouinciales olim de familia nũ-
cupati,à tunc miniſtris prouinciarum fratrum con
uentualium,petere tenebãtur, etiam petere tenean
7 tur. Quodq; tã Generalis , & Prouincialis miniſtri
prælati, tam ante quã poſt generalis,& aliorũ ma-
giſtrorum cõfirmationem huiuſmodi,tàm genera-
li,& Prouincialibus,quã alijs fratribus cõuentuali-
bus huiuſmodi,& eorum, ac aliorum tertij ordinis
fratrum , & ſororum nuncupatorum ,qui eatenus
ſub miniſtro generali cõuentualium fuerãt,regimi-
ne nullatenus ſe intromittere , aut eos, per ſe , vel
8 ſuos cõmiſſarios,viſitare,ſeu corrigere poſſint, nec
aliquã iuriſdictionẽ , ſeu ſuperiorẽ, in ipſos exerce-
tere valeãt, præterquam cum ipſum miniſtrum ge
neralem, pro tempore exiſtentem, ad ipſorũ fratrũ
cõuentualium domos, & loca,declinare cõtigerit,
quo caſu, ipſe miniſter eoſdem fratres conuentua-
les paterne viſitare, ipſique fratres cõuentuales eũ
dem miniſtrum generalem,tãquàm totius dicti or
dinis ſuperiorem,omni cũ charitate,& dilectione,
recipere debeãt,dũmodò idem miniſter generalis,
nunc & pro tẽpore exiſtens,nihil iudicialiter, circa
ipſos fratres cõuentuales,ac domos eorũ,ac loca,&
ẽt monaſteria monialium, ſub eorum cura degen-
tium,exerceat,niſi eo modo, quo miniſter genera-
lis,tunc fratrum conuentualium ſuper fratres de fa
milia,& eorum domos,& loca, & monaſteria mo-
nialium,tempore conuocationis dicti capituli ge-
neraliſſimi,exercebat, exercere poſſit, Inſuper Ge-
nerali , & Prouincialibus miniſtris , pro tempore
exiſtentibus , ſub excommunicationis latæ ſenten-
tiæ pęna,pręcipimus, & mãdamus,nè directè , vel
indirectè,ẽt fauore dominorum temporalium,ciui
tatum,& vniuerſitatum, oppidorum,terrarum , &
9 villarum, ac perſonarum Eccleſiaſticarum , etiam
prælatorum quorumcunque, ſeu eorundem Cardi
nalium,ſiuè alio quaſito colore, vel ingenio,mali-
tioſe,quod domus,& loca fratrum conuentualium
ſeu monaſteria monialium, curæ magiſtri genera-
lis cõuentualium huiuſmodi ſubiecta , quæ hacte-
nus,ſub dicto miniſtro generali fratrũ cõuentualiũ
fuerãt,eis quoquo modo auferãtur,procurare præ-
ſumant,& nihilominus, quicquid in contrariũ attẽ
tatum fuerit, ſit eo ipſo, irritum , & inane . Domus
autem,& loca,ac monaſteria monialium, magiſtro
generali fratrũ conuentualiũ,ea ſubiecta eſſe,intel-
ligi volumus,quæ Apoſtolica, vel alia authoritate,
magiſtro generali,ante celebrationem dicti capitu
li generaliſſimi,proximè,in dicta domo Aracæli ce
lebrati, ſubiecta erant , & in quorum poſſeſſione ,
ipſe tunc miniſter generalis conuentualium exiſte-
bat , præſertim domus , ſeu conuentus Aſſiſij , &
Sancti Saluatoris de Vrbe , aliæque quàm plures
domus,

a Vide in c. 10 qq. re. q. 4. ar. 1.

domus, ac multa monaſteria monialium, quæ eidē
miniſtro generali, tunc immediatè ſubiecta erant,
quæ omnia, ex nunc magiſtro generali cōuentua-
lium immediatè ſubiecta perpetuò ſint, & eſſe cen-
ſeantur, *a* exceptis domibus, & locis, ac monaſte-
rijs monialium dictorum fratrum reformatorum,
per priores literas noſtras huiuſmodi, nuper vnitis,
quæ generali, & Prouincialibus miniſtris, ſuis pro-
uincijs reſpectiuè, in omnibus ſubiecta remanere
volumus. Statuimus etiam, quod ſi fratres conuen-
tuales, quandoque ſe reformare voluerint, reforma
tio ipſa, iuxta priuilegia Apoſtolica eis cōceſſa, per
ſuos Generalem, & Prouinciales magiſtros dunta-
xat, fieri debeat, niſi vbi fratres alicuius domus, ſeu
conuentus, ad veram, & regularem obſeruantiam,
& omnimodā, generalis, & Prouincialium mini-
ſtrorum, obediētiam, venire, & generali, ac alijs mi
10 niſtris præfatis, ſe ſubijcere volent. Quo caſu, ſi fra-
tres illarum domorum, in quibus, decem, vſque vi
ginti tres, in alijs verò domibus, in quibus nume-
rus à viginti, vſque ad quencunque numerū fratrū
eorundem conuentualium fuerit, duę tantùm par-
tes ſubiectioni, & ſubmiſſioni huiuſmodi conſenſe-
rint, tūc generalis, & alij Prouinciales miniſtri, pro
tempore exiſtentes, domos fratrum ſubiectioni, &
ſubmiſſioni huiuſmodi, modo pręmiſſo, cōſentien-
tium, quacunque contradictione non obſtante, do-
mos fratrum conuentualium, & illarum fratres hu
iuſmodi, liberè, & licitè recipere poſſint. Domos ve
rò fratrum conuentualium, in quibus minor nu-
merus, quàm denarius fuerit, etiam de omnium fra
trum conuentualium eorundem domorum cōſen-
ſu, nullatenus recipere valeant, ſed illæ, generalis,
& aliorum Prouincialium magiſtrorū reformatio-
ni, liberè dimittantur. Singulis verò fratribus con-
uentualibus ad generalē, & Prouinciales miniſtros
tranſire volentibus, ab eorum ſuperiore prius peti-
ta, licèt nō obtenta licentia, liberam trāſeundi licē-
tiam, & facultatem cōcedimus. Præterea volumus,
quod illi ex fratribus conuentualibus, qui de cæte-
ro, vitam reformatam, ſub Generalis, ſeu Prouin-
cialium magiſtrorum cura ducere voluerint, ſub
eorum regimine permanere poſſint, dummodò ali
quo ſigno notabili diſtinctiuo, diſtinguantur, & di-
ſcernantur ab illis, qui vitam regularem, ſub Gene-
rali, ſeu Prouincialibus miniſtris ducunt, prout ge-
neralis miniſter, & magiſter inter ſe conuenerint,
bonis præfatarum domorum reformandarum, im-
mobilibus, & omnibus, quorum fratres reformati
non ſunt, nec capaces eſſe volunt, generali, & alijs
Prouincialibus magiſtris ad eorum liberam diſpoſi
tionem libere remanentibus. Et ne inter reforma-
tos, & conuentuales fratres pręfatos, ſuper præce-
dentia, diſſenſio, & contentio oriri poſſit, volumus,
& etiam ſtatuimus, quod inter eos talis ordo ſerue-
tur, Videlicet, quod in proceſſionibus, & funerali-
11 bus, ac exequijs, necnō omnibus alijs actibus publi
cis, fratres conuentuales fratribus regularis obſer-
uantiæ, locorum digniorem relinquere teneantur.
Si tamē aliqui graduati, ſeu antiqui patres, aut Guar
diani domorum cōuentualium, remanere vellent,
cum quibuſdam fratribus antiquioribus ſub Gene
rali, & Prouincialibus miniſtris, viuentibus, tunc, &
in hoc caſu, vt euitetur diſſenſio huiuſmodi, & per-
fecta vnio cōſeruetur, ſimul incedere, ipſique con-
uentuales, ſemper eorum crucem, & vexillum, per
eos deferri ſolitum deferre, liberè, & licitè valeant.
Poſtremò omnia, & ſingula priuilegia, & indulta,
dicto ordini, tā per nos, quā alios quoſcunq. Rom.
Pont. hactenus conceſſa, eiſdem fratribus regularis
obſeruantiæ, ac conuentualibus (in quantum præ-
miſſis non ſint cōtraria) authoritate, & tenore pre-
12 ſentium, inuicem perpetuò communicamus, & ſuf

a De cura monialiū. Vide in tr. 3. qq. vt q. 27. ar. 8. 9. 10. & 11.

De præcedentia. Vide in 3. to. qq. re. q. 37. ar. 4.

fragari volumus, eaque omnia, etiam illis de nouo
concedimus. Quocirca camerę Apoſtolicę genera-
li Auditori, necnō vniuerſis Patriarchis, Archiepiſ- 13
copis, & Epiſcopis, & Eccleſiarū prælatis, ac qui-
buſcunq; in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutis perſo
nis, per Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus ipſi
& eorū ſinguli, præſentes noſtras literas, & in eis cō
tenta quæcūq; vbi, & qn̄ opus fuerit, ac quoties p̄
parte miniſtrorū, aut alicuius ipſorū, ſuper hoc re-
quiſiti fuerint, ſolēniter publicātes, eiſq. in pręmiſ-
ſis, efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, facient
eos, præſentibus literis, ac omnibus, & ſingulis ī eis
cōtentis, pacificè frui, & gaudere. Nō permittentes
eos deſuper, inter ſe, ac ēt per quoſcūque alios, qua
uis authoritate, & poteſtate fungētes, quōlibet inde
bitè moleſtari, aut perturbari. Contradictores, per
cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna reme
dia, appellatione poſtpoſita, cōpeſcendo, inuocato
ēt ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.
Non obſtantibus quibuſcunque literis Apoſtolicis,
& indultis, ēt ſacri Conci. Cōſtantienſis, dictis reli-
gionis fratribus, familijs, cōgregationibus, denomi
nationibus aut alicui eorū, ſiue illarū authoribus, &
inſtitutoribus, ſub quibuſuis verborū formis, ſolēni
tatibus, & clauſulis, fortioribus, & inſolitis, conceſ-
ſis, ſeu forſan in futurū cōcedendis, quibus (ēt ſi, ad 14
illorum derogationem, de illis, eorunque totis te-
noribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, indiuidua,
ac de verbo ad verbum, nō aūt per generales clau-
ſulas, id importātes, mentio, ſeu quæuis alia expreſ-
ſio, habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ſeruā-
da eſſet) illorū omnium tenores præſentibus, pro
ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs
in ſuo robore permāſuris, hac vice duntaxat, ſpecia
liter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcun-
que. Aut ſi miniſtris & magiſtris, aut fratribus præ-
fatis, vel quibuſuis alijs, communiter, vel diuiſim,
ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſu-
ſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas
Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam,
ac de verbo ad verbū, de indulto huiuſmodi, men-
tionem. Cęterum, quia difficile foret, præſentes li-
teras, ad quęlibet loca, vbi opus fuerit deferri, vo-
lumus, & authoritate Apoſtolica decernimus, quod
tranſumptis præſentium, manu notarij publici ſi-
gnatis, & alicuius prælati eccleſiaſtici, ſigillo muni
tis, ea prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur,
quæ adhiberetur, ſi præſentes originales literæ eſ-
ſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omnino ho-
minum liceat, hanc paginam noſtrorum, pręcepti,
ſtatuti, communicationis, conceſſionis, mādati, de-
rogationis, voluntatis, & decreti, infringere, &c.
Dat Romæ, apud S Petrum, anno Incar. Domini,
1517. pridie Idus Iunij, Pont. noſtri, anno 5.

Pro Indiarum Incolis.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Concedit ſummus Pontifex fratribus, in hoc breui poſi tis, omnimodam poteſtatem, ad abſoluendum, & diſpenſandum, cum conuerſis ad fidem, reſpectu cuiuſcunque criminis, & inhabilitatis, & ad commutandum quacunque vota, & ad diſpenſandum, cum his, qui matrimonium contraxerunt impedimento aliquo iuris poſitiui irretitis, & vt poſſint ordines minores conferre, vbi non ſunt Epiſcopi, & pontificalia ſimiliter exercere, & ædificare, & conſecrare Eccleſias, ac eas violatas, reconciliare.

Dilectis filijs fratribus, Ioanni Clapion,& fratri Franciſco de Angelis.

LEO PAPA X.

Pro conuerſione Indorum, & infidelium. Vide in 10. 1.qq.re.q. 31.ab art. 32.& in 2. 10.q.97.& qua.99 & quo debeāt fratres inter infideles prædicare. Vide in 3. 10.qq.re.q. 32.ar.4.& de poteſtate prælatorum, ad hoc in edicendū Eccleſiaſtica in partibus Indiarum. Vide in 10.1.qq. 10.q.19.a.3.& de tranſeuntibus ad Indias. Vide in 2. 10.qq.re.q. 99.ar.7.

Dilecti filij, &c. Aliàs fœ.re. Nicolaus IIII. &
Ioannes XXII. & Vrbanus V.& Eugenius
IIII.& alij Romani Pontifices prædeceſſores no-
ſtri,debita meditatioñe cõſiderantes , quod veſtri
ordinis munda religio,à Chriſto Domino,exẽplis,
ac verbis Apoſtolicis ſuis tradita,ac B.Frãciſco, &
eũ ſequentibus inſpirata fuerit, ac quod nonnulli
eiuſdẽ ordinis profeſſores,pro fidei propagatione,
ad infideliũ partes,cum iã Apoſtoli, in orbe nõ exi-
ſtent,deſtinare opus eſſet , prout ipſe Beatus Fran-
ciſcus ſuo tempore,actualiter fecit, vt in vinea Do
mini, fructuoſos palmites producerent , nonnullis
veſtri ordinis,tũc expreſſis fratribus,vt in tertis in-
1 fidelium,tunc deſtinatis exiſtentibus,quod Dei ver
bum proponere, & ibidem conſtitutos, ſi eorũ ali-
qui excommunicationis cenſura ligati eſſent,abſol
2 uere,quoſcunque ad vnitatem Chriſtianæ fidei cõ
ueniri cupientes, recipere , baptizare , & Eccleſijs
3 aggregare,& hi ex dictis fratribus, qui in ſacerdo-
tio cõſtituti eſſent, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ , &
Extremæ vnctionis, aliaq; Eccleſiaſtica Sacramen
ta,perſonis pręmiſſis,miniſtrare,& exercere,necnõ
in caſu neceſſitatis (Epiſcopis in prouincia nõ exi-
ſtentibus)confirmationis ſacramentum,& ordina-
4 tiones, vſque ad minores ordines , fidelibus mini-
ſtrare,capellas,& altaria,necnõ calices,& paramẽ-
ta Eccleſiaſtica benedicere, ac Eccleſias recõcilian
das,vel cœmeteria reconciliare, eiſdem, de idoneis
5 miniſtris prouidere,eiſque indulgentias,quas Epi-
ſcupi,in ſuis diœceſibus concedere ſolent, imparti-
ri, & alia quæcunque facere , quę ad augmentum
diuini nominis,ad conuerſionẽ ipſorum infidelium
populorum, & ampliationem fidei orthodoxæ, &
reprobationem,& irritationem illorum, quæ ſacris
conſtitutionibus contradicunt, ſicut pro loco,& tẽ
6 pore viderint expedire, valeant, & poſſint.Necnõ
vti oleo ſancto,& chriſmate antiquis,vſque ad tres
annos, cum in eiſdem partibus, nouum oleum , &
balſamum,ſine difficultate magna,haberi non poſ-
7 ſint,libere,& licitè valeant. Necnõ aggregatos eoſ-
dem(vbi Epiſcopi non habentur)clericali inſigni-
re charactere, & ipſos ad minores ordines promo-
uere licere,etiam ſedis Apoſtolicæ ſententia excom
municationis irretitis, abſolutionis beneficium,iux
8 tà formam Eccleſiæ impartiri , & qui de gentibus
ſchiſmaticis, vel aliàs nouiter eſſent conuerſi, dan-
di licentiam , vt vxores ſuas, cum quibus,in gradi-
bus à lege diuina non prohibitis , contraxerunt ,
retinere valerent,& de cauſis matrimonialib. quas
in partibus illis, ad audientiam noſtram deferre
deberent , legitimè cognoſcendi , & diſcordantes
inter ſe concordare . Ac etiam eiſdem fratribus li-
citum eſſet, omnium fidelium , in terris prædictis,
confeſſiones audire, & ipſis iniungere pœnitentias
ſalutares,& vota commutare , & excommunicatos
à canone , vel alio modo , iuxtà Eccleſiæ formam ,
9 abſoluere,dummodò iniuriam,& dãna paſſis,iux-
10 tà poſſibilitatem , ſatisfecerint. Inſuper in locis , in
quibus fratres ipſi reſidentiam facere,vel eos hoſ-
pitari cõtingeret,Miſſam,& diuina officia,cũ ſolita
11 ſolemnitate,celebrare, & ſi in eiſdem locis,vitę ne
ceſſaria,ieiuniorum tempore,commodè habere nõ
poſſent, ad prædicta ieiunia, eoſdem fratres,mini-
mè teneri declararunt, cum eiſque miſericorditer
12 diſpenſarunt. Et vt de ſuis laboribus fructum repor
tarent,fratribus prædictis verè pœnitentibus,& cõ
feſſis,eam indulgentiam conceſſerunt,quam profi-
ciſcentibus in terræ ſanctæ ſubſidium,ſedes Apo-
ſtolica concedere conſueuit . Ac etiam omnibus
vtriuſque ſexus,confeſſiſque, qui Eccleſias,& loca 13
fratrum dicti veſtri ordinis , in partibus præmiſſis
conſtructa,& in poſterum cõſtruenda, ſingulis die
bus,quibus viſitauerint,cauſa deuotionis, ſeu elee-
moſynæ faciendæ , ipſis,de iniunctis eis pœnitentijs
centum dies miſericorditer relaxarũt, Quique eiſ- 14
dem fratribus,authoritate Apoſtolica cõceſſerunt,
vt in ciuitatibus,caſtris,villis, ſeu locis quibuſcun-
que ad habitãdũ domos & loca quęcunque,ſeu ha
ctenus recepta mutare,aut ea vẽditionis,permuta-
tionis,aut cuiuſuis donationis titulo,in alios trans-
ferre valerent.Ac inſuper, vt omnes, & ſinguli ve- 15
ſtri ordinis profeſſores, qui eodem ſuccẽſi zelo,ad
ea loca,cum fratribus pręd ctis, trãſire voluiſſent ,
omnibus,& ſingulis pręmiſſis gratijs, & indultis ,
gaudere liberè poſſent, prout eiſdem fratribus , &
eorũ cuilibet,coniunctim,vel diuiſim,pro fratrum
prædictorum vita, tunc pro tempore indultum eſ-
ſet,vel conceſſum. Nec fugientes à ſeculo, in ordi- 16
ne prædicto recipere, ac omnia, & ſingula facere ,
quoad ea , quæ dicti ordinis concernerent profeſ-
ſionẽ,& religionẽ, quæ miniſtri Generales, & Pro-
uinciales , ea officio, & indultis Apoſtolicis,facere
poſſunt,prout in eorundem profeſſorum , deſuper
confectis literis,latius enarratur.Cum autem,ſicut
accepimus,vos, quorum zelus Deo eſt animas lu-
crifacere,& per veſtræ operationis induſtriam , &
ſolicitudinem, diuina ſtipulãte gratia , adulterinas
plãtationes diuellere , ac in meſſe Domini virtutes
ſerere,vitia radicitus extirpare, & humanũ genus,
ad cognitionis, & ſaluationis ſemitas reducere, ad
Indianas inſulas , aliaſque prouincias chariſſimi in
Chriſto filij noſtri,Caroli Hiſpaniarum , & Roma-
norum , Regis Catholici,in Imperatorem electi,
ditioni ſubiectas, & illis propinquas terras,vbi ho
mines veritatis fidei , cognitione carent , conferre
deſideratis,& in illis verbum fidei ſeminando, hu-
iuſmodi ſanctis actionibus , vos exercere , de ſu-
periorum veſtrorum licentia , intendatis, nos tam
ſancto , & hominibus huiuſmodi , pro eorum ani-
marum ſalute, neceſſario opere, deſiderio, fauora-
biliter annuere volentes , motu proprio , & certa 17
ſcientia , ac poteſtatis plenitudine , vobis , & ve-
ſtrum cuilibet , facultatibus , conceſſionibus , &
gratijs , ac indultis ſupradictis, iuxta ſuperius nar-
ratorum continentiam , vobis , & cuilibet veſtrũ ,
& ad vitam veſtram à vobis , quatuor deputandis,
vti, potiri, & gaudere, prout ſuperius explicatur,
liberè , & licitè valeatis , concedimus , & indulge-
mus, volumus autem , quod ea quæ ad Epiſcopa- 18
lem ordinem , ac dignitatem duntaxat pertinent,
vigore præſentium , nullus veſtrum exercere poſ-
ſit , niſi in prouincijs , vbi Catholicus antiſtes non
fuerit , in alijs enim locis, pontificalia ſolum per
Epiſcopos exercere valebunt. Quocirca , vniuer-
ſis,& ſingulis Patriarchis , Archiepiſcopis , Epiſco-
pis , cæteriſque in dignitate conſtitutis, necnõ om-
nibus, & ſingulis , tam Eccleſiaſticis , quam laicis
ordinum quorumcunque profeſſoribus , ſub pœ-
na excommunicationis latæ ſententiæ , & maledi-
ctionis æternæ , à qua non niſi per nos , ſeu de no-
ſtro , ſeu dicti miniſtri veſtri conſenſu , poſſint ab-
ſolui ; firmiter inhibemus,ne vos, aut veſtrum ali-
quem ad vitam veſtram , ſeu deputandos fratres
prædictos, à vobis , vel à miniſtro generali ordi-
nis prædicti,in præmiſſis, ſeu præmiſſorum aliquo,
directè , vel indirectè , per ſe , vel alium , quouis
quæſito colore, impedire præſumant . Quod ſi
quidquam à quouis , aliter attentatum fuerit, etiã
prætextu quaruncumque literarum Apoſtolica-
rum à ſede Apoſtolica conceſſarum, ſeu in futu-

rum

rum concedendarum,etiamſi in eiſdem literis,pręſentes de verbo ad verbum inſertæ fuerint,& ſpecialiter à nobis reuocatæ,irritum ſit pænitus,& inane;declarantes ex nunc,prout ex tunc,non eſſe intentionis noſtræ, nec in futurum fore,in præmiſſis (dummodo illis ſanctè pro tempore intendatis) vobis impedimentum,vel detrimentum afferre.Non obſtante prohibitione fœ.rec Boniſac.Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri,qua cauetur, ne quis de prædicatoribus,& minoribus , & aliis religioſis mendicantibus (quibuſcumque ſuper hoc priuilegiis muniti exiſtant) prædicta præſumant, abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali,plenam,& expreſſam faciẽtis de huiuſmodi prohibitione mentionem.Necnõ conſtitutionibus,& ordinationibus , &c. Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris , die 25. Aprilis,1521.Pont.noſtri,anno 9.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Prohibet fratribus , ne ſine licentia prælatorum , aliquam exemptionem impetrent,& quod nullus legatus,niſi de latere poſſit aliquem fratrem aſſumere.

Dilectis filiis,vicariis generalibus Ciſmõtanę,& vltramontanæ, ordinis Minorum de obſeruantia.

LEO PAPA X.

Vide in 2. 10.qq.re.q. 64. art. 1. & 2.

Dilecti fili, ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem. Inter cætera regularis obſeruantiæ vota,obedientię iugum,ſine quo non vera , ſed ficta,cenſetur eſſe religio, præcipuum exiſtit;proptere a abſonum eſt,& abſurdum,quod quis,habitu religionis,ſe foris exhibeat,& lupi rapacis more, regulariter viuere,regularemque diſciplinam omnino contemnat.Sane,ſicut nobis exponi feciſtis,ſæpe contingit, quoſdam de ordine veſtro profeſſores,ſalutis propriæ immemores,ſuaui,ſalutaris obedientiæ,iugo ſpreto, ad nos ſedemque noſtram accedere,exemptiones,gratias,priuilegia, & Apoſtolica indulta,quibus religionis veſtræ integritas,nõ mediocriter diſſoluitur,& aliis, fomentum efficax delinquendi,miniſtratur,ad ordinis diſciplinam regularem,& prælatorum correctionem ſalutarem, declinandas,confictis mediis quærere , & obtinere,etiam nonnullos ex prælatis Eccleſiarum,vobis irrequiſitis,ad ſecum morandum, vel pro ipſorum promouendis negotiis, aliquos ex eiſdem aſſumere,iuxta ſuæ libitu voluntatis. Quo fit,vt ordo præfatus,& ſuæ pacis diſpendium,& grauis detractionis,aliquando perferat detrimentum . Nos igitur, quos ſuſcepti regiminis cura admonet , & officij Pontificalis authoritas,inducit,vt circa ea,per quę religionis veſtræ ſtatus,& tranquillitas cõſeruetur, & opitulante Altiſſimo,fidelium in vos deuotus affectus augeatur,attente conſiderantes , in congruũ exiſtere,quod huiuſmodi profeſſores habitum dicti ordinis gerant , ac ſe de ipſo ordine nominare præſumant,& iuriſdictionem , & diſciplinam ſuperiorum eiuſdem ordinis, ſuſcipere paruipendant, ſuper his ſalubriter,& prouide occurrere cupiẽtes, veſtris in hac parte humillimis ſupplicationibus inclinati,pro dicti ordinis, eiuſque regulis obſeruantiæ conſeruatione,& vt vagantibus,& delinquentibus fratribus,atque aliis,exquiſitis mediis, libertatis ſpiritum quærere ſatagentibus,omnis euagandi tollatur occaſio,authoritate Apoſtolica,tenore pręſentium,ſtatuimus,& ordinamus,quod nullus ordinis obſeruantiæ huiuſmodi profeſſor, de cætero exemptionem,aut indultum Apoſtolicum,ſub quauis forma,& expreſſione verborum,obtinere poſſit,niſi veſter,aut commiſſariorum veſtrorum , in Romana curia exiſtentium,ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, & ſi illa impetrauerit , illa nullatenus ſibi ſuffragentur,cum illorum obtentu,& prælatorum ſuorum iuriſdictione,quominus eorum regulari diſciplina exemptus cẽſeatur.Quodque nullus prælatus, aut Apoſtolicæ ſedis Nuncius , aut legatus,niſi eſſet de latere legatus , aliquem ex profeſſoribus veſtri ordinis , ad ſecum morandum , vel pro ſuis negotiis promouẽdum,abſque veſtra,ſeu prouincialium vicariorum ſuorum , petita licẽtia, obtenta,& in ſcriptis habita, aſſumere poſſit , ſine ſpeciali mandato ſedis eiuſdem,de præſentibus ſpecialem mentionem facientis,& nè profeſſores ipſi, cum prædictis,cõtra præmiſſa morari , vel negotia eorum ſumere audeant,in virtute ſanctæ obedientiæ,diſtrictius inhibemus,ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ,pęna,præcipimus,ac mãdamus, vt profeſſores , qui ſine dicto ſpeciali mandato noſtro,vel veſtra licẽtia , ad prædicta quomodolibet, in poſterum aſſumpti fuerint,eiſdem diſciplinæ,& correctioni,quibus alij profeſſores veſtri ſubiiciuntur,ſubiici debeant,ſtatuta tamen,& ordinata , per vos,in congregationibus generalibus,contra huiuſmodi delinquentes,in ſuæ firmitatis robore,permanere volumus,ac ex nunc,irritum decernimus , & inane;ſi ſecus ſuper his à quoquam,quauis authoritate,ſcienter,vel ignoranter , contigerit attentari, conſtitutionibus,& ordinationibus,ſtatutis, & conſuetudinibus,dicti ordinis,iuramento,confirmatione Apoſtolica , vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis,non obſtantibus quibuſcumque.Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die 26.Octob.1513.Pont.noſtri,anno 1.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Concedit,quod fratres Minores poſſint habere domos amplas,& curioſas,& ornamenta Eccleſiaſtica.

Dilectis filiis,Generali, & Prouincialibus vicariis,guardianis , & fratribus ordinis fratrum Minorum de obſeruantia.

LEO PAPA X.

Dilecte fili,Salutem,&c. Merentur veſtræ deuotionis ſynceritas,& religionis honeſtas,vt ea vobis gratioſe concedamus,quæ veſtrarum conſcientiarum ſerenitatem , & quietem reſpicere dignoſcuntur.Cũ itaq; ſicut nobis nuper exponi feciſtis,licet fœ.re.Nicolaus III.Clemens Papa V.ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, pro cõſolidatione ambiguarum mentium , & timoratarũ conſcientiarũ,fratrum ordinis veſtri,ſerenitate,domos,& loca,& alia bona veſtra,tam mobilia , quã immobilia,in ius,& proprietatem Romanæ Eccleſiæ ſuſceperint,Nihilominus nõnulli veſtrũ,adhuc hæſitãt, cum eis domos amplas,& ſpatioſas,quæ in præſentiarum,in veſtro ordine,& familia, tam fratres,ſpeciali,ad hoc,facultate, ſiue authoritate ſuffultos,quã per ſæculares adhoc,pia deuotione ductos,conſtruunt,& ædificãt,vt potius palatia magiſtratuum,reputari poſſe videantur, quã habitationes pauperũ,inhabitare, & colere , & ſimili modo paramentis,& vaſis Eccleſiaſticis, quæ in numero, & precio,Euangelicę paupertati,quã profeſſi eſtis, derogare videntur,& aliis,quibus,tam ordo,quam fra-

Vide in 3. 10.qq.70.q. 25.

Digitized by Google

fratres vtuntur, communiter, vel diuiſim, vti, & in veſtris conuentibus, illa retinere liceat, ac propterea nonnulli, conuentus relinquere, & ad loca eremitoria ſe transferre, & fugere moliãtur, in Diuini cultus detrimentum, & ſcandalum plurimorum, ac ordinis, & familiæ perturbationem. Et cũ interdũ, ob magnificentias plurimorum Principum, & aliorum dominorum, qui non ſecundum quod, veſtrę congruit paupertati, ſed ſecundum quod, eorum congruit excellentiæ, volunt, & veſtras domos cõſtruere, & pro diuino cultu, capas, & planetas Dalmaticas, & alia paramẽta, & calices, ac alia vaſa, ad miniſterium ſacramenti altaris, pro ſummi Dei honore, & gloria, piè erogare, & elargiri, talia reſpuere non poſſitis, necnon poſſibilem reſiſtentiam de non accipiendo faciatis, & non ſinant iſti tales donantes, iam acceptata, alienari, nec demoliri iã conſtructa, permittant, nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt pro pace conſcientiarum veſtrarum, & vt ſine ſtimulo, gratũ, Altiſſimo famulatũ exhibere, & in veſtro laudabili officiandi ritu, continuare poſſitis, ſtatui veſtro ſuper his opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, attendentes, quod domorum, & aliarum rerum, tam pro diuino cultu, quam pro cómuni vſu veſtro, vobis conceſſarum, ſolum ad vſum, & non fructũ, nec poſſeſſionem cedũt, nec ea, ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ mandato alienare poſſitis, ac ad eandem ſedem, illa omnia, quæ de nouo, vt noſtri prædeceſſores fecerunt, in proprietatẽ dictæ ſedis recipimus, pertinent, & quod ex domorum amplitudine, aut paramentorum multiplicitate, nihil magis veſtris commoditatibus corporalibus adiiciatis, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, & decernimus, vos, illorum tantum eſſe cuſtodes, & nõ poſſeſſores, & propterea, abſq; veſtræ profeſſionis macula, aut violatione, cum deceat, iuxta celebritatem ſolemnitatum, & ſolemnioribus officijs, decentioribus paramentis, Diuinam honorare maieſtatẽ & ipſius cultum munificare, & aliis, quibus, tã ordo, quam fratres vtũtur, communiter, vel diuiſim, vti, & potiri, liberè, & licitè poſſe, prout etiã fœl. recordationis, Iulius Papa II. prædeceſſor noſter, fratribus eiuſdẽ ordinis, & familiæ Regni Angliæ, ad inſtantiam chariſſimæ, in Chriſto filiæ noſtræ, modernæ Reginę Angliæ illuſtris conceſſiſſe dicitur. Et ſic perpetuis futuris temporibus, in ordine, & familia veſtris, ab omnibus illius fratribus, teneri, & obſeruari debere, volumus, & mandamus. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis ſtatutis, etiam iuramento, ſiue profeſſione firmatis, & aliis in contrarium facientibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Ianuarij, 1514. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Leo Decimus concedit Prælatis ordinis Minorum, facultatem benedicendi paramenta Eccleſiaſtica, & etiam Eccleſias ſuas, & cæmeteria, ac ipſas, cum pollui contigerit reconciliandi.

Dilectis filijs, Citramontanis, & Vltramõtanis, Generalibus vicariis, necnon Guardianis, & fratribus ordinis Minorum, de obſeruantia nuncupatorum.

LEO PAPA X.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Religionis honeſtas ſuadet, & deuotionis veſtræ promeretur affectus, vt vos, Apoſtolici fauoris ſuffragio proſequẽtes, precibus veſtris præſertim commodum, & decorem ordinis veſtri concernentibus, prout poſſumus, fauorabiliter annuamus. Cum itaque, ſicut nobis nuper exponi feciſtis, dudum fœ. re. Sixtus Papa IIII. prædeceſſor noſter, vobis, vt paramenta, & ornamenta Eccleſiaſtica, ac corporalia, ac alia, in quibus chriſma non interuenit, benedicere poſſitis, gratioſè conceſſerit, & ab illo tempore, in poſſeſſione benedicendi paramenta, & corporalia huiuſmodi, ſecundum limitationẽ inter vos, in capitulis veſtris factam, fueritis, ac in diuerſis etiam remotis partibus, & inſulis, de nouo ab infidelibus recuperatis, diuerſæ domus ordinis veſtri, conſtructæ exiſtant, & in dies conſtruãtur, & ordinarij locorum, nõ ſemper in ſuis ciuitatibus, & diœceſibus reſideãt, & interdũ in remotis agant, & ſæpius contingant, loca, & cęmeteria eorũdem domorum, ſanguinis effuſione, ſeu alias pollui, ac aliarum fratres, non ſemper ordinarios locorum, pro illis reconciliandis, adire poſſunt, imò quandoque illis graue, ſeu diſpendioſum exiſtat, ad illos, quandoque per tres dietas, ab eorum domibus diſtantes, accedere, nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt cum piæ memoriæ, Iulius Papa II. etiam prædeceſſor noſter, filiis dilectis fratribus ordinis Minorum, indultum, eccleſias, & cæmeteria ſua, benedicendi, & reconciliandi, conceſſerit: ac interdum, ex iis, præſertim in remotis agentes, quandoque per ſuas dietas adiri nequeãt, vobis ſuper his oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui religioſarum perſonarum vota, per quæ eorum diſpendiis obuiatur, ac commodis, & profectibus prouidetetur, ſtudio charitatis libenter proſequimur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & pro tempore exiſtentibus, generalibus, & prouincialibus, ac guardianis, & fratribus veſtri ordinis, & obſeruantiæ, vt eccleſias, oratoria, & loca quæcumque, recepta, & recipienda, nondum conſecratas, ſeu conſecrata, facta prius requiſitione, ab Epiſcopis locorum, eiſque recuſantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Epiſcopum, gratiam, & communionem dictæ ſedis habentem, conſecrari facere. Ac veſtri ordinis, generalibus, & prouincialibus Vicarijs, & cuſtodibus, ac guardianis pro tempore exiſtentibus, & præfatis, vt omnia, & ſingula eiuſdem ordinis, & obſeruantiæ, eccleſias, cæmeteria, ac capitula, & oratoria, vbicumque exiſtentia, receptas, & recepta, & recipiendas, ſeu recipienda, ac paramenta, & ornamenta, ac alia quæcumque, ad diuinum cultum, & vſum veſtrum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit, pro veſtro vſu tantum, ſolemni benedictione, ac etiam per vicarios, ſeu guardianos, aut alios, ad hoc à vobis, in veſtris capitulis generalibus, prouide deputandis, benedicere, ac illos, ſeu illa, & eorum quodlibet, ſanguinis ſeminis effuſione, ſeu alias, quomodolibet pollutas, ſeu polluta, quoties opus fuerit, aqua per vos, præſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum, aquam benedicentem, per duas dietas, adire non poteritis, benedicta, reconciliari, libere, licite valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Februarij, 1514. Pont. noſtri, anno 1.

Vide in 1, 10.99.114, 19. a 3. & 4. cũ ſeqq. & 9.31 an ti.s.

Bulla

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Leo Decimus prohibet diſtriƈte, ne aliquis frater minor cuiuſcumque dignitatis exiſtat, ingrediatur monaſteria S. Claræ niſi in caſibus in regula contentis, nec etiam ad tertiarias, niſi certo modo.

Aduerte, quod imò, ex regula noſtra, & declarationibus Apoſtolicis, ità eſt prohibitum ad tertiarias, ſicut ad monaſteria S. Claræ, & propterea quidquid in hoc articulo hic continetur, nihil valet.

Dilectis filiis, Vicariis generalibus, & prouincialibus ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ familiæ Vltramontanæ.

LEO PAPA X.

Dilecti filij, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Accepimus ſiquidem, quod licet per Regularia S. Claræ, & ordinis veſtri inſtituta, prouide à maioribus, & prædeceſſoribus veſtris ordinata, cautum ſit, & optimè prouiſum, cum ſedis Apoſtolicæ decreto, quando, & quomodo, aut qua ſolemnitate, ad ipſas moniales, & intrà clauſuram monaſteriorum ipſarum, ingrediendum ſit, nihilominus in nonnullis locis, confeſſores, & Rectores, qui pro tempore ad regimen ipſarum, & gubernationem, deputantur, latius fortè, quam debeant, licentias Apoſtolicas minus timorate impetratas, & formam illarum prætermittentes, ad eaſdem moniales, non ſubſiſtente in illo neceſſitatis caſu, & limitato, ſed pro quauis leui cauſa, cum ex cõceſſione in confeſſionalibus, in quibus paſſim, ſimilia indulta concedi ſolent, facta, tunc, ex alia facultate, aliquibus perſonis conceſſa, ingredi permittũtur, in graue quietis præiudicium ipſarum monialium, & ipſarum fratrum animarum periculum, & alicuius ſcandali, quod Deus auertat, ſuſcitationem, & pariter ad Tertiarias in congregatione viuentes, ad quas aſcendere, licet prohibitum non ſit, tamẽ propter ſcandalum, quod interuenire poteſt, eſſet non ſine nota fortè incontinẽtiæ, & contra religionis honeſtatem, ac in pacis, & ſpiritualis quietis ipſarum monialium, læſionem, & offenſionem. Nos igitur, quia teneris ætatis noſtræ annis, de huiuſmodi honeſtate curam geſſimus quam ſolitam, præſertim in virginibus æterno ſponſo Deo, ſacro velamine conſecratę, cupientes illis obuiare incõmodis, quæ procurante humani generis inimico, euenire poſſent, ſi de oportuno remedio non prouideremus, authoritate Apoſtolica, ſub ęternę maledictionis interminatione, in virtute ſanctæ obedientiæ prohibemus, ne quis frater confeſſor ipſarum monialium, aut quis frater, aut alius cuiuſcumque pręeminentiæ, aut officij inter vos ſit, ad ipſas moniales aut in ipſarum monaſteriis, ingredi, vel intrare niſi in caſibus, in earum regula, & inſtitutionibus ipſius ordinis veſtri, contentis, quo ad ipſorum monaſteriorum ingreſſum editis, nec etiam aliæ vtriuſque ſexus perſonæ ſeculares, etiam prætextu cuiuſuis indulti, etiam confeſſionalium, prædictorũ ingredi monaſteria. Nec ipſi fratres ordinis veſtri, ad Tertiarias in congregatione viuentes, niſi de licentia, & ſpeciali mandato veſtro, intrare præſumant, vos propterea monendo, vt non paſſim, ingreſſum huiuſmodi relaxetis, ſed in capitulis veſtris generalibus, & prouincialib. prouidè de ſimilibus, & aliis, ad obſeruantiã honeſtatis, & continentiæ ſpectantibus, ordinetis; non prohibemus tamẽ, quod fratres prædicti, infra limites monaſteriorũ S. Claræ, intrare, & ad loca, vbi fratres eiſdem ſeruientes, habitant, & alij ſęculares ingrediuntur, intrare, & accedere, necnon, cum eiſdem, quando opus fuerit, & cũ limitationibus, quas in capitulis veſtris ordinatis in locis, in quibus reliquæ ſeculares perſonæ cũ eiſdem loquuntur, loqui poſſint. Et nihilominus ſingulis ſororibus, tam S. Claræ, quam tertiariis, vbiq; terrarũ exiſtentibus, & ſub cura veſtra degẽtibus, præcipimus, ſub pœnis, & maledictionibus, & cenſuris ſupradictis, mãdamus, vt vicario generali, pro tempore exiſtenti, ſic pareant, & obediant cum effectu, & ipſius viſitationes recipiant, ſicut vicariorum prouincialium, in quorum prouinciis degunt, recipiunt, & admittunt. Et ſimiliter viſitatorũ pro tempore, ab ipſo vicario generali, ſicut à prouincialibus, iuxta ipſius ordinis morem deputandorũ, & deputatorum, cum ipſa authoritas non niſi ab ipſo vicario generali, ex decreto Apoſtolicæ ſedis depẽdeat. Non obſtante, fœ. re. Bonifacij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, exiit, qui ſeminat. & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis priuilegiis, & ĩdultis, monaſteriis prædictis, ſeu eorum aliquibus, in ſpecie forte conceſſis, aut quauis occaſione impetratis, regulari obſeruantiæ præiudicantibus, ſiue canonicam ordinis correctionem præpedientes, quæ, quo ad hoc, nulli volumus ſuffragari, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Febru. 1514. Pontificatus noſtri, anno 2.

Vide in 2. to. qq. re. q. 46. arti. 3. 4. & 47.

Vide in to. 1. qq. re. q. 45. art. 4.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Leo Decimus communicat fratribus Minoribus, & de nouo cõcedit, omnia priuilegia aliorum ordinum mendicantium, dando ſuper hoc conſeruatores.

Dilectis filiis, Vniuerſis fratribus ordinis Minorum, de obſeruantia nuncupatis.

LEO PAPA X.

Dilecti filii, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Affectu beneuolentiæ ſpiritualis, ea dem cauſa vos proſequi delectamur, qua diligenter, & feruẽter inſiſtitis, vt per honeſtæ conuerſationis, & piæ vitæ ſtudium, in conſpectu Dei, & hominũ placeatis. Dudum ſiquidem, fœ. rec. Iulius Papa II. prædeceſſor noſter, vobis, vt ex tunc de cætero, oĩbus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, libertatibus, immunitatibus, & indultis ſpiritualibus, & tẽporalibus, tam fratrum Prædicatorum, quam Eremitarum Sancti Auguſtini, ac Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, omnibuſque aliis ordinibus mendicantibus, per ſedem Apoſtolicam, vel legatos eiuſdem in genere, etiam per literas Apoſtolicas, maremagnum nũcupatas, etiam quoad exemptionem à ſolutione quartæ, locorum ordinarijs, & parochialiũ Eccleſiarum Rectoribus debitæ, à qua vos, pro potiori cautela eximit, eatenus cõceſſis, vti, potiri, & gaudere poſſitis, & deberetis, in omnibus, & per omnia, ac ſi vobis ſpecifice conceſſa fuiſſent, per ſuas in forma breuis literas, indulſit, illaque de nouo vobis conceſſit, prout in dictis literis, plenius continetus. Nos igitur, ad vos pium animi affectũ quo vos, ob deuotionis veſtræ ſynceritatem, & religionis honeſtatem proſequimur, extendentes, ac profectui veſtro paterne conſulere volentes, motu proprio, & ex certa ſciẽtia, literas prædictas, & in eis contenta quæcumque, authoritate Apoſtolica,

Vide in to. 1. qq. re. q. 11.

ſeno.

tenore præſentium,innouamus,approbamus,& cōfirmamus,ac plenum firmitatis robur obtinere, & firmiter obſeruari, vobiſque perpetuò ſuffragari debere decernimus. Et nihilominus, pro potiori cautela,præmiſſa omnia de nouo,authoritate,& tenore prædictis,concedimus, & indulgemus, mandantes vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus,Archiepiſcopis,& Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus,& aliis perſonis,in dignitate eccleſiaſtica vbilibet conſtitutis,quatenus ipſi, vel alter eorum,per ſe vel aliū,ſeu alios,vobis in præmiſſis,efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,faciant vos, gratis,priuilegiis,libertatibus,immunitatibus,cōceſſionibus,& indultis præmiſſis,pacifice gaudere. Non permittentes vos,deſuper,per ordinarios, & Rectores præfatos, ſeu quoſcumque alios, quauis authoritate fungentes,quouis quæſito colore, quomodolibet indebite moleſtari,inquietari,ſeu etiam perturbari,contradictores,moleſtatores, perturbatores,inquietatores,& rebelles quoſlibet, cenſuris eccleſiaſticis, & aliis iuris remediis, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio bracchij ſæcularis, non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſcumque priuilegis, indultis,& literis Apoſtolicis, in contrarium quomodolibet forſan conceſſis,illorum tenores, pro expreſſis habētes,ſpecialiter,& expreſſe derogamus.Nec non omnibus illis,quæ in prædictis literis conceſſa ſunt,non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum,quia difficile foret, præſentes literas noſtras,ad ſingula loca,ad quæ opus eſſet,deferre,volumus,vt earum tranſumptis,manu publici notarij ſubſcriptis,& alicuius prælati Eccleſiaſtici,ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, aut generalis vicarij dicti ordinis, ſigillo munitis, eis prorſus fides, in iudicio, & extra, adhibeatur, quæ ipſis literis originalibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Dat.Romæ, apud S.Petrum, ſub annulo Piſcatoris,die 16. Februar.1514. Pont. noſtri,anno 1.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Leo Decimus concedit,quod fratres Minores,& moniales S. Claræ habitantes in conuentibus nouiter reformatis non teneantur ad obligationes miſſarum per conuentuales factas.

Dilectis filijs,Vicariis generalibus, & prouincialibus,ac fratribus vniuerſis ordinis Minorum,de obſeruantia nuncupatorum.

LEO PAPA X.

Dilecti filij,Salutem,& Apoſtolicam benedictionem. Iuſtum,& rationabilem cenſemus, vt vos,qui contemplationi Altiſſimi Dei,& eius obſequiis iugiter mancipati eſtis,in conſcientiæ ſerenitate confoueamus,quo poſſitis quietius, his intēdere,ad quæ,vocante Deo,relicto ſæculo,vos mancipaſtis ſponte.Sane nuper,pro parte veſtra propoſitum fuit coram nobis,quod in conuentibus,quos olim à fratribus conuentualibus ordinis Minorū, de mandato,& licentia ſedis Apoſtolicæ,reformādos recepiſtis, tot, & tanta onera, ac fundationes miſſarum,& aliorum ſuffragiorum, comperiūtur, vt ſi omnibus ſatisfacere deberetis, in multis locis fratres non ſufficerent,quinimo opus eſſet, quaſi vbiq; ordinatum prætermittere officium, & alia certa ordinare,celebrare,& perſoluere, ac in pleriſque locis,prouentus,& redditus,ex quibus celebrationes miſſarum, & ſuffragiorū huiuſmodi fundatæ extiterant,ſunt probati,non ſubſiſtere,& penitus alienari,necnon,& paramēta Eccleſiaſtica, pro quibus,etiam ſimilis obligatio excreuerat,omnino conſumpta,vbi tunc, adhuc ſubſiſtere inuenti fuerunt prouentus prædicti, in aliquibus locis Eccleſiis matribus applicati ſunt,& alibi monaſteriis,& aliis eccleſiis,ac piis locis monialium,ad effectum, vt illis obligationibus ipſis ſatisfacerent, cum vobis,& ſtatui veſtro non conueniret, ex annuis redditibus,vitam ducere,& ſuſtentari.In aliis vero locis,vbi domus ruinoſæ reparatione indigerent, de licentia ſedis Apoſtolicæ alienari, & domus reparatæ,& reſtauratæ fuerunt, alibi verò vniuerſitates,& communitates locorum, ad ſe tales prouentus receperunt,diſtribuendos,vbi,& quando opportunum eis videretur,adeo vt penitus,redditus prædictos,fratres ipſi,ab ſe abdicauerint,ita quod plenè,tam de Apoſtolicæ ſedis licentia,quam de ſacrorum Conciliorum determinatione conſciētiis fratrum ſatisfactum exiſtimatis. Nihilominus,adhuc plerique fratres,in eorum conſcientiis non cōquieſcunt, donec à ſede prædicta dilucidior declaratio emanauerit,& de ipſius authoritate, hæc plenius conſtiterit vniuerſis.Quare nobis humiliter ſupplicaſtis,vt ne contingat dubietate huiuſmodi à ſimplicioribus ibi trepidare timore, vbi nullo eſt timore trepidandum,ſuper his oportunè prouidere paterna charitate dignaremur. Nos igitur,qui in conſcientiarum ſerenitate,& quiete,plurimum delectamur,eorum præſertim, quorum confidimus, pio patrocinio adiuuari,& à tā graui onere,quod, authore Domino,immeriti ſuſtinemus,deuotis, & aſſiduis precibus ſubleuari, præſentium *ſerie* decernimus,& declaramus,vos,qui prouentus,& redditus,per quos talia onera impoſita ſunt,non percipitis, nec ex voto profeſſionis veſtræ, percipere poteſtis,obligatos non fuiſſe,nec eſſe, nec in poſterum,ſi contigerit ſimiles reformationes in conuētibus fieri, teneri ad ſimilia ſuffragia perſoluenda, dummodo tam in communibus officijs,quæ quotidie in veſtris Eccleſiis celebrantur, quam in priuatis orationibus, quæ aſſiduè à fratribus veſtris perſoluuntur,& in extraordinariis miſſis,& ſuffragiis, quæ in ordine veſtro annuè pro ſingularibus benefactoribus veſtris, fieri ſtatuiſtis, eorum memoriā ſpecialiter faciatis, attendendum, quod eo modo plus veriſimile, pro dictis animabus in conſpectu Diuinæ Maieſtatis ſatisfieri poterit, quàm ſi prædicti conuentus reformati, adhuc priſtinæ reformationi ſubiacerent.Et ſimili modo moniales Sanctę Claręſub cura veſtra viuentes,vbi ſimiles obligationes in reformatis monaſteriis fortè inuenerunt non teneri,dummodo etiam in communibus officiis,& orationibus priuatis, ac aliis extraordinariis miſſis,& ſuffragiis,pro benefactoribus,per eas ordinatis,& ordinandis,eorum memoriam faciāt ſpecialem.Non obſtantibus promiſſionibus,etiam fortè iuramento firmatis,& aliis conſtitutionibus, & ordinationibus,ac omnibus, & ſingulis in contrarium facientibus quibuſcumque.Datum Romę,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die 17. Martij,1514.Pont.noſtri,anno 1.

Bulla Decima.

SVMMARIVM.

Leo Decimus concedit,quod fratres Minores,& moniales eorum cura commiſſa poſſint celebrare feſtū ſeptem Martyrum eiuſdem ordinis.

Di-

Dilectis filiis, Vniuerſis ordinis Minorum profeſſoribus, præſertim de obſeruantia, vbilibet conſtitutis.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vt frugifer ordo veſter, fructibus pretioſis, quos prodoxit, lætetur, voſque veſtrorū exemplom in vocatione, qoa vocati eſtis, robuſtiores effecti, ſolum Chriſtum, quē aſſumpſiſtis ſequamini, nullaq; graniora formidetis pro ipſo, authoritate Apoſtolica, renore præſentium, vobis, & cuilibet veſtrum, in veſtis eccleſiis domorum veſtrarum, publice, ſolemniter officiū veſtrum, ex B. Daniele, Angelo Samuele, Romnlo, Leone, Nicolao, & Hugolino, veſtri ordinis fratribus, qui pro Chriſti nomine, mortem ſubire libenter, & Matyrij palmam in Sarracenorum partibus, conſequi meruerunt, in officio duplici maiori, in die, in veſtro capitulo generali determinanda, annis ſingulis, etiam in lætaniis, & miſſis, & aliis Diuinis officiis, prout ex aliis ſanctis, per ſedem Apoſtolicam canonizatis, ſolemniter celebrare, & dicere, ac propriam legendam, in choro cantare, in Eccleſiis domorum, tam fratrum, quam monialium, curæ veſtræ ſubiectarū duntaxat, donec per nos, ſeu ſucceſſores noſtros, ad ſolemnem canonizationem deuentum fuerit, liberè, & licitè valeatis, concedimus. Ac omnibus, & ſingulis locorum ordinariis, aliiſque perſonis ne, deſuper vos moleſtare, aot impedire præſumant, diſtrictius inhibemus. Præterea, quia difficile eſſet præſentes literas, ad ſingula quæque loca deferre, volumus, vt earum tranſumptis manu alicuius publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius vicarij generalis veſtri, munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datis Florentiæ, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Ianuarij, 1516. Pontificat. noſtri, anno 3.

Bulla Vndecima.

SVMMARIVM.

Leo Decimus concedit, quod poſſint expelli ab ordine, illi, qui fuerūt maculati in ſeculo grauibus delictis, & ea tacuerunt tempore profeſſionis,

Dilectis filiis, Vicariis generalibus, & prouincialibus, ac fratribus vniuerſis familiæ fratrū Minorum de obſeruantia vbilibet conſtitutis.

LEO PAPA X.

Dilecti filij, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nobis noper exponi feciſtis, vos, ab illis, qui ordinem veſtrum Minorum de obſeruantia ſuſcipere, & ad illud ingredi cupiunt, inquitere antequam à vobis ſuſcipiantur, ſoleatis, vtrum ſi ſint fideles, & Catholici, de nullo errore ſuſpecti, matrimonio non ligati, corpore ſani, animo prompti, debitis expediti, conditione liberi, ætatis ſaltem ſexdecim annorum, nulla infamia vulgari maculati, competenter literati, vel ad labores fratribus honeſtos, & vtiles, apti, aut talis conditionis exiſtant, quod eorum receptio, clero, & populo, non modicam ædificationem afferat; & ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, cōtingat ſæpius, quod aliqui, in eorum, ad huiuſmodi ordinem ſuſceptione, & quod maius eſt, profeſſione, doloſe, & fraudulenter reticent ſeſe criminoſos, vel ſcandaloſos fore, licet in rei veritate aliter exiſtant, & eorum receptio, & profeſſionis emiſſio, propter grauia, & vulgaria, quibus maculati exiſtunt, delicta, de quibus vos, recognitionem, & notitiam tunc habere non poteſtis, graue ſcādalum, & perturbationem, religiooi veſtræ huioſmodi nonnunquam afferat. Quare, cum ex taciturnitate delictorum, & grauiū exceſſuum huioſmodi, veſtræ teligionis, & animarum, ac conſcientiarum veſtrarum puritatibus, vitæque veſtræ exemplaris normæ grauem nonnunquam murmurationem, etiam in Chriſti fidelibus populis, de perceptione talium virorum facinoroſorum, ſcandaloſorum, de quibus vos, vt præmittitur, tunc nullam notitiam habebatis, ſcandala, & murmurationes, & bonorum operum ſubtractiones ſubſequantur, oobis propterea humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis, ad obuiandū tot, & tantis ſcandalis pro religionis veſtræ, & animarum veſtrarum puritatis conſeruatione, prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque, veſtram religionem, quæ Domino concedēte, inter alias, vberrimos bonorum operū fructus, exhibere conſueuit in ſua puritate, ac tot murmurationibus, & ſcādalis obuiare volentes, vobis, quod omnes, & ſingulos ad veſtram religionem confugientes, etiam profeſſos, qoi grauiſſimis, & ſcandaloſis delictis notati, & infamati fuerunt, quæ fraudulenter, & doloſe in eorum receptione, ſeu profeſſionis emiſſiooe, mooitione, ſuper his, per vos, præmiſſa, tacuerunt, non obſtante, quod iam per vos recepti, & profeſſiones per eos emiſſæ fuerunt, nè morbida, & infecta pecus, ouile Domini corrumpat, aliiſque cedat in exemplum, à domibus, & conuentibus veſtris, prout conſciētiæ veſtræ, quam ſuper hoc oneramus, viſum fuerit, & iuſtum, & honeſtum fore decreueritis, expellere, & remouere, liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, hee otiam, & facultatē concedimus, pariterque indulgemus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & ordinis veſtri huiuſmodi, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Martij, 1516. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XII.

Similis Bulla etiam Leonis Decimi, eſt aothenticata, in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Leo Decimus inhibet diſtrictius Inquiſitoribus hæreſis, ne ſe intromittant de fratribus Minoribus, ſuper quo dat conſeruatores.

Leo Papa Decimus. Ad perpetuam rei memoriam, Exponi nobis fecerunt dilecti filij, Miniſter, & vicarij generales totius ordinis fratrum Minorum, quod licet iuxta patrum decreta, & ordinationes, præſertim fœ. re. Clementis Quarti, & Sixti Quarti, ac Innocentij Octaui, Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, inquiſitores hæreticæ prauitatis, Apoſtolica, quā ordinaria authoritatibus deputāti, in quibuſuis mundi partibus, præſertim in Hiſpaniarum Regnis, & Dominiis cōſiſtentes, ſuper crimine dicto hæreſis, & Apoſtaſiæ huiuſmodi concernentibus, etiam prætextu quarum-

Vide in 2. 2o. qq. 1o. q. 81. art. 1. vbi dicitur, hoc ſaltē quoad Hiſpaniā non eſſe in vſu.

rumcumque facultatum, & literarum Apoſtolicarum, ipſis inquiſitoribus, & officio eorum, quibuſuis clauſulis, quantumcumque fortiſſimis, efficaciſſimis, & inſolitis, conceſſarum, contra fratres dicti ordinis, cognoſcere, vel alias de illis, directe, vel indirecte, quouis quæſito colore ſe intromittere nõ poſſint cum adiectione cenſurarum Eccleſiaſticarum, & pœnarum aliarum, tunc expreſſarum, ſi ſecus à quocumq; attentatum foret, prout in literis deſuper confectis, plenius continetur. Nihilominus tamen nonnulli ex ipſis Inquiſitoribus, literis, & mandatis Apoſtolicis cõtemptis, vltra quam decet, eorum facultates extendentes, & ſatagẽtes mittere falcem in ſegetem alienam, prætendentes aliquos, ex dictis fratribus, in ſuis ſermonibus & prædicationibus, vel alias aliqua dixiſſe, vel feciſſe, propter quæ, contra eos inquirere deberent, probationes aduerſus dictos fratres, ſuper cauſis prædictis, recipere, teſtes examinare, & alios proceſſus agitare, non verentur, in mandatorum Apoſtolicorum cõtemptum, ac ſuum, & religionis prædictorũ, graue præiudicium, pernitioſum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum. Quare pro parte miniſtri, & vicariorum generalium prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis, ſtatuique ſuo, de oportuno remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ad ordinem ipſum, illiuſque perſonas, in viſceribus cordis noſtri ſingularem gerimus affectum, in præmiſſis prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Inquiſitoribus præfatis, Apoſtolica, vel aliqua quauis authoritate, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, etiam conſiſtorialiter, in quibuſuis mundi partibus, ſub excommunicationis ſententi[illegible] priuatione omnium, & ſingulorum beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & aliis pœnis, in literis Clem. Sixti, & Innocent. prædictorum, cõtentis, quas pro expreſſis haberi, & cõtrafacientes, eo ipſo, incurrere voluimus, præcipimus, & mandamus, ne de cætero contra dictos, & quoſcumque prædicti ordinis fratres, ſuper cauſis prædictis, nec ſuper quibuſuis aliis, ad ſuum Inquiſitorum officium pertinẽtibus, ſe intromittere, teſtes examinare, & alios proceſſus agitare, in poſterum præſumant, ſed ſi forte, ad aliqua de prædictis ſe intromiſerunt hucuſq; aliquos fratres capiendo, teſtes examinando, aut ſcripturas recipiendo, fratres ipſos perſonaliter, ac dicta teſtium, ſiue principaliter, ſiue acceſſorie, vel indeſinenter examinatorum, ac quoſcumque proceſſus habitos, & ſcripturas prædictas, ſuper cauſis huiuſmodi, quomodolibet concernentibus, miniſtris, & vicariis prouincialibus, aliiſque prædictorum fratrum Minorum Prælatis, ſeu ſuperioribus, in locis illis, in quibus præfatos Inquiſitores reſidere contigerit, nullis apud ſe retentis copiis, aut tranſumptis, vel notis, infra ſex dierum ſpatium, poſtquam præſentium notitiam, quomodolibet habuerint, realiter, & cum effectu, reſtituant, vt fratres delinquentes, ſi qui fortè fuerint, iuxta exceſſuum, & delictorum exigentiam, per prælatos, & alios ſuperiores dicti ordinis, ſecundum formam literarum prædeceſſorum prædictorum, caſtigari debeant. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis, in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, cathedraliumque eccleſiarum canonicis, necnon vicariis, & officialibus generalibus, ac eorum cuilibet, præcipimus, & mandamus, quatenus miniſtris, vicariis, & aliis fratribus, & perſonis præfatis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios, præcepto, & mandato noſtris huiuſmodi, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, & eorum quemlibet, per dictos Inquiſitores, aut quoſcumque alios, quomodolibet moleſtari, ac cenſuras, & pœnas prædictas, dum, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum miniſtrorum, ſeu vicariorum prædictorum, vel cuiuſlibet eorũ, fuerint requiſiti, aggrauare, & reaggrauare procurent, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegiis, & literis Apoſtolicis, Inquiſitoribus, & officio huiuſmodi conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum, in præſentibus insererentur, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre, volumus, & dicta auctoritate cõcedimus, quod ipſarum tranſumptis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut curiæ eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Corneti, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Octob. 1516. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Leo X. concedit quod fratres Minores poſſint recipere aliqua, quibus opus non habent, & ea pro aliis commutare.

Dilecto filio, miniſtro prouinciali Burgenſi ordinis Minorum regularis obſeruantiæ.

LEO PAPA X.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti, quod ſæpè cõtingit, vt domus tui ordinis, ex fidelium præconceſſis, ac per fratres eiuſdem ordinis oſtiatim adquiſitis eleemoſynis, tritico, & frumento, ac etiam ex eorundem fidelium oblationibus, quæ altaribus domorum eccleſiarum huiuſmodi, Domino offeruntur, pane cocto ſuperabundare, vino tamen, carnibuſque, ac aliis rebus victui hominis neceſſariis, egere ſolent. Quare pro parte tua, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis, de oportuno remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos neceſſitati fratrum huiuſmodi, prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, modernis, & pro tempore exiſtentibus, guardianis, & fratribus vniuerſis domorum prædicti ordinis, triticum, panem, ac frumentum, ac alias res ſuperabundantes huiuſmodi, pro vino, carnibus, ac aliis rebus, victui neceſſariis prædictis, per vos recipiendi, ac per Syndicum Romanæ Eccleſiæ, vobis datum, commutandi, & permutandi, ſeu triticum, panem, ac frumentum huiuſmodi, vendendi, exindeque proueniente pecunia, vinum, & carnes, ac alias res neceſſarias prædictas, emendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus, & facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis regularibus inſtitutis dicti ordinis, illiuſque domorũ prædictarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 29. Iulij, 1517. Pont. noſtri, an. 5. *Vide in 1. to. qq. reg. 26. art. 3.*

Bulla XIV.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Leo X. concedit omnibus perſonis eccleſiaſticis Regnorum Hiſpaniæ, facientibus officium nouum conceptionis Dominæ noſtræ, vt tempore cuiuſcumque interdicti, poſſint dictum feſtum, cum octaua, ſolemniter celebrare.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 17. art. 1. LEo Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Supra gregem Dominicum, curæ noſtræ creditum, vigilis ſpeculatoris exercentes officium, ad ea libenter intendimus, quæ ad Omnipotẽtis Dei laudem, & gloriam, ac eius genitricis glorioſæ, Virginis Mariæ, honorem, & reuerentiam, fideliumque animarum, ſalutem, & eorum ſpiritualem conſolationem, cedere dignoſcuntur. Cum itaque fœl. re. Sixtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, inter alia perpetuo ſtatuerit, & ordinauerit, quod omnes, & ſinguli Chriſti fideles, vtriuſque ſexus, qui miſſam, & officium feſti Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem cuiuſdam Leonardi de Nogarolis, clerici Veronenſis, tunc in humanis agentis, & quod deſuper à dicto prędeceſſore remaneret, miſſæ, & officij huiuſmodi inſtitutionem, in feſto Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per eius octauas, deuotè celebrarent, eandem prorſus indulgentiam, & peccatorum remiſſionem, exinde conſequerẽtur, quã, iuxta piæ memoriæ, Vrbani IIII. in Concilio Vienenſi, approbatam & Martini V. ac aliorum Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, cõſtitutionem, conſequebantur illi, qui miſſam, officium, & horas Canonicas, in feſto Corporis, & ſanguinis Domini noſtri, Ieſu Chriſti, à primis veſperis, & per illius octauas, iuxta Romanæ Eccleſiæ cõſtitutionem, celebrabant, aut miſſæ, officio, & horis huiuſmodi intererant, prout in ipſorum prædeceſſorum literis, plenius dicitur continere. Et licet, ſicut dilecti filij Miniſter, ac citra, & vltra montes regularis obſeruantiæ, vicarij generales, ordinis Minorum, nobis nuper exponi fecerunt, feſtum Conceptionis huiuſmodi, in Hiſpania ſingulari in venetatione habeatur, & dum aditus patet, magna ad Eccleſias, in quibus illud celebratur, confluit multitudo fidelium, nihilominus ſæpius cõtingit, quod propter interdicta, quæ in partibus, tam Apoſtolica, quam ordinaria auctoritatibus, paſſim ponũtur, fideles præfati, in dicto feſto Conceptionis, & illius octauis, ad dictas eccleſias, dum diuina in eis celebrantur, accedere nequeant, & ſic deuotionis eorũ affectu, & indulgentiæ prædictæ fructu, & beneficio defraudentur. Nos, qui fideles quos licet, ad ipſius glorioſæ Virginis venerationem, & iugem, erga eam deuotionem, prout poſſumus, libenter exoptamus, eorundem miniſtri, & vicariorum ſupplicationibus, in hac parte inclinati, ſtatutum, & ordinationem Sixti, prædeceſſoris huiuſmodi, ad hoc, vt, & pro tempore interdicti, quauis auctoritate, & ex quibuſuis cauſis pro tempore appoſiti, in quibus Hiſpaniæ eccleſiis, & locis à primis veſperis dicti feſti Conceptionis, vſq; ad illius totalem octauã, incluſiuè miſſam, & alia diuina officia, apertis ianuis, & pulſatis campanis, atq; alta voce, excommunicatis duntaxat, & nominatim interdictis, expulſis, celebrari, & ſinguli Chriſti fideles præfati, non excommunicati, nec nominatim interdicti, ac miſſas, & alia officia diuina audienda, ac indulgentia, & peccatorum remiſſionem huiuſmodi, conſequenda, & ſimili tempore, à primis veſperis dicti feſti Corporis Chriſti, & vſque ad illius totalẽ octauam, iuxta prædictas, ſeu, & quaſdam præfati Martini V. prædeceſſoris, conſtitutiones, eſt permiſſum, liberè & licitè poſſint, cum, ſicut dicti miniſter, & vicarij aſſerũt, eadem, ſeu ſimilis gratia, pro feſtiuitatibus, & octauis Sanctorum Frãciſci, & Antonij de Padua, ac S. Claræ, per ſedem Apoſtolicã conceſſa ſit, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium, extendimus, & ampliamus. Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in eorum conſtitutionibus prædictis, voluerunt non obſtare, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Maij, 1516. Pont. noſtri, anno 5.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Caſſat, & annullat electionem magiſtri generalis cõuentualium, factam ſub nomine miniſtri.

DIlecto filio, Antonio Marcello Theologiæ profeſſori, & omnium fratrum conuentualium ordinis fratrum Minorum, magiſtro generali.

LEO PAPA X.

DIlecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Nunciatum nobis fuit, quod licet nos nuper, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, conſiſtorialiter habito, vniuerſis, & ſingulis fratrum Minorum, conuentualium nũcupatorum, ordinis Sancti Franciſci, cum priuilegiis bona temporalia concernentibus viuentium, etiam per modũ ſtatuti, & ordinationis, mandauerimus, ne ipſi de cętero, perpetuis futuris temporibus, pręlatum ſuũ generalem, ſub nomine miniſtri eligere præſumerent: nihilominus fratres prædicti ordinationis huiuſmodi concorditer forſan elegerunt. Nos igitur, quibus nõ facile perſuaderi poteſt, eoſdem fratres, mandato, & ordinationi huiuſmodi, contumaciter contrauenisſe, ordinationem ipſam, tam matura, & deliberatione factam, inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, volentes, & vtpotè, rationabilem, & fœlicem directionem totius dicti ordinis ſtatus concernentem, approbantes, & innouãtes, electionem prædictam, quatenus ſub nomine miniſtri generalis huiuſmodi proceſſerit, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus penitus, & omnino carere decernimus, mandantes tibi, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, per te, eo ipſo, ſi contra feceris incurrenda, vt viſis pręſentibus, quatenus ſi nomine miniſtri generalis facta fuit, pro vt de facto proceſſit, de facto pronuncies ipſam vero electionem, per huiuſmodi fratres conuentuales, de te celebratam, quam ſub nomine miniſtri generalis, nullam fuiſſe, ſed pro electione canonica magiſtri generalis eorundem fratrum cõuentualium eſſe, & dici debere, in omnibus, & per omnia, ac ſi fratres conuentuales, eandem electionem, ſub nomine magiſtri generalis conuentualiũ celebraſsẽt, declaramus etiã, & definimus, ipſamq; electionem de te factam, quã ſub nomine magiſtri generalis approbamus per præſentes, & ſub tali nomine, dum coram nobis eſſes, tibi benediximus, ratam, & gratam habentes, illam, ac omnia, & ſingula inde ſequuta, dicta auctoritate, approbamus, & cõfirmamus, ac illi, apoſtolici roboratis firmitatem adiicimus, & de nouo te inſtituimus generalẽ magiſtrum

rumcumque facultatum, & literarum Apoſtolicarum, ipſis inquiſitoribus, & officio eorum, quibuſuis clauſulis, qnantumcumque fortiſſimis, efficaciſſimis, & inſolitis, conceſſarum, contra fratres dicti ordinis, cognoſcete, vel alias de illis, directe, vel indirecte, quouis quęſito colore ſe intromittere nō poſſint cum adiectione cenſurarum Eccleſiaſticarum, & pœnarum aliarum, tunc expreſſarum, ſi ſecus à quocumq; attentatum foret, prout in literis deſuper confectis, plenius continetur. Nihilominus tamen nonnulli ex ipſis Inquiſitoribus, literis, & mandatis Apoſtolicis cōtemptis, vltra quam decet, eorum facultates extendentes, & ſatagētes mittere falcem in ſegetem alienam, prætendentes aliquos, ex dictis fratribus, in ſuis ſermonibus & prædicationibus, vel alias aliqua dixiſſe, vel feciſſe, propter quæ, contra eos inquirere deberent, probationes aduerſus dictos fratres, ſuper cauſis prædictis, recipere, teſtes examinare, & alios proceſſus agitare, non verentur, in mandatorum Apoſtolicorum cōtemptum, ac ſuum, & religionis prædictorū, graue præiudicium, pernitioſum quoque exemplum, & ſcandalom plurimorum. Quare pro parte miniſtri, & vicariorum generalium prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis, ſtatuique ſuo, de oportuno remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ad ordinem ipſum, illiuſque perſonas, in viſceribus cordis noſtri ſingularem gerimus affectum, in pręmiſſis prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Inquiſitoribus præfatis, Apoſtolica, vel aliqua quauis authoritate, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis, etiam conſiſtorialiter, in quibuſuis mundi partibus, ſub excommunicationis ſententi[illegible] priuatione omnium, & ſingulorum beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, quæ obtinent, ac inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, & aliis pœnis, in literis Clem. Sixti, & Innocent, prædictorum, cōtentis, quas pro expreſſis haberi, & cōtra facientes, eo ipſo, incurrere volumus: præcipimus. & mandamus, ne de cætero contra dictos, & quoſcumque prædicti ordinis fratres, ſuper cauſis prædictis, nec ſuper quibuſuis aliis, ad ſuum Inquiſitorum officium pertinētibus, ſe intromittere, teſtes examinare, & alios [illegible]ceſſus agitare, in poſterum præſumant, ſed ſi for[illegible], ad aliqua de prædictis ſe intromiſerunt hucuſq; aliquos fratres capiendo, teſtes examinando, aut ſcripturas recipiendo, fratres ipſos perſonaliter, ac dicta teſtium, ſiue principaliter, ſiue acceſſorie, vel indeſinenter examinatorum, ac quoſcumque proceſſus habitos, & ſcripturas prædictas, ſuper cauſis huiuſmodi, quomodolibet concernentibus, miniſtris, & vicariis prouincialibus, aliiſque prædictorum fratrum Minorum Prælatis, ſeu ſuperioribus, in locis illis, in quibus præfatos Inquiſitores reſidere contigerit, nullis apud ſe retentis copiis, aut tranſumptis, vel notis, infra ſex dierum ſpatium, poſtquam præſentium notitiam, quomodolibet habuerint, realiter, & cum effectu, reſtituant, vt fratres delinquentes, ſi qui fortè fuerint, iuxta exceſſuum, & delictorum exigentiam, per prælatos, & alios ſuperiores dicti ordinis, ſecundum formam literarum prędeceſſorum prædictorum, caſtigari debeant. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & aliis perſonis, in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, cathedraliumque eccleſiarum canonicis, necnon vicariis, & officialibus generalibus, ac eorum cuilibet, præcipimus, & mandamus, quatenus miniſtris, vicariis, & aliis fratribus, & perſonis præfatis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios, præcepto, & mandato noſtris huiuſmodi, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, & eorum quemlibet, per dictos Inquiſitores, aut quoſcumque alios, quomodolibet moleſtari, ac cenſuras, & pœnas prædictas, dum, & quoties opus fuerit, & pro parte dictorum miniſtrorum, ſeu vicariorum prædictorum, vel cuiuſliber eorū, fuerint requiſiti, aggrauare, & reaggrauare procurent, inuocato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nō obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegiis, & literis Apoſtolicis, Inquiſitoribus, & officio huiuſmodi conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum, in præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre, volumus, & dicta auctoritate cōcedimus, quod ipſarum tranſumptis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, vel perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut curiæ eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Corneti, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Octob. 1516. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Leo X. concedit quod fratres Minores poſſint recipere aliqua, quibus opus non habent, & ea pro aliis commutare.

Dilecto filio, miniſtro prouinciali Burgenſi ordinis Minorum regularis obſeruantiæ.

LEO PAPA X.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti, quod ſæpè cōtingit, vt domus tui ordinis, ex fidelium præconceſſis, ac per fratres eiuſdem ordinis oſtiatim adquiſitis eleemoſynis, tritico, & frumento, ac etiam ex eorundem fidelium oblationibus, quæ altaribus domorum eccleſiarum huiuſmodi, Domino offeruntur, pane cocto ſuperabundare, vino tamen, carnibuſque, ac aliis rebus victui hominis neceſſariis, egere ſolent. Quare pro parte tua, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis, de oportuno remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos neceſſitati fratrum huiuſmodi, prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, moderuis, & pro tempore exiſtentibus, guardianis, & fratribus vniuerſis domorum prædicti ordinis, triticum, panem, ac frumentum, ac alias res ſuperabundantes huiuſmodi, pro vino, carnibus, ac aljis rebus, victuj neceſſariis prædictis, per vos recipiendi, ac per Syndicum Romanæ Eccleſiæ, vobis datum, commutandi, & permutandi, ſeu triticum, panem, ac frumentum huiuſmodi, vendendi, exindeque prouenlente pecunia, vinum, & carnes, ac alias res neceſſarias prædictas, emendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, licentiam concedimus, & facultatem. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis regularibus inſtitutis dicti ordinis, illiuſque domorū prædictarum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 29. Iulij, 1517. Pont. noſtri, an. 5. *Vide in 1. 10. qq. 114. 26. art. 3.*

Digitized by Google

Bulla XIV.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Leo X. concedit omnibus perſonis eccleſiaſticis Regnorum Hiſpaniæ, facientibus officium nouum conceptionis Dominæ noſtræ, vt tempore cuiuſcumque interdicti, poſſint dictum feſtum, cum octaua, ſolemniter celebrare.

Vide in 1. to.qq.n.4. 37.art,5. LEo Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Supra gregem Dominicum, curæ noſtræ creditum, vigilis ſpeculatoris exercentes officium, ad ea libenter intendimus, quæ ad Omnipotẽtis Dei laudem, & gloriam, ac eius genitricis glorioſæ, Virginis Mariæ, honorem, & reuerentiam, fideliumque animarum, ſalutem, & eorum ſpiritualem conſolationem, cedere dignoſcuntur, Cum itaque fœl. re. Siſtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, inter alia perpetuo ſtatuerit, & ordinauerit, quod omnes, & ſinguli Chriſti fideles, vtriuſque ſexus, qui miſſam, & officium feſti Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem cuiuſdam Leonardi de Nogarolis, clerici Veronenſis, tunc in humanis agentis, & quod deſuper à dicto prędeceſſore remaneret, miſſæ, & officij huiuſmodi inſtitutionem, in feſto Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per eius octauas, deuotè celebrarent, eandem prorſus indulgentiam, & peccatorum remiſſionem, exinde conſequerẽtur, quã, iuxta piæ memoriæ, Vrbani IIII. in Concilio Vienenſi, approbatam & Martini V. ac aliorum Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, cõſtitutionem, conſequebantur illi, qui miſſam, officium, & horas Canonicas, in feſto Corporis, & ſanguinis Domini noſtri, Ieſu Chriſti, à primis veſperis, & per illius octauas, iuxta Romanæ Eccleſiæ cõſtitutionem, celebrabant, aut miſſæ, officio, & horis huiuſmodi intererant, prout in ipſorum prædeceſſorum literis, plenius dicitur contineri. Et licet, ſicut dilecti filij Miniſter, ac citra, & vltra montes regularis obſeruantiæ, vicarij generales, ordinis Minorum, nobis nuper exponi fecerunt, feſtum Conceptionis huiuſmodi; in Hiſpania ſingulari in veneratione habeatur, & dum aditus patet, magna ad Eccleſias, in quibus illud celebratur, confluat multitudo fidelium, nihilominus ſæpius cõtingit, quod propter interdicta, quæ in partibus, tam Apoſtolica, quam ordinaria auctoritatibus, paſſim ponũtur, fideles præfati, in dicto feſto Conceptionis, & illius octauis, ad dictas eccleſias, dum diuina in eis celebrantur, accedere nequeant, & ſic deuotionis eorũ affectu, & indulgentiæ prædictæ fructu, & beneficio defraudentur, Nos, qui fideles quos licet, ad ipſius glorioſæ Virginis venerationem, & iugem, erga eam deuotionem, prout poſſumus, libenter exoptamus, eorundem miniſtri, & vicariorum ſupplicationibus, In hac parte inclinati, ſtatutum, & ordinationem Siſti, prædeceſſoris huiuſmodi, ad hoc, vt, & pro tempore interdicti, quauis auctoritate, & ex quibuſuis cauſis pro tempore appoſiti, in quibus Hiſpaniæ eccleſiis, & locis à primis veſperis dicti feſti Conceptionis, vſq; ad illius totalem octauã, incluſiuè miſſam, & alia diuina officia, apertis ianuis, & pulſatis campanis, atq; alta voce, excommunicatis duntaxat, & nominatim interdictis, expulſis, celebrari, & ſinguli Chriſti fideles præfati, non excommunicati, nec nominatim interdicti, ac miſſas, & alia officia diuina audienda, ac indulgentia, & peccatorum remiſſionem huiuſmodi, conſequenda, & ſimili tempore, à primis veſperis dicti feſti Corporis Chriſti, & vſque ad illius totalẽ octauam, iuxta prædictas, ſeu, & quaſdam præfati Martini V. prædeceſſoris, conſtitutiones, eſt permiſſum, liberè & licitè poſſint, cum, ſicut dicti miniſter, & vicarij aſſerũt, eadem, ſeu ſimilis gratia, pro feſtiuitatibus, & octauis Sanctorum Frãciſci, & Antonij de Padua, ac S. Claræ, per ſedem Apoſtolicã conceſſa ſit, Apoſtolica auctoritate præfata, tenore præſentium, extendimus, & ampliamus. Non obſtãtibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in eorum conſtitutionibus prædictis, voluerunt non obſtare, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 22, Maij, 1516. Pont. noſtri, anno 5,

Bulla XV,

SVMMARIVM.

Caſſat, & annullat electionem magiſtri generalis cõuentualium, factam ſub nomine miniſtri.

DIlecto filio, Antonio Marcello Theologiæ profeſſori, & omnium fratrum conuentualium ordinis fratrum Minorum, magiſtro generali.

LEO PAPA X.

DIlecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem, Nunciatum nobis fuit, quod licet nos nuper, de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu, conſiſtorialiter habito, vniuerſis, & ſingulis fratrum Minorum, conuentualium nũcupatorum, ordinis Sancti Franciſci, cum priuilegiis bona temporalia concernentibus viuentium, etiam per modũ ſtatuti, & ordinationis, mandauerimus, ne ipſi de cętero, perpetuis futuris temporibus, prælatum ſuũ geneaalem, ſub nomine miniſtri eligere præſumerent; nihilominus fratres prædicti ordinationis huiuſmodi concorditer forſan elegerunt, Nos igitur, quibus nõ facile perſuaderi poteſt, eoſdem fratres, mandato, & ordinationi huiuſmodi, contumaciter contrauenisse, ordinationem ipſam, tam matura, & deliberatione factam, inuiolabiliter obſeruari, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, volentes, & vtpotè, rationabilem, & fœlicem directionem totius dicti ordinis ſtatus concernentem, approbantes, & innouãtes, electionem prædictam, quatenus ſub nomine miuiſtti generalis huiuſmodi proceſſerit, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac viribus penitus, & omnino carere decernimus, mandantes tibi, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, per te, eo ipſo, ſi contra feceris incurrenda, vt viſis pręſentibus, quatenus ſi nomine miniſtri generalis facta fuit, pro vt de facto proceſſit, de facto pronuncies ipſam vero electionem, per huiuſmodi fratres conuentuales, de te celebratam, quam ſub nomine miniſtri generalis, nullam fuiſſe, ſed pro electione canonica magiſtri generalis eorundem fratrum cõuentualium eſſe, & dici debere, in omnibus, & per omnia, ac ſi fratres conuentuales, eandem electionem, ſub nomine magiſtri generalis conuentualiũ celebraſſẽt, declaramus etiã, & definimus, ipſamq; electionem de te factam, quã ſub nomine magiſtri generalis approbamus per præſentes, & ſub tali nomine, dum coram nobis eſſes, tibi benedi ſimus, ratam, & gratam habentes, illam, ac omnia, & ſingula inde ſequuta, dicta auctoritate, approbamus, & cõfirmamus, ac illi, apoſtolici roboratis firmitatem adiicimus, & de nouo te inſtituimus generalẽ magiſtrum

Digitized by Google

giſtrum fratrum conuentualium,vt præfertur, ſupplẽtes omnes,& ſingulos,tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Mandantes nihilominus,omnibus, & ſingulis præfatis, fratribus conuentualibus,ac monialibus S. Claræ, ſecundum formam regulæ ſuæ, cunctiſque fratribus,& ſororibus tertij ordinis S.Franciſci, in habitu ſæculari viuentibus, & qui ſecundum conſuetudinem,regimini olim miniſtrorum ſubiecti fuerũt qui,& quæ in capitulo generaliſſimo,vniri,& vnitæ,& reducti,& reductę ad immediatam obedientiam miniſtri generalis,& aliorum prouincialium regularis obſeruantiæ,per alias noſtras literas,non fuerint,vt tibi,ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,tanquam vero,& indubitato,ac legitimo prælato ipſorum,ſecundum formam regulæ, ſicut hactenus ad vſque capitulum generaliſſimum,nouiſſimè Romæ celebratum, miniſtris generalibus obedire conſueuerunt,cum effectu obediant, neq; magiſtrum generalem duntaxat nominent.Nõ obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac dicti ordinis,iuramento, confirmatione apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,12. Iulij,1517.Pont.noſtri,anno 5.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Declarat ſorores tertia regula,eſſe veras religioſas,& poſſe gaudere priuilegiis fratrum Minorum.

Dilecto filio noſtro,Chriſtophoro,tituli S.Mariæ de Aracœli,presbytero Cardinali.

LEO PAPA X.

Vide in 3. 10.qq.10.q. 72.art.1. & 2.

Dilecto filio noſtro, Salutem,& Apoſtolicam benedictionem. Ea,quæ per ſedem Apoſtolicam prouidè ſtatuta,& ordinata, ac declarata eſſe noſcuntur, nonnunquam Romanus Pontifex illa, ſucceſſu temporis impugnationi ſubiaceãt,cum ab eo petitur approbare,ac alias deſuper ordinare,& diſponere conſueuit,prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.Dudum ſiquidem, fœ.rec.Sixtus IIII.prædeceſſor noſter,fuit,& ordinauit, ſorores tertij ordinis Sancti Franciſci, tria eſſentialia vota emittendo,collegialiter viuentes, verè religioſas eſſe,& votum,obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis,à ſororibus tertij ordinis Sancti Franciſci, collegialiter viuentibus,in manibus ſuorum ſuperiorũ, tunc emiſſum,aut ab ipſis,pro tempore exiſtẽtibus ex tunc in futurum emittendum,habere vim,& validitatem voti ſolemnis, ac omnem inducere effectum,quem inducit votum ſolemne,factum cuicũque ex religionibus approbatis à ſede Apoſtolica, ac impedire matrimonium contrahendum, & dirimere iam contractum. Et licet nos in ſacro Concilio Lateranenſi,nouiſſime celebrato,pro pace,& vnitate,inter prælatos,& perſonas religioſas conſeruanda,eodem ſacro approbante Concilio, ſalubriter ordinauerimus,voluerimus, & decreuerimus, quod fratres, & ſorores tertij ordinis prædicti, illius habitum deferentes, ac collegialiter virginalem, ac vidualem caſtitatem, ſeu cœlibem vitam, expreſſo voto ducentes,omnibus priuilegiis fratrũ Minorum gaudere deberẽt,prout in noſtris,& præfati prædeceſſoris literis, plenius reſpectiuè continetur. Nihilominus,ſicut tua circunſpectio nobis nuper retulit,nonnulli prælati, & Rectores parochialium Eccleſiarum,maximè in Galliis, & Germania,dictas ſorores aſſerunt,non eſſe Religioſas, & eas propterea priuilegiis prædictis gaudere non poſſe,ac oratoria,& cœmeterium, & in ipſis oratoriis,ſacramentum Euchariſtiæ, & oleum ſanctum habere,ac miſſas decantari, & aquam benedictam benedici facere,non permittunt,ſed vt meras ſæculares,ad audiendum miſſas,& ſuſcipienda Eccleſiaſtica ſacramenta,in parochialibus Eccleſiis compellere nituntur. in ipſarum ſororum maximam perturbationem,& ſcãdalum plurimorum. Quare tu, qui officio generalis miniſtri dicti ordinis fratrum Minorum,ex conceſſione Apoſtolica,fungeris, nobis humiliter ſupplicaſti, quatenus declarationem dicti Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, cũ omnibus, & ſingulis in eis cõtentis clauſulis, authoritate Apoſtolica,tenore præſentium approbamus,& innouamus,ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus.Et inſuper,omnibus,& ſingulis prælatis,tam regolaribus,quam ſæcularibus, & parochialium eccleſiarum Rectoribus,cęteriſque perſonis eccleſiaſticis,ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna,inhibemus,ne dictas ſorores,quas conformiter ad præfati prædeceſſoris noſtri ordinationem,veras Religioſas declaramus,de cætero quomodolibet impedire præſumant,quominus ipſæ ſorores,iuxta priuilegia dictorum fratrum, oratoria cum campanili humili,& campana,ac in illis ſacramentum Euchariſtiæ,in loco decenti, & honeſto, necnon oleum ſanctum, pro ipſarum vſu tantũ, & cœmiterium benedictum habere, in quo ſororum decedentium corpora, per earum confeſſorem ſepeliri poſſint,ac in eiſdem oratoriis,aquam benedictam,ſolemniter benedici,miſſaſque, ſecundum earum deuotionem cantari,& celebrari facere,*liberè*,& licitè poſſint. Quodque,ad audiẽdum miſſas, & alia diuina officia,in alio loco, quam in dictis oratoriis, aut ſuſcipiendum eccleſiaſtica ſacramẽta, ab alio,quam à cõfeſſore ſæculari, vel regulari,eis per earum ſuperiores aſſignando,nullatenus per dictos Prælatos,& Rectores,aut quoſuis alios,compelli,aut deſuper,quoquo modo moleſtari valeãt: ipſeque confeſſor,ſi ſæcularis fuerit, quandiu officium confeſſionis huiuſmodi,à dictis ſuperioribus ſibi impoſitum,cõtinuauerit, per locorum ordinarios,in præmiſſis,impediri nequaquam poſſit.Et nihilominus,vniuerſis,& ſingulis Archiepiſcopis,Epiſcopis,& perſonis,in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis,necnon Metropolitanis, ſeu Cathedralium Eccleſiarum Canonicis,qui deſuper, pro parte dictarum ſororum requiſiti fuerint,per pręſentes mãdamus,quatenus ipſi,vel duo, aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios,eiſdem ſororibus,aut eorum domibus,in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,faciant eas, pacifica poſſeſſione priuilegiorum huiuſmodi gaudere, non permittentes eas deſuper,per ordinarios,& prælatos, ac Rectores prædictos,aut quoſcumque alios, indebitè moleſtari,contradictores,inobedientes,& rebelles,appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiã ad hoc,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſæcularis.Nõ obſtantibus conſtitutionibus,ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcunq;.Et quia difficile foret,præſentes literas ad ſingulas prouincias originaliter deſtinare,volumus,quod tranſumptis earum,manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ,in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, ſigillo munitis,ea prorſus fides,in iudicio,& extra adhibeatur,ac ſi præſentes originales exhibitæ forent,vel oſtenſæ.Datis Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die vltima Auguſti,1517. Pont. noſtri,anno 5.

Bulla

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Confirmat ſtatutum Capituli Generalis Lugdunenſis, quo cauetur, ne moniales habeant viſitatorem, niſi datum à Capitulo Prouinciali.

Aliam bullam, ſuper hoc habes, huius pontificis infrà.

Dilectis filiis, Miniſtris prouincialibus domorum, ſeu conuentuum fratrum ordinis Minorum de obſeruantia, in Regno Hiſpaniarum exiſtentium.

LEO PAPA X.

Dilecti filii, ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Poſtquàm ad ſummi Apoſtolatus apicē, meritis licèt imparibus, Domino concedente, euecti ſumus, nihil magis aſſidua cura cor noſtrum pulſauit, nihil denique maiori deſiderio, & affectu paterno concupiuimus, quàm lapſos, & deformatos hominum mores, ad priſtinam, & puram ſynceritatem, ac Religioſas perſonas præſertim fœminei ſexus, ſub quouis ordine, & potiſſimum Beati Franciſci, quem in viſceribus gerimus charitatis, militantes, ad veram reformationis normam reducere, & propterea, ea, quæ pro eorum directione, & animarum ſalute, maxime in capitulo generali Lugduni, nuper celebrato, & mihi dilecto filio, Chriſtophoro, tituli Sanctæ Mariæ in Araceli, presbytero Cardinali, authoritate Apoſtolica, præſidente, ſtatuta, ac ordinata fuiſſe dicuntur, libenter, cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus. Sanè fuit pro parte veſtra, nobis nuper expoſitum, quod in dicto capitulo, inter alia, decretum, ſtatutum, & ordinatum fuit, quod de cætero, moniales Sanctæ Claræ, tam de prima, quàm de ſecunda regula, quæ Vrbaniſtæ appellantur, quàm quæcumq. aliæ religioſæ, quæ per fratres dicti ordinis reguntur, nullos habeant viſitatores, nec confeſſores per eas electos, ſed à miniſtris prouincialibus, in ſuis prouinciis reſpectiuè, cum ſuis capitulis prouincialib. eis, in viſitatores, & confeſſores datos, & aſſignatos, ipſique viſitatores, & cōfeſſores, à ſuis miniſtris prouincialibus, ſic dati, à prouinciali audientia ſeruari, aliqui diſcretis capituli præcedentis, ēt extra tempus capituli, exigētibus legitimis cauſis, iudicari, & ab officiis prædictis abſolui poſſint, debeantq. ipſi viſitatores, confeſſores, ac alii fratres, dictis monialibus ſeruiētes, prælatis ordinis, ſicut, & cæteri fratres, per omnia eſſe ſubiecti, ita tamen, quod moniales ipſæ, cum eis placuerit, in viſitatorem, ſeu cōfeſſorem, nominare poſſint aliquem fratrem, quē miniſter prouincialis, cum ſuo capitulo, ſi eis placuerit, inſtituere poſſint, non obſtantibus quibuſcumq. indultis, & priuilegiis Apoſtolicis, in cōtrarium dictis monialibus, viſitatoribus, & confeſſoribus à ſede Apoſtolica, p̄ſertim monaſterio de Tordeſillas, & Palentiæ, conceſſis, quæ omnia, per eundem Chriſtophorum Cardinalem, dicta auctoritate Apoſtolica, confirmata, & approbata fuerunt, prout in ipſius Cardinalis literis, quarum tenorem, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſertus foret, pro ſufficiēter expreſſo haberi volumus, plenius continetur. Quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſtatuto, & ordinationi prædictis, Apoſtolicæ cōfirmationis robur adiicere, aliſq. in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatutum, & ordinationes prædictas, ac omnia, & ſingula, in literis confirmationis huiuſmodi contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiū, confirmamus, & approbamus, ſupplemuſque omnes, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, ac potiori pro cautela, ea omnia de nouo ſtatuimus, & ordinamus, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub excommunicationis latæ ſententię pęna, à qua, non niſi à nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore canonicè intrante, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui non poſſint, ac iniungentes omnibus, & ſingulis fratribus, & religioſis ac monialibus, ſub cura fratrum dicti ordinis degentibus, tàm qui antè ſtatuta huiuſmodi erant, ſub obediētia miniſtrorum prouincialium, quàm viſitatorum, ſeu cuiuſuis alterius ēt ſedi Apoſtolicæ mediatè, ſeu immediatè ſubiectis, quatenus pręmiſſa omnia, ſic ſtatuta, & ordinata, ac literas dicti Chriſtophori Cardinalis, & in eis contenta quæcumque, firmiter, & inuiolabiliter obſeruent, decernentes nihilominus, irritum, & inane quidquid ſecùs à quoquam, quauis auctoritate fieri, ſeu attentari contigerit. Non obſtātibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, in genere, vel in ſpecie, dictis monialibus, præſertim de Tordeſillas, ac Palētiæ, contra præmiſſa, ſub quacumque verborū forma, ac clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribuſque, & inſolitis, irritantibuſque, & aliis decretis, cōceſſis, & in poſterum concedendis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi ad illorum ſufficientem derogationem, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autē per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, præſentibus pro ſufficiēter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & derogatum eſſe volumus, per præſentes contrariis quibuſcumque. Quo circà, dilectis filiis, Abbati monaſterij Sanctæ Mariæ de Hortis Præmonſtratenſis, ac miniſtro Sanctiſſimæ Trinitatis, ac priori Sanctæ Mariæ de Mercede, oppidi Valliſoleti, Segobiēſis, & Palentinenſis diœceſis, harum ſerie, cōmittimus & mādamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, vobis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciat præmiſſa omnia inuiolabiliter obſeruari, cōtradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Aut ſi dictis monialibus, vel quibuſuis aliis, communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, nō facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas, in omnibus locis, vbi expediens erit, exhibere, volumus, & dicta Apoſtolica auctoritate decernimus, quod tranſumpto earum, manu alicuius veſtrum, vel alicuius perſonę, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, ſigillatis, plena fides vbiq. detur, & ijs in iudicio, & extrà ſtetur, in omnibus, & per omnia, perindè, ac ſi ipſæ originales literæ, in medium expedirentur, vel oſtenderentur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Auguſti, 1518. Pontificatus noſtri, anno 6.

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Leo X. Declarat, quod Moniales, & ſorores cura fra-

trum Minorum ſubiecta, non tenentur admittere aliquas perſonas habentes authoritatem Apoſtolicam, ad ingrediendũ ſua Monaſteria, ipſis inuitis.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſis, & Monialibus Monaſteriorum Sanctæ Claræ, primæ, & ſecundæ Regulæ, Conceptionis & Annunciatæ ordinum, ac tertiæ regulæ Sancti Franciſci, de penitentia nuncupatis, ſub cura fratrum Minorum de obſeruantia degentibus.

LEO PAPA X.

Dilectæ in Chriſto filiæ, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilecti filii, Vicarii Generales ordinis Fratrum Minorum, Regularis obſeruantiæ, quod licèt, tam iuxta Canonicas ſanctiones, quàm inſtituta Regularia veſtrorum ordinum, ingreſſus Monaſteriorum veſtrorum, quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis, ſeu ſæcularibus, qui prælati, ſeu rectoris veſtri, & aliæ perſonæ ſeruitio, ordinis, ſeu Monaſteriorum veſtrorũ, neceſſariæ non exiſtant, penitùs ſit interdictus, nõnullæ tamen perſonæ, vtriuſque ſexus, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculares, aſſumpta occaſione, quod deuotionis cauſa, & pro animarum ſuarum conſolatione, monaſteria veſtra viſitare deſiderant. varias literas à ſede Apoſtolica, in confeſſionalibus, vel aliis, veſtra Monaſteria huiuſmodi intrandi, & in illis refectiones capiendi, quaſdam cõſenſu Abbatiſſarum, & aliarum Monialium, ipſis monaſteriis præſidentium, quaſdam verò, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, aduerſus ſuperiores ordinum, & Abbatiſſas, & præſidentes Monaſteriorũ prædictorum, ſi dictos conſenſus præſtare recuſauerint, impetrare, & prætextu literarum, vos, & alios ſuperiores, ad conſenſus huiuſmodi præſtandos, compellere conantur, vndè tot, & tantas perſæpè moleſtias, & ſpiritus diſtractiones ſentiatis, vt nonunquam plurimum inquieremini, & pace mentis turbemini, ita vt contingat propterea à diuino officio, cui horis quaſi ſingulis inſiſtitis, vos auertere, & perturbari, ſcandala quoque, & animarum pericula, & alia grauia damna, monialibus dictorum monaſteriorum in obſeruantia Regulari altiſſimo famulari volentibus, ſequontur. Quare pro parte dictorum Vicariorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis, de oportuno remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos cupientes, vt vos, quas in viſceribus charitatis habemus, quæ ſpretis mundanis illecebris, ſub Religionis iugo, & caſtitatis lilio, redemptori noſtro, Ieſu Chriſto, famulari vouiſtis, votum huiuſmodi, in ſpiritu pacifico adimplere valeatis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, vigore facultatum huiuſmodi, dictis perſonis, per dictam ſedem in confeſſionalibus, vel aliàs de ingrediendo Monaſteria Monialium conceſſarum, vos propterea non teneri, nec obligatas eſſe, contra voluntatem veſtram, ingreſſum eis in dicta Monaſteria præbere, ac vobis, vt abſque aliquo cõſcientiarum veſtrarum ſcrupulo, eiſdem perſonis, dum, & quoties vobis oportunum eſſe, & animarum veſtrarum ſaluti expedire videritis, ingreſſum in eadem Monaſteria veſtra, licitè denegare poſſitis, & valeatis. Vos in Domino hortamur, vt eiſdem perſonis, ingrediendi Monaſteria veſtra prædicta, ne à tranquillitate mentium diuertamini, conſenſum quo rarius, & parcius fieri poterit concedatis. Inſuper, vniuerſis, & ſingulis, facultates, & licentias intrandi dicta Monaſteria, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ſuper præſtatione conſenſus ſuper iorum, ab Abbatiſſarum, & præſidentium huiuſmodi, in ſe continentes, cum quibuſuis clauſulis, quantumcunque fortiſſimis, & inſolitis, etiam cum derogatione priuilegiorum veſtris ordinibus, etiam Mare magnum nuncupatorum, quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, cuiuſcumque dignitaris, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis fuerint, hactenus conceſſas, & in poſterum concedendas, reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac reuocatas, & nullas eſſe decernimus: decernentes inſuper, cẽſuras, & pœnas prædictas, in aliquo, vos, & pro tẽpore exiſtentes, Abbatiſſas, præſidentes, & ſuperiores, obligare non poſſe, nec debere: Et ſic per quoſcumque iudices, & commiſſarios, quacumque authoritate fungentes, pronuntiari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi, & interponẽdi, facultate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, in licentiis, facultatibus, indultis Apoſtolicis, eiſdem perſonis de ingrediendo Monaſteria huiuſmodi, per nos conceſſis, & concedendis, quæ nolumus ei, quoad hoc, contra voluntatem veſtram, in aliquo ſuffragari, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret, præſentes, in quibuſuis locis, vbi opus eſſet, oſtendere, vel exhibere, volumus, vt tranſumpto ipſarũ, manu alicuius notarii publici ſubſcripto, & ſigillo alicuius Prælati Eccleſiaſtici munito, plena vbique fides adhibeatur, velut ipſis originalibus, ſi in medium exhiberentur, vel oſtenderentur, adhibeatur. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris die 22. Decembris, 1516. Pontificatus noſtri, anno quarto.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Leo X. præcipit diſtrictè Monialibus Sanctæ Claræ, ſub cura fratrum Minorum exiſtentibus, vt ſubiciantur ſtatutis, factis, & fiendis, in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus fratrum, ac quod Abbatiſſæ, tempore viſitationis, teneantur realiter renunciare ſuis officijs.

Dilecto filio noſtro, Chriſtophoro, tituli S. Mariæ in Araceli, presbytero Cardinali totius ordinis Fratrum Minorum, Generali miniſtro.

LEO PAPA X.

Dilecte fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut accepimus, & Magiſtra rerum te docuit experientia in Generalibus, & Prouincialibus capitulis, per fratres tui ordinis, ſuis temporibus, fieri ſolitis, circa ſalubrem eorundem fratrum, ac ſub illarum cura ſororũ, & Monialium, viuendi ordinem, ac eorum felicem gubernationẽ, quam plurima ſalutaria ordinentur ſtatuta; nonnullæ tñ ſorores, ſeu moniales, aliquarum conceſſionũ à ſede Apoſtolica obtentarum, prætextu, aut alia per eas ſumpta occaſione, inſtitutis ipſis impudẽter abiectis, alium nõ verentur viuendi modũ ſectari. Nos conſiderantes, vt æquitatis vigor, & ordo expoſcit rationis, quod vnuſquiſq. illius debet ſequi veſtigia, ſub cuius obedientiæ militat iugo, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, ſub excõmunicationis ſententia, ac diuini iudicij obteſtatione, & æterni iudicij, in termination[e]

natione Sāctæ Claræ,ac vniuerſis, & ſingulis aliis, ſub cura huiuſmodi,nunc,& pro tempore degentibus,ſororibus,ſeu Monialibus,a præcipiendo mādamus, quatenus ipſæ, iuata Regulares in hactenus celebratis,& futuris celebrandis, capitulis Generalibus,ſeu Prouincialibus,editas, & factas inſtitutiones,ac deſuper,ab eorum Prouinciali,ſeu aliis ſuperioribus,traditam formam,obedire teneātur, vt in earum aſſumpta profeſſione, altiſſimo famulatum impendere debeant,quodque, vt ipſa, ſororum,ſeu Monialium monaſteria, debitè regantur, & gubernentur,ac illarum Abbatiſſæ,circa ſibi cōmiſſum officium,ſumma cum diligentia,omnique ſanctimonia,ſi nō diuino amore amotionis ſaltem metu,ſemper intentæ exiſtant,volumus,& vt præmittitur,mandamus,vt dum annis ſingulis, ab earum viſitatoribus viſitantur,& Abbatiſſæ miniſterii abſolutione,à dictis viſitatoribus,iuxta deſuper Vrbani Quarti, Romani Pontificis, prædeceſſoris noſtri,editam conſtitutionem,petere tenentur,nedum id verbo,ſed etiam facto,realiter,& cum effectu facere,ac ſi ipſis viſitatoribus videbitur,& ipſa neceſſitas,ac Monaſterii exigeret reformatio, acceptare cum effectu debeant.Et huiuſmodi b Abbatiſſæ officium,in ipſius viſitatoris manibus, dimittere teneantur,ita quod,mera, & libera eidem viſitatori remaneat facultas,eiſdem ſororibus,ſeu Monialibus,ſub dicta,& aliis ſibi viſis ſententiis,cenſuris,& pœnis, præcipiendi, vt circa alicuius Abbatiſſæ electionem intendere debeant,aut aliàs,iuxta ipſius verba,prædictæ conſtitutionis tenorem procedendi,& monialem,quæ Abbatiſſæ miniſterium huiuſmodi geſſit,iuxta exceſſus exigentiam,corrigendi, & caſtigandi,ac cenſuras, & pœnas huiuſmodi,iteratis vicibus,aggrauandi,& alia in præmiſſis neceſſaria,ſeu quomodolibet oportuna faciēdi, & exequendi.Et nihilominus,vniuerſis,& ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis,ac dilectis filiis,Abbatibus,prioribus, ac perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, & Cathedralium,etiam Metropolitanarum Eccleſiarum Canonicis,aut alicui eorum,motu ſimili mandamus,quatenus dictis viſitatoribus, in præmiſſis, efficaci præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra eiſdem viſitatoribus, poſtquàm pro parte eorundem, vel alicuius eorū fuerint requiſiti,per ſe, vel per alium, ſeu alios,omnibus, & ſingulis præmiſſis, pacificè frui,& gaudere; non permittentes eos,deſuper quomodolibet moleſtari;contradictores,ac eis auxilium,conſilium, vel fauorem præſtantes,per ſupradictas,& alias eorum arbitrio, imponendas pœnas,& cenſuras compeſcentes, inuocato,ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis.Non obſtātibus fœlicis recordationis,Bonifacij Papæ Octaui,etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis,de duabus dietis, ac vltra certum eorum perſonis ad iudicia non vocandis,ac aliis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac quibuſuis ipſarum ſororum, ſeu monialium monaſteriorum,etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& cōſuetudinibus,priuilegiiſq; ,indultis,& literis Apoſtolicis eiſdem monaſteriis, eorumque Abbatiſſis, ſororibus, & Monialibus, & aliis quibuſuis perſonis,etiam Archiepiſcopali,Epiſcopaliue dignitate fulgentibus, per quoſcumque Romanos Pōtifices, aut nos,& ſedem Apoſtolicam,nunc, & pro tempore,conceſſis,confirmatis,& approbatis,ac deſuper factis,& faciēdis,decretis,& declarationibus.Quibus omnibus,illorum omnium tenores, ac de verbo ad verbum,præſentibus inſererentur, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat,ſpecialiter,& expreſſe,motu ſimili derogamus,cæteriſq; contrariis,quibuſcumque.Cæterum,quia difficile foret,præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus fratres, & ſorores, ſeu Moniales huiuſmodi,illis indigerent,deferri,volumus,& præfata authoritate decernimus,vt earum tranſumptis,manu notarii publici, & ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorſus fides, in iudicio, & extra,adhibeatur, ac ſi ipſæ originales literæ,oſtenſæ,vel exhibitæ forent. Datis Romæ,apud Sāctum Petrum,ſub annulo piſcatoris,die prima Iulij,1518.Pontificatus noſtri,anno ſexto.

a Vide in 20.qq.re.q. 21.art.7.

b Vide in 20.qq.re.q. 26.art.7.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Leo X.concedit ancillis beatæ Virginis Mariæ, indulgentias,& abſolutiones plenarias, quas conceſſerat fratribus Minoribus, & Monialibus Sanctæ Claræ,addens inſuper aliquas.

Dilectis in Chriſto filiabus, ſingulis ancillis,& ſororibus Monaſteriorum ordinis Beatæ Mariæ Virginis,ſub perpetua,& ſtricta clauſura, ac cura,& regimine fratrum Minorum de obſeruantia, vbique degentibus.

LEO PAPA X.

Dilectæ in Chriſto filiæ,ſalutem,& Apoſtolicā benedictionem. Dùm præcelſa meritorum inſignia,quibus Regina cælorum, Virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus prælata ſydereis, quaſi ſtella matutina præradiat, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutamus, dignum, quin potius debitum reputamus, vt ancillas, & ſorores, ſub regula eiuſdem B.Virginis viuentes, & eidem Virgini, ſub perpetua clauſura dedicatas, pro illarum ſpirituali ſolatio,ſpecialib. fauoribus, gratiis,& indulgentiis,& remiſſionibus proſequamur, cum vos ſub regula nouiſſimè,ſub eiuſdem Virginis glorioſiſſimæ nomine, de mandato noſtro inſtituta,& de duabus in vnam redacta, Deo, & præfatæ glorioſæ Virgini,ſub cura, & regimine fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, die, noctuque ſummis vigiliis, & puro cordis affectu gratum exhibeatis famulatum. Nos quę nuper monialibus Sanctæ Claræ in eadem, qua vos clauſura, & ſub eorūdem fratrum regimine, degentibus, & Altiſſimo famulantibus,nonullas gratias,& indulgentias conceſſimus, vt ipſius Virginis Mariæ, ad quam ſemper geſſimus,& gerimus ſingularem affectum deuotionis,vos tanquam particulares filias, paterna beneuolentia ſpiritualibuſque donis, & gratiarum muneribus proſequi volentes,vobis ad inſtar ipſarum Monialium S Claræ huiuſmodi, pro animarum veſtrarum ſalute, & ſpirituali conſolatione, ſimiles indulgentias illis conceſſas, & quas confirmauimus,illaſque eis,etiam de nouo conceſſimus, & de nouo concedimus, ad vos,authoritate Apoſtolica pariter extendimus,& ampliamus,ac vobis concedimus. Et cū aſſeratur, fęlicis recordationis, Innocentium Papam Octauum, ſeu alium Romanum Pontificem prædeceſſorem noſtrum, ad tollēdum diſcurſus fratrum ordinis huiuſmodi, conceſſiſſe, quod fratres,qui quinque Pater noſter,& Aue Maria,coram Sacramēto altaris,& infirmi, in grabatis ſuis,p felici ſtatu ſanctæ Matris Eccleſiæ, dicēdo, vt ſupra, haberent eandem, & prorſus ſimilem indulgentiam, quæ conceſſa eſt viſitantibus,ſingulis annis, videlicet, ſecunda die Auguſti,Eccleſiam do-

Vide in 20.qq.re.q. 67.art.4.

T 2 mus

mus S. Mariæ de Portiũcula, ſiue de Angelis, apud Aſſiſium dicti ordinis Minorum, & prout illam, dicta die, Eccleſiam viſitantes lucrantur. Quodq. dicendo alia quinque Pater noſter, & Aue Maria, cũ gloria Patri, in fine cuiuslibet Pater noſter, & Aue Maria quotidie, pro eadem intentione, haberẽt ipſi fratres ſtationes vrbis, ſubiongẽdo vnum Pater noſter, & Aue Maria, pro intentione Domini concedentis; necnon piæ memoriæ, Pium Papam II. etiã prædeceſſorem noſtrum, eiſdem fratribus Vltramontanis, vt ſeptem Pſalmos pœnitentiales dicendo, cum letaniis viſitando loca, per eos in eorum Eccleſijs, ad hoc deputata, indulgentias ſtationum Vrbis cõſequerentur, indulſiſſe ipſiſque fratribus, toties quoties coronam Domini Ieſu, quæ dicitur continere triginta tres Pater noſter, & vt piè creditur, totidem Aue Maria, & de decem in decem vnum Pater noſter dicerent, plenariam haberent indulgentiam, conceſſum fuiſſe aſſeratur. Et cum nos, ſimiles indulgentias, vt præfertur, eiſdem fratribus conceſſas, præfatis Monialibus S. Claræ conceſſerimus, ſic vobis omnibus, & ſingulis, nunc, & pro tempore, ac vbique exiſtentibus, eaſdem indulgentias, videlicet, Eccleſiam S. Mariæ Portiunculæ, ſiue de Angelis in Aſſiſio, ſecundi diei Auguſti, viſitãtibus, & quinque Pater noſter, & Aue Maria, cum gloria Patri, coram Sacramento altaris ꝑ quotidianis ſtationibus Vrbis lucrandis, recitantibus, & Pſalmis Pœnitentialibus, pro ſtationibus vrbis obtinendis, recitãdis, & coronas Domini Ieſu, & B. Mariæ Virginis, ad conſequendam plenariam indulgentiam, quæ etiam recitantibus ipſis monialibus S. Claræ, per nos licèt fortè minus clarè conceſſa extitit, & quam eis fuiſſe conceſſam verè declaramus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò concedimus, & elargimur pariter, Et quoniam, vt piè creditur, dicendo quolibet die quindecim Pater noſter, & totidem Aue Maria, in fine anni cẽſentur recitata ad commemorationem omnium vulnerum, quæ Saluator noſter, Ieſus Chriſtus in ſuo ſacratiſſimo corpore, paſſionis tempore, pro humana generis ſalute, pertulit, eiſdem monialibus, & ſororibus S. Claræ, ac vobis, & veſtrũ ſingulis, & ſororibus tertii ordinis Sancti Franciſci, & veſtris, vobis, & eis ſeruientibus, & aliis dicti ordinis in congregatione, vel alibi viuentibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ad quas videlicet tertii ordinis ſorores ſupra nominatas, illas videlicet, quæ veræ Religioſæ, & ꝓfeſſione, & cõuerſatione ſunt, & ad alias quatuor in Baſilica ſancti Petri, & capella ſancti Andreæ recluſas, quandio ibi, vel alibi clauſuram ſeruauerint, hanc gratiam, & omnia ſupradicta, & ſequentia extendimus, & volumus ſuffragari. Necnon dictis fratribus Minoribus de obſeruantia nuncupatis, ſub quorum cura, vt præfertur viuitis, & vobis ac ſororibus tertii ordinis, & aliis dicti ordinis, in congregatione, vel alibi viuentibus, & quatuor in locis dictæ Baſilicæ incluſis, dicta quindecim Pater noſter, & totidem Aue Maria, qualibet die dicẽtibus, quindecim millia annorum, de veſtrorum, & ſuorum peccatorũ, vera indulgentia, & remiſſione, eadem authoritate concedimus, pariter, & indulgemus. Et quia eiſdem Monialibus ſanctæ Claræ, circa recitationem officij mortuorum, & nonnulla alia, quæ earum conſcientias perturbare videbantur, certas declarationes, per quaſdam noſtras in forma Breuis literas fecimus, illas, quatenus vos, nunc, & aliquo tempore futuro, illis egeatis, ac omnia, & ſingula priuilegia, alia, gratias, & indulta, eis quouis modo conceſſa, quorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, ad vos extẽdimus pariter, & ampliamus, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi illa omnia vobis, ſpecificè, & nominatim conceſſa, & elargita fuiſſent. Et nihilominus pro veſtra, & eorundem fratrum ſpirituali conſolatione, vobis ſub perpetua clauſura viuentibus, vt omnibus ſolemnitatibus Domini Sabaoth, Beatæ Mariæ Virginis, Petri, & Pauli, ſancti Franciſci, omniumque Sanctorum, ac per totam maiorem hebdomadam confeſſores veſtri, quicumq. fuerint, ſiue ordinarij à Prælatis deputati, ſiue aliter, dummodò vos audiant de conſenſu dictorum Prælatorum, poſſint in abſolutionibus veſtrarum confeſſionum, eis de peccatis veſtris factarum, vos plenariè abſoluere, & pœnitentiam ſalutarem imponere, prius tamen ſuorum ſuperiorum, & eorum curam gerentium licentia, & aſſenſu habitis. Et quoties ſacram ſumetis communionem, ea die plenam indulgentiam conſequi valeatis, huiuſmodi authoritate, indulgentias, extenſiones, & ampliationes, vobis omnibus, & veſtrum ſingulis perpetuis futuris temporibus, libenter conceſſimus, & eiſdem authoritate, & tenore prædictis, concedimus pariter, & indulgemus, vt eò preces noſtras apud Deum, & glorioſam Virginem Mariam, cui eſtis perpetuò dedicatæ, promptiori, & quietiori mente effundere poſſitis, & valeatis. Sic igitur dilectiſſimæ in Chriſto filiæ, omni mentis hilaritate, hunc vobis ſpiritualem conceſſum theſaurum ſuſcipientes, vos Deo, & beatæ Mariæ Virgini præfatæ, per operum bonorum operationes reddere ſtudeatis acceptas, vt prudentibus Virginibus, quę acceptis lampadibus obuiam ſponſo exierunt, meritò comparere, & per ſuam clementiam, æternæ vitæ præmium, & noſtrã, & ſedis prædictæ benedictionem, quam vobis, & eiſdem Sanctæ Claræ Monialibus, & aliis etiam, quibus ſupra ſororibus, per præfatos confeſſores, vel alios eiuſdem ordinis, ad hoc per vos requiſitos, dicta die communionis, impẽdi poſſe volumus, vberius ſemper promereri valeatis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, & domorum, & ordinis huiuſmodi, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac quibuſuis ſuſpenſionibus, reuocationibus, ſeu limitationibus quarumuis indulgentiarum, ſub quorumuis verborum formis, & tenoribus factis, & pro tempore faciendis, ſub quibus præſentes, nullo vnquàm tempore comprehendi poſſe volumus, cæteriſque aliis in contrarium facientibus. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas in ſingulis locis, ac monaſteriis, ſeu domibus veſtris, & alibi, vbi opus fuerit oſtendere, vel exhibere, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod tranſumptis ipſarum, manu alicuius notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati munitis, plena fides vbique adhibeatur, ſicuti adhiberetur propriis originalibus, ſi in medium oſtenderentur, vel exhiberentur. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die 19. Iunij, 1515. Pontific. noſtri, anno tertio.

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Communicat omnia priuilegia Monialibus Sanctæ Claræ ſororibus tertiæ Regulæ, dando circa hoc conſeruatores.

Dilectis filiis, Vicariis Generalibus ordinis fratrum Minorum Regularis obſeruantiæ Ciſmontanis, & Vltramontanis.

LEO PAPA X.

Vide in 1. 20. qq. reg. 9. 11. art. 13.

DIlecti filii, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum Fœlicis recordationis, Sixtus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, volens Sancti Damiani, & Minoriſſarum ſanctæ Claræ, ordinis eiuſdem Sanctæ Claræ, ſub Generalis Miniſtri, aliorumque officialium ordinis fratrum Minorum cura, vbilibet conſtitutarum viuentium, ſpiritualibus fauoribus, & gratiis proſequi, ſtatuit, & ordinauit, ipſiſque Abbatiſſis, & Monialibus, quod ipſæ et de quibuſcumque terris, & poſſeſſionibus ad eas pertinentibus, & legitimè ſpectantibus, quas etiam per alios, quàm eorundem Monaſteriorum ſeruitores, & ſubditos, excoli, & cultiuari faciebant, & pro tempore facient, decimas, primitias aut cenſus (non tamen authoritate Apoſtolica impoſitas quibuſuis perſonis, cuiuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis forent, ſoluere minimè tenerentur, nec ipſæ, aut ipſarum terrarum, aut poſſeſſionum coloni, ſeu cultores ad ſolutionem decimarum, primitiarum, aut cenſuum huiuſmodi, per quoſcumque moleſtari, aut propterea contra eos procedi, & pęnæ aliquæ promulgari poſſint, prout in ipſis Sixti prædeceſſoris literis deſuper confectis, plenius continetur. Nos volentes dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſas, ſeu matres, Moniales, ſiue ſorores vniuerſorum Monaſteriorum, ſeu domorum, tàm præſentium, quàm futurorum tertiæ Regulæ Sancti Franciſci, aliàs de pęnitentia nuncupatas, in communi ſub veſtra, & aliorum prælatorum ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ, in vltra, citraque montanis partibus, viuentes, quæ ſicut aſſeritur, in ſpiritu paupertatis, lilio caſtitatis, & aliis bonæ famæ odoribus viuunt, ſpiritualib. fauoribus, & gratiis proſequi, omnia, & ſingulari priuilegia, gratias, prærogatiuas, exemptiones, & indulta eiſdem Monialibus Sancti Damiani & Minoriſſarum Monaſteriorum Sanctæ Claræ huiuſmodi, vbilibet conſiſtentium, per quoſcumq. Romanos Pontifices, præſertim fœlicis recordationis, Eugenium Quartum, Nicolaum etiam Quartum, Bonifacium Octauum, Ioãnem vigeſimum ſecundum, Clementem ſextum, Alexandrum Quintum, & Benedictum Vndecimum, prædeceſſores noſtros, ſub quibuſuis verborũ formis, & clauſulis, cõceſſas, & conceſſa, etiamſi minus, aut aliud, vel vltrà, quàm ſuperius eſt expreſſum, cõtineatur, ad Abbatiſſas, ſeu matres, ac moniales, ſiue ſorores tertiæ Regulę huiuſmodi, & ſub dicta obedientia in communi viuẽtes, etiãſi inter dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam, ſeu matrem, & Moniales Monaſterij Sãcti Michaelis, ſeu matris Dei, oppidi de Talauera, Toletanæ diœceſis, & venerabilem fratrem Archiepiſcopum, ac dilectos filios, Decanum, & Capitulũ Eccleſiæ Toletanæ, ſuper ſolutione decimarum, & primitiarum prædictarum, coràm certo cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore, ac eius locum tenẽte, cuius ſtatum, & nomen, aut cognomen dicti Auditoris, ſeu locum tenentis, pro expreſſis habẽtes, lis pendeat indeciſa authoritate Apoſtolica, tenore præſentium extẽdimus, & ampliamus, illaque oĩa, etiam per præfatum Sixtum prædeceſſorum, conceſſum priuilegium huiuſmodi de nouo, ſpecialiter, & expreſsè prout per eoſdem, Eugenium, Nicolaum, Bonifacium, Ioannem, Clementem, Alexãdrum, Benedictum, & Sixtum, prædeceſſores huiuſmodi, conceſſa fuerunt, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſeu ſororibus, ſpecialiter, & expreſsè concedimus. Inſuperque omnibus, & ſingulis priuilegiis, gratiis, prærogatiuis, exemptionibus, & indultis, ſub quibuſuis verborum formis, in poſterum concedendis per ſedem Apoſtolicam, prędictis Abbatiſſis, ac Monialibus Sãcti Damiani, & Minoriſſarum Sanctæ Claræ, ordinis eiuſdẽ ſanctæ, prædictis Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus dictæ tertiæ Regulæ S. Frãciſci, ſeu de pęnitentia nuncupatorum, modo prædicto viuentes, vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpeciali dono gratiæ indulgemus. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, eorumq. Vicariis, & officialibus Generalibus, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Canonicis Metropolitanenſiũ, ſeu aliarum Cathedralium Eccleſiarũ, mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet, eiſdem Abbatiſſis, ſeu matribus, ac Monialibus, ſiue ſororibus, efficacis defenſionis, auxilio aſſiſtẽtes, & poſtquã pro parte Abbatiſſarum, ſeu matrum, ſiue ſororum prędictarum, fuerint requiſiti, faciant per ſe, vel alium, ſeu alios Abbatiſſas, ſeu matres, ſiue ſorores prædictas, ſingulis priuilegiis, gratiis, prærogatiuis, exemptionibus, fauoribus, & indultis prædictis, pacificè frui, & gaudere; non permittentes eas deſuper, per quoſcumque, etiam parochialium Eccleſiarum Rectores, quomodòlibet moleſtari; Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia cõpeſcendo, inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus fęlicis recordationis, Bonifacij Papæ Octaui, pdeceſſoris noſtri, de vna, & Cõcilij Generalis de duabus dietis, & perſonis, vltrà certum numerum ad iudicium non vocãdis, & aliis cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarũ, & Monaſteriorum, ſeu aliorum locorum, ſub quorum limitibus monaſteria, ſiue domus huiuſmodi fuerint iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque & indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, & locis conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus tenores illorum, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cęteriſq. contrariis quibuſcumque. Cæterum, quia difficile foret, pręſentes ad ſingula, in quibus de eis fides forſan facienda foret, loca deferre volumus, & dicta authoritate decernimus, quod ipſarũ tranſumptis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſticæ conſtitutæ, ac Curiæ Eccleſiaſticæ munitis, in iudicio, & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitę, & oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Maij, 1517. Pontificatus noſtri, anno 5.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

Præcipit omnibus prælatis Eccleſiaſticis, nè moleſtent fratres Minores ſuper eleemoſynis, & legatis, ac ſepeliendis corporibus defunctorum, imò potius eos defendant à moleſtijs aliorum, præſertim presbyterorum Parochialium.

LEO PAPA X.

VNiuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus, Præpoſitis, ac Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporũ, in ſpiritualibus Vicariis vbilibet cõſtitutis, ſalutem, & Apoſto-

Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis fecerunt dilecti filij, Generales, & Prouinciales Miniſtri, cuſtodes, Guardiani, & alij fratres ordinis Minorum de obſeruantia Regulari nuncupati, quod licèt aliàs fœlicis recordationis, Ioannes Papa Vigeſimus ſecundus, prædeceſſor noſter, per quandam ſuam conſtitutionem, quæ incipit: vas electionis. opinionem erroneam quondam Ioannis de Poliaco, inter alia ſentientis, quod fideles fratribus ordinis mendicantium generalem licentiam à piæ memoriæ, Clemente Papa Quinto, etiam prædeceſſore noſtro, per eius conſtitutionem in Concilio Viennenſi editam, quæ incipit: dudùm confeſſiones audiendum conceſſam habentes, confeſſi tenerentur peccata per eos dictis fratribus ſic confeſſa, proprio ſacerdoti iterùm confiteri, damnauerint, & deindè recolendæ memoriæ, Eugenius Quartus, ac Nicolaus V. & Sixtus etiam IIII. ſimiliter etiam prædeceſſorea noſtri, prædictam, & nõnullas alias, Ioannis de Poliaco, & aliorum quorundam opiniones, & aſſertiones etiam condemnãtes, mandauerint contra earundem opinionum aſſertores, velut contra hæreticos, de fide Catholica ſuſpectos debere procedi. Et idem Sixtus prædeceſſor conceſſerit, quod ſi Rectores Parochialium Eccleſiarum, Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, his, qui dictis fratribus eſſent confeſſi, abſque aliqua rationabili cauſa, malitioſè negarent, vel exhibere differrent, fratres prædicti, illa perſonis, quarum cõfeſſiones audiuiſſent, ea petentibus miniſtrare valerent: & quod iidem fratres, vel conſanguinei eorũ, qui elegerint ſepeliri apud Eccleſias fratrum Mendicantium, etiam prætextu cuiuſcumque conſuetudinis, non poſſint compelli deferre corpora defunctorum ad Parochiales Eccleſias, aut alia loca, & cum illis, vel ſine illis, inibi Diuina celebrare, ſeu celebrari facere, antè, vel poſt ſepulturam earundem, prohibueritque ordinariis locorum, ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionis à regimine, vel adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, ac Parochialium, Rectoribus, & aliis quibuſcumque, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis earundem parochialium Eccleſiarum, & omnium aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ pro tempore obtinent, nec non inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, eo ipſo, per contra facientes incurrendis pęnis, ne eoſdem fratres contra ipſorum priuilegia moleſtare præſumant, aut perſonis quibuslibet Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, in genere, vel in ſpecie, directè, vel indirectè aliquid inhibeãt, pręcipiant, aut aliàs ordinẽt, aut ſtatuant, quominus fratres ordinis prędicti, & illorum domus profeſſores, priuilegiis, & gratiis eis conceſſis, liberè vti poſſint. Et poſtmodum nos in nouiſſimo Lateranẽſi Concilio decreuimus, quod peccata ſua fratribus mendicantiũ huiuſmodi præſentatis, ſecundum Clementinam conſtitutionem prædictam, & admiſſis, vel etiam indebitè recuſatis, confeſſi, conſtitutioni, quæ incipit: omnis vtriuſque ſexus, quòad confeſſionem duntaxat ſatisfeciſſe cenſeantur, & conceſſionem impendendi Sacramẽta, prædictam, limitauerimus in euentum videlicet, quod denegatio ſacramentorum huiuſmodi ſi ſine legitima cauſa fieret, & de illa teſtimonio vicinorum, ſeu notarij publici indè rogati, fide conſtaret. Necnon per quaſdam noſtras in forma Breuis literas, declarauerimus audiẽdas miſſas, in Eccleſiis fratrum ordinum mẽdicantium, Dominicis, & aliis feſtis diebus (non contempto proprio Sacerdote) ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de audienda miſſa, nec in aliquam labem peccati mortalis, pęnamve incurrere. Ac demum per alias noſtras, etiam in forma Breuis literas, omnia, & ſingula priuilegia dictis fratribus conceſſa (ſaluis dictis moderationibus dicti Lateranẽſis Concilij) approbauerimus, & confirmauerimus, ac illa cum dictis moderationibus, etiam motu proprio innouauerimus, prout in ſingulis conſtitutionibus, & literis prædictis, plenius continetur. Nihilominus, ſicut accepimus, pleriq. ordinarii locorum, & parochialiũ Eccleſiarum Rectores, in diuerſis mũdi partibus, ꝓpriæ ſalutis immemores, Deique, & Eccleſiæ cenſuræ timore, ac Apoſtolicæ ſedis reuerentia, poſtpoſitis, prædicare, & prædicari facere non formidant, non licere eorum parochianis peccata ſua fratribus, iuxta dictam conſtitutionẽ Clementinam pręſentatis, ſine ipſorum Rectorum, petita prius, & obtenta licentia, confiteri, & aliter ea confeſſos, ad illa rurſus eiſdem Rectoribus cõfitenda, obligatos exiſtere, quod ſi ſecus fiat eis Sacramenta præfata, Euchariſtiæ, & extremæ vnctionis miniſtrare recuſant, eiſdemq. Parochianis, ne præfatis fratribus confiteantur, neve ad eorũ Eccleſias pro Diuinis audiendis diebus prædictis accedant, ſpecialiter, & expreſſè interdicunt. Fratres verò, quorum vitæ ſubſidio, fideliũ eleemoſynis magna ex parte conſulitur, eleemoſynas hmõi petere non permittunt, ſine eorum licentia, & diœceſanorum, & eorum Vicariorum literis, eleemoſynarumque mendicatarum medietatem ſibi vẽdicare volunt:

Vide in 3. 10. qq. reg. q. 67. ar. 5. & 6.

Et ne ratione confeſſionum, & celebrationum miſſarum, aliquas à ſuis parochianis eleemoſynas accipiant, prohibere, alioquin, & ipſi Rectores, vel vicarij, tantundem ab ipſis Parochianis extorquere nituntur, etiam ad prohibitionem huiuſmodi obſeruandam, cenſuras, vel ab ordinariis locorum cõtra illarum tranſgreſſores paſſim obtentis, vel propria temeritate ad terrendum ſimplicem populum, qui cenſuras timet, latis vtuntur, corporaque mortuorum, qui elegerunt ſepeliri in Eccleſiis prædictorũ fratrum, nonunquam rapiunt, & ad ſuas Eccleſias deferunt, ibidemque Diuina celebrant, vt ſic oblationes percipiant. Et de funeralibus, ac mortuoriis pro corporibus, quæ in Eccleſiis dictorum fratrũ ſepeliuntur, dimidiam, de omnibus autẽ legatis, & oblationibus, quartam partem, contra diu obſeruatam conſuetudinem, habere contendunt, & ſuper præmiſſis, ac pleriſque aliis, varias dictis fratribus moleſtias, ac iacturas inferunt, quib. eorum quies turbatur, Diuinus cultus minuitur, & inter Chriſti fideles, ſcandala paſſim oriuntur, non ſine Diuinæ maieſtatis offenſa, & Apoſtolicæ authoritatis contemptu. Quamobrem nos, qui dictorum fratrum quietem, & tranquillum ſtatum, intenſis deſideramus affectibus, vt ſuis laudabilib. operibus, Deo acceptiores fiant, & quietius pro delinquentium emendatione, ac ſalute apud Deũ inſiſtere poſſint, dictorum, generalis, Prouincialium Miniſtrorum, Cuſtodum, Guardianorum, & aliorum fratrũ prædictorum, humilibus ſuper hoc nobis porrectis ſupplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet veſtrum, per præſentes diſtrictè præcipiẽdo mandamus, ſub dictis cenſuris, vt vos ab eorum moleſtia, & omni inquietudine penitus abſtineatis, & quoties nomine dictorum fratrum, vel alicuius ex eorum ordinis miniſtris, prouincialibus, aut aliis fratribus propè exiſtẽtibus, fueritis ſuper hoc requiſiti, omnes, & ſingulos parochialium Eccleſiarũ, in veſtris reſpectiuè ciuitatibus, & diœceſibus exiſtentes, Rectores, ſeu vicarios ad deſiſtendum poſthac, ab huiuſmodi moleſtiis, & grauaminibus, conſtitutioneſque prædictas, & dictorum fratrum priuilegia, eis inuiolabiliter obſeruanda, ſub pęnis, & cenſuris in dicti Sixti prædeceſſoris inhibitione contentis, moneatis, & præcipiatis, inobedientes verò, legitimis ſuper hoc habendis proceſſibus, cenſuras, &

pœnas

pœnax prædictas incurriſſe declaretis, & declaratos, publicè nuncietis, aut nũciari, & vt tales ab omnibus arctius euitari manderis, & alia faciatis, quæ in præmiſſis fuerint quomodolibet oportona, inuocato etiam ad hoc, quando opus fuerit auxilio brachij ſæcularis. Reliquas verò perſonas, tàm Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, cuiuſcumq. ſtatus, aut cõditionis exiſtant, qui Rectoribus parochialium Eccleſiarum, in præmiſſis contra fratres prædictos, fauorem, auxilium, vel cõſilium præbere præſumpſerint, per cẽſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris oportuna remedia, monitione præmiſſa, diſtrictius coerceatis, & vt à talibus in futurum caueant prohibeatis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quorumcumque Doctorum ſuper Decretales, ante editum librũ ſextum, & reprobationem erroneæ opinionis dicti Ioannis de Poliaco, ſcribentium, opinionibus, ac gloſſis, ac in Synodalibus conciliis editis, & conſuetudinibus, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboraris, & aliis quæ Romani Pontifices prædeceſſores noſtri præfati, in ſuis, & nos in noſtris literis, priuilegiorum, gratiarũ, & indultorum dicto ordini conceſſorum, volumus nõ obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret, præſentes literas originales, ad omnia loca, in quibus opus eſſet, deferri, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod, earum tráſumptis, manu notarii publica ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, ea fides indubia in iudicio, & extra, vbicumque opus fuerit, adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtẽſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, Die 3. Decembris, 1518. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

Eximit Moniales Sanctæ Claræ, & Tertiarias à ſolutione cuiuſuis decimæ, vel taxæ, aut collectæ etiam per ſedem Apoſtolicam impoſitæ, ſi ita ſunt pauperes, quod earum redditus non ſufficiant pro commoda illarum ſuſtentatione.

Dilectis in Chriſto filiabus, vniuerſis, & ſingulis Abbatiſſis, & Monialibus ordinis S. Claræ de obſeruantia, tàm primæ, quàm ſecundæ regulæ, necnon miniſtris, & ſororibus tertii ordinis beati Franciſci, in cõgregatione, ſub cura fratrum Minorum Regularis obſeruantiæ viuentibus.

LEO PAPA X.

Vide in 2. to. 99. reg 9.44. ar. 5. & 9.65. ar zie.2. & ar sic.5. & in to.3.99.re. 9.74.ar.5. & ar.9.15. & 16.

Dilectæ in Chriſto filiæ, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Dudum fœlicis recordationis, Alexander Papa Sextus, prædeceſſor noſter, priuilegiis, & indultis nonnullorum aliorum Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, vobis conceſſorum, inhærendo, vobis, vt Abbatiſſæ, Miniſtræ, moniales, ac ſorores monaſteriorum, & domorum, ſeu Conuentuum veſtri ordinis, tunc, & pro tempore exiſtentes, quibus bona propria, pro quotid anis expenſis non ſufficiunt, ad ſolutionem alicuius decimæ, vel alterius exactionis, per ſedem Apoſtolicam, ſeu quoſcumque alios, ex quauis cauſa, etiam pro expeditione cõtra immaniſſimos Turcas, Reipublicæ Chriſtianæ hoſtes, pro tempore impoſitæ, cogi, aut compelli non poſſent, indulſit, prout ex diuerſis ipſius Alexandri prædeceſſoris, in forma Breuis literis, plenius continetur. Cum autem nos, quondam in regno Franciæ, & aliis terris, & dominiis, tàm in Chriſto chariſſimo filio noſtro, Franciſco Francorũ Regi Chriſtianiſſimo, quàm aliis regibus, & principibus, ac ẽt nobis, & ſedi Apoſtolicæ ſubiectis, decimam pro Chriſtianæ fidei defenſione, exigi conceſſerimus, ac mandauerimus, voſque dubiteris, ſicut nuper nobis exponi feciſtis, monaſteria, & domos veſtras, & illarum, Abbatiſſas, ac miniſtras, ſuper ſolutione decimę huiuſmodi, contra priuilegiorum conceſſiones prædictorum tenorem moleſtari. Nos commoditati veſtræ (ſicut Religio, & pietas poſtulat) paterno affectu conſulentes, & veſtris deuotis, in hac parte ſupplicationibus inclinati, literas, priuilegia, & indulta prædicta, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbantes, & innouantes, ac illis inhærentes vobis, vt Abbatiſſæ, & moniales eiuſdem ordinis Sanctæ Claræ, de obſeruantia, ac miniſtræ, & ſorores tertij ordinis Beati Franciſci, in cõgregatione, ſub cura, & regimine ordinis Minorum Regularis obſeruãtiæ viuentes, ac illarum monaſteria, domos, & alia loca quæcumque, quorum fructus, redditus, & prouentus pro Monialiũ, ac ſororum, & aliarum perſonarum, in illis pro tẽpore degentium, commoda ſuſtentatione, non ſufficiunt ad ſolutionem prædictæ, & cuiuſuis aliæ decimæ, ſeu taxæ, vel collectæ, aut exactionis per nos, & ſedem Apoſtolicam, ſeu illius legatos, ſeu nuncios, aut quoſcumque alios, quauis authoritate fungentes, pro dictæ fidei tuitione, ſeu expeditione contra præfatos Turcas, reparatione terræ Sanctæ, aut quauis alia vrgentiſſima cauſa, impoſitæ, & imponendæ, etiam prætextu quarumuis cenſurarum, & pœnarum Eccleſiaſticarum, in literis exactionis huiuſmodi appoſitarum, cogi, aut compelli nequeatis, eiſdem authoritate Apoſtolica, & tenore concedimus, diſtrictius inhibentes, ſub pœna excommunicationis, quam contra facientes eo ipſo incurrant, & à qua non, niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, abſolui poſſint, omnibus, & ſingulis perſonis, ad exactionem decimarum, taxarum, & collectarum huiuſmodi, pro tpe deputatis, ne Abbatiſſas, miniſtras, moniales, ſorores, & pſonas pauperes prædictas, occaſione decimarum, & exactionum huiuſmodi moleſtare, turbare, vel inquietare præſumant, ac decernentes ex nunc, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter, contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus vniuerſis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, aliiſque perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac Metropolitanis, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, Canonicis, eorundemq. Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialibus, ſeu Vicariis in ſpiritualibus Generalib. per hæc ſcripta mandamus, quatenus ipſe, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, Abbatiſſis, miniſtris, monialibus, ſororibus, & perſonis, pauperibus prędictis, in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant eas, & quamlibet earũ, conceſſione, & aliis pręmiſſis, pacificè frui, & gaudere, nõ permittentes eas deſuper per eoſdem deputatos, aut quoſcumq. alios, quomodolibet moleſtari, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſęcularis. Non obſtãtibus pręmiſſis, & conſtitutionibus, ordinationibuſque Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quę in literis, & priuilegiis prædictis conceſſum fuit, non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcumque. Verum, quia difficile foret pręſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus expediens fuerit deferre,

volumus, & præfata authoritate decernimus, vt earum trāſumptis, manu notarij publici indè rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, aut perſonæ Eccleſiaſticæ ī dignitate cōſtitutæ munitis, ea prorſus fides indubia adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrū, ſub annulo Piſcatoris, Die 24. Maij, 1519. Pontificatus noſtri, anno ſeptimo.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Præcipit commiſſarijs Cruciatæ, & alijs ſimilibus perſonis, ſub grauibus cenſuris, ne extrahant fratres Minores ad prædicandum Cruciatam, & inhibet omnibus fratribus prædictis, & Monialibus Sanctæ Claræ, & Tertiarijs, ne vtantur talibus bullis, ſine licentia prælatorum ordinis.

Dilectis filijs, Generali, & Prouincialibus Miniſtris, ac vniuerſis, & ſingulis fratribus ordinis fratrum Minorum, Regularis obſeruantiæ.

LEO PAPA X.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Non ſine mentis diſplicentia intelleximus, quod nonnulli indulgentiarum, & facultatum Cruciatæ, Regi Catholico conceſſæ, aſſerti cōmiſſarij, & forſan alij dictæ Cruciatæ prætextu, nonnullos veſtræ Religionis, & ordinis fratres, ſine prælatorum ſuorum licentia, ad huiuſmodi cruciatam publicandam, per diuerſas mundi partes, deſtinare nituntur. Quo fit, vt fratres iugum Religionis excutere, & ab obedientiæ voto ſe liberare, & à ſuorum Prælatorum iuriſdictione, & correctione eximere deſiderantes, vt dicere poſſint, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, ad huiuſmodi prædicationis officium aſſumi procurent, ipſis, ac aliis præbetur occaſio delinquendi. Nos conſiderantes, quod vbi Regularis diſciplina contemnitur, neceſſe eſt, vt religio naufragium patiatur, in præmiſſis de oportuno reformationis remedio prouidere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, vniuerſis, & ſingulis, dictæ, & alterius cuiuſcumque Cruciatæ, modernis, & pro tempore exiſtentibus commiſſariis, & aliis quibuſuis perſonis, quacumque etiam Archiepiſcopali, & Epiſcopali dignitate fulgentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac Epiſcopis & ſuperioribus, ſub prohibitionis ingreſſus Eccleſię, aliis verò ſub excōmunicationis latæ ſententiæ, ac officiorum ſuorum priuationis, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis, ipſo facto (abſq; vlteriori declaratione) incurrendis, præcipimus, & mādamus, ne de cætero, perpetuis futuris temporibus, aliquos dicti veſtri ordinis Minorum de obſeruātia fratres, extra eorum Conuentus, ſeu domos, ſine ſuorum ſuperiorum, & Prælatorum, expreſſa *a* licentia, extrahere, ſeu ad prædicandum Cruciatam, quaſcumque alias indulgentias, ſeu literas Apoſtolicas deſtinare, aut veſtri ordinis fratres, & domos ipſarum, Cruciatæ, ſeu indulgentiarum, aut alterius facultatis prætextu moleſtare, perturbare, aut inquietare, ſeu à vobis, qui in paupertatis ſpiritu, & ex fideliū Eleemoſynis vitam ducitis, aliquid exigere, vel gratias, libertates, facultates, ſeu indulgentias, & peccatorum remiſſiones, vobis, & veſtri ordinis fratribus de obſeruantia, necnon *b* monialibus Sanctæ Claræ, tàm primæ, quàm ſecundæ Regulæ, ac Tertij beati Franciſci de pęnitētia nuncupati, ordinis, miniſtris, & ſororibus, ſub veſtra obedientia degentibus, ſine veſtra licentia, concedere, vel impartiri. Ac ipſi fratres, Moniales, miniſtræ, & ſorores huiuſmodi gratiis, indulgentiis, libertatibus, immunitatibus prædictis, quouis quæſito colore, contra obedientiam veſtri ordinis, ſine ſpeciali licentia ſuorū Prælatorum, nullo modo vti, ſub excommunicationis latæ ſentētiæ pœna, præſumāt. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis. Abbatibus, prioribus, & aliis perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac Cathedralium, & Metropolitanarum Eccleſiarum, Canonicis, motu ſimili mandamus, quatenus vobis, & veſtrum cuilibet, in præmiſſis aſſiſtentes, faciant vos, & veſtrum quemlibet, ſingulis pręmiſſis, pacificè frui, & gaudere, nō permittentes vos deſuper quomodolibet moleſtari, dantes eis, & eorum cuilibet, facultatem, & authoritatem contra eoſdem commiſſarios, & perſonas, eiſq. auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtātes, per cenſuras, & pęnas prædictas, procedendi, illaſq. quotiens opus fuerit aggrauandi, & reaggrauandi, ac auxilium brachij ſæcularis, inuocandi, & interdictum Eccleſiaſticum apponēdi, illudque, quoties expedierit relaxandi. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à dicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem. Et quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula loca, in quibus illis opus eſt, deferre, volumus, quod tranſumptis earum, manu alicuius notarij publici, ac ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, ea fides adhibeatur, in iudicio, & extra, ac ſi præſentes originales exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die 29. Iunij, 1519. Pontif. noſtri, anno 7.

a *Vide in 2.10.qq.re. q.64.ar.1.*

b *Vide in 10.1.qq re. q.64.ar.1.*

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

Ordinat, quod illi, qui antea vocabantur, viſitatores Monialium, de cætero vocentur Commiſſarii Prouincialium, & quod Moniales debeant admittere Prouincialem volentem inquirere de idoneitate huiuſmodi Commiſſarii, & confeſſoris, illique reſpondere teneantur, ſub grauibus cenſuris.

Dilectis filiis, miniſtris Prouincialibus prouinciarum Fratrum ordinū Minorum, de obſeruantia, in Regno Hiſpaniarum conſiſtentibus.

LEO PAPA X.

Dilecti filii, ſalutē, & Apoſtolicam benedictionem. Cum inter alia ſalubria in veſtro moderno capitulo generali Lugduni celebrato, inſtituta, & per ſedem Apoſtolicam approbata, ſtatuta, & ordinationes monialibus S. Claræ, tàm de prima, quā de ſecunda regulis, ēt Vrbaniſtis nūcupatis, & aliis religioſis quibuſuis, ſub cura fratrū veſtri ordinis degentibus, eligendi viſitatores, & confeſſores omninò ſit interdicta facultas, ipſiſque, viſitatores, & cōfeſſores eiſdem monialibus, & religioſis à vobis debeant dari, & deputari, & legitimis ſuadentibus cauſis, iuxta deſuper in eodem capitulo factas ordinationes, ab huiuſmodi officiis amoueri poſſint, & vt nonnullorum veſtrorū relatione intelleximus,

pro

pro veſtri ordinis quieto ſtatu, non parum expediat, vt tales viſitatores deinceps commiſſarij, & non viſitatores appellentur, ac huiuſmodi viſitatoris, ſeu commiſſarij, ac confeſſoria officia, vltra triẽnium durare non debeant. Nos volentes dicti ordinis tranquillitati prouidere, venerabilis fratris noſtri Bernardini, Epiſcopi Sabinenſis, veſtri ordinis viceprotectoris, ſupplicationibus inclinati, & ex certa noſtra ſcientia, ac poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, ſtatuimus, & ordinamus, vt perſonas, per vos, & veſtrum quemlibet ad huiuſmodi viſitationis officium deputatas, ſeu deputandas, nõ viſitatores, ſed commiſſarij veſtri, de cætero nuncupentur, ac commiſſarij, & confeſſores præfati vltra dictum triennium, officia huiuſmodi exercere nullatenus poſſint, illoque finito, vel antea ſi expediẽs videbitur, talis commiſſarius à vobis deputatus, ab officio abſoluatur, volentes, vt ad cognoſcendũ defectus præfatorum commiſſariorum per vos deputatorum, & deputandorum, vos, & veſtrum quilibet, in prouincia ſibi deputata reſpectiuè, monaſteria, domus, & loca monialium, & religioſarum prædictarum ingredi, & de viſitationis modo, ac commiſſarij, & confeſſorum meritis, ac vitæ integritate, in eiſdem monaſterijs, ſeu domibus, liberè inquirere valeatis, vniuerſis, & ſingulis monaſteriorum, & domorum prædictis Abbatiſſis, monialib. & religioſis ſub excommunicationis ſententia, ac officiorum ſuorum priuationis, & ad illa inhabilitatis, & alia in poſterum obtinenda, ſi contrafecerint ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ac ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, diſtrictius præcipiendo mandamus quatenus infra vnius diei ſpatium, poſtquam ad huiuſmodi inquiſitionem proceſſum fuerit, de viſitationis modo, ac meritis idoneitate, commiſſariorũ, & confeſſorum prædictorum, omni exceptione, cõtradictione ceſſante, ac appellationis, & alijs defenſionis remedijs tanquam contra veram correctionem, & debitam obedientiam, interpoſitis ſublatis, & quibuſuis in contrarium quibuſcunque verborum formis eiſdem Abbatiſſis, monialibus, & religioſis, earumque monaſterijs conceſſis priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, ſua vota deponere, & in publicum, aut aliàs, prout per vos deſuper ordinatum fuerit, redigere teneantur, & aſtrictæ exiſtant. Et nihilominus vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & alijs perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, motu ſimili per præſentes mandamus, quatenus vobis, & veſtrum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos, & veſtrum quemlibet, poſtquam pro parte veſtra, ſeu cuiuſlibet veſtrum fuerint requiſiti, omnibus præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes vos, aut veſtrum quemlibet, deſuper quomodolibet moleſtari, dantes eis præſentium tenore facultatem, & authoritatem cõtra Abbatiſſas, moniales, & religioſas præfatas, ac perſonas quaſcunque eis directè, vel indirectè, quouis quæſito colore, etiam prætextu quorumque priuilegiorum, indultorum, & literarum Apoſtolicarum auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, per ſupradictas, & alias eorum arbitrio etiam pecuniarias, & corporis afflictiuas imponendas pœnas, & cenſuras Eccleſiaſticas procedendi, ipſaſque cenſuras, & pœnas quoties expedierit aggrauandi, & reaggrauandi, ac auxilium ſæculare implorandi, & interdictum Eccleſiaſticum vbilibet apponendi, & illud dum videbitur relaxandi. Non obſtantibus fœlic. recordat. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, ac perſonis, vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, & alijs ordinationibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, ac quorumuis, præſertim de Turdeſillas, & Palentinæ, ac Valliſoleti, & aliorum monaſteriorum, & ordinis huiuſmodi, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijſque, & indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, & domibus illorumque Abbatiſſis, & ſuperioribus, ac monialibus, religioſis, & perſonis, per quoſcumq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam ſedem, & motu, ſciẽtia, & poteſtate prędictis, etiam conſiſtorialiter conceſſis, ac concedendis, confirmatis, approbatis, & iteratis vicibus, innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruanda eſſet, eorum tenores, ac prædictorum monaſteriorum nomina, pro ſufficienter expreſſis habentes, eiſdem motu, ſcientia, & poteſtate derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Aut ſi Abbatiſſis, monialibus, & religioſis pręfatis, quibuſuis alijs perſonis, etiã Epiſcopali dignitate fulgentibus, communiter, vel diuiſim, à præfata ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret pręſentes literas ad loca, quibus expediẽs fuerit deferre, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod dictarum tranſumptis, ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ, ac manu notarij publici munitis, eadem fides, tam in iudicio, quàm extra, ſicut ipſis originalibus, adhibeatur. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Iulij, 1519. Pont. noſtri, anno 7.

Bulla XXVI.

S V M M A R I V M.

Concedit, quod de conſenſu duarum partium monialium cuiuſlibet conuentus S. Claræ, & tertiariarum, poſſint alienari earum bona.

Dilectis filijs, generali, ac vniuerſis prouincialibus miniſtris ordinis Minorum regularis obſeruantiæ nunc & pro tempore exiſtentibus, intus vero ſic,

L E O P A P A X.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Cum ſæpenumero accidat, quod *De alienatione rerũ regulariũ, Vide in 1. 10.99. reg. q.27.* vrgenti neceſſitate, aut aliqua euidenti vtilitate, bona immobilia conuentuum, locorum, ac monaſteriorum monialium prouinciarum veſtrarum reſpectiuè commiſſarum alienare, vel permutare expedit, & ea ſe offert oportunitas, quæ ſemel prætermiſſa, magnam affert iacturam. Nos hoc paterno affectu conſiderantes, indemnitati, & vtilitati monaſteriorum, conuentuum, & locorum huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus oportunè conſulere cupientes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, vobis, vt pro emergentibus neceſſitatibus, & euidentibus vtilitatibus conuentuum, & locorũ veſtri ordinis, & monaſteriorum monialium Sanctæ Claræ, nec non tertij ordinis Beati Franciſci, de pœnitentia nuncupati, in dictis prouincijs conſiſtentium vendere, alienare, ac permutare quælibet bona immobilia, de conſenſu duarum partium

con-

conuentuum duorum, ac monaſteriorum, quorum dicta bona fuerint, ac de conſenſu maioris partis earundem, etiam vltra triennium locare, vltimis te ſtatorum voluntatibus non obſtantibus, dummodo id in conuentuum, locorum, & monaſteriorum ipſorum, euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione à duobus, vel tribus bonis viris locorum, in quibus bona conſiſtenr) cedere dignoſcatur, ſuper quo prudentiam veſtram, & bonorum virorum huiuſmodi requirimus, & cõſcientiam oneramus, licentiam, & facultatem harum ſerie, vobis cõcedimus. Inſuper, vt locationes in præiudicium domorum, & monaſteriorum ipſorum factas, retractare, permutationes, & venditiones, quæ per ignorantiam conſtitutionis fœl, record. Pauli Papę Secundi prædeceſſoris noſtri, in euidentem tamen vtilitatem, & neceſſitatem factæ fuerint (dum id conſtet coram vicario Epiſcopali loci) confirmare, & approbare poſſitis, & valeatis, præſentium tenore, eadem authoritate indulgemus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, præſertim dicti Pauli noſtri prædeceſſoris, alijſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcunq;. Volumus autem, quod pręſentium tranſumptis manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ Epiſcopalis, munitis, eadem prorſus fides, tam in iudicio, quàm extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi illæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Nouembris, milleſimoquingenteſimo decimo nono, Pontificatus, noſtri, anno ſeptimo.

Quibus omnibus, & ſingulis, ritè, & legitimè factis authoritatem, & decretum dictæ curiæ, ac noſtrum, duximus interponendum, & interpoſuimus, prout interponimus, præſentium per tenorem. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ac præſens publicum tranſumpti inſtrumentum, exinde fieri, ſigilliq. proprij dictæ curiæ Cameræ Apoſtolicæ, quo vtimur, iuſſimus appenſione communiri. Acta fuerunt hæc, Romæ apud Sanctum Petrum, in Palatio cauſarum Apoſtolico, in quo iura reddi ſolẽt, mane hora audientiæ cauſarum conſueta, pro tribunali ſedẽtes, ſub anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo decimo nono, indictione ſeptima, die verò vigeſima tertia menſis Decembris, Pontific. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis X, Diuina prouidẽtia Papę, anno eius ſeptimo, pręſentibus, ibidem diſcretis viris, Dominis, Antonio de Alexis, & Ioanne Frumẽti dictæ curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, notarijs, ſcribiſque noſtris, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, atque rogatis Et ego Simon Vmenis ciuis Romanus de regione Pontis publicus Dei gratia, Apoſtolica authoritate, curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ notarius, quia præmiſſarum literarum Apoſtolicarum præſentatis, auſcultatis, recognitis, authoritatis, & decreti interpoſitis, petitis, omnibuſque alijs, & ſingulis præmiſſis, dũ ſic vt præmittitur, agerentur, dicerentur, ac fierent, vna cum prænominatis teſtibus interfui præſens, eaque oĩa, & ſingula ſic, vt præmittitur, fieri vidi, audiui, ac in notis ſumpſi, ideo hoc præſens publicum inſtromentum, me alijs impeditum, manu alterius ſcriptum, exinde confeci, ac publicaui, ſignumque meum appoſui conſuetum, rogatus, & requiſitus.

Bulla XXVII.

S V M M A R I V M.

Concedit, quod fratres Minores Regularis obſeruantia non teneantur celebrare, niſi vnicum capitulum prouinciale de triennio in triennium.

Dilecto filio, vicario prouinciali prouinciæ Bethicæ, alias Granatenſis, officium vicarij generalis fratrum Minorum, regularis obſeruãtiæ Vltramontani, authoritate Apoſtolica exercenti.

L E O P A P A X.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Pro parte tua, fuit nobis nuper expoſitum, quod licèt olim fœl. record. Eugenius Papa IIII. prædeceſſor noſter, voluerit, & ordinauerit, quod fratres ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, vtriuſque familiæ, in ſingulis prouincijs, ſingulis annis, vnum capitulum prouinciale, & ſucceſſiuè piæ memoriæ, Sixtus Papa IIII. etiam prædeceſſor noſter, aliquibus cauſis rationabilibus, & iuſtis, etiam voluerit, vt ſingulis trienuis, fratres Vltramontani dictæ obſeruãtiæ, duo tantum prouincialia capitula celebrare tenerentur, prout in literis deſuper confectis, quarum tenores pro expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Et deinde vicarius generalis prædictæ Vltramontanæ familiæ, cum ſuo generali capitulo, in feſto Pẽtecoſtes, anno milleſimo quingenteſimo decimo quarto, celebrato, prouide conſiderans, quod ſucceſſu temporis, in aliquibus prouincijs multæ ſunt inſtitutæ cuſtodiæ, quarum quælibet duo etiam, de trienoio in triennium, celebrat capitula cuſtodialia, ac in aliquibus alijs prouincijs, domus ſunt in magno numero multiplicatæ, quod ex celebratione aſſidua capitulorum huiuſmodi, graues expenſę, & magni cauſabantur fratrum diſcurſus, & ideo nec dum videbatur ſufficere, ſed etiam vtilius eſſe, vt vnum tantum capitulum prouinciale, de triennio in triennium, in prædictis prouincijs celebraretur, voluit, & capitulariter ordinauit, quod in prouincia Aragoniæ, & forſan in aliquibus alijs prouincijs ſingulis triennijs vnum prouinciale capitulum duntaxat celebraretur, ab aliquibus tamen de viribus ordinationis vicarij generalis huiuſmodi hæſitatur. Nos, qui etiam dum in minoribus conſtituti, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus fungeremur honore, ad ordinem, & fratres regularis obſeruantiæ huiuſmodi, ſpecialẽ dilectionem in Domino habuimus, & maiorem de præſenti habemus, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, te, & omnes alios fratres Minores obſeruantiæ Vltramontanæ huiuſmodi, vt in ſingulis, tam Aragoniæ, quam alijs prouincijs Vltramontanis huiuſmodi, prout tibi, & alijs vicarijs generalibus Vltramontanis, cum eorum capitulis generalibus, pro tempore celebrandis, viſum fuerit, quod dictarum prouinciarum fratres, vnum prouinciale capitulum, de triennio in triennium duntaxat, celebrare debeant, & teneantur, ſtatuimus, & ordinamus, ac decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, & alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Aprilis, milleſimo quingenteſimo decimo ſexto, Pont. noſtri, anno 4. *Vide in, fo. 99 nu. q.41.n.1.*

Bulla XXVIII.

S V M M A R I V M.

Concedit, quod feſtum S. Eliſabeth poſſit ſolemniter celebrari

Digitized by Google

lebrari, tempore cuiuſcunque interdicti, ſicut feſta ſanctorum ordinis fratrum Minorum.

LEo Papa X. vniuerſis, & ſingulis fratribus ordinis Minorum de obſeruantia, Ac Sanctę Claræ, & tertiæ regulæ, ſub cura eorundem fratrum degẽtibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ.

Cum aliàs nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, vobis, vt feſta Sanctorum Franciſci, & Antonij, ac S. Claræ, in Eccleſijs, & domibus veſtris, etiam tempore interdicti Eccleſiaſtici, Apoſtolica aothoritate appoſiti, publicè (excommunicatis, & interdictis excluſis) miſſas, & alia diuina officia celebrare, & celebrari facere poſſitis, indulſerint, ac per fœl. record. Alexandrum Sextum, & Iulium Secundum, etiam prædeceſſores noſtros, indultum huiuſmodi, ad Sanctorum Ludouici, Bernardini, Bonauenturæ, & quinque Martyrom feſta extenſum fuerit, deſideratis indultum ipſum, etiam ad feſtum Sanctæ Eliſabeth olim Vngariæ Reginæ, quæ poſt tertij dicti Seraphici Franciſci inſtitutionem, illius iugo inter primos humiliter ſe ſubmiſit, etiam extendi, vt tempore interdicti huiuſmodi, feſtum eius Sanctæ celebrari poſſit. Quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt huiuſmodi pro veſtro deſiderio annuere, ac aliàs in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ad dictũ ordinem, ſingularem gerimus deuotionem, veſtigijs prædeceſſorum noſtrorum adhærentes, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, vt in die iſtius glotioſæ Sanctæ Eliſabet, olim Reginæ Vngariæ, & per eius octauam, ſi tunc interdictum huiuſmodi appoſitum fuerit, in veſtris domibus, quẽadmodum in diebus Sanctorum Franciſci, Claræ, & Antonij, & per octauas poteſtis, miſſas, & alia diuina officia (excommunicatis, & interdictis excluſis) celebrare, ſeu celebrari facerè, liberè, & licitè poſſitis, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, ſtatuimus, & ordinamus, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Maij, 1518. Pontifica. noſtri anno 6.

Signum Benedicti Ioannis authoritate regia notarij publici Barchinone, teſtis, & ſignum Stephani Anticitriter, Apoſtolica, & regia authoritate notarij publici Barchinone, teſtis nos Laurentius de Borja presbyter in Eccleſia Barchinonenſi beneficiatus, atque in ſpiritualibus, & temporalibus, vicarius generalis reuerendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Diui Martini Garciæ, Dei, & Apoſtolicę ſedis gratia Barchinon. Epiſcopi, huic tranſumpto authoritatem noſtram interponimus, pariter, & decretum, ſignum mei Petri Mas authoritate regia, notarij publici Barchinone, qui tranſumpti huiuſmodi, à dicto ſuo originali fideliter ſumptum, & cum eodem ioridicè comprobatum, teſtificatũque, & decretum, vt ſupra patet, ſcribi feci, & vnà cum præfati reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, ſigilli appenſione ſignaui, & clauſi, die ſeptima menſis Auguſti, anno à Natiuitate Domini 1518. rogatus, & requiſitus.

Bulla XXIX.

Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Concedit, quod Eccleſia fratrum Minorum non poſſunt ſpecialiter interdici, niſi ipſi cauſam dederint interdicto, vel niſi ille, qui obtinuerit, vt interdicatur huiuſmodi Eccleſia, prouideat ſufficienter fratribus de rebus victui neceſſarijs.

DIlectis filijs, generali, ac vniuerſis, & ſingulis prouincialibus miniſtris, & fratribus ordinis Minorum fratrum de obſeruantia.

LEO PAPA X.

DIlecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſancta regula veſtra ſit, Domini noſtri Ieſu Chriſti Sacroſanctum Euangelium, in humilitate, & paupertate obſeruare, dignum, quin potius debitum reputamus, veſtris neceſſitatibus, quãtum cum Deo poſſumus, ſubuenire, præſertim, dum id, Regum Catholicorum expoſcit deuotio. Nuper ſiquidem relatione chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caroli, Romanorum, ac Hiſpaniarum, Regis Catholici, intelleximus ſępe numero contingere nonnullas Eccleſiaſticas perſonas, in Romana curia, vel extra eam litigantes, ac definitiuas ſententias, & executoriales literas deſuper obtinẽtes, aut aliàs gratias proſequentes, Eccleſias domorum veſtri ordinis Eccleſiaſtico ſupponi facere interdicto, etiam ſi Ciuitas, ſeu oppidum, in quo domos ipſa conſiſtit, minimè interdicatur, ex quo vos, qui ſoliũ ex fidelium eleemoſynis victum quæritis, non parum ſuſcipitis detrimentum, cum fideles ipſi, ad dictas Eccleſias, pro diuinis audiendis officijs, accedere non valentes, ab eorum conſuetis deuotionibus, & vobis fieri ſolitis eleemoſynis, retrahantur. Quare præfatus Carolus Rex, qui ob exemplarem veſtrum viuendi modum, ad ordinem prædictum ſingularem gerit deuotionis affectum, nobis ſupplicari fecit, vt neceſſitati veſtræ prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos huiuſmodi honeſtis ſupplicationibus inclinati vobis, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, Eccleſiæ domorum veſtri ordinis, ad cuiuſcumque perſonæ, etiã Cardinalatus honore, vel alia fulgentis dignitate, inſtantiam per auditores cauſarum ſacri Palatij, ſeu eorum loca tenentes, aut quoſcunque alios iudices, ſeu ordinaria, ac etiam niſi tota Ciuitas, vel oppidum, vbi domus huiuſmodi conſiſtit, Apoſtolicis authoritatibus, aut ex ſpeciali commiſſione, manu propria Pontificis ſignata, & in publica ſignatura propoſita, Eccleſiaſtico ſupponatur interdicto interdici non poſſint, ac quod in eis degentes fratres, ad ipſius interdicti obſeruationem minimè teneantur, nec propterea irregularitatis maculam, aut aliquas ſentẽtias, cenſuras, & pęnas, incurrere debeãt, quodque vobis (dummodo cauſam non dederitis interdicto huiuſmodi) vt ianuis apertis, & campanis pulſatis, miſſas, & alia diuina officia celebrare valeatis, niſi perſona ad cuius inſtantiam interdictũ fuerit appoſitum, in eiſdem domibus degentibus fratribus, de alimentis, & alijs victui neceſſarijs rebus competenter prouideri fecerit, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus, ac præſentes, per quaſcumque aliàs concedendas literas Apoſtolicas, nullatenus ſuſpenſas, reuocatas, ſeu alteratas cenſeri. Ac quia difficile foret, præſentes ad vnaqueq; loca deferre poſſe, quod eorum tranſumptis ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ac manu notarij publici ſubſcriptis, eadem fides in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus, ſi exhibitæ, vel oſtenſæ fuiſſent, adhiberetur, ac ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, actum fuerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus, nõ obſtan-

ſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ,apud Sanctum Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die 23. Iulij, 1519. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Declarat, quod indulgentiis Sanctæ Mariæ de Populo de vrbe,poſſint duntaxat gaudere fratres mendicantes, & moniales, ac Tertiarii, & eorum familiares, & inhibet ſub cenſuris,ne quis prædicet, aut dicat,quod prædictis indulgentiis poſſint gaudere ſæculares, viſitando quaſcunque Eccleſias extra prædictam de Populo de Vrbe.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris,& Filij,& Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuerſi hoc præſens publicũ tranſumptũ inſpecturi,lecturi,audituri,quod nos Balthaſar del Rio,prælatus familiaris Domini noſtri Papæ,Epiſcopus Stallenſis, Archidiaconus de Niebla, & canonicus in Eccleſia Hiſpalenſi,vidimus,& diligenter inſpeximus quoddam breue Apoſtolicum, ſub annulo Piſcatoris, cum cera rubea, duplici chordula pergaminea circundata,à tergo, & ab extrà, vt moris eſt,ſigillatum,tenoris infraſcripti. Leo Papa X. vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum per nos accepto,quod Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, aliqui ad Minorum, alij ad Eremitarum Sancti Auguſtini, alij ad Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum ordinis fratres, & domos, iuxta ipſorum vota, deuotionis effectum gerentes,illorũ ſingulis,nonnullas gratias,conceſſiones,indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores,immunitates, exemptiones, facultates,priuilegia,indulta,ac dona, tàm ſpiritualia,quàm temporalia, per diuerſas ipſorum prædeceſſorum literas, reſpectiuè conceſſerunt, Nos ad ſingulos ordines prædictos, ſingulaſque ipſorum ordinum domos, vbi religioſe viuitur,indifferenter,abſq; acceptione perſonarum, deuotionis affectum, æqua lance gerentes,omnes,& ſingulas gratias,& cõceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas,fauores,immunitates,exemptiones, facultates priuilegia,indulta,tàm ſpiritualia,quàm temporalia,qualiacunq; illa eſſent, quæ Prædicatorum,Minorum,Eremitarũ S. Auguſtini,Carmelitarum ſeruorum B. Mariæ,ac Minimorũ fratrum, in domib. & illorum Eccleſijs, oratorijs,ac Eccleſias ipſas,& oratoria ipſa,pro tempore viſitantibus,cuiuſcunq; ſtatus,aut ſexus,pro earum manutentione, & ornatu,contribuentibus,necnon domibus,& præſidentibus, non ſolum generalibus, ſed & Prouincialib. fratribuſq; & ſororibus,necnon monialibus,& cõuerſis oblatis, ac vtriuſq. ſexus perſonis, de pœnitentia,ſeu tertij habitus nuncupatis,à dictis prædeceſſoribus, aut à nobis ipſiſque ſucceſſoribus, aut aliàs authoritatem habentib.coniunctim, vel diuiſim,in genere,vel in ſpecie,conceſſa fuerunt,aut in poſterum concedentur, illa omnia, & ſingula ,ac ſi nominatim exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis tunc habentes, ſingulis ordinibus prædictis,illorumq, ſingulis Eccleſijs,oratorijs, ac Eccleſias, & oratoria viſitantib. cuiuſcunq; ſtatus,aut ſexus exiſterent,ſeu pro earum manutentione,& ornatu cõtribuentibus,necnon domibus,& cõuentualib. fratribus,etiam & ſororibus,ſiue monialibus,conuerſis quoq, & oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis,de pœnitentia nuncupatis,& alijs,ſingulorum ordinũ prædictorum,motu proprio,& ex mera noſtra ſciẽtia,& liberalitate,& de Apoſtolicę authoritatis plenitudine,communicauimus,illaq. omnia,& ſingula inter dictorum ordinum perſonas, pariformiter communia fuiſſe,& eſſe volumus,prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Et deinde, ſicut accepimus,nonnulli fratres dictorum ordinum,volentes ſapere pluſquam oportet,atque ad ipſorum nutum verba ipſa interpretantes,diuerſis,tam ſæcularibus,quàm etiam alijs perſonis,publicè,& priuatè ſuggeſſerunt, quod ipſi ſæculares viſitando vnã dictorum ordinum domum, omnes,& ſingulas indulgentias,& remiſſiones peccatorum,tam per dictos prædeceſſores noſtros, quàm per nos, domus B. Mariæ de Populo,de vrbe cõceſſas,conſequi poterant,perinde,ac ſi dictam domum S. Marię de Populo,viſitarent, quod præter ipſorum prædeceſſorum,& noſtram mentem,fuiſſe,& eſſe dignoſcitur. Attendentes igitur, quod indulgentia intuitu religionis conceſſa,ad ſæculares extendi nõ debet, volentes mentem dictorum prædeceſſorũ, & noſtrã declarare, & omnem ambiguitatem,& occaſionẽ tollere,motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia,volumus,& Apoſtolica authoritate declaramus,quod vniuerſi,& ſinguli dictorũ ordinum fratres, & moniales,tertijque ordinis, vtriuſq. ſexus, & familiares duntaxat,omnib.& ſingulis indulgẽtijs,& gratijs, per eoſdẽ prædeceſſores, & nos domui B. Mariæ de Populo de vrbe,vt præfertur,conceſſis,& cõcedendis, vtãtur,potiantur,& gaudeãt,ac vti,potiri,& gaudere poſſint quomodolibet in futurũ,perinde, ac ſi ipſi dictã domum B. Mariæ de Populo, his dieb.& feſtiuitatibus,quibus indulgentię huiuſmodi conceſſę forent dignoſcũtur, perſonaliter viſitarent,quodq. vigore prædictarum literarũ,ſęculares,gratijs,& indulgentijs huiuſmodi,vti,& gaudere non poſſint. Inhibentes nihilominus,in virtute ſanctæ obedientiæ,& ſub excõicationis latæ ſententiæ pęna,eo ipſo,per contrafacientes incurrenda,omnib.& ſingulis fratribus, cuiuſcunq. ordinis exiſtẽtib.& quibuſlibet alijs perſonis,ne deinceps, indulgentijs,& gratijs huiuſmodi S. Mariæ de Populo, de vrbe, ad ſeculares extendi prædicent, aut publicè,vel priuatè nuncient. Non obſtantib. præmiſſis,aut quibuſuis alijs literis Apoſtolicis, priuilegijs quoq.& indulgentijs,dictis ordinibus conceſſis, quæ quo ad præmiſſa, reuocamus, caſſamus,& annullamus,cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Volumus autem, & authoritate Apoſtolica decernimus, quod præſentium tranſumptis,manu notarij publici ſignatis,& alicuius prælati,aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę ſigillo munitis,ea prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes originales literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ,apud S. Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die 10. Decemb. Pontifi. noſtri, anno 7.

Quibus quidem literis diligenter inſpectis,ad requiſitionem venerãdi patris, fratris Martini de Garibai Hiſpani,ordinis Minorum,regularis obſeruãtiæ,eorundẽ Vltramontanorũ fratrum,in Romana curia vicecommiſſarij, per notarium publicum infraſcriptum,ipſas tranſumi,atq. in publicam formã redigi mãdauimus,decernentes,& volẽtes, vt huic præſenti tranſumpto publico,plena fides deinceps adhibeatur, vbilibet in locis omnibus, & ſingulis, quibus fuerit oportunum, ipſumq. tranſumptum fidẽ faciat,ac illi ſtetur, ac ſi originales literæ ipſæ apparerent,quibus omnibus,& ſingulis,noſtrã authoritatem interpoſuimus, atque decretum, & ad ampliorem euidentiam præmiſſorum, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Actum Romæ,

Digitized by Google

Romæ, ſub ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate milleſimo quingénteſimo vigeſimo, indictione octaua, die vero 30. menſis Ianuarij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Leonis, Diuina prouidentia, Papæ X. anno 7. præſentibus ibidem, Melchiore del Rio, & Sebaſtiano de Reina, clericis Hiſpalenſibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, atque rogatis. Ita eſt, B. Epiſcopus Seslenſis, manu propria, & ego Fortunius Sanctij de Iraeta, clericus Pampilonenſis, Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Rotæ, qui dictarum literarum Apoſtolicarum, in forma breuis præſentationi, viſioni, & decreto, omnibuſque alijs, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus, præſens interfui, ea quæ ſic fieri vidi, & audiui, & in notá rogatus ſumpſi, ideò præſens publicum inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum ſubſcripſi, & publicaui, & in hanc publicam formá redegi, ſignoque, & nomine meis ſolitis, & conſuetis, vna cum præfati Domini Epiſcopi ſigilli appenſione ſignaui, in fidem omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus. Fortunius Sanctij de Iraeta publicus, Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus notarius.

Bulla XXXI.

SVMMARIVM.

Ordinat, quod fratres Minores obſeruantia habeant in proceſſionibus, & alijs actibus publicis, eundem locum, quem conuentuales eiuſdem ordinis, tenere cōſueuerant antequam ab eis auferretur dignitas miniſteriatus.

Vide in 3. to.99. reg. 9.37. ar.4.

CHriſtophorus de Forliuio, miſeratione diuina, tituli S. Mariæ de Aracæli, S. Romanæ Ecclesiæ presbyter Cardinalis vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter, & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, & atteſtamur, qualiter nos habuimus, vidimus, & diligenter inſpeximus, quaſdam literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, diuina prouidentia, Papæ Decimi, in forma breuis, annulo piſcatoris ſigillatas, ſanas, & integras, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes inuenimus, quarum tenor ſequitur, & eſt talis. Leo Papa Decimus, ad perpetuá rei memoriam. Etſi pro iniunctæ nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio, de ſingulorum Chriſti fideliú pace, & quiete, continua ſumus attétione ſoliciti, illorum tamé propenſo, & cura nos vrget, quorum ſtatus diſſenſionibus, & controuerſijs ſine Diuinæ maieſtatis offenſa, & religionis nota, regularibuſque diſciplinæ contéptu, agitari non poteſt. Sanè accepimus, quod ab eo tempore citrà, quo dilectis filijs fratribus ordinis Minorum fratrum de obſeruantia nuncupatis, pro eo, quod ad eos tam multo maior pars mébrorum, & ſuppoſitorum, ordinis Minorum S. Frácisci, actualiter fuerat conuerſa, miniſtrum illis generalem, de ſua portione ſemper eligendum, conceſſerimus, in eos iuriſdictionem ordinis Minorú, in capitulo generaliſſimo, ordinis Minorum, tépore generalis concilij Lateranenſis, tranſtulerimus, prout olim, cú aliqua minor portio eorumdem fratrum, ad obſeruantiam inclinaſſent, vniuerſalis Eccleſia in concilio Conſtantienſi, vicarium ipſi portioni minorum familiæ núcupatæ, vt regulæ purius inſiſterent, conceſſit, inter eos quoq; obſeruantes, & conuentuales fratres Minores, in eodem capitulo generaliſſimo, eorundem fratrum concordiam, ad plenum conſtituerimus, literis noſtris deſuper editis, & promulgatis, deinde vero cú peccata omnia, ad Dei gratiam crederimus inimico ſuperſeminante zizaniam, inter eoſdem fratres obſeruantes, in capite eiuſdem ordinis conſtitutos, & dilectos filios ordinis Eremitarum S. Auguſtini, tam conuentuales, quam etiá de obſeruantia, & nónullos alios fratres ordinum Mendicantiú, ſuper modo, & ordine, in proceſſionibus, & funeralibus, & alijs actibus publicis, incedendi, & digniori loco ibi obtinendo, variæ contentiones, & controuerſiæ, in diuerſis múdi partibus ſint exortæ, cauſaq; inter ipſos, ſuper his in Romana curia, etiá coram ipſorum protectorib. ſeu vice protectorib. de noſtro ſpeciali mádato, pendeat indeciſa, cum eorú animarú periculo, & ſcandalo plurimorú. Nos igitur volentes huiuſmodi litibus, quæ non abſq; eorundem fratrum nota, diutiua tolerari poſſunt finem imponere, & ſcandalorú occaſiones, quę exinde oriri poſſe de facili formidatur, de medio ſubmouere motu proprio, non ad ipſorum fratrú, vel alicuius eorú, ſeu alterius pro eis nobis ſuper ijs, petitionis inſtantiá, ſed de mera noſtra deliberatione, & ex certa ſcientia cauſæ, & cauſarú huiuſmodi ſtatus, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſq; ad nos, harum ſerie auocantes, & lites in quacunque inſtantia deſuper pendentes vbilibet indeciſas, penitus extinguétes, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod de cętero, in omnib. & ſingulis proceſſionib, & funeralibus, & alijs publicis actibus quibuſcunque, ſuper dicto incedendi, & ſtandi ordine, & digniori loco tenendo, inter dictos Minores de obſeruantia, quos omnibus, & ſingulis prærogatiuis, quibus eiuſdem ordinis cóuentuales fratres, vti, & gaudere ſoliti erát, in ſingulis ciuitatib. & locis, vti, & gaudere volumus, & Eremitarum S. Auguſtini, ac alios ordinú médicantiú fratres, idé ordo ſeruari debeat, qui ante tranſlationé miniſtri generalis minorum huiuſmodi, ad obſeruantes, inter eoſdé Eremitanos S. Auguſtini, ac alios ordinum Mendicantium fratres, & ipſos conuentuales Minores, ſiue in vrbe, ſiue in aliis locis, vel terris, citra, & vltra móntes conſtitutis obſeruari conſueuerat: in locis aút, vbi conuentuales ipſi minores, nunquam fuerunt, ſed ſoli obſeruantes, inter eoſdem obſeruantes minores huiuſmodi, ac alios mendicantes prædictos, hunc ordinem ſeruari præcipimus, & mandamus, quod minores obſeruantes huiuſmodi, antiquum ſemper locum, quem ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus tenere alibi hactenus conſueuit, niſi cóſuetudo antiquitus approbata, & legitimè obſeruata ſecus habeat; minores vero fratres obſeruantes, & cóuentuales, iuxta literas noſtras, inter eos per nos editas, quæ bulla concordiæ nuncupatur, penitus incedere teneantur, nullaq. deinceps inter eos querela, de huiuſmodi vanitate proceſſionis, audiatur, ſed ſint ſicut decet, Dei miniſtri, ſe inuicem honore, & charitate præuenientes, & terminis à ſede Apoſtolica illis aſſignatis, in pace, gaudio, & concordia fruantur, & ſe perpetuo contineant. Et ex núc, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate noſtra, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca, venerabilibus fratrib. vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & in illorum abſentia, eorú vicarijs, in ſpiritualib. generalibus, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, vt eorum qoilibet, in eorum ciuitatibus, & diœceſibus, quotiens ſuper hoc, pro parte dictorum fratrum, vel aliquorum ex eis, fuerint requiſiti, præſentes literas publicent, faciantq. eas authoritate noſtra, ab omnibus ſupradictis, inuiolabiliter obſeruari, non parentes per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia quæuis

ſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Iulij, 1519. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Declarat, quod indulgentiis Sanctæ Mariæ de Populo de vrbe, poſſint duntaxat guadere fratres mendicantes, & moniales, ac Tertiarii, & eorum familiares, & inhibet ſub cenſuris, ne quis prædicet, aut dicat, quod prædictis indulgentiis poſſint gaudere ſæculares, viſitando quaſcunque Eccleſias extra prædictam de Populo de Vrbe.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Ameq. Nouerint vniuerſi hoc præſens publicũ tranſumptũ inſpecturi, lecturi, audituri, quod nos Balthaſar del Rio, prælatus familiaris Domini noſtri Papæ, Epiſcopus Stalenſis, Archidiaconus de Niebla, & canonicus in Eccleſia Hiſpalenſi, vidimus, & diligenter inſpeximus quoddam breue Apoſtolicum, ſub annulo Piſcatoris, cum cera rubea, duplici chordula pergaminea circundata, à tergo, & ab extrà, vt moris eſt, ſigillatum, tenoris infraſcripti. Leo Papa X. vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum per nos accepto, quod Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, aliqui ad Minorum, alij ad Eremitarum Sancti Auguſtini, alij ad Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, reliqui ad Prædicatorum ordinis fratres, & domos, iuxta ipſorum vota, deuotionis effectum gerentes, illorũ ſingulis, nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, ac dona, tàm ſpiritualia, quàm temporalia, per diuerſas ipſorum prædeceſſorum literas, reſpectiuè conceſſerunt. Nos ad ſingulos ordines prædictos, ſingulaſque ipſorum ordinum domos, vbi religioſe viuitur, indifferenter, abſq; acceptione perſonarum, deuotionis affectum, æqua lance gerentes, omnes, & ſingulas gratias, & cõceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates priuilegia, indulta, tàm ſpiritualia, quàm temporalia, qualiacunq; illa eſſent, quæ Prædicatorum, Minorum, Eremitarũ S. Auguſtini, Carmelitarum ſeruorum B. Mariæ, ac Minimorũ fratrum, in domib. & illorum Eccleſijs, oratorijs, ac Eccleſias ipſas, & oratoria ipſa, pro tempore viſitantibus, cuiuſcunq; ſtatus, aut ſexus, pro earum manutentione, & ornatu, contribuentibus, necnon domibus, & præſidentibus, non ſolum generalibus, ſed & Prouincialib. fratribuſq; & ſororibus, necnon monialibus, & cõuerſis oblatis, ac vtriuſq. ſexus perſonis, de pœnitentia, ſeu tertij habitus nuncupatis, à dictis prædeceſſoribus, aut à nobis ipſiſque ſucceſſoribus, aut aliàs authoritatem habentib. coniunctim, vel diuiſim, in genere, vel in ſpecie, conceſſa fuerunt, aut in poſterum concedentur, illa omnia, & ſingula, ac ſi nominatim exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis tunc habentes, ſingulis ordinibus prædictis, illorumq; ſingulis Eccleſijs, oratorijs, ac Eccleſias, & oratoria viſitantib. cuiuſcunq; ſtatus, aut ſexus exiſterent, ſeu pro earum manutentione, & ornatu cõtribuentibus, necnon domibus, & cõuentualib. fratribus, etiam & ſororibus, ſiue monialibus, conuerſis quoq. & oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis, de pœnitentia nuncupatis, & alijs, ſingulorum ordinũ prædictorum, motu proprio, & ex mera noſtra ſciẽtia, & liberalitate, & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, communicauimus, illaq. omnia, & ſingula inter dictorum ordinum perſonas, pariformiter communia fuiſſe, & eſſe volumus, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Et deinde, ſicut accepimus, nonnulli fratres dictorum ordinum, volentes ſapere pluſquam oportet, atque ad ipſorum nutum verba ipſa interpretantes, diuerſis, tam ſæcularibus, quàm etiam alijs perſonis, publicè, & priuatè ſuggeſſerunt, quod ipſi ſæculares viſitando vnã dictorum ordinum domum, omnes, & ſingulas indulgentias, & remiſſiones peccatorum, tam per dictos prædeceſſores noſtros, quàm per nos, domui B. Mariæ de Populo, de vrbe cõceſſas, conſequi poterant, perinde, ac ſi dictam domum S. Mariæ de Populo, viſitarent, quod præter ipſorum prædeceſſorum, & noſtram mentem, fuiſſe, & eſſe dignoſcitur. Attendentes igitur, quod indulgentia intuitu religionis conceſſa, ad ſæculares extendi nõ debet, volentes mentem dictorum prædeceſſorũ, & noſtrã declarare, & omnem ambiguitatem, & occaſionẽ tollere, motu proprio, & ex certa noſtra ſciẽtia, volumus, & Apoſtolica authoritate declaramus, quod vniuerſi, & ſinguli dictorũ ordinum fratres, & moniales, tertijque ordinis, vtriuſq. ſexus, & familiares duntaxat, omnib. & ſingulis indulgẽtijs, & gratijs, per eoſdẽ prædeceſſores, & nos domui B. Mariæ de Populo de vrbe, vt præfertur, conceſſis, & cõcedendis, vtãtur, potiantur, & gaudeãt, ac vti, potiri, & gaudere poſſint quomodolibet in futurũ, perinde, ac ſi ipſi dictã domum B. Mariæ de Populo, his dieb. & feſtiuitatibus, quibus indulgentiæ huiuſmodi conceſſæ forent dignoſcũtur, perſonaliter viſitarent, quodq. vigore prædictarum literarũ, ſæculares, gratijs, & indulgentijs huiuſmodi, vti, & gaudere non poſſint. Inhibentes nihilominus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excõicationis latæ ſententiæ pœna, eo ipſo, per contrafacientes incurrenda, omnib. & ſingulis fratribus, cuiuſcunq. ordinis exiſtẽtib. & quibuſlibet alijs perſonis, ne deinceps, indulgentijs, & gratijs huiuſmodi S. Mariæ de Populo, de vrbe, ad ſeculares extendi prædicent, aut publicè, vel priuatè nuncient. Non obſtantib. præmiſſis, aut quibuſuis alijs literis Apoſtolicis, priuilegijs quoq. & indulgentijs, dictis ordinibus conceſſis, quæ quo ad præmiſſa, reuocamus, caſſamus, & annullamus, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Volumus autem, & authoritate Apoſtolica decernimus, quod præſentium tranſumptis, manu notarij publici ſignatis, & alicuius prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, ea prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes originales literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Decemb. Pontifi. noſtri, anno 7.

Quibus quidem literis diligenter inſpectis, ad requiſitionem venerãdi patris, fratris Martini de Garibai Hiſpani, ordinis Minorum, regularis obſeruãtiæ, eorundẽ Vltramontanorũ fratrum, in Romana curia vicecommiſſarij, per notarium publicum infraſcriptum, ipſas tranſumi, atq. in publicam formã redigi mãdauimus, decernentes, & volẽtes, vt huic præſenti tranſumpto publico, plena fides deinceps adhibeatur, vbilibet in locis omnibus, & ſingulis, quibus fuerit oportunum, ipſumq. tranſumptum fidẽ faciat, ac illi ſtetur, ac ſi originales literæ ipſæ apparerent, quibus omnibus, & ſingulis, noſtrã authoritatem interpoſuimus, atque decretum, & ad ampliorem euidentiam præmiſſorum, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Actum

Romæ,

Digitized by Google

Romæ, ſub ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate milleſimo quingẽteſimo vigeſimo, indictione octaua, die vero 30. menſis Ianuarij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri Domini Leonis, Diuina pronidentia, Papæ X. anno 7. præſentibus ibidem, Melchiore del Rio, & Sebaſtiano de Reina, clericis Hiſpalenſibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter, atque rogatis. Ita eſt, B. Epiſcopus Scalenſis, manu propria, & ego Fortunius Sanctij de Iracta, clericus Pampilonenſis, Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum Rotæ, qui dictarum literarum Apoſtolicarum, io forma breuis præſentationi, viſioni, & decreto, omnibuſque alijs, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur, fierent, & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus, præſens interfui, ea quæ ſic fieri vidi, & audiui, & in notã rogatus ſumpſi, ideò præſens publicum inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum ſubſcripſi, & publicaui, & in hanc publicam formã redegi, ſignoque, & nomine meis ſolitis. & conſuetis, vna cum præfati Domini Epiſcopi ſigilli appenſione ſignaui, in fidem omnium, & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus. Fortunius Sanctij de Iraeta publicus, Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus notarius.

Bulla XXXI.

SVMMARIVM.

Ordinat, quod fratres Minores obſeruantiæ habeant in proceſſionibus, & alijs actibus publicis, eundem locum, quem conuentuales eiuſdem ordinis, tenere cõſueuerant antequam ab eis auferretur dignitas miniſteriatus.

CHriſtophorus de Ferliuio, miſeratione diuina, tituli S. Mariæ de Aracæli, S. Romanæ Ec-
Vide in 3. to. qq. reg. 9. 17. ar. 4. cleſiæ presbyter Cardinalis vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter, & auditurìs, ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus, & atteſtamur, qualiter nos habuimus, vidimus, & diligenter inſpeximus, quaſdam literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, diuina prouidentia, Papæ Decimi, in forma breuis, annulo piſcatoris ſigillatas, ſanas, & integras, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpicione carentes inuenimus, quarum tenor ſequitur, & eſt talis. Leo Papa Decimus, ad perpetuã rei memoriam. Etſi pro iniunctæ nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio, de ſingulorum Chriſti fideliũ pace, & quiete, continua ſumus attẽtione ſoliciti, illorum tamẽ propenſo, & cura nos vrget, quorum ſtatus diſſenſionibus, & controuerſijs ſine Diuinæ maieſtatis offenſa, & religionis nota, regularibuſque diſciplinæ contẽptu, agitari non poteſt. Sanè accepimus, quod ab eo tempore citrà, quo dilectis filijs fratribus ordinis Minorum fratrum de obſeruantia nuncupatis, pro eo, quod ad eos tam multo maior pars mẽbrorum, & ſuppoſitorum, ordinis Minorum S. Frãciſci, actualiter fuerat conuerſa, miniſtrum illis generalem, de ſua portione ſemper eligendum, conceſſerimus, in eos iuriſdictionem ordinis Minorũ, in capitulo generaliſſimo, ordinis Minorum, tẽpore generalis concilij Lateranenſis, tranſtulerimus, prout olim, cũ aliqua minor portio eorumdem fratrum, ad obſeruantiam inclinaſſent, vniuerſalis Eccleſia in concilio Conſtantienſi, vicarium ipſi portioni minorum familiæ nũcupatæ, vt regulæ purius inſiſterent, conceſſit, inter eos quoq; obſeruantes, & conuentuales fratres Minores, in eodem capitulo generaliſſimo, eorundem fratrum concordiam, ad plenum conſtituerimus, literis noſtris deſuper editis, & promulgatis, deinde vero cũ peccata omnia, ad Dei gratiam crederimus inimico ſuperſeminante zizaniam, inter eoſdem fratres obſeruantes, in capite eiuſdem ordinis conſtitutos, & dilectos filios ordinis Eremitarum S. Auguſtini, tam conuentuales, quam etiã de obſeruantia, & nõnullos alios fratres ordinum Mendicantiũ, ſuper modo, & ordine, in proceſſionibus, & funeralibus, & alijs actibus publicis, incedendi, & digniori loco ibi obtinendo, variæ contentiones, & controuerſiæ, in diuerſis mũdi partibus ſint exortæ, cauſaq; inter ipſos, ſuper his in Romana curia, etiã coram ipſorum protectorib. ſeu vice protectorib. de noſtro ſpeciali mãdato, pendeat indeciſa, cum eorũ animarũ periculo, & ſcandalo plurimorũ. Nos igitur volentes huiuſmodi litibus, quæ non abſq; eorundem fratrum nota, diutius tolerari poſſunt finem imponere, & ſcandalorũ occaſiones, quę exinde oriri poſſe de facili formidatur, de medio ſubmouere motu proprio, non ad ipſorum fratrũ, vel alicuius eorũ, ſeu alterius pro eis nobis ſuper ijs, petitionis inſtantiã, ſed de mera noſtra deliberatione, & ex certa ſcientia cauſæ, & cauſarũ huiuſmodi ſtatus, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, illaſq; ad nos, harum ſerie auocantes, & lites in quacunque inſtantia deſuper pendentes vbilibet indeciſas, penitus extinguẽtes, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, & ordinamus, quod de cetero, in omnib. & ſingulis proceſſionib, & funeralibus, & alijs publicis actibus quibuſcunque, ſuper dicto incedendi, & ſtandi ordine, & digniori loco tenendo, inter dictos Minores de obſeruantia, quos omnibus. & ſingulis prærogatiuis, quibus eiuſdem ordinis cõuentuales fratres, vti, & gaudere ſoliti erãt, in ſingulis ciuitatib. & locis, vti, & gaudere volumus, & Eremitarum S. Auguſtini, ac alios ordinũ mẽdicantiũ fratres, idẽ ordo ſeruari debeat, qui ante tranſlationẽ miniſtri generalis minorum huiuſmodi, ad obſeruantes, inter eoſdẽ Eremitanos S. Auguſtini, ac alios ordinum Mendicantium fratres, & ipſos conuentuales Minores, ſiue in vrbe, ſiue in aliis locis, vel terris, citra, & vltra mõtes conſtitutis obſeruari conſueuerat: in locis aũt, vbi conuentuales ipſi minores, nunquam fuerunt, ſed ſoli obſeruantes, inter eoſdem obſeruantes minores huioſmodi, ac alios mendicantes prædictos, hunc ordinem ſeruari præcipimus, & mandamus, quod minores obſeruantes huiuſmodi, antiquum ſemper locum, quem ordo S. Franciſci in ſimilibus actibus tenere alibi hactenus conſueuit, niſi cõſuetudo antiquitus approbata, & legitimè obſeruata ſecus habeat: minores vero fratres obſeruantes, & cõuentuales, iuxta literas noſtras, inter eos per nos editas. quæ bulla concordiæ nuncupatur, penitus incedere teneantur, nullaq. deinceps inter eos quęrela, de huiuſmodi vanitate proceſſionis, audiatur, ſed ſint ſicut decet, Dei miniſtri, ſe inuicem honore, & charitate præuenientes, & terminis à ſede Apoſtolica illis aſſignatis, in pace, gaudio, & concordia fruantur, & ſe perpetuo contineant. Et ex nũc, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate noſtra, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocirca, venerabilibus fratrib. vniuerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & in illorum abſentia, eorũ vicarijs, in ſpiritualib. generalibus, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, vt eorum quilibet, in eorum ciuitatibus, & diœceſibus, quotiens ſuper hoc, pro parte dictorum fratrum, vel aliquorum ex eis, fuerint requiſiti, præſentes literas publicent, faciantq. eas authoritate noſtra, ab omnibus ſupradictis, inuiolabiliter obſeruari, non parentes per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia quæ-

uia nportuna remedia, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo. Non obſtantibus à nobis, quiſuſcunque etiam in forma breuis hactenus emanatis literis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, & alijs conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis cõtrarijs quibuſcunque, aut ſi alicui communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit, per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæq; loca deferri volumus, quod earum tranſumpto, manu publici notarij ſubſcriptione, & alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, ſigilli appenſione munito, ea vbique fides adhibeatur indubia, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, vbicumque forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sãctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima, Ianuarij 1521. Pont. noſtri, anno 8.

Quibus quidem diligenter inſpectis, ad requiſitionem reuerendi patris, fratris Martini de Garibai, ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, in Romana curia commiſſarij Vltramontani, per notarium infraſcriptum, ipſas ſubſcribi, & publicari, ac exemplari, & in publicũ tranſumpti formam redigi, & tranſumi mandauimus, decernẽtes, & volentes, vt huic tranſumpto publico, ſiue exemplo plena fides deinceps adhibeatur, vbilibet in locis omnibus, & ſingulis, quibus fuerit oportunum, ipſumque tranſumptum fidem faciat, & illi ſtetur, ac ſi originales ipſæ literæ apparerent. Quibus omnibus, & ſingulis, authoritatem noſtram interponimus, & decretum, & ad ampliorum euidentiã præmiſſorum, ſigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum. Datum & actum Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini, 1521. indictione nona, die vero decimanona menſis Aprilis, Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Leonis, diuina prouidentia Papæ Decimi, anno nono, præſentibus ibidem, diſcretis viris Dominis, Manfredo de Corrigia, & Petro Michaelis, clericis Regionenſis, & Eluenſis diœceſis familiaribus eiuſdem reuerendiſſimi Domini Cardinalis, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis. Et ego Fortunus Sanctij de Iraeta, clericus Pampilonenſis diœceſis publicis, Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus notarius, ac ſacri Palatij Apoſtolici cauſarum, quia præmiſſis omnibus, & ſingulis, dum ſic, vt præmittitur fierent, & agerentur, vna cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque ſic fieri vidi, & audiui, & in notam ſumpſi, ex qua præſens publicum inſtrumentum, manu alterius fideliter ſcriptum ſubſcripſi, & publicaui, ſignoque, & nomine meis ſolitis, & conſuetis, vna cũ præfati Domini reuerẽdiſſimi Cardinalis, ſigilli appẽſione ſignaui in fidẽ præmiſſorum rogatus, & requiſitus.

Pro Ordine Prædicatorum.

Bulla XXXII.

SVMMARIVM.

Ordinat, quod omnes fratres ordinis prædicatorum, quoſcunque exemptiones habentes, niſi habuerint proprias Eccleſias parochiales, vel earum perpetuas vicarias, illis actualiter deſeruiendo, ſint ſubiecti ſuperioribus illius ordinis.

LEO PAPA X.

VNiuerſis, & ſingulis domorum, ac prouinciarum præſidentibus, ordinis Prædicatorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Intelleximus, non ſine graui animi noſtri diſplicentia, quod multi veſtri ordinis profeſſores, conceſſis ſibi à ſede Apoſtolica diſpenſationibus, per quas eis indulgetur, vt beneficium Eccleſiaſticum ſeculare coratum (ſi ſibi aliàs canonicè conferatur) recipere, & retinere, & interim alicui beneficio Eccleſiaſtico, cum cura, vel ſine cura, de illius rectoris conſenſu, deſeruire poſſint, nequiter abutentes, exigua paſſim mercede conducti, & quanquam gratis ſeruitijs huiuſmodi inuoluuntur, & eo prætextu quaſi à veſtra lege ſoluti, per laicorum hoſpitia, & ſæculares circulos vagi, & palantes, tota die diſcurrunt, & huiuſmodi licentia freti, ea committere non verentur, quæ in diuinæ cedunt maieſtatis offenſam, eorumque animarum exitium, religionis opprobriũ, pernicioſumque quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum, & cum vos, repræhẽdere eos, aut corrigere ſtruitis, diſpenſationum prædictarum vigore, ſe à veſtra iuriſdictione, & ſuperioritate eſſe aſſerentes prorſus exemptos, mandatis veſtris, non ſolum parere contemnunt, ſed etiam per locorum ordinarios, aut alios ſibi in diſpenſationum huiuſmodi literis, executores deputatos, per cenſuras, & alias pœnas, contra vos procedi procurant. Sicque per impunitatis audaciam euadũt quotidiè nequiores. Nos igitur ſemper his oportune prouidere volentes, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, diſpenſationes, & indulta quæcunque quibuſuis veſtri ordinis profeſſoribus, per nos, & ſedem prædictam conceſſa hactenus, & in poſterũ concedenda, illis ex eiſdem profeſſoribus ſuffragari dontaxat, qui proprias obtinent parochiales Eccleſias, vel earũ perpetuas vicarias, & illis actualiter deſeruiunt in diuinis prædicationis officiom, & alia, quæ ad illarum parochianorum animarum curam pertinent, honeſtè, & laudabiliter exercendo, reliquos vero omnes, quibuſuis videantur, à dicta ſede priuilegijs exemptionibuſque ſuffulti, vti donec ipſis, Eccleſiæ, aut beneficia ad quæ diſpenſationes obtentæ ſe extendunt, canonicè ſint collata, in domibus dicti ordinis, ſub illorum ſuperiorum obedientia, ſecundum morem dicti ordinis degatur, quod veſtris, ac aliorum ſuperiorum huiuſmodi, præceptis ſalutaribus, ſe conforment, cogi, & cõpelli debere. Quocirca diſcretioni veſtræ, per hæc ſcripta committimus, & mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios omnes, & ſingulos dicti ordinis profeſſores, extra eiuſdem ordinis domos, prætextu diſpenſationum, & indultorum Apoſtolicorum, nunc, & pro tempore degentes, & proprias Eccleſias, aut earum perpetuas vicarias, vt præmittitur non obtinentes, authoritate noſtra, quã habetis, vel ſi opus eſt, noſtra moneatis, vt infra triduum ad domos veſtri ordinis reuertantur, & contra eos, qui monitioni huiuſmodi, non paruerint cum effectu, tanquam contra apoſtatas, & fugitiuos, per cẽſuram Eccleſiaſticam, & alia etiam iuxta regularia dicti ordinis inſtituta, conſueta remedia, appellatiooe quauis omninò poſtpoſita procedatis, inuocato etiã ad hoc, quoties opus fuerit, auxilio bracbij ſæcularis. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis literis, diſpenſationib. exemptionibus, & indultis Apoſtolicis, quaſcunque, etiam derogatoriarum derogatorias, aliaſque fortiores, efficaciores, & inſolitas clauſulas, irritantiaque decreta in ſe continentibus, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſis, & concedendis, quibus omnibus, & illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Ro-

Vide alia quæ in 1. to. 99. reg. 9. 34. 35. & 36.

Romæ, apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima prima Julij, 1515. Pontificatus noſtri, anno tertio.

Bulla XXXIII.

SVMMARIVM.

Dat fratribus ordinis Prædicatorum, & eorum domibus ampliſſimam communicationem omnium priuilegiorum conceſſorum, & concedendorum alijs ordinibus fratrum mendicantium, cum magis non obſtantijs.

LEO PAPA X.

Vide in 1. n.99. regu. 9.11.

VNiuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus cuiuſcunque gradus, conditionis, dignitatis, præeminentiæque fuerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum inter cæteros operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth, vocati ſunt ordo Prædicatorum, magnos, & probitatis, & doctrinæ, & animarum ſalutis fructus, ſemper olim attulerit, quotidieque afferre cernatur, deceatque, vt etiam in hac vita, pro tot ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſque laboribus, ab Apoſtolica ſede, cuius, noſtris quoque periculoſis temporibus, pacem, & dignitatem, ordo idem fortiter tutatus eſt, ſpiritualia ſubſidia, ornamentaque accipiat, quibus, & ſancta ſua officia facilius, atque expeditius exequatur, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſq; alijs exemplo benignitatis promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur, idcirco prædeceſſorum noſtrorum veſtigia conſectati, qui plurima eidem ordini beneficia, ac priuilegia contulerunt, omnes, & ſingulas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, facultates, priuilegia, indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia qualiacunque illa ſint, quæ Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, Carmelitarum, ſeruorum Beatæ Mariæ, ac Minorum fratrum ordinis, & illorũ Eccleſijs, oratorijs, ac Eccleſias ipſas, & oratoria viſitantibus, cuiuſcunque ſtatus, aut ſexus exiſtant, ſeu pro earum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, ac præſidentibus, non ſolum generalibus, ſed etiam Prouincialibus, & conuentualibus, fratribuſque, & ſororib. necnon monialibus, & conuerſis, oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis, de pœnitentia, ſeu tertij habitus nuncupatis, à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, aut à nobis noſtriſque ſucceſſoribus, aut alijs authoritatem habentib. coniunctim vel diuiſim, in genere, vel in ſpecie, conceſſa ſunt, aut in poſterum concedentur, illa omnia, & ſingula, ac ſi nominatim exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, dicto ordini Prædicatorum, & illius Eccleſijs, oratorijs, ac Eccleſias, & oratoria viſitantibus, cuiuſcunque ſtatus, aut ſexus exiſtant, ſeu pro eorum manutentione, & ornatu contribuentibus, necnon domibus, magiſtroque Generali, Prouincialibus, & conuentualib. fratribus etiam, & ſororibus, ſiue monialibus, conuerſis quoque, & oblatis, ac vtriuſque ſexus perſonis, de pœnitẽtia nominatis, & alijs eiuſdem ordinis perſonis, motu proprio, nõ ad alicuius ſuper hoc, oblatæ nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra ſcientia, & liberalitate, & de Apoſtolicæ authoritatis plenitudine, communicamus, de nouoque concedimus, & ſuffragari volumus, ac ſi eiſdem nominatim directè, & expreſſè conceſſa fuiſſent, aut in poſterum concederentur, mandãtes motu, & ſcientia, liberalitate, & authoritate prædictis, vt dum indulgentiarum, prærogatiuarum, fauorum conceſſionum, exemptionum, immunitatũ, facultatum, priuilegiorum, & indultorum prædictorum fratrum, & ordinum, aut originales literæ, aut tranſumpta authentica, ex illis pro, & in fauorem Eccleſiarum, ac Eccleſias ipſas viſitantium, domorum, fratrum, & vtriuſque ſexus perſonarum ordinis Prædicatorum, adducta, vel exhibita fuerint, eadem illis fides indubia, tam in iudicio, quàm extra, & alijs locis, vbicunque opus fuerit, habeatur, ac ſi pro, & in fauorem dicti ordinis Prædicatorũ à ſede Apoſtolica emanaſſent, ac eiſdem immediatè conceſſa, aut indulta fuiſſent. Non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, ſuſpenſionibus, reuocationib. & reſtrictionibus, ſiue conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon in prouincialibus, & ſynodalib. concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus, & quorumcunque legatorum, etiam à latere, in quibuſuis regnis, prouincijs, aut locis conſtitutionibus Pariſienſibuſque, & aliorum locorum generalium ſtudiorum vniuerſitatibus, & curiæ vicegerẽtiæ Auenionenſis, & quibuſuis ordinarijs prælatis, ac perſonis conceſſis, & concedendis literis, priuilegijs, ac per illas deputatis in eis conſeruatoribus priuilegiorum huiuſmodi facultatibus, & iuriſdictione, nec non regulis cancellariæ Apoſtolicæ, iam editis aut forte edendis in futurum, Eccleſiarum quoq;, & locorum quorumlibet ſtatutis, & conſuetudinibus, & inter quoſcunque dicti ordinis profeſſores, ac locorum ordinarios, ſeu rectores initis, & conclusis, ac hactenus obſeruatis, pactis, & conuentionibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, necnon omnibus illis, quæ prædeceſſores noſtri Romani Pontifices, in literis priuilegiorum, exemptionum, gratiarum, fauorum, immunitatum, prærogatiuatum, cõceſſionum, facultatum, & indultorum prædictorũ, præfatis ordinibus conceſſorum, voluerunt nõ obſtare. Quibus omnibus illa, ac ſi de verbo ad verbũ inſererentur, & derogatoriarum derogatorias clauſulas in ſe continerent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permãſuris quoad præmiſſa, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & ea nemini in præiudicium præmiſſorum ſuffragari poſſe, aut debere decernimus, irritum facientes quidquid ſecus contigerit attentari, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunque. Et quia difficile foret, præſentes literas originaliter ad omnia loca, vbi opus eſſet deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod earum tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & alicuius in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, vel dicti ordinis ſigillo munitis, ea fides indubia in iudicio, & extra, vbicunque opus fuerit, adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, & adhibenda eſſet, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima prima Iunij, milleſimo quingenteſimo decimo octauo, Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Bulla XXXIV.

SVMMARIVM.

Concedit fratribus ordinis Prædicatorum, vt tempore interdicti, etiam Apoſtolici, poſſint celebrare publicè, & ſolemniter feſta ſuorum ſanctorum, & non eſt talis conceſſio hucuſque facta, originale habetur in conuentu fratrum Prædicatorum Barchinone.

LEo Papa X. Dilectis filijs, Magiſtro generali, & fratribus ordinis Prædicatorum. Salutem, & Apoſto-

Vide in 2. to.qq.re.q. 112. ar.1. & 2. Vbi late de ſuſpẽſione interdicti, & ceſſatio nis à diuinis in feſti uitatib. Sãctorũ ordinis Prædi catorũ, & Minorũ, et aliorum or dinum.

Apoſtolicam benedictionem. Expoſuit nobis venerabilis frater noſter, Nicolaus Epiſcopus Albanenſis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, veſtri ordinis protector, quod licèt inter priuilegia fratribus ordinis Minorum, ab Apoſtolica ſede conceſſa, hoc vnum eſſe dicatur, vt quoties Sancti Franciſci, & Sancti Antonij de Padua, necnon Sancti Ludouici, & Sancti Bonauenturæ, ac Sanctæ Claræ, feſtiuitates, & earum octauæ, occurrunt tempore, quo ciuitates, oppida, & loca, in quibus huiuſmodi feſta celebrantur, eccleſiaſtico interdicto, etiã Apoſtolica auctoritate ſuppoſita ſunt, dictis feſtiuitatibus, & octauis earum reſpectiuè durantibus interdictum huiuſmodi ſuſpendere, & in eccleſijs domorum ſuarum, pulſatis campanis, apertis ianuis, nominatim interdictis, & excommunicatis excluſis, miſſas, & alia diuina officia, alta voce celebrare poſſint, & omnia priuilegia eidem ordini Minorũ, & eius profeſſoribus conceſſa, ex eiuſdem ſedis benignitate, ſint dicto veſtro ordini, & vobis communicata, voſque tam illorum, quam forſan ſpecialis indulti, vobis deſuper conceſſi, vigore, aut aliàs in aliquibus mundi partibus, in Sanctorum Dominici, Petris Martyris, Thomæ de Aquino, & Vincentij, ac Sanctæ Catherinæ de Senis, feſtiuitatibus, & earum octauis reſpectiuè durantibus in Eccleſijs domorum veſtrarum ſimiliter, facere conſueuiſtis, tamen quia ſuper hoc, vobis (eo quod dictorum fratrum Minorum, ac ſpiritualibus veſtris priuilegijs, legitimam vbique fidem, ſine magna impenſa facere non poteſtis) ab aliquibus poſſet moleſtia, vel impedimentum afferri, dictus Epiſcopus nobis humiliter ſupplicauit, vt vobis ſuper hoc opportuno remedio prouidere, ex ſimili benignitate dignaremur. Nos autem, ad tantorum ſanctorum merita, & venerationem debitum reſpectum habentes: huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, deuotioni veſtræ, vt quoties dictæ feſtiuitates ſanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, ac Vincentij, & Sanctæ Catherinæ Senenſis, & earũ octauæ quæcunque, etiam per tranſlationem celebrandæ, occurrunt in tempore, quo ciuitates, oppida, & loca, Eccleſiaſtico interdicto, etiam Apoſtolica auctoritate ſunt ſuppoſita in eccleſijs domorum veſtrarum, & monaſteriorum, quorum cura veſtro ordini eſt commiſſa, niſi eccleſiæ ipſæ, vel vos nominatim interdicti ſitis, vel cauſam dederitis interdicto, vt eam foueatis, poſſitis, pulſatis cãpanis, apertis ianuis, interdictis, & excommunicatis excluſis, alta voce miſſas, & alia Diuina officia, diurna, & nocturna in diebus feſtiuitatum earundem, & octauis earum reſpectiuè durantibus, etiam ſi per octauas ipſas, & in die octauarum non niſi memoria de ſanctis fieret, liberè, & licitè celebrare auctoritate Apoſtolica cõcedimus per præſentes. Ac volumus, vt quoties dictarum feſtiuitatum, & octauarum earundem celebrationes qualibet ex cauſa etiam extra tempus transferentur, etiam indulgẽtiæ dictas eccleſias in feſtiuitatibus huiuſmodi, & per earum octauas viſitantibus, pro tempore conceſſæ, ad tempus celebrationis huiuſmodi ſint, & cenſeantur tranſlatæ. Quodque ad effectum præmiſſorum, nullam de indultis, & priuilegijs prædictis fidem facere teneamini, ſed præſentes, vel earum tranſumpta quibus manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuiuſ ĩ dignitate Eccleſiaſtica cõſtituti munitis, eam prorſus fidem, quæ ipſis præſentibus adhiberetur decernimus eſſe adhibendam, vbique ſufficiant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs, ſtatutis, conſuetudinibus, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis. Quibus omnibus illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ex certa ſcientia, expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcũque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima tertia Iulij, milleſimo quingenteſimo decimo octauo, Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Pro confraternitatibus B.M. Virginis.

Bulla XXXV.

SVMMARIVM.

Approbat, & confirmat ordines ſeu confraternitate B.Virginis Mariæ epilogando illas.

Dilecto filio, Gabrieli Mariæ, generali totius ordinis Minorum, obſeruantiæ Regularis, in Vltramontanis partibus, Generali Commiſſario.

LEO PAPA X.

Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum in honorem Beatæ Mariæ Virginis, cui nulla ſatis digna laus exhiberi poteſt, duę ſint conſtitutæ confraternitates, ſiue ordines, & vna religio, cuius quidem religionis, à nobis approbata ſuerit, & confirmata regula, fueritque ſupplicatum pro ipſarum duarum confraternitatum, ſiue ordinum confirmatione. Nos ob ſecularem deuotionis affectum, quem ab ineunte ætate erga eandem Beatam Virginem geſſimus, & gerimus, confraternitates ipſas, ſiue ordines pro illorum ſufficientia firmiori, Apoſtolica authoritate confirmauimus, & approbauimus, & de præſenti confirmamus, & approbamus, quarũ, ſeu quorum tenor talis eſt, Prima confraternitas, ſiue primus ordo Beatæ Mariæ Virginis, decem ſolum virtutes in Euangelio deſcriptæ ſunt, & quia multum Deo, & virgini placita eſt deuotio, qua virtutes ipſius virginis laudamus, & imitamur, ordinatum eſt, vt huius confraternitatis, ſiue ordinis fratres, & ſorores habeant ſemel in die in honorem decem virtutum, decem Aue Maria dicere, præmittendo vnum Pater noſter, pro Papa, & fœlici ſtatu Eccleſię, quibus centum dierum de indulgentia miſericorditer impartimur, toties quoties dixerint, vltra prius conceſſas. Item quandocumque audiunt horas diei, & noctis, dicant vnum Aue Maria, ad laudem Virginis, & vt intercedat apud filium pro pace Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ: Debent etiam portare fratres, & ſorores huius confraternitatis, & ordinis, decem ſignacula, decem Aue Maria, in memoriam decem virtutum eiuſdem Mariæ Virginis. Secunda confraternitas, ſiue ſecundus ordo quod à deuotis perſonis ſcitum eſt, non poſſe perfectius placere Virgini, cogitando quam dum quis cogitat de plagis filij ſui, & loquendo tam de illis, ſemper benedicendo, & nulli detrahendo, & operando, quàm reuerentiam digniſſimo Sacramento Altaris faciendo, ordinatum eſt, in hac cõfraternitate, & ordine iſto, quod fratres, & ſorores dicant ſemel in die, quinquies Pater noſter, cum totidem Aue Maria, in honorem quinque plagarum Chriſti, & quinque dolorum præcipuorum Virginis Mariæ, pro quo conſequentur ſimiliter indulgentiam, quæ ſupra de decem Aue Maria eſt conceſſa, & cogitare debent quantumcumque paſſionem, in die, vel nocte, de plagis, vel morte Saluatoris noſtri, deſiderãdo propter ipſum, aliquas plagas ſuſtinere patiẽter in hoc mundo. Quoad dicere, ordinatum eſt, quod huius ordinis fratres, & ſorores, ſint aduocatæ pacis, ſtudendo

dendo pacem poneret in domo, in qua habitant, & inter illos, cum quibus conuerſantur, & vt concedat eis Dominus, dicāt decem Aue Maria primi ordinis, & idem quod dicitur ſingulis horis. Quo verò ad tertiam de faciendo reuerentiam digniſſimo ſacramento, ordinatum eſt, quod fratres, & ſorores huius ordinis audiant Miſſam, in die, ſi adſit facoltas, in ſecundo, quod nunquam loquantur in eccleſia, niſi orationis verba. Et tertio, quod altaria, & calices, & ornamenta Eccleſiæ, ſint munda, & nitida, dando pauperculis, & aliis, talia non habentibus, & habeant vnde etiam ſint diuites, debent etiam aſſociari ſacratiſſimum Corpus Chriſti, quando defertur ad infirmos, vel in proceſſionibus, cū maximo honore, & reuerentia, & quando audiunt pulſare campanas, pro Miſſa celebranda, dicunt vnum Aue Maria, pro ſacerdote celebraturo, & populo Miſſam audituro. Nos itaque cupientes prædicta, omnibus, & vbique publicari, tibi harum ſerie, committimus, & facultatem concedimus vt valeas in ſermonibus publicis, & priuatis, iam dictas confraternitates diuulgare, & magnificare, & vt aliis publicentur, & manifeſtētur, committimus religioſis bonis. Inſuper, cum (ſicut accepimus) ſub tua cura, & regimine, ſint nonnullæ perſonæ tertij ordinis Beati Franciſci, quæ à quibuſdam ſæcularibus pro religioſis non habentur; ſed tanquam inter ſæculares reputantur, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod ſi prædictam confraternitatem, ſiue ordinem Mariæ Virginis aſſumere voluerint, & tria vota ſubſtantialia religionis emittere, tunc ipſas, ex nunc, prout ex tunc, & è conuerſo religioſas etiam, & fore proprie, & vbique tāquam religioſas proprie dictas, tractari debere decernas, prout nos etiam decernimus, & declaramus, in huiuſmodi facientibus, non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die ſexto Iulij, 1517. Pontificatus noſtri, anno quinto.

a Vide T3. n. 99. re. q. 72. ar. 1.

Pro Coronis Domini noſtri, & Dominæ noſtræ.

Bulla XXXVI.

SVMMARIVM.

Confirmat officia Coronarum Domini noſtri, ac Dominæ noſtræ, inſtituta per quendam religioſum patrem ordinis Minorum.

Dilecto filio, Gabrieli Mariæ miniſtro generali totius ordinis Minorum, obſeruantiæ regularis, in Vltramontanis partibus, generali Commiſſario.

LEO PAPA X.

Vide in 10. 1. 99. re. q. 87. art. 3.

Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod Chriſti fideles, maxime Vltramontanas partes incolentes, magno deuotionis ſpiritu, ad officium coronarum, ad honorem Domini noſtri, Ieſu Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Matris eius, editum, perſoluendum ducuntur, longeque ampliori eoſdem Chriſti fideles ſperatur, deuotione ſuccēdi, ſi dicto officio Apoſtolicæ confirmationis robur, adiicere dignaremur. Nos itaque, qui cuncta, per quæ maximè, ad Diuinum amorem Chriſti fidelium, corda ſperamus ardentius, allici, libenter concedimus, dictum officium inferius annotatum, auctoritate Apoſtolica confirmamus pariter, & approbamus, ac omnibus Chriſti fidelibus dictum officium recitantibus, ac honorem Domini Ieſu, eiuſque puriſſimæ Matris, necnon impartimur benedictionem. Nō obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Tenor autem dicti officij talis eſt. Prima corona Domini noſtri Ieſu Chriſti, quę parua dicitur, continet quinque Pater noſter, & totidem Aue Maria, in honorem quinque vulnerum eiuſdem Domini noſtri. Secunda continet triginta, & tres Pater noſter, totidem Aue Maria, in honorem ætatis Chriſti, qua in hac vita mortali, vixiſſe creditur. Tertia continet quinque Pſalmos habentes quinque literas in principio, quibus nomen Ieſus ſcribitur, in honorem nominis Domini Ieſu, primus Pſalmus, iubilate parnum, ſecundus, exaudiat te Dominus in die tribulationis, tertius, ſaluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quartus, vſquequo Domine obliuiſceritis, quintus, ſæpè expugnauerunt, & in fine, in nomine Ieſu omne genu flectatur, verſus, ſit nomen Domini benedictum in ſæcula, oratio, Omnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui, &c. Prima corona Mariæ Virginis continet decem Aue Maria, ad honorem Euangelicarum virtutum eiuſdem B. Mariæ. Secunda corona continet ſeptuaginta duo Aue Maria, ad honorem ſeptuaginta duorum annorum, quibus piè creditur virgo Maria, in hac vita mortali vixiſſe. Tertia continet quinque Pſalmos habentes in principio quinque literas, quibus nomen benedictum Maria ſcribitur, Pſalmus primus eſt, Magnificat, ſecundus, ad Dominum cum tribularer, tertius, retribue ſeruo tuo, quartus, in conuertendo, quintus, ad te leuaui oculos meos, in fine, ſub tuum præſidium, verſus, dignare me, oratio, famulorum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decimo quarto Septembris, anno Domini, Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, Pontificatus noſtri, anno quinto.

Circa indulgentiam conceſſam dicentibus decem Aue Maria, ſunt ordinata ſequentia, primo, Iulius Papa II. per breue conceſſit cuidam nobili Dominæ Ioannæ de Grauilla domicillæ de Calidomōte, & decem perſonis, per eam pro tempore eligendis, gauderent multis gratiis, & inter alia, quod tā prædictæ decem perſonæ, quam quæcumque aliæ perſonæ, quibus ipſa Ioanna decē inſignia, dicendi, ſiue recitādi Aue Maria daret, & quod inſignia huiuſmodi in honorem ipſius B. Mariæglorioſiſſimæ Virginis, deferrent, ac ſingulis diebus, decies ſalutationem Angelicam, in honorem decem gaudiorū, & Virtutum eius Beatiſſimæ Virginis, deuote dicerent, ſeu recitarēt, decem millia dierum, de vera indulgentia conſequerentur. Quodque ſingulæ perſonæ, quibus īſignia ſeptuaginta duo ſimilia, vt præfert Aue Maria, ſeu Capeleth nuncupata, dicta Ioanna dater, & deferret, ac ſeptuaginta duobus vicibus, ſalutationem Angelicā, in honorem eiuſdē Virginis, & memoriam ſeptuaginta duorum annorū, quibus ſacratiſſima Virgo, in hoc ſæculo, vt piè creditur, viſit, dicendo, & recitando, ſeptuaginta duo millia dierum, de ſimili indulgētia, ſingulis diebus, quibus, vt præfertur dicerent, ſiue recitarent, conſequerentur. Poſt hæc, Leo Papa X. in quodā breui, ſub datis Romæ, apud S. Petrum, die 27. Decemb. milleſimo quingēteſimo decimo quarto, Pontificatus ſui, anno primo. Dictum breue Iulij II. reſumendo, & dictas gratias, & indulgentias ampliando, cōceſſit ſingulas indulgentias, ac conceſſionem, & indultum prædictæ Dominæ Ioannæ, & decem per eam eligendis, extendit ad quandam aliam nobilē,

De indulgētiis cōceſſis īſigniis, & calculis, vide limitationē & re-

ſtrictionem factá à Clemẽte VIII. in bulla 12 q habetur inter huius Pontificis Bullas.

Domioam Annam de Francia, Duciſſam Borbonij, ac ancillas, & ſorores monaſteriorum Beatę Marię Virginis Bituricenſis, & Albienſis ordinis, ſiue regulæ, decem beneplacitorum ipſius Beatæ Mariæ, cũ omnibus, & ſingulis in dictis literis contentis, ad quamlibet earum extendit. Inſuper addit, quod ipſę, & perſonæ qoæcumque, quibus decem inſignia recitandi Aue Maria darent, & quibus ad dandum, committere placuerit, dummodo ſint perſonę religioſæ, & ad hoc idoneæ, & illa deferrẽt, ac ſingulis diebus, decies ſalutationem Angelicam, in honorẽ gaudiorum, & virtutum B. Virginis recitarent, non ſolum dicta decem millia dierum, ſed etiam decẽ millia annorum, conſequerentur. Necnon ſingulæ perſonæ, qoibus ſeptuaginta duo inſignia, ſimiliter Aue Maria, vel corona nũcupata, darent, & qoæ illa deferrent, ac ſeptuaginta duobus vicibus, ſalutationem Angelicam huiuſmodi, in memoriã ſeptuaginta duorum annorum, qoibus ipſa Virgo Maria, in hoc ſæculo creditur vixiſſe, deuote recitarent, vt præfertur, non ſolum dicta ſeptuaginta duo millia dierum, ſed etiam centum annorum, de vera indulgentia conſequantur, miſericorditer conceſſit, & ampliauit. Deinde anno ſecundo ſui Pontificatus, dedit aliud breue, directum fratri Gilberto Nicoculai, tunc vicario prouinciæ Franciæ, ſuper fratres Minores obſeruantię, ſub datis Romæ, apud S. Petrũ, die 3. Martij, 1515. In quo Papa referebat, qualiter ſibi fuerat ſignificatum, quod dictæ moniales ſuæ curæ commiſſæ, indiſtincte conferebant quibuſcumqoe, facultatem, & poteſtatem lucrandi indulgẽtias, de decem Aue Maria nuncupatas, quas alias eis pro animarum ſuarum, & Chriſti fideliũ ſalute per alias literas in forma breuis, conceſſerat, & alia concedere poſſe indulſerat, & quod etiã fratri Gilberto, ad redimendum earum vexationes, & inqoietudines, quibus à requirentibus ſibi illas concedi, quotidie moleſtabantur, ſimilem facultatem, viuæ vocis oraculo conceſſerat. Quare idem Summus Pontifex voluit, & ordinauit, quod huiuſmodi gratia, non paſſim, ſed moderatè, & perſonis promerẽtibus, & dignis, prout animarũ ſaluti, & Chriſti fidelium expedire cognoſcerent, tribuerentor. Et commiſit, & mandauit, auctoritate Apoſtolica, prędicto fratri Gilberto, vt in concedenda huiuſmodi gratia, prædictis monialibus ſalutarem normam imponeret, & regulam, quam per eas excommunicationis ſub ſentẽtia volui obſeruari, ne gratia huiuſmodi, quæ pie, & in ſalutem animarum cõceſſa eſt, propter illius affluentiam, & iodifferentiam conceſſionem, in interitum, qood abſit, earundem, vergat animarum. Subſcriptæ conceſſiones, fuerunt extractę, ex regiſtro Commiſſarij fratrum Minorum Regularis obſeruantiæ Ciſmontanæ, ac ex aliis partibus, quibus fides meritò adhiberi poteſt.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleti.

Bulla XXXVI.

SVMMARIVM.

Concedit Abbatibus Prioribus, conuentibus, & perſonis congregationis, quod ipſi, & eorũ monaſteria, Prioratus, & perſonæ huiuſmodi, omnibus, & ſingulis priuilegiis, & quibuſuis gratiis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus Sancti Benedicti, & alia eiuſdem cõgregationis monaſteria, & Prioratus vtũtur, & gaudent, & vti, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, vti, & gaudere valeant, perinde, ac ſi illa pro vnoquoque ex monaſteriis, Prioratibus, conuentibus, & perſonis pro tempore exiſtentibus, congregationis huiuſmodi emanaſſent.

LEo Papa X. ad perpetuam rei memoriam. a Vacantium, ſub Religionis obſeruantia, ſtudio bonæ vitæ, perſonarum, votis libenter annuimus, eaſque fauoribus proſequimur opportunis. Cum hos hodie monaſterium Sancti Vincentij Oueten. ordinis eiuſdem Sancti Benedicti, tunc certo modo, quẽ pro expreſſo haberi volumus, Abbatis regimine deſtitutum, congregationis Monachorum Valliſoleti nuncupati, dicti ordinis per Abbatem triennalẽ, ioxta ritus, & mores, ac regularia inſtitota cõgregationis, huioſmodi, & prout Sancti Benedicti oppidi Valliſoleti, Palentin. Diœceſis eiuſdem congregationis, huiuſmodi monaſteria regebantur, & gubernabantor, regendum, & gubernandum perpetuo vniuerimus, annexoerimus, incorporauerimus, ſeu vniri, annecti, & incorporari conſenſerimus. Nos ad fructus vberes, quos dilecti filij Monachi eioſdem congregationis, in propagatione religionis, & fidei, in agro militãtis Eccleſiæ, hactenus produxerunt, & continuo, bonis eorum operibus, & vita exemplari, producere non ceſſant, debitum reſpectum habentes, ac eos, vt fœcundius illorum Religio, fructum in eis afferat ſalutarẽ, & laudabilius poſſint in Domino iugiter proficere, Apoſtolicis fauoribus, & gratiis proſequi volẽtes, dilecti filij Moderni Abbatis eiuſdem monaſterij S Benedicti, dictę congregationis generalis, nobis in hac parte, humiliter porrectis ſupplicationibus, inclinati, eiuſdẽ Sancti Vincentij, & pro tempore exiſtentium aliorũ dictæ congregationis, ac ei vnitorum, & vniendorũ monaſteriorum, & prioratoum, Abbatibos, prioribus, conuentibus, & perſonis, nunc, & etiam pro tẽpore exiſtentibus, quod ipſi, eorũ monaſteria, prioratos & perſonæ huiuſmodi, omnibus, & ſingulis priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, fauoribus, conceſſionibus, & indultis, ac aliis quibuſuis gratiis, ſpiritualibus, & temporalibus, quibus Sãcti Benedicti, & alia eiuſdem congregationis, pro tempore, exiſtentia monaſteria, & prioratus huiuſmodi vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti potiri, & gaudere poſſunt, & poteront quomodolibet in futurũ, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, in omnibus, & per omnia, pariformiter, & ſine vlla differentia, perinde, ac ſi illa, pro vnoquoque ex monaſteriis, Prioratibus, Abbatibus, Prioribus, conuentibus, & perſonis pro tempore exiſtentibus, congregationis huiuſmodi, emanaſſent, ac illis, & eorom cuilibet, in ſpecie, & indiuidue conceſſa fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ, perpetuo indulgemus. Non obſtantibos conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ordinis, congregationis, & monaſteriorum, ac prioratuom prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatotis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, ac aliis literis Apoſtolicis quibuſuis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innouatis, qoibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, id importan. mentio, aut quæuis alia expreſſio habeoda, aut aliqua alia exquiſita forma, ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro plene & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque. Datis Floreotiæ, ſub anoulo Piſcatoris, die prima Decembris, 1515. Pontificatus noſtri, anno tertio.

a Vide I. 1. to. 99 ro. q. 33 ar. 6. & ar. 7.

In.

Indultum Leonis Papæ X. viuæ vocis oraculo conceſſum congregationis S. Benedicti Valliſoleti.

Bulla XXXVIII.

SVMMARIVM.

Poſſunt monachi in Eccleſiis congregationis, tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis, Apoſtolica auctoritate appoſiti, ianuis clauſis, alia verò quacumque auctoritate, dũmodo huiuſmodi interdicto cauſam non dederint, neque in eos ſpecialiter emanauerint, apertis ianuis, pulſatis campanis nominatim interdictis, & excommunicatis excluſis, miſſas, & alia diuina officia à primis feſtiuitatum aliquarum veſperis, vſque ad occaſum ſolis ſequentis, & vltimi, octauarum huiuſmodi reſpectiue dici ſolemniter, & in cantu celebrare, & cum in proprijs Eccleſiis humana cadauera tumulari contigerit, monachi etiã non presbyteri, donati, & ſeruitores ſingulorum monaſteriorum, & prioratuum, tẽpore interdicti, & ceſſationis à diuinis, quacumque, præterquam Apoſtolica auctoritate appoſiti, Euchariſtia, & alia ſacramenta, abſque alicuius cenſura, ſeu pœnæ incurſu recipere licitè valeant, & ſunt iudices executores Abbas de Sobrado, & prior S. Auguſtini Valliſoletani, &c.

Dilecto filio, Moderno Abbati generali, & pro tempore exiſtenti, congregationis Valliſoletani, ordinis S. Benedicti, de obſeruantia nuncupatæ, in Hiſpania.

LEO PAPA X.

Vide in 2. to. qq. re. q. 110. cum ſeq.

Dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem, religionis, ſub qua tu, & dilecti filij, cæteri Abbates monaſteriorum, & priores prioratuum, & Monachi congregationis Valliſoleti, ordinis S. Benedicti, de obſeruantia nuncupatæ, in Hiſpania, diuinis eſtis obſequiis mãcipati, probata ſynceritas & eximiæ deuotionis affectus, quam ad nos, & Romanam Eccleſiam gerere cõprobamini, promerentur, vt tuis, & illorum votis, eis præſertim, quæ ex deuotionis feruore, prodire conſpicimus, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos, tam tuis, quam dictorum aliorum Abbatum, Priorum, & Monachorum, nobis ſuper hoc, porrectis ſupplicationibus, inclinati, tibi, qui etiam monaſterij eiuſdem S. Benedicti, oppidi de Valleſoleti, ordinis, & congregationis prædictorum, Palentin. Diœceſ. Abbas, & generalis exiſtis, & aliis Abbatibus, & Prioribus, monaſteriorũ, & Prioratuum, & Monachis ordinis, & congregationis eorundem, pro tempore exiſtentibus, vt in B. Virginis Dei genitricis, Mariæ, & S. Ioannis Baptiſtæ, natiuitatum, & tranſitus, & tranſlation. Sanctorum, Martini, & Benedicti, eorumq; octauis, & S. Scholaſticæ, eiuſdem S. Benedicti ſororis, & B. Mauri, & Placidi, Diſcipulorum illius, & S. Gregorij Papæ, & Ildefonſi Archiepiſcopi, Antonij, & Bernardi, Abbatum, ac tempore, quo aliquẽ huiuſmodi monaſteriorum, & prioratuum Monachis, in eiſdem monaſteriis, & prioratibus, profeſſionem emittere, aut primam Miſſam celebrare, ſeu Abbates, Priores, & monachos prædictos, in veſtris Eccleſiis, aut illorum cœmeteriis, humana cadauera, Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ contigerit, necnon in quotumuis aliorum ſanctorum, ſub quorum inuocationibus, monaſteriorum, & prioratuum huiuſmodi, Eccleſiæ ſunt erectæ, vel conſtructæ, & quorũ corpora, in ipſis Eccleſiis recõdita, reſpectiue exiſtunt feſtiuitatibus, tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis, Apoſtolica auctoritate appoſiti, ianuis clauſis, alia verò quacumque auctoritate, dummodo huiuſmodi interdicto cauſam nõ dederitis, nec id in vos ſpecialiter contigerit emanare, apertis ianuis, pulſatis cãpanis, nominatim interdictis, & excommunicatis excluſis, Miſſas, & alia diuina officia, à primis ipſarum feſtiuitatum veſperis, vſq; ad occaſum ſolis ſequentis, & vltimi, octauarum huiuſmodi reſpectiue, dici, ſolemniter, & in cantu celebrare: quodque Monachi, non presbyteri, cõmiſſi, Oblati, Donati, & ſeruitores ſingulorum monaſteriorum, & prioratuum prædictorum, tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis, quacumque, præterquam Apoſtolica auctoritate præfata, appoſiti Euchariſtiæ, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta, abſque alicuius cenſuræ, ſeu pœnæ incurſu, recipere libere & licite valeatis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo concedimus. Quocirca venerabili Fratri Epiſcopo Algaren. & dilectis filiis Abbati monaſterij Sãctæ Mariæ, de Sobrado Ciſtercien. Ordinis Compoſtellan. Diœceſis, & Priori Sãcti Auguſtini, ordinis eiuſdem Sancti, oppidi Valliſoleti, Palentin. Diœceſ. & eorum cuilibet, committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, faciant te, & præfatos, ac pro tẽpore exiſtentes, generalem, Abbates, & monachos prædictos, præſenti noſtro indulto, libere & pacifice vti, potiri, & gaudere; nõ permittentes te, & eos, per locorum ordinarios, & quoſcumq; alios, cõtra huiuſmodi indulti tenorem, quomodolibet moleſtari: contradictores impedientes, & rebelles, per cẽſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione remota, auctoritate noſtra compeſcendo. Non obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & Diœceſ. in quibus prædicta monaſteria, & prioratus exiſtunt, iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, locorum ordinariis, aut quarumcunque Eccleſiarum capitulis, & aliis quibuſuis perſonis, ſub quacumque verborum forma, conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbũ non autem per clauſulas generales, id importantes, mẽtio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ſeruanda foret. Illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, ſub annolo Piſcatoris, die 22. Maij, 1515. P. N. anno 3.

Bulla XXXIX.

SVMMARIVM.

Eſt ſimile præcedenti. & addit feſtiuitate Conceptionis, & viſitationis Beatæ Virginis Mariæ, & Sãcti Adelelmi confeſſoris, & hebdomadarum Sãctæ, & reſurrectionis Dominicæ feſtiuitatibus, & per octauam earundem. Priuilegium extenditur ad moniales, & aſſignat iudices exequutores, Epiſcopum Algarenſem, & Abbatem Sanctæ Mariæ de Sobrado, Compoſtellanæ Diœceſ. & priorem S. Auguſtini, oppidi Valliſoleti.

Leo Papa X. ad perpetuam rei memoriã. Sane *a* religionis ſynceritas, in qua dilectus filius, generalis, & alij Abbates, Priores, & monachi, necnõ dilectæ in Chriſto filiæ, Abbatiſſæ, & moniales ordinis, & congregationis Sãcti Benedicti Valliſoleti,

a Vide 2. to. qq. re. q. 112. art. 2.

Digitized by Google

de obſeruantia noncupati, Palentin. Diœceſ. ſub humilitatis ſpiritu, deuotum, & ſedulum, impendunt Altiſſimo famulatum, necnon vitæ regularis honeſtas, ac perpetua clauſura, ſub qoa degunt, promerētur, vt illa eis fauorabiliter concedamus, quæ ad diuini coltus augmentom, & ſuarum animarum ſalotem, ac fidelium Chriſtianorum exemplum, & deuotionem cedere dignnſcuntor. Hinc eſt, quod nos eiuſdem generalis, & aliorum Abbatum, Priorum, Abbatiſſarum, Monachorom, & Monialiū, in hac parte, deuotis ſupplicationibus inclinati, præfatis, & pro tempore exiſtentibus, generali, & aliis Abbatibus, prioribos, & Abbatiſſis, & Monachis, & monialibus, cōuerſis, ſeruitoribus, & ſeruitricibus Monaſteriorum, & Prioratuum, ordinis, & congregationis prædictorum, ac illis ſubiectorum, ſubiiciendorum, & aggregandorum, pro tempore exiſtentium, vt in Conceptionis, & Viſitationis Beatiſſimę Virginis Mariæ, & eiuſdem Virginis, & Sancti Ioannis Baptiſtæ, Natiuitatibus, necnon ſanctorum, Benedicti Abbatis, Martini Epiſcopi, & confeſſoris, tranſitum, & tranſlationum, ac ſanctorum Gregorij Papæ, Idelfonſi Archiepiſcopi Toletan. Antonij, & Bernardi Abbatū, ac Beatorum Maioris, & Placidi Diſcipulorum, & Sanctæ Scholaſticę, ſororis eiuſdē Sancti Benedicti, ac Edelelmi Confeſſoris, necnon in quorumcumq; aliorum ſanctorum, & Sanctarū, ſub quorum inuocationibus, monaſteriorum, prioratuum, & locorum vtriuſque ſexus dicti ordinis, & congregationis, Eccleſiæ dedicatæ, & cōſtuctę, ſeu quorum corpora, in ipſis Eccleſiis recondita, reſpectiue exiſtunt, necnon Hebdomadarum Sāctæ, & Reſurrectionis Dominicæ, feſtiuitatibus, & per octauas earundem omnium ſupradictarum feſtiuitatum, necnon quoties Monachi, & aliæ vtriuſque ſexus religioſæ perſonæ dicti ordiois, & congregationis, profeſſionem emiſerint, aut primam Miſſam celebrauerint, ſeu eos in Eccleſiis, vel cœmeteriis Monaſteriorum, prioratuum, & aliorom locorum dicti ordinis, & congregationis, humana cadauera Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ contigerit, tempore ioterdicti, & ceſſationis à dioinis, quacumq; auctoritate etiam Apoſtolica, appoſitorum, dūmodo huiuſmodi interdicto cauſam non dederint, nec id eis ſpecialiter contigerit interdicj, apertis ianois, pulſatis campanis, nominatim interdictis, & excōmunicatis excluſis, Miſſas, proceſſiones, & alia dioina officia ſolemniter, & in cantu celebrare. Quodque Monachi, moniales, conuerſi, & conuerſæ, Nouitij, & Nouitiæ, ac oblati, Donati, ſeruitores, & ſeruitrices, ſingulorum vtriuſque ſexus Monaſteriorum, prioratuum, & locorum prædictorum eorundē, interdicti, & ceſſationis à diuinis, tempore, Euchariſtiam, & alia Eccleſiaſtica ſacramenta, abſque alicuius cenſoræ, ſeu pœnæ incurſu, recipere, ac ipſi Monachi quibuſuis perſonis, cum prædicta ſolēnitate à primis dictarom feſtiuitatum Veſperis, vſq; ad occaſum ſolis, vltimis octauarum huiuſmodi dierum celebrare, recipere, ac dare, libere, & licite poſſint, & valeant, dummodo ipſi, vel eorum aliquis interdicti cauſam non dederint, nec eis ſpecialiter cōtigerit interdici, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiom, de ſpecialis dono gratiæ perpetuo concedimus, & indulgemus. Quocirca venerabili Fratri Epiſcopo Algaren. & dilectis filiis, Abbati Monaſterij Sanctæ Mariæ de Sobrado, Compoſtellan. Diœce. ac Priori Prioratus Sancti Auguſtini, oppidi Valliſoleti, Palentin. Diœceſ. & eorum cuilibet, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præmiſſa, vbi, & quando, & quotiens expedire cogitare cognouerint, fuerintque deſuper, per prædictos generalē, Abbates, Priores, Monachos, & Moniales, ac alios ſupradictos, requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis, efficacis defenſionis preſidio aſſiſten. faciant, auctoritate noſtra, præſentes literas, ac omnia, & ſingola in eis contenta, inuiolabiliter obſeruari: non permittentes præfatos, ac pro tempore exiſtentes, generalem, & alios Abbates, priores, ac Abbatiſſas, Monachos, & moniales, cōuerſos, & conuerſas, Oblatos, & Oblatas, Donatos, & Donatas, ſeruitores, & ſeruitrices, ac perſonas dicti ordinis, & cōgregationis huioſmodi, quo minus, conceſſione, & indulto huiuſmodi, libere, & pacifice vti, potiri, & gaudere per quoſcumq; qoauis auctoritate fungen. contra præſentium literarū tenorem, quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inqoietari. Contradictores, rebelles, & inobedientes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus quibuſcumque Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Cōciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Eccleſiarū, & dięceſ. in quibos prædicta monaſteria, prioratus, perſonæ, & loca exiſtunt, iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, nec non priuilegiis, & indultis, ac literis; locorum ordinariis, & quorumcumque Eccleſiarū capitolis, & aliis quibuſuis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, pro tempore conceſſis, cōfirmatis, & innouatis, qoibus, etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, id importan. mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqoa alia exquiſita forma ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habētes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſqoe contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrom, ſub annolo Piſcatoris, die 22. Martij, 1521. Pont. noſtri, anno 9.

Pro fratribus Minimis,

Bulla XL.

SVMMARIVM.

Concedit, quod fratres, & ſorores tertiæ regulæ Minimorum poſſint gaudere priuilegiis fratrum, & ſororum tertiæ regulæ Minorum de obſeruantia.

LEo Epiſcopus, ſeruus ſeruorom Dei. Ad perpetuam rei memoriā. Ea, quæ à prędeceſſoribus noſtris, pro perſonarum ſub Religionis habitu Domino famulantium, immunitate, & quiete ſunt conceſſa, nonnunquam, ad alias ſimiles arctioris vitæ perſonas, ſubſiſtente cauſa, libenter extendimus. *Vide in 5. co. 99.ro.q. 7.& 173.* Dudum fœli. rec. Sixto Papa IIII. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum, vniuerſorum fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum, vniuerſarum ſororum tertij ordinis Beati Franciſci, de pęnitentia nuncupatarum, per Italiam conſiſtētium, expoſito, quod licet plures Summi Pontifices, eius prædeceſſores noſtri, diuerſa, & plura, pro immunitatibus eorum, conceſſiſſent priuilegia, & plures ſolemniſſimi iuris vtriuſque Doctores, tenuiſſent, quod ipſi fratres, & ſorores deberent gaudere libertate, & immunitate eccleſiaſtica, vt perſonæ Religioſæ. Nihilominus communitates ciuitatum, poteſtates, aliſque officiales ſeculares locorū Italiæ, non ceſſabant quotidie, noua eis, tam in rebus, quā in perſonis inducere grauamina libertati eccleſiaſti

cæ

Digitized by Google

ex contraria, idem Siatus prædeceſſor, commonitatibus, poteſtatibus, & officialibus prædictis, ſub excommunicationis latę ſententiæ pœna, eo ipſo, per officiales ipſos, ac ſingulares perſonas earundem communitatum, ſi contrafecerint, incurreoda: oẻ eiſdem fratribus, & ſororibus, graoamioa aliqoa libertati eccleſiaſticæ contraria, inducere, aut ipſos fratres, & ſorores, quominus gauderent prioilegiis, & immunitatibus, iam fori quam perſonæ, & rerũ, ſicut aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, qoomodolibet impedire præſumerent, Apoſtolica auctoritate, inhibuit; & nihilominus, omnibus, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis, & quibuſlibet perſonis io eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, necoon Patriarchalium, Metropolitaoarum, & aliarum Cathedralium eccleſiarũ canonicis, & cuilibet eorum, qui deſuper forent requiſiti, ab aliquo fratrum, ſeu ſororum prędictorũ, mandauit, quatenus præmiſſa, vbi, & quando expedire viderint, ſolemniter publicarent, & non permitterent eoſdem fratres, & ſorores contra inhibitionis ſuæ hoioſmodi tenorem, per quoſcumque, quaois auctoritate, indebite moleſtari, & illos, qoos propterea hoiuſmodi excommunicationis ſententiam, eis incurriſſe conſtaret, excommunicatos nuntiarent, facerentqoe ab illis nuntiari, & ab omnibus arctius euitari; donec ab huiuſmodi indebitis moleſtiis, per eos dictis fratribus, & ſororibus illatis cum effectu deſtitiſſent, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatiooe poſtpoſita, compeſcẽdo, prout in ipſius Sixti prædeceſſoris, deſuper confectis literis, plenius continetur. Cum autem, ſicut exhibita nobis, pro parte dilecti filij Germani, ordinis fratrum Minimorum, generalis correctoris, petitio contioebat, pro eo, quod in dicto ordine Minimorum, ſunt fratres, & ſorores tertij ordinis Minimorum, prout in dicto ordine Mioorum, videtur conſonum iuri, quod etiam fratres, & ſorores tertij ordinis Minimorum, immunitate eccleſiaſtica, & priuilegiis, quibus fratres, & ſorores tertij ordinis Minorum gaudent, gaudere debeant, pro parte dicti Germani correctoris, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt fratribus, & ſororibus tertij ordinis Minimorum, quod libertate, & immunitate Eccleſiaſtica, ac aliis prioilegiis, in literis Siati prædeceſſoris huiuſmodi conteotis, & quibus fratres, & ſorores tertij ordinis Minorum gaodent, & potiuntur, potiri, & gaudere. Ipſique Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ordinarij, & canonici, eos tueri, & defendere debeant, concedere, & indulgere, aliaſque in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, ad qoos pertinet, ſuper his, adhibere vigilantiæ noſtræ curas, volentes fratres, & ſorores tertij ordinis Minimorum huiuſmodi, faoore proſequi gratioſo, prædictum Germanũ correctorem, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium duntaxat, conſequendi, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, literas Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, ad fratres, ſorores tertij ordinis Minorum, ita qood, ipſi libertate, & immunitate eccleſiæ, & aliis priuilegiis, in illis cõtentis, & quibus fratres, & ſorores tertij ordinis Minorum gaudent, & potiũtur, potiri, & gaudere, ipſique Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ordinarij, & canonici, eos tueri debeant, in omnibus, & per omnia, ac ſi fratres, & ſorores tertij ordinis Mioorũ, in illis expreſſe nominati, ipſæq; literæ eis conceſſæ fuiſſent, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, extendimus, pariter, & ampliamus. Non obſtantibus cooſtitutionibus, & ordioationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Sixtus prædeceſſor, io dictis literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis qoibuſcumque. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæqoe loca, io qoibus fratres, & ſorores tertij ordinis Minimorum hoiuſmodi, illis indigerent, deferri, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod earũ tranſumptis, manu notarij publici, & curię cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ, aut alicuius prælati eccleſiaſtici, ſigillo munitis, ea protſus in iudicio, & extra illis plena fides adhibeatur, ac illis ſtetur, ſicuti ipſis originalibus literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino ipſorum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, extenſionis, ampliatioois, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorom, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1513. pridie Idus Aprilis, Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XLI.

SVMMARIVM.

Approbat priuilegia ordinis Minimorum, & de nouo concedit famulis monaſteriorum, poſſe etiam in die Paſcha Euchariſtiam miniſtrari, aliaque ſacramenta.

LEo Epiſcopus, ſeroos ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. His, quæ pro fideliũ omnium, & religioſorum animarum ſalute à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, proinde proceſſerunt, vt eo firmius maneãt, quo ſæpius fuerint, Apoſtolicæ ſedis munimine roborata, libenter, cũ à nobis petitur, adiicimus noſtri muniminis firmitatem, ac alias deſuper ordinamus, prout pro earundem aliarum ſalute, in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, fęlicis recordationis, Iulius Papa Secuodus, prædeceſſor noſter, inter alia priuilegia ordini Minimorum Beati Franciſci de Paula conceſſa, quod famuli domorum dicti ordinis, necnon cæteri eiuſdem ordiois habitũ portantes, & in articulo mortis in dictis domibus ſepulturam eligentes, omnibus, & ſingulis priuilegiis, dicto ordini, quomodolibet conceſſis, gaudere, libere, & licite. Quod dicti ordinis fratres, & ſorores, ac oblati, necnon vtriuſque ſexus tertiarij, ſeu tertij ordinis huiuſmodi, & nonnullæ alię perſonæ, tunc expreſſæ, ſemel in vita, & in mortis articulo, plenariam omnium peccatorum ſuorum veniam, & indulgentiam, conſequi poſſent, & valerent, conceſſit, ac tam præfatus Iulius, quam piæ memoriæ, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, ooonulla alia prioilegia, coočeſſiones, & indulta ordioi Minorum, huiuſmodi, ac illius pro tempore exiſtenti generali, vicariis, ac prouincialibus, & eorum vices gerentibus, cæteriſque dicti ordinis fratribus conceſſerint. Ipſeque Iulius prædeceſſor dicti ordinis fratrum, ſororum, & vtriuſque ſexus tertiariorum huiuſmodi regulas, per præfatum Franciſcum de Paula dicti ordinis inſtitutorem, vltimò editas, tanquam eiuſdem Franciſci vltimam voluntatem noniſſime approbauit, & cõfirmauit. Quare pro parte dilecti filij, Germani Lionet, & moderni dicti ordinis generalis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, con-

Vide in 2. to. 99. 10. 9. 67. & 9. 118.

geſſionibus,& indultis,eidem ordini, ac illius pro tẽpore,generali,vigilibus,ac prouincialibus & eorum vices gerẽtibus,& alijs dicti ordinis fratribus, conceſſis,nec non tribus regulis nouiſſime per eũdem Iulium prædeceſſorem approbatis,& confirmatis,pro illorum ſubſiſtentia firmiori,robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere, ipſaque priuilegia,& indulta,quoad hoc, vt fratres dicti ordinis domorum huiuſmodi,famulorũ, pro tempore, in habitu ſeculari,eis ſeruiẽtium(quotiẽs opus fuerit) etiam Paſchali tẽpore,& in mortis articulo, in eorum domibus,& eccleſiis,huiuſmodi confeſſiones audire,ipſiſque,& eorum cuilibet,Euchariſtiæ, & Vnctionis extremæ,ſacramenta miniſtrare,ac inhumanitionis, & ſepulturæ beneficia impendere poſſint.Ita quod ſingulæ perſonæ huiuſmodi,& prout dicti fratres,priuilegiis,& indulgentiis huiuſmodi, in eorum mortis articulo,frui , & gaudere valeãt, ac ſi eis expreſſe conceſſa fuiſſent,extendere,& ampliare, aliaſque in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.Nos itaque pręfatum Germanum correctorem,à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdictis,aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine,quauis occaſione,vel cauſa, latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit , ad effectum præſentium duntaxat conſequendum , harũ ſerie abſoluentes,& abſolutum fore cenſentes,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati , prædicta, ac omnia,& ſingula,ordini Minorum huiuſmodi , ac illius pro tempore exiſtentibus,generali, vigilibus, ac prouincialibus,& eorum vices gerentibus, cęteriſq; ſingulis fratribus,per pręfatos prędeceſſores, ſub quacumque verborum ſerie,tã in genere, quã in ſpecie,hactenus quomodolibet conceſſa priuilegia,& indulta quæcumque,necnon eiuſdem ordinis fratrum,ſororum, & vtriuſque ſexus tertiariorum,regulas huiuſmodi,per præfatum Iulium prædeceſſorem,tanquam præfati Frãciſci vltimam voluntatem,nouiſſime approbatas,Apoſtolica authoritate,tenore præſentiũ,perpetuo approbamus, & cõfirmamus,illaq; omnia,& ſingula,ad hoc,vt fratres ordinis Minimorum huiuſmodi, dictarum domorum,famulorum,pro tempore,in habitu ſeculari eis deſeruientium,quotiens opus fuerit, etiã Paſchatis tempore,& in mortis articulo, in eorum domibus,& eccleſiis huiuſmodi,confeſſiones audire, ipſiſque,& eorum cuilibet,Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis,ſacramenta miniſtrare,ac illis,& cuilibet eorum,inhumationis, & ſepulturæ beneficia, cuiuſuis licentia ſuper hoc minime requiſita,impẽdere licitè valeant.Ita quod,ſingulæ perſonæ huiuſmodi,& prout dicti fratres,priuilegiis , & indultis huiuſmodi,in eorum mortis articulo,frui, & gaudere valeant,ac ſi eis expreſſè conceſſa fuiſſent,eiſdem authoritate,& tenore præſentiũ,extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque cõtrariis quibuſcumque.Et quia difficile foret, præſentes literas,ad ſingula quæque loca , vbi illæ forent neceſſariæ,deferre, volumus , & præfata authoritate Apoſtolica decernimus , quod earum tranſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo Camerę Apoſtolicæ, vel alicuius perſonæ,in dignitate eccleſtica conſtitutæ, munitis,eadem prorſus,in iudicio, & extra illis fides adhibeatur , quæ ipſis originalibus literis adhiberetur.ſi fuiſſent exhibitæ, vel oſtẽſæ.Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtrę abſolutionis,approbationis,confirmationis,extenſionis,ampliationis,voluntatis , & decreti infringere,&c. Dat. Romæ,apud S.Petrum, ſub anno Incarnationis Domin.1513. Nonis Iulij, Pont.noſtri,anno 1.

a Vide 3 to. 1.qq.re.q. 56 art.3.

De confirmatione priuilegiorũ vide 3 1. to.qq.re.q. 8.

Bulla XLII.

SVMMARIVM.

Probibet,quod fratres Minimi poſſint tranſire ad alios ordines,ſub pœna excommunicationis, & eandem pœnam proponit contra retinentes.

Dilecto filio, Fratri Franciſco Binet , ordinis Minimorum,Generali Correctori.

LEO PAPA X.

Dilecte fili, ſalutem , & Apoſtolicam benedictionem.Quamuis aliàs fœl.rec. Iulius Papa II.prædeceſſor noſter , ad Minimorum ordinem, qui tãquã vitis,in vinea Domini,palmites vberes, & fructuoſos in dies producere non ceſſat,ſingularem gerens deuotionis affectum,& prouide conſiderans,quod vita,& obſeruantia ordinis Minimorum huiuſmodi,cum ſit continue Quadrageſimalis,tam in conuentibus , & domibus ordinis huiuſmodi,quam extra cæterorum quatuor mendicantium ordinum,& aliorũ religioſorum,ſit arctior,etiam ſtrictior,tibi,& pro tempore exiſtenti,dicti ordinis Minimorum,Generali correctori, & ordinis huiuſmodi per quaſdam ſuas in forma breuis literas,conceſſit,quod nulli eiuſdẽ ordinis Minimorũ fratres , ad aliũ quemcumq; etiam priuilegiatum ordinẽ,prætextu quorumcumq; priuilegiorũ,cuicumque alteri ordini,etiam ſub quibuſcumq; verborũ formis,quomodolibet conceſſorum , abſque ſua,tuaque,& Generalis correctoris , pro tempore exiſtentis,ſpeciali,licentia,trãſire poſſent,aut deberent etiã ſub excõicationis latæ ſniæ pœna , quam tam recipientes,quam recepti,& concedentes,ipſo facto incurrere voluit inhibuerit , quodque tu, fratres cõtra facientes,authoritate Apoſtolica(quoties opus foret)communicare,necnon iteratis vicibus,aggrauare,ac per alias cenſuras Eccleſiaſticas, aliaq; iuris remedia cõpeſcere, & ad ordinem Minimorũ huiuſmodi reuocare,& reducere, ſeu reuocari,& reduci facere poſſes,& valeres, indulſerit, prout in dicti Iulij prædeceſſoris literis,plenius cõtinetur. Nihilominus,indulto, & literis huiuſmodi non obſtantibus,accepimus : quod nonnulli aliorũ ordinum fratres,non verentes cõtra,indulti,& literarũ huiuſmodi tenorem,venire,plures dicti ordinis Minimorum fratres,ordinis huiuſmodi expreſſe profeſſores,ad eorum ordinem,& habitum præſumpſerunt,in dictorum fratrum recipientium, & receptorum,animæ periculum,& dicti ordinis, & religionis tuæ, graue præiudicium , & ſcandalum plurimorũ . Nos itaq; ipſius Iulij prædeceſſoris, in hac parte,veſtigiis inhærentes,ac literas, & indultum Iulij prædeceſſoris huiuſmodi , harum ſerie, Apoſtolica etiam authoritate,confirmantes, & approbãtes,ac ordinem Minimorum huiuſmodi,qui his nouiſſimis , & noſtris temporibus , incępit , & quotidie per eorum vitæ,& morum, ſalubria exẽpla,Domino benedicẽte,creſcit, pro debito Paſtoralis officij confouere,ac præmiſſis,ne in eneruationem eiuſdem ordinis Minimorum,vlterius ſerpãt, obuiare volentes,dictis fratribus,& aliis quibuſcũque,quarumuis religionum fratribus, quantumcũque priuilegiatis,eorumque ſuperioribus , & prælatis , Apoſtolica authoritate tenore præſentium, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna , quã cõtrafaciẽtes,eo ipſo incurrere volumus,à qua,niſi à nobis,& Romano Põtifice canonice intrãte,præterquam in mortis articulo conſtituti,abſolui non poſſint,diſtrictè inhibemus,ne a modo in antea aliquos fratres ordinis Minorum huiuſmodi , ad eos confugientes,ſeu venientes,ſub prætextu quorum

Vide in to. 3.qq.reg q. 52.art.21.

cum-

cumque priuilegiorum,& indultorum Apoſtolicorum,eis deſuper conceſſorum,in eorum domibus, ſeu conuentibus recipere, aut eis ipſorum habitũ concedere, ſeu exhibere,audeant, vel præſumant. Decernentes nihilominus quaſcumque receptiones,& habituum exhibitiones,factas, & faciendas, nullius exiſtere roboris,vel momenti,nulluinq; tibi, & Generali correctori, pro tempore exiſtenti, & ordini huiuſmodi Minimorum,præiuditiũ propterea generari potuiſſe,aut futurum poſſe. Et nihilominus eiſdẽ fratribus, prædictos religioſos, & profeſſos ordinis Minimorum huiuſmodi penes ſe, ſeu in eorum domibus,locis & conuentibus,tenentibus,ſub dicta excommunicationis pœna, modo præmiſſo incurrenda,præcipimus,& in virtute ſanctæ obedientiæ mãdamus,quatenus dictos fratres, per eos receptos huiuſmodi, infra nouem dierum ſpatium à die præſentium intimationis computandorum,cũ eorum priori habitu,tibi, & ordini tuo huiuſmodi,reſtituere habeant,de cæteroque, à ſimili fratrum ordinis huiuſmodi Minimorum receptione,abſtineant. Sed ad eos accedere volentes, cũ omni humilitate,& in ſpiritu patientiæ, & charitatis,ipſos de indulto,& inhibitione huiuſmodi certificantes,ad omnem tuam,& pro tempore exiſtentis Generalis correctoris,tuique, ac ſui vices gerẽtis petitionem,reſtituant. Nos enim,tibi,& pro tẽpore exiſtenti dicti ordinis Generali correctori, veſtraſque vices gerentibus,quoſcumque fratres, & religioſos dicti ordinis Minimorum,corrigẽdi, puniendi,& eos ad ordinem, & habitum huiuſmodi, etiam ſub excommunicationis,& aliis pęnis, & cẽſuris,reuocandi,& reducendi, eaſdemque pęnas, & cenſuras,iteratis vicibus,aggrauandi,& reaggrauandi pœnam,& omnimodam,Apoſtolica authoritate prædicta,tenore præſentium,concedimus facultatẽ. Cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,fratribus,& religioſis quorumcumque aliorũ ordinum,conceſſis, & pro tempore concedendis, quæ quoad hoc, eis nolumus in aliquo ſuffragari, cæteriſq; aliis in contrariũ facientibus, non obſtantibus quibuſcũque. Dat. Romę,apud S. Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die 18. Auguſti, 1516. P. N. an. 4

Bulla XLIII.

SVMMARIVM.

Concedit, quod virtute Bullarum cruciatarum, vel aliarum indulgentiarum, nunquam intelligantur ſuſpenſa indulta cõceſſa quoad perſonas fratrum Minimorum. Indulgentiæ Eccleſiarum Minimorum ſemper ſunt in ſuo robore, & ſine pœna poſſunt publicari.

LEo Papa decimus. Vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis, ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem, ſolet ſedes Apoſtolica,piis petentium precibus, per quas animarum ſalus procuratur,& fauorem beneuolum impartiri. Cum itaque nos ad ordinem Minimorum, quem Beatus Franciſcus de Paula,pie, & religioſe inſtituit,ſingularem gerentes deuotionis affectum, per diuerſas noſtras,tam ſub plumbo,quam in forma breuis,confectas literas,in fauorem dicti ordinis,& domorum eiuſdem,in diuerſis regnis,& prouinciis conſtructarum,omnibus,& ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus,qui aliquam,ex dicti ordinis domibus huiuſmodi, vbilibet conſtructis,vel pro tempore conſtruendis,Eccleſiam,certis feſtis, & diebus in dictis literis reſpectiue expreſſis, à primis veſperis cuiuſlibet feſtorum,& dierum huiuſmodi,vſque ad ſolis occaſum eiuſdem, viſitarent, & ibi quinquies,orationem Dominicam, toties Salutationem Angelicam,in Chriſti paſſionis memoriam recitarent, decem annorum, & totidem Quadragenarum indulgentiam, in Domino miſericorditer elargiti fuerimus. Cum facultate,confeſſores deputandi,qui in feſtiuitatibus, & diebus huiuſmodi,eorundem Chriſti fidelium,ad Eccleſias ordinis Minimorum huiuſmodi,confluentium, confeſſionibus diligenter auditis,eis pro commiſſis per eos peccatis,etiam in ſingulis caſibus Epiſcopalibus,abſolutionis beneficium impendere, & ſalutarem pęnitentiam iniungere.

Necnon vota quæcumque,per eos pro tempore emiſſa (Religionis,& caſtitatis, ac vltramarinum, ac viſitationis liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli,& Sancti Iacobi in Compoſtella votis dũtaxat exceptis) in alia pietatis opera cõmutare valerent, licentiam,& facultatem cõceſſimus. Et nihilominus voluerimus, decreuerimus, & declarauerimus, quod ſi contigerit nos, aut ſedem Apoſtolicam, in poſterum huiuſmodi indulgẽtias, & facultates caſſare,reuocare,& annullare,ſeu ſuſpendere,quæ huiuſmodi per nos,dicto ordini,& eius fratribus, ac domibus,& Eccleſiis huiuſmodi, conceſſæ literæ, ac in eis contenta quæcumque, nullatenus in reuocationibus,aut caſſationibus huiuſmodi includerẽtur,nec per tales, aut alias reuocationes, caſſationes,declarationes,decreta,& ſuſpenſiones,ſublata, aut caſſata,quomodolibet intelligerẽtur, & etiam ſi de huiuſmodi intentione noſtra,& mẽte, non derogandi,ſpecialis expreſſio, & non per generales clauſulas, quæ huiuſmodi ſpecificam mentionem importare viderentur, fieret, prout in huiuſmodi ſub plumbo,quas perpetuò valere decreuimus, & aliis ſingulis reſpectiue confectis literis,quarum tenores,ac ſi de verbo ad verbum inſerti eſſent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Quia tamen à nonnullis verti poſſet in dubium,indulgentiæ per nos, vt pręmittitur,ordini Minimorum,& illius domibus,& Eccleſiis,conceſſæ huiuſmodi,per indulgentiam ad effectum Cruciatæ, necnon fabricæ baſilicæ principis Apoſtolorum de vrbe,ac etiam fabricæ, ſeu reparationis turris Eccleſiæ Viennen. Archiducatus Auſtriæ, per nos,vel prædeceſſores noſtros,quomodolibet,etiam cum derogatione aliarum indulgẽtiarum,etiã annullatæ fuerint. Nos attendentes,quod indulgentias huiuſmodi,ordini Minimorum,ac illius domibus, & eccleſiis libenter conceſſimus, & illas ſub quibuſuis reuocationibus, caſſationibus, & annullationibus,quæ à nobis, & ſede Apoſtolica pro tempore emanarent, comprehẽdi nullo pacto voluimus,& decreuimus, vt præmittitur, ad effectum,quod fratres ordinis Minimorum huiuſmodi,qui noſtris tẽporibus, Domino famulantes, cœperunt, Domino benedicẽte, multiplicari poſſent, Chriſti fideliũ piis ſuffragiis,& eleemoſynis, cum ipſi vitam quadrag. intus,& foris agant, pro eorũ neceſſitatibus,& pro eorum ſuſtentatione,aliquod ſubleuamen ſuſcipere,& habere. Et ne Chriſti fideles à bonis operibus abſtrahantur,quinimo feruentiores ad lucrandum indulgentias,ordini, & domibus, ac Eccleſiis Minimorum huiuſmodi, vt præmittitur,vel alias quouis modo conceſſas reddantur,dignum duximus,eiſdem Chriſti fidelibus, notam facere mentis noſtræ mentionem.

Quocirca,authoritate Apoſtolica, tenore præſẽtium,per [a] conceſſionem indulgẽtiarum, dictæ fabricę Baſilicę Principis Apoſtolorum,ac Cruciatę, necnon fabricæ,ſeu reparationi dictæ turris Eccleſiæ Viennen. huiuſmodi, aut quibuſuis aliis fabricis,Eccleſiis,ſiue locis, per prædeceſſores noſtros, vel nos hactenus factam,ſeu fiendam, mẽtis noſtræ

[a] Vide To. 2. qq. re. q. 21. art. 10.

non fuiſſe, neq; in futurum eſſe, velle, non plenarias indulgentias, & literas ſingulas fratribus, & Eccleſiis domorum Minimorum huiuſmodi, ſub quibuſuis verborum formis conceſſas, plenarias indulgẽtias, non continentes, reuocare, caſſare, & annullare, vel eis vllatenus derogare, quin imò illas, & in eis contenta quæcumque, iuxta illarum formã, & tenorem, præterquam quoad plenarias indulgentias, harum ſerie innouantes, & confirmantes, fratribus ordini, & Eccleſiis huiuſmodi, prout conceſſæ ſunt, & omnia in eis contenta, in ſuo robore permanere, & ſic ab omnibus conſeruari debere volumus &c.

Et nihilominus fratres ordinis Minimorũ huiuſmodi, a eorum indulgentias prædictas, in eorũ eccleſiis, & domibus publicandas, etiam poſt conceſſionem prædictarum, ſeu aliarum indulgentiarum (vt præmittitur) conceſſarum, & inhibitionem, de non publicando, vbilibet factam, nullas pęnas ſeu cenſuras, ſeu excommunicationis ſentẽtias, mereri debuiſſe, aut potuiſſe, eadem authoritate decernimus, ac eoſdẽ fratres, ſuas indulgentias præmiſſas, quibuſcumque non obſtantibus, libere, & licite publicare poſſe, & debere, volumus, & pari authoritate indulgemus per præſentes. Tamen nõ intẽdimus in aliquo præiudicare indulgentiæ pro futuri proximi capituli Generalis, in vrbe celebratione conceſſæ, quominus illa in locis, in literis breuis deſuper expeditis, expreſſe libere publicare valeãt. Nõ obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis aliis ſuſpenſionibus, & reuocationibus ſimilium indulgẽtiarum, ſub quacumque verborum forma, per nos, vel prędeceſſores noſtros, ad effectus prædictos, ſeu alias, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, conceſſis hactenus, & in poſterum concedendis, ſeu factis, & fiendis, ſub quibus præſentes, nullo modo comprehendi poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcũque. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula loca, vbi expediẽs fuerit, deferri, volumus, dicta authoritate decernimus, quod literarum huiuſmodi tranſumpto, manu publici notarij ſubſcripto, & alicuius Archiepiſcopi, Epiſcopi, aut alterius Eccleſiæ prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſigillo munito, vbicumque illud exhiberi cõtigerit; ea prorſus, & indubia fides, in iudiciis, & extra, vbicumque locorum adhibeatis, ac ſi præſentes forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romę, apud S Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 5. Septemb. Pont. noſtri, anno 4.

a Vide T. 2. co. 99. ro. 9. 91. art. 5.

Pro ordine Tertiariorum.

Bulla XLIV.

S V M M A R I V M.

Sorores vouentes etiam ſimplici voto continentiã, Gaudent priuilegiis Eccleſiaſticis, etiam ſi in domibus propriis habitent.

LEo Papa Decimus, ad futuram rei memoriã. Nuper in ſacro Lateranenſi Concilio, in reformatione priuilegiorum Religioſis conceſſorum, inter alia ſtatuimus, quod fratres, & ſorores tertij ordinis, necnon mantellati, cortigiati, pizocheræ, b cordelati, & alij quocumque nomine nuncupati, in proprijs domibus habitantes, ſepulturam vbi voluerint, eligere valeant, ſed die Paſchatis tantum, Euchariſtiam, ac extremam vnctionem cæteraque Eccleſiaſtica ſacramenta (pœnitentiæ Sacramento duntaxat excepto) à proprio ſacerdote recipere, & onera, quę laicis incumbunt perferenda teneantur. Et ne cenſura vileſcat Eccleſiaſtica, & Minoris authoritatis, interdicti ſentẽtia reputetur, iidem dicti tertij ordinis, ad diuina audiẽda nullatenus admittantur, ſi cauſam dederint interdicto, vel ipſam cauſam nutriant, aut foueant, aut dantibus auxiliũ, conſilium, vel fauorẽ, quoquo modo præſtiterint. Collegialiter vero viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam viduałẽ, expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitã ducẽtes priuilegiis, quibus fratres ordinis cuius tertiæ regulæ habitum geſtant, gaudere debeant, prout in conſtitutione dicti Lateranenſis Concilij, eodem approbante concilio, deſuper edita, plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, à quibuſdam nimium curioſis, vertatur in dubium, an votũ prædictum, de voto ſolemni Religionis intelligatur, cũ illud tria ſubſtantialia comprehendat, obedientiam ſcilicet, paupertatem, & caſtitatẽ, & circa dictas mulieres, virginalem, ſeu caſtam, & vidualẽ vitam ducentes, de virginitate, & caſtitate tantummodo mentio fiat. Nos ad tollendum omne dubiũ, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis, plenitudine, harũ ſerie decernimus, & declaramus, quod in præmiſſis, de voto ſolemni religionis, minimè intelligi debeat, ita vt mulieres, virginalem, aut cœlibem vitam ſimpliciter vouentes, etiam conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitãtes: priuilegiis, & immunitatibus prędictis, in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dicta conſtitutione noſtra, voluimus non obſtare, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Martij, 1518. Pont. noſtri, anno quinto.

b Vide T. 1. 10. 99. re. 9. 74. ar. 2. & 973.

Pro omnibus mendicantibus.

Bulla XLV.

MOderationes Priuilegiorum omnium ordinum Mendicantium, factæ in concilio Lateranen. ſub Leone X.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſorum operibus Catholica fides dilatata eſt.*
2 *Epiſcopi poſſunt viſitare Eccleſias parochiales vnitas Monaſteriis.*
3 *Presbyteri ſeculares poſſunt in Eccleſiis Monaſteriorum celebrare.*
4 *Religioſi debent ad proceſſiones ire.*
5 *Religioſi præſentati, debent perſonaliter exponi, ad confeſſiones.*
6 *Religioſi approbati ab ordinariis, forenſium confeſſiones poſſunt audire.*
7 *Religioſi poſſunt adminiſtrare ſacramenta famulis domorum ſuarum.*
8 *Pacta, & conuentiones facta inter curatos, & Prælatos regulares valent.*
9 *Religioſi non poſſunt intrare in Parochias proceſſionaliter cum cruce ad leuanda corpora defunctorum.*
10 *Religioſi ordinandi, debent examinari ab ordinariis.*
11 *Eccleſiæ debent conſecrari, & benedici ab Epiſcopis.*
12 *Religioſi non poſſunt benedicere ſponſos.*
13 *Religioſi in Sabbatho ſancto non poſſunt pulſare cãpanas, antequam campana cathedralis, uel matricis Eccleſia pulſetur.*
14 *Religioſi tenentur ſeruare cenſuras promulgatas ab ordinariis.*

15 *Re.*

15 *Religioſi tenentur monere ſeculares ad ſolutionem decimarum.*
16 *Conſeruatores, quò ſint nominandi à regularibus.*
17 *Procuratores operarij, & famuli fratrum ſubſunt ſententiis Epiſcoporum.*
18 *Fratres, & ſorores tertii ordinis, in propriis domibus habitantes, non gaudent priuilegiis ordinis, ſicut gaudent collegialiter viuentes, aut caſtitatẽ vouentes.*
19 *Fratres. Epiſcopos debent venerari.*
20 *Epiſcopi, Religioſos charitatiue debeant tractare.*

LEo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpe
1 tuam rei memoriam. Sacro approbante Con-
cilio. Dum intra mentis arcana reuoluimus, & dili
genti conſideratione penſamus, operoſa ſolicitu-
dinis ſtudia, continuoſque labores, pro diuini no-
minis gloria, exaltatione Catholicæ fidei. Eccleſię
vnitate ſeruanda, & inſtitutione, ac ſalute fidelium
animarum, per coepiſcopos, eorumque ſuperio-
res in diuerſis orbis partibus, ad regimen ſuarum
Eccleſiarum à Sede Apoſtolica conſtitutos, nec-
non fratres diuerſorum ordinum, præſertim men-
dicantium, indefeſsè & indeſinenter impenſos, tan
ta ex eorum in vinea Domini, fructuoſis operibus,
& oportunè, ac laudabiliter geſtis, cordi noſtro pro
uenit ſatisfactio, vt iis, quæ ad pacem, & quieté in-
ter eos conſeruandam, conducere cognoſcimus,
2 omni ſtudio intendamus. Volumus enim Epiſco-
pos ipſos, in partem ſolicitudinis noſtræ aſſumptos
fuiſſe, quorum honor, & ſublimitas (teſtante Am-
broſio) nullis poteſt cõparationibus adæquari. Re-
ligioſos etiam in agro Dominico, pro Chriſtianæ
Religionis defenſione, & ampliatione complura fe
ciſſe, ac vberes fructus, protuliſſe, & in dies ſingu
los proferre, ita vt eorundem Epiſcoporum, ac Re
ligioſorum bonis operibus, orthodoxam fidem,
incrementa ſumpſiſſe, & per orbem terrarum, vndi
que dilatatam fuiſſe, fidelium nullus ignoret. Et ſi-
cut ipſi ſæpè numero vigilantiſſima, & ſolerti cu-
ra, ſchiſmata in Dei Eccleſia extinguere, & Eccle-
ſię vnitatem reddere, & vt eidem Eccleſiæ paci trã
quillitas daretur, innumeros labores, ſubire non
dubitarunt, ita quoque par eſt, eos inter ſe, noſtris
prouiſionibus, pacis vinculo, ac fraterna Charitate
coniungi, vt eorum concordi doctrina, & mutuis
operibus, vberiores in Eccleſia Dei fructus proue-
niant. Sanè cupientes, vt iura ſpiritualia, quæ ad
3 Dei laudem, & Chriſti fidelium animarum ſalutẽ,
pertinent, & quorum exercitui, præfatis Epiſcopis,
& eorum ſuperioribus, in ſuis diœceſibus (cum ipſi
in partem ſolicitudinis, vt præfertur, aſſumpti, ac
diœceſes diſtinctæ, & cuilibet eorundem Epiſcopo
rum aſſignatæ fuerunt) commiſſum extitit, per ip-
ſos Epiſcopos exerceantur, & ius illa libere exercẽ
di, quantum fieri poteſt, eis illæſum præſeruetur,
& ſi aliqua dictis fratribus mendicantibus, in eorũ
dem Epiſcoporum lęſionem, per Romanos Pontifi
ces prædeceſſores noſtros, & Sedem Apoſtolicam,
conceſſa fuerint, conceſſiones huiuſmodi, eiuſdem
Religioſis factas, in ſubſequentibus duximus mo-
derandas, vt ipſi fratres potius ab eiſdem Epiſco-
pis, omni cum charitate foueantur, quam aliquo
modo moleſtentur, & inquietentur. Vna enim eſt
regularium, ſecularium, Prælatorum, & ſubditorũ,
exemptorum, & non exemptorum, vniuerſalis Ec-
cleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur. Eorum-
que omnium, vnus Dominus, vna fides, & propre-
rea decet eos, qui eiuſdem ſunt corporis, vnius etiã
eſſe voluntatis, & ſicut fratres, nexu inuicem cha-
ritatis aſtricti ſunt, ſic non conuenit alterum, in alte
rius iniuriam, ſeu iacturam proſilere, dicente Salua
tore: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inui-
4 cem, ſicut dilexi vos. Ad conſeruandam igitur in-
ter Epiſcopos & eorum ſuperiores, ac prælatos &
fratres huiuſmodi, mutuam Charitatem, & beneuo
lentiam, diuiniq́ue cultus augmentum, pacemque,
& tranquillitatẽ vniuerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod
ita demum fieri poſſe cognoſcimus, ſi vnicuique
(quantum fieri poteſt) ſua iuriſdictio conſeruetur,
ſacro *a* approbante concilio, ſtatuimus, & ordina- *a Vide in 2.10.qq.10.*
mus, quod Epiſcopi, & eorum ſuperiores, & alij *q.36. ar.3*
prælati præfati, parochiales Eccleſias, ad eoſdem *& 4.*
fratres, ratione locorum ſuorum, legitimè ſpectan-
tes, quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & ſa
cramentorum conſeruationem, adminiſtrationem-
que pertinent (ſine tamen viſitatorum inſolito gra
uamine, vel impenſa) viſitare, & illarum curam ge
rentes & circa illam delinquentes, (ſi religioſi fue-
rint) iuxta ipſius ordinis regularia inſtituta, intra
ſepta regularis loci, ſeculares vere presbyteros, &
fratres huiuſmodi beneficia obtinentes, libere, tan
quam ſuæ iuriſdictioni ſubiectos punire. Ac tam *b Limit. ſecundũ tra-*
prælati, quam Presbyteri ſeculares, qui vinculo ex *di. 10. 1. qq.*
communicationis ligati non fuerint, miſſas in Ec- *10 q.42 ar.*
cleſiis domorum eorundem, deuotionis cauſa cele *fin. & vide*
brare volentes, celebrare poſſint. Ipſique fratres ta *in 10.2.qq.*
les celebrare volentes, libenter recipere debẽt. Ac *10.q.4.a.1.*
ab eiſdem prælatis, ad proceſſiones ſolemnes pro *et q.28.a.1.*
tempore faciendas (requiſiti) dummodo eorũ lo-
ca ſuburbana, vltra vnũ miliare à ciuitatibus reſpe 5
ctiuè non ſint remota, accedere. Necnon *d* ſuperio *c Vide in*
res eorundem fratrum, fratres quos ad audiendas *3.10.qq.10.*
confeſſiones ſubditorum eorũdẽ Prælatorum, pro *q.37.*
tempore elegerint, eiſdẽ prælatis perſonaliter exhi 6
bere, ac præſentare (ſi eos ſibi exhiberi, & præſenta *d Vide in*
ri petierint) alioquin eorum Vicariis (dummodo *1.10. qq.10.*
ad prælatos, vltra duas dietas, accedere nõ cogan- *q.59.*
tur) omnino teneantur. Poſſintq́; *e* illi per eoſdẽ E- *e Vide in*
piſcopos, & prælatos, ſuper ſufficienti literatura, & *1.10.qq.10.*
aliqua (Saltem huiuſmodi ſacramenti peritia dũta *q.60.*
xat) examinari, talibuſq́ue præſentatis, & admiſſis,
vel ẽt indebitè recuſatis confitentes, conſtitutioni,
quæ incipit: omnis vtriuſque ſexus (quo ad cõfeſſio
nem duntaxat) ſatisfeciſſe cenſeantur. Ipſique fra- 7
tres, etiam forenſium confeſſiones audire valeant. *f Vide in 1.*
Laicos *f* autem, & clericos ſeculares, à ſententiis ab *10.qq.10.q.*
homine latis nullatenus abſoluere poſſint. Euchari *61.ar.6.*
ſtiæ *g* verò, & extremæ vnctionis, aliaque Eccleſia *g Vide ĩ 1.*
ſtica Sacramenta, illis, quorum etiam infirmorum, *10.qq.10. q.*
ac decedentium confeſſiones audierint, dicentibus *56. & in 2.*
proprium ſacerdotẽ illa ſibi dare denegaſſe, dare *10 qq.10. q.*
nequeant, niſi denegatio, ſine legitima cauſa facta. *2. & in 3.*
vicinorum teſtimonio probata, aut requiſitio corã *10.q.17.ar.*
notario publico, facta doceretur. Et eorũdem *h* ve- *1.*
ro fratrum obſequio inſiſtentibus, ſacramẽta huiuſ *h Vide ĩ 1.*
modi nullatenus miniſtrare valeant, niſi illorũ du- *10.qq.10.q.*
rante obſequio. Pacta autem, & cõuentiones inter *56.ar.14.*
eoſdem fratres, & prælatos, atque curatos, pro tẽ- 8
pore inita, valeant, niſi per ſubſecutum capitulum *i Vide in 1.*
proximũ Generale, vel Prouinciale, refutata, & per *10.qq.10. q.*
eos refutatio huiuſmodi intimata, debito tẽpore *39 ar.8.*
fuerit. Parochias autem cũ Cruce, ad leuanda fune
ra eorum, qui apud Eccleſias domorum, & locorũ 9
eorundem, ſuam elegerint ſepulturam, intrare non *k Vide ĩ 3.*
poſſint, niſi prius præmonito, & requiſito, ac recu *10.qq.10. q.*
ſante parochiano presbytero, & tunc ſine eius ac *28.ar.1.*
ordinarij præiudicio; niſi eiſdem fratribus ſuper
hoc, antiqua conſuetudo, quæ ſit in viridi obſer- *l Vide in 3.*
uantia, & cũ pacifica poſſeſſione, ſuffragetur. *l* Vo- *10.qq.10.q.*
lentes quoque ſepeliri in habitu eorundem fratrũ *58 ar.3.*
in clauſtro nõ degentes, ſed in propriis domibus 10
habitantes, in eorum vltima volũtate, ſepulturam *m Vide ĩ 2.*
ſibi liberè eligere poſſint. Quodq; *m* fratres ipſi, ad *10.qq 10. q.*
ordines promouendi, per ordinarios, de Gramma *34.ar.1 &*
rica, & ſufficientia examinari, & dummodo compe *in 1.10.qq.*
tenter reſpondeant, per eoſdem ordinarios, liberè *10.q.18.ar.*
6.

admitti. Ac nullatenus in eorum Eccleſiis, ſeu do-
mibus,aut aliis eorum locis,ab alio , quam à diœ-
ceſano Epiſcopo,niſi prius,ipſo diœceſano Epiſco-
po,vel eius Vicario,ſuper hoc,cum debita inſtãtia
requiſito.& abſque rationabili cauſa contradicen
te,vel eo à diœceſi abſente,ad dictos ordines pro-
a Vide l 1. moueri debeant. Nec *a* ab alieno Epiſcopo conſe-
10.qq.re.q. crationem Eccleſiæ,vel altaris,aut cęmiterij bene
19. dictionem petere,ſeu in Eccleſiis per eos pro tem
11 pore ædificandis,primum lapidem per alienũ Epi-
ſcopũ,poni facere poſſint,niſi vbi ordinatius, bis,
aut ter,cum debitis reuerentia,& inſtantia requiſi-
12 tus,ſine legitima cauſa recuſauerit. Et *b* abſque cu-
b Vide l 3. ratorum conſenſu,ſponſum, vel ſponſam benedice
10.qq.re.q. re nequeant. Et vt debitus honor matrici eccleſiæ
2.ar.1. reddatur,tam ipſi fratres, quam alij clerici ſecula-
res,etiã ſuper hoc Apoſtolicæ ſedis priuilegio mu-
niti,die Sabbati maioris hebdomadę,antequam cã
13 pana cathedrali,vel matricis Eccleſiæ, pulſauerit,
campanas in Eccleſiis ſuis,pulſare minime poſſint.
Contra facientes pęnã centum ducatorum incur-
14 rant,cẽſuras autem per eoſdem ordinarios *c* latas,
c Vide l 2. & promulgatas, ac in matrici Eccleſia ciuitatum,
10.qq.re.q. necnon in collegiatis,& parochialibus Eccleſiis ca
108.art.4. ſtrorum,& oppidorum reſpectiuè, ſolemniter pu-
& 5. blicatas,quãdo ſuper hoc,ab eiſdem ordinarijs re
quiſiti fuerint,in eccleſiis domorum ſuarum,publi
care, ac ſeruare. Et vt animarum vtriuſque ſexus
15 Chriſti fideliũ,ſaluti,vberius conſulatur,illos,quo-
d Vide l 2. rum confeſſiones,pro tempore audirent,*d* cuiuſcũ
10.qq.re.q. que ſtatus,& conditionis fuerint,ad ſoluendũ deci
44.art.8. mas,ſiue aliam bonorum, ſiue fructuum, quo tam
in locis,in quibus decimæ ipſæ,aut ſimilia ſolui cõ
ſueuerunt,etiam ſub onere conſcientiarum ſuarũ,
monere,& hortari,ipſiſque etiã, illas ſoluere recu-
ſantibus,abſolutionem denegare , & ſuper hoc re-
quiſiti,id populo,etiam publice prædicare,& per-
16 ſuadere teneantur. *e* Conſeruatores autem,eiſdem
e Vide l 1. fratribus pro tempore à ſede Apoſtolica deputan-
10.qq.re.q. di,doctrina,& probitate præſtantes, & in eccleſia-
65.ar.2.& ſtica dignitate conſtituti,eſſe debeant , & corã eis
3.eũ ſeqq. per eoſdem fratres,quibus dati fuerint, vltra duas
dietas à loco ſuæ ſolitæ habitationis, nullus trahi
poſſit. Priuilegiis ſuper hoc aliàs eis conceſſis, nul-
latenus ſuffragantibus. *f* Excommunicati quoque
17 ordinem mendicantium profiteri volentes, vbi de
f Vide l 3. intereſſe tertij agetur,abſolui non poſſint, niſi præ
10.qq.re.q. uia ſatisfactione. Procuratores *g* quoque, & nego-
10.art.9. riorum geſtores,ac operarij,eorũdem fratrum ſer-
g Vide l 2. uitiis inſiſtentes , ſententiis excommunicationis
10.qq.re.q. promulgatis illaqueati ſint,& eſſe cenſeantur,ſi il-
67.ar.3. lis cauſam dederint, aut dantibus, conſilium, au-
18 xilium,vel fauorem præſtiterint. Fratres *h* autem,
h Vide l 3. & ſorores tertij ordinis, necnon mantellati, cor-
10.qq.re.q rigiati,pinzocheræ,cordellati,& alij, quocumque
7.art.2.& nomine nuncupari, in proprijs domibus habitan-
9.73. tes,ſepulturam vbi voluerint,eligere valeant , ſed
die Paſchatis tantum,Euchariſtiam,necnon extre-
mam vnctionem,cæteraque Eccleſiaſtica Sacramẽ
ta(pęnitentiæ ſacramento duntaxat excepto) à pro
prio ſacerdote recipere,& ad onera,quæ laicis in-
cũbunt,perferenda,teneantur, ac in foro ſeculari,
coram iudice ſæculari conueniri poſſint. Et *i* nè cẽ
i Vide l 3. ſura vileſcat Eccleſiaſtica,& minoris authoritatis,i-
10.qq.re.q. terdicti ſententia reputetur, iidem dicti tertij ordi
71.arti.1. nis,ad diuina audiẽda, in Eccleſiis ſuorum ordinũ,
& in ſo.1. tempore interdicti,nullatenus admittantur,ſi cau-
99. reg.q. ſam dederint interdicto,vel cauſam ipſam nutriãt,
33.ar.14. ſeu faueant, aut dantibus auxilium,conſiliũ, vel fa
19 uorẽ quoquomodo præſtiterint. *x* Collegialiter au
x Vide in tem viuentes,ſeu cum Clauſtralibus habitãtes,aut
3.10.qq.re. mulieres virginalẽ,ſeu Celibem,aut caſtam vidua-
9.7.a.2.& lem,expreſſo voto,& ſub dicto habitu, vitam ducẽ
9.73.ar.1.

tes,priuilegiis, quibus fratres ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum geſtant,gaudere debeant. Omnia etiam ſingula ſupradicta,ad reliquos religioſos ordinum quorumcunque,extendi,& per eos etiã ſeruari debere,voluimus,atque decernimus. (Saluis tamen in reliquis deſuper non expreſſis, tam Epiſcoporum, quam fratrum , & aliorum religioſorũ prædictorum,iuribus quibus per præmiſſa, in aliquo præiudicare,ſeu quicquam innouare non intendimus) Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum ordinum,iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque,& indultis, ac literis Apoſtolicis,contra præmiſſa,ſeu aliquod præmiſſorum, eiſdem ordinibus conceſſis,etiã in mari magno contẽtis,quibus,etiã ſi ad illorum derogationem,de eis, eorumque totis tenoribus,ſpecialis, ſpecifica, expreſſa,indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autẽ per generales clauſulas,id importantes,mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma,ſeruanda eſſet,illorũ tenores,præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes,ſpecialiter,& expreſſè derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcumque. Decernentes,ex nunc,irritum,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate,ſcienter,vel ignoranter, contigerit attentari. Eoſdem inſuper fratres,in virtute ſanctę obedientiæ monemus,vt eoſdem Epiſcopos, loco Sanctorum Apoſtolorum ſubrogatos, pro debita, & noſtra,ac Apoſtolicæ ſedis reuerentia, congruo honore,& conuenienti obſeruantia,venerentur. Ipſos quoque Epiſcopos hortamur,ac per viſcera miſericordiæ Dei noſtri requirimus, vt fratres ipſos, affectu beneuolo proſequentes,charitatiuè tractẽt, ac benigne foueãt, ſeque illis minimè difficiles,aut duros,vel moroſos,ſed potius faciles,mites,propitios,piaque munificentia,liberales exhibeant,ac in omnibus prædictis,tanquam in agro Dominico cooperatores,eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant. Eorumque iura,cum omni charitate cuſtodiant,atque defendant, vt tam Epiſcopi,quam fratres præfati,quorum opera,velut lucernæ ardentes,ſupra montem poſitę, omnibus Chriſti fidelibus,lumen præbere debẽt, ad Dei laudem, fidei Catholicæ exaltationem, populorumq; ſalutem,de virtute in virtutem proficiant, ac exindè à largiſſimo bonorum omnium retributore Domino,perennis vitæ præmium,conſequi mereãtur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginã noſtrorum ſtatuti,ordinationis,voluntatis,derogationis,decreti,monitionis,exhortationis,& requiſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum, Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ,in publica Seſſione,in Lateranẽ. Sacroſancta Baſilica ſolemniter celebrata , Anno Incar. Domini. 1516. 10. Decembris, Pont. noſtri, anno 4.

Pro monialibus Sanctæ Claræ.

Bulla XLVI.

Habetur authentica in conuentu, Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

1 *Moniales Sanctæ Claræ debent recitare officium diuinum ſicut fratres Minores, quorum ritui debent reformare.*

2 *Mo-*

Digitized by Google

2. *Moniales S. Claræ non tenentur officium diuinum in Choro perſoluere.*
3. *Moniales S. Claræ lucrantur indulgentias conceſſas fratribus Minoribus.*
4. *Moniales S. Claræ quoties communionem ſumunt indulgentiam plenariam conſequuntur.*
5. *Moniales S. Claræ feſta S. Agnetis, & vndecimi mille Virginum perpetuò ſub ritu duplicis maioris poſſunt celebrare.*

Dilectis in Chriſto filiabus, vniuerſis Abbatiſſis, & Monialibus, ac conuentibus Monaſteriorum quorumcunque ordinis S. Claræ Regulæ, ſub perpetua clauſura, ac regimine fratrum Minorum de obſeruantia, Altiſſimo famulantibus.

LEO PAPA X.

Dilectæ in Chriſto filiæ, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum (ſicut nobis nuper exponi feciſtis) in regula S. Claræ, ſub qua, & ſuaui Religionis iugo, ac cura fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, gratum Domino redditis famulatum, & diuinis beneplacitis inſiſtitis: nonnulla contineantur, quæ mentibus veſtris dubia exiſtunt, & declaratione Apoſtolica indigere noſcuntur. Nobis propterea humiliter ſupplicari feciſtis, vt circa huiuſmodi regulæ obſeruantiã, ſine aliqua hæſitatione, ac mentium, & conſcientiarum veſtrarum perturbatione, & ſcrupulo, inſiſtere poſſitis, quæ ambigua ſunt, per noſtræ declarationis miniſterium, vobis plena, & aperta reddere, de benignitate Apoſtolica dignaremur, & ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, circa obſeruantiã diuini officij, ex prima regula B. Claræ continetur, quod ſorores literatæ faciant diuinum officium, ſecundum conſuetudinem fratrum Minorum, legendo ſine cantu, & quæ literas neſciunt, dicant Pater noſter, & pro defunctis, dicant etiam in veſperis, ſeptem Pater noſter, & requiem æternam. Pro matutino XII. & ſorores literatæ teneantur dicere officiũ mortuorũ: & ex ſecunda regula ordinis S. Claræ huiuſmodi, per fœ. re. Vrbanum Papam V. prædeceſſorem noſtrum, cum prima ſatis obſcura videretur declarata, contineatur, quod de diuino officio, tàm in die, quã in nocte, Domino perſoluendo, taliter obſeruetur, videlicet, quod hæ, quæ legere, & canere nouerint, ſecundum conſuetudinem ordinis fratrum Minorum, diuinum officium debeant celebrare, illiteratę verò dicãt Pater noſter, & pro defunctis dicãt VII. Pater noſter, cum requiem ęternam, pro Matutino XII. Pater noſter, tempore quo ſorores literatæ facient officium mortuorum. Et quia etiam, ex declaratione per Vrbanum prædeceſſorem huiuſmodi facta, (vt præfertur) mentibus veſtris, adhuc plenè ſatisfactum non eſt, cum tàm ex prima, quàm ſecũda Regula huiuſmodi, Sorores literatæ teneantur dicere officium mortuorum, tamen circà officium mortuorum huiuſmodi, certam declarationem, an veſperas, aut vigiliam mortuorum dicere in choro, ſemper, & quotidiè debeatis. Cum fratres Minores officium mortuorum huiuſmodi, niſi temporibus, ex ordinario Romano, & eorum conſtitutionibus ſtatutis, non perſoluant, non habetis, propter quod, in magna cõſcientiarum fluctuatione, & mẽtium veſtrarum perturbatione exiſtatis. Et inſuper cũ difficile ſemper ſit, eſſe in Choro in omnib horis, & nunquã deficere, aliquãdo occupatione ſatis leui, aliquãdo tædio, aliquãdo aliquali neglıgẽtia, & aliquando vos, aliquam horã vobis eligatis, per vos ipſas, aut cum ſocia horas huiuſmodi perſoluere: cumq. multum difficile ſit cõſcientijs timoratis interpretari, quæ ſit illa neceſſitas, quæ excuſat à Choro, propterea vtrum Monialis ſana, ſub pœna peccati, horas in Choro ſemper perſoluere teneatur, poſito quod in Choro dicatur officium ordinariè (vt conſuetum eſt) à competẽti numero Monialium, iuxtà copiam inibi reſidentium, & quod propterea, quia in Choro non intereſt, non omittit per ſe ipſam, aut cum ſocia, diuinum officium perſoluere, petatis declarari. Præterea cum aſſeratur, piæ memoriæ, Innocentium Papam Octauũ, ſeu alium Romanum Pontificem prędeceſſorem noſtrum, ad tollendos diſcurſus fratrũ ordinis huiuſmodi, quod fratres ipſi, dicendo quinq. Pater noſter, cum Aue Maria, coràm Sacramẽto Altaris, infirmi in Grabatis ſuis, pro fœlici ſtatu Sanctæ Matris Eccleſiæ, dicendo, vt ſupra, habeant eandem indulgentiã, quæ eſt ſecunda die Auguſti, in Sãcta Maria de Angelis, ſiue de Portiuncula, apud Aſſiſium, prout illo die à deuotis populis lucrantur. Item, quod dicendo alia quinq. Pater noſter, & Aue Maria, cũ gloria Patri, in fine cuiuſlibet Pater noſter, & ipſi fratres, ſtationes Vrbis, ſubiungendo vnum Pater noſter, & Aue Maria pro intentione Domini concedentis. Et inſuper, piæ memoriæ, Pius Secundus, etiam prędeceſſor noſter, eiſdem fratribus Vltramontanis, vt ſeptem Pſalmos Pęnitentiales dicendo, cum lætanijs indulgentias ſtationum Vrbis haberent, & conſequerentur, indulſerit, & ipſis fratribus, toties, quoties coronã Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & Virginis Mariæ dicerent, plenariã habere indulgentiã, conceſſum fuiſſe aſſeratur. Quare, vt pręmiſſa vobis, ex officio Paſtoralis officij noſtri, pro quiete conſcientiarũ veſtrarum (nè cõtra conſcientiã agendo, ad gehẽnam ædificare videamini) plena, & aperta facere, atque declarare, & ſuper officio huiuſmodi perſoluendo, quomodo vos habere debeatis, ac in facultatibus, quò ad participationem gratiarum fratrib. Minoribus huiuſmodi, ſub quorum cura, & regimine viuitis conceſſarum, qualiter participetis: & in facultate abſolutionis peccatorum veſtrorum, quæ forma ſeruanda ſit, more Pij patris, & benignitate Apoſtolica, qua vos, tanquàm peculiares in Chriſto filias, proſecuti ſumus, & proſequimur, aperire, & decernere dignaremur. Nos igitur, præmiſſis, & infraſcriptis ſupplicationibus, paterna beneuolentia annuentes, ac ſuper præmiſſis omnibus, vobis taliter per noſtræ declarationis oraculum prouidere, & ſic plana facere volentes, vt ei, cui iugiter inſeruitis, cũ cõſcientiarum, & mentium veſtrarum quiete, & pace, gratum, & acceptũ reddere valeatis famulatum. Circà pręmiſſa omnia, prius habita matura deliberatione, omnibuſq; diligenter præmeditatis, & conſideratis, authoritate Apoſtolica, ex noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium, duximus declarandum, & concedendum [a] vt ſequitur. Primò, videlicet, quò ad officium defunctorum, declaramus vos dũtaxat teneri, ſicut fratres ordinis Minorum, quorũ ritui, in diuinorum perſolutione, veſtra vobis præcipit regula conformari, quod ſatis declaraſſe videtur, præfatus Vrbanus prędeceſſor noſter, vbi dicit, Sorores illiteratas non teneri ad dicendum Pater noſter pro mortuis, niſi eo tempore, quo in Choro Choriſtæ officium faciunt mortuorum, & verbum illud, teneantur, dicimus referri, ad obligationem Vigiliarum, & veſperarum, prout in breuiario annotatur, & non ad Pater noſter, quę illiteratis ſororibus, pro tali ſuffragio, per regulam inducũtur. Quo verò [b] ad obligationem perſoluendi officium in choro, decernimus etiam ſanas non teneri ſemper officium diuinum in choro perſoluere, humana cõſiderata fragilitate, & ſexus fœminini debilitate, quia difficulter conſcientia timorata, ſciret diſcernere neceſſitatem excuſantem, conſideratis diuerſis,

§

[a] Vide in 10. c. 99 vs. q. 42. arti. 20. & 21. & in 3. to. q. 6. ar. 6.

[b] Vide in d q. 6. ar. 6

ſis, ac varijs occupationibus, & impedimẽtis, quæ
ſuperueniunt continuè in adminiſtratione rei fami-
liaris Monaſteriorum veſtrorum, attento quod, die
noctuque, benè, & ſolemniter, ac ſine intermiſſione
collegialiter in choris veſtris officium diuinũ per-
ſoluitur, & iuxta formam per regulam vobis tradi-
tam, cum reuerentia decantatur, exonerantes ta-
men conſcientiam veſtram, diſcretioni Abbatiſſa-
rum, pro tempore exiſtentium, cõmittimus, vt quã-
do, & quomodò, ſiue cum quibus, ſit hæc remiſſio,
ſiue exemptio toleranda, ſolerter inuigilent, & di-
ligenter aduertant, & prudenter concedant, nè ſub
colore pietatis, ex nimia indulgentia permittant, in
aliqua ſororum, vel Monialium, habitum generari
diuinæ offenſionis. Quantum verò attinet ad parti-
2 cipationem, in gratijs fratribus Minoribus, ſub quo
rum regimine viuitis, conceſſis, ſimili declaratione
decernimus, tanto magis vobis eſſe conceſſas, quan
to minor occaſio datur diſcurrendi, quo fit, vt in-
dulgentias S. Mariæ de Angelis, ſiue Portiunculę in
Aſſiſio, ſecundi diei Augusti, & de quinque Pater no
ſter, cum Gloria Patri, coram Sacramento Altaris
recitandis, & de Pſalmis Pœnitentialibus, pro ſtatio
nibus vrbis, quæ fratribus dicuntur eſſe conceſſæ:
ad vos extendimus, & vobis, prout eis, ſuffragari
volumus, & (quatenus opus ſit) de nouo, pro veſtra,
& eorundem fratrum conſolatione concedimus.
Inſuper verò, quantum ad facultatem abſolutionis
concernit, concedimus vobis, vt in omnibus ſolem-
nitatibus, Domini Sabaoth, Virginis Marię, omniũ
ſanctorum, Patris veſtri S. Franciſci, ac Matris ve-
ſtræ S. Claræ, confeſſores veſtri poſſint in abſolutio
ne veſtrarum confeſſionum, eis de peccatis veſtris
factarum, vos plenariè abſoluere, & pœnitentiam
ſalutarem iniungere. Et a quoties ſacram ſumitis
Communionem, ea die, plenariam indulgentiam
conſequi. Prætereà, quia accepimus, Abbatiſſas, &
3 Moniales Pariſien. & Albanen. Monaſteriorum San
ctæ Claræ huiuſmodi: ad Beatam Agnetem, & glo-
4 rioſiſſimas vndecim mille Virgines ſingularem ge-
rere deuotionis affectum, eis nunc, & pro tempore
exiſtentibus, & quibuſuis alijs Abbatiſſis, & conuen
tibus Monaſteriorum dicti ordinis S. Claræ, hũc ri-
tum obſeruare volentibus, quod à modo in anteà,
Beatæ Agnetis, & vndecim millium virginum hu-
iuſmodi feſta, perpetuis futuris temporibus, ſub ri-
tu duplicis maioris celebrare, libere, & licitè poſ-
ſint, & valeant, concedimus, pariterq; indulgemus.
Præmiſſas autem declarationes, atteſtationes, decre
ta, cõceſſiones, & indulta, vobis, & veſtrum ſingulis
perpetuò facimus, vt omni ſemota ambiguitate, &
puriori conſcientia, ſub ſuaui religionis iugo, cui
eſtis perpetuò addictæ, præces ad Dominum libe-
riori mente fundere, & perpetua pace, & ſpirituali
conſolatione, gaudere poſſitis: ſperantes eò acce-
ptiores præces veſtras, apud eum, cui proprium eſt
miſereri ſemper, & parcere, futuras, quo omni ſolu-
to fluctuationis obſtaculo, intentius illas perſolue-
re, & pro nobis, & Sancta Romana vniuerſali Ec-
cleſia, ſedulius, & feruentius orare poteritis, prout
vos, quas in viſceribus charitatis habemus, & tan-
quàm peculiares, ac dilectiſſimas in Chriſto filias,
paterna beneuolentia, & cura amplectimur, factu-
ras non dubitamus. Non obſtantibus præmiſſis, ac
conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec
non monaſteriorum, & ordinis prædictorum iura-
mento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmi-
tate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæ-
teriſq. in contrariũ facientibus quibuſcunq. Cæte-
rum, quia difficile eſſet, præſentes literas in ſingu-
lis locis, & monaſterijs veſtris, & alibi, vbi opus
eſt, oſtendere, vel exhibere, volumus, & eadem au-
thoritate cõcedimus, quod tranſumptis ipſarũ, ma-
nu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo ali
cuius Prælati munitis, vbique plena fides adhibea-
tur, veluti adhiberetur proprijs originalibus, ſi in
medium oſtenſæ eſſent, vel exhibitæ. Dat. Romæ,
apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Mar-
tij, 1515. Pont. noſtri, anno 3.

Vide in 10. 1. reg. q. 55. ar. 13 & in 2. 10. q. 87. ar. 3. & ar. 7.

a Vide in 2. 10. qq. 10. q. 87. ar. 2.

Oracula viuæ vocis, Leonis Papæ X.

LAurentius, miſeratione diuina, tituli ſanctorũ
quatuor Coronatorum, ſacroſanctæ Eccleſiæ
Romanæ, presbyter Cardinalis, vniuerſis, & ſingu-
lis venerabilibus patribus, Vicarijs Generalibus, &
prouincialibus, ac alijs deuotis fratribus, ordinis fra
trum Minorum, regularis obſeruantiæ, præſentes li
teras inſpecturis, viſuris, lecturis, pariter, & auditu-
ris, ſalutem in Domino ſempiternam. Ratio exigit,
& veritas perſuadet, veritati teſtimonium exhibe-
re. Hinc eſt, quod nos vniuerſitati veſtræ, tenore
præſentium, notum facimus, & atteſtamur, quod
nuper ſanctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus no
ſter, Dominus Leo decimus, diuina Prouidentia,
Papa decimus, gratias, & indulta, quæ ſequuntur,
iuxtà ſupplicationes in fauorem veſtrum factas, vo
bis, modo quo ſequuntur, conceſſit.

Beatiſſime Pater, inter alia priuilegia in noſtri or
dinis libris contenta, reperiuntur duo breuia, teno-
ris ſubſequentis.

Dilectis filijs, vicarijs generalibus, ac prouincia- 1
libus fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, ac
quibuſcunq; veſtri ordinis, & obedientiæ, per vos
deputatis, & deputandis confeſſoribus, Nicolaus
Papa V. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam Bene-
dictionem. Scimus populos ciuitatum, terrarum, &
locorũ, apud quæ loca habitatis, exemplo allectos,
& inductos, religioſæ vitæ, quam Domino concedẽ
te, ducitis, libenter ad confitendum vobis, & Sacra-
tiſſimam communionem de manibus veſtris acci-
piendum, confluere: vndè, vt illis ſatisfacere valea-
tis, deuotioni veſtræ audiendi in confeſſione, om-
nes quaruncumque diæceſum, & in illis extraneos,
ac forenſes abſoluendi quoque, etiam in caſibus,
quos diæceſani locorum, in b quibus ad audiẽdum
deputati eſtis, duxerint concedendos, & in omni,
præterquàm in die Reſurrectionis, prædictam Sa-
cratiſſimi Corporis Domini communionem, dan-
di, authoritate Apoſtolica concedimus per præſen-
tes. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcato
ris, die 15. Aprilis, 1458. Pont. noſtri anno 2.

b Vide in 10. 1. qq. 10. q. 61. ar. 2. & ſeqq.

Dilectis filijs, vicarijs generalibus, & prouinciali 2
bus fratrum Minorum, regularis obſeruantiæ, &
quibuſcunque veſtri ordinis obſeruantiæ, per vos
deputatis, & deputandis, confeſſoribus, Sixtus Papa
Quartus, Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam bene
dictionem. Veſtris in hac parte, deuotis, & humili-
bus ſupplicationibus annuẽtes, fœ. re. Nicolai Quin
ti, prædeceſſoris noſtri, in hac parte, veſtigijs inhæ-
rentes, harum ſerie, vobis, authoritate Apoſtolica,
concedimus facultatem, audiendi in confeſſionib.
omnes, & ſingulos quaruncunque diœceſum, & in
illis, extraneos, & forenſes abſoluendi, etiam in caſi
bus, quos diæceſani locorum, in quibus ad audien-
dum deputati eſtis, duxerint concedendos, omni tẽ
pore, præterquam in die Reſurrectionis Domini-
cæ, Sacramentum Euchariſtię, licitè miniſtrandi: cõ
ſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſ
que in contrarium facientibus, non obſtantibus qui
buſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annu-
lo Piſcatoris, die 11. Iunij, 1475. Pont. noſtri, ann. 4.

Circa quæ quidem breuia, aliqui dubitant, quia
reperitur quoddam breue eiuſdem Sixti Quarti, o- 3
riginale, de verbo ad verbum, ſicut dictum breue
Sixti, in quo facultas, de qua in dicto breui, prouin-
ciæ

ciæ Romanæ tantùm conceditur, quapropter nonnulli habent ſcrupulum, quia ſi fuit facta extenſio de dicta prouincia, ad vtranque familiam obſeruantiæ, vt ſonant ſopraſcriptiones breuium præinſertorum, vellent aliqui videre originalia, ideò ſupplicatur humiliter ſanctitati veſtræ, placeat ſibi, qđ fratres vtriuſque familiæ, poſſint vti dictis breuibus, prout in eis continetur, & pro maiori conſcientię ſecuritate, de nouo concedat, non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus, & hoc in ſoro conſcieotiæ tantùm, declarando, quod licet aodire confeſſiones prædictas non poſſint, niſi in breuibus præinſertis nominati, miniſtrare tamen Sacramentum Euchariſtiæ tempore conceſſo, poſſit quilibet Sacerdos religionis, ſed in eo, quod dicit de die Reſurrectionis, non poſſint miniſtrare Sacramentum Euchariſtię, in die, quo celebratur feſtum Reſurrectionis, Domini noſtri Ieſu Chriſti, dũtaxat ſine rectoris Parochialis, aut dįœceſani licentia.

4 Item ſupplicatur, quod fratres Minores regularis obſeruantiæ, ſecura conſcientia, poſſint vti omnibus conceſſis à ſede Apoſtolica, & Romanis Põtificibus, ſiue per Bullas, vel breuia, aut viuæ vocis oracula, prout in libris ordinis reperiuntur, ac ſi *a* omnia ſpecificè exprimerentur, & pro maiori conſcientiarum ſecuritate, omnia de nouo cõcedat ſanctitas veſtra, & quæ non ſint minores efficaciæ, & valoris, viuæ vocis oracula, quàm ſi per bullã, aut breue, ad perpetuam rei memoriam, eſſent conceſſa, & hoc in foro conſcientiæ tantùm.

a Vide in 10.3.qq.re. q.22.ar.2.

5 Itemque prælati ordinis noſtri, poſſint in ſuis Eccleſijs, & Capellis, exhumare *b* corpora defunctorum, & ad alias ſepulturas in eiſdem Eccleſijs ſuis transferre, de conſenſu illorum, quorum intereſt.

b Vide in 3.10.qq.re. q.62.ar.2.

6 Item, & quod ordini Minorum ſunt communicata priuilegia fratrum, & Prædicatorum, & aliorum mendicantium, placeat S.V. declarare, & indulgere, *c* quod illud, quod conceditur omnibus ſanctis ordinis Prædicatorum iunctim, & cuilibet, vel aliquibus eorum, intelligatur conceſſum omnibus Sãctis noſtri ordinis, etiam iunctim, & cuilibet eorũ, etiam ſi noſtri ſint in maiori numero.

c Vide in 10.1.qq.re. q.31.ar.10.

7 Et ſimiliter S.V. declarare, & concedere dignetur, quod priuilegium de ſuſpendendo interdictũ, in feſtis Sanctorum noſtri ordinis, intelligatur de diebus, quibus talia feſta cadunt, etiam propter alia maiora feſta *d* occurrentia, eorum officia in alium diem transferantur. Et quod in diebus huiuſmodi ſuſpenſionum interdicti, tam virtute priuilegiorũ noſtrorum, quàm aliàs de iure, generaliter cõceſſa, poſſunt fratres in domibus ſuis intrà, & extrà Eccleſiam dicere, & facere omnia illa, quæ nullo exiſtente interdicto, fieri poſſunt Et hoc propter ſcrupulũ aliquorum, qui dicunt, quod quando ſuſpenditur interdictum, ob aliquod feſtum, non poſſit dici, niſi officium, & miſſa illius feſtiuitatis, ſine alijs orationibus, & collectis, & alia multa.

d Vide in 3.10.qq.re. q.62.ar.2.

8 Item, quia aliqui dubitant, vtrum eodem modo ſe habere debeant fratres, *e* tempore ceſſationis à diuinis, & tempore interdicti, S.V. etiam declaret, & concedat, quod in forma obſeruationis, nulla ſit differentia, inter ceſſationem à diuinis, & interdictum quodcunque.

e Vide in 3.10.qq.re. q.11.ar.2.

9 Item, quia aliqui dicunt, quod tempore interdicti, aut ceſſationis *f* à diuinis, nõ poſſint duo ſimul, dicere horas Canonicas extrà Eccleſiam, ſed vnuſquiſque ſolus, propter aliqua verba Capituli, quod in te. de pœnit. & remiſſ. & quia quidã doctor, ſic aſſerit, placeat Sãctitati veſtrę, pro conſolatione religioſorum, declarare, & concedere, quod prædictis, & alijs quibuſcunque non obſtantibus, poſſint duo, vel plures extrà Eccleſiam, & in domibus ſuis, temporibus prædictis, officium diuinum dicere. Et

f Vide in 2.10.qq.re q.216.ar.2.

quod, quando extrà chorum, fratres dicunt horas canonicas, ſi caſu tranſeuntes, perſonæ interdictæ, aliquid audierint, non propterea incurratur aliqua cenſura. Nec teneantur euitare laborantes in ſuis domibus, diebus quibus laborauerint, etiam ſi non ſint familiares, & ſeruitores continui commenſales fratrum, & eis ſoluatur ſalarium.

Item, quia ab Eugenio Quarto, fuit ordinatum, 10 quod in prouincijs, quolibet anno, capitulum prouinciale celebretur: poſteà verò multiplicata familia obſeruãtiæ, Sixtus Quartus ordinauit, vt in familia Vltramontana, bis in triennium, dictũ prouinciale capitulum celebretur: nunc autẽ, quia aliquæ prouinciæ habent multas cuſtodias, in quibus etiã capitula cuſtodialia celebrantur, & aliæ prouinciæ, licèt non habeant cuſtodias, ſunt tamen tantæ magnitudinis, quod in huiuſmodi capitulorum celebrationibus, ob fratrum diſcurſus, magnę cauſantur diſtractiones, propter quod, aliqui credunt, in aliquibus prouincijs eſſe vtile, vnum tantũ prouinciale, de triẽnio in trienniũ, celebrari. Ideò dignetur ſanctitas veſtra, cõmittere capitulo generali Vltramõtano, vt dictis cauſis diſcuſſis, & alijs, ſi quæ occurrerint: cõcedat illis prouincijs, quibus, vtile, & expediens viſum fuerit, vt ſemel tantũ, de triẽnio in trienniũ, prædictũ celebrent prouinciale capitulũ.

Vide in 1.10.qq.re.q.41.ar.2.

Item, quia multi fratres, circà officium diuinum habent diuerſos ſcrupulos, qui nõ parum conſcien- 11 tias eorum perturbãt, placeat ſanctitati veſtræ, attẽta humana fragilitate, concedere, quod dicẽdo horas canonicas, & alia officia diuina, in choro, vel extrà, ſatisfaciant præcepto capituli dolentes de celebratione Miſſarum, dicendo ſtudioſè pariter, & deuotè, ac etiam regulæ ſuæ, etiamſi propter aliquam fatigationem, vel aliam cauſam, dicãt ſedendo, aut deambulando, vel non integrè proferendo, verba prout ſunt ſcripta, propter negligentiam, aut imperitiam, vel aliam prolationem naturalem, propter defectum linguæ, ſeu aliàs qualitercunque, ore imperfectè dicant, aut cum mentis diſtractione, & ſenſuum vagatione, dùm tamen, non ex malitia hoc faciant, & quod, qui cũ talibus malè proferentib. vel aliàs ſupradictos defectus facientibus, dicunt officiũ; non teneantur recitare, ab alijs imperfectè dicta, aut ab eis nõ integrè audita, propter diſtantiã localẽ, vel ſtrepitum, ſeu aliã cauſam, ſed ſatisfaciant præcepto Eccleſiæ, & regulæ ſuæ, qualitercunq. audiendo, quæ alij debẽt dicere, præſertim in choro.

Vide in 1.10.qq.re.q.42.ar.2.

Et ſimiliter placeat ſanctitati veſtrę, vt nè fratres mutuo ſe *g* impediãt in officio Diuino, aut alijs ſint 12 faſtidioſi, quod illa, quę in ordinario iubẽtur dici ſecretè ſub ſilentio, tàm in horis Canonicis, quã etiã in Miſſa, non teneantur proferre vocaliter, ſed ſatis faciant dicendo mentaliter, aut legẽdo intrà ſe per librum, quia aliqui deuotius ſic dicunt, & abſq. impedimento, & faſtidio aliorum, & eodẽ modo poſſit facere, qui dicit officium per ſe ſolus, cum prolatio verbalis ſit præcipuè, vt ab alijs intelligatur.

g Vide in 10.1.qq.re. q.30.ar.4.

Ac inſuper, quia aliqui fratres ſcrupuloſi, quãdo 13 ſunt in infirmitate ferè nunquã poſſunt, nec ſciũt diſcernere, & ſe determinare, quãdo licitè poſſunt dimittere dicere horas Canonicas, S.V. cõcedat, quod ſiue propter febrim, aut dolorem intenſum, vel aliã infirmitatem, fratres fuerint grauati, & afflicti, ſatis faciant dicendo, pro horis canonicis, Pſalmũ. Hymnum, Pater noſter, Aue Maria, vel alia, iudicio prælati, aut præſidentis, loci, ſeu conuentus aſſignanda, & hoc quando medicus corporalis, ſi commodè potuerit haberi, dixerit eſſe nociuum infirmo.

Vide in 10.1.qq.reg.q.40.ar.7.

Et generaliter pater beatiſſimè, vereq. paſtor, & 14 medicus animarum, vt animabus fratrum, præſertim ſcrupuloſorum, perfectè *h* prouideatur, placeat V.S. concedere, & committere de plenitudine ſuæ poteſta-

h Vide in 3.10.qq.re q.11.ar.1.

poteſtatis, quod in rebus dubijs, & ſcrupuloſis, conſcieotias ſubditorũ tangentibus, Generalis, aut Prouinciales vicarij, vel cuſtodes cum concilio aliquorum patrum, ſi res magnæ importãtiæ fuerint, poſſint authoritate S.V. terminare in ſcrupulis, & rebus huiuſmodi, ac eorum determinationi, ſubditi, ſecura conſcientia, poſſint, & debeant ſtare.

15 Item, quia indulgentiæ generaliter conceduntur porrigentibus manus adiutrices in Eccleſijs, locis, & perſonis, & fratres Minores, inter alia ſtrictæ paupertatis præcepta, habent in regula ſua, quod nullo modu recipiant pecuniam, vel denarios, nec ex cõſequenti dare poſſint, placeat S.V. concedere, quod omnes indulgẽtias, etiam plenarias promereri poſſint, dicendo quinquies Pater noſter, & Aue Maria, pro fœlici ſtatu S.V. & ſanctæ Romanæ Eccleſię, & hoc in eiſdem locis, aut in Eccleſijs ſuis.

16 Item placeat V.S. concedere, quod fratres, qui audiunt confeſſiones, abſoluendo in foro conſcientiæ excommunicatos, non teneantur ſeruare formã quæ ſeruatur in publicis abſolutionibus, ſcilicet flagellationem, cum Pſalmo Miſerere mei. *a* Et quod in tempore interdicti poſſint abſoluere à cenſuris in foro conſcientiæ, eos, qui tunc confitebuntur peccata ſua, niſi tales cenſuræ eſſent, ex quibus huiuſmodi interdictum emanaret.

a Hoc de iure communi noue eſt conceſſum, vt habes in 10.2. qq. re. q.109. a.3.

17 Item, quia in declaratione regulę noſtrę, quæ incipit, exijt, qui ſeminat, cõceditur, quod fratres poſſint dare de rebus vilibus, mobilibus, & parum valentibus, de licentia ſuperiorum declarandorum in capitulis, generali, vel prouincialibus, & quod illæ res in hoc caſu, viles debeãt reputari, quæ in dictis capitulis *b* pro talibus fuerint declaratæ, placeat V.S. dictam conceſſionem ampliãdo cõcedere, quod non ſolùm Generales, & Prouinciales vicarij, & cuſtodes, in ſuis capitulis, ſed etiam ipſi, ac eorum generales commiſſarij extra capitula poſſint arbitrari, quæ res debeant, vilis, & parui valoris reputari, ad hoc vt res huiuſmodi poſſint dari intra, & extra ordinem, & ſuis ſubditis ad talia dandum, & recipiendum concedere, prout eis ſecundum Deum videbitur expedire.

b Vide in 2. 10. qq. re. q. 97. ar. 4.

18 Item quia ad Diuinum officium ſæpiſſimè celebrandum, occurrunt dubitationes, & quandoque aliqua mutare, & ordinare oporteret, placeat S.V. concedere, vt ea, capitulum generale *c* duntaxat, habeat facultatem declarandi dubia, quæ occurrerint, & ordinandi, addendi, & mutandi, quidquid videbitur pro fratribus expedire, tam in regulis, quàm in calendario.

c Hoc eſt reuocatũ, vide in 10.1. qq. reg. qu. 42. ar. 5.

19 Item dignetur veſtra ſanctitas concedere, & declarare, quod virtute bullarum Cruciatæ contra infideles *d* vel aliarum indulgentiarum generalium, quaſcunque reuocationes, aut ſuſpenſiones priuilegiorum ordinum, etiam mendicantium continentium, nunquàm intelligantur reuocata, neque ſuſpenſa, indulta, priuilegia, & gratię conceſſæ, quò ad perſonas fratrum Minorum obſeruantium, & quoad ſuſpendendum interdictum in feſtiuitatibus ſanctorum ſui ordinis, niſi de huiuſmodi ſpecificè, & nominatim mentionem facerent.

d Vide in 1.10. qq. re. q.21. a.10.

20 Et quia, quando tales bullæ Cruciatę publicãtur, multi fratres, obedientiæ iugo ſpreto, & regulæ ſuæ obliti, abſque neceſſitate, & contra voluntatem ſuperiorum, prædictas bullas accipiunt, vt poſſint vti gratijs, ſecularibus conceſſis, vtpotè contra regularia ordinis inſtituta: confiteri quibuſcunque ſacerdotibus, & abſolui à caſibus reſeruatis, & in diebus ieiuniorum manducare Lacticinia, & facere multa, quæ non decent religioſos, tàm arctæ, & ſtrictę profeſſionis, quibuſque inter alia, arctiſſimè prohibitũ eſt procurare pecuniam, niſi pro rebus verè neceſſarijs, & hoc præhabita licentia prælati, & cum tales bullæ, vix abſque pecunijs haberi poſſint, & obſeruantia noſtra abundet ſufficienter priuilegijs, & gratijs ſpiritualibus, ideò placeat V.S. ſimiliter prohibendo, declarare, quod nullus frater tales bullas conceſſas, aut concedendas, poſſit accipere, niſi ob aliquam neceſſitatem particularem, pro qua prædictæ obſeruantiæ authoritas non eſſet conceſſa, & tunc examinata huiuſmodi neceſſitate à generali, aut prouincialibus vicarijs, & cuſtodibus, ac de eorum expreſſa licentia, & in ſcriptis habita. Non obſtantibus prædictis bullis, etiamſi in eis expreſſè inhibeatur prælatis, ſub cenſuris, ne ſubditos ſuos à talium bullarum acceptione prohibeant, & ſubditis libera facultas eas accipiendi, tribuatur, cæteriſque in contrarium facientibus quibaſcunque.

21 Item, quia Sixtus IIII. cõceſſit viuę vocis oraculo, quod quilibet Catholicus Epiſcopus poſſit ſacros ordines celebrare, tẽporibus ad hoc ab *e* Eccleſia deputatis, in locis fratrũ de familia, pro eiſdẽ fratribus duntaxat, placeat V.S. prædictã gratiã ampliando, concedere, quod poſſit etiã quilibet Catholicus Epiſcopus cõſecrare Eccleſias noſtras, altaria, & cęmiteria, calices, & ordinamẽta, ac omnes alios *f* actus Pontificales, diæceſani loci, vel cuiuſlibet alterius, licentia minimè requiſita, cũ loca noſtra, & fratres, ſedi Apoſtolicæ immediate ſubijciant.

e Vide in 3.10. qq. re. q.24. ar. 2.

f Vide in 1. 10. qq. re. q. 19. ar. 5.

22 Item, quod huiuſmodi gratiæ, & conceſſionis, ſola ſignatura ſufficiat, *g* & eundem effectum ſortiãtur, ac ſi literæ, ſub plumbo, aut in forma breuis expedirentur, attento quod omnia ſunt in foro conſcientiæ tantùm.

g Vide in 1.10. qq. re. q.8. ar.16.

23 Et quia omnia præinſerta modo præfato, vt fuerunt petita à præfato ſanctiſſimo Domino noſtro, vobis conceſſa fuerunt, ideò in omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas fieri, & per ſecretarium noſtrum infraſcriptum ſubſcribi, noſtrique maioris ſigilli, iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Datum, & actũ Romæ, in ſacro Palatio Apoſtolico, in camera noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1516. indictione 4. die verò menſis Aprilis 15. Pont. S.D.N. Papæ, anno 4.

24 Laurentius miſeratione diuina, tituli ſanctorum quatuor coronatorum, S.R.E. Cardinalis, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus patribus miniſtris, generali, & prouincialibus, ac alijs deuotis fratribus Minorũ regularis obſeruãtiæ, necnõ monialibus S. Claræ, ac tertiarijs præſentes literas inſpecturis, lecturis, & audituris, ſalutẽ in Dño ſempiternam. Ratio exigit, & æquitas perſuadet, veritati teſtimoniũ perhibere, hinc eſt, quod nos vniuerſitati veſtrę, tenore pręſentium, notũ facimus, & atteſtamur, quod nuper, ſanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, D. Leo X. Diuina prouidentia Papa X. nobis inſtãtibus, & procurãtibus, infraſcriptas gratias, & indulta, quæ ſequũtur, nobis facto cõceſſit, beatiſſimè pater, quia aliàs V.S. conceſſit omnibus fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ, ac monialibus S. Claræ, & tertij ordinis, quod dicendo quinquies Pater noſter, cum Aue Maria, & in fine cuiuslibet, Gloria Patri, & pro S.V. vnum Pater noſter, cũ Aue Maria, ſimiliter, cum Gloria Patri, Lucrẽtur ſtationes vrbis, à nonnullis dubitatur, vtrum intelligatur de alijs indulgẽtijs, dignetur declarare, de mente ſua fuiſſe, quod lucrentur ſtationes, indulgẽtias, remiſſiones, tàm vrbis, quàm etiã Portiunculæ, ſiue Hieruſalem, ac S. Iacobi, in Compoſtella: & quod quacunque hora diei, vel noctis, & quocunque loco dicat, ſcilicet choro, Eccleſia, clauſtro, oratorio, ac cella, lucretur illas.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 84. ar. 7.

25 Item S.V. cõceſſit certas indulgentias dicentibus coronas Ieſu Chriſti Domini noſtri, & matris ſuæ, infirmitatem, ac ſenes in decrepita ætate cõſtituti, ſiue cõſtitutæ, nõ valeant il-

las

las lucrari, quia non ſemper tot poſſunt dicere, di-
gnetur etiam concedere, quod tales, dicendo vnum
Pſalmũ, vel Hymnum virginis, vel Domini noſtri,
lucrentur illas, prout in dicta conceſſione contine-
tur. *a* Et quoniam, Pater ſancte, ſcrupuloſi antepo-
a Vide in 2.10.qq.re. q.87.ar.7.
nendo, vel poſtponendo officium Diuinum, ſem-
per timent, dignetur veſtra ſanctitas præfatis conce
dere, quod quando habent aliquas occupationes,
poſſint, ſine conſcientiæ ſcrupulo anteponere, ſiue
26 poſtponere officium, puta dicendo matutinum an-
tè mediam noctẽ, quacunque hora voluerint, & alias
horas, de manè, *b* vſque ad veſperas excluſiuè, etiam-
b Vide in 2.10.qq.re. q.8.ar.16.
ſi occupatio non ſit multum neceſſaria, ſed ſatis eſt,
quod cogitent, tunc deuotius, & quietius dicere. Et
27 quoniam V.S. & alij prædeceſſores conceſſerũt cer
tas indulgentias ſecularibus morientibus in habitu
S. Franciſci, & quia vix poteſt fieri, quod quis in ha-
bitu moriatur, tùm propter infirmitatis grauedinẽ,
tùm etiam, quia tractando eum, ſic mors accelera-
tur, dignetur declarare, ſufficere habitum *c* prædi-
c Vide in 2.10.qq.re. q.76.ar.8. 9. & 10.
ctum petere, & ſuper ſe, vſque ad mortem habere,
ac in eo ſepeliri, etiãſi ante mortem non induatur.
Et quia omnia præinſerta, modo præfato, vt præfer-
tur, fuerũt petita à ſanctiſſimo Domino noſtro, Leo
ne Papa X. vobis fuerunt cõceſſa: ideo in omnium,
& ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorũ:
præſentes noſtras patentes literas, exindè fieri, &
per ſecretarium noſtrum infraſcriptum, ſubſcribi,
& publicari mandauimus, noſtrique maioris ſigil-
li, iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Dat.
& actum Romæ, in ſacro Palatio Apoſtolico, in Ca
meræ noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuita
te Domini, 1518. indictione 6. Die verò 1. menſis Se
ptembris, Pontificatus præfati ſanctiſſimi in Chri-
ſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, diuina
prouidentia Papæ X. anno 6,

Gabriel Merinus, miſeratione Diuina Archiepi-
Habetur authenticum in cõuentu S. Frãciſci Salmantino.
ſcopus Barrenſis, & Epiſcopus Legionen. ad præſen.
in Romana Curia reſidens, vniuerſis, & ſingulis
Chriſti fidelibus præſentes literas viſuris, lecturis
pariter, & audituris, ſalutem in Domino ſempiter-
nam. Notum facimus, & atteſtamur, quod hodiè ſã
ctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter, Do-
minus Leo, diuina prouidentia, Papa X nobis inſtã-
tibus, & procurantibus, ad inſtantiam, & ſupplica-
tionem venerabilis, & religioſi viri, fratris Franci-
28 ſci de Quiñones, ordinis fratrum Minorum, regula
ris obſeruãtiæ, infraſcriptas gratias, omnibus, & ſin
gulis fratribus, prout *d* ſequitur, viuæ vocis oracu-
d Vide in 2.10.qq.re. q.96.ar.1.
lo nobis facto, cõceſſit, Videlicet, eo quod ſuæ ſãcti-
tati expoſitũ fuit, quod in prouincijs Regni Caſtel-
læ, cõiter tenebatur à fratribus, & deuotis perſo-
nis, quod in Sabbato, in Ramis palmarum, quilibet
fratrum Minorũ regularis obſeruantiæ, dicens Pſal-
mos Pœnitentiales, vel quinquies Pater noſter, cum
totidem Aue Maria, ante Sacramentum altaris, po-
terat liberare vnam animam à Purgatorij pœnis, &
quia de hoc nullam habebant ſcripturam authenti
cam, ſed ſolùm piè credebant, præfatus Dominus
noſter, ad omnimodam certitudinem, & fratrũ cõ-
ſolationem, dignatus fuit dictam gratiam, ſiue in-
dultum approbare, potiorique cautela de nouo cõ
29 cedere. Voluit tamen, quod fratres prædicti in per-
petuum, die, qua prædicta gratia vtantur, dicãt pro
Sanctitate ſua, vnam coronam Beatæ Virginis Ma-
riæ. Et quia eodem modo dicebatur, quod in die S.
Ioannis antè Portam Latinam, & in die eiuſdem sã-
cti, videlicet, tertia dia poſt Natiuitatem Domini,
idem poſſint prædicti fratres, etiam dignatus fuit
hoc cõcedere. Et quoniam eidem Domino noſtro,
etiam expoſitum fuit, quod tres ſummi Pontifices,
30 ſcilicet, Nicolaus III. & Vrbanus V. & Clemẽs IIII
remiſerunt quilibet eorum, tertiam partem pœna-
rum in Purgatorio debitarum, illis, qui morerẽtur,
& ſepelirentur in habitu fratrum Minorum, idem
Dominus noſter, ex ſua benignitate, & deuotione,
hoc confirmauit, & ad prædictas gratias, ſuam por-
tionem addidit: taliter quod morientes, & ſepulti,
in prædicto habitu, conſequantur *e* indulgentiam
e Vide in 2.10.qq.re. q.76.a.10.
plenariam, quod ad maiorem cautelam, de nouo cõ
ceſſit. Item, quia *f* infringentes, vel aliquam violen-
31
f Vide in 2.10.qq.re. q.10.ar.2.
tiã in Eccleſijs, vel locis eorundem fratrum, facien-
tes: ab excommunicatione propter hoc incurſa, nõ
poterant abſolui, niſi à ſanctitate ſua, vel à conſer-
uatoribus dicti ordinis: poſſint abſoluere in foro
cõſcientiæ huiuſmodi delinquentes. Cõceſſit, inſu-
per, quod dicentes, ſeu recitantes officium *g* defun-
32
g Vide in 2.10.qq.re. q.96.ar.2.
ctorum, pro animabus exiſtentibus in Purgatorio,
vel ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, eaſdem conſe-
quantur indulgentias, quas conſequuntur dicentes
33
eandem coronam B. Virginis Mariæ. Præterea con-
ceſſit, quod viri deferentes imaginem Conceptio-
nis *h* præfatæ Virginis, & mulieres ſcapulariũ eiuſ-
h Vide in 2.10.qq.re. q.17.ar.4.
dem ordinis, cũ prædicta imagine, eaſdem gratias
obtineant, & cõſequantur, quas conſequuntur, &
conſequi poſſunt deferentes chordam eorundem
fratrum Minorum prædictorum, & corrigiam San-
cti Auguſtini. In quorum omnium, & ſingulorum
fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes lite-
tas, manu propria ſubſcriptas, fieri, & per ſecreta-
rium noſtrum infraſcriptum, ſignari, ſigillique no-
ſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Da
tum Romæ, in Palatio Apoſtolico, & in camera no-
ſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domi-
ni, 1517. indictione 5. die vero 21. menſis Iulij, Pon-
tificatus prælibati ſanctiſſimi in Chriſto Patris, &
Domini noſtri, Domini Leonis diuina prouidentia
Papæ Decimi, anno V. Ita eſt, B. Archiepiſcopus
Barrenſis, Epiſcopus Legionenſis, manu propria,
Alfonſus de Medina Secretarius, de mandato.

Gabriel Merinus, miſeratione diuina, Archiepiſ-
copus Barrenſis, & Epiſcopus Legionenſis ad præ-
ſens in Romana Curia reſidens, vniuerſis, & ſingu-
lis miniſtris prouincialibus, ordinis fratrum Mino-
rũ, regularis obſeruãtiæ, cæteriſque fratribus eiuſdem
ordinis, necnon monialibus, & ſororibus, tàm ordi-
nis ſanctæ Claræ, quàm cõceptionis Beatæ Mariæ,
ac tertij ordinis ſancti Franciſci, eis ſubiectis, præ-
ſentes literas viſuris, lecturis, pariter, & audituris,
ſalutẽ in Domino ſempiternã. Notum facimus, &
atteſtamur, quod ſanctiſſimus in Chriſto, pater, &
Dominus noſter, Dominus Leo diuina prouidentia
Papa Decimus, nobis inſtantibus, & procurantibus,
ad inſtantiam, & ſupplicationem venerabilis, & re-
ligioſi viri, fratris Martini de Garinay, prædicti or-
dinis vicecommiſſarij Vltramontanorum, fratrũ in
Romana curia, infraſcriptas gratias, omnibus, & ſin
gulis fratribus, monialibus, & ſororibus prædictis,
prout ſequitur, viuæ vocis oraculo nobis facto, con 34
ceſſit, Videlicet, quod miniſtri prouĩciales ordinis *i*
i Vide in 2.10.qq.re. q.26.ar.6.
prædicti reſpectiuè, loca eis minus cõmoda, ab ip-
ſis nõ omnino derelicta poſt cõſtitutionem Bonifa-
cij Papæ VIII cõſtructa, pro ſua deuotione poſſint,
illa tenere, ſine fratribus illa inhabitantibus, ita quod
aliquando ea viſitent, cũ tempus oportunum fue-
rit, & in eorum Eccleſijs aliquãdo celebrent. Et quod
quid ab illis locis ad alia, in quibus *k* modo degunt,
k Vide in 2.10.qq.re. q.39.ar.6.
tranſportarunt, licitè, & ſine ſcrupulo conſcientiæ
retinere, & illis deinceps vti, & ſi in aliquo vſque-
quaque exceſſerint, poſſint à ſuis confeſſoribus ab-
ſolui. Itẽ cõceſſit, quod prædicti miniſtri, in ſuis ca 35
pitulis prouincialibus *l* reſpectiuè, poſſint da conſi
l Vide in 2.10.qq.re. q.42.a.10.
lio diffinitorũ, nominare duos, vel tres fratres, qui
ſic nominati poſſint ordinare, & inſtituere vnũ Ka-
lendariũ ſanctorũ, feriarum, & Dominicarum, pro
toto anno, cũ regulis neceſſarijs: ita quod ſemper
in

Digitized by Google

in quacunq. prouincia, tàm fratres, quàm moniales illarum prouinciarum reſpectiuè, idem officiũ, & de eodem ſancto, vel feſtiuitate, vel feria, faciãt, nè varietati, & diſcordiæ locus detur, dum tamen non multum diſcrepent à Kalendario Romano.

36 Item ſua ſanctitas diſpenſauit, cum prædictis monialibus, & ſororibus, vt præcepto regulæ de percipiendo *a* ſanctiſſimo Sacramento, ſatisfaciant per aliquos dies anteponendo, & poſtponendo, dum tamen illud in fraudem non fecerint. Et vt in partib. Vltramontanis, prædicti fratres, moniales & ſorores *b* poſſint celebrare feſta Angeli cuſtodis, & Angeli Raphaelis, in diebus, in quibus per ſua capitula prouincialia reſpectiuè ordinatum fuerit. In quorum omniũ, & ſingulorũ fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes literas, ad inſtantiam dicti fratris Martini de Garuay, ſignari, ſigilliq. noſtri iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Dat. Romæ, in palatio Apoſtolico, & in camera noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1520, die verò 10 Martij Pontificatus prælibati ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, diuina prouidentia Papæ Decimi, anno 7. S.B. Archiepiſcopus Barrenſis, Epiſcopus Legionenſis, Alfonſus de Medina Secretarius de mandato.

a Vide in 3.10.qq.re. q.6.ar.5.

37

b Hoc non exiſtimo eſſe derogatum per ea quæ habes in 2.10.qu. 69.ar.1.3.

Franciſcus, miſeratione diuina, Epiſcopus Albanenſis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Surrẽtinus nuncupatus. Vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, viſuris, lecturis, & audituris, ſalutem in Domino. Vniuerſitati veſtræ notũ facimus, atteſtamur, quod ſanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter, Dominus Leo, diuina prouidentia Papa Decimus, ad requiſitionem noſtram, viuæ vocis oraculo, conceſſit fratribus ordinis Minorum S. Franciſci, ea, quæ ſequuntur.

38 Videlicet, quod fratres Minores obſeruantiæ poſſint quocunque tempore diei, vel noctis, dicendo *c* orationes, vel Pſalmos, prout ſibi eſt conceſſum, conſequi indulgentias, & ſtationes Romæ, in domibus proprijs.

Item, quod prędicti fratres vocati, rogati, aut inuitati à prelatis Eccleſiarum, aut prelatis religioſis, vel viſitatoribus habentibus *d* curam aliquorũ monaſteriorum monialium, ad hoc, quod viſitent prędicta monaſteria vel exerceant omnia alia, quæ in monaſterijs, ſibi ſubiectis exercẽt: aut ad hoc, quod intrent cum ipſis prælatis, ſiue viſitatoribus, ad videndum officinas, & totum monaſterium interius, poſſint, ſicut poſſunt in monaſterijs, ſibi ſubiectis, ſiue intrà, vel extrà clauſuram viſitando, & alia faciẽdo, vel cum dictis prælatis intrando, non obſtante prohibitione, ſeu regula, vel declaratione eiuſdem regulæ, dum tamen prædicti fratres, ſi fuerint ſubditi, hoc faciant, de licentia ſuorum prælatorũ. Et quod etiam prælati ordinis poſſunt dare licentiam ſuis ſubditis, intrandi clauſuram dictorum monaſteriorum, etiam S. Claræ, ad faciendum *e* ſermonem de Kalenda, dum tamen intrantes, ſint ſenes, & vitæ exemplaris. Conceſſit etiam, quod ſicut moniales S. Claræ gaudent priuilegijs ipſorum fratrũ Minorum, ita *f* etiam ipſi fratres gaudeant, & vti poſſint priuilegijs ipſarum monialium, quæ ſub cura ipſorum ſunt duntaxat, & in ſpiritualibus tantum.

c Vide in 2.10.qq.re. q.85.ar.7. & q.89.artic.2.

d Vide in 1.10.qq.re. q.47.ar.8.

e Vide in 1.10 qq.re. q.47.ar.9.

f Vide in 1.10.qq.re. q.53.ar.1.

39 Item conceſſit etiam, quod tempore interdicti, ordinaria authoritate appoſiti, poſſint prędicti fratres dare publicè *g* profeſſionem fratribus ſuis, & in illa cantare. Veni creator, & alias ceremonias facere, prout in conſuetudine habent, Et etiam bene dicere menſam, *h* & poſt prandium, vel cœnã Deo agere gratias, ſicut ſi nullum eſſet interdictum, attẽto quod (vt dicitur) aliqui religioſi in benedicendo menſam, & alijs gratijs agendis, tempore interdicti, hoc modo ſe habent. Conceſſit etiam, quod prædicti fratres poſſint tempore huiuſmodi interdicti, facere proceſſiones per clauſtra ſua, dicendo Lætanias, vel Hymnos, *i* aut alia deuota carmina, dum tamen aliquod officium Diuinum non dicant. In cuius fidem præſentes literas, manu noſtra ſubſcripſimus, ſigillique noſtri iuſſimus appenſione communiri. Datum Romæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1517. die verò 4. menſis Iulij, Pont. ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, anno 5.

g Vide in 2.10.qq.re. q.152.a.1.

h Vide in 10.2.qq.re. q.109.a.2.

i Vide in 2.q.109.artic.4.

Ita eſt, ff. Epiſcopus Albanenſis Cardinalis Surrentinus.

Chriſtophorus de Forliuio, miſeratione Diuina, tituli Sanctæ Mariæ in Aracæli, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, ac totius ordinis fratrum Minorum, authoritate Apoſtolica miniſter generalis. Vniuerſis, & ſingulis pręſentes literas inſpecturis, lecturis, viſuris pariter, & auditoris, ſalutem in Domino ſempiternam. Rationi congruit, & cõuenit honeſtati, vt de his, quæ per ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam conceſſa eſſe dicuntur, cũ à nobis petitur, teſtimoniũ veritati perhibeamus. Quapropter vobis fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodiè ſanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Leo diuina prouidentia, Papa X. Pontifex maximus, nobis inſtantibus, & procurantibus, confirmauit viuæ vocis oraculo, nobis facto, conceſſiones olim per Nicolaum III. & Vrbanum V. Clementẽ IIII. præfati Leonis X. prædeceſſores, factas, & conceſſas his, qui morerentur, & ſepelirentur in habitu S. Franciſci, de tribus partibus pœnę debitæ in Purgatorio. Et addidit, quod tã morientes, & ſepeliendi in dicto habitu, quàm morientes, & ſepeliendi in habitu ſororum tertiæ regulæ Sancti Franciſci degentium, ſub obedientia miniſtrorum Generalis & Prouincialium, ſuam addendo portionem, cõſequantur indulgentiam plenariam ſuorum peccatorum omnium, atque omnia prædicta, ad maiorem cautelam, de nouo conceſſit. In quorum omnium, & ſingulorum, robur, & teſtimonium pręmiſſorũ, præſentes noſtras literas teſtimoniales, manu noſtra propria ſubſcriptas, noſtroque ſigillo, muniri mandauimus. Datis, & actis Romæ, in monaſterio noſtro Beatæ Mariæ de Aracæli, ſub anno à Natiuitate Domini, milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, indictione quinta, die verò trigeſima, menſis Iulij, Pontificatus prælibati ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Leonis, diuina prouidentia Papæ Decimi, anno eius 5. 40

Nos Chriſtophorus, qui ſupra manu propria, ita eſſe, vt ſupra, fatemur, & atteſtamur.

Sequitur quędã ſupplicatio oblata Leoni Papæ Decimo, & ab eo propria manu ſignata, & cõceſſa.

Beatiſſimè pater, in fratribus Minoribus, extrà obedientiam euagãtibus obuiari poſſit, qui pluries etiam ſi ſint de obſeruantium obedientia, dicunt ſe eſſe conuentuales, vel tertiarios, ſuffulti falſis licentijs, placeat V.S. quod prælati ordinis Minorum obſeruantiæ, & alij fratres, quibus ipſi cõmiſerint, capere *k* poſſint per ſe, vel manu aliquorum ſecularium, quoſcunq; fratres, ſiue portent habitum, ſiue non, & eos detinere quouſque legitimè oſtendant ſe eſſe alterius obedientiæ. Et quoniam quandoq. accidit, quod huiuſmodi fratres, quando capiũtur, vel ſpontè redeunt ad ordinem, aliqua bona *l* habent, quæ apoſtaſiæ tempore, diuerſis vijs, acquiſierunt, placeat ſimiliter V.S. quod prælati ordinis, & alij fratres, qui eorum vices habuerint, poſſint accipere talia bona, & ea exigere à quibuſcunque perſonis ea detinentibus, & eis vti, ſi talia ſint, quorum vſum fratribus liceat habere. Vel ſi huiuſmodi non ſint, quibus in propria ſpecie, fratribus vti liceat, vt ſint pecuniæ, veſtes ſeculares, & alia ſimilia, quod fiat de talibus rebus, ſicut fieri mandatur in declarationi-

41

k Vide in 1.10.qq.re. q.30.ar.6.

l Vide in eadem qu. 30.art 11. 12. & 13.

rationibus ſunt regulæ, de ſimilibus quando ſibi ab aliquibus dãtur, vel in teſtamentis legantur, etſi oportuerit huiuſmodi bona in iudicio petere, concedat S.V. quod poſſit hoc facere procurator, vel ſyndicus ordinis, deputatus authoritate ſedis Apoſtolicæ, vel alius amicus ſpiritualis fratrum, qui ab aliquo prælato ordinis, adhoc fuerit nominatus. Et vt conſcieotijs fratrum prouideatur, placeat ſimiliter veſtræ ſanctitati, remittere, & abſoluere quidquid hucuſq. per fratres fortè exceſſum eſt, in omnibus ſupradictis. Non obſtantibus quibuſcunque in contrarium facientibus fiat.

42 Sequitur alia ſupplicatio oblata Sanctiſſimo Domino Leoni Papæ Decimo, & ab eo cõceſſa, & propria manu ſignata, procurante reuerendo patre, fratre Ioanne de Acoſta, tunc commiſſario Romano, ſuper fratres Minores obſeruantiæ Ciſmontanę.

Clementiſſimè pater, & verè animarũ noſtrarũ paſtor, exponitur ſanctitati veſtrę, quod cum de illa vulgatiſſima indulgentia, corã imagine pietatis, quam populorũ fides tenet à ſanctiſſimo Gregorio S.V. prędeceſſore cõceſſa, nulla inueniatur authẽtica ſcriptura, qua prædicatores verbi Dei valeãt illã, deuotis populis denumerare, aut illos ad tãtũ bonũ adhortari, ſupplicatur S.V. pro zelo diuini honoris, & animarũ ſalute, vt dignetur in fauorem Chriſtiani nominis dictas indulgentias innouare, & caſu quo non eſſent, de nouo concedere. Et veſtigijs ſãctitatis ſuæ prædeceſſorũ inhærendo, de theſauro ſanctæ matris Eccleſię, dictis indulgentijs, etiã aliquid ſuperaddere, cum huius orationis adiectione
43 ad alias. Domine Ieſu Chriſte adoro te ad iudiciũ progredientem, iuſtos ad Paradiſum vocantẽ, peccatoreſque damnantem, deprecor te, vt tua paſſio liberet nos ab illis pœnis, Amen.

44 Et quod prædicatores verbi Dei, & cõfeſſores ordinis Minorũ de obſeruãtia, quando actu prędicãt, & confeſſiones audiunt, vt puta in Aduentu, & in Quadrageſima, poſſint officium *a* feriale anticipare, & feſta illis diebus reſeruare, quibus illos amplius laborare neceſſe eſt, nõ in fraudẽ diuini officij, ſed vt liberius valeãt ſtudio vacare, & cõſolationi ſpirituali fidelium populorum incumbere.

a Vide in 1.10.qq.re. q.42.ar.3. & in 10.3. qq.reg qu. 33.ar.12.

Et declarare, quod fratres dicendo officiũ extrà
45 chorũ, ſicut ſępè cõtingit propter occupationes occurrentes, non teneantur duplicare Litanias, qui ex ordinario in Quadrageſima, poſt matutinum ſolent decantari, nec ad obſeruãtias horarum ſtatutarum, quibus ſolet officiũ à fratribus in choro dici, prẹſertim quãdo ſunt ipſi fratres in itinere conſtituti, vel aliàs infirmitate, ſiue occupatione cõi præpediti.

46 Et quoniã, pater clementiſſime, ſunt plurimę cõſcientiæ fratrũ ſcrupuloſę, quæ nullatenus quietarj poſſunt, recolẽtes in ſeculo, & fortè poſtquã in ordine ſunt, in irregularitatis notã incurriſſe incautè, & fortè ſtudioſè, alij malefactorẽ prodiſſe dicunt, propter quod fortè fuerunt tales, vltimo dãnali ſupplicio, alij ſimiliter dãnatis inſultaſſe, aut ſæuiſſe, ſicut accidit, ligna miniſtrãdo cõburendis, aut acclamãdo, moriatur ribaldus iſte, alij in cõficiendis medicinis, dũ illi miniſterio incũbebãt, ordinationem medici prætereũdo, & aliud propria fantaſia ſubminiſtrando, propter quod fortè, aliquando mors fuit ſubſecuta in patiente. *b* Alij iudicibus ſentẽtiã proferentibus aſſiſterũt, alij in ſuſceptione ſacrorũ ordinum legitimè non procedendo, videlicet defectu ætatis, aut præter ſuperiorum facultatem, ſiue in cõſortio excommunicatorum, ſicut etiam ex parte cõferentis, ſiue alterius quouis caſu, vel impedimẽto, quæ omnia enarrare non ſufficere, dignetur clementia veſtra vicarijs generalibus prædictis, tũc & pro tẽpore exiſtẽtibus, cum facultate cõmittendi prouincialibus, vicarijs, & guardianis, ſiue alijs, prout illis cum matura deliberatione, videbitur expedire, vt poſſint de cętero, Apoſtolica veſtra authoritate, cũ fratribus ſibi ſubditis, & qui erũt, vſq. ad viginti annos, diſpenſare, ſeu diſpenſari cõmittere, in omni irregularitate, quotieſcunq. aut qualitercũq. cõtracta, bigamiæ, & homicidij volũtarij, cum effuſione ſanguinis, manu propria perpetrati, vel aliàs ſtudioſæ machinationis in mortem alterius, ſicut in veneni propinatione, & huiuſmodi, morte tamen ſubſecuta, & non aliter tantum exceptis fiat, vt petitur.

b Vide in 1.10.qq.re. q.24 per totam q. & in 2.10.qq. re qu.105. ar.1. & 2.

Et huiuſmodi conceſſionis gratia, ſola ſignatura veſtræ beatiſſimæ manus ſufficiat. & ſine illius in regiſtro regiſtratione attento, quod ſolùm in foro cõſcientiæ, hæc humiliter requiruntur.

Aduerte tamen, quod hæc cõceſſio non durauit, 47
niſi vſque ad annum Domini, 1523. & ideò cauendum eſt, nè quis ea vtatur modò, verum tamen eſt, quod alijs conceſſionibus, hæc omnia ſunt indulta fratribus, & monialibus.

Leo Papa Decimus, ſui Põtificatus, menſe primo cõceſſit nobis, fratri Benedicto de Papia, commiſſario Ciſmõtano, & fratri Ioãni de Coſta, commiſſario familiæ Vltramontanæ proſtratis ante pedes ſuæ ſanctitatis, in cubiculo ſuæ beatitudinis, Martij vltima, infra octauas Reſurrectionis Dñi, & piè ſupplicãtibus, rectè, ac intelligibiliter exponentibus, ſiraque ſanctitate replicãte, hæc infraſcripta, videlicet, quod quicunque dixerit poſt quamlibet horã
48 dici, hanc orationem. ſcilicet, ſacroſanctæ. ac indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri Ieſu Chriſti humanitati, & beatiſſimæ, & glorioſiſſimæ Virginis Mariæ fœcunditati, *c* ſiue integritati, & omniũ ſanctorũ vniuerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, gloria, ab omni creatura, nobiſq; remiſſio peccatorum, per infinita ſecula ſeculorum, Amen. Et Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris filium, & Beata vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominũ, & in fine, vnum Pater noſter, & Aue Maria, pro fœlici ſtatu ſuæ Sanctitatis, & Eccleſiæ ſanctæ Dei, plenariam remiſſionem omnium defectunm, in illa hora, humana fragilitate commiſſorum. Et hæc cõceſſio, omnibus, & ſingulis facta eſt.

c Vide in 1.10.qq re. q.30.ar.3.

Item, eadem die, & hora, benigne conceſſit opti- 49
me intelligendo, & replicando, quod fratres noſtri laici, ſocij patrum vicariorum generalium, eo tamen *d* tempore, quo ſocij ſunt, & extra loca, & cõuentus eiſdem, miſſis inſeruiũt, poſſint proprijs manibus tractare vaſa ſacri miniſterij, calices videlicet, & corporalium, explicando, & plicando poſt miſſam, ſicut clericus in ſacris conſtitutus. In conuentibus verò, vbi ſunt alij fratres ad miniſtrandũ, concedere recuſauit.

d Vide in 1.10.qq.re. q.123.a.4.

In die decima menſis Iunij, 1513. in loco, qui di- 50
citur, Beluidere, nos frater Ioannes de Coſta, commiſſarius Vltramontanus, & frater Gregorius de Papia, vicecommiſſarius Ciſmontanus, obtinuimus à ſanctiſſimo Papa noſtro, Leone Decimo, quod oẽs dicentes infraſcriptos quinq. Pſalmos, cũ antiphona, verſu, & oratione, eandem indulgentiã habeãt, quam habent dicentes orationẽ pietatis, antiphona, in nomine Ieſu, Pſalmus, iubilate Deo omnis terra, & exaudiat te Dominus, ſaluum me fac Domine, quoniã defecit ſanctus, vſquequo Domine, ſæpè expugnauerunt. Antiphona, in nomine Ieſu oẽ genu flectatur, cęleſtium, terreſtrium, & infernorũ, & omnis lingua confiteatur, &c. Sit nomen Domini benedictum in ſecula, Reſp. ante ſolem permanet nomen eius. Oratio, Omnipotens ſempiterne Deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, vt in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operib. abũdare, per eundem Dominum noſtrum, Amen.

Frater Iacobus Vugarelus Paduanus, de prouin- 51
cia

cia S. Antonij Romæ prædicator, impetrauit vltima die Decembris, ann. 1. ipſius Domini Leonis X, Pont. quod ſorores S. Claræ, & tertij ordinis de pœnitentia nuncupatæ, in congregatione commorantes, & ſub noſtra cura viuentes, toties, quoties Coronam *a* Virginis Mariæ dixerint, & perſoluerint, lucrarentur indulgentiam plenariam, & hanc eandem gratiam, pro fratribus conceſſit Iulius II. prout inter eius viuæ vocis oracula, refertur.

a Vide in 2.10.qq.re. q.87.ar.3.

52 Eadem vice, quidam ſociorum ipſius *b* patris Vicarij generalis prædicti, ſubiunxit etiam, Pater Sancte, placeat V. S. quod quicunque fratres dicent Coronam Saluatoris Chriſti Ieſu, eandem indulgentiam lucrarentur. Reſpõdit ſummus Pontifex, poſſitis omnes in Paradiſum introire, ſumus contenti.

b Vide in d. ar. 3.

53 Conceſſit, & idem ſanctiſſimus Leo X. viuę vocis oraculo, anno ſui Pontificatus primo, ſupplicanti ad inſtantiam mei commiſſarij, reuerendo Domino Siluio Cortonenſi, ſuæ ſanctitatis datario, committendo tamen conſcientiæ diſcretioni ſuperiorũ iudicandum, & ſtatuendum, quomodò, & qualiter hæc gratia à fratribus vtenda ſit, quod fratres noſtræ familiæ poſſint celebrare ante diem, & poſt meridiem, gratia enim petita, ſic ſonabat,

54 Tota familia ſupplicat, Pater Sãcte, & humiliter petit ſibi concedi, *c* poſſe celebrare illicò poſt matutinũ, & poſt meridiem, pręſertim diebus, quando eſt, de audienda Miſſa præceptum, quando fratres habent ambulare, ſiue quando de via veniunt, vt nõ poſſint antè meridiem applicare ad locum, vbi commodè poſſint Miſſam audire, ſiue honeſtè celebrare. De æſtate verò, quando noctes ſunt breuiores, & ante matutinum chori, & infrà, dummodò celebraturos, illud per ſe, aut cum ſocio dixerit, prout conſuetum eſt in ordine, cum prima.

c Vide in 2.10.qq.re. q.22.ar.1. & 2. & articl.

55 Item, idem ſanctiſſimus Leo Papa, ad inſtantiam fratris Chriſtophori de Forliuio, commiſſarij Ciſmontani, anno 1514. prima Ianuarij, Pont. ſui, anno primo, conceſſit viuæ vocis oraculo, quod adueniente caſu neceſſitatis Eccleſiæ, tàm fratrum, quã monialium familiæ, *d* poſſint transferri, & mutari de vno loco ad alium, & locus prioris Eccleſiæ, reduci ad vſus humanos, ſecundum commoditatem dictorum locorum, & monaſteriorum, dùm tamen materia ædificiorum ponatur in Eccleſia alia.

d Vide in 2.10.qq.re. q.23.ar.6. & in 10.3. q.1.ar.3.

56 Item, quod omnes laici familiæ, quoties dicunt Coronam *e* Beatæ Mariæ Virginis in ſolemnitatib. feſtiuitatum Domini, & Beatæ Mariæ Virginis, & per octauas earundem, habeant indulgentiam plenariam, ſimiliter in feſtiuitatibus ſanctorum noſtrorum duntaxat, & habeãt memoriam de ſanctiſſimo Domino noſtro Papa.

e Vide in 10.2.qq.re. q.3.

57 Item Dominus noſter, Leo Decimus, anno ſecundo ſui Pontificatus, Februarij vigeſimoquinto, quæ fuit prima Dominica Quadrageſimæ, in Palatio apud ſanctum Petrum, poſt prandium, conceſſit mihi fratri Ioanni de Coſta commiſſario, *f* tunc ſupplicanti, quod fratres, maximè Prędicatores, actu pręedicantes, poſſint, ſine ſtimulo, & ſeruato ieiunio anticipare, & retardare, iuxtà ſuam conſolationem horas comeſtionis, ſerotinæ collationis.

f Vide in 2.10.qq.re. q.33. arti. 13.

58 Item conceſſit idem Leo Decimus, Pontificatus ſui, anno 4. die 6. Aprilis, apud S. Petrum, petẽte fratre Ioanne Glapion, Guardiano Burgenſi, ad pedes ſuæ ſanctitatis, vnà mecum, fratre Ioanne de Coſta, vt indulgentiæ coràm imagine pietatis à S. Gregorio conceſſæ, poſſint etiam pro animabus defunctorum lucrari, ad ſupplicationem meam, Ioannis de Coſta prædicti.

59 Item præfatus Dominus noſter, Leo X. ad inſtantiam fratris Ioannis de Reate, miniſtri prouinciæ Romanæ, prout ipſe ſuis literis authenticis teſtatus eſt, conceſſit, quod omnes *g* prouinciales obſeruantiæ, acta viſitatione ordinaria, in conuentibus ſuæ prouinciæ, habeant facultatem concedendi indulgentiam plenariam, omnibus fratribus cuiuſlibet conuentus, ſic viſitati. Et idẽ de monialibus S. Claræ, & tertiarijs in congregatione viuentibus.

g Vide in 1.10.qq.re. q.41.ar.4. & in 2.10. q.86.ar.2.

60 Item ad ſupplicationem eiuſdem conceſſit, idem ſanctiſſimus Dominus noſter Papa, *h* quod itinerãtes poſſint transferre ieiunium diei itinerationis, ad alium diem.

h Vide in 2.10.qq.re. q.141.a.5.

61 Item ad requiſitionem cuiuſdam reuerendi patris Hiſpani, prouinciæ ſancti Iacobi, conceſſit Do. noſter Papa Leo X. quod omnes fratres, qui ſunt nimis ſcrupuloſi, *i* poſſint in omnibus dubijs, ſuam conſcientiam tangentibus, ſecura conſcientia, ſtare determinationi ſui guardiani, vel cuiuſcunq; alterius prælati.

i Vide in 3.10.qq.re. q.66.ar.1.

62 Reuerendus pater Ioannes Glapion, commiſſarius Ciſmontanus, in Romana curia teſtatus eſt, per literas authenticas, ſua manu ſignatas, & ſigillo ſui officij munitas, ſe impetraſſe ſequentia à ſanctiſſimo Domino noſtro, Domino Leone X. anno Domini, 1517. die 20. Auguſt.

63 Primo conceſſit, ad ſupplicationem eiuſdem, quod quando moniales S. Claræ, grauiter infirmãtur, & non poſſunt ad cratem venire ad audiendas Miſſas, poſſit illo tempore ſacerdos confeſſor earũ, vel prælatus, introire clauſuram infirmariam, & monaſterium, ad celebrandum, nè tales moniales remaneant, ſine Miſſa, dummodò ſacerdos, ad nulla alia loca, quàm ad altare, diuertat, nec moretur, niſi tanto tempore, quanto indiget ad celebrandũ, nec loquantur, niſi quantum opus eſt in Miſſa.

Vide in 10. 10.qq.re.q. 47.ar.4.

Item, ad ſupplicationem reuerendiſſimi D. Cardinalis, ſanctorum quatuor Coronatorum, prout ipſe teſtatur in ſuis literis, conceſſit idem ſanctiſſimus Dominus noſter, Papa Leo X. & manu ſua ſignauit, ponens, fiat, 1515. Kalendis Octobris, ſequẽtem gratiam, pro monialibus S. Claræ, & B. Mariæ Virginis, ſcilicet de Conceptione, ſub cura fratrum Minorum de obſeruantia exiſtentium, tàm citrà, quàm extrà montes, ſub clauſura, tamen degentiũ, tàm præſentium, quàm futurorum.

64 Placuit ſanctiſſimo Domino Papæ, licentiam, & facultatem concedere omnibus monialibus monaſteriorum S. Claræ, *k* & ancillarum B. Mariæ Virginis, in ordine nunc exiſtentium, & pro tempore aggregandarum, vt quater in anno, poſſint ſe à ſuperioribus ſuis, ſiue confeſſoribus, aut alijs fratribus, de ordine fratrum Minorum, per ſuperiores, ipſos deputatis, ſiue ab ipſis monialibus pro earum, ſpeciali deuotione requiſitis, facere abſolui ab omni tranſgreſſione mandatorum Dei, & Eccleſiæ, & tranſgreſſione votorum regulæ ipſarum ſtatutorũ, tàm Papalium, quàm ordinis ipſarum, ac ab omnibus pœnitentiarum omiſſionibus, ſiue minus benè perſolutis, tàm in confeſſionibus ſacramentalibus iniunctis, quàm in capitulis earum, prout inter eas moris eſt, ab omni tranſgreſſione obedientiarum iniũctarum communiter, in quotidianis exercitijs à matribus, aut ex negligentia, ſiue obliuione, aut aliqua malitia, & indignatione non perſolutis. Item ab omnibus defectibus, & omiſſionibus in diuinis officijs, & horis canonicis commiſſis: ſiue in non veniendo ad chorum tempore ſtatuto, omittendo illud negligenter, & aliàs quomodolibet, in eo aliquid diceret, aut fieret per aliquam ipſarum, impertinens diuino cultui, & ſeruitio. Item ab omnibus, & ſingulis votis, exceptis ſubſtantialibus, emiſſis in earum profeſſione, quæ ſolent fœminea leuitate, pro aliqua minima neceſſitate, emitti, ſicut de dicendo alia officia, ab ordinariè ſtatutis, & quotidie, ex voto profeſſionis ipſarum, dicendis, aut de ieiunando, aut alia huiuſmodi, quæ vix poſſunt à

k Vide in 1.10.qq.re. q.30.a.12.

ſequen-

ſequentibus communitatem religioſam ſeruari, cũ vnà, & pariter in omnibus locis monaſterij ſemper conueniant. Item, ab omnibus, & ſingulis, quæ poſſent excogitari, & accidere, quæ nunc non veniunt in mentem, ita tamen, quod nulli ipſarum hæc talis gratia ſuffragetur, ſi confiſæ de ipſa, aliquid attentarent committere, quod oculis diuinæ maieſtatis earum violando profeſſione offenderet. Et vt potius in conſpectu Domini Dei ſe conſeruare valeant, & orationes, & preces, pro ſuæ ſanctitatis perſona, & fœlici ſtato ſanctæ matris Eccleſiæ, ſine intermiſſione oblatæ, facilius aſcendant ad aures maieſtatis diuinæ, de benignitate Apoſtolicæ pietatis, placuit ſibi concedere facultatem, confeſſiones earum de licentia prælatorum audientibus, quod illa plenitudine, eas abſoluãt, & illi ſtatui innocentiæ reſtituãt, quo ſanctitas ſua faceret, ſi ipſamet in confeſſione oſcultaret peccata. Et poſt hoc, authoritate Apoſtolica, omnibus, & ſingulis, ſanctitatis veſtræ ſanctã impartiri benedictionem, quam nullatenus ſperant voce ſuæ ſanctitatis audire, nec præſentialiter conſequi. Conceſſit, quod ſola ſignatura ſufficeret, quã & ipſe, propria manu ſignauit, Pontificatus ſui, anno 3. 12. Kal. Octob. 1515.

65 Item, ad inſtantiam reuerẽdi patris Antonij del Riucon, fuerunt conceſſa ſequentia à ſanctiſſimo Domino noſtro, Leone Papa X. prout teſtatur reuerendiſſimus Dominus Cardinalis. ſanctorum quatuor Coronatorum, anno Domini, 1517. die 7. Aprilis.

66 Primo conceſſit omnibus fratribus Minoribus *a* regularis obſeruantię vtriuſque familiæ, quod prę- lati ordinis, cum aliquem fratrem, propter Apoſtaſiam, vel aliam cauſam excommunicant in capitulo fratrum, vel in communitate, non teneantur proferre ſententiam in ſcriptis, prout in iure, ſub pęna excommunicationis, præcipitur proferentibus.

a Vide in 1.10.qq.re. q.61.ar.3.

67 Secundo, quod quando aliquem fratrem, cauſa correctionis, vel abſolutionis, oportet verberare, poſſiut prælati noſtri, & eorum commiſſarij, manu vicarij, vel cuiuſuis alterius fratris ſubditi, cũ verberare, ſeu diſciplinare, non obſtante capitulo vniuerſitatis, de ſententia excommunicationis.

Vide in 2. 10.qq.re.q. 19.ar.8.

68 Tertio, quia Sixtus IIII. conceſſerat, quod legata facta ad certum vſum, poſſint prælati ad alium vſum *b* conuertere, ceſſante ſcandalo executorum, dictam gratiam ampliando conceſſit, quod eo modo poſſint dicti prælati facere in rebus donatis per viuentes, ſi tamen, vt dictum eſt, non ſequatur ſcandalum.

b Vide in 1.10.qq.re. q.121.a.9.

69 Quarto, quod ipſemet Dominus Papa Leo conceſſerat, quod dicendo illam orationem: ſacroſanctæ Trinitati, &c. in fine cuiuſlibet horæ, pro ſupplemento defectuum vnius horæ, quando dicitur per ſe ſola, ſed etiam omnium horarum, quæ dicuntur ſemel, ſeu vno contextu, licèt aliquod paruum interuallum, inter vnam, & aliam, fiat.

70 Quinto, quia nonnunquam contingit, quod authoritate Apoſtolica, aliquibus *c* fratribus, vel monialibus diuerſarum religionum, conceditur tranſite ad ordinem fratrum Minorum, Placuit ſanctitati ſuæ, attento, quod tales iam ſunt nutriti in alijs ordinibus, vndè præſumitur de ieiunijs, & alijs religionis aſperitatibus, eſſe inſtructos, quod tanto tempore antè annum probationis, de iure communi taxatum, poſſint facere profeſſionem, quanto prælato ordinis Minorum, de conſilio diſcretorum fratrum, vel diſcretarum monialium reſpectiuè illius domus, in qua fecerint probationem, viſum fuerit, dum tamen fratres, & moniales huiuſmodi fuerint inter obſeruantes ſuorum ordinum, profeſſi, & nutriti, & ad obſeruantes prædicti minorum ordinis tranſire voluerint, & non aliàs.

c Vide in 3.10.qq.re. q.15.a.21. Vbi traditur per Cõcil. Tridentinum hoc eſſe correctum.

71 Sexto, quia ſunt nonnulla viuę vocis oracula, ordini noſtro, quorum aliqua, aliquibus temporibus, fuerunt vtilia, ſed fortè præſentibus non ſunt, neq; futuris erunt, & præterea aliqua ſunt in aliquibus locis neceſſaria, & aliqua non, placuit ſuæ ſanctitati, vt non ſolum *d* vicarius generalis, in ſuo generali capitulo, ſed etiam quilibet vicarius prouincialis, in ſuo prouinciali capitulo, de conſenſu euſdẽ capituli, vel maioris partis, declarare poſſit, & valeat, vtrum ab vſu alicuius conceſſionis viuæ vocis oraculo factæ, abſtineri debeat. Poſt quam quidem declarationem, tàm fratres, quam moniales ſui vicariatus, ac ſi conceſſio huiuſmodi per ſanctitatem ſuã ſuſpenſa vel reuocata fuiſſet, conceſſione eadem in poſterum non vtantur.

d Vide in 1.10.qq.re. q.9.ar.2.

72 Septimo, ſupplicante eodem reuerendiſſimo Domino Cardinali, ſanctorum quatuor Coronatorũ, conceſſit, idem Dominus Papa, Leo X. omnib. fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ, vt ipſi, perpetuis *e* futuris temporibus, poſſint recuperare fratres, qui quomodocunque de ſua obedientia exierint, & illos ad regularem ſuam vitam reducere, non obſtante, quod dicti fratres habeant quaſcunque literas Apoſtolicas, etiamſi in eis ſit derogatum omnibus conceſſionibus, in fauorem prædictorum regularis obſeruantiæ, & contra dictos apoſtatas habitis Et voluit, quod etiamſi in literis dictarum exemptionum, ſint iudices deputati executores, etiamſi dicti iudices, vel eorum aliqui fulminauerint cenſuras, nihilominus dicti fratres Minores, poſſint recuperare, corrigere, caſtigare, & retinere ſuos fratres, hoc tamen in foro conſcientiæ tãtum, de foro vero contentioſo, quando iudices, ad petitionem illorum, contra dictos fratres procederent, eſſent examinandæ literæ exemptionum ſuarum, cum literis reuocatorijs ordini conceſſis, & tunc eſſet ſtandum fortioribus, hæc conceſſio fuit facta, ſeptima Aprilis, 1517.

e Vide in 2.10.qq.re. q.63.ar.3.

73 Item, ad prædicti patris inſtantiam, prout teſtatur Dominus Cardinalis Surretinus, literis, ſeu ſigillo munitis, conceſſit præfatus *f* Dominus Leo, quod religioſi ordinis Minorum, qui officium diuinum ſoluerint, per librum, conſequantur remiſſionem dimidiæ partis peccatorum commiſſorum illa die, quæ prædictum ſoluunt officium.

f Vide in 1.10.qq.re. q.42.ar.6.

Chriſtophorus miſeratione diuina, tituli ſanctæ Mariæ in Aracæli, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, dilectis nobis in Chriſto, vniuerſis fratribus ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, ſalutem, & pacem in Domino ſempiternam, hodiè ſanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter, Dominus Leo, diuina prouidentia Papa Decimus, ad noſtram inſtantiam conceſſit fratribus Minoribus regularis obſeruantiæ, gratias infraſcriptas,

74 Et primo, quod cum fratres ipſi propter Deum omnia abnegauerint & nihil aliud quærant, niſi ſalutem animarum, ſanctitas ſua conceſſit, quod ſemel in quolibet anno (vltra alias indulgentias, quas à ſede Apoſtolica habent) poſſunt plenariè abſolui, & indulgentiam plenariam conſequantur, & hoc in feſto Sanctæ Catherinæ Virginis, & Martyris.

75 Item, quod omnes, tam fratres, quàm ſeculares, dicentes 15. Pater noſter, cum totidem Aue Maria, pro exiſtentibus in peccato mortali, in qualibet vice conſequantur remiſſionem tertiæ partis ſuorum peccatorum, cum hoc ſit opus maximæ charitatis. Et hæc omnia ſanctitas ſua conceſſit omnibus monialibus Sanctæ Claræ, & alijs, quæ per fratres Minores gubernantur.

76 Item, quod Prædicatores, & alij fratres, quando ſunt extrà conuentum, & non poſſunt habere

copiam

Digitized by Google

copiam ſacerdotis ſui ordinis, quia non habent ſocium *a* confeſſorem, poſſint confiteri peccata ſua alteri religioſo alterios ordinis, vel presbytero ſeculari, & hoc ſioe fraude, dummodò dicant prælato ſuo.

a Vide in 1.10.qq.re. q.92.a.77.

Hæc omnia ſanctiſſimus Dominos noſter conceſſit, nobiſque viuæ vocis oraculo commiſit, vt de præmiſſis fidem faceremus. Nos igitur, ipſius ſanctiſſimi Domini mandatis obedientes, de præmiſſis omnibus, & ſingulis fidem facimus, & plenum perhibemus teſtimonium. In quorum fidem, & teſtimnnium, his noſtris literis, iuſſu noſtro factis, manu propria ſubſcripſimus, noſtrique ſigilli impræſſione muniri iuſſimus. Dat. Romæ, in ædibus habitationis noſtræ propè S. Petrum, die 28. menſis Aprilis, 1519. Pontificatus eiuſdem D. Papæ, anno ſeptimo.

Ita eſſe fatemur, vt ſupra manu propria Chriſtophorus Cardinalis de Aracæli.

Idem Leo X. anno IIII. ſui Pontificatus, die 3. 77
Februarij, in Palatio Apoſtolico, in aula, quæ dicitur, ſala Pontificum. præſentibus multis Cardinalibus, & alijs, ſupplicanre me, fratre Ioanne Dacoſta commiſſario curiæ: conceſſit, qood ſequitur in forma, quæ ſcribitur infrà in vna ſupplicatione, in papyro præſentata.

Pater ſancte, ſupplicanr nonnolli deuoti veſtræ ſanctitati filij, fratres ordinis Minorum obſeruantiæ, paoperibus animabus purgatorij compatientes, vt indulgentias à ſanctitate veſtra, pro viuis conceſſa, videlicet de corona Domini Saluatoris, B. Mariæ Virginis, de orationibus S. Gregorij ad pietatem *b* de Paſſione Domini Ieſu, & alias ſimiles, etiam ab alijs S.V. prædeceſſoribus, datas, poſſint ad animas defunctorum extendere, pro illarum redemptione, ſicut pro viuis lucrari. Ad quod reſponſio Pontificis fuit hæc. Sumus contenti, io quantum poſſumus, per modum ſuffragij.

b Vide in 1.10.qq.re. q.96.ar.1

F I N I S.

TOMVS

Digitized by Google

BVLLARVM APOSTOLICARVM PRO REGVLARIBVS A PATRE FRATRE EMANVELE RODERICO COLLECTARVM,

Tomus Secundus.

ADRIANVS PAPA VI.

Bulla Prima.

Pro conuerſione Indorum.

SVMMARIVM.

1 *Zelus Regum Hiſpaniarum pro conuerſione Indorum commendatur.*
2 *Fratribus ſponte ad Indos pro eorum conuerſione euntibus, benedictio Papalis impartitur.*
3 *Fratres Minores non poſſunt ire ad Indos, niſi à cõſilio regali, & à ſuis prælatis aſſignentur.*
4 *Qui quoquo modo impedierit ire fratres minores ad Indos, excommunicatur.*
5 *Fratres prædicti aſſignati, ex ſeipſis poſſunt eligere ſuperiorem.*
6 *Superior ſic electus debet durare per triennium.*
7 *Superior ſic electus in vtroque foro habet poteſtatẽ generalis.*
8 *Superior præfatus habet omnimodam poteſtatem ſuper Indos.*
9 *Confirmantur, & innouantur indulta conceſſa præfatis fratribus.*

De fratrib. apud Indos Vide in to. 1. qq. reg. q. 31. ar. 3. 4. 5. & 6. qu. 31. ar. 1. et per totã q. & q. 16. ar. 11. 12. & nrũ poſtmo religioſi cõpelli ire ad Indos, vide in to. 3. qq. reg. qu. 20. ar. 7. et quo modo debeãt ibi prędicare, vide in d. to. q. 32. ar. 4. & de cõceſſis pro nouo orbe vide in to. 2. qq. reg. qu. 116. per totam quaſt.

CHariſſimo in Chriſto filio noſtro, Carolo Romanorũ Regi, & Hiſpaniarum Catholico Regi electo, Adrianus Papa VI. Chariſſime in Chriſto fili noſter. Salutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis feciſti tuum flagrãs deſideriũ ad augmentum Chriſtianæ religionis, conuerſionẽq; infidelium, illorũ præſertim, qui Chriſto Duce tuæ ditioni ſunt ſubiecti, in partibus Indiarũ, à nobiſque inſtanter petiſti, vt ad effectũ huiuſmodi augmenti, & conuerſionis, & debitæ gubernationis animarũ, quas Redẽptor noſter, ſui pretioſi ſanguinis cõmercio redemit prouideremus, quatenus ex omnibus religionibus fratrum Mendicantium, præſertim fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, aliqui ad præfatas partes Indiarũ, auctoritate noſtra tranſmitterentur, aliaque in præmiſſis prouiderentur, ſicut in petitione nobis deſuper oblata, plenius continetur. Nos autẽ, qui ex iniuncta nobis cura paſtorali, ad ea, quæ attinent ad ſalutem animarũ, intẽdere ſuper omnia tenemur, quique feruentiſſimũ zelum tuæ Cæſareæ maieſtatis, ad augendam Rempublicam Chriſtianam à teneris annis, pleniſſimè cognouimus, tam ſanctum, & laudabile opus, in Domino commendantes, & deſuper prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenore
præſentium volumus, vt omnes fratres ordinũ Mẽ
dicantium, præſertim ordinis Minorum regularis 1
obſeruãtiæ à ſuis prælatis nominati, qui diuino ſpi-
ritu, vltro, ac ſponte voluerint ad partes Indiarum 2
præfatarum, cauſa conuertendorum, & inſtruendo
rum in fide prædictorum Indorum, ſe transferre li
berè, & licitè poſſint, & valeant, dum tamen ſint ta
lis ſufficientiæ, in vita, & doctrina, quod tuæ Cæſa-
reæ maieſtati, aut tuo regali conſilio, ſint grati, ac
tanto operi idonei, ſuper quo conſcientias ſuorum
ſuperiorum, qui eos nominare, & licentiare debent
oneramus. Ac, vt in tam ſancto opere, meritũ obe-
dientiæ non deſit, omnibus qui (vt præfertur) nomi
nati fuerint, & ſe ſponte obtulerint, ad meritũ obe
dientiæ præcipimus, vt præfatum iter, & opus, exẽ
plo diſcipulorum Chriſti Domini, exequantur, pro
certo ſperantes, vt ſicut in labore eos imitati fue-
rint, ita, & in præmio eis ſociabuntur, præfatiſq; fra 3
tribus noſtram Apoſtolicã benedictionem, liberaliſ
ſimè ex nũc impartimur. Sed nè fortè numerus fra-
trũ Minorum ſit tantus, & pariat confuſionẽ, volu-
mus, vt tua ſacra maieſtas, aut tuum regale conſiliũ
aſſignet, & præfigat numerũ fratrum mittendorũ.
Tales autẽ fratres ſic nominatos, ſeu licentiatos ab
eorum ſuperiorib, ſtrictè præcipimus, ſub excõica-
tionis pęna, ipſo facto incurrenda, ne aliquis infe- 4
rior audeat aliqualiter impedire, etiãſi pro tunc eſ
ſent in officijs confeſſionis, prędicationis, lectionis,
guardianatus, cuſtodianatus, miniſteriatus, prouin-
cialatus, aut cõmiſſariatus generalis, quib. non ob-
ſtantib. tranſire poſſint, & debeant. Verũ ne præfa-
ti fratres ſint, velut oues errantes, abſq; paſtore, ſta
tuimus, & ordinamus, vt ex ſe ipſis, valeant, & de- 5
beãt eligere duos, vel tres, aut plures, qui in dictis
terris, eis præſint, eo modo, quo eiſdẽ, ſeu eorum
maiori parti, melius viſum fuerit. Qui ſic electi per
triennium, aut aliud maius, vel minus tẽpus, iuxta 6
ſuas conſtitutiones, prout in Hiſpania fieri conſue
uit, prælationẽ huiuſmodi habeant, & nõ vltra, nec
alias, maneantque omnes ſemper in obedientia ge-
neralis miniſtri, & capituli generalis, dummodo

nihil eis imponant in præiudiciū dicti tranſitus, &
conuerſionis infidelium. Decernentes quidquid
abſq; noſtro expreſſo mandato,& aſſenſu ſuper his
7 fuerit attentatū,nullius eſſe momēti. Et quia præfa
ta terra Indiarū,valde diſtat à partibus,vbi genera
lis miniſter degere,& incedere conſueuit, ac pro-
pterea difficile foret ad eum recurrere, in caſibus
ad eum pertinentibus volumus, ac tenore præſen-
tium concedimus,vt fratres, qui pro tempore aſſu
mentur ad regimen aliorum fratrum in prædictis
terris Indiarū,habeant in vtroq; foro ſuper fratres
ſibi cōmiſſos,omnē auctoritatem, & facultatē, quā
generalis miniſter habere dignoſcitur:ita tamen,
quod ipſe generalis miniſter, ſub cuius obedientia
ſemper manere debent, poſſit præfatā auctoritatē
8 limitare,& arctare, prout ei viſum fuerit. Et inſu-
per, vt melius præfata conuerſio infideliū fieri va-
leat,ſaluti animarū omniū, in præfatis terris Indo-
rum,pro tēpore degentiū, prouideatur, volumus,
& tenore præſentiū,de plenitudine poteſtatis cōce
dimus,vt præfati prælati fratrum,& alij, quib.ipſi
de fratribus ſuis,in dictis Indijs cōmorantibus,du-
xerint cōmittendum, in partibus,in quib.nondum
fuerint Epiſcopatus creati,vel ſi fuerint, tamen in-
frà duarū dietarum ſpatium ipſi, vel officiales eo-
rum, inueniri minimè poſſint, tam quoad fratres
ſuos,& alios cuiuſcumque ordinis ibidem fuerint,
ad hoc opus deputati,ac ſuper Indos ad fidē con-
uerſos, quā ad alios Chriſticolas, ad dictum opus
eoſdē mittentes, omnimodā auctoritatem noſtram
in vtroq; foro habeant tātam,quantam ipſi, & per
eos deputati,de fratribus ſuis,(vt dictum eſt) iudi-
cauerint oportunā,& expedientē,pro conuerſione
dictorum Indorū, & manutentione, ac perfecta il-
lorum, & aliorū præfatorum in fide Catholica, &
obedientia S.R.Eccleſiæ: & quod præfata auctori-
tas extendatur etiam quoad oēs actus Epiſcopales
exercendos,qui non requirunt ordinē Epiſcopalē,
donec per ſedem Apoſtolicā aliud fuerit ordinatū.
9 Et quia accepimus,per præfatos prædeceſſores no-
ſtros Romanos Pontifices, aliqua indulta conceſſa
fuerunt,fratribus exiſtentibus aut ire procurantib.
in dictis,& ad dictas Indiarū partes,nos omnia illa
confirmando,ac(quatenus opus eſt)de nouo cōce-
dēdo volumus, vt præfati prelati fratrū pro tpe exi
ſtentes,& quib. ipſi de ſuis fratribus duxerint con-
cedēdum,omnib. prædictis indultis, in genere,vel
in ſpecie,hactenus conceſſis, & in poſterū concedē
dis,vti,potiri,& gaudere, liberè, & licitè poſſint,&
valeant, habentes omnia pro ſufficienter expreſſa,
tanquā ſi de verbo ad verbum inſererentur. Non
obſtantibus conſtitutionib. Apoſtolicis præſertim
Sixti IIII.incipiente:etſi Dominici gregis,ac bulla
Cœnæ Domini, cæteriſq. in contrarium facientibus
quibuſcunque. Datum Cæſaraguſtæ, ſub annulo
Piſcatoris,die 10.Maij, 1522.Suſcepti à nobis Apo
ſtolatus officij,anno primo.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Reges Catholici,Ferdinādus, & Eliſabeth in expu gnandis Mauris,& plantādafide,cōmendantur.*
2 *Ordines militares in Regnis Caſtellæ, pro exalta-tione fidei ſunt inuenti.*
3 *Ordines militares ſunt traditi in adminiſtrationē Regibus Caſtellæ.*
4 *Speratur,quod Reges Hiſpaniarum idoneis,ad de-bellandum infideles fauerent.*
5 *Carolus Imperator,& Rex Hiſpaniarum præſumi tur contra infideles promptius, quam magiſtri antiqui dimicaturus.*
6 *Narrantur magna contra infideles,& hæreticos pa trata à Regibus Hiſpaniarum.*
7 *Corona Caſtellæ etiamſi aliquando ad mulierē ſpe-ctaret, vniuntur ordines militares cum plena ad-miniſtratione*
8 *Spiritualia ordinum concernentia,ad perſonas reli-gioſas ipſorum ordinum pertinent, dummodo à præfatis regibus deputentur.*
9 *A militibus ordinum auferetur auctoritas eligendi, & poſtulandi magiſtrum,ſub grauiſſimis pœnis.*
10 *Ampla non obſtantia proponuntur.*
11 *Præcipitur Regibus Hiſpaniarum,vt abſtineant à quacunque alienatione rerum militiarum harū.*
12 *Præcipitur ipſis,vt præſtent Pontifici Romano,quæ cumque ſoluere magiſtri conſueuerant.*
13 *Succeſſores in Regnis Hiſpaniarum ſi ab obediētia Pontificis Romani deceſſerint, aut contra ſedem Apoſtolicam bellum geſſerint, priuantur ab hu-iuſmodi adminiſtratione.*

ADrianus Epiſcopus,ſeruus ſeruorum Dei.Ad
perpetuam rei memoriā. Dum intra noſtræ
mentis arcana,debita meditatione penſamus S.Ia-
cobi de Spatha, ac de Calatraua, & de Alcantara,
in Regnis Hiſpaniarū,electas propterea militias in
ſtitutas fuiſſe,vt contra Orthodoxæ fidei hoſtes,&
inimicos,arma quædā, & valida præſidia eſſent,ea
rumq; milites in infideliū expugnatione,ac Regno
rū ab ipſis infidelibus occupatorum recuperatione
iugiter vacarent,ſtrenuaq; ipſorum virtute,& ope
ra,proximis annis, non ſolum quāplurimas ciuita-
tes,& loca,ſed etiam aliquot Principatus,dominia,
& Regna,quæ infideles Mauri occupauerāt,& per
multos annos detinuerant, non ſine proprij ſangui
nis effuſione, cum magna Chriſti nominis gloria,
recuperata,& ad fidem Chriſti, redacta fuiſſe cō-
ſideramus,inſuper,& aīo reuoluimus, quod chariſ-
ſimus in Chriſto filius noſter, Carolus,Caſtellæ,
Legionis Catholicus Rex, in Imperatorē electus
claræ memoriæ,Ferdinandi aui,& Eliſabeth Regi-
næ auiæ,Caſtellæ & Legionis huiuſmodi,ac aliorū
progenitorū ſuorum veſtigia ſecutus, pro vniuerſa
Eccleſia,cuius(vt nos ad ſummi Apoſtolatus apicē
aſſumptione paſtor, ita ipſe ad ſacri Imperij faſti-
giū electione aduocatus exiſtit)non ſolū inſulæ Ser
uarum,quam ipſi Mauri detinebāt,expugnatione,
ſed etiam aduerſus Martinum Lutherū,per ſedem
Apoſtolicam hæreticū declaratum, executione fe-
cit, & in dies, ipſum ſub diſciplina noſtra à teneris
educatū, ob eius deuotionem, ac fidem erga nos,
& hanc ſanctam (in qua permiſſione diuina ſede-
mus)ac vniuerſam Rempublicā Chriſtianam, Diui
na fauente gratia, facturū fore ſperamus,dignum
merito cenſemus,& congruū, vt militiæ prædictæ,
coronę Regni Caſtellę,& Legionis perpetuo appli
centur,non minus, vt Caroli ipſius, in Imperatorē
electi,ſtudia,& conatus ad profligādos, & ſubiugā
dos infideles Barbaros, concedente Domino, cre-
ſcant,& augeantur,quā,vt ipſarum militiarū, fœlix,
& proſperū Regimen, ſemper in melius procedat,
& illorū militū diſciplina, ſolertior euadat, ipſum-
que Carolum in Imperatorē electum,eiuſq; poſte-
ritatem,ſigno ſpecialis beneuolētiæ proſequamur,
& quadam perpetuitatis memoria, docemus. Sanè
cū Ferdinandus Rex, & Eliſabeth Regina, præfati
in humanis agentes, ſuorum,& ipſi progenitorum
veſtigia ſecuti,quāplurima egregia facinora, & ge
ſta fecerint, nec ſolum Hiſpaniam à Sarracenis,&
Mauris, qui Regnum Granatæ, ac quamplura alia
dominia occupauerant,non ſine multis laboribus,
& impēſis,ac magna Chriſtiani ſanguinis effuſione
purgauerint,ac quāplurimos infideles à falſis Ido-
lorum tenebris,ad veram Orthodoxæ fidei lucem,
reduxerint, ſed pluribus etiam caſibus, Oceanum
mare penetrauerint,& ad diuerſas, ac maximas,&
antea

Digitized by Google

antea mortalibus,ignoras inſulas. ſalutiferę Crucis
vexillum detulerint,& in ipſis inſulis,plurimas Me
tro politanas Eccleſias,&cathedrales,ac alias Eccle
ſias,ad Chriſti nominis gloriā,& exaltationē,erigi,
ſeq; ob talia merita Catholici nomine,ab hac Sācta
2 ſede,inſigniti obtinuerint.Cumq. in dictis Caſtellę
& Legionis Regnis,S.Iacobi de Spatha,ac de Cala
traua,& Alcantara S.Auguſtini,& Ciſtercienſis or-
dinū militiarū mag ſtratus,ad eiuſmodi fidei eaalta
tionē,& infideliū Barbarorum, maximè circnouici
natum partiū depreſſionem, & expugnationem,io
ſtituti fuerint,vt præfertur,& quandoq.illi per Ro
3 manos Pontifices prædeceſſores noſtros, regib.Ca
ſtellæ,& Legionis huiuſmodi,ſeu eorum primoge
nitis , ant propinquioribus infantibus ouncupatis,
reſpectiuè in adminiſtrationem, dum expediēs fo-
re viſum fuerint,concedi conſueuerint,illorumq;
ad præſens,idem Catholicus Rea,in Imperatorem
electus perpetuus adminiſtrator per ſedem prædi-
ctam,deputatus exiſtat , ipſarumque militiarū ma-
giſtrorum electionea , ad præceptotiam militiarū
huioſmodi præceptores , ſeo milites ſpectare noſ-
catur,ac inter eos,occurrente dictorum magiſtro-
rum vacationę , ſuper electionib. pro tempore ſa-
ciendis,poſſent quandoque diſſentiones oriri, plu-
rimomque,Regis, Caſtellæ , & Legionis pro tem-
pore eaiſtentis interſit , vt ipſe magiſtratuū boiuſ-
modi,curam,& adminiſtrationem habeat , cū ma-
giſtratus ipſi,qnam plurimas ciuitates;& arces,par
tim ab ipſis Regibus Caſtellæ,& Legionis donatas,
partim per ipſos magiſtros,ad infidelium manibus
proprij ſanguinis effuſione comparatas,& acquiſi-
tas,poſſideant,& ſi illorū magiſtri aliquando Regi
ſe opponerent, ex illorū inſtitutione, quæ ad eorū-
dem regnorum pacem,& quietem,ac infideliū ex-
pugnationem emanauit,grauia ſcaudala,& pericu
la in Regnis ipſis(prout proximis annis,cum in mi-
norib. cōſtituti, & dictorum Regnorum regimini,
& adminiſtrationi propoſiti eſſemus, propter aſpi-
rationes ad ipſos magiſtratus , oculis noſtris vidi-
snus) ſuccedere poſſent.Si autē magiſtratus ipſi co-
rooæ Regiæ,Regis Caſtellæ,& Legioois huiuſmo-
di pro tēpore exiſteotis,perpetuo vnirentur, anne-
cterentur,& incorporarentur, ita tamen, quod ex
illorum huiuſmodi vnione, tituli ſingulorum ma-
giſtratuum huiuſmodi ad infraſcripium effectum,
4 extincti non cenſcantur,illi per Regē ipſum longè
melius regi, & guberoari poſſent , curaretq, Rex
ipſe,vt illarum militiarū milites idonei , & in arte
militari adeo periti,& experti eſſent,vt de illis me
rito ſperari poſſet,qnod non ſolum dicta Regna ab
infidelibus defenderent, ſed ipſum Regem ad ea-
peditionē contra Turcas,& alios infideles, mariti-
ma claſſe ac terreſtri exercitu ſuſcipiendā,& proſe
quendā vltro ſolicitarent,& inuitarent,ſcandaliſq;
& diſſenſionibus, inter ipſos præceptores,ſeu mili
tes electores,ac alijs periculis,quæ exoriri poſſent,
obuiaretur , Ipſeque Carolus Rex, in Imperatorē
5 electus,ad ſanctum pacis,& vnitatis Regū,& Prin
cipum opus,quod pro totius Chriſtianæ Reipubli-
cæ neceſſaria defenſione , ac contra hoſtes Turcas
fœlici expeditione perficere,& concludere deſide-
ramus,pro ſua religione, & deuotione in banc ſan-
ctam ſedem,nos plurimum iuuare, ac Rempublicā
Chriſtianam à tam graui periculo,in quo conſtitu-
ta eſt,diuina fauente gratia liberare poſſent, ac om
nia,pro fidei Catholicæ eaaltatione,ac infidelium
Barbarorum depreſſione , libentius, & conſtantius
facere non ceſſaret . Similiterque eius ſucceſſores
facere parati eſſent,militeſque dictarum militiarū,
ſub Regis huiuſmodi diſciplina magiſtrati , & ex-
perti,& ad conferendum manus contra Turcas,&
infideles eiuſdem , multo promptiores,& alacrio-
res redderentur. Nos præmiſſa diligenti conſidera
tione penſantes , ac animo reuoloentes , qualia , & 6
quanta eiuſdem Caroli Regis in Imperatorem ale
cti,maiores priſcis,ac noſtris temporibus, pro ex-
pugnatione infidelium,& Barbararum nationum,
profecerint,quotque Regna,& terras,ac inſulas ab
ipſorum infideliū manibus eripuerint, & ad Chri-
ſtianam religionem reduci curauerint, & quæ ip-
ſe Carolus Rex in Imperatorem electus , tam fer-
uenti animo,hac tempeſtate noſtra pro Chriſtianæ
fidei religione, & huius ſanctæ ſedis dignitate tuen
da , aduerſus Martinum Lutherum præfatum, &
eius ſectatores, ac alios , qui contra nos,& dictam
ſedem,ſuperbiæ cornua erexerunt,ac in dictæ inſu
læ Seruarum expugnatione, quam diuino aſſiſten-
te auxilio,ſibi ſubdidit,dignè,& laudabiliter effece
rit , ac ſperantes, quod quanto maioribus benefi-
cijs,& gratijs maieſtas ſua à ſede Apoſtolica,ſe præ
munitam , & affectam cognouerit, tanto magis ei-
dem eccleſiæ, cuius aduocatus, vt prefertur, exiſtit,
exuberantes fauores, quoties opus fuerit, exhibe-
bit,ac breui tempore,pro ſua ipſius ſingulari deuo-
tione,ac virtute,Regiaque magnanimitate,& Im-
periali celſitudine,ad honorē Dei,& nominis Chri
ſtiani propagationem,aduerſus nefandiſſimos Tur
cas,Chriſtiani nominis perpetuos hoſtes,& contra
ſpurciſſimam illam gentem,quæ Chriſtianum ſan-
guinem auide ſitit, & noſtris ceruicibus imminet,
iuſtiſſimum bellum ſuſcipiet , ac tot prouincias,ac
Regna,ab ipſis Turcis, & alijs infidelibus occupa-
ta,recuperabit,& nomen Saluatoris Domini noſtri
Ieſu Chriſti,longe lateque propagabit . Habita ſu-
per ijs,cum venerabilibos fratribus noſtris,Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, matura delibera-
tione,ac de eorum conſilio, & aſſenſu, magiſtratus
prædictos,quorum omnium qualitates,necnon ve
rum,& vltimum vacationiamodum, illorūque,ac
coronæ Regiæ , Caſtellæ , & Legionis huiuſmodi
Regnorū, veros annuos valores, præſentibus pro
eapreſſis habere volentes,eidem coronæ Regię,&
ſi corona ipſa aliquo tēpore , ad mulierem ſpecta-
ret,cū omnibus præeminentijs, iuriſdictionibus,fa 7
cultatibus,redditibus,iurib.obuentionibus,& per-
tinentijs ſuis vniuerſis,auctoritate Apoſtolica,teno
re præſentium. perpetuo vnimus,annectimus,& in
corporamus, ita quod ius adminiſtrandi ipſos ma-
giſtratus,ſiue in virum,ſiue in mulierem, cū coro-
na tranſeat,& omnia,quæ ipſi magiſtri, qui protē-
pore fuerint, facere, & eaercere conſueuerunt, &
cōmendas ipſas, & præceptorias, ac alia beneficia
militiarū huiuſmodi, perſonis idoneis,cōferre libe
rè poſſit,in omnibus,& per oīa, perindè, ac ſi vnio
huiuſmodi , quo ad præmiſſa duntaxat minimè fa-
cta fuiſſet, ipſorumq. magiſtratuū poſſeſſionē pro-
pria anthoritate liberè continuare , ſeu illā de no-
uo,ſibi,& Regi Caſtellæ,& Legioois,pro tempore 8
exiſtenti, etiam propria auctoritate, liberè appre-
hendere,& perpetuo retinere,illorumque fructus,
redditus,& prouentus, in ſuos, ac magiſtratuū hu-
iuſmodi vſus, ad quod deputati ſunt , & vtilitatem
conoertere,diœceſanorum, locorum , & quorūuis
aliorum licentia , ſeu conſenſu, minime requiſitis,
Ita tamen, quod ipſe Catholicus Rea in Imperato
rem electus,ipſique ſucceſſores, Caſtellæ,& Legio
nis Reges,pro tempore eaiſtentes ea,quæ ſpiritua-
lia concernunt, per perſooas dictarum militiarum
religioſas,per ipſos Reges pro tempore exiſtētes,
ad id deputandas , ad eorum outum amouibiles ,
probè , & laudabiliter exercere facere debeant, &
teneantor . Quibus ſic pro tempore deputatis per-
ſonis,gerendi,faciendi,mandandi,ordinandi, eser-
cendi, exequendi , diſponendi, omnia, & ſingula,
quæ dictarum militiarum magiſtri pro tempore

exiſtentes de iure, vel conſuetudine, aut aliàs quo-
modolibet facere, gerere, exercere, mandare, diſpo
nere, exequi poterant, & conſueuerant, auctorita-
te, & tenore præmiſſis, plenam licentiam, & omni-
modam facultatem concedimus. Et nè in præiudi-
cium dictæ vnionis, per milites, ſeu fratres dictorũ
ordinũ aliquid de facto teneretur per viã electio-
9 nis, vel poſtulationis, ſeu aliàs, decedẽte Rege, vel
Regina, qui dictos ordines adminiſtrauerit, auferi-
mus ab eis omne ius ac poteſtatem eligendi, poſtu-
landi, vel de nouo adminiſtratore, perpetuò proui-
dendi, & ſub pœna excõicationis, ac priuationis cõ
mendarũ, & præceptoriarum, ac aliorum beneficio
rum, quæ obtinent, inhabilitatiſq; ad ipſa in poſte-
rum obtinenda, omnibus, & ſingulis prohibemus
nè eligant, poſtulent, vel de eligendo, aut poſtulan
do tractent. Quas pœnas volumus eos, ipſo facto in
currere, abſolutionem nobis, & ſucceſſoribus no-
10 ſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtenti-
bus, ſpecialiter reſeruantes. Non obſtãtibus no[illegible]ra,
qua volumus, quod in vnionibus exprimi deberet
valor beneficij, cui vnio fieret, & ſemper cõmiſſio
fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, ac alijs
conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, nec-
non ſtatutis, & conſuetudinibus, ac ſtabilimentis,
vſibus, & naturis dictarum militiarum, iuramento,
cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia
roboratis, priuilegijs quoque, & indultis, ac literis
Apoſtolicis dictis militijs, earumque præceptori-
bus, militibus, & conuentibus, per dictam ſedem
forſan conceſſis, illis præſertim quibus cauere dici
tur, quod magiſtratus de Alcantara de Calatraua,
per perſonas regulares S. Auguſtini, & Ciſtercien-
ſis ordinis huiuſmodi, eſſe profeſſas, & non vxora-
tas, ac aliàs certo modo qualificatas dumtaxat, ob-
tineri poſſint, quibus etiamſi ad eorum derogatio-
nem de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpe
cifica, & expreſſa indiuidua, ac de verbo ad verbũ,
non autem per clauſulas generales id importãtes,
mentio ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut ali-
qua alia exquiſita forma, ſeruanda eſſet, illorum te-
nores huiuſmodi, præſentib. pro expreſſis, & inſer-
tis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris
hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe deroga-
mus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliqui, ſuper
prouiſionibus ſibi faciendis huiuſmodi magiſtrati-
bus ac dignitatibus, ſpeciales, vel alijs beneficijs ec
cleſiaſticis, in illis partibus generalibus dictæ ſedis,
vel eius legatorum, literas impetrarint, etiam ſi per
eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum,
vel aliàs quomodolibet, ſit proceſſum, quas quidẽ
literas, & proceſſus habitas, per eaſdem, & indè ſe-
cuta quæcumq; ad magiſtratus huiuſmodi, volu-
mus non extendi, ſed nullum per hoc, eis quoad aſ-
ſecutionem magiſtratuum, aut beneficiorũ aliorũ,
præiudicium generari, & quibuſcumq; priuilegijs,
indulgentijs, vel ſpecialibus, & literis Apoſtolicis
generalib. quorumcunque tenorum exiſtant, per
quos, præſentibus non expreſſa, vel totaliter nõ in
ſerta effectus earũ impediri valeat quomodolibet,
vel differri tenoribus, de verbo ad verbum, haben
da ſit in noſtris literis, mẽtio ſpecialis, prouiſoq; di
cti magiſtratus, debitis propterea nõn fraudentur
obſequijs, ſed eorum congruè ſupportentur onera
conſueta. Nos enim ex nunc irritum decernimus,
& inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis aucto
ritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.
11 Volumus autem, quod ipſe Rex pro tempore exi-
ſtens ab alienatione quorumcunq; bonorũ immo-
bilium, & pretioſorum mobilium dictorũ magiſtra
tuum, penitus abſtineat, quodque autem dictus ma
giſtratus, vel eorum aliquem adminiſtrare poſſit,
12 ſuccedens in Regno huiuſmodi nobis, ſeu ſucceſſo
ribus noſtris canonicè intrantibus, iura omnia ſol-
uere teneatur, quæ magiſtri pro tempore ſoluere
conſueuerunt, quib. ſolutis, ex tunc confirmatio, &
licentia conceſſę ſint, & eſſe cenſeantur, adminiſtra
tionemque libere exercere poſſit, & ille, ex eis, quę
vllo vnquam tempore (quod abſit) à noſtra, & Ro
mani Pontificis pro tempore exiſtentis canonicè
intrantis, & Romanæ Eccleſiæ obedientia, & deuo
tione ſe ſubtraxerit, vel contra eum bellum ſuſce-
perit, in eius damnum, & detrimentũ honoris, aut
rerum, per ſe, vel alium ſeu alios, directè, vel indi-
rectè machinatus fuerit, huiuſmodi gratia priuatus
exiſtat, præſenteſq; literæ, nullius ſint roboris, vel
momenti, ipſaq. vnio, eo ipſo, diſſoluta ſit, ipſique
magiſtratus per diſſolutionem huiuſmodi vacare
cenſeantur, & de illis per ſedem prædictam liberè
diſponi poſſit. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam noſtræ vnionis, annexionis, incorpo
rationis, conceſſionis, prohibitionis, reſeruationis,
derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel
ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attẽ-
tare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis
Dei, ac B. Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius ſe noue
rit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, an
no Incarnat. Dominicæ, 1523. quarto nonas Maij,
Pontif. noſtri, anno primo.

Pro Ordine SS. Trinitatis,

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Eleemoſynas largientibus pro Redemptione Capti-
uorum, indulgentia, & immunitates conceduntur.*
2 *Præfati poſſint abſolui plenariè, ſemel in vita, & in
articulo mortis.*
3 *Tempore interdicti poſſunt audire diuina, & eccle-
ſiaſtica tradi ſepultura.*

ADrianus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Rationi cõgruit, & conuenit honeſtati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet eius (ſuperuenien-te obitu) literæ Apoſtolicæ, ſuper illis confectæ nõ fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidẽ, fœlic. rec. Leone Papa X. prædeceſſori noſtro, pro parte quondam Didaci de Gayangos, olim miniſtri monaſterij, per miniſtrũ gubernari ſoliti, SS. Trinitatis extra muros, Burgẽſis ordinis eiuſdẽ SS. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius, & aliorum dicti ordinis monaſteriorum, prouinciæ Caſtellæ, & Legionis, ac Granatæ Regnorum, ſecundum morem ipſius ordinis prouincialis magiſtri in Theologia, tunc in humanis agentis, expoſito quod licèt dicti ordinis inſtitutio, infidelium Redemptione, vberes fructus afferret, ita vt anno tũc proximè elapſo miniſtri, & fratres eiuſdem ordinis, quingentos fideles, qui à Sarracenis in crudeliſſimis vinculis detinebantur, ab huiuſmodi captiuitate redemiſſent, cum tamen eorundem miniſtrorum, & fratrum facultates, pro tot fidelium liberatione huiuſmodi, non ſupereſſent, ſed tũc Miniſter monaſterij, etiam per miniſtrum gubernari ſoliti, Salmantini, & nonnulli alij religioſi dicti ordinis, pignora pro ſumma octo millium ducatorum, eiſdem Sarracenis dediſſent, formidandum erat, ſi huiuſmodi redemptionis fidelium Captiuorum, opus tepeſceret, & fidelium eorundem ſic detentorum, calamitati non ſuccurreretur, nè aliqui ipſorũ formidine pęnę, & tormentorum cruciatu, fidẽ quam profeſſi erant, abnegare cogerentur, ac propterea,

Digitized by Google

pro huiuſmodi Captiuorum Redemptione, Chriſti fidelium ſuffragia erant plurimum oportuna, ac pro parte dicti Didaci, eidem prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt pro ipſorum Captiuorum ſubuētione, & à dicta ſeruitute liberatione, ſuper his oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Præfatus prædeceſſor attendens, pium, & meritorium apud Deum, ac ſuæ maieſtati, non modicum acceptabile fore, dum in ipſius memoriā, Chriſti fidelibus, in ignominiam Chriſtiani nominis in ſeruitutem detentis, vt ab huiuſmodi ſeruitute liberarentur, & ſi alijs eorum neceſſitatibus ſubueniebatur, præfatum Didacum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cēſuris, & pęnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat, ad effectum infraſcriptorum duntaxat cōſequendum abſoluens, & abſolutum fore cenſens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus conſideratione etiam chariſſimi in Chriſto filij noſtri, tunc ſui Caroli Romanorū Regis illuſtris in Imperatorem electi, qui etiam tunc Caſtellæ, & Legionis Rex exiſtebat, ſibi ſuper eo humiliter ſupplicantis, ſub datis (videlicet) pridie Kal. Decemb. Pont. ſui, anno VIII. Vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui pro dictorum Captiuo-
1 rum fideliū Redemptione, pecuniæ quātitatē, alias per literas Apoſtolicas pro Redemptione huiuſmodi dicto ordini conceſſas, expreſſam, elargirentur, aut in libris ad id deputatis, cū intentione quantitatē ipſam, data oportunitate, elargiēdi, vt moris erat pro viuis, & defunctis, ſe aſcribi facerent, ex tunc (etiamſi dictæ quantitatis, ſolutio in poſterum eſſet fienda) quotiens id facerent, vt omnes, & ſingulas indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequerentur, & conſequi poſſint, ac omnib. & ſingulis priuilegijs, & indultis, antelationibus, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, fauorib. & confeſſionibus, quæ per literas huiuſmodi, & aliàs tunc dicto ordini conceſſa erat, & pro tempore cōcederentur, vti, potiri, & gaudere valerent, quas cōſequebātur, & quibus vtebātur, potiebantur, & gaudebāt, ac vti, potiri, & gaudere poſſent quomodolibet, in futurū, pauperes, & miſerabiles, ac aliæ perſonæ in Hoſpitali S. Spiritus, in Saxia de vrbe, ordinis S. Auguſtini degentes, & illius Eccleſiam viſitantes, nec non, vt ab omnib. & ſingulis eorum peccatis, exceſſib. criminibus, & delictis, quantumcunq; grauibus, & enormibus, etiam caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis exceptis, contentis in Bulla, in die Cœnæ Domini, legi cōſueta, de quibus corde contriti, & ore cō-
2 feſſi forent, ſemel in vita, & in mortis articulo, ac in caſibus dictæ ſedi non reſeruatis, necnō à quibuſuis excommunicationibus, & alijs ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, quibus irretiti exiſterent, quotiēs opus fuerit, à quocunque presbytero ſæculari, vel cuiuſuis ordinis regulari, per eoſdē Chriſti fideles, abſque alicuius licentia eligendo, abſolui: necnon quocunque interdicti tēpore miſſas, & alia diuina officia audire, & ipſorum decedentium corpora, cum moderata funerali pompa, Eccleſiaſticæ ſepul-
3 turæ tradi poſſent, auctoritate Apoſtolica cōceſſit, & indulſit: decernentes literas deſuper conficiendas, ſub quibuſuis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, aut ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, modificationibus, ſuſpenſionib. atteſtationibus, & decretis, tunc, & pro tempore factis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quotiēs de huiuſmodi reuocatione hæſitaretur, totiens in priſtinum, & eū ſtatum, in quo antequā huiuſmodi reuocatio, ſeu modificatio fieret, exiſtebat repoſitas, & reintegratas exiſtere. Non obſtan

Indulgentię quęſtuariæ ſunt ſublatæ, vt habet. 10. ſ. qq. regu. q. 94. ar. 3.

Vide in 3. to. qq. re. q. 31. ar. 2. 3.

De ſimili abſolutiōe. Vide in 1. to. qq. re. q. 61. & 62.

Approbatione tamē ab ordinario, omnis, prout habes 1 to. 1. qq. re. q. 59 per totā queſt.

Vide in 2. to. q q. re. q. 103. art. 4.

Vide in 2. to. qq. re. q. 110. art. 1. 2. & 3.

tibus quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialib. & ſynodalibus Concilijs, editis generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationib. cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nè autem de abſolutione, cōceſſione, indulto & decreto prædictis, pro eo, quod ſuper illis, ipſius prædeceſſoris (eius ſuperueniēte obitu) literæ confectæ non fuerunt, valear, quomodolibet hæſitari, volumus, & auctoritate prædicta decernimus, quod abſolutio, conceſſio, indultum, & decretum prædeceſſoris huiuſmodi, perindè à dicta die, pridie Kalen. Decembris, ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſub eiuſdē diei datis. dicti prædeceſſoris literæ confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ, ad probandam plenè abſolutionem, conceſſionem, indultum, & decretum huiuſmodi, vbique ſufficiāt. Nec ad id, alterius probationis adminiculum requiratur. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginā noſtræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac B. Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo. Pridie Kalen. Septembr. Pont. noſtri, anno primo.

P. Marciaci pro ſcribendario. Io. Saluius, A. de Ayazarijs, Octauianus de Ceſſis, & pro Io. Malner. O. de Laucelotis, Iulius Cecius. A. de Cinte. P. de la fuente. A. de Verde Soto.

Bulla Quarta.

Maremagnum Priuilegiorum, & gratiarum Sanctiſſimæ Trinitatis ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatur ordo Sanctiſſimæ Trinitatis.*
2 *Nullus poteſt reuocare obſeruantiam huius religionis, neque id attentare; neque procurare.*
3 *Huic religioni communicantur priuilegia conceſſa quatuor ordinibus mendicantibus.*
4 *Fratres huius religionis poſſunt inter infideles mutare veſtem.*
5 *Fratres huius religionis poſſunt veſci carnibus in refectorio.*
6 *Bona relicta pro anniuerſariis, & alia huic religioni oblata, pro Redemptione captiuorum, diſpoſitioni prælatorum, & deſinitorum relinquuntur.*
7 *Fideles contribuentes eleemoſynas pro redemptione Captiuorum conſequuntur indulgentias conceſſas fratribus huius religionis.*
8 *Portantibus deuotionis feruore habitum huius religionis, aut in eorum Monaſterijs, eligentibus ſepulturam, aut dantibus aliquam quantitatē deſignatam per huius religionis prælatum, pro Redemptione Captiuorum, aut deferentibus ſcapulare huius religionis, etiam ſine voti emiſſione, de manu alicuius prælati, necnon vtriuſq. ſexus, fratribus germanis nūcupatis præfatæ relig. omnia concedunt omnia, religioſis eiuſdem religionis conceſſa, & quæ vti, frui, & gaudere poſſint.*
9 *Conſtituuntur iudices conſeruatores.*
10 *Proponuntur clauſula derogatoria.*
11 *Hæc conceſſio valet à die qua conceſſa fuit à Leone X. licet ab eo non fuerit expedita.*
12 *Conſeruatores iudices, cum fuerint à prouincialis requiſiti, tenentur conſeruatoriam acceptare.*

ADrianus Epiſcopus, ſeruus &c. Venerabili fratri Epo Vigorienſi, & dilectis filijs Decano

 Eccleſiæ

Eccleſiæ Burgenſis, ac officiali Burgenſi. Salutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Hodie à nobis emanarunt literæ, tenoris ſubſequentis. Adrianus Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honeſtati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licèt (eius ſuperueniente obitu) literæ Apoſtolicæ, ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudum ſiquidem, fœlic. record. Leoni Papæ X. prædeceſſori noſtro, pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri, tunc ſui Caroli Romanorum Regis illuſtris, in Imperatorem electi, ac quondam Didaci de Gayangos, olim miniſtri monaſterij per miniſtrum gubernari ſoliti, SS. Trinitatis extra muros Burgenſes, ordinis eiuſdem SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ac illius, & aliorum dicti ordinis monaſteriorum, prouinciæ Caſtellæ Legionis, & Granatæ Regnorum, ſecundum morem eiuſdem ordinis, prouincialis Magiſtri in Theologia, tunc in humanis agẽtis, expoſito, quod cum quatuor Mendicantiũ ordines, illorũ domus, & fratres pluribus priuilegijs à ſede Apoſtolica decorarentur, ac domus, & fratres ordinum Mendicantium huiuſmodi, eiſdem priuilegijs pari modo vterentur, & fratres dicti ordinis SS. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ſub inſtitutis, & obſeruantia regularib. degerent, ac in redimendis Chriſti fidelibus, in Sarracenorum manib. aduerſa fortunæ conditione detentis, pro fidei Catholicæ exaltatione quotidiè verſarentur, & in tàm Deo accepto charitatis obſequio, & fidelibus ſic detentis (nè fidem Catholicam, quam profeſſi erant, abnegare cogerentur) neceſſario præſidiũ ſemper inuigilarent, vberemque in Chriſtiana religione fructum afferrẽt, cõueniens exiſtebat, vt quos par labor, pariaq; merita coniũgebãt, paria coniungerent priuilegia, & fauores, & ordo ipſe SS. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, illiuſque monaſteria, & fratres, alijs quibuſcunque Mendicantium ordinibus conceſſis prærogatiuis, & gratijs potirẽtur, & gauderent. Ac pro parte tam eorundem Caroli in Imperatorem electi, ac Didaci, quàm dilectorũ filiorum aliorum Miniſtrorũ, & fratrum monaſteriorum ordinis Redemptionis Captiuorum, & prouinciæ prædictorum, eidem prædeceſſori humiliter ſupplicato, vt huiuſmodi regularẽ obſeruantiã, ſub qua fratres ordinis SS. Trinitatis, & Redẽptionis Captiuorum, illiuſq; monaſterijs, miniſtris, ſuperiorib. fratribus, & perſonis, quod huiuſmodi priuilegijs, & gratijs eiſdem Mendicantiũ ordinibus, conceſſis, gaudere poſſent, concedere, aliaſque ſtatutis eorum, in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaretur, præfatus prædeceſſor, qui vacantibus ſub religionis obſeruantia ſtudio piæ vitæ, Apoſtolici fauoris præſidium libẽter impendebat, & in his, quæ eorum ſtatus ſolidationem, & profectum concernebant, ſe eis gratioſum, & fauorabilem exhibebat, Didacũ, & alios miniſtros, ac fratres præfatos, & eorũ ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijsque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa, latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebãt, ad effectum infraſcriptum duntaxat conſequendũ, abſoluẽs, & abſolutos fore cenſens, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus. ſub datis videlicet, duodecimo Kalend. Augu[illegible]i, Pontificatus ſui, anno octauo. Regularem obſeruantiam, ſub qua fratres ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, prouinciæ Regnorum huiuſmodi, tunc degebant, vt præfertur, ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica approbauit, & confirmauit. Ac eiuſdem ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis

Vide de cõſtr. priu. in 10. 1. qq. re. qu. 8.

Captiuorum, generali, & vniuerſis alijs magiſtris, ac prælatis, ſuperioribus fratribus, & perſonis, quibuſcunq; etiam ſi Epiſcopali, vel alia dignitate ſeu Cardinalatus honore præfulgerent, ſub excommunicationis ſententia, & officiorũ ſuorum priuationis, pœnis, ipſo facto, abſque alia declaratione, ſi cõtra facerent, incurrendis, diſtrictè præcipiendo, inhibuit, nè fratres ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis huiuſmodi, ad ſtatutum fratrum Clauſtralium reducere, aut obſeruantiam huiuſmodi, etiam auctoritate, & Decreto Romani Pontificis pro tempore exiſtentis reuocare, ſeu contra huiuſmodi obſeruantiã aliquid procurare, aut ſollicitare, vllo vnquam tempore præſumerent, decernens ex tunc irritum, & inane, quidquid ſecus, etiam per ipſum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, deſuper actũ, attentatum foret. Et inſuper præfato ordini Sãctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius monaſterijs miniſtris, ſuperioribus, fratribus, & alijs quibuſcunq; in eiſdem monaſterijs pro tẽpore degentibus perſonis, vt omnibus, & ſingulis 3
priuilegijs, prærogatiuis, conceſſionib. antelationibus, immunitatibus, exceptionibus, fauoribus, & indultis, ac peccatorũ remiſſionibus, & indulgentijs, etiam Maremagnum nuncupatis, & alijs quibuſuis literis Apoſtolicis, & gratijs, quibuſcunque etiam viuæ vocis oraculo, eiſdem quatuor Mendicãtium ordinibus, & eorum ſingulis, etiam quoad interdicti relaxationem, miſſarum in eorum feſtiuitatibus, commemorationibus, & ſolemnitatibus, celebrationẽ, & alias quouis modo, per ipſum Leonem, & alios quoſcunque Romanos Pontifices noſtros, tunc ſuos prædeceſſores, ac ſedem prædictã, in genere, vel in ſpecie, tunc, & pro tempore conceſſis, confirmatis, & innouatis, quorum omnium tenores idem Leo prædeceſſor, haberi voluit, pro expreſſis, & quibus domus, priores, & fratres ordinum, Mendicantiũ huiuſmodi de iure, vel conſuetudine, & alias priuilegia, & indulta prædicta vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere in omnib. & per omnia, perinde, ac ſi ſingula priuilegia huiuſmodi ordini SS. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, ac illius monaſterijs, miniſtris ſuperioribus fratribus, & perſonis præfatis, ſpecialiter cõceſſa fuiſſent. Quodque fratres ordinis SS. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum prouinciæ huiuſmodi, ſuperiorem veſtem, capam nuncupatam albi coloris, per eos hactenus deferri ſolitam, cuius delationem, de eſſentia regulæ ipſius ordinis non exiſtere, aſſerebant, dum ad partes infidelium, pro redimendis Captiuis ſe conferrent, 4
de ſuperiorum ſuorum licentia mutare. Ac prædictis, & pro tempore exiſtẽtibus, prouinciali, & alijs miniſtris monaſteriorum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, regularia inſtituta, vſus carnium, in refectorio, fratribus ipſis interdictus exiſtebat, extra refectorium prædictũ, carnibus ipſi veſci poterant, vt eiſdem fratribus, quod etiam diebus prædictis, in ipſo refectorio (aduentus tamen, & alijs à iure prohibitis temporib. exceptis) carnibus huiuſmodi, ſi qualitas temporis, aut monaſteriorum neceſſitas id exigerent, veſci poſſent, licentiam concedere. Necnon cum (ſicut Didacus & alij miniſtri, ac fratres prædicti etiam aſſerebant) nonnulli Chriſti fideles, aliqua bona eiſdem monaſterijs, cum onere celebrationis, & recitationis nonnullorum anniuerſariorum, reliquiſſent, & ſuper illorum celebratione, propter illorũ multitudinem, & fideliũ, qui bona ipſa reliquerant, nominum, & cognominum incertitudinem, nimia eſſet confuſio, ac ipſorum fidelium voluntates, deſuper commodè per fratres ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis huiuſmodi, adimpleri 5

non

Reformatio religionũ à Põtefice ſemper intẽditur. Vide in 10. 1. qq. re. q. 73. & 13. 10. q. re. qu. 47. art. 4.

Ibi cõſuetudine, neq; verbũ, pro hu, qua habet i 3. 10. qq. reg. qu. 51. ar. 8.

Declaratio ne priuile. Vide in 10. 1. qq. re. q. 51. ar. 10.

Non feriũtur cẽſura, mutantes habitũ in hoc caſu. vide in 10. 1. qq. re. q. 76. ar. 6.

Mutare habitũ in hoc caſu nõ eſt nõ cõfiteri fidẽ, vide ĩ ſumma noſtra, ĩ 10. 1.

V. l. o de abſtinentia à carnibus in 10. 2. qq. re. q. 101.

non poſſent,& ſecundum dicti ordinis, SS.Trinita
tis & Redemptionis Captiuorũ inſtitutiones, om-
nia,& ſingula mobilia,& immobilia bona,pro Re-
demptione Captiuorum huiuſmodi , indifferenter
relicta, in tres partes diuidi deberent,quarũ vna,
in eaodem Redemptionem,ac alia in Hoſpitalium
pauperum ſubuentionem , & alia pars huiuſmodi,
in ipſorum fratrum ſuſtentationem,conuerteretur,
præfato Didaco,& pro tempore exiſtenti,miniſtro
prouinciali,vt capitulo prouinciali,cum ibi aſtanti
bus Definitoribus, ſuper dictorum anniuerſorum
celebratione,etiam in ſingulis prouinciæ huiuſmo
di monaſterijs,facienda,ſecundum Deum , & eorũ
conſcientias,diſponere,ordinare,ſtatuere,& mode
rare. Necnon fratribus ordinis,& prouinciæ huiuſ
modi,ſi pro illorum cõgrua ſuſtentatione, neceſſi-
tas exegerit,quod ipſi fratres,ex bonis,monaſterijs
prædictis , pro tempore relictis, quorũ diuiſio,hu-
iuſmodi,arbitrio ipſius Didaci, & pro tempore exi
ſtentis miniſtri prouincialis dictæ prouinciæ, relin
queretur,dummodo illa,non in alios vſus,quã Re
demptionem,& pauperum ſubuentionem, ac Hoſ
pitalium reparationem,ſeu constructionem,ac fra
trum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redéptio-
nis Captiuorum ſuſtentationem , conuerterentur,
vltra tertiam partem huiuſmodi , abſque alicuius,
conſcientiæ ſcrupulo,percipere,& leuare valerẽt
concedere. Et inſuper,vt fidelium vota, tanto ma-
gis circa oppreſſorem in Sarracenorũ manib. ſub-
uentionem concurrerent,quanto ex præfatæ ſedis
largitione, cognoſcerent de Eccleſiæ Theſauro,eo
7 rum animæ ſalutis,& ſpirituali conſolationi,conſu
li poſſit, Omnipotentis Dei miſericordia, ac B. Pe-
tri,& Pauli, Apoſtolorũ eius, auctoritate confiſus,
omnibus,& ſingulis Chriſti fidelibus, verè pœnitẽ
tibus,& confeſſis,qui dicti ordinis Sanctiſſimæ Tri
nitatis,& Redemptionis Captiuorum,tam virorũ,
quam monialium monaſteriorum, Eccleſias, illis
anni diebus,quibus peccatorum remiſſiones,& in-
dulgẽtiæ,per eoſdem fratres conſequebantur, viſi-
tarent,ac qui deuotionis feruore ducti in habitu or
dinis Sanctiſſimæ Trinitatis,& Redemptionis Ca-
ptiuorum huiuſmodi,decederẽt, aut eorum corpo
ra,ſeu cadauera , dum ab hoc ſæculo migrarent,in
8 Eccleſijs monaſteriorum ordinis Sanctiſſimę Trini
tatis, & Redemptionis Captiuorum huiuſmodi ,
ſepeliri ordinarent , ſeu de proprijs eorum bonis,
pro Redẽptione prædicta,aliquã pecuniæ quãtita-
tem,per dictum miniſtrum prouincialem,pro tem
pore exiſtentem,deſignandã erogarent, aut etiam,
qui ſcapularium eiuſdẽ ordinis Sanctiſſimæ Trini-
tatis, & Redemptionis Captiuorum, de manu ali-
cuius illius prælati(etiam abſque alicuius voti emiſ
ſione) ſuſceptũ deferrent . Necnon vtriuſq; ſexus
ordinis eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redem
ptionis Captiuorum, fratribus,Hermanis nuncupa
tis,vt omnes,& ſingulas indulgentias,& peccatorũ
remiſſiones,fratrib. ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis
huiuſmodi conceſſas,conſequerentur,ac ſuffragio
rum,in ipſis monaſterijs,pro tempore factorũ par-
ticipes fierent,necnon priuilegijs, indultis, prærο-
gatiuis,exemptionibus,fauorib.conceſſionibus,an
telationibus,& gratijs,in monaſterijs, & ordini San-
ctiſſimæ Trinitatis huiuſmodi in genere,vel in ſpe-
cie conceſſis,& quibus fratres ordinis Sanctiſſimæ
Trinitatis , Redemptionis Captiuorum huiuſmo-
di,vtebantur,potiebantur,& gaudebant,ſeu vti,po
tiri,& gaudere poterant,quomodolibet in futurũ,
vti,potiri,& gaudere perindè poſſent , ac ſi illa eiſ-
dem fidelibus,& fratrib.(Hermanis nũcupatis) ſpe
cialiter,& expreſſe cõceſſa fuiſſent,auctoritate prę
dicta conceſſit, & indulſit . Ac voluit aliquos iudi-
ces in partibus illis dari,qui Didaco,& pro tempo-

Indulgẽtię quæſtuarię & cauſa redēpt. Captiuo. ſublata ſunt. vide in 1 10.qq. reg.qu.95. art.3.

Vide in 1. 10.qq.re.q. 31.art.16.

Tom,1.priu.Apoſt.

re exiſtenti prouinciali,& alijs miniſtris, ſuperiori
bus , & fratribus ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, &
Redemptionibus Captiuorum huiuſmodi,in præ-
miſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſterent, ac
conceſſionem,& indultum prędicta,firmiter obſer
uari , eoſq; illis pacificè gaudere facerent, nec eos
deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè
moleſtari permitterent, contradictores, moleſtato 9
res quoſlibet, & rebelles , per cenſuras Eccleſiaſti-
cas,appellatione poſtpoſita cõpeſcendo,necnõ eiſ-
dem iudicibus, quoſcunque contradictores,mole-
ſtatores,& rebelles,conſtituto tamen ſummariè,de
non tuto ad eos acceſſu , per edicta publica , locis
publicis de quib. eſſet veriſimilis coniectura,quod
ad eorum notitiam peruenire valerent , affigenda,
quæ ipſos perindè arctarent , ac ſi eis perſonaliter
intimata forent , citandi , ac eis etiam ſub cenſuris
Eccleſiaſticis,& pecuniarijs pœnis,eorum arbitrio
moderandis inhibendi;necnon legitimis ſuper his
habendis ſeruatis proceſſibus cenſuras, & pœnas
ipſas quoties opus foret, etiam iteratis vicibus ag-
grauandi,& loca in quibus eos morari , & ad quæ
declinare cõtingeret. Non obſtantib. piæ memoriæ
Bonifacij Papæ VIII.ſimiliter prędeceſſoris noſtri,
quibus inter alia cauetur , nè quis extra ſuã ciuita-
tẽ,vel diœceſim,niſi in certis exceptis caſib.& in il-
lis vltra dietã à fine ſuæ diœceſis, ad iudiciũ euoca-
retur,ſeu nè iudices à Sede præfata deputati , extra
ciuitatem,vel diœceſim in quib. deputati forent,cõ
tra quoſcunque procedere , aut alij , vel alijs, vi-
ces committere præſumerent; & de duabus in Cõ-
cilio Generali editis , & quibuſlibet alijs conſtitu-
tionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac quibuſcũ
uis Sanctiſſimæ Trinitatis,& Redemptionis Capti
uorum,necnon Mendicantium ordinum prædicto 10
rum etiam iuramento , confirmatione Apoſtolica,
vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & con-
ſuetudinibus,priuilegijs,indultis,& literis Apoſto-
licis eiſdem ordinibus,illorumque generalib. mo-
naſterijs,domibus,ſuperioribus, & alijs quibuſcun
que perſonis;etiam Motu proprio, & ex certa ſcië-
tia,ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cõ-
ſiſtorialiter tunc,& pro tempore conceſſis, appro-
batis,& iteratis vicibus innouatis: quibus omnibus
etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione , de il-
lis,eorumque totis tenoribus , ſpecialis , ſpecifica ,
expreſſa,& indiuidua, ac de verbo ad verbum,nõ
autem per clauſulas generales idem importantes,
mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut ali-
qua alia exquiſita forma,ad hoc ſeruanda eſſet,di-
ctus Leo prædeceſſor tenores huiuſmodi pro ſuffi-
ciẽter expreſſis habẽs, illis aliàs in ſuo robore per-
manſuris,ea vice dũtaxat ſpecialiter,& expreſſe de-
rogauit,cæteriſq. contrarijs quibuſcunque.

Nè autẽ de abſolutione,approbatione,cõfirma-
tione,inhibitione,indulto, volũtate, cõceſſione,&
derogatione prædictis,pro eo, quod ſuper illis ip-
ſius Leonis prędeceſſoris(eius ſuperueniẽte obitu)
literę confectæ nõ fuerunt , valeat quomodolibet
hæſitari,ac prouincialis,& alij Miniſtri fratres præ
dicti,illorum fruſtrentur effectum,volumus,& prę
fata Apoſtolica auctoritate decernimus, quod ab-
ſolutio,approbatio, confirmatio, inhibitio, indul- 11
tum,voluntas, conceſſio, derogatio Leonis præde-
ceſſoris huiuſmodi,perindè à dicta die duodecima
Kalendas Auguſti , ſuum ſortiantur effectum, ac ſi
ſuper illis , ipſius Leonis prædeceſſoris literæ , ſub
eiuſdem diei datis,cõfectæ fuiſſent,prout ſuperius
enarratur. Quodq. præſentes literæ, ad probandũ
plenè abſolutionem,approbationem, confirmatio-
nem,inhibitionem,indultum, voluntatem,conceſ-
ſionem , & derogationẽ Leonis prædeceſſoris hu-
iuſmodi , vbique ſufficiant , nec ad id probationis

De indicibus conſeruatorib. vide latè in 1.10.qq.re. q.61.

Vide in 1. 10.qq.re.q. 8.art.13.

Vide in d. q.8.ar.13.

X 4 alterius

Digitized by Google

alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ volũtatis,& decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo. Pridie Kaleodas Septembris Pontificatus noſtri, anno primo.

Quocirca diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel aliũ, ſeu alios literas prędictas, & in eis contenta quæcumque, vbi,& quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte prouincialis, ſuperiorũ, & fratrum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redẽptionis Captiuorum prædictorum, ſeu alicuius eorum deſuper fueritis requiſiti, ſolemniter publicãtes, eiſq; in præmiſſis, defenſionis præſidio efficaciter aſſiſtentes, faciatis auctoritate noſtra, obſeruãtiam, inhibitionem,& indultum, ac omnia,& ſingula alia ſupradicta, iuxta illorum continẽtiam,& tenorem, firmiter obſeruari, necnon prouincialẽ,& fratres præfatos, ac alios, quos præmiſſa quomodolibet concernunt, illis pacificè gaudere. Non permitiẽtes eos, aut eorum aliquem, deſuper per quoſcumque, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores, moleſtatores quoſlibet, ac rebelles, per cenſuras eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, veſtro arbitrio moderandas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his (per vos habẽdis) ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauãdo,& loca, in quibus eos morari,& ad quæ declinare cõtigerit, Eccleſiaſtico interdicto ſubijciendo, illud relaxando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſęcularis, iuxta voluntatẽ,& conceſſionem Leonis prædeceſſoris huiuſmodi: non obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra, vel vltra certa loca, ad iudicium conueniri non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam,& expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem. Datis Romæ, apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecũdo, Pridie Kalend. Septemb. Pont. noſtri, anno 1.

F. Bernardus P. Marciaci. Pro ſcribendario. Io. Saluius. A. de Alaxijs. Octauianus de Ceſi, pro Io. V. Io. vinem molner. G. de Lancelotis. Iul. Cecius. A. de Cinte, ò Hagatinus.

Pro ordine Eremitarum Diui Auguſtini.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Adrianus Sextus concedit fratribus Auguſtinienſib. ne quis eos poſſit moleſtare, virtute aliquarum literarum Apoſtolicarum conceſſarum, ſeu in poſterũ concedendarum per ſuam Sanctitatem, niſi huiuſmodi literæ fuerint impetratæ, citato prius eorũ procuratore in Romana curia conſiſtente, ſuper quo dat conſeruatores, declarando, quod literæ aliter impetratæ, nullius ſint roboris, vel momenti.

Vniuerſis,& ſingulis perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, etiam Prælatis, eorumque officialibus, ac iudicibus, & Commiſſarijs, ac omnibus alijs,& ſingulis, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, quomodolibet in futurũ, quibuſcumq; nominibus cenſeantur, & quacunq; perfulgeant dignitate, etiam Regali. Hieronymus, Dei,& Apoſtolicę ſedis gratia, Epiſcopus Aſculanẽſis, Cameræ Apoſtolicæ Generalis auditor, ac Archiui Romanæ Curię corrector, iudex,& executor ad infraſcripta; vna cum quibuſdam alijs infraſcriptis collegis, cũ illa clauſula: quatenus vos, vel duo aut vnus veſtrum,&c. à ſede Apoſtolica, ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino,& noſtris, imo verò Apoſtolicis firmiter obedire mandatis, literas ſanctiſſimi in Chriſto Patris,& Domini noſtri, Domini Adriani, Diuina prouidentia, Papæ Sexti, in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris, expeditas, ſanas,& integras, non vitiatas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio, & ſuſpẽctione carentes, vt in eis prima facie apparebat, nobis pro parte Reuerendi Patris, Domini Generalis procuratoris,& fratrum ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini principaliũ, in eiſdem literis, in forma Breuis expeditas, principaliter nominatorum coram ſcriptore dicto Archiui, & teſtibus infraſcriptis præſentatas, nos cum ea, qua decuit reuerẽtia, noueritis recepiſſe, à tergo verò huiuſmodi Breuis ſcripta erant hæc verba, videlicet, dilectis filijs, Generali,& fratribus ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ab initio verò in margine ſuperiori hæc verba reperiebantur. Adrianus Papa Sextus. Deinde tẽnor huiuſmodi Breuis ſequebatur, ſub huiuſmodi ſerie, & tenore Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Exponi nobis nuper fecit, dilectus filius procurator Generalis ordinis veſtri, vos ordinemque veſtrum, ob noſtram ab Vrbe abſentiam, maximum detrimentum ſuſtinuiſſe, ac à pluribus perſonis, tam Eccleſiaſtica, quàm mundana dignitate conſtitutis contra vos,& ordinẽ veſtrũ, ac priuilegia, immunitates, exæptiones, & indulta & alia vobis,& ordini veſtro conceſſa, ſub diuerſis quæſitis coloribus. & exæptione obtinenda, ſiue punitione euitanda, ſeu iuriſdictione in fratres veſtri ordinis exercenda, à nobis diuerſas literas impetratas fuiſſe, in non modicũ ordinis veſtri præiudiciũ,& grauamen. Quare nobis ſuper his humillimè ſupplicari curauit, vt de benignitate Apoſtolica prouidere dignaremur. Nos igitur ſupplicationib. huiuſmodi inclinati, cupienteſq; prout noſtro paſtorali incũbit officio, ſuper his prouidere, volẽteſq, (prout par eſt) quaſcumq; immunitates, priuilegia, & indulta,& omnia alia præmiſſa vobis,& ordini veſtro, per prædeceſſores noſtros, quomodolibet conceſſa, illæſa, ac integra permanere, quaſcumq; literas à nobis conceſſas, immunitates, ac priuilegia, ſeu indulta, ſiue alia præmiſſa, vobis, & ordini veſtro conceſſa hactenus, quatenus in præiudiciũ veſtrũ,& conceſſam libertatẽ Eccleſiaſticã, cedant,& deinde impetrandas: niſi procurator modernus ordinis veſtri, ad dicendũ contra dictas literas, à nobis, vt præmittitur, conceſſas, citatus fuerit, nullius roboris, vel momenti exiſtere ac vigore dictarum literarum, quoſcunque in ipſis literis iudices impetratos, minimè procedere poſſe, aut debere decernimus. Mandantes nihilominus dilecto filio noſtro Ægydio tituli S. Mathæi presbytero Cardinali, ac venerabili fratri Epiſcopo Aſculanenſi, Cameræ Apoſtolicæ auditori, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, nobis,& veſtrũ cuilibet, in pręmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos,& veſtrum quemlibet, quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti, omnibus, & ſingulis immunitatibus, exemptionib, priuilegijs, & indultis, ac alijs gratijs pręmiſſis, pacifice frui,& gaudere, non permittentes vos, aut veſtrum aliquẽ contra præſentium tenorẽ, quomodolibet moleſtari, ſeu inquietari. Dantes eis,& cuilibet eorum, per

præſen-

Vide in 2. to. 99 regu. 9. 104. art. 2. 3. & qu. 119. art. 2.

præſentes,facultatem,& authoritatem cõtra quoſlibet contradictores,Eccleſiarum Prælatos, per interdicti,ſuſpenſionis,& ingreſſus Eccleſiæ,ac eorũ officiales, aut alias quaſuis perſonas, tàm Eccleſiaſticas,quã ſæculares, etſi dignitate præfolgeãt Regali,per excommunicationis ſententias, & cẽſuras Eccleſiaſticas, procedendi,ac auxilium brachii ſæcularis,toties,quoties opus fuerit,inuocandi,ac citandi,& quibuſcumque inhibendi,cæteraque omnia,io præmiſſis, & circa ea,quæcumque oeceſſaria.& oportuna exercendi. Non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus,& ordioationibus Apoſtolicis,ac Bonifacij Papæ Octaui, de vna, & Concilij Generalis edita, de duabus dietis,dummodò vltra tres dietas, aliquis vigore præſentium nõ extrahatur ad iudicium, ac aliis cooſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac literis à nobis impetratis,ſeu impetrandis, cæteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Datum Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die 12.Septẽbris, 1522.Pontific.noſtri anno 1. Poſt quarum quidem literarum Apoſtolicarum præſentationem, & receptionem, nobis, & per nos, vt præmittitur, factas, fuimus pro parte dictorum procuratoris Generalis, & fratrum ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini principaliom, in præinſertis literis Apoſtolicis principaliter oominatorom, debita cum inſtantia requiſiti,quatenus ad execu tionem dictarum literarum Apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem, procedere coraremus, iuxtà traditam, ſeu directã per eos,à Sede Apoſtolica,nobis formam. Nos igitur Hieronymus Epiſcopus, auditor, ac corrector, & iudex præfatus, attendentes reqoiſitionem huiuſmodi fore iuſtam,& rationi conſonam, volenteſq. mandatum Apoſtolicum ſupradictum, nobis in hac parte directum, reuerenter exequi, vt tenemur,idcircò auctoritate Apoſtolica nobis commiſſa,& qua fungimur in hac parte, quateous eiſdem Dominis procuratori,Generali, & fratribus prædictis,efficacis defenſioois præſidio aſſiſtere, necnon ipſos,& eorum quemlibet,de cætero, ſuper certis immuoitatibus,exemptionibus,priuilegiis, indultis,& aliis gratiis,in præinſertis literis Apoſtolicis, expreſſis,& ſpecificatis,p vos Dominos, prælatos, iudices,ſuperiores,collectores,præctores, & alios quoſcomque,quibus præſens noſter proceſſus dirigitur,vt ſupra,necooo ad totalem execu tiooem dictarum literarum Apoſtolicarum,cootentorum,in eiſdem procedere dignaremur, vt indebitè moleſtari non permittant, ſed eiſdem immunitatibus,libertatibus, priuilegiis, & aliis gratiis ſupradictis, eiſdem ordini ſic conceſſis,pacificè frui,& gaudere faciatis,& eiſdem,& cuilibet eorum,in præmiſſis,efficacis defenſionis præſidiò aſſiſtatis. Iohibentes propterea vobis vniuerſis,& ſingulis iudicibus ſupradictis,Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus, necnon prælatis, & aliis officialibus, ac ſingulis perſonis, quibuſcumque, dignitatis, ſeu quauis auctoritate fungentibus,& functuris,omnibuſque aliis, & ſingulis,quorũ intereſt,intererit,aut intereſſet, quoſque inſraſcriptum negotium tãgit,ſeu tangere poterit quomodolibet in futurũ,in virtute ſanctę obedientiæ,& ſub excõicationis pęna,ac præmiſſis infraſcriptis pęnis, diſtrictè præcipientes mãdamus, quatenus ſtatim poſt præſentationem, ſeu notificationẽ præſentium,& requiſitionẽ pro parte præfatorũ,procuratoris,& fratrũ principaliũ,ſeu eorum altero, vobis, ſeu alteri veſtrum deſuper factis, & poſtquã pro parte præfatorũ fratrum,vigore præſentium,fueritis requiſiti,ſeu alter veſtrũ fuerit,requiſitus,nę aliquis ipſorũ.per ſe ipſos,ſeu per alios ſeu aliũ,tacitè,expreſsè,directè,vel indirectè,qoouis q̃ſito colore,vel ingenio,ipſum Generalẽ,procuratorem,& fratres,& quemlibet eorum,occaſione præmiſſorum,in præinſertis literis Apoſtolicis ſpecificatorum,in perſona,bonis, vel rebus,quoquomodo moleſtent, pertorbent,aut inquietaot, quæ perturbari,aut inquietari præſumant, inuocato & ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Quod ſi fortè præmiſſa omnia, & ſingula,prout ad vos,communiter,vel diuiſim pertinent,non adimpleueritis,ſeu diſtuleritis, ac mandatis, monitionibus noſtris huiuſmodi,imò verò Apoſtolicis paruęritis,realiter & com effectu, aut in eo contrarium feceritis qooquomodo,publicè vel occultè à rectè quouis quæſito, vel ingenio, nos, in vos omnes & ſingulos ſupradictos,& vnum quemlibet, contradictores,& rebelles, communiter, vel diuiſim, ex nonc,prout ex tunc,& è contra ſex dierum canonica monitione præmiſſa,ſingulariter in ſingulis, excommunicationis,io capitula,conuentus, & collegia quæcomq. forſan in his delinquentia,ſuſpẽſionem à Diuinis,& in ipſorum delinquentium, & rebellium Eccleſias,Monaſteria,& capellas, interdicti Eccleſiaſtici ſententias ferimos,in his ſcripris,& etiam promulgamus, non obſtantibus conſtitotionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,& aliis in pręinſertis literis Apoſtolicis,contentis per ſedẽ Apoſtolicam,vel præfatum dominum noſtrum Papam conceſſis,& cõfirmatis,necnoo omnibus illis,quę p̃libatus ſanctiſſimos dominus noſter Papa Adrianus,in ſuis præinſertis literis voluit, non obſtare, Quæ omnia & ſingula, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis,communiter, vel diuiſim,intimamos, inſinuamus,& ootificamus,ac ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum,notitiam deducimus,& deduci volumus per præſentes,ne de præmiſſis omnibus,& ſingulis,vel eorum aliquo ignorantiam aliquam prætẽdere valeatis, ſeu etiam quomodolibet allegare, Cæterum cum ad excommunicationem pręmiſſorum vlterius faciendam, nequeamus perſonaliter intereſſe,pluribus aliis arduis in Romana Curia,lęgitimè impediti negotiis,vniuerſis, & ſingulis Dominis Abbatibus,prioribus,præpoſitis,decanis,archidiaconis, ſcholaſticis, cantoribus, ſubcantoribus, theſaurariis, ſacriſtis, tàm Cathedralium,quã Collegiatarum Canonicis, parochialiumq. Eccleſiarum rectoribus,ſiue loca tenẽtibus eorumdem, cæteriſque viris Eccleſiaſticis,necnon clericis,notariis,& tabellionibus publicis quibuſcumque,per almam vrbem,ac aliàs vbilibet conſtitutis,& eorum cuilibet in ſolidum, ſuper vlteriori execu tione dicti mandati Apoſtolici,atque nonc facienda authoritate, tenore præſentium cõmittimus plenariè vices noſtras,donec eas ad nos,ſpecialiter, & expreſſe duxerimus reuocandom,quos,& eorom quemlibet, inſolidum,eiſdem authoritate, & tenore requirimos,& monemus, primo,ſecundo, & tertio, & peremptoriè, communiter, vel diuiſim, eiſque nihilominus, & eorum cuilibet, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quã in eos,& eorum quemlibet,niſi fecerint quæ eis,in hac parte committimus,& mãdamus,diſtrictè pręcipientes mandamus, quatenus eiſdem procuratoribus,& fratribus, & eorum cuilibet, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, necnon eoſdem, & quemlibet ipſorum immunitatibus, prærogatiuis, libertatibus,priuilegiis,& aliis gratiis, in dictis literis præinſertis,& ſpecificatis, dictis fratribus, & ordini huiuſmodi aliàs conceſſa,pacificè frui,& gaudere faciatis,non permittentes eoſdem fratres,oec aliquem ipſorum,per quaſcumque perſonas, prælatos, iudices, etiam quacumque aothoritate fungentes,quomodolibet iodebitè moleſtari,neq. per ſe,vel alios moleſtent,ſeu moleſtari faciant,& quatenus opus fuerit, inuocato ad hoc auxilio brachij ſæcularis.

ſæcularis. Et generaliter omnia alia,& ſingula,no-
bis in hac parte cõmiſſa,plenariè exequantur,iux-
tà prædictarum literarum Apoſtolicarum, & præ-
ſentis noſtri proceſſus,continentiam,& tenorẽ, ita
tamen,quod in ijs exequendis, præfati ſubdelegati
noſtri,vel quicumque alius,ſeu alii,nihil in præiu-
diciom dictorum fratrum acceptare valeant quo-
modolibet, nec in proceſſibus per nos habitis, &
ſententiis per nos latis,abſoluendo, vel ſuſpenden-
do,aliqoid immutare non intendimus, propterea
commiſſionem noſtram in aliquo reuocare,niſi de
reuocatione ipſa,ſpecialẽ, & expreſſam fecerimus
mentiooem,per proceſſum autem noſtrum huiuſ-
modi, nolumus,nec inteodimus, noſtris in aliquo
præiudicare collegijs, præfataſque literas Apoſto-
licas,& hunc noſtrum proceſſum,ac omnia,& ſin-
gula in eiſdem contenta, volumus penès præfatos
fratres remanere, & non per vos, & aliquem ve-
ſtrum, contra ipſorum voluntatem quomodolibet
detineri,contrarium verò facientibus, præfatis no
ſtris ſententiis,& cenſuris, prout in ijs ſcripris latæ
ſunt, præcedente monitione Canonica,ipſo facto,
volumus ſubiacere, In quorum omnium,& ſingu-
lorum fidem,& teſtimonium præmiſſorum, præſen
tes literas, ſiue præſens publicum inſtrumentum;
huiuſmodi noſtrum proceſſum in ſe cootinentes,
ſiue continens exindè fieri, & per ſcriptorem offi-
cii Archiui Romanæ Curiæ infraſcriptum ſubſcri
bi,& publicari mandauimus,ſigillique dicti archi-
ui,quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus ap-
penſione communiri, Datis,& actis Romæ,in Pala
tio Apoſtolico,& domo ſolitæ habitationis noſtrę,
ſub anno à Natiuitate Domini, 1522. iodictione
decima,die verò 29. Menſis Septemb. Pont. ſanctiſ-
ſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini
Adriani,Diuina prouidentia, Papæ ſexti, anno pri-
mo, præſentibus ibidem, diſcretis viris, Dominis
Siliuo de Mandotiis, & Ioanne de Fredatiis, cleri-
cis Amerinenſibus, & Anconitanæ diœceſis, teſti-
bus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiter,atque rogatis.
Et ego Ludouicus de Nigris, clericus Mantuanus,
notarius Apoſtolicus,& Imperialis, ac Archiui Ro
manæ Curiæ ſcriptor, quia præmiſſis omnibus in-
terfui,& præſens fui,& ea in nota ſumpſi, ideò hu-
iuſmodi proceſſum ſubſcripſi, ſignumque meum
poſui,in fidem rogatus.

CLEMENS PAPA VII.

Pro Ordine Minorum.

Bulla Prima.

Pro ſyndicis, & procuratoribus domorum fratrum Minorum regularis obſeruantiæ S. Claræ, & Conceptionis, & Annunciationis.

S V M M A R I V M.

1 *Concedit præfatis ſyndicis, vt poſſint gaudere omnibus gratijs conceſſis fratribus, & Monialibus ſanctæ Claræ, Conceptionis, & Annunciationis, quod concedit vxori, & eorum liberis.*

2 *Concedit, vt ipſe ſyndicus non poſſit conueniri pro cauſa criminali, ciuili, aut mixta, niſi coram iudice conſeruatore dictorum domorum, & Monaſteriorum.*

CLemens Papa VII. Dilectis filijs, ſalutem, &
Apoſtolicam benedictionem. Dùm conſi
Vide in 3. deram' aſſiduos labores, & vigilias, quos
to.qq.reg. dilecti filij, Syndici, & procuratores domorum, &
Monaſteriorum fratrũ Minorum Sancti Franciſci,
regularis obſeruantiæ, & Monialium ſanctæ Cla-
ræ, Conceptionis, & Annunciationis, ordinum, &
ſororum tertiæ regulæ S. Franciſci, ſuſtinere nõ ceſ
ſant, nos obligent, vt animarum ſuarum ſaluti con-
ſulamus, ipſoſq. à quibuſuis moleſtiis, & iniuriis ſi-
bi pro tempore illatis, quantumcumq. Deo poſſu-
mus, releuamus, idcircò vni Syndico, & procurato 1
ri huiuſmodi, cum illius vxore, & liberis, præſenti,
& futoro, ſingulæ domui, & Monaſterio prædictis,
pro tempore ſeruientibus, quod de cætero perpe-
tuis futuris temporibus, ipſi, & eorum quilibet, om
nibus & ſingulis indulgentiis, & peccatorum remiſ
ſionibus, fauoribus, & gratiis, quibus fratres ordi-
nis obſeruantiæ prædictorum, vtuntur, potiuntur,
& gaudent, ſeu vti, potiri, & gaudere poſſint, & va
leãt, & inſuper, quibuſuis cauſis, & rebus, ipſos ſyn
dicum, & procuratorem concernẽtibus, ciuilibus,
criminalibus, & mixtis, non niſi coram iudicibus,
conſeruatoribus domorum illarum, quarum ipſe
ſyndicus, & procurator fuerit, de iuſtitia reſponde
re teneantur, authoritate Apoſtolica concedimus, 2
& indulgemus, inhibendo ſub excommunicationis
latæ ſententiæ pęna, vniuerſis, & ſingulis iudicibus,
commiſſariis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, quacun
que authoritate fungentibus, ne de cauſis contrà
dictos ſyndicos, & procuratores, motis, vel mouen
dis, directè, vel indirectè, quouis quæſito colore,
ſub prætextu, ſe intromittere, quomodolibet de cę
tero audeant, vel præſumere decernant, vel præſu-
mant decernere, quoſcumque proceſſus contra di-
ctos ſyndicos, & procuratores, per alios, quàm di-
ctos conſeruatores, in cauſis duntaxat contra eos
motis, & mouendis, habendos, & ſententia, facien-
di nullos, & inualidos, nulliuſque roboris, vel mo-
menti fuiſſe, & eſſe, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſu-
per his à quocumque, quauis authoritate, ſcienter,
vel ignoranter, contigerit attentari, non obſtanti-
bus præmiſſis, ac conſtitutionibus, ordinationibus
Apoſtolicis, necnon ordinum prædictorum iura-
mento, aut cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis fir-
mitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,
cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus au
tem, quod præſentium tranſumptis, manu publici
notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Epiſcopi, ſeu
perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ea-
dem prorſus fides, tàm in iudicio, quã extra illud,
adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi præſentes origina-
les literæ eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Ro-
mæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 17.
Aprilis, 1526. Pontificatus noſtri, anno 3.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

Confirmat omnia priuilegia, & communicat ordini Minorum, priuilegia ordinum Mendicantium, & non mendicantium, & cõfirmat conſtitutiones Capituli Generalis Burgenſis dicti ordinis, decernens regulam B.P.N. Franciſci eſſe obſeruabilem, meritoriam, & fundatam in Euangelio, & eximit fratres Minores ab inquiſitoribus.

CLemens VII. Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam. Dùm fructus
vberes, quos ordo ſacer dilectorũ filiorum, fratrũ
Minorom, regularis obſeruantiæ, in agro militãtis
Eccleſiæ cum propagatione religionis, ac deſenſio
ne, & augmento fidei Catholicæ, ac ſalute Chriſti
fidelium produxit hactenus, & in dies producit, di
ligenter attendimus, dignum, quin potius debitum
reputamus, vt eius ſtatum proſperum, & tranquil-
lum,

ſtum, omni diligentia procuremus, illinſq. religioſas perſonas, ſpiritualibus fauoribus, & gratiis, proſequamur. Hinc eſt, quod nos, motu proprio, & ex certa ſcientia tenore præſentium, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, præſertim de non ſoluendo clericis ſecularibus quartam fu-

Vide in 3. 20. qq. reg. q. 13. ar. 1. neralium, quoad fratres in poſſeſſione non ſoluendi, quartam huiuſmodi exiſtentes, ac omnia, & ſingula indulta, indulgētias, peccatorum remiſſiones, dictis, Minorum, & ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, ordinibus, illorumque fratribus, monialibus, ſororibus, & vtriuſque ſexus perſonis, ac Monaſteriis, domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumque etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & aliàs quomodolibet, per quoſcūque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam prædictam conceſſa, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſq. fratres, & Moniales, ſorores, perſonas, monaſteria, domos, Eccleſias, & alia loca huiuſmodi, oībus, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, conceſſionibus, indultis, indulgentiis, peccatorū remiſſionibus, & gratiis, quibuſuis congregationibus dictorum ordinum, aliorumq. ordinum mendicantium, quomodolibet cōceſſis, & concedendis, necnon etiam, quibuſuis facultatibus, & gratiis ſuæ profeſſioni non contrariis regulari obſeruantiæ, aliis ordinibus quibuſcumq. non mendicantibus, quomodolibet conceſſis, & concedendis, vti, frui, & gaudere poſſe, atque debere, in omnibus, & per omnia, ac ſi eis generaliter conceſſa fuiſſent. Et conſtitutiones in vltimo capitulo Generali dicti ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ, in prouincia Burgēſi regni Caſtellæ, factas, plenam roboris firmitatē obtinere, & ab omnibus, quamdiu per aliud capitulum generale dicti ordinis immutatæ non fuerint, inuiolabiliter obſeruari debere. Necnon regulam ipſam per S. Franciſcum,

Vide in 3. 20. qq. reg. q. 31. artic. 11. pro fratribus ordinis Minorum inſtitutam, obſeruabilem, meritoriam, fundatam ſuper ſacrum Euangelium exiſtere. Et quoſcumq. cuiuſcumq. dignitatis, conditionis, ſcribentes, aut aſſerentes, regulam ipſam non meritoriam, vel inobſeruabilem ſeu ſacro Euangelio repugnantem eſſe, in hoc aſſertionē hmōi non eſſe tenendam, nec admittendam, auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus, ac volumus, ac mandamus, ipſoſque fratres ab Inquiſitoribus

Vide in 2. 20. qq. re. q. 8. ar. 1. vbi dicit hoc eſſe abrogat. hæreticæ prauitatis eximimus, & ſub noſtra, & Apoſtolicæ ſedis protectione ſuſcipimus, ipſiſq. Inquiſitoribus, ſub excommunicationis ſuīa, & officiorū ſuorum priuatione, inhibemus, vt dictis fratribus, ēt ratione criminis hæreſis, quoquomodo ſe intromittere præſumant, ſicq. per quoſcumq. tàm ordinaria, quàm delegata, & mixta auctoritate fungentes, iudices, & perſonas, vbiq. iudicari, cognoſci, atque decidi debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, cognoſcendi, & dicendi facultate, necnon irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his a quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus. Et nihilominus venerabili epiſcopo Tornacenſi, & dilectis filiis, Guemblo... ac S. Bertini Simonenſis, & Leodienſis diœceſis, monaſteriorum Abbatibus, cōmittimus, & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, faciant præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, plenum effectum ſortiri, illiſque monaſteria, Domos, fratres, moniales, & ſorores, ac perſonas Minorum S. Claræ, ac tertii ordinum prædictorum, & alios quoſcumque, quos quomodolibet concernunt, pacificè frui, & gaudere. Nec permittant quemquam contrà tenorem præſentium, modo aliquo impediri, moleſtari, aut inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, etiam per priuationem quorumcunq. beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorū, & inhabilitatis ad illa, ac alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus fœlicis recordationis, Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ēt de vna, & in conſilio generali, de duabus dietis edita, ac aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, ēt iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis, necnon priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis per quoſcumq. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, perſuaſiuis, exceptiuis, reſtitutiuis declaratiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacibus, & inſolitis clauſulis, quomodolibet, etiam pluries conceſſis, reformatis, & innouatis, quibus omnibus, ēt ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, illorumq. totis tenoribus, ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idē importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma, ſeruanda foret, & eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorum omnium, necnon quarumcumque etiam in forma breuis literarum, occaſione præmiſſorum, quomodolibet inſectarum, & quorumcunque in eis contentorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis necnon, modos, & formas, ad id ſeruandos, pro indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice duntaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, necnō omnibus illis, quæ in dictis conceſſum eſt non obſtare, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus, communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, nō facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem: Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius publici notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem proſſus fides, in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forēt exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris die 30. Maij, anno Domini, 1525. Pontificatus noſtri, anno ſecundo.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Quod fratres Minores de obſeruantia, poſſint ſe componere cum hæredibus, ſuper legata perpetua, non obſtantibus vltimis teſtatorum voluntatibus.

Dilectis filiis, Miniſtris Prouincialibus ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicā benedictionem. Nuper pro parte veſtra, nobis expoſitū fuit, quod forſan hactenus contigit, & in futurum etiam contingere poſſet, quod aliqui Chriſti fide- *Vide in 2. 20. qq re. q. 126. art 6.* les, deuotionem ad veſtrum ordinem, fratres, & lo

ca

Digitized by Google

ca ipſius ordinis gerentes, in eorum teſtamentis, inſtitutiones, ſeu legata fecerunt, aut faciunt, quorũ, ex veſtræ inſtitutionis regula, & profeſſionis puritate, quam ſeruatis, capaces non eſtis. Quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt cum heredes inſtitu n, ſiue executores per huiuſmodi teſtatores deputati, in cõſcientia ſe grauatos ſentiant, ad pias defunctorum voluntates exequẽdas, deſuper oportuna vobis, ac ipſis hæredibus, & executoribus, conſulere, & prouidere, de Apoſtolica benignitate dignaremur. Nos cupientes pias ipſorum defunctorum intentiones, & voluntates, quantum fieri poteſt, executioni mandari, & attendentes, quod in huiuſmodi legatis, & inſtitutionibus, mens illorum fuerit, & ſit, veſtram releuare penuriam, ac proinde veſtrorum ſuffragiorum ſpiritualium participes fieri, pro exoneratione quoque cõſcientiarum dictorum hæredum, & executorũ huiuſmodi, veſtris ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium, auctoritate Apoſtolica decernimus, declaramus, diſponimus, & firmiter ſtatuimus, & ordinamus, ac vobis concedimus, quod vos ſinguli miniſtri prouinciales, in prouinciis veſtris, vel guardiani cum aliquibus diſcretis fratribus domorum, vel locorum, quibus huiuſmodi legata, & inſtitutiones factæ fuerint, vel in poſterum fient, quorum non eſtis, vt præfertur, capaces, mediantibus procuratoribus, & ſindicis eorundem locorum, cũ dictis hæredibus, & executoribus, ſuper præmiſſis inſtitutionibus, & legatis componere poſſitis, & valeatis, prout vobis, ſecundum æquitatem, & bonam conſcientiam viſum fuerit, ad certam ſummam, & quantitatem pecuniarum, aut rerum, prædictos hæredes, & executores, ſemel tãtum ſoluendam, & tradendam fratribus, & locis prædictis, ad ipſorum releuandas neceſſitates, ſeu ipſa loca fabricanda, facta deſuper ipſis hæredibus, & executoribus, plena, & libera, ac perpetua abſolutione, & quietatione, quæ Apoſtolica auctoritate ſit approbata, & roborata, vt quod deinceps, prætextu taliũ teſtamentorum, inſtitutionum, & legatorum, amplius moleſtari non poſſint in iudicio, vel extrà. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides, tàm in iudicio, quàm extrà adhibeatur, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 23. Nouembris, 1526. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Prohibitio Clementis Septimi, ne aliquis frater Minor exemptus ab obedientia ordinis, poſſit contra ſtatuta Religionis morari in domibus fratrum, aut in eorum officijs ſe immiſcere, vel intromittere.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Iacobo, tituli ſanctorum Marcellini, & Petri, presbytero Cardinali, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem, Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, licet immeriti, diſponẽte Domino, præſidentes, iuxta Paſtoralis officii debitum, libenter intendimus vtilitatibus ſubditorum, & ideò ad remouẽda ſcandala, & nutriendam quietem, inter cuiuſuis regularis ordinis profeſſores, eò propenſius Apoſtolica ſollicitudine ſtudium adhibemus, quò diſſenſio talium ſore diſpendioſior comprobatur. Sanè nuper, ad noſtrum peruenit auditum, quod nonnulli ordinis fratrum Minorum profeſſores, poſtquã ad Patriarchales, Metropolitanas, & alias Cathedrales Eccleſias ſunt promoti, in domibus ipſius ordinis nitentur ſicut antè promotionem huiuſmodi immorari, ab obuentionibus ipſius ordinis ſuſtentari procurant, ac adminiſtrationibus dicti ordinis ſe immiſcere non verentur: Suntq. nonnulli, qui licèt ad officium pœnitentiæ noſtræ, & in ſeruitium prælatorum, ſeu etiam ſæcularium perſonarum aſſumantur, adminiſtrationibus, ſeu officiis dicti ordinis, contrà ſtatuta, & conſuetudines ordinis eiuſdem, ſe ingerere, ac in Conuentibus, & locis aliis ipſius ordinis, vltrà morem Regulæ reſidere, & extrà communem obedientiam, & obſeruantiam prælatorum ordinis antedicti, & expenſis ipſius ordinis communibus, ſicut antè, viuere dignoſcuntur, & tàm promoti huiuſmodi, quàm alii ſupradicti, ſuper præmiſſis, tam à Sede Apoſtolica, & eius legatis, quàm à protectore pro tempore exiſtenti, & Generali Miniſtro, vel aliis prælatis inferioribus dicti ordinis, dicuntur diuerſarum conceſſionum literas impetraſſe, propter quod dictus ordo, ac in eo degentes fratres, nimium prægrauantur. Nos igitur, qui pacem quærimus ſingulorum, cupientes huiuſmodi grauaminibus obuiare, omnes conceſſiones huiuſmodi, & quæcumque indè ſecuta, ex nunc, reuocamus, caſſamus, & irritamus, ac nullius volumus roboris eſſe, & momenti, ac ſimiles fieri de cætero prohibemus, circunſpectioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus tu, qui protector ipſius ordinis, per eandem ſedem deputatus exiſtis, reuocationem, caſſationem, & irritationem huiuſmodi, vbi, & quãdo videris expedire, authoritate noſtra, publicare procures, ac inhibitionem huiuſmodi obſerues, & facies ab aliis inuiolabiliter obſeruari. Non obſtante, ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à Sede Apoſtolica indultum exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Auinioni, 16. Calendas Martij, Pontificatus noſtri, anno 11.

Pro ordine Tertio Patris Noſtri Franciſci.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

In qua proponitur regula ipſorum tertiariorum, tàm in communitate, quàm in domibus particularibus viuentium, & ipſi religioni, & eorum prælatis fratribus, & ſororibus, & perſonis, & rebus ipſius, omnia priuilegia ordinum mendicantium conceduntur, & prælatis in vtroq. foro auctoritas ad abſoluẽdum ſuos ſubditos, & diſpenſandum cum eis, ſi opus fuerit, ſuppeditatur. Quibus etiam indulgetur facultas ad celebrandum capitula. In quibus Conſtitutiones condantur, & reformentur à viſitatore Generali in omnibus, quæ reformatione digna ſunt.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ad vberes fructus, quos ſacer ordo de pœnitentia, quem Seraphicus ille hominum verè piſcator, vt animas omnes lucrifaceret ei Creatori, nemoque ſe abſconderet à Charitatis calore, Spiritu ſancto illum in actus B. Franciſcus inſtituit, in horreum Domini hactenus adduxit, & in dies fertiliori manu afferre nõ ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitu, & intra

noſtræ

noſtræ mentis arcana reuoluentes, quod ipſe ordo, nedum coniugatis vtriuſq. ſexus, verum etiam fratribus, & Monialibus in Communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus, florere iam diu cępit, & in dies magis effloreſcit, ipſorumq. fratrum, & Monialium vita, eſt adeò exemplaris, vt cum virtus laudata creſcat, prædeceſſorũ noſtrorum veſtigiis inhærendo, cogamur ipſum ordinẽ, ſpecialibus prærogatiuis extollere, & ea quæ pro conſeruatione, & augmento regularis obſeruãtiæ, in eodem ordine prouidè cõceſſa, prout in Domino conſpicimus expedire, ac ſtatuta & ordinata eſſe dicuntur, vt firma & illibata perpetuò perſiſtant, libẽter cum à nobis petitur, Apoſtolico munimine roborare, & ne quærẽtes, quæ Ieſu Chriſti non ſunt, & ſub prætextu contemptus mundi, falcem in alienam meſſem ponere, ac præeſſe omnibus, anhelantes ipſos fratres, & moniales in huiuſmodi ſuo ſancto opere perturbare, ſalubriter prouidere poſſint. Sanè pro parte dilecti filii Antonij de Tablada, moderni viſitatoris Generalis, & Magiſtri principalis perſonarum dicti ordinis Caſtellæ Legionis, Galiciæ, Andaluciæ, ſeu Vandaliæ, ẽt Regnis, & partibus degentium, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudùm fœlicis recordationis, Nicolaus Papa Quartus, prædeceſſor noſter, inter alia, vt recipiendus in dicto ordine, ante receptionem huioſmodi de fide Catholica, & erga Romanam Eccleſiam obedientia, diligenter examinaretur, eique onera eiuſdem ordinis apertius exponerentur, & poſt vnius anni ſpatium, ſi idoneus reperiretur, promitteret ſe omnia diuina præcepta ſeruaturum, ac etiam vt cõueniret ſatisfacturum de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum committeret, cum interpellatus, ad viſitatoris exiſteret voluntatem, & huiuſmodi ab eo facta promiſſio, per manum publicam, in ſcriptis redigeretur, & fratres, ac ſorores dicti ordinis, veſtibus colore non prorſus albo, vel nigro, non pompoſis, ſed honeſtis certo modo, tunc deſignatis vterentur, & ab Inhoneſtis conuiuiis, & ſpectaculis, ſiue choreis, penitùs abſtinerent, & Secunda, Sexta, & Quarta feriis, dieque Sabbati, carnibus, non veſcentur, niſi aliud, infirmitatis, vel debilitatis inſtãtia ſuaderet, & à feſto omnium Sanctorum, vſq. ad Paſcha Reſurrectionis Dominicæ, Quarta, & Sexta feriis huiuſmodi, & à feſto S. Martini, vſq. ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimæ, vſque ad Paſcha, diebus ſingulis exceptis Dominicis, ieiunarent, niſi aliud fortaſſis, infirmitas, vel alia neceſſitas ſuaderet, & ter in anno, videlicet, in Natiuitatis, ac Reſurrectionis Dominicæ, ac Pentecoſtes feſtiuitatibus, peccata propria confiteſi, & Eucharistiam deuotè ſuſcipere, & horas Canonicas, videlicet, ſcientes Pſalteriũ, pro prima, Deus in nomine tuo, &, Beati immaculati, vſque ad, legẽ pone, ac alios horarum Pſalmos, iuxta clericorum ordinem, cum Gloria Patri, illiterati verò, pro matutinis, duodecim, & pro qualibet alia hora, ſeptẽ vicibus, Pater noſter, cum gloria Patri, dicere non omitterent, additis, ad Primam, & Completorium, ſymbolo Minori, & qui velint, Pſalmo, Miſerere mei Deus, & qui horas, huiuſmodi temporibus ad id ſtatutis, non recitarent, dicere deberent tribus vicibus, Pater noſter, infirmi verò ad horas huiuſmodi, niſi vellent, non tenerentur, & quilibet infrà tres menſes, poſt eius in ordine huiuſmodi, ingreſſum, immediatè ſequentes conderet teſtamentum, & viſitator pro tempore, cum fratribus, & ſororibus vniuerſis, ſuper ieiuniis, abſtinentiis, auſteritatibus ordinis huiuſmodi, ex cauſa legitima diſpenſare, ipſique viſitator, ac Miniſtri, & congregatio ordinis huiuſmodi, fratres, & ſorores incorrigibiles, ab eadem congregatione expellere poſſent, nullus tamen ipſorum, ob tranſgreſſionem Regulæ ordinis huiuſmodi, ad mortalem culpam remaneret obligatus, ſtatuit per quaſdam. Et deinde piæ memoriæ, Eugenius etiam Quartus, attendens, quod fratres dicti ordinis, in dictis Regnis conſiſtentes, domos, & loca communia habebant, ac communiter, & laudabiliter viuebant, & in eorum Generali capitulo, per eos tunc vltimo loco celebrato, nonnulla ſtatuta, & ordinationes ediderunt, tunc præſentibus, & futuris dicti ordinis fratribus, degentibus in domibus, & locis infra dicta regna, pro tempore conſiſtentibus, vt eorum generale capitulum, perpetuis futuris temporibus celebrare, & in eo, annum ex ipſis in ſacerdotio conſtitutum, in eorũ, ac huiuſmodi domorum, & locorum viſitatorem, iuxta eorum ſtatuta eligere, ac deputare, & ipſe viſitator ſic electus, ac deputatus omnibus, & ſingulis domibus, ac locis, & fratribus, tum præſentibus, & futuris, eorumque bonis præeſſe, & ipſorum curam gerere, & exercere, ac de conſilio aliquorum fratrum dicti ordinis, ad id per huiuſmodi capitulũ pro tempore deputandorum, omnes, & ſingulos vagãtes, ac ſtatutis, & ordinationibus dicti ordinis, tunc editis, & edendis contrauenientes, ſecundum eorum delicta, punire, & incarcerare, & quæcumque alia deſuper oportuna facere, & exequi, etiam per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, inuocato etiam auxilio brachii ſæcularis, Ac per ſe ipſum capitulum generele huiuſmodi congregare, illique præeſſe, ac idoneos ex dictis fratribus, ad officia domorum, & locorum prædictorum, deputare, ac omnes, & ſingulos fratres, & ſorores dicti ordinis, ab omnibus, & ſingulis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſententiis, & pœnis, quibus pro tempore irretiti forent, in foro conſciẽtiæ abſoluere, & cum clericis, & presbyteris, ex eis ſuper irregularitate, ſi qua ſententiis huiuſmodi ligati, miſſas, & alia diuina officia, non tamen in cõtemptum clauium, celebrando, vel ſe illis immiſcendo, pro tempore contraherent, diſpenſare, ac etiã per ſe, vel alios, ex ipſis fratribus presbyteris idoneis, omnium, & ſingulorum fratrum, & ſororum prędictorum, ac illorum, & illarum ſeruitorum pro tempore, confeſſiones audire, & eis pro commiſſis, debitæ abſolutionis beneficium, in caſibus ſedi Apoſtolicę non reſeruatis, impendere, & ſacramẽta Ecclesiaſtica, miniſtrare valeret, licentiam, & facultatem conceſſit, ac quod officium viſitatoris, pro tẽpore electi huiuſmodi, ad Triennium duntaxat, à die ſuæ electionis computandum, duraret, ac omnes, & ſinguli fratres, & ſorores ordinis huiuſmodi, pro tempore, eidem viſitatori, tanquam eorum ſuperiori, in omnibus, iuxta eadem ſtatuta, plenariè obedire, & intendere tenerentur, quodque omnia eorum, & cuiuslibet ipſorum bona, in domibus, in quibus profeſſionem pro tempore facerẽt, illis, de quibus infrà tres menſes à die illorum, in dicto ordine ingreſſus computandos, teſtati fuiſſent, duntaxat exceptis, & iure vxorum, & filiorum eorundẽ, pro tempore in dicto ordine, poſt obitum parẽtum ſuorum huiuſmodi remanere volentium, in omnibus ſaluo, communia exiſterent, & ad domos, & loca huiuſmodi, liberè pertinerent. Nullusque ex eis, poſt profeſſionem per eum emiſſam, Matrimoniũ contrahere, ac abſq. licentia ſpeciali dicti viſitatoris, ſibi ex neceſſitate, & ad tempus duntaxat, & nõ aliàs concedenda, extra domos, ſeu loca huiuſmodi, reſidere, vel alicui beneficio Eccleſiaſtico, inſeruire poſſet, & commorantes, vel inſeruientes pro tempore, extra domos, cum licentia huiuſmodi, id totum, quod interim licitè acquirerent, ac eis ſuperceſſet, domibus, in quibus profeſſionẽ feciſſent, integrè

Vide de corre fratrum in 10. 2. qq. reg. q. 2. cũ ſeq. & de reg. apoſtatis, vide in 10. 1. qq. 10. q. 300. ar. 6. & 8.

Vide in 1. 10. qq. regu. q. 2. 20. 21. & 22.

Vide in 1. 10. qq. regu. q. 24. per totam.

Vide in 1. 10. qq. regu. q. 16. ar. 2.

De inobedientia, vide in 10. 3. qq. reg. q. 1. & 8.

De ſucceſſ. hereditaria Monaſt. vide in 2. 10. qq. re q. 77. art. 6 & q. 78. al art. 6. & q. 80. ar. 2.

Religio. nõ poſſunt contrahere Matrim. Vide in 3. 10. qq. reg. q. 1. ar. 1.

Digitized by Google

De comm. priu. Vide in 10.1 qq. reg q.11.

integrè dare deberant, etiam ſtatuit ac decreuit, & conceſſit per alias. Et poſtmodum, recolendæ memoriæ, Sixtus ſimiliter Quartus, quod ordinis prædicti loca, & vtriuſq. ſexus perſonæ, eiſdem priuilegiis, immunitatibus, gratiis, fauoribus, conceſſionibus, facultatibus, & indultis, ſpiritualibus, & temporalibus fratrum Prædicatorum, & Minorum ordinibus, ac illorum profeſſoribus, domibus, locis, & perſonis, quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis, quatenus eatum ſtatui, & ſexui non contradicerent, liberè, & vti licitè poſſent, & deberent, in omnibus, & per omnia prorſus, & ſine vlla penitùs differentia, perindè ac ſi locis, ac perſonis vtriuſque ſexus ordinis de pęnitentia huiuſmodi nominatim conceſſa fuiſſent, & concederentur, expreſsè ſtatuit per alias. Et ſucceſſiuè cum viſitator, & miniſtri, ac fratres, necnon abbatiſſæ, ſeu matres, & moniales, aliçque perſonæ dicti ordinis, de pœnitentia, monaſteriorum ac domorum Prouinciæ S. Iacobi in Compoſtella, eo quod ſub obedientia fratrum dicti ordinis Minorum nunquàm fuerant, nec exiſtebant, ſed ſub ſui Prælati viſitatoris, quæ iuxta regularia inſtituta dicti ordinis de pęnitentia, de triennio in triennium, obediētia degebant, ac illi, & Miniſtris ſingulorum Monaſteriorum, ac domorum ordinis de pęnitentia huiuſmodi, ſuberant, dubitarent, ſtatuto Sixti prædeceſſoris hmōi poſſe vti, Sanctæ memoriæ, Iulius II. omnia, & ſingula priuilegia, gratias, & indulta per Sixtum prædictum, ac alios Romanos Pontifices prędeceſſores ſuos, & Sedem Apoſtolicam, ordini fratrum Minorum, & illius fratribus conceſſa ad monaſteria, ac domos prouinciæ, ac ordinis de pœnitentia huiuſmodi, illorumque fratres, & perſonas, iuxta ſtaturum Sixti prædeceſſoris huiuſmodi, extendit, & pro potiori cautela, illa, eis de nouo conceſſit, per reliquas Apoſtolicas, & idem Iulius, per alias ſuas in forma Breuis, fratribus, & ſororibus prouinciæ ordinis, de pęnitentia huiuſmodi, vt Domos & oratoria, & loca, quæ publicè poſſidebant, & in poſterum adquirerēt, recipere, & perpetuò retinere, ac in illis reſidere, & in communi viuere, & eorū conſuetum habitum, videlicet tunicam, & mantellum, cum capitio, ante & retrò, acuto, & chorda, ſub dicto mantello, prout omnes, & ſorores einſdē ordinis de pœnitentia, eatenus geſtare conſueuerant, geſtare liberè, & licitè valerent, conceſſit ac diſtrictius, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, ne Miniſtri, Abbatiſſæ, & fratres Prouinciæ, & ordinis de pęnitentia huiuſmodi, domos, quas eatenus poſſederant, & in futurum poſſiderent, illarumq. ac perſonarum earundem obedientiam, abſq. dicti viſitatoris licentia ſpeciali, vel alienare, vel aliis ad inhabitandum cōcedere, neve illas alii recipere, aut inhabitare valerent, ſub ſimili pœna inhibuit, & per quaſdam alias Apoſtolicas, dictum ordinem de pęnitentia, fratribus ordinis Minorum ſubiicientes à ſede prædicta emanatas, reuocauit, & in ipſum ordinem eiſdem fratribus ordinis Minorum, minimè ſubiici voluit, ac deniq. felicis memoriæ. Leo X. Romani Pontifices prędeceſſores noſtri, Regulam de pęnitentia huiuſmodi, illiuſq. declarationem, ſtatuta, & conſuetudines laudabiles, necnon priuilegia, indulta, & Apoſtolicas aliaſque literas eidem ordini de pęnitentia, illiuſq. fratribus, ſororibus, domibus, & locis, tam per Nicolaum, & Eugenium, ac Iulium prædictos, quā alios Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos conceſſa, & inde ſecuta quæcumq. approbauit, & confirmauit, ſuppleuitque quoſcumq. defectus, ſiqui forſan interueniſſent in eiſdem, necnon viſitator, & vniuerſi fratres & ſororibus dicti ordinis de pęnitētia in Caſtellæ, & Legionis Regnis, ac Galiciæ Prouinciæ Compoſtellanæ prædictis, commorantes, eligere, ac deputare viſitatores, Miniſtros, vicarios, & alios officiales eis neceſſarios, ac per ipſos, iuxta cuiuslibet eorum officia, regi, gubernari, viſitari, corrigi, & caſtigari poſſent, & deberēt, decreuit, & declarauit, illaq. omnia, & ſingula pro vt per dictos prædeceſſores conceſſa fuerant, & de nouo conceſſit, & ab omnibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis, ac interdicti, & priuationis actuum legitimorum, pęnis ipſo facto incurrendis, inuiolabiliter obſeruari mandauit, ac literas dicti Iulij prædeceſſoris, fratribus ordinis de pęnitentia huiuſmodi congregationis Lombardiæ conceſſas, per quas ipſe Iulius prædeceſſor, inter alia voluerat, & mandauerat, ne conſeruatores, & iudices, ꝑ fratres dicti ordinis Minorum, vel ad eorum inſtantiam, per quoſcunque alios, ſub quibuſuis verborū formis & clauſulis imperati, aut ex tunc in poſterum impetrandi, & quicunque alii iudices, & conſeruatores, contra fratres ordinis de pęnitētia, congregationis huiuſmodi, procedere, vel de illis, eorumq. domibus ſe intromittere, aliquatenus præſumerent, viſitandi domos, & fratres ordinis de pęnitentia, & congregationis huiuſmodi, ac de illis, eorumque rebus, & negotiis cognoſcendi, viſitatori dictæ congregationis, & ab eo deputatis reliquerent, diſtrictè præcipiendo mandauerat, ac illas inter alia, domos & fratres, ac ſorores Regnorum, & Prouinciæ prædictorum extendit, & ampliauit, & quaſcumq. alias literas à Leone, & aliis Romanis Pontificibus, ſeu ſede prædictis, cōtra præmiſſa, ad quorumcunq. ſupplicationem, pro tempore extortas, caſſauit, reuocauit, & annullauit, ac pro infectis haberi voluit, & quod regula ordinis de pęnitētia huiuſmodi, prout S. Franciſcus prædictus inſtituerat, & fecerat, ab omnibus illam pro tempore profitentibus, cum tranquillitate, & pace animarū, abſq. alia commixtione cum aliis Regulis, & ordinibus eiuſdem Sancti, illorumque fratribus, & ſororibus, ſeruaretur, & cuſtodiretur, perpetuò ſtatuit, & ordinauit, per reliquas ſuas, ſimiliter in forma Breuis literas, prout in ſingulis literis prædictis, plenius dicitur contineri. Et licet regula de pęnitentia, per S. Franciſcum inſtituta, & per Nicolaum prædeceſſorem approbata huiuſmodi, prout in ea apparet, pro Chriſti fidelibus coniugatis, & aliis in ſæculo exiſtentibus ordinata fuerit, ac à tempore dicti Eugenij prædeceſſoris, vt ex eius literis prædictis etiā apparet, fratres ordinis de pœnitantia huiuſmodi, domos, & loca in communi habitare cęperint, & ab inde citrà, benedicēte Domino, in diuerſis præſertim Hiſpaniarum partibus, vita communis huiuſmodi, multiplicauit, ac in dictis, & Andaluciæ, ſeu Vandaliæ Regnis fratres ordinis de pęnitentia huiuſmodi, in communi viuentes, vnum viſitatorē generalem eiuſdem ordinis de pęnitentia, de triēnio in triennium, iuxta literas Eugenij prædeceſſoris huiuſmodi, eligere, & illi ſubeſſe, & ne ipſe viſitator, paſtoris officio abutatur, capitulum generale in aliqua domo ordinis, & regnorum, ac partiū huiuſmodi, quolibet triēnio celebrare, & ad illud, ex qualibet domo ordinis, & regnorum, ac partiū prædictorum, vnus Miniſter, & alius per illius fratres, in procuratorem diſcretum nuncupatum, electus accedere, & in eo, vnus in præſidērem, & quatuor definitores, ac vnus in notarium, vel ſcribam, ex eiſdem fratribus, per miniſtros, & diſcretos huiuſmodi, eligi, & tunc viſitator, genibus flexis corā Præſidente. & Capitulo huiuſmodi, confeſſionem generalem facere, & officio viſitatoris, in manibus capituli huiuſmodi renunciare, & deinde præſidens, & definitores prædicti, in loco ad id deputato, querelantibus de dicto viſitatore, ac de aliis iuſtitiam

Vide in 1. 10.qq. regu. q.27.ar.2.

De conſtit. & ordinat. regul. Vide in 1.10.qq. reg.q.11.

ſtitiam miniſtrare, & poſt modũ, votis iuratis, per miniſtros,& diſcretos prædictos,viſitatores fratribus in communi viuentibus,dicti de pœnitẽtia, & nullius alterius ordinis elegi, & publicata electione,viſitator ſic electus vnà cum Præſidente,& definitoribus,conſtitutiones,& ordinationes iam factas innouare,aliquãdo verò alterare, aut immutare, vel aliàs de nouo facere,prout eidem ordini de pœnitentia expedire arbitratur, & finito capitulo, viſitator prædictus, ad viſitandum domos, & Monaſteria fratrum ordinis de pœnitentia,& regnorũ ac partium hmõi accedere, illiſq. de miniſtris, ac Abbatiſſis iuxtà exigentiam loci, prouidere,& conſtitutiones,ac ordinationes,iuxta ipſi loci,& illius perſonarum exigentiam,edere,& cum fratribus & Monialibus,ſuper veſtibus,& ieiunijs,& auſteritatis ordinis de pœnitentia,ac conſtitutionum, & ordinationum hmõi,diſpenſare,& Præſidenti,ac definitoribus,necnon toti ordini de pœnitentia huiuſmodi in regnis prædictis,ac forſan alijs partibus,illorumque domibus,Monaſterijs,Fratribus,& Monialibus in communi viuentibus, necnõ Eremitis, ac dictis coniugatis, & in ſæculo exiſtẽtibus eiuſdẽ ordinis,præeſſe,& ſi durante triennio hmõi, contra Deum,aut huiuſmodi ordinẽ,vel eius bona deliquerit,ſibi per Præſidentem,ac definitores prædictos,pœnitentia ſalutaris imponi,& eius demeritis, iure id exigentibus,per maiorem partem capituli, in tali caſu,ẽt dicto triennio durante,præſidens,& definitores prædicti cõuocari,ac ſeruatis ſeruandis puniri, & priuari,& eius loco,alius, modo,& forma præmiſſis,eligi,ipſæq. viſitator,fratres dicti ordinis de pœnitentia,prout ſuarum aĩarum ſaluti, ac dicti ordinis de pœnitentia conſeruationi,expedire cognoſcit,de vna domo ad aliam, & aliqñ moniales de vno Monaſterio ad aliud transferre,& ſi viſitando aliquod Monaſterium, vel domum,repererit illius Miniſtrum, vel Abbatiſſam minus habilẽ exiſtere,ſeu malè gubernare,talem Miniſtrum,aut Abbatiſſam amouere,& alium, ſeu aliam loco eius deputare, & ſi finito tpe adminiſtrationis alicuius miniſtri,vel Abbatiſſæ,ipſe viſitator ad monaſteriũ, ſeu domum huiuſmodi,pro Miniſtri,vel Abbatiſſæ illius prouiſione facienda,accedere nõ valeret,officium antiqui Miniſtri,vel Abbatiſſæ,vſq. ad conueniẽs tempus propagare. Necnon quia domus,& monaſteria ordinis de pœnitentia huiuſmodi,in dictis Regnis, & partibus ſufficientes redditus pro maiori parte non habent, cum fratribus Monialibus,ſororibus,& Eremitis dicti ordinis de pœnitentia,ſuper voto paupertatis,tam in cõi, quam in particulari,ad vitam,ſeu aliud tempus diſpẽſare, necnon omnia,& ſingula alia,quæ Generales aliorum ordinum Mendicantiũ prælati exercere, & facere cõſueuerant,ac ſedi prædictæ aliàs immediatè ſubiectos eſſe. & venientes,à ſæculo, cupienteſque in domibus, & monaſterijs dicti ordinis de pœnitentia Altiſſimo famulari,in eis recipi,ipſiſq. habitum dicti ordinis,de pœnitentia exhiberi,& finito anno probationis, ac aliquando ẽt antè iuxta deuotionẽ talis nouitij tria ſubſtantialia, videlicet, obediẽtiæ, caſtitatis, ac in particulari paupertatis vota ſolemniter profiteri, & color habitus fratrum, & omnium alium ordinis de pœnitentia huiuſmodi, potius ad nigredinem,quàm ad albedinem rẽdere, & fratres clerici,ac moniales in communi viuentes, ordinis de pœnitentia huiuſmodi,officium Diuinum,ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ,conuerſi verò ex eis, & in ſæculo exiſtentes coniugati, ac vidui, ſecundum literas Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi, horas Canonicas recitare,& pro defunctis orare, fratreſq. in communi viuentes,& huiuſmodi,victum, & neceſſaria oſtiatim mendicare, & prout alij Re-

De auctor. ad diſpen. in 10.1.qq. re.q.26.ar tic.8.

Vide in 1. 10.qq.regu. q.49 ar.5.

Modus non poteſt dari profeſſio niſi finito anno probationis, vide in 3.10.qq.re. q.15.ar.1. cũ ſeq. cui iuri non poteſt nouitius renunciare,ut ibi habes ar.7. Vide in 3. 10.q.reg. q. 73.art.4.

ligioſi ordinum mendicantium,quærere,& mulieres religioſæ eiuſdem ordinis de pœnitentia in cõi viuentes,moniales appellari,necnon fratres in cõmuni viuentes,& moniales,dicti ordinis de pœnitẽtia,illorumq. domus,& monaſteria priuilegijs,ordinibus mendicantium huiuſmodi conceſſis, vti, potiri,& gaudere,ac fratres dicti ordinis de pœnitentia,præſertim in Galicia, ſeu Prouincia Compoſtellana,beneficia Eccleſiaſtica,per clericos ſæculares teneri ſolita,iuxta inſtitutionem,& antiquã conſuetudinem ordinis de pœnitentia huiuſmodi,obtinere,& quod eis,ex fructibus beneficiorum huiuſmodi ſupereſt,in ſubuentionem pauperum,domorum,ac alias neceſſitates ordinis de pœnitentia huiuſmodi,per illius viſitatorem generalem, pro tẽpore,conuerti,& pro fratribus,ac ſororibus coniugatis,ac in ſæculo exiſtentibus, pro tempore decedentibus, omnes in literis Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi contentis, pro fratribus verò in communi viuentibus,& moniales dicti ordinis de pœnitentia,pro tempore decernẽtibus,Miſſæ, exequiæ, prout ordinibus mendicantium celebrari & fieri, & eremitæ dicti ordinis de pœnitentia, ex licentia viſitatoris generalis huiuſmodi, extra domos dicti ordinis de pœnitentia,viuere, & bona in particulari poſſidere,ac habitum quaſi ſimilem illi, quẽ fratres in communi viuentes,ordinis de pœnitentia huiuſmodi deferunt, deferre,& tam fratres,& moniales in communi viuentes, quam etiam ſorores Eremitæ, & coniugati, ſeu vidui vtriuſque ſexus, & in ſeculo viuentes, infra tres menſes poſt eorum in ordine de pœnitentia huiuſmodi ingreſſum, ſuũ condere teſtamentum,& ipſis vita functis, omnia, & ſingula,ad ipſos religioſos, etiam ratione cuiuſuis hæreditatis, ſpectantia bona, ad monaſteria, ſeu domos, in quibus profeſſionem fecerint, ſi autem profeſſionem huiuſmodi,extra monaſterium, ſeu domũ ipſius ordinis emiſerint, ad propinquius monaſterium, ſeu domum fratrum eiuſdem ordinis de pœnitentia, vbi religioſos huiuſmodi decedere contingerit, legitimis hæredibus non exiſtentibus, & aliàs iuxta literas Nicolai prædeceſſoris huiuſmodi,deuolui,& deuenire. Necnon viſitator generalis, ac præſidens, & definitores ordinis de pœnitentia huiuſmodi, quolibet triennio, in loco ad id per eos deputato, eorum capitulum generale,pro ipſo viſitatore generali,vt præfertur,eligendo,ac alijs negotijs pro dicti ordinis de pœnitentia conſeruatione,peragendis,facere conſueuerint,tamen dudùm viſitator generalis, præſidens, definitores,& capitulum præfati, nonnullis legitimis, & rationabilibus cauſis eos mouentibus, in vltimo per eos,tunc celebrato capitulo congregati,locum pro dicto capitulo generali, quolibet triennio de cætero, perpetuis futuris temporibus celebrando, domum, monaſterium nuncupatum ſanctæ Mariæ de Valle, Aſturicenſis diœceſis, propè oppidum de Benauente, de expreſſo conſenſu totius ordinis de pœnitentia, & capituli huiuſmodi nominarunt, in eoque,& non alibi de cætero, capitulum generale dicti ordinis de pœnitẽtia,fieri,& celebrari,ſingulo quoque triennio voluerunt,ac etiam quamplurimas alias conſtitutiones,ordinationes, & ſtatuta in capitulis generalibus, ac monaſterijs, & domib. dicti ordinis de pœnitentia,fecerunt,ediderunt,ſtatuerunt,alterarunt,& immutarunt, prout in Nicolai,Eugenij ac Sixti,Iul ij, & Leonis prædeceſſorũ, literis prædictis,ac capituli prædictorum, ſcripturis deſuper reſpectiuè cõfectis, dicitur plenius contineri, Quare pro parte dicti Antonij aſſerentis,ſe ex dictis regnis,non ſine magnis, periculo,& laboribus, ad dictam Romanam Curiam, obtinendæ confirmationis hmõi cauſa,perſonaliter acceſſiſſe,

Verum monachus poſſit habere beneficium. Vide in 14 10.qq.regu. q.30.ar.3.

Vide in 2. 10.qq.regu. q.80.ar.2

nobis

Digitized by Google

nobia fuit humiliter ſupplicatum, vt literas pra deceſſorum, ac conſtitutiones, ordinationes, ſtatuta, cõſuetudines, ac oĩa alia, & ſingula in capitulis, monaſterijs, & domibus prædictis, quomodolibet geſta, ordinata, edita, alterata, & immutata, necnõ regulam ordinis de pœnitentia hmõi, pro illorũ ſubſiſtentia firmiori, confirmare & approbare, aliaſq. in pręmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos, qui ſingulorum fidelium præſertim religionis iugo adſtrictorum, & ſtudio pię vitę Altiſſimo famulantium, ſalubrẽ, & fructuoſam diſpoſitionem, mirum in modũ cupimus, præfatum Antonium à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad affectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, aliarum cõſtitutionum, ordinationum, ſtatutorum, conſuetudinum ſcripturarum, & prædictorum regulæ veriores tenores, & formas, præſentibus, pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, literas, ac cõſtitutiones, & ordinationes, conſuetudines, ſtatuta, & regulam prædictam, & prout illam cõcernunt, omnia, & ſingula in dictis literis, & ſcripturis contenta, confirmamus, & approbamus, ac literas ipſas innouamus, & etiam approbamus, ſupplẽtes omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti defectus, ſi qui forſan, in eiſdẽ conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac regula, interuenirĩ, ac præmiſſa omnia, & ſingula in quibuſcunque Hiſpaniarum partibus, ac vbique perpetuę firmitatis, robur obtinere, & in dictis, & in quibuſcumque Hiſpaniarum, ac Portugallię partibus inuiolabiliter per quoſcumq. ſic de cætero, obſeruari debere decernimus. Et nihilominus, quod præſidens, pro tpe electus, dationi votorum pro electione viſitatoris generalis hmõi, minimè intereſſe, ſed tunc temporis per domum in qua capitulum tunc celebraretur, ne cõuenticula, vel monopolium aliquod fiat, diſcurrere, & qđ Antonius, & pro tpe exiſtens viſitator ordinis de pęnitentia hmõi, ſi eum circa finem triennij, poſt capitulum generale celebratum, in curia regia, negotijs ipſius ordinis de pęnitentia reſidere contigerit, celebrationẽ futuri capituli huiuſmodi, ad medium annum, & ſi in curia Romana fuerit, ad vnũ annum, & ſi forſan aliqua infirmitate, vel alia iuſta cauſa impeditus eſſet, vſque ad tres menſes à fine dicti triennij computandos, celebrationem capituli hmõi protogare, & extendere, ac dictus exiſtens viſitator generalis, ſic electus, vt præmittitur, vniuerſo ordini, illiuſq. domib. monaſterijs, ac vtriuſque ſexus perſonis, & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ Regnis, ac partibus, & prouincia prædictis exiſtentibus, præſit, ac fratres, moniales, & ſorores, ac aliæ vtriuſque ſexus, & in ſæculo exiſtentes perſonæ, ipſi Antonio, & pro tpe exiſtenti generali viſitatori dicti ordinis de pęnitentia, in omnibus, & ſingulis ipſum ordinem concernentibus, obediant, & ſub eius obedientia exiſtant, ac ipſe Antonius, & p̃ tempore exiſtens viſitator generalis, durante ſuo triennio, ſedi prædictæ, & Romano Pontifici, pro tempore exiſtenti duntaxat, & non alteri, præterquam in caſibus in quibus per præſidentem, definitores, & capitulum dicti ordinis de pœnitentia, hactenus corrigi, & puniri conſueuerint, ſubſit, & ipſe ſolus, & ab eo pro tempore ſpecialiter deputati, & nullus alius, venientes a ſæculo, ſeu aliàs in fratres, ſeu moniales, vel ſorores vtriuſq. ſexus, dicti ordinis recipiant, nec ad profeſſionem admittant, & aliter habitum, dicti ordinis de pœnitentia recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non fratribus ipſius ordinis de pęnitentia habeantur, nec habitum huiuſmodi deferre poſſint, dictuſque Antonius, & pro tpe exiſtens generalis viſitator, ſuper voto paupertatis, tam in communi, quàm in particulari, ad vitam, ſeu ad tempus, prout hactenus eſt conſuetum, cum fratribus, & monialibus, ac eremitis dicti ordinis de pęnitentia diſpenſare, ẽt de cætero, liberè, & licitè valeat. Quiq; promiſſione, impreſſione, minis, vel alia quacunq. via illicita, publicè, vel occultè, quouis modo, ſe, vel alium, in viſitatorem, præſidentem, ſeu definitorem, vel miniſtrum, aut Abbatiſſam, ſeu alium ipſius ordinis officialem, eligi procurauerit, eo ipſo, quocunq. officio dicti ordinis per eum, tunc obtento, priuatus, & per decennium, ex tunc computandum, ad quęcumq. prælaturam, & officium, ac actus legitimos dicti ordinis de pęnitentia, tam actiuè, quã paſſiuè, inhabilis exiſtat. Nec aliquis cuiuſcumq. ſtatus, ordinis, dignitatis, gradus, & conditionis, viſitator generalis dicti ordinis de pœnitentia vllatenus ſit, niſi ipſum ordinem de pœnitentia antea expreſsè profeſſus, & per maiorem partem miniſtrorum, & diſcretorum in capitulo generali eiuſdem ordinis de pœnitentia, canonicè electus fuerit, ipſeq. viſitator, & nullus alius ipſius ordinis, quæcumq. dubia in ordine, regula, conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, & omnibus, & ſingulis alijs præmiſſis, & infraſcriptis pro tpe occurrentia, interpretari, declarare, iudicare, & decidere valeant. Necnon fratres, moniales, & ſorores, ac eremitæ, & quicunque alij, ẽt coniugati, & in ſæculo viuentes, ordinis de pœnitentia huiuſmodi, quibuſuis ſecũdis ferijs, quibus eſus carnium, ab Eccleſia Romana non eſt prohibitus, ac à feſto S. Martini, vſq. ad Dominicã Aduentus Domini, per eandem Eccleſiam, celebratur, carnibus veſci, & tam ipſi, quàm eorũ domus, monaſteria, Eccleſię, pręlati, ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonæ, res, & bona quæcumq. omnibus, & ſingulis exemptionibus, priuilegiis, immunitatibus, prærogatiuis, indulgentijs, indultis, fauoribus, conſeruatorijs, & gratijs, quibus fratres, & moniales Minorum, & Prædicatorum, & S. Clarę, ac aliorum quorumcumq. ordinum mendicantiũ, ẽt de obſeruantia nuncupatorum, illorumque domus, monaſteria, Eccleſiæ, prælati, ſeruitores, ſeruitrices, benefactores, perſonæ, res, & bona quæcumque quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudẽt, ac vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, non ſolum ad inſtar, ſed æquè principaliter, abſq. vlla penitus differentia, liberè vti, potiri, & gaudere, ac fratres dicti ordinis de pœnitẽtia, beneficia quæcumque, non tamen capitularia, per clericos ſæculares teneri ſolita, prout hactenus conſueuerunt, tenere liberè, & licitè poſſint, ac debeãt, & pro conſeruatione dicti ordinis de pœnitentia, ac regulari modo viuendi, in capitulo generali ipſius ordinis, tunc primum celebrando, idem generalis viſitator, præſidens, definitores, nonnulla pro fratribus, & ſororibus cõiugatis, ac in ſæculo viuentibus, necnon alia, pro Eremitis, ac alia pro fratrib. in communi viuentibus, necnon ẽt alia pro monialibus dicti ordinis de pęnitentia, conſtitutiones, ſtatuta, & cõſuetudines, diſtincta, & ſeparata, cuilibet eorum, pro quibus fient, ſtatui conuenientia, quæ regulæ dicti ordinis de pœnitentia, perpetuis futuris temporibus exiſtat, ac nuncupetur, cum proœmio, & capitulis, ad id congruẽtibus, & neceſſariis, & quæ inuiolabiliter obſeruari debeant, authoritate Apoſtolica condere, ſtatuere, & edere, liberè, & licitè poſſint, ac conſtitutiones, ſtatuta, conſuetudines, & regulam hmõi, in oĩbus, & ſingulis domibus, & monaſteriis, dicti ordinis de pœnitentia, ipſorumque

De cõfirmatione priuilegiorũ reg. Vide in 1. to. qq. regu. q. 8.

De obedientia debita prælatis. Vide in 3. to. qq. regu. q. 30.

De receptione nouitiorum. Vide in 3. to. qq. re. q. 9.

Ad prælatos pertinet declaratio dubiorum, vt habes in to. 1. qq. re. q. 11. ar. 5. & q. 68. artic. 6.

De exẽptione fratrum de pœniten. Vide in 3. to. qq. re. q. 73. ar. 1.

De ſtatutis pro regularibus, vide in 1. to. qq. re. q. 98. ar. 3.

ſorumque

Digitized by Google

forumq. refectorijs, prout in domibus, monaſterijs & refectorijs aliorum ordinum mendicãtium prędictorũ, ſolitum eſt legi, ac trãſgreſſores conſtitutionum, ſtatutorum, conſuetudinum, & regulæ huiuſmodi, per viſitatorem generalem, & eorum miniſtros, puniri debeant, ita quod, nullus ob tranſgreſſionem illorum, ad mortalem culpam, ſeu peccatũ obligetur. Necnon Antonius pro tempore exiſtẽs viſitator generalis ordinis de pœnitentia huiuſmodi, officium generalis viſitatoris ipſius ordinis, facere, & exercere, ac perſonas ſibi ſubiectas, in ſingulis caſibus, in quibus & prout miniſtri, & magiſtri, ac vicarij generales aliorum quorumcunq. ordinum mendicantium, etiam de obſeruantia, & congregationis reformatorum, iuxtà eorum regularia inſtituta, & eis conceſſa priuilegia Apoſtolica, abſoluere, & diſpenſare, ac facere, & exercere, ac abſoluere, & rehabilitare, & cum eis diſpenſare, necnon quęcunque ſtatuta, ordinationes, & conſtitutiones, licita tamen, & honeſta, ac etiam ſacris Canonibus non cõtraria, & ad ſtrictiorẽ obſeruantiã regularem ipſius ordinis de pœnitentia, tendentia, condere, & alterare, ac immutare, & edere, liberè, & licitè valeat: quas quidem ordinationes, conſuetudines, & ſtatuta condenda, alterãda, mutanda, & edenda hmôi, poſtquã condita, inſtituta, alterata, mutata, & edita fuerint, & regulã huiuſmodi, ex nunc, prout ex tũc etiã cõfirmamus, & approbamus, & inſuper fratres moniales, ſorores, & eremitas ordinis de pęnitẽtia, veros religioſos in cõi viuentes, ordinis S. Franciſci de pœnitentia huiuſmodi, fore, & eſſe, necnõ ſacrũ ordinem & regulã S. Franciſci de pęnitentia hmôi, & illius fratres, & eremitas, moniales, ſorores, vtriuſque ſexus perſonas, ẽt in omnibus, & ſingulis ſcripturis, ac actibus publicis, tã per ipſos, quam alios quoſcunq. etiam de obſeruantia, & Minorum nuncupatorum, ordinum prædictorum, & aliàs Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cuiuſcunq. ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & excellentiæ exiſtãt, conficiendis, fratres, & moniales, ſorores, & eremitas ordinis S. Frãciſci, de pœnitentia, non verò fratres Terceros, aut alio minus honorabili vocabulo appellari debere, ipſorumq. monaſteria, domos, ac res, & bona quęcunq. ingredi atque illa, eorumq. fratres, moniales, & ſorores, quęcũq. per miniſtros, ſeu magiſtros, ſeu vicarios generales, vel prouinciales dicti ordinis Minorum, ſeu regnorum, & prouincię, etiam Hiſpaniarum, ac Portugalliæ partium prædicta ordinarios, aut quoſcunque alios prælatos viſitari, aut quoquo modo alterari, inquietari, turbari, vel moleſtari, aut eis, vel eorum generali viſitatori, in obedientia, viſitatione, correctione, ſuperioritate, & officio, ſeu aliàs quouis modo præiudicari publicè, vel occultè non poſſe, etiam vigore quarumcunque literarum Apoſtolicarum, ſub excommunicationis, ac priuationis dignitatum, pręlaturarum, ac officiorum quorumcunque, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, in perpetuum pœnis, quas cõtrafacientes ipſo facto ex nũc, prout ex tunc, & è contra incurrere, & à quibus ab alio, quàm à Romano Pontifice pro tempore exiſtenti abſolui non poſſint, cõcedimus, ac ſtatuimus, ordinamus, & declaramus, decernentes ſic, & non aliter per quoſcunque iudices, & commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales iudicari, ſententiari, definiri, declarari, & interpretari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis alia iudicandi, ſententiandi, diffiniendi, declarãdi, & interpretandi, etiam in quauis inſtantia, facultate, & authoritate, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis etiam Apoſtolica authoritate, quomodolibet contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ordinum prædictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, & indultis, ac literis etiam conſeruatoriarum, tàm Apoſtolicis, quàm etiam in forma breuis, ſingulis ordinibus, etiam in reformatione regulæ ipſorum, & per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, prælatis, & ordinarijs, alijſque Eccleſiaſticis perſonis prędictis, etiam per fœlicis recordationis, Martinum Quintum, & Innocentium Quartum, ac præfatos, Sixtum, & Iulium, ac Leonem Decimum, Adrianum Sextum, & quoſcunque alios Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prędictam, etiam per modum ſtatuti & perpetuæ ordinationis, etiam ad Imperatoris, Regum, aut aliorũ Principum, ac dictorum minorum, ſeu Cardinaliũ inſtantiam, ſeu etiam, motu proprio, ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam cõſiſtorialiter, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, modificatiuis, reſtrictiuis, declaratiuis mentis, & intentionis, & derogatoriarum derogatorijs, aliſq. efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, aut aliàs quomodolibet, conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ſeu de nouo conceſſis, & in poſterum concedendis, & innouandis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caueretur expreſſè, quod fratres, moniales, & ſorores, & aliæ vtriuſq. ſexus perſonæ ipſius ordinis de pœnitẽtia, præfatis fratribus ordinis Minorũ de obſeruantia, ſeu conuentualium, ſubiecti exiſtãt, & in eorum ſubiectione, & obedientia permaneãt, & pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autẽ per clauſulas generales, id importantes mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ſeruãda foret, & illis nullatenus derogari poſſit, tenores huiuſmodi præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbũ inſertis, necnon modos, & formas, id ſeruandas, pro indiuiduo ſeruatis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Et quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi opus eſſet deferre, volumus, & Apoſtolica etiam authoritate decernimus, quod præſentiũ tranſumptis, & manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus plena, & indubitata fides vbique, in iudicio, & extrà illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omnino hominũ liceat, &c. Dat. Romæ, apud S Petrum, anno Incar. Dominicæ, 1526. Idus Martij, Pontificatus noſtri, anno quarto.

Obligãt tamen dicta ſtatuta ad pœnam. Vide in 10 1. qq regu. q. 10 ar. 6.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 20. & qu. 34.

Statuta illicita non obligant. Vide in 1. 10. qq. re. q. 69. ar. 2.

Statuta regularia nõ poſſunt tollere leges Canonicas. Vide in 1. 10. qq. re. q. 69. ar. 4.

Pro ordine ſanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

1 *Commendat omnibus Eccleſiarum prælatis, vt fauores impartiantur petentibus fratribus eleemoſynam, pro Redemptione Captiuorum.*

2 *Præcipit omnibus rectoribus Eccleſiarum parochialium, vt benignè recipiant dictos fratres, & eorũ nuntios, & procuratores, pro petitione eleemoſynæ, pro captiuis quod ſimiliter curatis, & non curatis, exemptis, & non exemptis impone.*

3 *Præcipit eiſdem parochis, vt conuocent ſuos parochianos, quando fuerint requiſiti à præfatis fratribus, aut ab eorum procuratoribus, & nuncijs, vt præfatam eleemoſynam commendent.*
4 *Præcipit, vt quando fuerint conuocati parochiani, pro commendatione eleemoſynæ, in illa hora, qua fit commendatio non impediantur alia prædicatione, aut concione.*
5 *Præcipit, vt cum prædicti nuncij, aut procuratores dictæ eleemoſynæ ad aliquas Eccleſias interdictas aduenerint, in eorum aduentu interdictum ſuſpendatur, ſacramentumque Euchariſtiæ, & alia ſacramenta ibidem adminiſtrentur, necnon corpora defunctorum ibidem ſepeliantur.*
6 *Præcipit, ne quis præſumat iniuriare præfatos nuncios, & procuratores.*
7 *Ordinat, vt loca, in quibus huiuſmodi iniuria, & violentia fuerunt facta, remaneant interdicta.*
8 *Excommunicat rebelles, non obedientes ſupradictis.*
9 *Indulgentias impartimur omnibus eleemoſynam porrigentibus, & huic operi fauentibus.*

De bonis applicatis pro redemptione Capti. Vide in 2.10.qq.10. q.38.ar.3. & 4.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Venerabilibus in Chriſto fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, dilectiſque filijs, ac filiabus noſtris, Abbatibus, Abbatiſſis, prioribus, prioriſſis, exemptis, ac nõ exemptis, decanis, presbyteris, ac alijs Eccleſiarum rectoribus, ac capellanis, curatis, ac non curatis, ad quos præſentes literæ peruenerint, ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Gratum Deo credimus impẽdere famulatum, cum Chriſti fideles, ad ea opera miſericordiæ nunc exhortamur, per quæ ſalus mundi, animæ vtilia, procurantur. Cum itaq. miniſtri, ac fratres ordinis S. Trinitatis, & Redẽptionis Captiuorum fratrum noſtrorum Chriſtianorũ, totis viribus elaborẽt, trãſeundo ad partes vltramarinas, pro afflictis, ac captiuis Chriſtianis redimendis, in manibus inimicorum fidei Chriſtianæ captis, ac detentis: & cũ dicti fratres, pro prædictis captiuis redimẽdis, corpora ſua mortis periculo, ſubijcere nõ vereantur, videntesq; dictos captiuos, duris, ac diuerſis tormentis aſſuetos, ac cruciatos, & cũ pro dictis pauperibus captiuis redimẽdis, qui à paganis captiuãtur (Altiſſimo permittente) auxilio totis viribus elaborẽt, attendentes, quod ad ea exercẽda, propter diuerſarũ onera expenſarũ, eis propriæ nõ ſuppetãt facultates, ac ad id opus, tã piũ, ac laudabile peragẽdum, eleemoſynæ fideliũ, ſint quã plurimũ oportunæ.
1 Hinc eſt, quod vobis omnib. fratribus, noſtris Archiepiſcopis, Epiſcopis, mãdamus, ac præcipimus firmiter iniũgentes, quatenus, cũ fratres dicti ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorũ prædictorum, ſeu procuratores, aut eorũ nuntij, ad vos acceſſerint, cum fueritis requiſiti, veſtras bonas, fortiſſimas, ac gratioſas, pro petendis eleemoſynis, ad ſuſtentationem prædictorũ literas diœceſanas, eiſdẽ liberaliter cõcedatis.
2 Et vos Abbates, priores, exẽpti, ac nõ exempti, ſimiliter presbyteri, curati, ac nõ curati, ac oẽs alij, prędictos fratres procuratores, vel eorum nuncios, in Eccleſijs veſtris, benignè, gratioſè, fauorabiliter, ac honeſte recipientes, ac eiſdẽ, ob reuerentiã ſedis Apoſtolicæ, tranſeundo Eccleſiam miniſtretis, ac ſine triſtitia. Voſque decani, Presbyteri, curati, ac non curati, ac Eccleſiarum rectores, dictos fratres procuratores, aut eorum nuntios, prædicare verbum Dei (quia ſic eis indultum eſt, per ſanctam ſedem Apoſtolicam) permittatis, in prędictis Eccleſijs, populo, prout à latore præſentium, fratribus, vel eorũ nuncijs, fueritis requiſiti, diligenter, oſtiatim, ac nominatim, conuocando de domo in domũ omnes parochianos veſtros vtriuſque ſexus, ætatem habentes, in Eccleſijs veſtris, in vnum congregari faciatis ad idem locum ac horam, quas lator præſentiũ vobis aſſignauerit, ipſoſque ſpontanea ſpectatione pacifica, intrà miſſarum ſolemnia. Caueatis etiam, nè 3
ad diuina officia accedere præſumatis, quouſque verbum Dei, ac neceſſitates dicti ordinis fuerint diligenter declarare, non obſtante aliqua inhibitione facta per prædeceſſores noſtros, in capitulo de Quæſtoribus, in Concilio Viennenſi, ſiue in alijs capitulis. Quia iſti non ſunt quæſtores, ſed ſunt viri religioſi, ac approbati. Item diſtrictè vobis præcipimus, ac mandamus, quod nullum verbũ exhortationis, ſeu prædicationis, per aliquem religioſum, ſeu per aliquos religioſos mendicantes, quæſtores,

Vnde hic quæſtu non tollitur & Conci. Trid. prout habes in 2.10. qq.reg.qu. 57.ar.7.

vel non quæſtores, ad populum exponere permittatis, illa die, qua ad vos acceſſerint fratres prædicti, procuratores, vel eorum nuntij. 4
5 Volumus inſuper ac præcipimus, quod cum dicti fratres procuratores, vel eorum nuntij, ad aliquas Eccleſias aduenerint interdictas, in eorum ineundo aduentu, Eccleſiæ aperiantur, ac cãpanæ pulſentur, ac quod ibidem, campanis pulſatis, & ianuis apertis, diuina officia celebrentur, ac corpora mortuorum ibidem, Eccleſiaſticæ tradantur ſepulturæ, niſi excommunicati nominatim fuerint, aut eorum publici vſurarij.
6 Inhibemus inſuper, ac ſub pœna canonica, nè quis dictis fratribus, procuratoribus, vel eorum nuntijs mandatum noſtrum Apoſtolicum, ſecũ deferentibus, in aliquo iniuriare præſumat, in aliquibus ciuitatibus, caſtris, villis, ſeu Eccleſijs, in quibus fractio, ſeu iniuriatio facta fuerit, vel mandatum impeditum, ſeu etiam perturbatum, aut dictorum fratrum procuratorum, vel nunciorum ipſorum, bona detenta fuerint deſtituta, Eccleſiaſtico ſupponentes interdicto, nulla ibidem celebrentur diuina officia, præter baptiſmum paruulorum, ac pœnitentiam morientium, quouſque fratribus procuratoribus, vel nuntijs ſupradictis, de illatis iniurijs, fuerit plenariè ſatisfactum. 7
Quicunque autem mandatorum noſtrorum extiterint contemptores, rebelles, ac inobedientes, ſeu perturbatores in aliquo, eoſdem denuntietis, campanis pulſatis, candelis extinctis, excommunicatos authoritate noſtra Apoſtolica, ac anathematizatos, ac nunquàm à prædicta denunciatione ceſſantes, donec de eorum ab 8
ſolutione à ſede Apoſtolica impetrata vobis appareat competenter. Plebes vobis ſubditas, pijs exhortationibus, ac ſalutaribus monitis inducentes, vt de bonis à Deo ſuper terram collatis ad ſuſtentationem præmiſſorum pias elargiantur eleemoſynas, ac grata ſubſidia charitatis miniſtrent, vt illa penuria valeat, conſumare vos ab incipientibus pariter verbo, ac exemplo, vt per hæc, & alia bona, quæ vos, ac ipſi (Domino inſpiciente) feceritis, ad æterna mereamini fœlicitatis gaudia peruenire.
Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi, omnibus benefactoribus dicti ordinis S. Trinitatis, ac Redemptionis Captiuorum prædictorum verè pœnitentibus, ac confeſſis, vel infra annum confiteri volentibus, & eis, qui poſt declarationem noſtrarum indulgentiarum verè pœnitentes, ac confeſſi fuerint, pro noſtris indulgentijs acquirendis, in feſtiuitatib. Domini noſtri Ieſu Chriſti, videlicet Natiuitatis, Circunciſionis, Apparitionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, ac ſanctæ Trinitatis Euchariſtiæ, ac in quatuor feſtiuitatibus S. Mariæ Virginis, per ſingulas dies dictarũ feſtiuitatum, ſeptem annos, ac ſeptem Quadragenas eiſdem benefactoribus, de iniunctis ſibi pœnitentijs, duximus indulgendos, & per omnes octauas dictarum feſtiuitatum, tres annos, ac tres Quadragenas. Item, ac per totam Quadrageſimã, ſingulis diebus, vnum annum, ac quadraginta dies. Si quis

9 *Indulgentia quæſtuaria ſunt ſublata, ut habes 2.10.qq.10. q.34.ar.3.*

vero

Digitized by Google

verò clericus, vel laicus, dictis fratribus, ſecundum quantitatem ſubſtantiæ ſuæ, ac qualitatem criminis, de bonis ſuis dederit, vel tranſmiſerit ad ſuſtentationem præmiſſorum, pro prædictis indulgentijs requirendis, ac ſi in capite eiuſdem anni verè pœnitens, ac confeſſus moriatur, volumus, ac de gratia ſpeciali cócedimus, quod ab omnibus peccatis ſuis in Domino permaneat abſolutus. Si quis verò clericus, & laicus hoc impedierit, ictu, verbo, vel opere, diabolo inſtigãte (quod nó credimus) ſciat ſe excõicatum eſſe, anathematizatum, ac quod beneficiũ ſuæ abſolutionis nullatenus obtinebit, quouſq; de damnis dicti ordinis S. Trinitatis, & contemptu Romanæ Eccleſiæ ſatisfecerit cõpetenter. Sacerdotibus verò clericis, ac viris religioſis, tàm viris, quã mulieribus, dictum negotiũ diligenter tractantib. ac de bonis ſuis miſericorditer erogantibus, quicquid in diuinis officijs, ac horis canonicis dicere omiſerint, per negligentiã, aut per defectum librorũ ſeu per infirmitatẽ corporis, miſericorditer in Domino abſoluimus. Ac omnes indulgentias à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, dicti ordini S. Trinitatis, ac redemptionis conceſſas, ex certa ſcientia cõfirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ ordinationis infringere, &c. Dat. Peruſij, 15. Kal Maij Pont. noſtri, anno 1.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleti.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

1 *In diſtributionibus, & partitionibus decimarũ ſubſidiorum, & aliorum onerum authoritate Apoſtolica impoſitorum, & imponendorum, ſeu illorum taxa facienda, monachi, prout eas concernit in futurum, per ordinarios, & capitula, ſiue diſtributores, aut taxatores, ad quos ſpectat, vocari, & audire debent, ac taxationibus, & diſtributionibus intereſſe, & aliter facti in his, quæ ſpectant ad eos, qui vocati, & auditi non fuerint, nullius ſint roboris, ac ad illarum ſolutionem non teneantur.*

2 *Iudices, & executores Epiſcopus Ouetenſis, prior ſancti Auguſtini Valliſoletani, & prior ſancti Dominici Compoſtellani.*

Dilectis filijs, generali, & alijs Abbatibus, ac prioribus, & præſidentibus, necnon Abbatiſſis, & prioriſſis monaſteriorum, prioratuum, & aliorum regularium locorum, tàm monachorum, quã monialium, ordinis S. Benedicti, cõgregationis monaſterij eiuſdem S. Benedicti Valliſoleti, dicti ordinis, Palen. diœceſ.

Vide in 3. to. 99. re. 9. 74. per totam, & ſpecialiter, ar. 1.

Clemens Papa VII. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Deuotionis augmẽtum vobis, Deo propicio, prouenire ſperamus, ſi in his vobis fauorabiliter aſſiſtamus, per quę indemnitatibus veſtris prouideatur. Cum itaque, ſicut nobis nuper exponi feciſtis, licèt vos, ratione veſtrorũ monaſteriorum, prioratuum, & locorũ regulariũ, decimas, ſubſidia, & alia onera, in partibus illis, Apoſtolica authoritate, pro tempore impoſita, hactenus libenter perſolueritis, & in futurũ perſoluere, prout vos tangit intendatis: nihilominus diuiſiones, ſeu diſtributiones calculi repartitionis nuncupatas, decimarum, ſubſidiorum, & onerum huiuſmodi per locorum ordinarios, & ſeu capitula cathedralium Eccleſiarum, in quorum ciuitatibus, & diœceſibus, monaſteria, prioratus, & loca regularia veſtra conſiſtunt, quandoque non vocatis, quorũ intereſt, fiant, repartitionem ipſam diſtributores, & partitores, nó habita notitia, ſeu vera informatione fructuum, & onerum ordinariorum monaſteriorum, prioratuũ, & regularium locorum huiuſmodi, quæ parte non audita, debitè haberi nó poteſt, monaſteria, prioratus, & loca eadem, plerunq. adeò grauent, vt Abbates, ſeu priores, aut Abbatiſſæ, ſeu prioriſſæ, ac conuentus nónullorum, ex monaſterijs, prioratibus, & locis ipſis, onera ſibi imparrita, vix ſupportare poſſint, & ſi quid in diſtributione, & repartitione decimarũ, ſubſidiorum, & onerum eorundẽ, pro tempore facienda, vos per locorum ordinarios, & capitula huiuſmodi, ſeu diſtributores, & partitores, per eos, vel alios deputatos pro tẽpore, vocari deberetis, & audiri decerneretur, profectò, ex hoc erroribus partitionum, & grauaminibus huiuſmodi opportunè obuiaretur: voſq; cõpartita vobis onera, libẽtius perſolueretis, ac debito iuſtitiæ, quæ in omni actu, eos, quorũ intereſt, vocari exigit, legitimè ſatisfieret: nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in præmiſſis, ex iuſtitiæ debito, prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui vt religioni debitos, aut à grauaminibus, & diſpẽdijs releuentur, noſtri miniſterij partes libẽter impartimur, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cætero 1 perpetuis futuris tẽporibus, in diſtributionibus, & partitionibus decimarũ, ſubſidiorum, & aliorũ onerũ, dicta authoritate, pro tẽpore impoſitorũ, & imponendorũ, ſeu illorũ, taxa faciẽda, vos prout ſingulos veſtrũ tangit, & cõcernit in futurum, per ordinarios, & capitula, ſiue diſtributores, & partitores, aut taxatores hmõi, ac alios ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit pro tẽpore vocari, & audiri, ac taxationibus, partitionibus, & diſtributionibus, intereſſe debeatis, & taxationes, ac diſtributiones ipſæ aliter, pro tẽpore factæ, in his, quæ ad eos, qui vocati, & auditi nó fuerint, ſpectant, nullius ſint roboris, vel momenti, ac non vocati ad illorum ſolutionem non teneantur, nec ad id à quoquã cõpelli poſſint: ſicq. per quoſcũque iudices, tàm ordinarios, quàm delegatos, etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, declarari, & diffiniri debere, ac quicquid ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quocircà venerabili fratri, Epiſcopo Ouetenſi, & dilectis filijs ſancti Auguſtini oppidi Valliſoleti, Palentinæ diœceſ. ac S. Dominici extrà muros Compoſtellan. monaſteriorum, per Priores gubernari ſolitorum, prioribus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte veſtra, deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra decretum huiuſmodi firmiter obſeruari non permittentes vos deſuper, contra illius tenorem, per ordinarios, ſeu capitula, aut diſtributores, & partitores præfatos, ſeu quoſcunq. alios, deſuper quomodolibet moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac etiam pœcuniarias, eorum arbitrio moderandas, appellatione poſtpoſita cõpeſcendo. Nos enim, eiſdem Epiſcopo, & prioribus, quoſcunque quorum intererit citan. à quibus & quotiens inhibendum foret, etiam ſub cenſuris & pœnis eorum arbitrio imponendis, & moderandis, inhibendi, & in euentum non partitionis, eos, cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe, declarandi, illaſque aggrauandi, necnon

ſup… factis hactenus reparationibus in præiudiciū veſtrum, citatis ciandis, cognoſcendi, & illas, ad debitum finem, prout iuris fuerit, reducendi, ac deſuper, iuſtitiam miniſtrandi, & quicquid decreuerint, ſub ſimilibus cenſuris, & pœnis, exequendi, voſque ſimpliciter, vel ad cautelam, prout iuſtum fuerit, abſoluendi, & interdicta relaxandi, & alia in præmiſſis, & circà ea neceſſariis, faciendi, plenam, & liberā facultatem concedimus per præſentes. Non obſtantibus præmiſſis, ac fœ. rec. Bonifacij Papæ Octaui, prædeceſſoris noſtri, de vna, & cōcilij generalis de duabus dietis, in cōcilio generali edito, dummodo vltrà tres dietas aliquis authoritate præſentium nō trahatur, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque cōtrarijs quibuſcunque: aut ſi ordinarijs capitulis, diſtributoribus, & partitoribus præfatis, vel quibuſuis alijs, cōmuniter, vel diuiſim, à dicta ſit ſede indultū, quod interdici, ſuſpēdi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Decemb. 1530. Pontificatus noſtri, anno octauo.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Viua vocis oraculo conceſſit ſuperioribus, & quibuſdā fratribus ordinis ſancti Franciſci de Paula, certis diebus, facultatem celebrandi Miſſas, ad liberandum animas de purgatorio.

Vide in to. 2. qq. re. q. 96. & in 3. to. q. 44. ar. tic. 2.

NOs Laurentius Epiſcopus Albanenſis, ſanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalis ſanctorum quatuor Coronatorum, ac maior pœnitētiarius, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, præſentes literas noſtras inſpecturis, fidē facimus, & atteſtamur. Qualiter ſanctiſſimus in Chriſto pater, & Dn̄s noſter, Dominus Clemens, diuina prouidētia Papa Septimus, ad humiles preces noſtras, dilectis nobis in Chriſto venerabilibus religioſis, correctori domus ſanctiſſimæ Trinitatis de vrbe, ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, ac alijs fratribus domus ſanctiſſimæ Trinitatis dūtaxat, generali verò, ac zelozo, necnō prouincialibus, & localibus correctoribus, & alijs ſuperioribus ordinis, ēt pro tempore exiſtentibus, ac vni cuilibet ipſorū, ſecundum religionis ingreſſum, antiquiori ſocio, vbicunque ſe transferre, ex merito obedientiæ cōtigerit, vt ſingulis ſecūdis, & quartis ferijs cuiuſlibet hebdomadæ totius anni, miſſas, pro animabus defunctorū celebrare volentes, eaſdē indulgentias, pro animabus defunctorū huiuſmodi cōſequantur, ac ſi in Eccleſiis S. Sebaſtiani, Laurentij, & ſcala Cęli, ēt Gregorij, & Potentianæ extrà, & infrà muros almæ vrbis, celebraſſent, ac pari modo Miſſæ huiuſmodi animabus defunctorū, pro quibus eas celebrādas duxerint ſuffragētur, perinde, ac ſi in præfatis, & alijs quibuſcunque, etiam qualitercunque priuilegiatis Eccleſijs, infrà, & extrà muros vrbis celebraſſent, facto nobis deſuper viuæ vocis oraculo, cōceſſit pariter atque indulſit præſentibus perpetuis futuris tēporibus duraturis, & in contrariū facientibus non obſtantibus quibuſcunque. In quorum omnium fidem literas noſtras fieri, noſtrique ſigilli oblongi iuſſimus appenſione muniri. Dat. Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini, 1524. Die verò 10. menſis Iulij. Pont. ſanctiſſimi Domini in Chriſto Patris, & Domini noſtri, D. Clementis, diuina prouidentia, Papæ VII. anno primo.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Clemens Septimus, viua vocis oraculo diſpenſauit in regula monialium ordinis S. Franciſci de Paula, ſuper prohibitione cantus, & ingreſſus in earum monaſteria.

De ingreſſu in clauſuram monialium. Vide in 1. to. qq. re q. 44. & in 3. to. q 6.

ANtonius miſeratione diuina, tituli ſanctorū Coronatorū presbyter Cardinalis, dilectis in Chriſto monialibus, ſub cura fratrum Minimorū ordinis S. Franciſci de Paula, vbicunque degentib., ſalutem in Domino. Iniunctū nobis, ab Apoſtolica ſede, ſeruitutis officiū nos admonet, & inducit, vt ad ea libenter intēdamus, per quæ monaſteriorū, & religioſorum locorū oīum, & perſonarum, præſertim fœminei ſexus, in illis regulari caſtimoniæ deditarum, fœlici regimine cōſulatur, & ex hoc populi ergà eas deuotio augeatur. Sanè pro parte veſtra, nuper fuit expoſitū corā nobis, quod licèt in regula, & ſtatutis veſtris, inter alia, expreſſè caueatur, qd vos, in miſſis, corā vobis, in monaſteriorum veſtrorum Eccleſijs, ſolemniter celebrādis, introitū, & cętera officia, per moniales aliorum religionū decātari ſolita, decātare non poſſitis, nec aliquas perſonas in veſtra monaſteria (præterquā ad Eccleſiā, & crates) quouis modo ingredi permittatis, prout in regula, & ſtatutis veſtris prædictis, dicitur plenius cōtineri. Quia tamen, ex talibus ſtatutis deuotio populi, ad Eccleſias prędictas, pro ſolemni Miſſa audienda, confluentis, in dies minuitur, & quamplures virgines, ab ingreſſu ordinis huiuſmodi retrahantur, necnon viſitationes monaſteriorum veſtrorum, à veſtris ſuperioribus, etiam veſtri curam gerētibus, debitè fieri nequeūt, propter quod à ſincera veſtræ regulæ obſeruātia, vos, vel alias, pro tempore moniales veſtri ordinis, in poſterum declinari facere, poſſet contingere, cupitis ſtatuta, & regulam huiuſmodi, circà præmiſſa moderari, ſuper quibus ſupplicari feciſtis humiliter, vobis per ſedē Apoſtolicā de oportuno remedio, & ſalubriter, miſericorditer prouideri. Nos igitur, authoritate Domini Papę, cuius pęnitentiariæ curā gerimus, & de eius ſpeciali, & expreſſo mādato, ſuper hoc, viuæ vocis oraculo nobis facto, vt vos, & pro tempore moniales ordinis prædicti, in miſſis, corā vobis in veſtrorū monaſteriorum Eccleſijs, ſolemniter celebrandis, etiam alta voce (ſine tamen notulis) prout alia officia, tā diurna, quàm nocturna, ſimpliciter decātandis reſpondere. Necnon modernum, & pro tempore exiſtentem, dicti ordinis fratrum Minimorum, generalem, vel ab eo viſitatorem deputandum, cauſa viſitationis, ſemel tantū, quolibet triennio, ac tempore maximæ infirmitatis, confeſſorem, pro Euchariſtię & Extremæ vnctionis Sacramentis, vobis adminiſtrandis, cū veſtimentis ſacerdotalibus, prout ſuperiores fratrum Minorum ſancti Franciſci, monaſteria monialium ſanctæ Claræ viſitantes, facere conſueuerunt, necnon Phyſicum, aut Medicum, pro flebotomia, apoſtemate, peſtę, inciſſura, aut alia vrgētiſſima cauſa, etiam artifices, pro domus, vel monaſterij conſtructione, & neceſſaria reparatione, ingredi permitti, liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, ipſique generalis, & viſitator, ingredi, abſq. alicuius Eccleſiaſticæ cenſuræ incurſu, poſſint, & valeāt, tenore præſentium indulgemus, ac vobis, cum deſuper, miſericorditer diſpenſamus. Vobiſque, & generali, & viſitatori prædictis, etiam confeſſori, Phyſico, & artificibus prædictis, licentiam, & liberam concedimus facultatem, non obſtante regula, & ſtatutis prędictis, etiam iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, quibus

quoad

quòad præmiſſa, duntaxat, illa in melios reformao res, ſpecialiter, & expreſſè derogamos, cæteriſq. cõtrarijs quiboſcũq. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub ſigillo officij pœnitentiariæ. 3. Idus Iulij, 1532. Pon. Do. Clementis Papæ Septimi, anno 9.

Hic eſt aduertendom, prædictum breue, quò ad ingreſſum monaſteriorum monialiom per fratres, quauis ex cauſa, ſiue ſint ſuperiores, ſiue non, reuocatom fuiſſe per aliud breue Panli Tertij, ſuper approbatione actorum Paulæ, vt fit mentio in Capitulo generali Valentiæ, quarto celebrato, numero 54. in cæteris verò, vſque modò in ſoo robore permanet. Quò verò ad ingreſſum ſæculariom, in caſibus ſupra præmiſſis, requiritor hodie licentia ſuperioris, in ſcriptis obtenta, ex Concilio Tridentino.

Pro ordine Sancti Iacobi de la Spatha.

Bulla Decima.

Conceſſa ordini S. Iacobi ſuper decimas.

Vide in 2. 10. qq. 10. q. 11.

CLemens Papa Septimus, ad perpetuam rei memoriam. Sedis Apoſtolicæ copioſa benignitas vſq; per Romanos Pontifices, pro militiarũ quarũlibet, ac perſonarum, in illis ſub ſuaui religionis iugo, Altiſſimo famulantium, fœlici, & proſpero ſtatu conceſſ. & per eaſdem perſonas, prouidè ordinata dicuntur, præſertim, cum ad Catholicorum Principum vota intercedunt, ſui muniminis adminiculũ libenter impertimur, vt eò firmius illibata perſiſtant, quò fuerunt ſuo præſidio ſtabilita. Sanè, pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Caroli Romanorum Imperatoris, ſemper Auguſti, & Hiſpaniarum Regis Catholici, qui etiam militiæ S. Iacobi de Spatha, ſub regula S. Auguſtini, in Regnis Hiſpaniarum fundatæ, perpetuus adminiſtraior, per ſedem Apoſtolicã deputatus exiſtit, nobis nup exhibita petitio cõtinebat, quod fœ. re. Alexãder III. Lucius III. Gregorius IX. Innocentius IIII. Alexãder etiam IIII. & Vrbanos ſimiliter IIII. Martinus V. Eugenios IIII. Sixtus, etiam IIII. Innocentius Octauus, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, dictæ militiæ, ac illios pro tempore exiſtentibus magiſtris, prioribus, & fratribus, vt de decimis perſonalibus & nutrimentis animalium ſuorom, ſiue de ipſis animalibus, ac laboribus, & noualib. ſuis, quos proprijs manibus, vel ſumptibus excolerent, cõuentibus dictæ militiæ, à quibus quarta, vel tertia nulla tenus exigeretur, cum integritate perſoluerent. Salua in noualibus, & laboribus, moderatione Concilij generalis, conſuetont, ipſique Magiſtri, Priores, & fratres deſuper, & aliàs, pro ipſius militiæ ſalubri ſtatu, & fœlici directione, plura ſtatuta, ordinationes, & ſtabilimenta eandẽ militiã ac illius perſonas, res & bona concernentia ediderunt, ac illa authoritate Apoſtolica approbari, & confirmari obtinuerunt, prout in Apoſtolicis, & patentibus literis deſuper confectis, plenius cõtinetur. Quare pro parte præfati Caroli Imperatoris, & adminiſtratoris aſſeren. conceſſiones prædictas, in viridi obſeruantia exiſtere, nobis fuit humiliter ſupplicatom, vt cõceſſionibus, ac ſtatutis, ordinaiionibus, & ſtabilimẽtis prædictis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur Apoſtolicę confirmationis adijcere, & aliàs in præmiſſis opportonè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremor. Nos igitur, ipſius militiæ fœlicem, & proſperum ſucceſſum, paterno zelantes affectu, necnon literarum prædictarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, conceſſiones, quatenus ſint in vſu, & viridi obſeruãtia, vt præfertur, necnon ſtatuta, ordinationes, & ſtabilimenta huiuſmodi, vt præfertur confirmata, quatenus alios, quàm dictæ militiæ priores, fratres, & perſonas non concernant, & licita, & honeſta, ac ſacris Canonibus contraria nõ exiſtant, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan in ipſis ſtatutis, ordinationibus, ſtabilimentis, interuenerunt, & tàm conceſſiones, quàm ſtatuta, ordinationes, & ſtabilimenta, vt præfertur, confirmata huiuſmodi, perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac eiſdẽ magiſtro, prouincialibus, & fratribus, & perſonis ſuffragari, & per omnia, dictorũ regnorum perſonas, etiãſi Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſco. aut quauis alia dignitate præfulgeant. Non obſtantibus quibuſuis litibus contra conceſſionum, & ſtatutorum ordinationes, & ſtabilimentorum prædictorũ tenorem, corãm quibuſuis ex iudicibus ordinarijs, vel delegatis, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditoribus, in Romana Curia, vel extrà eã, quomodolibet introductis, & in quibuſuis inſtantijs pẽdentes, quatenus ſtatutis, ac nomina, & cognomina iudicum, & colligantium eiſdem pendentibus, haberi volumus pro expreſſis, inuiolabiliter obſeruari, ipſoſque priores, fratres, & perſonas prædictas, aut quoſuis alios, contra conceſſiones, ac ſtatutorũ ordinationes, & ſtabilimentorum confirmatorum tenorem huiuſmodi, nullo vnquam tempore moleſtari debere, aut poſſe, irritũ quoque, & inane quicquid contra ea contigerit attentari, decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Caſtellamaris, & Maroquitan. in Ciuitate Hiſpalenſi commorant. Epiſcopis, ac dilecto filio, Abbati Sancti Claudij extrà muros Legionenſis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte ipſius Caroli Imperatoris moderni, & pro tempore exiſtentis magiſtri, ſeu adminiſtratoris, ac prioris, & fratrũ dictæ militiæ, ſuper fuerint requiſiti, eis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra conceſſiones, & ſtatuta ordinationis, & ſtabilimenta huiuſmodi firmiter obſeruari, non permittentes eos deſuper, per quoſcũque, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores, & moleſtatores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas & pœnas, etiam pecuniarias, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis, ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibos, cenſuras, & pœnas ipſas, quoties opus fuerit, aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus, cõmuniter, vel diuiſim, ad eadem ſit ſede indultum, qood interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. in ciuitate noſtra Bononienſis, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Martij, 1543. Pont noſtri, anno 10.

Bulla Vndecima.

Pro confratribus ſanctæ Mariæ de Monte Carmelo,

SVMMARIVM.

1 *Confratribus ſancta Mariæ de Monte Carmelo, in die ingreſſus, indulgentia tertiæ partis ſuorum peccatorum indulgetur.*

2 *Prædictis confratribus indulgentia plenaria conceditur, & hæc eſt indulgentia Sabbatina, communiter ſic nuncupata.*

3 *Priuilegia ordinis Carmelitarum confirmantur.*

De confratriis, Vide in 1. to. qq. reg. qu. 58 per totam.

NOuerint vniuerſi, & ſinguli hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum viſuri, lecturi pariter, & audituri, quod nos Alexander Riarius, Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Patriarcha Alexandrinus, Sanctiſſimi Domini noſtri Papę, eiuſq; Camerarij, necnon curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, generalis auditor, Romanę curiæ iudex ordinarius, ſententiarum quoquè, & cenſurarum in eadem Romana curia, & extrà eam latarum, ac quarũcunque literarum Apoſtolicarum, quaruncunque vniuerſalis, & merus executor, ab eodem ſanctiſſimo Domino noſtro Papa, ſpecialiter deputatus, ac vtriuſque ſanctitatis ſuæ ſignaturæ referendarius, ad reuerendiſſimi Domini fratris, Ioannis Baptiſtæ de Rubeis, generalis ordinis Beatę Mariæ de Monte Carmelo, inſtantiam, & requiſitionem, omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diuiſim intereſſe putantes, eorũq; procuratores, ſi qui tunc erant in Romana Curia, pro eiſdem, ad videndum, & audiendũ infraſcriptas literas, fœ. re. Clementis Papæ ſeptimi approbationis, & innouationis priuilegiorum, & indultorum, cõceſſorũ generali, prouincialibus, prioribus, & alijs vtriuſq. ſexus, confratribus monaſteriorum, & domorum ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, ſub datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicæ, 1530. pridie idus Augusti, Põtificatus ſui anno ſeptimo, more Romanæ curiæ, ſub plumbo legitimè expeditas, produci, & recipi, & poſtquàm productæ fuerint ad videndum, & audiendum ipſas tranſumi, & exemplari, ac publicari, & in publicam tranſumpti formam redigi mandari, authoritatemque, & decretum dictæ Curiæ, per nos interponi, vel dicendum, & cauſam, ſi quã habeant rationabilem, quare præmiſſa fieri non debeant, allegandum per audientiam literarum contradictarum ſanctiſſimi Domini Papæ, citari fecimus, & mandauimus, ad certum peremptoriũ terminum competentem, videlicet ad diem, & horã infraſcriptos, quibus aduenientibus comparuit in iudicio legitimè coràm nobis, Reuerendus Dominus frater Ioannes Baptiſta dicti ordinis, procurator generalis, & certas literas citatorias in dicta audientia noſtra de mandato executas, facto reportauit, citatorumque in eiſdem contentorum non cõparentium, contumaciam accuſauit, ipſoſque cõtumaces reputari, & in eorum contumaciam ſupradictas literas Apoſtolicas, ſub tenore infraſcripto exhibuit, atque dedit, quas tranſumi, exemplari, publicari, & in publicam trãſumpti formam redigi mãdari, authoritatemque, & decretum interponi per nos, debita cum inſtantia poſtulauit. Nos tunc Alexander auditor, & iudex præfatus, dictos citatos nõ comparẽtes, reputauimus, prout erãt, quò ad actũ, & terminum huiuſmodi, ſuadente iuſtitia, contumaces, & in eorum contumaciam ſupradictas literas Apoſtolicas, ad manus noſtras recipimus, vidimus, legimus, tenuimus, palpauimus, & diligenter inſpeximus, ſanaſque, integras, & illęſas, ac omni prorſus vitio, & ſuſpicione carere reperimus, ipſas vlterius ad dicti reuerendi Domini fratris, Ioannis Baptiſtę procuratoris generalis, inſtantiam per dictæ noſtrę curiæ Notarium infraſcriptum tranſumi, & exemplari, ac in publicam tranſumpti formam redigi fecimus, & mandauimus. Volentes, & authoritate dictæ curiæ noſtræ decernentes, quod præſenti noſtro tranſumpto publico, de cætero, & in anteà, tã in Romana curia, quàm extrà, vbique locorũ in iudicio, & extrà, ſtetur, illique detur, & adhibeatur talis, & tanta fides, qualis, & quanta dictis literis Apoſtolicis originalibus, inferius inſertis, & cum præſenti tranſumpto auſcultatis, & collationatis, data fuit, & adhibita, daturque, & adhibetur, ſeu daretur, & adhiberetur, ſi ipſæ literæ Apoſtolicæ originales, in medium exhibitæ fuiſſent, aut oſtenſæ. Tenor verò literarum Apoſtolicarum huiuſmodi, ſequitur, & eſt talis, videlicet.

Clemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum, ſub religionis iugo, & regulari caſtimonia Domino militantium, pia deuotione prouenire dignoſcitur, vt Rom. Pontifex, quandoque per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, pro perſonarum earundem, ac illarum locorum fœlici ſucceſſu, & quiete, ac Chriſti fidelium pijs operibus vacantium, animarum ſalute conceſſa approbet, & innouet, ac innouata communiat, & alia de nouo cõcedat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum, Nicolai Audet generalis, ac prouincialium, & priorum domorum ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo, necnon confratrum vtriuſque ſexus confraternitatum, in eccleſijs domorum eiuſdem ordinis inſtitutarum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs fœlicis recordationis, Ioannes XXII. & Alexander V. Romani Pontifices prędeceſſores noſtri, vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui confraternitatem de Monte Carmelo ingredi, ſeu confratrum confraternitatum huiuſ- *Vide in 2. to. qq. re. q. 96. ar. 7.*
modi numero aſcribi, ipſiuſque ordinis ſtatuta ob- 1
ſeruare, ac habitum dicti ordinis deferre, ſeque
fratres, & ſorores dicti ordinis appellare, ita quod
ſi mulier virgo, caſtitatem, vidua verò continen-
tiam, coniugata autem matrimonij iura (prout ſan
cta Eccleſia præcipit) tempore earum ingreſſus, in-
uiolabiliter ſeruare velle promitterent, & obſerua-
rent, tertiam partem ſuorum peccatorum in Domi
no relaxarunt, ac ipſa glorioſiſſima Dei genitrix 2
ſemper virgo Maria, ipſorum confratrum, ſeu
Religioſorum, ac ſororum animas, poſt eorum
tranſitum ſuis interceſſionibus continuis, pijs ſuf-
fragijs, & ſpeciali protectione adiuuabit: quod-
que confratres ipſi, gratiarum earundem præde-
ceſſorum, participes fieri volentes, horas Canoni-
cas, iuxta formam ab Alberto Patriarcha dicto or-
dini conceſſam, & ordinatam, recitare. Ignari verò
literarum, diebus quibus ſancta eccleſia ieiunare
pręcipit, ieiunare, necnon quarta feria, & Sabbatho
toto tempore vitę eorum pręterquàm die, qua ali-
quam ex ferijs prędictis, Natiuitatem Domini no- 3
ſtri Ieſu Chriſti occurrere contigerit, à carnibus ab
ſtinere deberent. Ac etiam nonnulli alij Rom. Pon-
tif. etiam prædeceſſores noſtri, quam plura, & diuer
ſa priuilegia, immunitates, exemptiones, præſertim
quartam funeralium presbyteris ſæcularibus non
ſoluendi, ac indulta, indulgentias, & peccatorum
remiſſiones, ac gratias dicto ordini, illiuſque fratri-
bus, monialibus, ſororibus, & vtriuſque ſexus per-
ſonis, ac monaſteriis monialium, & domibus ſoro-
rum, eorumq. eccleſijs, & locis quibuſcunq. etiam
per modum extenſionis, ſeu communicationis, ac
alias conceſſerunt, prout in diuerſis eorundem præ
deceſſorum literis deſuper cõfectis, dicitur plenius
cõtineri. Quare pro parte generalis, prouincialium
priorum vtriuſque ſexus, cõfratrum prædictorum,
aſſerentium (refrigeſcente in dies fidelium deuo-
tione) domos fratrum, & ſororum, ac monaſteria
huiuſmodi, non modica reparatione indigere, &
propterea fideles ipſos, ad temporalia bona pro hu
iuſmodi reparatione concedenda, ſpiritualibus bo-
nis, gratijs inuitare oportere, ac ad id induci ne-

ceſſe

eſſe fore, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, indulta, immunitates, exemptiones, & gratias, ac alia prædicta, approbare, & innouare, & inuiolabiliter obſeruari mandare, illaque pro potiori cautela, de nouo concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, dicti ordinis (quem præ cæteris, in viſceribus gerimus charitatis) proſperum, & tranquillum ſtatum, ac animarum ſalutē, paterno zelantes affectu, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, Ioannis, & Alexandri, ac aliorū prædeceſſorum noſtrorum literas, ac per eoſdem prædeceſſores, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, etiā non ſoluendi, quartam funeralium presbyteris ſecularibus, quòad fratres domorum in poſſeſſione, quartam ipſam non ſoluendi, exiſtentes dontaxat, ac indulta, indulgentias, (citra plenarias) peccatorū remiſſiones, & gratias ordinis, & illius fratribus monialibus, ſororibus, & vtriuſq; ſexus cōfratribus, & perſonis, domib. monaſterijs, eccleſijs, & locis quibuſcunque, etiā per modum extenſionis, ſeu communicationis, & aliàs quomodolibet, etiam per nos, & ſedem Apoſtolicam conceſſa, quorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiū approbamus, & innouamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obſeruari debere, ipſoſque fratres, moniales, ſorores, perſonas, monaſteria, domos, eccleſias, & alia loca huiuſmodi, omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, indultis, indulgentijs (citrà tamen plenarias) peccatorū remiſſionibus, & gratijs, quibuſuis cōgregationibus dicti, & aliorum ordinum, etiam mendicantium fratribus, & perſonis, ac confraternitatibus ſuæ profeſſioni non contrarijs, alijſq. ordinibus quibuſcunque, etiam non mendicantiū, quomodolibet conceſſis, & concedendis in genere, vti, frui, & gaudere poſſe, atque debere in omnibus, & per omnia, periode, ac ſi eis conceſſa fuiſſent, decernimus. Necnon potiori pro cautela, ea omnia etiam de nouo concedimus, ipſiuſque ordinis fratres ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, penitus eximimus, & ſub noſtra ac dictæ ſedis protectione ſuſcipimus, ac eiſdem inquiſitoribus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & officiorum ſuorum priuationis, pęnis, diſtrictè inhibemus nè de dictis fratribus, etiam ratione criminis hæreſis, quoquo modo ſe intromittere præſumant. Decernentes irritum, & inane, quidquid per eos ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, omnibuſq. & ſingulis vtriuſque ſexus confratribus, vt quilibet eorum, aliquem presbyterum idoneum, ſæcularem, vel cuiuſuis ordinis, etiam Mendicantium, & de obſeruantia, regularem, in ſuum poſſint eligere confeſſorem, qui vita eis comite, eos, & eorū quemlibet à quibuſuis etiam maioris excommunicationis, & ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa, pro tempore latis, & quibuſuis etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam ſi illorum abſolutio ſedi prædictæ, ſpecialiter, vel generaliter, præter quam per literas in Cœnæ Domini legi ſolitas, reſeruata foret, ac quorumcumque votorum, & iuramentorum, necnō eccleſiaſticorum præceptorum tranſgreſſionibus, periuriorum, ſimoniæ, & homicidij mentalis, vel caſualis, reatibus, manuum violentarum in quaſuis perſonas eccleſiaſticas, non tamen Epiſcopos, vel eorū ſuperiores de præterito iniectionibus, ieiuniorum, horarum Canonicarum, diuinorum officiorum, & pœnitentiarum iniunctarum, in toto, vel in parte, omiſſionibus, omnibuſque alijs eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcunque

De communicatione priuil. Vide in 1. to. qq reg qu. 51. Vide in 1. to qq. re. q. 39. ar. 2. vbi agitur de exēptione à quarta vide etiā in to. 3. quæst. 46.

De confir. priu. Vide in to. 1. qq. re. qu. 8. & de communicatione pri. Vide in eodem to. 1. q. 51. & in 3. to. qq. reg. q. 12. Vide in to. 2. qq. re. q. 81. arti. 1. vbi iā hoc abnegatū eſſe, falsò in his Hiſpaniarum partib. reſoluo.

Vide in to. 1. qq. re. q. 20. q. 21. et q. 22.

Vide in d. q. 20. a. 14.

grauibus, & enormibus, etiam talibus, propter quę ſedes prædicta meritò conſulenda foret, in caſibus dictæ ſedi qualitercunq. reſeruatis, exceptis cōtentis in dictis literis Cœnæ Domini, ſemel in vita, & in mortis articulo: de alijs verò dictæ ſedi non reſeruatis caſibus, totiens, quotiens opportunum fuerit eorum cōfeſſionibus diligenter auditis abſoluere, illiſq. pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, vota verò viſitationis quæcunque Vltramarin. liminum, Beati Petri, & Pauli Apoſtolorum de vrbe, ac Sancti Iacobi de Compoſtella, nec non religionis, & caſtitatis votis, duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, & iuramenta quæcunque, ſine tertij præiudicio, relaxare. Ac omnium eorum peccatorum, ſemel in vita, & in mortis articulo (vt præfertur) etiam ſi tunc non ſubſequatur, plenariā remiſſionem, & abſolutionem, authoritate Apoſtolica, impendere poſſit. Liceatque omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus confratribus prædictis, & cuilibet eorum, habere altare portatile, cum debitis, reuerentia, & honore, ſuper quo, in locis ad hoc congruentibus, & honeſtis, etiā non ſacris, & quauis etiam Apoſtolica authoritate interdictis, ſeu tempore ceſſationis à diuinis, dummodo cauſam non dederint huiuſmodi interdicto, ſeu ceſſationi, & per eos non ſtet, quominus parcatur Apoſtolico interdicto, etiam antequàm illuceſcat dies, circà tamen diurnam lucem, ſeu circà meridiem, cum qualitas negotiorū pro tempore ingruentium id exegerit, in eorum præſentia, clauſis ianuis, excommunicatis, & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, & ſubmiſſa voce, Miſſas, & alia diuina officia, per ſacerdotes ſæculares, vel regulares huiuſmodi celebrare. Ac quocunque tempore, Euchariſtiam, & alia ſacramenta Eccleſiaſtica, à quocunque maluerint presbytero idoneo, & vbicunque, ſine Rectoris parochialis Eccleſiæ præiudicio, recipere, & adminiſtrare, liberè, & licitè valeant. Et ſi contingat eos, vel eorum aliquem, tempore interdicti huiuſmodi, ab humanis decedere, corpora eorum, eccleſiaſticæ, cum aliquali (honeſta tamen) funerali, pompa, tradi poſſint ſepulturæ, quodq. ſingulis quadrageſimalibus, & alijs cuiuſlibet anni temporibus, & diebus ſtationum Baſilicarum, & Eccleſiarum almæ vrbis Romæ, & extra illius muros, vnam, vel duas eccleſias, aut vnum, duo vel plura altaria, in partibus illis, vbi eos, ſeu eorū aliquem reſidere, ſeu quo declinare contigerit, quas, vel quę ipſi, vel quilibet eorum duxerint eligendas, vel eligenda, deuotè viſitando, tot, & ſingulas ſimiles indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur, ſi ſingulis diebus, eaſdem ſingulas dictæ vrbis, & extrà eā, eccleſias pro ſtationibus huiuſmodi deputatas, perſonaliter viſitarent. Inſuper etiam, omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui pro monaſteriorum, & domorum reparatione, ac fratrum huiuſmodi ſuſtentatione manus porrexerint adiutrices, ſupradictas indulgentias conſequi poſſint, & conſequantur. Omnibus verò, & ſingulis alijs Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, qui dictum ordinem, illiuſque domos, & monaſteria, fratres, ſorores, & moniales huiuſmodi, ſuis eleemoſynis, & ſubſidijs, pro tempore iuuerint, & manu tenuerint, vt ipſi, & quilibet eorum omnium precum, ſuffragiorum, eleemoſynarum, ieiuniorum, orationum, Miſſarum, horarum Canonicarum, diſciplinarum, peregrinationum, & cæterorum ſpiritualium bonorum quæ pro tempore in vniuerſali ſacroſancta eccleſia militante, fiunt, in perpetuum participes fiant, & omnibus eius meritis gaudeant, ac omnibus alijs, qui gratijs, eorundem confratrum gaudere voluerint, aliquam

Vide in 1. to. qq re q. 61. q. 62. & q 63.

Vide in 1. to. qq. re. q. 43. ar. 4. 5. & in eo 1. to. q. 28. Vide in to. 2. qq. re. q. 109. cum ſeq. in quibus agitur de interdicto. Vide in 1. to. qq. re. q. 3.

Vide in 2. to. qq. re q. 110.

Vide in 2. to qq. re. q. 88. cū ſeq.

Vide in to. 2. qq. re. q. 91. ar. 3.

Communicatio operum nō eſt indulgētia & ideo nō reuocatur per breue Pij V. reuocans indulgētias quaſuarias, et de communicatione bonorum operum, Vide in 1. to. qq. re. q. 3. a. 2. cū ſeq. art.

eleemoſynam, ſiue charitatem, prout eis, ac præſidentibus cõfraternitatum huiuſmodi viſum fuerit, dando, & largiendo, gratiarum huiuſmodi participes fiant, indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnõ priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, per quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictã, etiã motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, & cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarũ derogatorijs, alijſq; efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet, etiam pluries conceſſis, cõfirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorunq; totis tenoribus, ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idẽ importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut exquiſita forma ſeruanda forent, & in eis caueatur expreſſè, quod illis nullatenus derogari poſſit, illorumq́. omnium, necnon quaruncunq. etiam in forma breuis literarum, occaſione præmiſſorum quomodolibet confectarum, & quorumcũque in eis contentorũ tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, necnon, modos, & formas, ad id ſeruandos, prout in indiuiduo ſeruatis habentes, hac vice duntaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, nec non omnib. illis, quæ præfati prædeceſſores, in eorum literis, voluerunt non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium trãſumptis, manu alicuius publici Notari ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides, in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtrorum, approbationis, inuocationis, conceſſionis, exẽptionis, ſuſceptionis, inhibitionis, decretorum, indulti, derogationis, & voluntatis, infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicæ, 1530. Pridie Idus Auguſti, Pont. noſt. anno 7.

Viuæ vocis Oracula Clementis VII.

FRater Ferdinandus Salzedo ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, totius eiuſdem ordinis in Romana curia generalis procurator, obtinuit à D. Papa Clemente VII. vt teſtificatur, ſub Data Romæ Aracæli, die 3. Martij, 1525. quod vniuerſi fratres obſeruantiæ, & moniales, & quæuis perſonæ tertij ordinis S. Franciſci, poſſint aſſequi anni Sancti Iubilei plenariam indulgẽtiam, & peccatorum remiſſionem, in ſuis eccleſijs, & domibus, ſi verò pœnitentes, & confeſſi triſepties in ſuis eccleſijs, ſeu domibus, quatuor altaria, vel imagines, in vno, duobus, vel pluribus diebus, dum tamen intra triginta dierum ſpatium incluſiuè, illa viſitent, prout commodius eis fuerit, cum oratione Dominica, & angelica, deuotè viſitauerint, & poſſint eligere ad arbitrium ſui prælati, vnum confeſſorem, qui auctoritate Apoſtolica, eos abſoluat ab omnibus caſibus, & peccatis, etiã Apoſtolicæ ſedi reſeruatis. Vide in regiſtro ordinis familiæ Hiſpaniarum, fol. 63.

Pro anno Iubilei notabilis indulgentia.

Reuerendiſſimus Cardinalis Campegius ordinis noſtri protector Bononiæ, menſe Martij, 1530. obtinuit à Clemente VII. Papa, omnia indulta, & priuilegia conceſſa, elapſis temporibus, prelatis ordinis noſtri, cum promiſſione, quod tempore Pontificatus ſanctitatis ſuæ, nunquàm habuit animum annullandi dictam auctoritatem, non obſtante quotanna publicatione Bullæ in Cœna Domini.

Obtinuit item à Summo Pontifice, quod moniales noſtræ S. Guillelmi, iuxtà Ferrariam, poſſint facere officium B. Catherinæ Bononienſis, prout faciunt moniales Bononiæ.

Obtinuit item à prædicto Summo Pontifice Clemente VII. vt fratres ordinis noſtri Laici, de conſilio medicorum, tuta conſcientia poſſint phlebotomi, atque ſanguinem, ex venis fratrum infirmorum extrahere, & quoad fratres tantùm, & non ſæculares, quia Sanctitas ſua hoc nobis expreſſè dixit, atque prohibuit.

Item, Bononiæ, 1530. obtinuit viuæ vocis oraculo à SS. Domino noſtro Papa Clemente VII. quod fratres noſtri, vbique degentes, poſſint celebrare feſta, quorum ſancti ſunt protectores terrarum, vel ſub quorum nomine, eccleſiæ noſtræ intitulantur ſub duplici, reſpectiuè tamen. Ita habetur in regiſtro ordinis.

PAVLVS PAPA TERTIVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Prohibet, quod fratres exempti non habitent in locis, vbi ſunt Monaſteria.

PAulus Papa Tertius, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs eorundem Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialibus, ſeu Vicarijs in ſpiritualibus, generalibus, & eorum cuilibet. Sãlutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit, Dilectus filius, Vincẽtius Lunellus, ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ nuncupatorum, profeſſor, & totius ipſius Ordinis Generalis miniſter, quod diuerſi fratres Ordinis Fratrum Minorum regularis obſeruantiæ profeſſores, prætextu diuerſarum literarum à nobis, ſeu maiori Pœnitentiario noſtro, ſubreptitiè, & obreptitiè extortarum, ab obedientia ſuorum ſuperiorum ſe ſubtraxerũt, & habitu dicti ordinis dimiſſo, ſeu etiam quandoque retento, per prouincias, in quibus ſub obedientia viſi, & verſati fuerunt, ſoli vagantur, & alia eorum profeſſioni minimè conuenientia faciunt, propter quæ, reliqui eiuſdem ordinis profeſſores, ſub obedientia viuentes, plurimùm perturbantur, & exinde etiam, ſcandalum in populis generatur. Quare idem Vincentius miniſter, nobis humiliter ſupplicari fecit, vt ſibi in præmiſſis, opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ordinis huiuſmodi ſalubrem directionem ſinceris deſiderãtes affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & cuilibet veſtrum per præſentes committimus, & mãdamus quatenus vos, vel duo, aut vnus eorũ p ſe, vel aliũ, ſeu alios, vocatis, quorũ intereſt, ſingulas literas huiuſmodi ſuper caſũ ſubreptione, vel obreptione, aut intentionis defectu, auctoritate noſtra diligenter examinetis, & vbi illas, ex ſubreptione, vel obreptione, aut intẽtionis defectu, nullitatis vitio ſubiacere repertis, eoſdẽ fratres ad obedientiã ipſam, dicta auctoritate reuocare, & reducere curetis. Nec patiamini aliquos fratres, qui prætextu literarum à

nobis,

nobis,etiam in forma breuis,aut à pęnitentiario noſtro præfato,pro tempore extortarum,ab obedientia ſuperiorum ſuorum ſe ſubtraxerint, ſi habitum ordinis prædicti dimiſerunt, in locis, in quibus in habitu dicti ordinis,viſi fuerint reſidere, & ſi habitum ipſius ordinis geſtauerint vbicumq; fuerint, eos aliquod ſignum,per quod à fratribus dicti ordinis ſub obedientia remanentibus,dignoſcantur, deferre cogatis,necnō generali, & prouincialibus magiſtris pro tempore exiſtentibus,ac fratribus ipſius ordinis,conuentualibus nuncupatis, ne aliquos fratres ſub regulari obſeruantia degentes,abſque prælatorum ſuorum ſpeciali licentia in ſcriptis habita, in eorum domibus,& locis,præter, aut contra tenorem literarum fę,re. Leonis Papæ Decimi prædeceſſoris noſtri,ſuper concordia inter fratres de obſeruantia,& conuentuales nuncupatos, emanatarum, recipere,ſiue retinere præſumant, diſtrictius inhibeatis,ac eis,vt ſi quos contra tenorem literarū huiuſmodi iam receperint, eos infra competentem terminum,eis per vos, poſtquam deſuper per dictos fratres de obſeruantia nūcupatos, requiſiti fuerint,præfigendum, ad domum à qua receſſerunt, remittant,moneatis,& requiratis. Contradictores, moleſtatores, & perturbatores quoſlibet, & vobis in præmiſſis non parentes,per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas,ac alia oportuna iuris remedia,appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac contra eos,ſi opus fuerit,auxilium brachij ſæcularis inuocando,cæteraque in præmiſſis,& circa ea neceſſaria,ſeu quomodolibet oportuna faciendo, & exequendo. Non obſtantibus pręmiſſis,ac piæ me. Bonifacij Papæ Octaui,etiam prædeceſſoris noſtri, de vna,& Concilij generalis,de duabus dietis, dūmodo vltra tres dietas quis auctoritate præſentiū non trahatur,ac quibuſuis aliis conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,priuilegiis quoque, indultis,& literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem Apoſtolicam, ſub quibuſcumque tenoribus,& formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis,etiam motu proprio, aut alias quomodolibet,etiam pluries conceſſis,confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione,de illis, eorumque totis tenoribus,ſpecialis,expreſſa,& indiuidua mentio habenda ſit,illorum tenores,ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat,ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,munitis, eadē prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem originalibus literis adhiberetur,ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Datum Romæ,apud Sanctū Marcū,ſub annulo Piſcatoris,die trigeſima Maij, 1540. Pont.noſtri,anno ſexto.

Bulla Secunda.

S V M M A R I V M.

1 *Monialibus Sanctæ Claræ conceditur,vt incipiant ieiunium Aduentus à feſto S. Andreæ.*

2 *Sex perſonæ intrare poſſunt Clauſtra monaſterii ad ſepeliendum monialium mortuam.*

FRanciſcus miſeratione diuina, & Sanctæ Crucis in Hieruſalem S.R.E.presbyter Cardinalis, de Quiñones. Vniuerſis Chriſti fidelibus, ſalutē in Domino ſempiternam. Hodie ſanctiſſimus in Chriſto Pater,& Dominus noſter,Dominus Paulus diuina prouidentia Papa Tertius, ſupplicationibus noſtris per nos,ex parte dilecti Fratris Frāciſci Caſtelli,procuratoris Ordinis Minorum Obſeruātiæ, porrectis inclinatus. Intelligens, quod aliquæ moniales, Fratribus Minoribus de Obſeruantia, ſubditæ, habent facultatem à ſede Apoſtolica incipiendi ieiunium Aduentus,Dominica à feſto S. Andreæ contra ritum,& conſuetudinem aliorum monaſteriorū dicti ordinis,vt cōformitas in omnibus ſeruaretur, & earum fragilitati naturali conſulatur. Omnibus, & ſingulis monialibus,etiam Sanctæ Claræ prædictis,vt à dicto feſto Sancti Andreæ ieiunium Aduentus prædictum,non obſtante eadem regula,ac quibuſcunq; aliis ſtatutis,& conſuetudinibus, eas obligantibus,accedente tamen earum prælatorum arbitrio,inchoare. Item,cum cōſuetudo in aliquibus locis Hiſpaniæ admiſerit,quod cum aliquæ moniales ab humanis diſcedere contigerit, ſex fratres ingredi,& intrare ſolent monaſterium, ad eas ſepeliē dum,& de eo nonnulli fratres conſcientiā formant. Vt de cætero,abſque aliquo ſcrupulo conſcientiæ, clauſtrum dicti monaſterij intrare, huiuſmodique munere fungi poſſint,& valeant. Per ſummum viuæ vocis oraculum,nobis deſuper factum,auctoritate Apoſtolica diſpenſauit,conceſſit,& indulſit. In quorum omnium,& ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes manu noſtra ſubſcriptas,per ſecretarium noſtrum fieri, & ſubſcribi, ac ſigilli,quo in ſimilibus vtimur,iuſſimus,& fecimus appenſione communiri. Dat. Romæ, apud Campū Martium,in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ,ſub anno à Natiuitate Domini, 1536. Indictione 9. die vero 30. menſis Martij, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ,anno 2.

Vide in to. 3. qq. re. q. 47. arti. 4. ver. 3. ſeu ſeu eſt.

Bulla Tertia.

Habetur authentica in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Eximens Fratres Minores ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis confirmans priuilegia ſuorum prædeceſſorum id ipſum concedentia.

PAulus Papa Tertius. Ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circūſpecta,ea quæ per ſedem Apoſtolicam, pro religioſarum perſonarum tranquillitate,& quiete, prouide ſtatuta,& ordinata noſcuntur,vt illibata perſiſtant, Apoſtolico conſueuit munimine roborare, ac alias deſuper prouidere,prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Exponi nobis nuper fecit, dilectus filius frater Antonius de Sancto Michaele, Ordinis Minorum regularis obſeruātiæ,in noſtra curia eiuſdem ordinis Commiſſarius. Quod licet per fœlicis recordationis,Clemētem Quartum, Sixtum etiam Quartum, Innocentium Octauum, ac Leonem Decimum, Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros Inquiſitoribus hæreticę prauitatis,tam Apoſtolica, quam ordinaria auctoritatibus,in quibuſuis mundi partibus,præſertim Hiſpaniarum Regnis, & dominiis deputatis, ſub certis eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, expreſſe inhibitum fuerit, ne pretextu quarumcumque facultatum, & literarum Apoſtolicarum, ipſis,ac officio eorum, cum quibuſuis clauſulis,quantumcumque fortiſſimis,efficaciſſimis, & inſolitis,conceſſarum contra fratres dicti ordinis, quomodolibet procedere, vel de illis directe, vel in-

Vide in to. 2. qq. reg. q. 81. ar. 1. vbi reſoluitur quod ſaltē in Hiſpaniis hoc non eſt in vſu.

indirecte, quouis quæſito colore, ſe intromittere auderent. Præfatus Leo Papa prædeceſſor, eiſdem Inquiſitoribus, ne contra dictos fratres, ſe, vt præfertur, intromitterent, ſed ſi forſan aliquid catenus contra eos egiſſent, eos capiendo, vel alia faciendo, fratres ſic captos ac quoſcunque proceſſus habitos & ſcripturas, deſuper confectas, eorundem fratrum ſuperioribus, aut per eorum caſtigari deberent, traderent, etiam mandauerit, prout in eorundem prædeceſſorum deſuper confectis literis, quarum tenores, præſentibus, pro inſertis ac ſufficienter expreſſis haberi volumus, plenius continetur. Nihilominus nonnulli ex dictis Inquiſitoribus in Regno Hiſpaniæ conſtitutis, literis, & mãdatis Apoſtolicis huiuſmodi contemptis, in magnam dicti ordinis turbationem, & ſcandalum plurimorum, contra eoſdẽ fratres procedere, eoſque carceribus mancipare nõ verentur. Quare pro parte ipſius Antonij de S. Michaele Commiſſarij, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper his oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ordinẽ præfatum, propter vberes fructus, quos in agro militantis eccleſiæ hactenus attulit, & in dies afferre non ceſſat, ſpeciali dilectione proſequimur, illius priuilegiorum conſeruationi conſulere volẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas prædeceſſorum huiuſmodi, ac prout illas concernunt, omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia, tenore præſentium cõfirmantes, & approbantes, ac perpetuæ firmitatis robur habere decernentes Vniuerſis, & ſingulis Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis huiuſmodi, per ſedem præfatã, vel alias quomodolibet deputatis, ſeu in poſterum deputandis, in præfato Regno Hiſpaniæ, vel alibi per vniuerſum orbẽ conſiſten. cuiuſcũque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtãt, & fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis & ſingulorum beneficiorũ, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, aliiſque cenſuris, & pœnis, in huiuſmodi prædeceſſorum literis contentis, quas contra facientes, eo ipſo incurrere volumus, authoritate, & tenore ſimilibus, diſtricte præcipimus, & mãdamus ne de cætero contra quempiam dicti ordinis fratrũ Minorum profeſſorem, quouis modo, directe, vel indirecte, contra dictarum literarum tenorem, procedere, vel ſe intromittere, aut huiuſmodi Inquiſitionis officium exercere præſumant. Et ſi quos forſan eiuſdem ordinis profeſſores capere, ſeu carceribus mãcipare hucuſque præſumpſerint, fratres ipſos ſic captos, iuxta tenorem prædictum remittant, & nihilominus vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis eorum ſpiritualibus Vicariis Generalibus, cæteriſque perſonis in Eccleſiaſtica dignitate cõſtitutis, ſimiliter committimus, & mãdamus, quatenus ipſi, vel eorum aliqui, per ſe, vel alium, ſeu alios, qui deſuper pro parte alicuius profeſſoris dicti ordinis, pro tempore fuerint requiſiti, eiſdem requirẽtibus in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, literas prædeceſſorum huiuſmodi, & noſtras ſolemniter publicari, necnon omnia, & ſingula in eis contenta, ab omnibus, & ſingulis, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari faciant, non permittẽtes, aliquid per quoſcunque, quacumque dignitate, præeminentia, & auctoritate fungentes, contra eorundem prædeceſſorum, & noſtrarum literarum huiuſmodi, tenorem, quomodolibet attentari. Et ſi quos, ex his, eas cenſuras, & pœnas huiuſmodi prædeceſſorum, & noſtris literis, & mandatis prædictis non parendo, incurriſſe conſtiterit, excommunicatos, & priuatos publice nuncient, ſeu enunciari, & ab omnibus euitari, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, cẽſuras ipſas, iteratis vicibus aggrauare faciant. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per eaſdem cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſanctæ memoriæ. Bonifacij Papę Octaui, etiam prędeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio generali, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas, quis vigore præſentium, ad iudicium nõ trahatur, & aliis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus his, quæ prædeceſſores præfati in ſingulis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcũque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę, ſignatis, & manu alicuius publici notarij ſubſcriptis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ originalibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Aprilis, 1546. Pontificatus noſtri, anno duodecimo.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Quod moniales Sanctæ Claræ ſint exempta à ſolutione decimarum ſi non habeant reditus ſufficientes pro ſuſtentatione monialium: taxãtur autem pro qualibet moniali ſexdecim ducati auri de camera.

PAulus Papa Tertius. Ad futuram rei memoriã. Solet Romanus Põtifex, exemptionum, immunitatum, aliarumque gratiarum largus diſpenſator, per eius, prouidam circumſpectionem, huiuſmodi libertates, ac priuilegia, & indulta, à ſe, & prędeceſſoribus ſuis emanata, quoties in alicuius præiudicium redundaſſe comperitur: illa plerumq; tollendo, aut reuocando, quandoque vero moderando, reſtringendo, & reformando, ſuę declarationis oraculo, interpretari, prout negotiorum qualitate, & temporum conditione inſpectis, conſpicit in domino ſalubriter expedire. Dudum, poſtquam olim Sixtus Papa Quartus, prędeceſſor noſter, inter alia ſtatuerat, & ordinauerat. quod Abbatiſſę, & moniales ſancti Damiani, & Minoriſſarum Sanctę Clarę, ordinis eiuſdem ſanctę, monaſteriorum ſub cura generalis miniſtri, aliorumque officialium, ordinis fratrum Minorum, vbilibet conſtitutorum, de quibuſuis terris, & poſſeſſionibus, ad eas pertinentibus, & ſpectantibus, quas etiam per alios, quam monaſteriorum eorundem, ſeruitores, & ſubditos, tunc excoli faciebant, & pro tempore facerent, decimas, primitias, aut cenſus, non tamen Apoſtolica auctoritate impoſitos, quibuſuis perſonis, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis forent, ſoluere minime tenerentur, neque ipſę, aut terrarum, vel poſſeſſionum eorundem coloni, ſeu cultores ad ſolutionem decimarum, primitiarum, aut cenſuum huiuſmodi, per quoſcumque moleſtari, aut propterea contra eos procedi, vel pœnę aliquę promulgari poſſent; & pię me. Leo Decimus, etiam prędeceſſor noſter, omnia, & ſingula priuilegia, gratias, prętogatiuas, exemptiones, & indulta, eiſdem monialibus Sancti Damiani, & Minoriſſarum monaſteriorum Sanctę Claræ huiuſmodi, vbilibet conſtitutorum, per quoſcumque Romanos Pontifices, pręſertim, Rec. me. Eugenium Quartum, Nicolaũ, etiam Quartum, Bonifacium Octauum, Ioannem XXII. Clementem Tertium, Alexandrum Quintũ, & Benedictum Vndecimum, ſimiliter prędeceſſores noſtros, reſpectiue ſub quibuſuis verborum formis

Vide in to. 2. qq. reg. 44. ar. 5. & in to. 3. qq. reg. qq. 74. art. 16.

Digitized by Google

mis conceſſas,& conceſſa,ad Abbatiſſas,ſeu matres moniales, vel ſorores tertiæ regulæ Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupatas, in communi viuentes, etiam ſi tunc inter dilectas in Chriſto filias Abbatiſſam,& matrem,& moniales monaſteriorũ Sancti Michaelis,alias Matris Dei oppidi de Talauera, Toletan,diœceſis, & ex aduerſo, tunc Epiſcopum, & dilectos filios,capitulum Hiennen,ſuper ſolutione decimarum,& primitiarum prædictarom, corã aliquo ex palatij Apoſtolici cauſarum auditoribus, ac illorum loca tenentibus,penderet tunc lis,illius ſtatum,ac nomen,& cognomen dicti auditorij, ſeu locum tenentis,pro expreſſis habens,primo extendi,& ampliari voluerat,illaque omnia,etiam quæ, vt præfertur,per præfatum Sixtum prædeceſſorem conceſſa ſunt, eiſdem Abbatiſſis, ſeu monialibus, matribus, vel ſororibus tertiæ regulæ huiuſmodi, ſpecialiter, & expreſſe conceſſerat, ac eiſdem, vt omnibus,& ſingulis priuilegiis,gratiis, prærogatiuis,exemptionibus. & indulgentiis, ſub quibuſuis verborom formis,Abbatiſſis, & monialibus Sancti Damiani, ac Minoriſſarum Sanctæ Claræ ordinis eiuſdem ſancti prædictis per ſedem Apoſtolicã in poſterum concedendis,vti,potiri,& gaudere, libere,& licite valeant,indulſerat,& ſucceſſiue,ad preces tunc Abbatiſſarum, & monialium dicti ordinis Sanctæ Claræ, ſub cura fratrum Minorum regularis obſeruantiæ degentium,præfati Sixti prædeceſſoris ſtatutum,& ordinationem, ſuper eo, quod ipſe,de quibuſcunque terris, & poſſeſſionibus ad eas legitime pertinentibus, quam etiam per alios, quã per eorundem monaſteriorum ſeruitores, & ſubiectos,coli,& cultiuari faciebant, & pro tempore facerent decimas,primitias, aut cenſus, non tamen, vt præfertur,Apoſtolica auctoritate impoſitos quibuſuis perſonis,cuiuſcumque dignitatis,ſtatus, gradus,ordinis,vel conditionis forent, ſoluere minimè tenerentur,neque ipſe,aut terrarum, vel poſſeſſionum earundem coloni,ſeu cultores, ob non ſolutionem decimarum,primitiarum,aut cenſuum huiuſmodi,per quempiam moleſtari, nec contra eos propterea procedi, aut pœnæ aliquæ promulgari poſſint,cum poſitione irritantis decreti,& aliis tunc expreſſis clauſulis conceſſa,innouauerat, confirmauerat,& approbauerat,ac potiori pro cautela,omnia, & ſingula præmiſſa eiſdem Abbatiſſis, & monialibus de nouo conceſſerat. Ac deinde cum idem Leo prædeceſſor,ad ſupplicationem tunc Abulenſis, & Segobienſis,aliorumque cathedralium, & Metropolitanarum,& collegiatarum,capitulorum,necnõ Rectorum,cæterarumque perſonarum, parochialium,& aliarum eccleſiarum Caſtellę, & Legionis Regnorum nominibus ius in dictis decimis, & primitiis,vel ad illas ſe habere prætendentium,ex certis tunc expreſſis cauſis,conceſſiones, & indulta huiuſmodi,quoad ea,per quæ ſuper decimis,& primitiis huiuſmodi,Archiepiſcopis, Epiſcopis, capitulis,Rectoribus,& perſonis præfatis, eccleſiarumq; earundem fabricis,ius quæſitum, tolleretur, aut alias præiudicium generaretur, & ſi quæ, illorum prætextu ſuper his, lites coram aliquo, ſeu aliquibus ex eiſdem auditoribus,ſeu loca tenentibus, aut quibuſuis aliis iudicibus inter Archiepiſcopos,Epiſcopos, capitula, Rectores, & perſonas, ac ex aduerſo Abbatiſſas,ſeu matres,& moniales, vel ſorores præfatas,aut eorum aliquos,in quibuſuis inſtantiis penderent indeciſæ,earum ſtatus pro expreſſis habens,cum inde ſecutis quibuſcunque, ad vim,& diſpoſitionem iuris communis reduxiſſet, ſeu reduci mandaſſet, certis ad id executoribus deputatis. Pro parte miniſtri generalis dicti ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ ſanctæ me. Clementis Papæ Septimo etiam prædeceſſori noſtro, expoſito, quod nonnullę Abbatiſſæ, & moniales monaſteriorum Sanctæ Claræ Annunciationis, & Conceptionis ordinum, & in communi viuentes, tertiæ Regulæ Sancti Franciſci huiuſmodi, ſub ſua, & pro tempore exiſtentes miniſtri generalis,ac aliorum ordinis,& obſeruantiæ prædictorum fratrum, cura,& obedientia, vbique locorum exiſtentes, adeo erant pauperes,quod redditibus,& prouentibus ipſorum monaſteriorum,locorum, nullo modo ſe ſuſtentare poterant, vnde frequenter contingebat ipſas,vitæ neceſſaria,induſtria, & labore manuum ſuarum quærendo, ab ſpiritualiom cõtemplatione, & diuinorum obſequiorum miniſterio, retrahi & impediri. Idem Clemens Septimus, ad ſupplicationem præfati miniſtri generalis,dicti Leonis prædeceſſoris,voluntatem,conceſſionem,& indultũ, priora huiuſmodi,ac pro illa reſpectiue cõcernebat, in eis contenta quæcumque expreſſe approbando, & innouando,illaque potiori pro cautela de nouo cõcedendo,ſupplendoque omnes,& ſingulos,tam iuris,quam facti defectus, ſiqui forſan interuenerint in eiſdem ſtatuerat,& ordinauerat, quod perpetuis futuris temporibus,Abbatiſſę,moniales,& ſorores, ac monaſteria,& loca huiuſmodi, terras, & poſſeſſiones,tam per alienos,quam proprios colonos ordinatus,ac familiares monaſteriorum ſuorum excoli,& cultiuari facientes,ſi exinde pro earum ſuſtentatione,ſufficientes redditus non haberent, pro fructibus ex illis exercentibus, Rectoribus parochialium eccleſiarum,infra quarum limites poſſeſſiones ipſæ conſiſtebant,quibuſuis aliis perſonis, cuiuſcũque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis, vel conditionis, etiam ſi ipſius Clementis prædeceſſoris commiſſarij forent,decimas,aut primitias,taxas,vel collectas,ſeu exactiones, etiam per ipſum Clementem prędeceſſorem,& ſedem prædictam, vel eius legatus,& nuntios,aut quoſcunque alios, quauis occaſione,vel cauſa, etiam pro fidei Chriſtianę tuitione, ſeu expeditione contra Turcas, aut recuperatione terrę ſanctę,vel alia quauis vrgentiſſima cauſa impoſitas,& imponendas,etiam pretextu quarũuis cenſurarum,& pęnarum eccleſiaſticarum, in literis exactionis huiuſmodi contentarum, ſoluere minime tenerentur,neque ad id per executores,vel commiſſarios inibi deputatos, quauis auctoritate cogi,vel compelli poſſent, decreuerat prout in diuerſis Sixti,Leonis,& Clementis, prędeceſſorũ huiuſmodi,deſuper confectis literis,latius cõtinetur, Nos cum ad noſtrã deueniſſet notitiam,quod prefati Archiepiſcopi,capitula,Rectores, beneficiati, & alię perſonę, necnon eccleſiarum earundem fabricę,ac pro illis agentes,literis Clementis prędeceſſoris huiuſmodi parere recuſabant,ipſaſque Abbatiſſas,matres,moniales,& ſorores,earundemque monaſteria,loca indifferenter,ſuper ſolutione decimarum, & primitiarum prædictarum, multipliciter vexare,moleſtare,& perturbare non deſinebãt, contra priuilegia,& indulta, ac literas huiuſmodi, quamuis vſu recepta,& obſeruata,temere, & de facto veniendo: cupientes vexationibus, moleſtiis, & perturbationibus obuiare, ac ex certis aliis rationabilibus cauſis,noſtrum animum mouentibus, eiuſdem Clementis prædeceſſoris literas, tanquam iuri,& æquitati conſonas, ac in eis contenta quæcũque,motu proprio,nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam,ac ex noſtra certa ſciẽtia,per quaſdam innouauimus,confirmauimus, & approbauimus,illaque de nouo conceſſimus. Succeſſiue vero nobis ſuggeſtu,pro parte tunc Epiſcopi,& dilectorum filiorum capituli Salmantini, aſſerentium,ſibi per literas Clementis prædeceſſoris aliaque priuilegia,& indulta eiſdem Abbatiſſis,matribus,monialibus,& ſororibus, eorumque mona-

ſte-

ſteriis, & locis, cõceſſa, huiuſmodi ius quæſitum tolli, quodque Abbatiſſæ, matres, moniales, & ſorores præfatæ, licet adeo diuitiis abundarent, quod decimas, & primitias prædictas ſoluere commode valerent, nihilominus, ab illarum ſolutione, occaſione conſictæ, ac ſimulatæ paupertatis, indebite ſe ſubtrahebant. Nos nulla prorſus de innouatione, confirmatione, approbatione, & conceſſione, noſtris prædictis, mentione habita, præfati Leonis prædeceſſoris, poſteriores literas prædictas, priuilegia, & indulta huiuſmodi, ad ius commune, vt præfertur, reducentes, & in illis contenta quæcumque, iuxta illarum continentiam, & tenorem, per alias noſtras in forma breuis literas, obſeruari mandauimus, perinde, ac ſi literæ Clementis prędeceſſoris huiuſmodi, non emanaſſent; certis etiam ad id, inibi per nos executoribus deputatis, prout in ſingulis noſtris literis, prædictis, etiam plenius continetur. Cum autem, ſicut accepimus, licet poſteriores literæ noſtræ prædictæ, occaſione diuitiarum, quibus nonnullas Abbatiſſas, & moniales præfatas abundare aſſerebantur, vt præfertur, obtentæ, ad illas, quæ congruam ex redditibus non habent ſuſtentationem extendi non debeant, à nonnullis tamen aſſeratur, per eaſdem literas, quæ ſimpliciter, & indiſtinctè innouationem, confirmationem, & approbationẽ poſteriorum literarum Leonis, perinde, ac ſi Clementis, prædeceſſorum prædictorum literæ huiuſmodi, non emanaſſent, continent, fuiſſe, & eſſe ipſius Clementis prædeceſſoris literis huiuſmodi ſufficienter derogatum. Nos ad tollendum omne dubium, quod de cætero inter Abbatiſſas, & moniales, ac Epiſcopos, capitula, Rectores, fabricas, & perſonas huiuſmodi oriri contingeret, ſingularum dictarum literarum, necnon litium, & cauſarum, ſi quæ ſuper dictis decimis, & primitiis inter Epiſcopos, Archiepiſcopos, capitula, Rectores, ſua intereſſe putantes, necnon Abbatiſſas, moniales, & ſorores huiuſmodi, vel ipſorum aliquos, in Romana curia, vel extra eam, coram quibuſuis iudicibus, etiam dicti Palatij auditoribus, ſeu loca tenentibus, ac aliis perſonis, in quibuſuis inſtantiis pendeant, ſtatum, nominaque, & cognomina iudicum, & collitigantium, aliorumque neceſſariorum exprimendorum qualitates, & circumſtantias, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes: motu ſimili, non ad alicuius nobis ſuper hoc, oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præſentium tenore volumus, ſtatuimus, & ordinamus, quod Abbatiſſæ, moniales, matres, & ſorores ordinis Sanctæ Claræ, de obſeruantia nuncupatæ, in communi viuentes prædictæ, in eiſdem Regnis exiſtentes, necnon domos, monaſteria, loca, poſſeſſiones, & alia quæcumque bona mobilia, & immobilia, ſi ex earum redditibus congruam non habent ſuſtentationem, taxãdam videlicet pro vnaquaque moniali, ad ſexdecim ducatos auri de camera, à ſolutione, & præſtatione decimarum, & primitiarum prædictarum, iuxta eiuſdem Clementis prædeceſſoris, literarum prædictarum tenorem ſint, & eſſe debeant prorſus, & omnino exemptæ, & immunes, neque deſuper à quocumque moleſtari, vexari, vel perturbari poſſint. Quodque poſteriores noſtræ prædictæ, Abbatiſſas, moniales, matres, & ſorores, ex ſuorum monaſteriorum redditibus, congruam ſuſtentationem, vltra ſummam dictorum ſexdecim ducatorum, pro earum qualibet, habentes duntaxat comprehendant, ſicque per auditores pręfatos aut alios iudices quoſcumque, tam in dicta curia, quam extra illam, in quibuſuis inſtantiis, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ſublata quauis, aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, irritumque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoque quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et nihilominus, omnibus, & ſingulis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Vicariis, & quibuſuis aliis, ad decimarum, & primitiarum huiuſmodi, deputatis, & pro tempore deputandis, exactionem, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas, moniales, & ſorores, domos, ac monaſteria, & loca præfata, vigore quarumcumque literarum à nobis, vel ſede præfata, pro tempore emanandarum, etiam ſi in eis caueatur expreſſe, quod ad quæuis exempta, vel non exempta loca, & monaſteria, ſe extendant, vel aliqua ſibi, cuiuſcumque tenoris exiſtat, ipſius ſedis facultate conceſſa, niſi de indulto huiuſmodi, eiuſque toto tenore, ac de dictis ordinibus, & nomine Cardinalis, cui dictorum ordinum, cura, gubernatio, & protectio, pro tempore conceſſæ fuerint, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, fecerint mentionem, ad ſoluendum decimas, & primitias huiuſmodi, contra præſentium tenorem, quouis modo cogere, aut compellere, ſeu alias moleſtare, ſeu inquietare pręſumant. Quocirca, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs, Abbatibus, prioribus, prępoſitis, decanis, Archidiaconis, & aliis perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, ac Metropolitanarum, & aliarum cathedralium eccleſiarum canonicis, necnon eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialibus, vbilibet conſtitutis, per eaſdem pręſentes, motu ſimili mãdamus: quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, eiſdem Abbatiſſis, monialibus matribus, & ſororibus, in pręmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant pręſentes literas, & in eis contenta quęcumque, quoties deſuper fuerint requiſiti, inuiolabiliter obſeruari. Non permittentes, eaſdem Abbatiſſas, matres, moniales, & ſorores in communi viuentes, contra eundem tenorem, quomodolibet moleſtari, vexari, vel perturbari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, & legitimis deſuper habendis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras pręd ictas, contra inhibentes quoſlibet, & rebelles declarando, ac iteratis vicibus aggrauando, interdictumque eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam deſuper, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus pręmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę idem Clemens prędeceſſor, in ſuis literis prędictis voluit non obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi Archiepiſcopis, Epiſcopis, capitulis, Rectoribus, beneficiatis, & aliis, ſua intereſſe putantibus, præfatis, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, volumus autem, quod præſentium literarum tranſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel iudicis ordinarij muniti, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus literis adhiberetur, ſi originaliter oſtenſæ, vel exhibitæ fuiſſent. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die decimo nono Auguſti, Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto Pontificatus noſtri, anno 12.

Con-

Bulla Quinta.

Confirmatio priuilegiorum, & indultorum Fratrum Ordinis Minorum conuentualium Sancti Franciſci.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio priuilegiorum.*
2 *Declaratio priuilegiorum circa bona temporalia.*
3 *Decretum irritans.*
4 *Clauſula derogatoria.*

PAulus Papa III. Dilectis filiis, Generali, & prouincialibus, magiſtris, vniuerſiſque fratribus ordinis Minorum conuentualium nuncupatorum.

DIlecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exhibita nobis nuper pro parte veſtra, petitio continebat, quod licet quam plura priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratiæ, & indulta, vobis, & ordini veſtro, per diuerſos Romanos Pontifices, præſertim Sixtum Quartum, per quaſdam, ſub pridie Kalendas Septembris, incipientes, Vniuerſalis eccleſiæ, Maremagnum nuncupatas, & Leonem Decimum, prædeceſſores noſtros, per alias, ſuper electione magiſtri generalis eiuſdem ordinis, vniuerſalique vnione, & concordia, inter vos, & fratres dicti ordinis Minorum, de obſeruantia nuncupatorum, initis, ſub pridie Idus Iunij datis, eorum Pontificatus quarto, reſpectiue annis deſuper confectas, ſub plumbo literas, Bullam concordiæ nuncupatas, conceſſa fuerint, & inter cætera, vobis per ſedem Apoſtolicam indultum fuerit, quod in temporalibus, nobis, in quibus de iure ſuccederetis, ſi in ſeculo maneretis, ſuccedere. Necnon legata, relicta, eleemoſynas, & quamcumque pecuniarum ſummam, aliquaque bona, quæ vobis in futurum relinqui, vel elargiri contingeret, recipere, tenere, & habere, ac in veſtros vſus conuertere, omnibuſque, & ſingulis aliis priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, gratiis, & indultis, fratribus dicti ordinis Minorum de obſeruantia nuncupatis, & illorum ordini, prædictis, quomodolibet conceſſis, vti, frui, & gaudere, libere, & licite poſſitis, prout in ſingulis prædictis, & aliis deſuper confectis literis, plenius continetur. Ipſaque priuilegia, exemptiones, immunitates, & libertates, gratiæ, indulta, & cóceſſiones, in viridi ſint obſeruantia, cupitis tamen pro maiori animi veſtri ſatisfactione, priuilegia, exemptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & conceſſiones huiuſmodi, authoritate noſtra roborari. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt votis veſtris huiuſmodi annuere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui quorumlibet Chriſti fidelium, præſertim religioſorũ, qui ſalutiferos fructus, in agro Dominico, continua eorum cultura producunt, vo-

1 tis, quantum nobis cum Deo licet, annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis, huius ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, exẽptiones, immunitates, libertates, gratias, indulta, & conceſſiones huiuſmodi, & deſuper confectas literas, quarum omnium tenores, hic pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & cófirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernentes ea, ita tamen, quod temporalia bona vobis per prædeceſſores noſtros conceſſa, de ſuperioris veſtri licentia tantum, in veſtros particulares vſus conuertere poſſitis, inuiolabiliter obſeruari, & vobis ſuffragari debere. Sicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios, quacumque authoritate fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, vel diffiniri debere, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari. Eaque, quatenus opus ſit, innouamus, & de nouo concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, necnon dictorum ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cóſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis in contrarium forſan conceſſis, vel concedendis. Quibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de eis, eorumque tenoribus, ſpecialis, & ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda foret, tenores huiuſmodi pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, habentes, hac vice duntaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus etiam, quod præſentium trãſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Octobris, 1540. Pont. noſtri, anno 6.

Vide i. to. 3. 99. ro. q. 8.

Pro ſororibus tertij ordinis Prædicatorum.

Bulla Sexta.

S V M M A R I V M.

Vota ſororum tertii ordinis collegialiter viuentium ſolemnia ſunt.

DIlectis filiis, Magiſtro generali, & Prouincialibus, & conuentualibus Prioribus, vniuerſiſq; fratribus ordinis Prædicatorum.

PAulus Papa III. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod licet alias fœl. rec. Sixtus Papa IIII. prædeceſſor noſter, accepto per eum, quod quidam fratres, & ſorores tertij ordinis Sancti Frãciſci, ex eius, vel prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum ſpeciali conceſſione, collegialiter viuẽtes, poſt annum probationis, in manibus ſui miniſtri, ſeu miniſtræ, ab eorum collegio canonice electi, vel electæ, coram toto ſuo collegio, tria ſubſtantialia vota emittebant, & quod à pleriſque dubitatur, an talia vota eſſent ſolemnia, & religionis obſeruantiæ obligarent, per ſuas literas decreuerit, & ſtatuerit, vota præfata, vt præmittitur emiſſa, vel quæ in futurum emitterentur, de cætero, eam vim, & efficaciã habere, quam ſolemnia vota habent, & omnẽ inducere effectum, quem inducunt ipſa vota ſolemnia, facta per quoſcumque religioſos, & religioſas de Religionibus à ſede Apoſtolica approbatis. Mandans omnibus, & ſingulis cuiuſcumque gradus, dignitatis, conditionis, & ordinis eſſent, ſub quorum cura, vel iuriſdictione, fratres, vel ſorores præfati degebant, vel morabantur, aut degere, vel demorari contingeret in futurũ, ne de cætero, fratres, vel ſorores præfati, præfata vota, modo præfato emittentes, matrimonium de cætero contrahere, ſeu antea contractum, poſt emiſſa vota huiuſmodi, conſummare, vel religionem ipſam dimittere, & ad ſecularem vitam redire permitterent. Quodque ſi ipſi fratres, & ſorores contrarium feciſſent, matri-

Vide in to. 3. qq. ro. q. 72. ar. 2.

mo-

Vide in 10. 1.99.ver.5. 30.

7 Quocirca, vniuerſis, & ſingulis locorũ ordinariis, eorumque Vicarijs, & aliis ſuperioribus mãdamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, ſi, & poſtquã præſentes literæ, eis intimatæ fuerint, ac quoties pro parte alicujus ex vobis, quilibet eorum fuerit requiſitus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem præſentes, ac in eis contenta quæcumque, firmiter obſeruari, nec permittant quemlibet ex vobis, ſuper præmiſſis, & eorum ſingulis, per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, impediri, aut inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac prohibitionibus, & literis Apoſtolicis, etiam per Sixtum Quartũ, in capitulo: Et ſi dominici, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, etiam conſiſtorialiter editis, & factis, quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus, pro expreſſis hãbentes, ad huiuſmodi effectum, pro hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, & derogatum eſſe decernimus, cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Volentes ẽt, & eadem authoritate Apoſtolica decernẽtes, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & alicuius prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſigillo munitis, eadẽ fides, vbique locorum, in iudicio, & extra illud, protſus adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Sic igitur, filij, his vobis conceſſis facultatibus, Omnipotentis Dei honorẽ, & animarum ſalutẽ efficaciter, ſicque diligenter vti ſtudeatis, quod per ſolicitudinis veſtræ ſolertiam, Catholicæ pietatis fructus proueniant, voſque exinde apud Deum, & homines non immerito cõmendemini. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Iunij, 1545. Pont. noſtri, anno 11.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

1 *Plena eſt adminiſtratio Præpoſito Generali poſt electionem.*
2 *Poteſt præpoſitus nonnunquam amoueri.*
3 *Præpoſiti circa miſſiones poteſtas.*
4 *Dignitas acceptari non poteſt abſque facultate.*
5 *Ambitioſus in Societate non eſt capax dignitatis.*
6 *A correctione regula non poteſt appellari.*
7 *Superiores non tenentur aliquem ad Prælati cuiuſquam miniſterium deputare.*
8 *Transferri poſſunt deputati ad certa negotia.*
9 *Præpoſitus per ſe, vel alios, poteſt omnes ſuos abſoluere, & circa irregulares diſpenſare, niſi ſint caſus enormes, iuxta Bullam Sixti IIII.*
10 *In Cenſuras reincidunt abſoluti, niſi mox intrent ſocietatem, & vota emittere parati ſint.*
11 *Perſona Societatis, cui debeant confiteri.*
12 *Qui vota emiſerint aliorum ordinem, præter Carthuſienſium ingredi non poſſunt.*
13 *Apoſtatæ, & inſolentes coerceri poſſunt.*
14 *Perſonæ, ac bona Societatis eximuntur.*
15 *Presbyteri habere poſſunt oratoria, & vſum altaris portatilis.*
16 *Interdicti tempore celebrare, ac Sacramenta miniſtrare licet Societati.*
17 *Familiaribus ſocietatis poſſunt adminiſtrari ſacramenta, & ſepultura.*
18 *Interdicti tempore, diuina poſſunt audire familiares, procuratores, & operarii ſocietatis.*
19 *Contra priuilegia a Paulo III. conceſſa, ferri nõ poſſunt ab vllo cenſura, nec dari eorũ interpretatio.*
20 *Qui ſocietatis concionibus interſunt, miſſas audire, & ſacramenta ibidem recipere poſſunt.*
21 *Volente Præpoſito poſſunt noſtri a quolibet Antiſtite in ſacris promoueri, abſque promiſſione, & obligatione.*
22 *In terris infidelium, & hæreticorum licet noſtris cõmorari de præpoſiti licentia*
23 *Noſtri non tenentur vllam ſuſcipere viſitationem, inſtitutam miniſtrationem, curamque Monialium.*
24 *Non tenentur ſoluere bonorum ſuorum decimam, vel aliam dare contributionem, ſeu procurationẽ, non obſtante Apoſtolica conſtitutione.*
25 *Domus, vel collegia, Societati donata, ſeu relicta, eo ipſo authoritate Apoſtolica cenſentur erecta.*
26 *Bona ſocietati donata pro collegiorum ſuſtentatione, etiam authoritate Apoſtolica reputantur applicata.*
27 *Eccleſiæ ſocietatis, benedici, & conſecrari poſſunt à quolibet Epiſcopo.*
28 *Non poſſunt impediri religioſi ſocietatis ab aliquo, in ſuis ædificiis erigendis.*
29 *Prælati ſocietatis poſſunt cum ſuis ſubditis in aliquibus irregularitatibus diſpenſare.*
30 *Fideles quicumque poſſunt confiteri religioſis ſocietatis, abſque Rectoris ſui facultate.*
31 *Licet ſingulis Chriſtianis Euchariſtiam à religioſis Societatis recipere præterquam in reſurrectione Domini, & in articulo mortis.*
32 *Qui aliquam Eccleſiam ſocietatis à Præpoſito deſignatam, ſemel in anno viſitauerit, indulgentiam plenariam conſequitur.*
33 *In certis diebus anni, indulgentia multorum annorũ conceduntur viſitantibus Eccleſias ſocietatis.*
34 *Præpoſitus, lectores in Theologia, & facultatibus omnibus deputare poteſt.*
35 *In terris infidelium, & partibus remotiſſimis, religioſi ſocietatis abſoluere poſſunt etiam à caſibus in Bulla Cœna Domini reſeruatis.*
36 *Religioſi ſocietatis, in gradibus iure diuino non prohibitis, in locis remotiſſimis poſſunt diſpenſare.*
37 *In locis remotiſſimis Eccleſias erigere, & reformare poſſunt, ſimiliter reconciliare.*
38 *In locis remotiſſimis poſſunt ſtatuta condere, & decedente Prouinciali, alium eligere.*
39 *In locis remotiſſimis poſſunt bis in die celebrare.*
40 *Profeſſio in ſocietate vbique locorum emitti poteſt.*
41 *Coadiutores in Societate, ſine certo numero admitti poſſunt.*
42 *Gratias à Paulo tertio conceſſas, poteſt Generalis per alios exercere.*
43 *Societas, eiuſq; perſonæ Principibus, ac prælatis commendantur.*
44 *Iudices conſeruatores pro illorum conſeruatione conſtituuntur.*

PAulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Licet debitum Paſtoralis officij, omnibus regularem vitam ducentibus, vt in ſuis diſciplinis, & laudabilibus inſtitutis conſeruentur, & augeantur, nos reddat fauorabiles, & benignos: ad ſocietatem vero de Ieſu, per nos inſtitutam, & approbatam, cuius ſpecimen, veluti ager fertilis, in Domino multiplices, atque vberes fructus animarum, ad ſummi Regis laudem, & fidei incrementorum, attulit, & affert quotidie, verbo, & exemplo in populo Chriſtiano, dirigentes præcipue, velut pius pater, oculos mentis noſtræ, dignum cenſemus, vt ipſam ſocietatem, eiuſque in odorem ſuauitatis, Altiſſimo deſeruiẽtes perſonas, ſpecialibus fauoribus proſequamur, illaque ſibi fauorabiliter cõcedamus, per quæ ſocietas ipſa vtiliter regi, & proſpere dirigi, ac ad animarum auxilium, fideliter in

Do-

1 Domino procedere valeat. Hinc eſt, quòd nos dilecto-
Vide ĩ to. 2. qq. re. q. 37. ar. 1. & 2. rum filiorum Ignatij de Loyola modern: præpoſiti
Generalis, & aliorum ſociorum eiuſdem ordinis,
ſupplicationibus inclinati, ſibi, vt Præpoſitus Gene
ralis dictæ ſocietatis, pro tempore exiſtens, cum pri
mum iuxta conſtitutiones eiuſdem ſocietatis, in il-
lius Præpoſitum electus fuerit, eo ipſo, verus ipſius
Religionis Generalis Præpoſitus, cum libera, Ge-
nerali, & omnimoda cura, & adminiſtratione om-
nium, & ſingulorum, ad fœlix regimen, & proſpe-
ram directionem dictæ ſocietatis ſpectantium, &
pertinentium, ſit & eſſe cenſeatur, ac ſuum Præpo-
ſiti officium in omnibus exercere incipiat, ac ple-
2 nam in vniuerſos eiuſdem Societatis ſocios, & per-
ſonas, ſub eius obedientia degentes, vbilibet cõmo
rantes, etiam exemptos, etiam quaſcumque facul-
tates habentes, ſuam iuriſdictionem exerceat, poſ-
ſitque, & debeat dictus Præpoſitus, per perſonas ad
id à dicta ſocietate facultatem habentes, & ad id
deputatas, in certis caſibus, iuxta dictas conſtitutio
nes amoueri, & alius ipſius loco per eaſdem perſo-
nas ſubſtitui, & alias, prout perſonæ deputatæ præ
dictæ, id in Domino conſpexerint, ſalubriter expe-
dire, ac ipſemet Præpoſitus pro tempore exiſtens,
ire. & ſuos quoſcumque locorum, etiam inter infi-
deles, cum expedire in Domino iudicabit, mittere,
3 ac reuocare, & per nos, ac ſucceſſores noſtros, ad
Vide ĩ to. 3. qq. re q. 19. art. 7. locum aliquem miſſos, ſine temporis certi limitatio
ne, cum id expedire ad Dei Gloriam, & animarum
auxilium, viſum erit (ſuper quo conſcientiam dicti
Præpoſiti oneramus) ad alia loca tranſmittere, libe
re, & licite valeat, qui vbicumque morari contin-
gat, ad nutum noſtrum, & Romani Pontificis pro
tempore exiſtentis, ad ſedem Apoſtolicam, ſeu quo
oportuerit, & ſibi per dictam ſedem iniunctum fue
rit, iuxta ipſius ſocietatis profeſſionem, venire de-
Vide in 2. to. qq. re. q. 58. ar. 1. beant, concedimus, ac volumus, ſtatuimus, & ordi-
namus. Quod Præpoſitus, abſque Societatis, & ali-
quis ex ſociis huiuſmodi, abſque dicti Præpoſiti, cõ
4 ſenſu, & expreſſa licentia, electioni, ſeu prouiſioni
de illius perſona, in Epiſcopum, Archiepiſcopum,
aut aliam quamcumq; dignitatem, per quemcunq;
Principem, vel quodcumque Capitulum, aut alias
quaſcũque perſonas, ad id authoritatem habentes,
pro tempore factæ, conſentire, aut ad illam admit-
ti, ſeu alicuius prælationis, & dignitatis in eadem
Vide in to. 2. qq. reg. q. 56. arti. 1. & 2. ſocietate, ſi eam occulta, aut manifeſta ambitione
quæſiſſe conuincetur, capax eſſe nullatenus poſſit.
Quodque à correctione regulæ ſocietatis huiuſmo
di, ſecundum ordinationes factas (vt vigor diſcipli
5 næ melius conſeruetur) appellari, aut talis appella
Vide ĩ 1. to. qq. re. q. 19. art. 2. & 3. tio per vllum iudicem admitti, ſeu ab officiis abſo-
lutio, & priuatio peti non poſſint. Et tam Genera-
lis, quam alij inferiores præpoſiti eiuſdem Societa
6 tis fratres, ſeu ſocios dictæ ſocietatis, Patriarchis,
Archiepiſcopis, Epiſcopis, ſeu aliis Eccleſiarum
Vide in 2. to. qq. reg. q. 64. arti. 1. art. 4. Prælatis, & perſonis, in Socios, aut alias ad vllum
earum miniſterium deputare, minime teneantur,
niſi authoritate literarum eiuſdem ſedis, de ſocie-
tate, & indulto huiuſmodi, expreſſam facientium
7 mentionem, & ſi quos deputare contigeret, nihi-
Quomodo intelligẽda ſũt hæc verba. lominus ſub ordinis correctione exiſtant, & cum
expedire iudicabunt, eoſdem remouere poſſint. Il-
los vero ex fratribus, ſeu ſociis prædictis, qui ad
prædicandum crucem, vel ad inquirendum con-
8 tra hæreticam prauitatem, ſeu ad alia ſimilia nego
Vide in 1. to. qq. re. q. 9. art. 6. tia deputati fuerint, Ignatius, & alij illius ſucceſſo-
res, præpoſiti, Generales dictæ ſocietatis pro tempo
Vide in 1. to. qq. re. q. 5. re exiſtentes, remouere, ſeu reuocare, & transferre,
ipſiſque quod ſuperſedeant, iniungere, ac alias illo
rum loco ſubſtituere, cum expedire viderint, libe-
re, & licite valeant. Ac eiſdem Ignatio, & aliis Gene
ralibus Præpoſitis, pro tempore exiſtentibus, vt per
ſe, vel alios, ad id per eos, pro tempore deputatos,
omneſque, & ſingulos eiuſdem Societatis Socios,
& perſonas, ſub eorum obediẽtia, diſciplina, & cor
rectione pro tempore degentes, ab omnibus, & ſin 9
gulis eorum peccatis, ante, vel poſt ingreſſum in di- *Vide in 1. to. qq. re. q. 20.*
ctam Societatem, per eos commiſſis, necnon à qui-
buſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdi
cti, aliiſque Eccleſiaſticis, & ſecularibus ſententiis,
cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quomodo
libet latis, & promulgatis, & huiuſmodi ſententiis
innodatos, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico inter
dicto, diuina officia celebrantes, & ſuſcipientes or- *Vide in to. 1. qq. reg. q. 23 art. 14.*
dines, ſic ligatos, & propterea irregularitatem in-
currentes, abſoluere, ac cum eis, cum diſpenſatio-
ne eguerint, diſpenſare poſſint, niſi exceſſus abſol-
uendorum, & diſpẽſandorum huiuſmodi adeo gra
ues & enormes fuerint, quod ſint ad ſedem Apo-
ſtolicam merito remittendi; & ne ſæpe in dubium
reuocetur, qui ſint ad ſedem prædictam deſtinan-
di, declarationem in ea parte, per fœ. re. Sixtũ Pa-
pam IIII. prædeceſſorem noſtrum, in Bulla, quam
Mare magnum vocant, factam confirmamus. Volu
mus autem, quod poſtquam Societati, & conſor- 10
tio huiuſmodi aggregari volentes, abſoluti, & cum
eis vt præfertur, diſpenſatum fuerit, niſi mox ordi- *Vide ĩ 1. to. qq. re. q. 20. art. 12.*
nem intrare, & peractis experientiis, ſecundum con
ſtitutiones dictæ ſocietatis, vota emittere parati ſint,
etiam ſi ſuper hoc indulgentiæ eis à Prælatis eiuſ-
dem Societatis concedantur, eo ipſo in priſtinas ſen *Vide ĩ 1. to. qq re q. 20. art. 21.*
tentias, à quibus eos taliter abſolui contigerit, rela
bantur, & reincidant: Necnon, quod quilibet ex ſo
ciis Societatis huiuſmodi, peccata ſua proprio præ-
poſito, vel ab eo deputato, ſeu deputatis, & alias ſe 11
cundum ordinationes Societatis prædictæ, deſigna
tis, confiteri debeat, niſi ſuper hoc à dicto Præpoſi-
to, alium confeſſorem eligendi, facultatem habue- *Vide ĩ 1. to. qq. re. q. 62. a. 1. 3. & 4.*
rit: Ac inhibemus, ne quis poſt emiſſa vota, ſecun-
dum conſtitutiones prædictas, ſiue profeſſus, ſiue
ſcholaris, ſiue coadiutor Societatis huiuſmodi ſit, 12
ad quemuis alium ordinem, etiam per ſedem præ-
dictam approbatum (Carthuſienſium duntaxat ex-
cepto) niſi de expreſſa ipſius præpoſiti, aut dictæ Se *Vide ĩ 3. to. qq. re. q. 1.*
dis licentia, transferri; egreſſi vero alias, quam, vt
præfertur, de ordine, ſeu conſortio huiuſmodi, in
nullo alio, præterquam Carthuſienſium præfato or
dine admitti, recipi, vel retineri poſſint, ipſique Ge
nerales, & alij inferiores Præpoſiti, per ſe, vel alios,
illos ſic egreſſos, ac alios quoſcumq; dictæ ſocieta-
tis Apoſtatas, vt etiam alios quoſuis inſolentes, &
qui id mereri videbuntur, in quocũque habitu, apo 13
ſtatas prædictos contigerit inueniri, excommunica- *Vide ĩ 1. to. qq. re. q. 30. art. 5. & 6.*
se, capere, incarcerare, & alias ſuæ diſciplinæ ſub-
mittere, & ad id, ſi opus fuerit, auxilium brachij ſe
cularis inuocare, libere, & licite valeant: Ipſamq; ſo
cietatem, & vniuerſos illius ſocios, & perſonas, illo *Vide ĩ 1. to. qq. re. q. 63. art. 3. & 4.*
rumque bona quæcumque, ab omni ſuperioritate,
iuriſdictione, correctione quorumcunque ordina-
riorum, eximimus, & liberamus, ac ſub noſtra, & 14
præfatæ ſedis protectione ſuſcipimus, liceatq; præ- 15
poſitis, & eorũ etiã facultate, vniuerſis fratribus, & *Vide ĩ to 1. qq. re. q. 43. ar. 4.*
ſociis Societatis huiuſmodi, in presbyteratus ordi-
ne cõſtitutis, in locis, in quibus degunt, & eos pro *Vide ĩ to. 1. qq. re. q. 18. a. 3.*
tẽpore morari cõtigerit, habere Oratoria, & in eis,
ab quocunq; alio honeſto, & cõgruenti loco in alta 16
ri portatili, cũ debitis reuerẽtia, honore, et tempore *Vide ĩ 2. to. qq. regu. q. 109. ar. 1. & q. 114. art. 2.*
interdicti, quauis etiã Apoſtolica authoritate appo
ſiti, ianuis clauſis, excõicatis, & interdictis excluſis,
ſubmiſſa voce, Miſſas, & alia diuina officia celebra
re, ac Eccleſiaſtica Sacramẽta recipere, & aliis mini
ſtrare, dũmodo ipſi cauſam nõ dederint interdicto, 17
nec cõtingat, id ipſis ſpecialiter interdici. Iis verò, *Vide ĩ to. 1. qq. re. q. 57. art. 14.*
qui in ipſorũ Præpoſitorũ, & ſociorũ, morãtur obſe
quiis, cũcta libere miniſtrare poſsũt Eccleſiaſtica Sa
cramenta,

cramenta, & ipſos, cum decedunt, in eorum cæme-
18 teriis ſepelire. Si quando in terris, in quibus ſocii
Vide in 2. 10.qq.regu. q.67.ar.2. & in 3. 10. qq.regul q. 56.art.6. prędicti, vel eorum aliqui pro tempore reſederint,
vel in earum perſonas excommunicationis, ſeu in-
terdicti ſententias, cōtigerit promulgari, pueri, ſeu
familiares eorūdem ſociorum ſeruitiis deputati, ac
eorum, & Societatis huiuſmodi negotiorum pro-
curatores, & operarij, huiuſmodi ſentētiis obnoxij
19 minimè habeantur, ibique poſſint audire diuina,
Vide in 10. 2.qq.regu. q.67.art.3. Vide i 2.10. qq.regu.q. 39.art.5. Vide i 2.10. qq.regul.q. 33.art.1. niſi eiſdē cauſam dederint, vel ſpecialiter excom-
municari, ſeu interdici contigerit eoſdem. Nec vl-
lis Prælatis, contra aliquem de prædicta Societate,
vel contra alios eorum cauſa, aliquam excommuni
cationis, ſuſpenſionis, vel interdicti ſniam, contra
eiuſdem Societatis priuilegia, per nos conceſſa,
(quorum interpretationem nobis, & Apoſtolicæ
Sedi reſeruantes) ferre liceat, & ſi tulerint, eo ipſo
20 irrita, nulliuſque roboris, vel momenti ſit, & eſſe
Vide in 10. 1.qq.reg.q. 63.art.7. cenſeatur. Ac omnes, & ſinguli alij Chriſti fideles,
cuiuſcumque conditionis exiſtant, qui verbi Dei
concionibus, ſeu prædicationibus ſociorum, ſeu fra
trum Societatis huiuſmodi, in Eccleſiis, vbi ipſi cō-
cionabuntur, interfuerint, diebus huiuſmodi, Miſ-
ſas, & alia diuina officia audire, & Eccleſiaſtica Sa-
cramenta recipere, liberè, & licitè valeant, nec ad
id, ad proprias parochiales Eccleſias accedere te-
neantur. Et quia eiuſdem Societatis fratres, & ſo-
cios, de locis ad loca transferri contingit, propter
quod ſtabilem, & continuam, in certis, & determi-
21 natis Domibus, manſionem habere non poſſunt, &
Vide in 10. 3.qq.reg.q. 84.art.1. in ipſa Societate idoneos tantum, & comprobatos,
ac ſacros ordines promoueri intelleximus, eidem
præpoſito Generali, quod ordinandos ſocios, & fra
tres huiuſmodi ſocietatis, quibuſcumque maluerit
Catholicis Antiſtibus, gratiam, & communionem
dictæ ſedis habentibus præſentium, ipſiſque Anti-
ſtibus præſentare huiuſmodi, abſque omni promiſ-
ſione, vel obligatione ipſorum Ordinandorum fra
trum, & ſociorum, ad omnes etiam ſacros, & preſ-
byteratus ordines promouere. Et cum ipſi ſocij;
22 magnam patientes pro Chriſti nomine pauperta-
tem, exhortationis pro ſtudio, bonos ad potiora di-
rigant, & errantes ad rectitudinis ſemitam, lauda-
biliter reuocare procurent, concedimus, vt in excō
municatorum, & hæreticorum, vel ſchiſmaticorū,
vel infidelium terris, liberè commorari, & cum eiſ-
Vide in 2. 10.qq.re.q. 61.ar.1. dem conuerſari, de licentia tamen Præpoſiti Gene-
ralis, & ab eis tunc, & etiam quando per ipſas, illos
transire contigerit, neceſſaria vitæ depoſcere, ac re-
23 cipere valeant. Quodq. nullus ipſorum, correctio-
Vide in 10. 2.qq.reg.q. 61.ar.1.& in 10.2.qq. reg. q.120. ar.2. nis, ſeu viſitationis, vel inquiſitionis officium, mo-
naſterijs, vel Eccleſijs, ſeu quibuſcumque perſonis,
impēdere, vel ad cognitiones cauſarum, citationes
partium, & denuntiationes ſententiarum, interdi-
cti, vel excōicationum procedere, aut curā Monia-
lium, ſeu Religioſarum quarumlibet perſonarum,
recipere teneantur, per literas Apoſtolicas impe-
tratas, vel in poſterum impetrandas, niſi de hoc in-
dulto, & ordine ſociorum huiuſmodi, expreſſam fa
cientes mētionem, auctoritate, & tenore prędictis,
de ſpeciali gratia indulgemus. Concedentes ipſis
24 ſociis, vt de ijs, quæ in ornamētis, aut pro eis, aut li-
bris, fabrica, luminaribus, ſeu pro victu, vel indu-
mentis eorum, necnon pro annuis cenſibus redi-
mendis, ad quorum ſolutionem, aliquæ Domus ſo-
cietatis prædictæ, obligatæ forſan exiſtant, ac de
Domibus, & Collegiis, ac eorum prædiis, hortis,
aliiſque locis, eiſdem ſociis, iuxta eorum viuendi
inſtitutum, haberi conceſſis, aut de ijs, quæ ſibi pro
huiuſmodi rebus, Domibus, & Collegiis, prędiis, lo
Vide in 2. 10.qq.re.q. 44 art.4. cis, & hortis emendis per quaſcumq. perſonas, pro
tpe legari, aut relinqui cōtigerit, & aliis bonis qui-
buſcumque, per dictam ſocietatem, & ipſius Col-
legia poſſeſſis, & obtētis, aliquam decimam, etiam
Papalem, ſoluere, ſeu canonicam portionem exhi-
bere, ſeu ad præſtationem procurationum legato- *Vide in 2. 10.qq.regu. q.65.a.21. Vide in 3. 10.qq.regu. q.74.*
rum prædictæ ſedis, vel Nuntiorum ipſius, aut Or-
dinariorum locorum, aut exactionum, Collectarū,
ſeu ſubſidiorum, vel prouiſionum quorumcunque
minimè teneantur: nec ad id, per literas eiuſdem
ſedis, aut legatorum, vel Nuntiorum, ſeu diœceſa-
norum prædictorum, cuiuſcunque tenoris fuerint,
vllo tanquam tempore compelli poſſint: niſi ipſæ
literæ Apoſtolicæ, plenam, & expreſſam, ac de ver-
bo ad verbum, de indulto, & conceſſione huiuſmo
di, ac de eorum ordine, mentionem fecerint. Et ſi
fortè, per nos, vel dictam ſedem, de piis legatis, di-
ſpoſitis, & relictis, in genere, vel ſpecie, decima, vel
alia portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel non piæ cau-
ſæ quomodolibet hactenus conceſſa fuerit, vel il-
lam in poſterum concedi, ſeu ſolui, aut dari, man-
dari contigerit, Socios præfatos, & illorum Do- *[Vide circa explicationem horū verborum.*
mos, & bona quæcumque ac in eis legata, & reli-
cta, aut aliàs in eorum fauorem diſpoſita, in conceſ
ſionibus, & mandatis huiuſmodi, decernimus, & *Vide in 2. 10.qq.regu. q.6.art.6.*
volumus minimè comprehendi, niſi de ipſis, ac prę
ſenti decreto, & voluntate noſtra, non per clauſu-
las generales idem importantes, ſed vera, expreſſa,
& ſpecifica mentio fiat in eiſdem. Et inſuper, ſi cō- 25
tingat ſocios ipſius, vel adiuuante aliquo Principe,
Duce, Marchione, Comite, vel communitate, vel
quauis, ad id potenti, & facultatibus abundāti per-
ſona, aliquam Domum, Eccleſiam, aut collegium
ſocietatis prædictæ ædificent, & conſtruant, ſeu id,
per alicuius ſimilis perſonæ teſtamentum, manda- *Vide in 2. 10.qq.regu. 48.art.3.*
ri, vel quouis modo eis offerri, domum, eccleſias,
ſeu collegia huiuſmodi, cum omnibus, ad id neceſ-
ſariis, & opportunis conſtrui, & ædificari, ac locum
pro huiuſmodi conſtructione oblatum, recipi poſ-
ſe, ipſaſque Domos, Eccleſias, collegia, cellas, orato
ria, vbilibet per dictos ſocios, pro tempore conſtru
cta, vel donata fuerint, Apoſtolica authoritate præ
dicta, erecta, approbata, & confirmata: ac bona
quæcumque, pro Collegiorum dote, ſeu ſcholariū 26
inibi, pro tempore commorantium ſuſtentatione,
per quoſcumque Chriſti fideles pro tempore dona
ta, relicta, & legata, eo ipſo, prædicta Apoſtolica au
ctoritate, perpetuò applicata, & appropriata eſſe;
& cenſeri (niſi aliàs, ad collationem ſedis prædictæ
pertinerent) & Eccleſias prædictas, cum cæmete- 27
riis, benedici, aut conſecrari facere, ac primum la- *Vide in 10. 1.qq.regu. q.28. ar.2.*
pidem poni, per quoſcumque Epiſcopos (ſi diœce-
ſani vltra quatuor menſes id facere diſtulerint) poſ-
ſe decernimus: inhibentes omnibus, & ſingulis
Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque Eccleſiarum
Prælatis, & locorum Ordinariis, ac quibuſuis aliis
poteſtatibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus, illis ni-
hilominus mandantes, ne ipſos ſocios, aut eorum
domos, Eccleſias, aut collegia huiuſmodi, ad ali- 28
quorum requiſitionem, ex propria eorum volun-
tate, ſi id in Domino expediens fuerit, ædificare vo
lentes, quoquomodo in huiuſmodi conſtructio-
nibus impediant, perturbent, aut moleſtent. Et;
vt ſocietatis huiuſmodi profeſſoribus, omnis va-
gandi occaſio, & ad Apoſtolicam ſedem prædi-
ctam recurrendi, ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas:
Generali, & de eius licent a Prouincialibus Præpo
ſitis dictæ Societatis, pro tempore exiſtentibus, & *Vide in 10. 1.qq.reg.q. 13. ar.4.5. 6.& 9.*
eorum Vicariis, & loca tenentibus, vt cum eiuſdem
ſocietatis perſonis, defectū natalium, ex adulterio,
ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario, & illicito
coitu prouenientē, patientibus, nec nō, cum ijs, qui 29
ex quauis cauſa (præterquam homicidij voluntarij *Vide i 2.10. qq.re.q.24. per totā q. & q.62.ar. 14.*
bigamiæ, & mutilationis membrorum) irregulares
fuerint, poſtquàm in ordine ipſo vota emiſerint: vi
defectu, & irregularitate huiuſmodi non obſtanti-

Digitized by Google

bus, ad quoſcumque etiam ſacros, & presbyteratus
ordines promouerit, & in illis, etiam in altaris mi-
niſterio miniſtrare, & irregulares, defectum nata-
lium patientes prædicti, ad quaſcumque admini-
ſtrationes, & officia dictæ ſocietatis eligi recipi, &
aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè, & licitè
valeant, diſpenſare poſſint, auctoritate, tenore præ-
dictis concedimus, & indulgemus. Præterea, cum
intelleserimus, populos ciuitatum, terrarum, & lo-
corum, apud quæ habitationem iidem ſocij habẽt,
vel vbi eoſdem verſari, aut tranſire contingit, exẽ-
plo allectos, & inductos, religioſæ vitæ, quam Do-
mino concedente ducunt, libenter ad confitẽdum
eiſdem, & ſacratiſſimam communionem, de mani-
bus eorum accipiendum, confluere, vt illis ſic con-
fluentibus ſatisfacere valeant, vniuerſis vtriuſque
30 Ieſus Chriſti fidelibus, vt cuilibet de ſocietate præ
Vide in 1. to. qq. re. q. 60. art. 8. dicta confiteri poſſint, Rectoris ſui licentia mini-
mè requiſita, cui non teneantur eadem peccata, de
quibus confeſſi, & abſoluti fuerint, rurſus confite-
ri: necnon, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus,
tàm forenſibus, quàm in ciuitatibus, & locis, in qui
bus ſocij prædicti conſiſtunt, commorantibus, aut
31 illac tranſeuntibus, Eucharistiæ Sacramentũ (quod
Vide in 1. to. qq. re. q. 65. art. 2. & 3. in ſuis Eccleſijs decẽter tenere, ſocios præfatos vo-
lumus) quocumque anni tempore, præterquam in
feſto Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, & mor-
tis articulo, niſi neceſſitas vrgeret, eorundem fide-
lium parochialium Eccleſiarum, Rectorum licen-
tia minimè requiſita, accipere liberè, & licitè va-
leant. Necnon animarum profectui prouidere vo-
lentes, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Bea-
torum Petri, & Pauli, Apoſtolorũ eius, authoritate
confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſque Ieſus Chri-
ſti fidelibus, vbilibet cõmorantibus, verè pœnitenti-
bus, & confeſſis, ſeu temporibus à iure ſtatutis, con
32 fitendi propoſitum habẽtibus, qui aliquam Eccle-
De indulg. vide in 2. to. qq. reg. à q. 81. vſq. ad q. 98. ſiam, aut alium pium locum dictæ Societatis, ſemel
ſingulis annis (præter annum iubilei) in die, per pro
tempore exiſtentem dictæ Societatis Præpoſitum,
eligendo, à primis veſperis, vſque ad occaſum ſolis
eiuſdem diei incluſiuè, deuotè viſitauerint, & ibi
orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicã
recitauerint, plenariam omnium peccatorum ſuo-
rum indulgentiam, ac remiſſionem, in forma iubi-
lei, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, mi-
ſericorditer concedimus, & elargimur. Et inſuper
quatuor aliis ſcilicet, Natiuitatis, Circunciſionis,
Epiphaniæ, & corporis Chriſti feſtiuitatum, necnõ
33 Veneris, & Dominicis, & Quadrageſimalibus die-
bus ſingulorum annorum, vſque ad octauam Pa-
ſchatis, Eccleſias, & alia pia loca dictæ Societatis
deuotè viſitauerint, & inibi orationem, & ſalutatio
nem prædictas ſimiliter recitauerint, ac verbum
Dei, ſi in illis prædicetur, deuotè audiuerint, ſeptẽ
annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœ
nitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus. Ac
Præpoſito Generali eiuſdem Societatis, vt, quos de
34 ſuis, idoneos in Domino iudicauerit, ad lectiones
Theologiæ, & aliarum facultatum, alterius licentia
ad id minimè requiſita, vbilibet deputare poſſit. Et
35 vt, cum aliquos ex fratribus, ſeu ſocius Societatis
Vide in 1. to. qq. re. q. 35. per totã q. vide aliqua i 2. to. qq. re. q. 33. ar. 5. huiuſmodi Saracenorum, & Paganorum, aliorum-
que infidelium terras, & prouincias alias remotiſ-
ſimas à quibus non poteſt adiri, ſedes Apoſtolica
miſerit, poſſit eis, auctoritate noſtra, facultatem cõ-
cedere, vt Chriſtianos ibidem commorantes, con-
feſſione peccatorum ſuorum audita, & pœnitentia
ſalutari iniuncta, eos, & eorum quemlibet, ab om-
nibus, & ſingulis eorum peccatis, etiam in Bulla cœ
næ Domini reſeruatis, & à conſequentibus cenſu-
ris, & pœnis abſoluere, & cum iis, qui ab infidelita-
te conuertentur, tantum, & in locis remotiſſimis
qui prius in gradibus non licitis, tamen lege diui- 36
na non prohibitis, matrimonia contraxerant, vt in
eiſdem manere poſſint, diſpenſare, ac in locis præ-
dictis remotiſſimis, quæcumque, Eccleſias, Hoſpi-
talia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, exige-
re, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, ſine
alicuius præiudicio, & veſtes ſacerdotales, pallas,
corporalia, calices, cœmeteria (ſi Epiſcopus, qui ea
faciat, Catholicus inibi non adſit) benedicere, ac 37
profanatas Eccleſias reconciliare poſſint. Et quæ- *Vide in 1. to. qq. reg. q. 19.*
cumque ſtatuta, & ordinationes, deſuper neceſſaria
facere, illaque poſtquam facta fuerint, mutare, alte-
rare, ac illis addere, & detrahere, ac Præpoſito Pro 38
uinciali in illis longinquis partibus reſidente, de- *Vide aliqua in 1. to. q. 10. & q. 41. ar. 2. & 3.*
cedente, interim dum alius per Generalem Præpo-
ſitum mittitur, loco Præpoſiti, ſic decedẽtis, alium
eligere, liberè, & licitè valeant. Et quia in numero-
ſis populis illarum regionum, tanta eſt ſacerdotum 39
raritas, vt vnus, plurium curam populorum ſuſcipe 40
re debeat, vt bis eodem die Miſſam celebrare, di- 41
uerſis in locis, valeãt, & inſuper attenta meditatio- *Vide in noſtra ſumma in 10. 1.*
ne penſantes, quantum vtilitatis ad exaltationem
Chriſtianæ fidei, & Euangelicæ veritatis, Societatis
prædictæ profeſſores aſſerant, & afferre valeant,
omnia, & ſingula, gratias, immunitates, conceſſio-
nes, priuilegia, & indulta, antea per nos, eidem ſo-
cietati, & illius ſociis, & perſonis quomodolibet 42
conceſſa, quæ hic pro ſpecificatis haberi volumus,
approbantes, innouantes, & confirmantes, quod ſo-
cij dictæ ſocietatis, qui alibi quàm in vrbe Roma,
profeſſionem emittere non poſſunt, literis Apoſto- 43
licis, ab ipſa ſocietate, ad id, ob aliquas cauſas, ad tẽ *Vide de eo ſr. princ. in 1. to. qq. re. q. 8.*
pus impetratis, non obſtantibus eiſdem de licentia
præpoſiti Generalis prædicti, vt profeſſionem ip-
ſam vbilibet emittere, liberè, & licitè valeant, con
cedimus, & indulgemus, Necnon Ignatio, & aliis 44
ſucceſſoribus ſuis Præpoſitis generalibus dictæ ſo-
cietatis, pro tempore exiſtentibus, vt indultũ aliàs,
per nos eidem ſocietati ſuper habẽdis viginti coa-
diutoribus conceſſum, ad alios quoſcumque, quos
idoneos fore cenſuerint, ſub eorum obedientia de-
gentes, extendere, & quaſcumque gratias, conceſ-
ſiones, & indulta eiſdem Generalibus dictæ ſocie-
tatis Præpoſitis, pro tempore exiſtentibus, per nos
conceſſa, per eorum Vicarios, aut perſonas, ad id
ſibi benè viſas, præſertim in Indiarũ, & aliis partib.
remotis, pro tempore ſubſtitutas, exercere, liberè,
& licitè valeant. Ac præſentes literas, & in eis con- 45
tenta quæcumque ex quauis cauſa, de ſubreptionis,
vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis
noſtræ defectu, notari, vel impugnari nullatenus
poſſe, ac ſub quibuſuis ſuſpenſionibus, derogationi
bus, limitationibus, & aliis quibuſuis contrariis di-
ſpoſitionibus, & gratiarum, ac indulgentiarum cõ-
ceſſarum, derogatoriis, ſeu reuocatoriis, etiam per
nos, & ſedem eandem, pro tempore conceſſis, nul-
latenus comprehendi, ſed ſemper ab illis, excepras
exiſtere, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & illa-
rum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcri-
ptis, & ſigillo alicuius Canonici Metropolitanæ, 46
vel alterius cathedralis Eccleſiæ, ſeu perſonæ, in *Vide in 10. 1. qq. reg. q. 8. ar. 18.*
dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eandem
prorſus fidem, quæ adhiberetur eiſdem originali-
bus literis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, vbique in
iudicio, & extra adhiberi debere, & ſic per quoſ-
cumque iudices, & commiſſarios, quauis etiam
Apoſtolica authoritate fulgẽtes, ſublata eis, & eo-
rum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpre-
tãdi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri de-
bere, ac ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis aucto
ritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attenta-
ri, irritum, & inane decernimus. Ac dilectis in
Chriſto filiis illuſtribus, & nobilibus viris, Princi-
pibus,

pibus, ac Dominis temporalibus, & venerabilibus fratribus, Prælatis Eccleſiaſticis, in quaois dignitate conſtitutis, prædictam ſocietatem, ac ſingulos illius ſocios, plurimum in Domino commendantes:
47 non ſolum, ne eos inquietari, aut eorum priuilegia violari permittant, ſed vt benignè, & cum charitate, vt decet, ſuſcipiant, exhortamur, atque in Domino rogamus. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratrib. noſtris, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, &

De confirmat. Vide in 1.to. qq. reg. q.65.

48 aliis perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon Metropolitanæ, & aliarum cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialibus, & Vicariis Generalibus, vbilibet conſtitutis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, ac quilibet eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi, vbi, & quãdo opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum ſociorum, vel alicuius eorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſdemque ſociis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eoſdem ſocios, literis, & in eis contentis huiuſmodi, pacificè gaudere, non permittentes eos, aut eorum aliquem, ſuper præmiſſis, aut quibuſuis aliis rebus, & cauſis, per locorum ordinarios, aut quoſcunque alios, quomodolibet indebitè moleſtari: ſed eos contra quoſcumque, cuiuſcunque conditionis, vel qualitatis exiſtentes, & quauis, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, vel Epiſcopali, aut mundana dignitate, ac exemptione fungentes, & munitos, in quibuſuis cauſis, iuſtitiæ complementum miniſtrantes, Id quod per eos ordinatum fuerit, ad executionem debitam perduci faciant, illoſque, quos cenſuras, vel pęnas prædictas incurriſſe conſtiterit, excommunicatos, ac interdictos declarent, ac faciant, & mandent publicè nunciari, ac ab omnibus arctius euitari, & legitimis ſuper his habitis, & habẽdis proceſſibus ſeruatis, illos, quoties opus fuerit, iteratis vicibus aggrauare procurent: contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis Sancti Benedicti, & Sancti Franciſci, & mendicantium, & aliis ordinibus ſupradictis, illorumque prælatis, & perſonis, etiam ſuper non communicandis gratiis, ſibi conceſſis, & aliàs quomodolibet per nos, & ſedem prædictam conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, etiam marimagno, bulla aurea, & aliàs quomodolibet nuncupatis, quibus illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, aliiſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrorũ conceſſionum, ſtatutorum, ordinationis, confirmationis, inhibitionum, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, decretorum, voluntatum, elargitionis, relaxationis, exhortationis, rogationis, mandati, & derogationis infringere, &c. Dat. Romæ apud S. Marcum, anno Incarnat. Dom. 1549. 15. Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri, anno 15.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleta.

Bulla Nona.

S V M M A R I V M.

Plenaria abſolutio à peccatis, & cenſuris, & diſpenſatio ab irregularitatibus, prima die Lunæ Quadrageſima.

Nos Antonius, miſeratione Diuina Epiſcopus Sabinen. Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Sanctorum quatuor nuncupatus. Dilectis in Chriſto, Generali, & aliis Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, ac aliis religioſis perſonis, congregationis Valliſoleti nuncupatæ, ordinis Sancti Benedicti, per præſentes fidẽ facimus, & atteſtamur, quod nuper expoſito per nos, pro parte veſtra, S.D.N. Paolo Papæ III. quod Abbates, Priores, & Præſidentes dictæ congregationis, ſiue eorum Vicarij, ſeu loca tenentes à tempore, de cuius initio memoria hominum non exiſtit, annis ſingulis, prima die Lunæ Quadrageſimæ, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas religioſas, ac Donatos, & eremitas eiuſdem congregationis, & ſub eorum cura exiſtentes, ab eorum omnibus peccatis, ac cenſuris, & pœnis propterea incurſis, etiam in caſibus, quantumcunque ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, abſoluere conſueuerant, & tamen literas Apoſtolicas, aut aliud fundamentum facultatis abſoluendi huiuſmodi non reperiebant, ſeu qua facultate ſuffulti id facerent, ignorabant, idem Dominus Paulus, ad ſupplicationem noſtram, pro animi veſtri quiete, & ſpirituali conſolatione, ſuæ viuæ vocis oraculo ſuper hoc nobis facto, Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, & aliis prælatis dictæ congregationis, eorumque Vicariis, & loca tenentibus, dictam facultatem, annis ſingulis, prima die Lunæ Quadrageſimæ, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas religioſas, ac donatos, & eremitas præfatæ congregationis, & ſub eorum cura exiſtentes, ab omnibus peccatis, ac cenſuris, & pęnis propterea incurſis, etiam in caſibus quantumcunque ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, vt præfertur, abſoluendi, prout hactenus ea vſi fuerunt, de nouo conceſſit, attento quod, abſolutio huiuſmodi eſt in foro conſcientiæ tantùm, & pro perſonis religioſis, & fit intra regularia loca ipſius congregationis, & vna tantum die, ſingulis annis. In quorum fidem, & teſtimonium, præſentes literas manu noſtra ſubſcriptas fieri, & ſigillo noſtro muniri iuſſimus. Dat. Romæ, in ædibus noſtris, anno à natiuitate Domini, 1544. Die vero 14. menſis Aprilis, Pont. Domini Papæ, anno 10.

Vide in 1. to qq. regu. q.10. ar. 22

Ad abſolu. à peccat. requiritur in præſentiar. Sacramen. eorum confeſ.

Bulla Decima.

S V M M A R I V M.

Singulis annis, prima die Lunæ Quadrageſima, omnes, & ſingulæ perſonæ vtriuſque ſexus congregationis intra ſepta Monaſteriorum, ſeu aliorum regularium locorum abſoluantur à ſuis ſuperioribus, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis, ab ipſis quomodolibet incurſis, & etiam à caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, exceptis contentis in bulla Cœnæ Domini, & ipſi ſuperiores valeant diſpenſare cum illis ſuper quibuſuis irregularitatibus per eos tempore, quauis occaſione, vel cauſa contractis, prout hactenus conſuetum eſt in congregatione obſeruari.

Dilecti filij reformatori generali, abbatibus, ac prioribus, & præſidentibus, ordinis, & congregationis ſancti Benedicti Valliſoleti, Palentinæ diœceſis.

Paulus Papa III. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis, quod licèt vos, ſeu vicarij, & locum tenentes veſtri, ex priuilegio Apoſtolico, & à tanto tempore, quod eius initij hominum memoria non exiſtit, cõſueueritis ſingulis annis, prima die Lunæ Quadrageſimæ, omnes, & ſingulas vtriuſq. ſexus perſonas, ordinis, & congregationis ſancti Benedicti Valli-

ſoleti Palentinæ diœceſis, religioſas, ac ordini, & religioni huiuſmodi oblatas, ſeu donatas, necnon eremitas, ſub cura veſtra exiſtentes, vt maiori cum animi hilaritate, & ſerenitate, Altiſſimo famulari poſſint, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ac ſententiis, cenſuris, & pœnis, per eos, quomodolibet incurſis, etiam in caſibus ſedi Apoſtolicæ, quantumuis reſeruaris, abſoluere, & cũ eis, ſuper quibuſuis irregularitatibus diſpenſare. Nihilominus cum de priuilegio Apoſtolico huiuſmodi aliàs, quàm per immemorabilem conſuetudinem prædictam, docere minimè poſſitis, nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis, pro maiori veſtrarum, & horum, qui à vobis pro tempore abſoluuntur, & cum quibus per vos diſpenſatur conſcientiarum ſerenitate, quod perſonas huiuſmodi abſoluere, & cum eis diſpenſare, (vt præfertur) Apoſtolica authoritate poſſitis, facultatem concedere, aliaſque vobis in præmiſſis, oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui ſingulorum ſalutem, paterno zelamus affectu, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, vobis, quod ſtante immemorabili conſuetudine huiuſmodi, etiam de cætero, perpetuis futuris temporibus, ſingulis annis, prima die Lunæ Quadrageſimæ huiuſmodi, omnes, & ſingulas vtriſque ſexus perſonas, ordinis, & congregationis prædictorum, religioſas, ac eidem ordini, & congregationi oblatas, ſeu donatas, necnon eremitas, ſub cura veſtra exiſtentes, intra ſepta veſtrorum, ſeu ipſorum pro tempore abſoluendorum monaſteriorũ, ſeu aliorum regularium locorum, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ſententiis, cenſuris, & pœnis, per eos pro tempore quomodolibet incurſis, etiam in caſibus dictæ ſedi, quomodolibet reſeruatis, exceptis contentis in bulla, quæ in die cœnæ Domini ſolita eſt legi, abſoluere, & cum eis, ſuper quibuſuis irregularitatibus per eos, pro tempore, quauis occaſione, vel cauſa contractis, diſpenſare, prout hactenus, vt præfertur conſueuiſtis, dicta authoritate valeatis, plenam, & liberam, eadem authoritate, tenore præſentium, concedimus facultatem. Decernentes præſentes literas, nullo vſquam tempore, per nos, aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ſeu ſedem prædictam, etiam pro inſtauratione Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, aut Cruciata ſancta, vel expeditione contra infideles, ſeu quacumque alia, etiam inexcogitabili cauſa, ſuſpendi, reuocari, aut annullari, & ſi ſecus fieri contigerit, toties reintegratas, & in priſtinum ſtatum reſtitutas, & ſuſpenſionem, reuocationem, & limitationem huiuſmodi, pro illarum reintegratione, & reſtitutione, ac noua conceſſione, ſemperque à quibuſuis reuocationibus exceptas eſſe, & cenſeri, niſi de veſtro, & cuiuslibet veſtrum nominibus, in illis, ac etiam in ſupplicationibus, etiã motu proprio ſignatis, diſpoſitiue mentio fiat. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi opus eſſet, deferri, volumus, quod pſentiũ tranſumptis, ſigillo alicuius prælati, aut perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Canonici Eccleſiæ cathedralis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem originalibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Martij, 1545. Pontificatus noſtri, anno 11.

Viuæ vocis oraculo, Pauli III.

Pro ſororibus tertij ordinis Minimorum.

Paulus Tertius, viua vocis oraculo erexit monaſterium mulierum tertiariorum ordinis Minimorũ S. Franciſci de Paula Toleti, & conceſſit, vt tria vota ſubſtantialia emittere poſſint.

1 ANtonius, miſeratione diuina, tituli ſanctorũ quatuor Coronatorũ, presbyter Cardinalis, dilectis in Chriſto religioſis, Beatis nuncupatis domus, ſub inuocatione Ieſus Maria, Iden. ſub certa regula ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula degẽtibus, ſalutem in Domino. Iniunctum à nobis à ſede Apoſtolica, ſeruitutis officiũ, nos admonet, & inducit, vt ad ea libenter intendamus, per quæ diuinus cultus, vbique ſuſcipiat incrementum, & religioſarum mulierum, quæ virginitatem ſuam Deo ſub profeſſionis regularis vinculo, dedicare intendunt, ſalubribus votis, gratum, imò debitum præſtemos aſſenſum. Sanè exhibita nobis, pro parte veſtra, petitio continebat, quod cum vos à quinq; annis, vel citrà, circà, in dicta domo, vobis amore Dei donata permanſeritis, & clauſuram ſeruaueritis, præterquam quando, vt confitendum peccata veſtra, & Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiẽdum, ad domum fratrum, dicti ordinis acceſſiſtis, & ſub correctione, & obſeruantia prælati prouinciæ Caſtellæ, & generalis dicti ordinis, quando ad dictas partes accedere contingit, vixeritis. Nihilominus, quia regula veſtra, & vxoratis, & nuptis, cæteriſq; quibuſuis, communis exiſtit, nec tria vota ſolemnia emittitis, cupitis vos (quæ omnes virgines eſtis) tria vota ſubſtantialia caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ emittere, veſtramque domum prædictã in monaſterium monialium profitentium erigi. Super quibus ſupplicari feciſtis humiliter nobis, per ſedẽ Apoſtolicam, de oportuno remedio prouideri. Nos igitur, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Domini Papæ, cuius pœnitentiariæ curam gerimus, ac de eius ſpeciali mandato, ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, domum veſtram prædictam, in monaſterium monialium, dictæ ordinis tertiæ regulæ profeſſarum erigimus, ita vt tria vota ſubſtantialia prædicta, in manibus ſuperiorum dicti ordinis Minimorum emittant. Et quæ pro tempore, monaſterium veſtrum ingrediũtur moniales, poſt annum, & vnum diem probationis elapſum (vt aliorum eſt moris) emittant, omnibuſque, & ſingulis priuilegiis, immunitatibus, exẽptionibus, gratiis, conceſſionibus, & indultis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibus aliæ moniales, quibus dicta tria vota ſubſtantialia emittentes dicti ordinis Minimorum, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu vti, potiri, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè, poſſitis, & valeatis, & pro tempore, veſtri monaſterij huiuſmodi moniales poſſint, & valeant, vetis exiſtentibus præmiſſia, tenore præſentium indulgemus, & licentiam, & liberam facultatem concedimus. Non obſtãtibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus dicti ordinis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub ſigillo officij pœnitentiariæ. 4. nonas Auguſti, anno Domini, 1539. Põt. Domini Papæ Pauli Tertij, anno 4.

Iuxta hoc decretũ hæ ſunt vere religioſæ, vt ſunt tertiariæ ordinis Minimorum, & S. Dominici, prout habes in to. 3. qq. re. ar. 1. & 2.

2 Declaratio Cardinalis viuæ vocis, oraculo, Pauli Tertij, quod breuia pro ingrediẽdis monaſteriis monialium, ſuffragentur tantum ſemel in anno, vide in regiſtro ordinis, fol. 108.

3 Nota, quod ego frater Ioãnes Caluos, in Rumana curia Ciſmontanus commiſſarius, die 20. menſis Iulij, 1535. obtinui à ſanctiſſimo Dño Papa Paulo III. oraculo viuæ vocis, in camera eiuſdẽ, in Palatio S. Martij, qđ moniales noſtræ, ac tertiariæ clauſuram;

ſtrini ſeruantes, quotieſcumque viſitarent Eccleſias ſuas, dicentes quinquies, Pater noſter, & totidẽ Aue Maria, lucrarentur, & haberent indulgẽtiam, tam pro ſe, & aliis viuis, quam etiam pro defunctis, ac ſi perſonaliter viſitarent ſacra limina ſanctæ Mariæ Angelorum, propè Aſſiſium.

4 Nota, quod hodie, qui eſt tertius Ianuarij anni milleſimi quingẽteſimi trigeſimi ſexti, ſanctiſſimus Dominus noſter, Paolus Papa III. cõceſſit mihi fratri Ioanni Caluo cõmiſſario Curiæ, oraculo viuæ vocis, quatenus moniales noſtræ ſanctæ Claræ, Aquilanæ ciuitatis poſſint in Eccleſia ſua, celebrari facere Miſſam de B. patre fratre Ioanne de Capiſtrano, licet idem Beatus, Catalogo ſanctorum, ab Eccleſia, adhuc non ſit aſcriptus. In quorum fidem præſentes literas fieri feci, proprio chirographo ſubſcriptas, Dat. in conuentu noſtro Atacæli de vrbe, die, menſe, & anno, quibus ſupra.

5 Nota, quod ego frater Calons, commiſſarius Curiæ, hodie, qui eſt octauus dies Februar. anni 1536. obtinui oraculum viuæ vocis, à ſanctiſſimo Domino noſtro, Paulo Papa III. cum eſſem in camera eius, quod feſtum ſancti Eoſtachij Martyris, & filiorum eius, quod vigeſima die Septembris occurrit, ſub feſto duplicis maioris celebraretur, in toto ordine noſtro, & monialibus, & tertiariis noſtris.

6 Fratres Ioannes Caluo, obtinuit viuæ vocis oraculo, à D. Papa Paulo III. quod fratres noſtri Auſtriæ, & Bohemiæ, poſſint ad pœnitentiam, & fidei communionem, recipere quoſcunq. Lutheranos, eoſque iniuncta pęnitentia, plenariè abſoluere, & ad Eccleſiæ vnitatem reſtituere.

Habetur in regiſtro ordinis, fol. 76.

Nota, quod ego frater Ioãnes Caluus, generalis commiſſarius die 21. Auguſti, 1537. hic Romæ, in Monte Cauallo, obtinui à ſanctiſſimo Dño noſtro, Papa Paulo III. oraculo viuæ vocis, infra ſcripta.

7 Quod officium deſponſationis B. Virginis quando videlicet fuit deſponſata Ioſeph, poſſit a fratribus noſtris, ac monialibus, & ſororibus, ſub noſtra cura degentibus, die 7. Martij, ſub duplici maiori, per totum orbem, ſolemniter celebrari, & donec officium nouum, de tali feſto componatur, fiat officium de Natiuitate eiuſdem virginis, mutato nomine natiuitatis, in nomen deſpõſationis, præter Euãgelium proprium, cum eſſet deſponſata, &c.

8 Item conceſſit, quod Abbatiſſæ monialiũ ſanctæ Claræ de obſeruantia poſſint, cũ monialibus ſuis, diſpenſare circa ieiunium per earũ regulam ordinatũ, & circa eſum carniũ, & lacticiniorũ, ſiue ouorũ, quando cognouerint dictas moniales, pp debilitatem, vel aliã legitimam cauſam, non poſſe ita commodè, huiuſmodi ieiunia, & abſtinentias ſeruare.

9 Item conceſſit, quod quando aliqua puella, ſeu mulier ſecularis, ingreſſura eſt ordinem ipſum ſanctæ Claræ de obſeruantia, antequàm induatur, & habitum dicti ordinis ſumat, poſſint moniales, eam per decem, vel quindecim dies, in habitu ſeculari, intra clauſuram, etiam ad pernoctãdum, ſecũm retinere, vt experiri poſſint, an ſit bonæ conuerſationis, & naturæ, & ad monaſterium idonea, vel ne, vt ſi cognouerint ipſam peſtilentem, & malæ conditionis, & naturæ, aut ad ſeruiendũ Deo, minus idoneam fore, poſſint eam, ſine ſcandalo, & querela ſuorum, ante habitus aſſumptionem, & criniũ tonſionem expellere, quod quidem conceſſit, non obſtantibus quibuſcumque in contrarium faciẽtibus, in quorũ fidem, præſentes literas fieri feci, proprio chirographo munitas. Datis in conuentu noſtro Aracæli de vrbe, die 17. Auguſti, 1537.

10 Die 6. Septembris, 1538. obtinuit ipſe frater Caluus à prædicto Domino, D. Papa Paulo III. dum eſſet in ciuitate Tiburtina, confirmationem omnium priuilegiorũ, patribus ordinis noſtri, in prouincia Beſnæ Argentin commorantibus, à ſummis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis, & præſertim, quod eis conceditur, quod poſſint omnibus Chriſti fidelibus, in partib. illis degẽtibus, omnia Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare, dummodò non fiat in præiudicium Epiſcoporum, vel curatorum.

Item, fratribus prædictę prouincię, quatenus ex quo ſunt intra Turcas, & inibi pauci ſint Chriſtiani à quibus vinũ mendicando recipere nequeant, poſſint retinere aliquas vineas, vnde vinũ ipſum ad ſimplicẽ neceſſitatẽ habere poſſint, prout à generali capitulo, in cõuẽtu S. Mariæ Angelorũ propè Aſſiſium, tẽpore generalatus reuerendiſſimi Domini Cardinalis S. Crucis, celebrato, ſibi cõcedente Pontificis ſummi aſſenſu, indultum fuiſſe aſſerunt. 11

Item conceſſit, quod moniales Ferrariæ ſanctæ Claræ, celebrare poſſint feſtum S. Geminiani, ſub duplici minori. Omnia hæc continentur in libro ordinis, in tertio regiſtro de Italia. 12

Idem Paolus III. cõceſſit, viuæ vocis oraculo, ad inſtantiã Cardinalis ſanctæ Crucis, fratris Frãciſci Quiñones, qui fuit generalis noſter, die 7. Ianuarij, anni Domini, 1536. confraternitatem diſciplinatorum, ſeu ſanctæ Crucis, aut pœnitentiæ nuncupatorum, vtriuſque ſexus, qui in die Veneris ſancti, proceſſionaliter ſe diſciplinare contigerit, ſeu qui cereis, aut aliis luminaribus, proceſſionem ipſam aſſociauerint, verè pęnitentibus, & cõfeſſis, ſeu confitendi propoſitum habentibus, omnes, & ſingulas plenarias, & alias, quæ eodem Veneris ſancti die, Eccleſias almæ vrbis, & extra muros eius conſiſtentes, ad id deputatas, perſonaliter viſitãtibus, cõceſſę ſunt indulgentiæ, & remiſſiones peccatorũ, & quilibet eorũ poſſit eligere confeſſorem idoneum, qui poſſit eos abſoluere, ab omnibus excommunicationibus, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, dummodo cauſam cenſuris, ſeu interdicto huiuſmodi non dederint. Necnon, votorum quorumcumque vltramarino, viſitationis liminum Apoſtolorum de vrbe, ac Iacobi in Cõpoſtella, religionis, & caſtitatis votis, duntaxat exceptis, ac Eccleſię mandatorum tranſgreſſionibus, homicidiorum caſualium, vel mentalium, præterquam voluntarij, &c. præter contenta in bulla Cœnæ Domini, &c. in mortis articulo, plenariè abſoluere, & plenariam omnium peccatorũ remiſſionem, Apoſtolica authoritate, impendere valeant, & de omnibus indubitatam fidem præbet dictus illuſtriſſimus Cardinalis ad plenum, vide in regiſtro ordinis, fol. 228. 13

Idem Cardinalis illuſtriſſimus, frater Franciſcus Angelorum, dat ſufficiens teſtimonium, quod ipſemet obtinuit à Paulo Tertio, eodem die 7. Ianuarij, 1536. pro confratribus confratrię cõceptionis Dominæ noſtræ, in his Hiſpaniarum partibus, eorum cuilibet, vtriuſque ſexus, qui verè contritus, & confeſſus, ſeu confitendi propoſitum habent, in feſto Conceptionis eiuſdem B. Mariæ, ſeu aliqua inter eius octauam, die, aliquã Eccleſiam, ſub inuocatione præfatæ Marię Virginis, viſitauerit, ac nouies ſalutationem angelicam fuderit, ſeu ſi legitimè impeditus fuerit, aut ſi Eccleſia, ſub huiuſmodi inuocatione nõ exiſtat, vbicumque moram traxerit, corã aliqua dictæ Mariæ Virginis Imagine, eaſdẽ nouẽ Salutationes Angelicas recitauerit, lucrẽtur indulgentias, & remiſſiones peccatorũ, quas conſequantur in Quadrageſima, & in aliis anni temporibus, ſtationum ſeptem Eccleſiarũ, & aliarum vrbis, & extra muros, ſi perſonaliter eaſdem Eccleſias viſitaſſent. Conceſſit etiam, præfatæ confratriæ, & eius confratribus, omnes gratias, & indulgẽtias, ipſi, & ipſis conceſſas à ſe, & à ſuis pdeceſſoribus & quod in die Conceptionis, & quocumque eius octauæ 14

poſſint eligere cōfeſſorem idoneum, qui eos poſſit
abſoluere ab omnibus excommunicationibus, ſuſ-
penſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſen-
tentiis, cenſuris, & pœnis, dummodò cauſam cenſu
ris, ſeu interdicto huiuſmodi non dederint. Nec vo
torum quorumcumque, vltra marino, viſitationis
liminum Apoſtolorum de vrbe, ac Sancti Iacobi in
Compoſtella, religionis, & caſtitatis votis exceptis,
ac Eccleſiæ mandatorum tranſgreſſionibus, homi-
cidiorum caſualium, & mentalium, præterquam
voluntarii, &c. præterquam conuenris in Bulla Cę
næ Domini, &c. & in mortis articulo, in foro con-
ſciētiæ, plenariè abſoluere, &c. habetur in regiſtro
15 ordinis, vbi ſupra. Nota, quod ego frater Antonius
de ſancto Michaele, commiſſarius curiæ obtinui à
reuerendiſſimo Domino Cardinali de Puecij, vige
ſimo quinto Auguſti, 1545. quod fratres prouincia
rum Scotię. & Germaniæ, tàm ſuperioris, quàm in-
ferioris, poſſunt de licentia ſuperiorum, intrare ad
loca, & officinas monialium cuiuſcumque ordinis,
dummodò moniales non ſunt incluſæ. Et tandem
conceſſit, vt fratres, aut cauſa hoſpitandi, aut confi-
tendi, poſſunt intrare ad loca illa, vbi cæteri ſecula
res communiter intrant, non obſtante, quod in re-
16 gula noſtra habetur, quod fratres non ingrediātur
monaſteria monialiū. Et prædictus Dominus, quia
ſanctiſſimi Dñi noſtri Pauli Tertij erat pęnitentia-
rius ſummus, viuæ vocis oraculo diſpēſauit. Dat. in
ſacro noſtro conuentu Aracæli, 26. Auguſti, 1545.

Hoc derogatum p Breue Pij V.

Paulus Tertius, anno ſexto ſui Pontificatus, con
17 ceſſit ad inſtantiam admodum reuerendi patris, fra
tris Stephani de Molina, Hiſpaniæ prouinciæ Ro-
manæ pater, indulgentiam plenariam, omnibus ſa-
cerdotibus ordinis Minorum regularis obſeruātię,
celebrātibus omnia feria ſexta, miſſam de quinque
plagis, & hęc indulgentia obtenta fuit in conuentu
Fontis Palumbi, eiuſdem prouinciæ, dum ibi eſſet
idem Paulus Tertius, & eſt conuentus, vbi ſanctiſſi
mus pater noſter Franciſcus, antiquam, & nouā re-
gulam condidit. Vide in regiſtro ordinis, fol. 178.

IVLIVS PAPA III.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Breue Iulij Tertij, in quo moderatur aliud Clementis Septimi, circa deſcendentes ab hæreticis, vel Iudæis in ordine Minorum, quò ad ipſorum inhabilitatē ad religionem, & officia & dignitates.

Vide in 2. to. qq. regu. q. 14.

IVlius Papa Tertius, Ad perpetuam rei me-
moriam. Ad hoc, circa regularis obſeruā-
tiæ profeſſores, eò diligētius ſedulò labo-
ramus, quò illorum religio fratrum, in eis
fœcundius, & laudabilius in Domino proficere va-
leat incrementis. Dudùm ſiquidem à fœlicis recor
dationis, Clemente Papa VII. prædeceſſore noſtro,
emanarunt literæ, tenoris ſubſequentis. Clemens
Papa VII. ad futuram rei memoriam, officij noſtri
debitum exigit, vt religioni deditis, præſertim fra-
trum de obſeruantia nuncupatorum, quos in vi-
ſceribus gerimus charitatis, ſic noſtri ſolicitudinis
ſtudium impendamus, quod ex miniſtrorum, ſoro-
rum, ſeu aliorum quorumcunque culpa, aut inde-
centia, grauamina, & diſpendia nō patiantur. Cum
itaque, ſicut accepimus, miniſtri prouinciales fra-
trum ordinis de obſeruantia prædictorum, in ſuis
prouinciis, ſpeciali priuilegio, tāquam Inquiſitores
hæreticæ prauitatis ſuorum ſubditorum exiſtāt, vt
in ipſos ſubditos officium Inquiſitionis exerceant.
Nos, quorum eſt, quæ à perſonis religioſis, præſer-
tim aliis præſidentibus, cōtraria fidei, honeſtati, &
ordini exiſtunt, ad Dei laudem, & religionis decen
tiam, ac animarum ſalutem, ſubmouere, motu pro-
prio, & ex certa noſtra ſcientia, authoritate Apoſto
lica, tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, & or-
dinamus, quod de cætero aliqui fratres Minores,
ordinis obſeruantiæ huiuſmodi, à Iudæis, ſeu hære
ticis, quorum parētes, & progenitores paterni, ſeu
materni, viuentes, ſeu defuncti, vſque ad quartam
generationem incluſiuè, hæretici declarati, & vt
tales condemnati, ac illi, ſeu eorum corpora, & oſ-
ſa, vel ſtatuæ igni tradita fuerint, originem trahen-
tes, ſeu deſcendentes, etiam ad quaſcumque digni-
tates, & officia Eccleſiaſtica obtinenda, & exer-
cenda, præmiſſis non obſtantibus, ſufficienti diſpē-
ſatione, ſeu indulto ſuffulti, in miniſtros prouincia-
les, ſeu guardianos, nec etiam ſæculares, ſimili mo-
do à Iudæis, hæreticis, originem trahentes, & de-
ſcendentes, in fratres ordinis, & obſeruantiæ huiuſ
modi nullatenus eligi, aſſumi, & recipi, nec prouin
cialatus, aut alia officia quęcumque gerere, & exer
cere quo modo poſſint, diſtrictius inhibentes gene
rali, & prouincialibus miniſtris, ac guardianis, &
fratribus eiuſdem ordinis, & obſeruantiæ, in virtu-
te ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis
latæ ſententiæ, pœna, eo ipſo, ſi contra fecerint in-
currenda, ne aliquos, ex dictis Iudæis, ſeu in hæreti
cis, vſq. ad quartam generationem, originē trahen
tes, ſeu deſcendentes, vt præfertur, in miniſtros pro
uinciales, ſeu ad alia officia, nec de cætero ſæcu-
lares, in fratres in dicto ordine, eligere, aſſumere,
recipere, vel admittere, ſeu electos confirmare, &
inſtituere, quomodolibet præſumant, ac decernen-
tes irritum, & inane quidquid ſecus attentare con-
tigerit. Non obſtantibus cōſtitutionibus, & ordina
tionibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis iuramento,
cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia
roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon pri-
uilegiis, & indultis Apoſtolicis, deſcendentibus prę
fatis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cū
quibuſuis clauſulis, & decretis, pro tempore conceſ
ſis, quæ eis, aduerſus præmiſſa, nullatenus ſuffraga
ri poſſe volumus, cæteriſq. contrariis quibuſcum-
que, præſentibus in Regnis Hiſpaniarum tantū va-
lituris. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Pi-
ſcatoris, die 19. Martij, 1525. Pontificatus noſtri,
anno 2. Et licet, ſicut nobis innotuit, literæ prædi-
ctæ in Regnis Hiſpaniarum huiuſmodi, vſu rece-
ptæ nō fuerint, nec ſint cum tamen ex literis ipſis,
inter fratres dicti ordinis, alioſq. illarum partium
Chriſti fideles, ſeditiones, & ſcandala exoriri poſ-
ſint. Nos ſedulò meditantes, quantum in Eccleſia
Dei expediat, pacem, & tranquillitatem, hiſce prę-
ſertim temporibus conſeruare, ipſius ordinis, cuius
fratres, tanquàm mortui mundo, ſoli Deo, qui eſt
vita viuentium, & pro vniuerſali Eccleſia, ad Deū
preces effundere celebres fructus in militanti Ec-
cleſiam in dies producunt, proſperum, & tranquil
lum ſtatum, paterno zelantes affectu, ex certa no-
ſtra ſcientia, literas prædictas, & proceſſus forſan
deſuper habitos, cum omnibus, & ſingulis indè ſe-
cutis, authoritate Apoſtolica, per pręſentes reuo-
camus, caſſamus, & annullamus, illaſque, nullius
roboris, vel momēti, ac pro infectis, quò ad omnia
haberi, ac nulla originis, ſeu ſtatus habita cōſidera-
tione, quoſcumq. fratres, in miniſtros Prouincia-
les, ſeu Guardianos aſſumi, & ſeculares ī fratres or-
dinis huiuſmodi recipi, prout antequam literæ prę
dictæ emanarunt, poterant, & aſſumebātur, & reci
piebantur, aſſumi, & recipi, liberè, & licitè poſſe,
ſicq. per quoſcumque, quauis authoritate fulgētes,

indices,

iudices, & perſonas,ſublata eis,& eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & authoritate,iudicari,& diffiniri debere, irritum quoque,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquam,quauis authoritate,ſcienter,aut ignoranter,contigerit attentari: decernimus,& declaramus,diſtrictius inhibentes Generali, & Prouincialibus miniſtris, ac Guardianis,& fratribus ordinis huiuſmodi,ac quibuſuis aliis, ne literis præmiſſis quomodolibet vti præſumant. Et nihilominus, venerabilibus fratrib. Epiſcopo Albingenenſi Curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ auditori, & Epiſcopo Fremienſi,ac Segouienſi,ſiue eorum officialibus,per præſentes cõmittimus,& mandamus,quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum,per ſe, vel alium,ſeu alios,eiſdem miniſtris, & fratribus,in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eos,& eorum quemlibet,reuocatione, caſſatione, annullatione,decreto,inhibitione,& præſentib. noſtris literis,ac in eis contentis quibuſcunque, pacificè frui,& gaudere,non permittentes eos deſuper, per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari,vel inquietari,cõtradictores quoslibet, & rebelles,per cẽſuras,& pęnas Eccleſiaſticas,aliaq. opportuna iuris remedia,appellatione poſtpoſita compeſcendo,necnon legitimis ſuper his habendis,ſeruatis proceſſibus,cenſuras,& pęnas prædictas, etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato ẽt ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis, nõ obſtantib. literis, & aliis præmiſſis,ac piæ memoriæ, Bonifacij Papę Octaui,ẽt prædeceſſoris noſtri, de vna,& concilij generalis,de duabus dietis, dummodò vltrà tres dietas,aliquis vigore præſentium, ad iudicium non trahatur,& aliis Apoſtolicis conſtitutionibus,& ordinationibus,necnon dicti ordinis iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque,indultis,& literis Apoſtolicis ordini generali, prouincialibus miniſtris, guardianis, ac fratribus præfatis,& quibuſuis aliis, ſub quibuſcũque tenoribus,& formis,ac etiã quibuſuis clauſulis,& decretis, ẽt motu ſimili conceſſis,cõfirmatis, & innouatis,quibus illorum veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,præſentibus, ꝓ expreſſis habentes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat,harum ſerie,ſpecialiter,& expreſsè derogamus, illaque, aduerſus præmiſſa, nullatenus ſuffragari poſſe volumus,cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim,ab Apoſtolica ſit ſede indultum,qđ interdici,ſuſpendi,vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas,non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo piſcatoris, die 10. Octobris, 1550. Pontificatus noſtri,anno primo.

Placet motu proprio primo.

Bulla Secunda.

Habetur authentica in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

Confirmat Pontifex priuilegia ordinis Minorum de obſeruantia, & eximit eoſdem fratres Minores ab inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

IVlius Papa III. ad perpetuam rei memoriam. Dum regularis vitæ ſtudium,& exemplares, atque vberes fructus, quos dilecti filij ordinis fratrũ

Minorum,regularis obſeruantiæ profeſſores, tanquàm vitis abũdans,& minuta germina, qui quaſi quadrangularis columna vniuerſalis Eccleſiæ ſuſtinere firmamentum, in vinea in dies Dñi producere, dignoſcuntur, paterna meditatione penſamus, inducimur,vt illa eis fauorabiliter cõcedamus,per quæ à diuerſis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris,prouidè conſulere, ac eis conceſſis, ſublatis contrauentionũ,ſcrupulis,& obſtaculis,vniuerſis tranquillè, & pacificè perfruantur. Sanè pro parte dilecti filij, miniſtri generalis dicti ordinis, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat, quod licèt prædicto,& S.Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato,ordinibus illorumq. fratribus,monialibus, & ſororib. ac vtriuſq. ſexus perſonis,& monaſteriis domibus,& Eccleſijs, & locis, tã per fœlicis recordationis,Leonem X.& Clementem VII.atque Paulum III.& alios Romanos Pontifices,& ſedẽ Apoſtolicam,quã plurima,& diuerſa priuilegia, immunitates,exemptiones, ẽt ab ordinariorum locorũ, & legatorum, ẽt de latere,ac hæreticæ prauitatis Inquiſitorũ iuriſdictione, viſitatione,& correctione, quam ab omni impoſitione, collecta, decima, ſubſidio,quarta,& quinta, funeralium,& legatorũ, partibus,datiis,pedagiis,& gabellis,ac alio quocũque grauamine,per ſedem eandem,pro tpe impoſitis, necnon libertates,prærogatiuæ, fauores,cõſeruatoriæ,declarationes,facultates,gratiæ,conceſſiones,ẽt contra apoſtatas,indulgentiæ, indulta ſpiritualia, & temporalia, ẽt per modum communicationis,& extenſionis cõceſſa, & approbata fuerũt, prout in diuerſis indè confectis,plenius dr contineri. Cum aũt ea, quæ ſæpè ſæpius Apoſtolica authoritate, munita exiſtunt, maiorem obtinent roboris firmitatem. Et propterea,ſicut eadẽ expoſitio ſubiungebat,dictus miniſter cupiat priuilegia, immunitates,exemptiones,libertates,prærogatiuas,fauores,cõſeruatorias,declarationes,facultates,gratias, conceſſiones, indulgentias, ac indulta huiuſmodi, ẽt per nos approbari,& innouari. Quare pro parte eiuſdem miniſtri, nobis humiliter ſupplicatũ fuit, vt eiſdem priuilegiis,immunitatibus, exemptionibus,libertatibus,prærogatiuis,fauoribus,conſeruatoriis,declarationibus,facultatibus,gratiis,conceſſionibus,indulgentiis,& indultis,pro eorum obſeruantia viridiore noſtræ approbationis robur adijcere, aliis in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur,qui omnium votis,præſertim illis,per quæ,ſub ſuaui religionis iugo,diuinis laudibus,& Chriſtianę profeſſionis augmentum incumbentiũ perſonarum tranquillitati,commoditatibus,& honori conſulitur, libenter fauoribus proſequimur opportunè huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,omnia, & ſingula priuilegia,immunitates,exemptiones,etiã ab Inquiſitoribus præfatis,libertates,prærogatiuas, fauores, conſeruatorias,declarationes,facultates,gratias, & conceſſiones,indulgẽtias, & indulta ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum cõmunicationis, & extenſionis,ordinibus prædictis, illorumque ſuperioribus,fratribus,monialibus,ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, necnon monaſteriis, domibus, Eccleſijs, & locis quiquſcumque, in genere, & in ſpecie,tam per præfatos,ac quoſlibet alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem eandem,quàm Imperatores,Reges, & alios Principes ſub quacumque forma, & expreſſione verborum cõceſſa,ac etiam iteratis vicibus approbata, necnõ cum omnibus, & ſingulis in eis cõtentis, clauſulis, & decretis,ſingulas deſuper confectas literas,& inde ſecuta quæcumque,illorum omniũ tenores, & formas datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur,præſentibus

Vide in 2. to. qq. regu. q. 8.

Vide de cõfirmatione priuilegiorum, to. 2. qq. reg q. 8. Iam exempti nõ ſunt religioſi ab inquiſitoribus vt ſæpe dictum eſt.

pro ſufficienter expreſſis habẽtes, quatenus ſunt in vſu viridi, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, approbamus, & innouamus, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari. Necnon ordinibus ſuperioribus fratribus, monialibus, ſororibus, perſonis, monaſteriis, domibus, Eccleſijs, & locis præfatis, ſuffragari debere decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula, quæ per præfatos prædeceſſores, Imperatores, Reges, & Principes, ac ſedem, conceſſa, ſtatuta, & ordinata fuerunt, de nouo, in omnibus, & per omnia: ita quod ordines, ſuperiores, fratres, & moniales, ſorores, perſonæ, monaſteria, domus, Eccleſiæ, & loca prædicta, illis, tã in genere, quam in ſpecie conceſſis, vti, potiri, & gaudere poſſint, & debeant, & ab ipſis Inquiſitoribus, impoſitionibus, grauaminibus, oneribus, decimis, dacijs, pedagiis, & gabellis, ac oĩbus, & ſingulis aliis ſupradictis, libera penitùs, immunia, & exempta exiſtant, authoritate, & tenore p̃dictis cõcedimus, & indulgemus & ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus, venerabilib. patribus, Archiepiſcopo Rothomag. & Albiganen. ac Gienen. Epiſcopis, per pręſentes committimus, & mãdamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, faciant authoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, plenum effectum ſortiri, illiſq. oẽs, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemcumq. deſuper, per quoſcumq. quomodolibet moleſtari, impediri, aut inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quibus eis videbitur, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aut alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his, habendis, ſeruatis proceſſibus, & iteratis vicibus aggrauando, inuocato ẽt ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus piæ memorię, Bonifacij VIII. ẽt prędeceſſoris noſtri, de vna, & in cõcilio generali, de duabus dietis æditis, dummodò vltra tres dietas, aliquis, virtute præſentium, ad iudicium non trahatur, & aliis Apoſtolicis, ac prouincialibus, capitularibus, & generalib. conſtitutionibus, & ordinationibus, necnõ ſtatutis, & conſuetudinibus, ẽt iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ẽt in forma breuis, per præfatos, & quoſcumq. Romanos Pontifices, ẽt prædeceſſores noſtros, & ſedem eandem, ẽt motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſcumq. irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, reuocatiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet, ẽt pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importãtes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſsè, quod illis nullatenus, aut non, niſi ſub eis expreſſis modo, & forma, derogari poſſet. tenores hmõi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forẽt, pro præſentibus, ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Verùm, quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula quæq. loca, in quibus fortè opus eſſet, deferri, volumus, & pariter authoritate Apoſtolica decernimus, quod illarũ tranſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ muniti, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 28. Iulij, anno 1550. Pontificatus noſtri, anno primo.

De Exemptione à decimis, vide in 2. to. qq. re. q. 44. a. 2. & de exẽptione à tributis vide in eodẽ to. q. 65.

Pro ordine Prædicatorum.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Confirmat Pontifex priuilegia ordinis Prædicatorũ, & eos ab Inquiſitorum hæreticæ prauitatis iuriſdictione, etiam eximit.

IVlius Papa III. ad perpetuam rei memoriam. In ſacra Beati Petri ſede, meritis licèt imparib9, diuina diſpoſitione collocati, ea quæ pro fœlici, & proſpero ſtatu, ac ſalubri directione perſonarum quarumlibet, ſub regula, in habitu, diuinis laudib. inſiſtentium, per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, comprobata fuiſſe cõperimus, quo firmius ſubſiſtãt, cum à nobis petitur, nomine noſtro confirmamus, idque tanto libentius, quantum perſonarum earundem doctrinæ candor, vitæ ſanctimonia, regularis diſciplinę, bonorum denique operum odor, vniuerſum orbem illuſtrãt. Sanè pro parte dilecti filij, Franciſci Romei de Caſtellione, magiſtri generalis, ordinis fratrũ Pręedicatorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod aliàs ipſi ordini, & illius pro tempore exiſtẽti magiſtro generali, ac fratribus, præſertim hæreticæ prauitatis, Inquiſitionis officium exercentibus, necnon prouinciis, ſeu congregationibus ipſius, & monialibus ordinis ſancti Auguſtini, ſub cura, & habitu fratrũ dicti ordinis Prædicatorũ degentibus, ac fratribus, ſororibuſque de pœnitentia beati Dominici, ſeu tertij ordinis nuncupatis, illorumque locis, domibus, & monaſteriis, Eccleſijs, & perſonis vtriuſque ſexus, in fauorem Inquiſitionis Cruce ſignatis, tam per fœlicis recordationis, Sixtum IIII. Leonem X. Clementem VII. & Paulum III. quam alios Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, ac ſedem Apoſtolicam, quam plura, & diuerſa priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab ordinariorum locorum, & eiuſdem ſedis legatorũ, etiam de latere, iuriſdictione, viſitatione, & correctione, quàm ab omni impoſitione, collecta, decima, etiam Epiſcopali, ſubſidio, & quarta, & quinta funeralium, & legatorum partibus, necnon datiis, pedagiis, gabellis, & quibuſcumque aliis grauaminibus, per ſedẽ eandem, pro tempore impoſitis, necnõ libertates, prærogatiuæ, fauores, conſeruatoriæ, declarationes, facultates, gratiæ, conceſſiones, etiam contra apoſtatas, indulgentiæ, indulta ſpiritualia, & tẽporalia, etiam per modum cõmunicationis, & extenſionis cõceſſa, approbata, & innouata fuerũt, prout in diuerſis indè confectis literis, plenius dicitur cõtineri. Cum autẽ, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, dictus Franciſcus, cui præ cæteris, ſibi de mandato Magiſtri generalis officij, incumbentibus ſolicitudinibus, hæc cura potiſſima eſt, vt per eoſdẽ

De cõfirmatione priuilegiorum. Vide in 1. to. qq. regu. q. 8. per totam.

præde-

prædeceſſores conceſſa,& approbata, in ſuo robore conſeruentur, & firmiter obſeruētur, propterea deſideret pręmiſſa omnia,etiā munimine noſtro roborari, nobis humiliter ſupplicari fecit, vt eiſdem priuilegijs,immunitatibus,exemptionibus,libertatibus,prærogatiuis,fauoribus,cōſeruatorijs, declarationibus,facultatibus,gratijs, indulgentijs,indultis,cōmmunicationibus,& extenſionibus, pro illorū viridi obſeruantia,etiam robur noſtræ cōfirmationis adijcere, aliàs præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad fructus vberes, quos dictus ordo fratrum Prædicatorum in agro Dominico iugiter producit,diuturna meditatione attendentes, ipſumq; Franciſcū à quibuſcumque excommunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti,alijſq. Eccleſiaſticis ſentētijs,cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis,à iure, vel ab homine, quauis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quodammodo innodatus exiſtat,ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, nec non priuilegiorū, facultatum,conſeruatoriarum,indulgentiarum,extēſionum,& aliorum præmiſſorum, necnon ſingularum deſuper confectarum literarū tenores,præſentibus,pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,omnia,& ſingula priuilegia,immunitates, exemptiones,etiam ab ordinariorū locorum,etiam legatorum de latere,iuriſdictione,& poteſtate,ac libertates,prærogatiuas,fauores,conſeruatorias,declarationes, facultates,gratias,cōceſſiones,indulgentias,& indulta,ſpiritualia, & tēporalia,etiam per modum extenſionis, & excommunicationis,ordini,magiſtro generali, fratrib.maximè Inquiſitoribus hæreticæ priuatis,prouincijs,cōgregationibus,monialibus,ac alijs perſonis vtriuſque ſexus prædictis,necnon monaſterijs,domibus, Eccleſijs,& locis quibuſcunque ipſorum, vel ab eis dependentibus,in genere, & in ſpecie,tam per præfatos, quàm quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam ſedem prædictā, ſub quacumque forma, & verborum expreſſione, hactenus,quomodolibet conceſſa,ac etiam iteratis vicibus innouata, necnon, cum omnibus,& ſingulis in eis contentis,clauſulis,& decretis,deſuper cōfectas literas, & in eis contenta quæcumq. quatenus ſunt in vſu, & authoritati officij magiſtri huiuſmodi non derogent, authoritate Apoſtolica,tenore præſentium,ex certa ſcientia approbamus,& innouamus, illiuſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus,& ea inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Et nihilominus, potiori pro cautela,illa omnia, & ſingula,prout per prædeceſſores,& ſedem,prædictos,conceſſa,ſtatuta,& ordinata fuerunt,de nouo,in omnibus,& per omnia, ita quod ordo,magiſter, fratres, Inquiſitores, moniales,ſorores,ac alij prædicti,necnon monaſteria, domus,Eccleſiæ,& loca huiuſmodi,illis,tam in genere,quam in ſpecie conceſſis,vti,potiri,& gaudere poſſint,& debeant. Ac ab ipſis ordinarijs legatis impoſitionibus,grauaminibus,onerib.decimis,etiā Epiſcopalibus, datijs,pedagijs, gabellis,ac omnib. & ſingulis alijs ſupradictis, libera penitus, immunia,& exēpta exiſtant,concedimus,& indulgemus, ac ſtatuimus,& ordinamus:necnon ſuperiores fratres,moniales,ſorores,pſonas, monaſteria,domos, Eccleſias,& loca huiuſmodi,omnib.& ſingulis priuilegijs,exemptionib.& gratijs,quibus pręcdicti,& aliorum quorumcumque ordinum mendicantes, etiam Minores, & de obſeruantia nūcupati,ad Eremitarum S. Auguſtini Carmelitarum Beatæ Mariæ Seruorum, & Minimorum,ac aliorum quorumcūque ordinum, congregationum, & confraternitatum,fratribus,& perſonis,Eccleſijs, monaſterijs,& domibus,oratorijs & alijs pijs locis,eorum prioribus,fratribus,ſororibus,conuerſis,& oblatis,corrigiatis,mantelatis,atque etiam de pęnitentia nuncupatis,ac alijs vtriuſque ſexus perſonis, per eoſdem prædeceſſores, & etiam per nos hactenus quomodolibet,etiam viuæ vocis oraculo cōceſſis,& in poſterum forſitan concedendis,vti,frui,potiri,& gaudere poſſe debere,in omnibus, & per omnia,perinde,ac ſi fratrum Prædicatorum & alijs ſibi cōmiſſis ordinibus,eorumq. ſuperioribus, fratribus,monialibus,ſororibus,perſonis,monaſterijs domibus, Eccleſijs,locis præfatis,ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent,authoritate,& tenore pręmiſſis decernimus,illaq.eis,& eorum ſingulis communicamus.

De cōica-tione priui legiorum. Vide 1.10. qq.re.q.51.

Mandantes nihilominus, in virtute ſanctæ obediētiæ,vniuerſis locorum ordinarijs, & alijs Eccleſiarum pręlatis,ſub interdicto ingreſſus Eccleſiarum, & ſuſpenſionis à diuinis, alijſque vero inferiorib. quibuſcunque,cuiuſcumque dignitatis,gradus,ordinis,& conditionis exiſtentibus, & quacumq. authoritate, & poteſtate fulgentibus, ſub maioris excommunicationis,eo ipſo incurrendæ ſententię latæ,pœnis,quatenus præſentes literas, & in eis contenta,quæcunque,necnon,omnia,& ſingula priuilegia,immunitates,exemptiones,libertates,prærogatiuas,fauores,conſeruatorias,declarationes,conceſſiones, gratias, indulgentias, & indulta,& alia præmiſſa,inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant,nec contra tenorem ipſarum, aliquid attentare præſumant.Ac decernentes ſic per quoſcumque iudices,etiam commiſſarios,quauis authoritate fulgentes,ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi,& interpretandi facultate, & authoritate,iudicari,& diffiniri debere,& irritum,& inane, ſi ſecus ſuper his à quoque quauis authoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuerſis,& ſingulis venerabilibus fratrib.Patriarchis,Archiepiſcopis,Epiſcopis,ac dilectis filijs Abbatibus,& alijs perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon metropolitanis, & aliarum cathedralium Eccleſiarum canonicis, ac eorundem Patriarcharum, Archiepiſcoporum,& Epiſcoporū vicarijs,in ſpiritualibus, & officialib. generalibus, per præſentes committimus,& mandamus, quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum,per ſe, vel alium, ſeu alios,præſentes literas,& in eis contenta quæcumque,vbi & quando opus fuerit,ac pro parte dicti Franciſci,pro tempore exiſtentis,magiſtri generalis,aut diffinitorum, prouincialium,priorum,fratrum,& aliarum perſonarum,ordinis fratrum Prædicatorum huiuſmodi,ſeu alicuius eorum,deſuper fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſten. faciant authoritate noſtra, præſentes literas,& in eis contenta quæcumq. plenarium effectum ſortiri,ac ab omnibus firmiter obſeruari, necnō generalem, definitores,prouinciales,priores,fratres, ſorores, & perſonas, omneſq. & ſingulos alios ſupradictos, quos illa quodāmodo concernunt,eis,necnon omnib. & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus,libertatibus,prærogatiuis, fauoribus,cōſeruatorijs,declarationib,facultatibus,gratijs,conceſſionibus,indulgentijs, & indultis, excōmunicationibus, extenſionibus, & alijs prædictis, pacificè vti,frui,& gaudere,non permittentes eos,aut eorū quemlibet,deſuper quomodolibet perturbari,contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas,& alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita cōpeſcendu,inuocato ad hoc, etiā ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantib. bonæ mem. Bonifacij Octaui Papę,etiam prædeceſſoris noſtri, de vna,& in generali Concilio edita, de duab.dietis,dummodo vltra tres dietas, aliquis authoritate

præſen-

Digitized by Google

præſentium, ad iudicium non trahatur, alijſque Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus cōciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationib. necnon ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apoſtolica. vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem ordinariis, legatis, officiis Inquiſitionis, & Inquiſitoribus, ac Pariſienſis, & aliorū locorum generalium ſtudiorum vniuerſitatibus, eorūque perſonis, & quibuſuis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnib. etiam ſi de illis, eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permāſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi ordinarijs, Inquiſitorib. legatis, vniuerſitatibus, & perſonis prædictis, vel quibuſcunque aliis communiter, vel diuiſim à dicta ſede ſit indultū, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenā, & expreſſā ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mētionem. Et quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula loca, vbi illis opus erit, deferri, volumus, & Apoſtolica authoritate prędicta decernimus, quod earundem præſentium tranſumptis manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica, cōſtitutæ, ſeu Canonici Metropoli, vel alterius cathedralis Eccleſiæ ſmunitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus ſi forēt exhibitæ, & oſtenſę. Dat. Romę apud S. Petrū, ſub annulo Piſcatoris, die 10 Iulij, 1551. Pont. noſtri, anno 2.

De Inquiſitorib. hæretica prauitatis. Vide in 2.10.qq. re.qua.81. art.1.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Magiſter ordinis poteſt inſtituere notarios ad omnes publicos actus Inquiſitionis.

DIlecto filio, magiſtro generali ordinis fratrū Prædicatorum, Iulius Papa III. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cū ad officium Inquiſitionis hæreticæ prauitatis executionē tabellionis, ſeu notarii opus neceſſarium ſit. Nos, apud quos venerabiles fratres noſtri, Inquiſitores generales eiuſdem prauitatis in alma vrbe noſtra conſtituti, ſuper his inſtiterint, volumus deſuper oportune prouidere. Tibi, qui pro noſtra doctrina, probitate, & diligentia in negotijs fidei pro tēpore occurrentib. vna cum Inquiſitoribus prædictis, etiam interuenire ſolea, vt in quibuſcumq; ciuitatibus, terris, & locis, in quibus tibi oportunum videbitur, vnam, vel plures perſonas diſcretas, & idoneas, etiam tui ordinis religioſas, etiam in ſacerdotio conſtitutas, in notarios, ſeu tabelliones, etiamſi dum in ſæculo fuerint tabellionatus huiuſmodi officium non habuerint, aut exercuerint, ad effectū, vt Inquiſitiones, interrogationes, reſpōſiones, atteſtationes, confeſſiones, condēnationes, abſolutiones, proceſſus, & acta quæcumq; quæ circa negotium fidei, & officiū Inquiſitionis huiuſmodi, pro tempore facienda, occurrerint, fideliter, & diligenter conſcribant, recipiant, & conſeruent, alia ad notariorum, in talibus negotiis, officium, & curā, pertinentia. fiant, exerceant, conſtituere, & deputare poſſint, & valeant, authoritate Apoſtolica, facultatē, per præſentes concedimus. Decernentes omnia acta, per notarios, aut tabelliones huiuſmodi, per ſe præſentium tenore creandos, & deputandos, aliàs tamen, ritè, & rectè facienda, valere, validaque, & efficacia fore, ac plenam, & indubitatā fidem, vbiq. in iudicio, & extra facere, in omnib. & per omnia, ac ſi per quoſcumq. alios tabelliones, ſeu notarios publicos, cōſcripta, & facta fuiſſent, ſicq. per quoſcumque iudices, & commiſſarios, quacumq. authoritate fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, ac interpretandi facultate, iudicari, et interpretari debere, irritum quoq;, et inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nō obſtantib. præmiſſis, & Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis, generalib. vel ſpecialibus conſtitutionib. & ordinationibus, cæteriſq. contrariis quibuſcumq. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Febr. 1554. Pontificatus noſtri, anno 5.

Pro congregatione S. Benedicti Valliſoleta.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Prohibet Monachis, abſq; ſuperiorum licentia, retinere, & expendere pecunias, eligere cōfeſſores, audire confeſſiones regulariū, ſiue ſecularīu, non obſtantib. quibuſcunq; conceſſionibus Apoſtolicis, in cōmuni, vel in particulari obtētis, vel obtinendis.*

2 *Mandat ſuperiorib. vt circa licitam eligendi cōfeſſorem, & in relaxandis caſibus, ſibi reſeruatis, cū requiſiti fuerint, moroſi non ſint, aut difficiles.*

IVlius Papa III. ad futuram rei memoriam. Dilectis filiis, Abbati generali, cęteriſque Abbatibus congregationis S. Benedicti Valliſoleti, ordinis eiuſdem regularis obſeruantiæ pro tempore exiſtentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionē. Suadet religionis honeſtas, vt illius profeſſores in ſuo ſolito ſtatu permanere valeant, omnis diſſentiēdi, & ab inſtitutis regularib. ſuorum ordinū deuiandi, occaſio penitus ſubleuetur. Exponi nobis nuper feciſtis, quod licet ioxta priuilegia, & indulta Apoſtolica, eidem congregationi conceſſa, perſonæ ipſius congregationis, confeſſionalib. vel indulgentiarum literis, etiā per ſedem Apoſtolicā, pro tempore cōceſſis, niſi de veſtro conſenſu, & eo durante, gaudere non poſſit: nōnulli, tamen ipſius cōgregationis profeſſores, confeſſionalib. ac aliis literis, eis, vt aſſerūt per ſedem, eandem, ſeu illius auctoritate cōceſſis, aut ab illa emanatis, vel potius exortis, abſq. ipſius Abbatis generalis, pro tempore exiſtentis, gaudere, & illis vti præſumunt, in animarum ſuarum periculū, ac ſcandalū plurimorum, & profeſſionis regularis detrimentū non modicum: quare pro parte veſtra, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt priuilegia, indulta, ac gratias huiuſmodi, ac literas Apoſtolicas deſuper confectas, approbare, & innouare, ac de nouo concedere, ac aliàs in p̄miſſis oportunè prouidere, & de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctos fideles, præſertim religioni deditos, in ſemita virtutis præſeruare, prout poſſumus, continuè procuramus, attendentes conueniens eſſe, vt quælibet pars ſuo toti conformis exiſtat, priuilegiorū, indultorum, gratiarum, & literarum huiuſmodi, veriores tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, priuilegia, indulta gratias, & literas huiuſmodi, auctoritate Apoſtolica, per præſentes approbamus, & innouamus, ac de nouo concedimus, nec non omnes, & ſingulas immunitates à præceptis, & obedien-

1 *De paupertate. Vide in 10.3.qq. reg.qu.89. art.8.*

Vide in to. 1. qq. re. q. 40. ar. 38. & qu. 11. art. 10. Vide in to. 1. qq. re. q. 60. art. 2. & art. 3.

& obedientia ſuorum Prælatorum, & aliàs exemptiones, & abſque ſuperiorum ſuorum licentia, retinendi, & expendendi pecunias, ac confeſſores eligendi, & tam ſecularium, quàm regularium cōfeſſiones audiendi, eoſq. in caſibus eiſdem ſuperioribus reſeruatis, abſoluēdi, ac omnes, & ſingulas alias ſimiles, vel diſſimiles facultates, deſuper, iam in forma breuis, quàm ſub plumbo confectas literas, tā à nobis, ſeu etiam de mandato noſtro, etiam viuę vocis oraculo, aut à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ac dicta ſede, ſeu illius Nuntijs, & legatis, etiam de latere, quàm etiam à maiori Pęnitentiario, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq; efficaciorib. & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis, ac aliàs quomodolibet, etiam ex quibuſuis cauſis, & ad quorumcumq. inſtantiam, tam in genere, quàm in ſpecie, etiam per viam extenſionis, ſeu cōmunicationis, tam coniunctim, quàm diuiſim, quibuſuis ipſius ordinis vtriuſque ſexus profeſſoribus, ſeu illius, tā virorum, quā mulierum monaſterijs, & alijs locis, hactenus quomodolibet, etiam motu proprio, abſque ipſius Abbatis generalis, & ſuperiorū ſuorum cōceſſas, quas vitæ, & obedientiæ regularibus aduerſari, aut illas lædere, ſeu ipſius Abbatis generalis, & aliorum Prælatorum prædictorū, auctoritatem infringere, & ſi ipſe Abbas generalis eas reuocandas eſſe iudicauerit, dicta auctoritate Apoſtolica, per eaſdem præſentes reuocamus, caſſamus, & annullamus, ac pro reuocatis, caſſatis, & annullatis, & non conceſſis haberi volumus, & ſi quas de cætero ſimiles, vel diſſimiles facultates, & exemptiones, & gratias, abſque protectoris, vel vice protectoris ſui, dicti moderni, & pro tēpore exiſtentis, Abbatis generalis dictę cōgregationis, aut ſucceſſorū ſuorum conſenſu, concedi, aut emanari contigerit, nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nulliſque ſuffragari poſſe, ac præſentes, & quęuis alia priuilegia, facultates, & indulta, ac gratias Apoſtolicas, eidem congregationi cōceſſa, ſub quibuſcumq; reuocationib. ſuſpenſionibus, & derogationib. ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, etiam in fauorē fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, ac Cruciatæ Sanctæ, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros, etiam motu ſimili, pro tempore factis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabūt, toties in priſtinum, & eum in quo antea erant ſtatū reſtituta eſſe, & cenſeri, ſicque per quoſcumque iudices, & perſonas, quauis auctoritate fulgentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicādi, & interpretandi, facultate, & auctoritate, iudicari, & interpretari, ac diffiniri debere, & irritū, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari debere. Mandantes dilectis filijs, Abbatibus, & prælatis dictæ congregationis, quatenus, circa licētiam eligēndi confeſſorem, & in relaxandis caſib. ſibi reſeruatis, & conceſſis cum requiſiti fuerint,

Vide in to. 1. qq. re. q. 40. art. 30. & q. 21. artic. 4. & 5.

moroſi non ſint, neque difficiles, & præſentes in eorum congregatione, & capitulo, eccleſijs, & monaſterijs, conuentibus, & locis publicent, & publicari faciant. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcūq; conſtitutionibus Apoſtolicis, ac priuilegijs, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem prædictam, ſeu noſtros, & eiuſdem ſedis Nuntios, vel legatos, etiam de latere, ac pœnitentiariam noſtram, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, aut cum quibuſuis clauſulis, & decretis quomodolibet, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnib. etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 4. Martij, anno 1555. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Pro ordine Minimorum.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

1 *Confirmat omnes immunitates, & gratias cōceſſas ordini Minimorum à ſuis prædeceſſoribus.*

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs, Generali, & prouincialib. correctoribus, ac zeloſo, necnō vniuerſis fratrib. ordinis Minimorum, Salutē, & Apoſtolicam benedictionē. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinē officij noſtri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationib. grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, loca, & in quib. diuino eſtis obſequio mancipati, cum omnib. bonis, quæ in præſentiarū, in communi rationabiliter poſſidetis, & in futurū, iuſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub Beati Petri protectione ſuſcepimus, atque noſtra, omnes quoque libertates, & immunitates à fœlicis record. Sixto Quarto, Alexandro Sexto, Iulio Secundo, Leone Decimo, Clemente Septimo, & Paulo Tertio, prædeceſſoribus noſtris Romanis Pōtificibus, ſiue per priuilegia, conceſſiones, & alia indulta, vobis, & domib. veſtris, cōiter conceſſa, necnon libertates, & exemptiones ſæculariū exactionum, Imperatoribus, Regib. Ducibus, Principib. ac alijs Chriſti fidelibus, vobis, & domibus prædictis, etiam in communi rationabiliter indultas, ſpecialiter autem decimas, primitias, obuentiones, affictus, renouationes, cenſus, fructus, redditus, prouentus, vineas, domos, hortos, virgulta, prata, paſcua, olmeta, viridaria, nemora, ſyluas, lacus, ſtagna, piſcarias, & alia bona, ad vos, & domos veſtras huiuſmodi, etiam communiter ſpectantia. ſicuti ea omnia iuſtè & pacificè poſſidetis, & vobis, & eiſdē domib. veſtris, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Salua in prędictis decimis, moderatione Cōcilij generalis. Nulli ergo omninò hominū liceat, hanc paginam noſtræ ſuppletionis, confirmationis, & communicationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurū. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Dominicæ, 1553, 15. Kal. Maij, Pont. noſtri, anno 4.

De confir. priu. Vide in t. 10. qq. reg. q. 8.

Pro Ordine S. Hieronymi.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Conſtituūtur iudices conſeruatores contra detentores

rerum regularium, & contra eos, qui aliquam violentiam, & iniuriam committunt aduerſus eorum iura, & perſonas.

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratrib. vniuerſis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filijs Abbatib. Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Theſaurarijs, Scholaſticis, ac alijs perſonis, in eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, vbilibet, ac eorundẽ Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialib. & ſpiritualibus, vicarijs generalibus, in Regnis Hiſpaniarum conſiſtentibus, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Militanti Eccleſiæ, licet immeriti, (diſponente Domino) præſidentes, circa curam eccleſiarũ, & monaſteriorum omnium, ſolertia reddimur indefeſſa ſolicit, vt iuxta debitum Paſtoralis officij, eorum occurramus diſpendijs, & profectibus, diuina cooperante clementia, ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum filiorum modernorum, generalis, ac vniuerſorum priorum monaſteriorum, per priores regi ſolitorum, ordinis S. Hieronymi, ſub regula B. Auguſtini, in dictis Regnis, degentium, & illorum conuentuũ conqueſtionem percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliјque eccleſiarũ prælati, & clerici, ac eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ, quam ſeculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Varones, nobiles, milites, & laici, cõmunia ciuitatũ, vniuerſitates oppidorum, Caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, ac aliæ ſingulares perſonæ ciuitatum, & diœceſum, & aliarum partium diuerſarum, occupauerunt, et occupari fecerunt caſtra, et alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, iuriſdictiones, necnon fructus, cẽſus, redditus, & prouentus dictorum monaſteriorum, ac nonnulla alia bona mobilia, & immobilia, ſpiritualia, & tẽporalia, ad omnia, & ſingula dicti ordinis monaſteria, necnon ipſum generalem, ac alios priores, & conuentus ipſorũ monaſteriorum, eorumq. mẽbra, ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu cã detinentib. præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem: Nonnulli etiam ciuitatũ, & diœceſum, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, generali, ac alijs priorib. & conuentibus, ac monaſterijs, & membris prædictis, ſuper dictis caſtris, locis, terris, domib. poſſeſſionibus, iurib. & iuriſdictionibus, fructibus, cenſibus, & redditibus, & prouentib. eorundem, & quibuſcunque alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalib. ac alijs rebus, ad generalem, ac alios priores, & conuentus, monaſteria, & membra huiuſmodi ſpectantibus, multiplices moleſtias, & iniurias inferunt, ac iacturas, ipſoſq. generalẽ, ac alios priores, & cõuentus, iniurijs realibus, & verbalib. ac diſpendijs afficere, necnon contra priuilegia, conceſſiones, & indulta, eiſdem generali, & alijs prioribus, conuentib. ac monaſterijs, & membris prædictis, à ſede Apoſtolica, & alijs quibuſcumque conceſſa, temerè de facto venire, & in quantum in eis eſt, illa infringere nõ verentur. Quare generales, ac priores, & conuentus præfati, nobis humiliter ſupplicarunt, vt cum eiſdem valdè reddatur difficile, pro ſingulis querelis, ad ſedẽ prædictam habere recurſum, prouidere ipſis, ac monaſterijs prædictis ſuper hoc, paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, inquietatores, & iniuriatores huiuſmodi, illo volentes, eiſdem, generali, ac prioribus, cõuentib. & monaſterijs, ac membris, præſentibus, & futuris, remedio ſubuenire, per qđ eorum compeſcatur temeritas, & alijs aditus committendi ſimilia, præcludatur, præfatos, generalem priores conuentus, necnon fratres, nouitios, cõuerſos, & donatos, ſeruientes, & perſonas, ac eorum ſingulos, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, duo, aut vnus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, & diœceſes, in quibus deputati eſtis conſeruatores, & iudices, quotiens pro parte eorundem, generalis, priorum, & conuentuum dicti ordinis, præſentium, & futurorum ſeu alicuius ipſorum, præſentium literarum vigore, fueritis requiſiti, etiam ſub inobedientiæ, & excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, eo ipſo, ſi legitimo ceſſante impedimẽto, contra feceritis, aut literas huiuſmodi exequi nolueritis, ſeu aliquis veſtrum contra fecerit, vel exequi noluerit, per vos incurrendis, præfatis, generali, prioribus, conuentibus, ac monaſterijs, & mẽbris præſentibus, & futuris huiuſmodi, eorumq. perſonis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem, ſuper his, & quibuſuis alijs bonis, & iuribus, ad generalem, priores, conuentus, monaſteria, & membra huiuſmodi, eorumq. perſonas, vt præfertur, ſpectantib. ab eiſdem, vel quibuſuis alijs, indebitè moleſtari, vel eis grauamina, ſeu damna, vel iniurias irrogari, aut conceſſiones, priuilegia, & indulta quæcumque, præfatis, generali, & alijs prioribus, conuentib. & monaſterijs, ac membris, præſentibus, & futuris, vel alicui, ſeu aliquibus eorum, coniunctim, vel diuiſim cõceſſa, ſeu concedẽda, infringi, vel ei impugnari, quoquo modo factum, dictis generali, prioribus, conuentibus, monaſterijs, & membris, eorumque perſonis, cum ab eis, vel procuratoribus ſuis, aut eorum aliquo, fueritis requiſiti, de prædictis, & alijs perſonis quibuſlibet, ſuper reſtitutione huiuſmodi Caſtrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorũ, iuriſdictionum, iurium, & bonorum, mobilium, & immobilium, reddituum quoque, & prouentuum, & aliorũ quorumcumq. bonorum, necnon de quibuſuis moleſtiis, iniurijs, atq. damnis, præſentib. & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indaginẽ, ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs verò, prout qualitas eorum exigerit iuſtitiæ complementum, occupatores, ſeu detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis extiterint, quandocumque, & quotieſcumque expedierit, auctoritate noſtra, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, & nihilominus legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, quos cenſuras, & pœnas, per vos pro tempore latas, incurriſſe conſtiterit, quotiẽs expedierit, iteratis vicib. aggrauare curetis, & inſuper ſi per ſummariam informationem, ſuper his, per vos habendam, etiam vobis conſtiterit, quòd ad loca, in quib. occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos præſentes literæ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipſis, & citationibus de eis faciendis, tutus non pateat acceſſus, vel eorum copia commodè haberi non poterit. Nos, vobis citationes, & monitiones quaſlibet, per edicta publica, locis affigenda publicis, ac partibus illis vicinis, de quibus ſit veriſimilis coniectura, quòd ad citatorum, & monitorum huiuſmodi, notitiam peruenire valeant, faciendi plenam, & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem, ac volumus, & prædicta

Vide in 2. to qq. req. 50 art. 4.

aucto-

auctoritate decernimus, quod citationes, & monitiones huiuſmodi, perindè arctent ipſos monitos, & citatos, ac ſi eis perſonaliter inſinuatæ, & intimatæ extitiſſent. Non obſtantib. tam fœlic. record. Bonifacij Papę Octaui prædeceſſoris noſtri, in quibus cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis, vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocetur, ſeu ne iudices, & conſeruatores à ſede deputati, extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alij, vel alijs vices ſuas committere, aut aliquos, vltra vnam dietam, à fine diœceſis eorundem, trahere præſumant, ac de duabus dietis, in Concilio generali edita, dummodo aliquis, vltra tres dietas, auctoritate præſentium non trahatur, ſeu, quod de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violentijs, & alijs, quæ iudicialem indaginem requirunt, pœnis. in eo, ſi ſecus egerint, & in id procurãtes, adiecti cõſeruatores, ſe nullatenus intromittant, quodq; Epiſcopi, & Archiepiſcopi, & alij ſuperiores, ſeu in dignitate eccleſiaſtica dumtaxat conſtituti, conſeruatores deputari poſſint, quam alijs quibuſcumque conſtitutionibus à prædeceſſoribus noſtris Roma. Pontiſ. tam de iudicibus delegatis, & conſeruatoribus, quàm perſonis, vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ veſtrę poſſent, in hac parte, iuriſdictioni, aut poteſtati, eiuſque libero exercitio, quomodolibet obuiare, quodque vos filij vicarij, & officiales, de perſonis, quæ deputari poſſent conſeruatores, non ſitis, ſeu ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim, à præfata ſit ſede indultum, quod excõicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra certa loca, ad iudicium euocari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenã & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, & de eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus proprijs mentionem, ac alijs conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, necnon ſingulorum monaſteriorum, & ordinis huiuſmodi, & iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis eccleſijs, & alijs monaſterijs, ordinibus, militijs, collegiis, vniuerſitatibus, locis, & perſonis, cuiuſcumque dignitatis, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiam regali, reginali, vel alia quauis auctoritate fungentibus, communiter, vel diuiſim, ſub quibuſuis verborum formis, & clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; decretis, conceſſis, & in poſterum concedendis, et ſi in illis caueatur expreſſe, quod conſeruatoriæ in dictis regnis, ſub quacumque verborũ forma conceſſæ, & in poſterum concedendæ, ad formã quinterni cancellariæ reducantur, reductæ eſſe cenſeãtur, quibus omnib. etiamſi pro eorũ ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbũ inſererentur, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, ac vice duntaxat, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque, & qualibet alia indulgentia dictæ ſedis, generali, vel ſpeciali, cuiuſcumq. tenoris exiſtat, per quam, præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertã, veſtræ iuriſdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiuſcumque toto tenore, de verbo ad verbũ, in noſtris literis, habenda ſit mentio ſpecialis. Cæterũ volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrũ proſequi valeat articulũ, etiam per aliũ inchoatum, quamuis idem inchoãs, nullo fuerit impedimento præpeditus. Quodque à datis præſentium, ſit vobis, & vnicuiq; veſtrũ, in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, cæptis, & non cæptis, præſentib. & futuris, perpetuata poteſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaq. firmitate, poſſitis in pręmiſſis omnib. cæptis, & non cæptis, præſentib. & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula, corã vobis cæpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra, & cuiuſlibet veſtrũ, in prædictis omnib. & ſingulis, per citationẽ, vel modum alium, perpetuata legitimè extitiſſent, conſtitutione prædicta, ſuper conſeruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita, non obſtante, præſentibus, perpetuis futuris temporib. duraturis, & inſuper, quia difficile foret, præſentes literas, ad quæcumque loca, quib. neceſſe foret, transferre, etiam volumus, & eadẽ auctoritate Apoſtolica decernimus, quod præſentiũ literarum huiuſmodi tranſumptis, manu alicuius Notarii, & ſigillo alicuius veſtrũ ſigillatis, ea prorſus fides, in iudicio, & extra adhibeatur, & ſtetur, in omnib. & per omnia, ſicut eiſdem præſentib. literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarna. Domi. 1512. 15. Kal. Auguſti, Pont. noſtri, anno 8.

De iudicib. conſeruatoribus. vide in 10. 1. qq. 19. q. 63.

PAVLVS PAPA IV.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

Habetur authentica in conuentu S. F. Salmanticẽſi.

SVMMARIVM.

Omnium priuilegiorum fratrum Minorũ de obſeruãtia, quos vocant, Monialiumq́, S. Claræ, necnon de Pœnitentia nuncupatorũ, ordinibus, per ſummos Põtifices conceſſorũ, confirmatio per S. D. N. Paulum, huius nominis quartũ, nouiter facta feliciter incipit.

PAulus Papa Quartus. Ad perpetuam rei memoriam. Ex Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarũ Deo deuotarum profectu, ſub regulari caſtimonia, Domino militantium, pia deuotione prouenire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex, quandoq; per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earundẽ quiete, & cõmodo, conceſſa, approbet, & innouet approbata, & innouata, Apoſtolica auctoritate cõmuniat, vt eo firmiora perſiſtant, quo ſæpius fuerint eiſdẽ ſedis auctoritate circũfulta. Sanè pro parte dilecti filii, Clementis de Monelia, Miniſtri Generalis Ordinis Fratrũ Minorũ, regularis obſeruantiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabbaoth, (Dei gratia) ordo ipſe, magnos probitatis, doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus, ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſq; laborib. proque ſalute animarum, ab Apoſtolica ſede, cuius continuè pacem, & dignitatem, ordo idẽ fortiter tutatus eſt, tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus, & ſancta ſua officia: ac vitam ſuam regularem, facilius, atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ Religioſæ perſonæ, ordineſq; alii, exemplo ipſorum, promptiores, alacrioreſque, ad

De confir. pri. vide in 10. c. qq. 10. q. 8.

ad ſua officia perſoluenda reddantur. Cumq; etiam ex ipſius ſedis prouiſione, ac benigna dignatione, prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex, quãdoque prædeceſſorũ ſuorum Romanorum Pontificum, geſta innouet, ac innouationem, & reuocationem reſtauret, & Apoſtolica auctoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, ac in priſtinũ ſtatum reponat, & reducat, & propterea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, nõnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones, etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, & ſingula priuilegia, & indulta, tam ſpiritualia, quam temporalia, & per ſolam ſignaturam, aut per oracula viuæ vocis, vel aliàs etiam contra Apoſtatas, tam pro foro conſcientiæ, quam foro fori, tam prædictis fratrũ Minorum, quàm S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nũcupato ordinibus, illorumq; ſuperioribus fratrib. monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexos perſonis, & monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis quibuſcumqoe dictorum ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum cõmonicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, inter ſe, ac etiam cum alijs quibuſcunque ordinibus, Mendicantibus, & non Mendicantibus. Et fœl. rec. Gregorius IX. Bonifacius VIII. Alexander IV. Nicolaus III. Clemens V. Eugenius etiam IIII. Leo X. Clemens VII. Paulus ſimiliter III. ac Iulius etiam III. ac alij Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, & ſedes Apoſtolica, tam ſuper exemptionibus, etiam ab ordinariorum locorum, & legatorum, etiam de latere, ac hæreticæ prauitatis Inquiſitorum, iuriſdictione, viſitatione, & correctione, quam etiam ab omni impoſitione, collecta, decima, ſubſidio, quarta, & quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagijs, & gabellis, ac alio quocumque grauamine, per ſedem eandem pro tempore impoſitis conceſſerint. Ac piæ memoriæ, Martinus IV. etiam prædeceſſor noſter, qoi conſiderãs, quod fratres ordinis Minorum, regularis obſeruãtiæ huiuſmodi, pro nulla re temporali, iuxta eorum profeſſionem, & regularia inſtituta, poſſunt in iodicio experiri, vt excluſis quibuſcumque ſolicitudinibus, liberius, & quietius, diuinis poſſent vacare obſequijs, & offerentium, donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium ordini fratrũ Minorum, vel illius fratrib. prædictis, aliquid propter Deom, pia intentio non fraudaretur, ac hæredum, & executorũ negligentijs obuiari poſſet. Ac vt ipſi fratres, ſecundum modos licitos, & cõgruos, ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis, nõ fraudarentur, inter alia diſpoſuit, quod generalis, & prouinciales miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi, pro tempore, ipſius ordinis fratrum Minorũ, poſſent nominare ſpeciales perſonas, quæ non eſſent de dicto ordine, pro locorum indigentia ſingulorum, quas perſonas, taliter per ipſos nominatas pro tempore, in ijs, adminiſtrationem legitimam, & geoeralem, & liberam gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe, & de plenitudine poteſtatis conſtituendo, auctoritate Apoſtolica decreuit. Qui res ipſas, & rerum prædictarum precium, & prædictas eleemoſynas, nomine Roman. Eccleſiæ (ad quam rerum mobiliũ, & immobiliũ, quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & domioium, nullo medio ſpectat) reciperent, per eoſdem, in fratrum ipſorum vtilitates, prout eis licet, ex regula, vel declaratione regulæ, conuertenda, ſicut, & quando à generali, & prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis, pro tempore, in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem fratribus, de aſſenſu eorum, extitiſſent requiſiti, ac eædem perſonæ, petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoque, & paciſcendi, conueniendi, compromittẽdi, remittendi, refutandi, quitationem faciendi, agẽdi, defendendi, ac in animas eorum de calumnia vitanda, & veritate dicenda, iurandi, & cuiuſlibet alterius generis, iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos, qoi huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut precium earum, vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamentis, occuparent, vel violenter aoferrent, ſiue contra voluntatem fratrum, quomudolibet obtinerent. Et generaliter, in omnibus cauſis, rebus, & locis huiuſmodi, ad ipſam Eccleſiã ſpectantibus, ipſorum fratrum vſui conceſſis. Nec non pro immunitatibus, libertatibus, & iuribos, ac priuilegijs, & iodolgentijs, eorundem, ſioe cuiuſlibet ſatiſdationis, & cautionis onere plenam, generalem, & liberam haberent, Apoſtolica auctoritate præfata, in iudicio, & extra, poteſtatem, reuocãdi, quoqoe perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias eis ſubrogandi, vel oominandi, per ſupradictum modum nominatioois, quotiens oportunum foret, quæ eandem in prædictis, vel ſimilem haberent poteſtatem, plenam, & liberam, per ſuas, ſub datis apud vrbem veterem, quinto decimo Kalendas Februarii, Pontificatus ſui, aono ſecundo, auctoritate Apoſtolica præfata, etiam conceſſit facultatem. Et licet recolendæ memoriæ, Ioannes Vigeſimus ſecundus, ſimiliter prædeceſſor noſter, conſtitutione quæ incipit: Ad conditorem, per quam Miniſtris, & cuſtodibus, & fratribus prædictis, ne literis, & conceſſione Martini prædeceſſoris huiuſmodi, ſioe Apoſtolicæ ſedis præfatæ licentia, vterentur; inter cætera prohibuit, nihilominus prohibitione huiuſmodi noo obſtante, Sanctæ Memo. Martinus Quintus, ſimiliter prędeceſſor noſter voluit, & eadem auctoritate Apoſtolica conceſſit, Minoſtris, & cuſtodibus, & fratrib. prædictis, quod ipſi, & eorum ſinguli, literis Martini Quarti prædeceſſoris, ac omnibus in eis contentis huiuſmodi, liberè, & licitè vti valerent, tandiu, & quouſque per ſedem prædictam, aliud in præmiſſis, eidem ordioi vtilius foret ordinatum. Ac etiam fœlicis memoriæ, Eugenius etiam Papa Quartus, pariter prædeceſſor noſter, ius huiuſmodi eidem ordini, per alias ſuas, eodem tenore literarum Martini Quarti prædeceſſoris huiuſmodi, in eis præinſerto, vt dicitur, conceſſit, conſeruari. Necnon etiam, piæ memoriæ, Nicolaus Quintus, & Sixtus Quartus, etiam prædeceſſores noſtri, ſuper confeſſionibus audiendis, omnium perſonarum, extranearum, & forenſium, quarumcumque diœceſum, per fratres Minores, ordinis, & obſeruaotiæ regularis huiuſmodi, ad hoc à ſuis ſuperioribus, vt moris eſt, deputatos. Necnoo, pro abſolutionis beneficio, illis impendendo, ac ſacratiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, eis taliter confeſſis, omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, licitè adminiſtrando, per diuerſas eorum literas, eadem auctoritate Apoſtolica, facultatem coonceſſerunt. Ac idem Eugenius, & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, facultatem abſoluendi huiuſmodi, ſub certis modis, & forma, ac etiam in diuerſis conuentibus huiuſmodi, tunc expreſſis, (etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur) ampliarunt, & extenderunt, prout in ſingulis conceſſionibus, & literis eorundem prædeceſſorum, plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ea quæ ſæpius Apoſtolica auctoritate præfata, munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem. Dictus Clemens Miniſter cupiat priuilegia, facultates, conceſſiones, indulta, diſpenſationes, & ſingulas alias gratias huiuſmodi, etiam per nos approbari

bari, innouari, & confirmari. Pro parte eiuſdem Clementis Miniſtri, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatorijs, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratijs, conceſſionibus, indulgentiis, & indultis, pro illorum obſeruantia vitidiore, noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, quibus ſuaui religionis iugo, diuinis laudibus, & Chriſtianæ profeſſionis augmento, incumbentium perſonarum, tranquillitati, commoditatibus, & honori conſulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab Inquiſitoribus præfatis, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta, ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis, inter ſe, & cum aliis ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eiſdem fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia, tertio ordinibus, etiam in congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum, ordinis Minorum, regularis obſeruantiæ huiuſmodi, obedientia degentibus, ipſorumq; ſuperiorum, fratribus, monialibus, ſororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularibus perſonis, necnõ monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis quibuſcumque, in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut aliàs, tam per præfatos, ac quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, quã Imperatores, Reges, & alios principes, ſub quacumque forma, & expreſſione verborum, conceſſa, ac etiam, iteratis vicibus approbata, necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, clauſulis, decretis, & declarationibus ſingulas deſuper confectas literas, & in eis contenta (etiam prout largius in aliquibus earum, eis conceſſum eſt) interpretando, & indè ſecuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas datas, effectus, & decreta, in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, approbamus, & innouamus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, necnon ordinibus fratrum Minorum, regularis obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in congregatione, ſub obedientia fratrum Minorum obſeruantiæ huiuſmodi degentibus, ſuperioribus fratribus, monialibus, etiam tertiarijs nuncupatis, ſororibus, perſonis, monaſterijs, domibus, Eccleſijs, & locis præfatis, etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi ſuffragari. Illiſque frui, vti, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit poſſe, & debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe, eiſdem fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio de pœnitentia nuncupato, ordinibus, conceſſa fuiſſent, decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Et nihilominus, pro potiori cautela, & ampliori dono gratiæ, illa omnia, & ſingula, quæ per præfatos prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, Reges, & Principes, ac nos, & ſedem eandem conceſſa, ſtatuta, & ordinata fuerunt, etiam iuxta ampliorem, & fauorabilem eorum intelligentiam, & interpretationem, & præſertim, vt excluſis quibuſcumque ſolicitudinibus, liberius, & quietius diuinis poſſint vacare obſequijs, fratres Minorum regulæ, obſeruãtiæ huiuſmodi, & animarum ſaluti, per amplius proficere, & offerentium, donantium, & concedentiũ, aut in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto, vel fratribus ordinis Minorum huiuſmodi aliquid, propter Deum, pia intentio non fraudetur, ac hæredum, ac executorum negligentijs obuietur, ac vt ipſi fratres, ſecundum modos licitos, & cõgruos, ipſi ordini relictis ſibi in teſtamentis, mobilibus, & immobilibus bonis, & alijs etiam pecuniarijs, ſibi quomodolibet oblatis, conceſſis, legatis, & donatis pro tempore, etiam pro miſſis, & alijs diuinis officijs, eleemoſynis, & alijs rebus, fraudetur, quod generalis de per ſe, in toto ordine, & ſinguli prouinciales miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi, pro tempore exiſtentes, ipſis ordinis fratrum Minorum, in ſuis prouincijs, & cuſtodijs reſpectiuè, & ad hoc, ab eis reſpectiuè deputati fratres pro tẽpore, poſſint nominare ſpeciales perſonas, quæ non ſint de dicto ordine Minorum pro locorum indigentia ſingulorum, quando, & quoties opus fuerit, in ſingulis eorum cõuentib. quas perſonas taliter nominatas pro tempore, in iis, adminiſtrationem legitimam, & generalem, ac liberam, gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & actores eſſe, de poteſtatis plenitudine conſtituendo, eadem auctoritate, etiam decernimus, qui res ipſas, & rerum ipſarum precium, & prædictas eleemoſynas, nomine Romanæ Eccleſiæ (ad quam rerum omnium, mobilium, & immobiliũ, quibus fratres vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium nullo medio ſpectat) recipiant, & recipere poſſint, & debeãt, per eoſdem, in fratrum ipſorum vtilitas, etiam pro victu, & veſtitu eorum, ac reparatione conuentuũ, & aliarum rerum, locorum, conuentuum, & fratrũ huiuſmodi neceſſitatibus, pro tempore conuertenda, ſicut, & quando à dictis generali, in toto ordine, & prouincialib. miniſtris, ac cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis, pro tempore, in prouincia, vel cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem fratribus, de aſſenſu eorum, extiterint requiſiti. Ac eædem perſonæ, petendi, exigendi, recipiendi, alienandi prædicta, tranſigendi quoq; paciſcendi, conueniendi, compromittendi, commutandi, remittendi, refutãdi, quietationem faciendi, agendi, defendendi, ac in animas eorum, de calumnia, & veritate dicẽda, iurandi, & cuiuſlibet alterius iuramentũ præſtãdi, cum illis, & contra illos, qui huiuſmodi res mobiles, & immobiles, aut precium earum, vel relictas eleemoſynas fratribus in teſtamentis, aut aliàs eis donatas, & conceſſas occuparent, vel violenter auferrent, ſiue contra voluntatem fratrum, quomodolibet retinerent, & generaliter in omnib. cauſis, pro rebus, & locis huiuſmodi, ad ipſam Eccleſiam ſpectantibus, ipſorum fratrum vſui conceſſis, necnon pro immunitatibus, & libertatibus, iuribus, & priuilegijs, ac indulgentijs eorundem, ſine cuiuſlibet ſatiſdationis, & cautionis onere, plenam, generalem, & liberam habeant auctoritatem, præfata auctoritate Apoſtolica, in iudicio, & extra illud, poteſtatem concedimus.

Reuocando quoque perſonas eaſdem, & earum quamlibet, ac alias ſubrogandi, vel nominandi, per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum fuerit, quæ eandem, in prædictis, vel ſimilẽ habeant poteſtatem, plenam, & liberam, etiam generali, ac prouincialib. miniſtris, ac cuſtodibus huiuſmodi, & eorum ſingulis, vt præfertur, eadem auctoritate, facultatem etiam concedimus. Nec propter præmiſſa, fratres Minores huiuſmodi, contra

regulam

regulam S.Franciſci,quam profeſſi ſunt,& profitētur in futurum, ſine contra ſtatuta regularia ſui ordinis huiuſmodi, in aliquo facere, nec feciſſe, imo cum illius obſeruatione, quo ad hoc, & pura,& ſana conſcientia, ſine alicuius conſcientiæ ſcrupulo, vixiſſe eatenus,& in poſterū viuere,& ſic per quoſcumqoe iudices,ſublata eis,& eorum cuilibet,quauis aliter iudicandi , & interpretandi facultate, & auctoritate,iudicari,& definiri debere. Irritū quoque,& ioane, ſi ſecus ſuper his à qooquam, quauis auctoritate, ſcienter,vel ignoranter,contigerit attentari, decernimus, & declaramus, & inſuper, vt pro tempore deputatos confeſſores, fratres ordinis Minorum obſeruantiæ huiuſmodi,omniū quarumcumque diœceſum, vtriuſque ſexus Chriſti fidelium,ad eos pro tēpore recurrentium, confeſſiones audire,eoſq; etiam in caſibus,& cenſuris,quib. eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ, etiam per modum communicationis, & extenſionis quorumcūque ordinum,etiā Minimorū, hactenus conceſſum eſt,poſſe abſoluere,& ſinguli ordines, etiam Minimorum (qoorum priuilegia eidem ordini Minorū ſunt communicata,& extenſa) abſoluere conſueuerunt abſoluendi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi,& omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, ſacramentum Euchariſtiæ,tā illis,quam aliis quibuſuis perſonis, licitè miniſtrandi,Apoſtolica auctoritate prædicta indulgemus,ac de nouo concedimos, in omnib. & per omnia, ita quod ordinis ſuperiores,fratres,moniales,ſorores, perſonæ,monaſteria,domus, eccleſiæ, & loca prædicta, illis tam in genere,quam in ſpecie conceſſis, vt præfertur, vti,potiri, & gaudere poſſint, & debeant. Ac ab ipſis Inquiſitorib. impoſitionibus,graoaminibus,oneribus,decimis,quarta , & qointa,& fuoerali, & aliorum qoorumcumq; eis legatorum, & oblatorum,ac conceſſorum pro tempore, necnō pedagijs, & Gabellis, ac omnib.& ſingulis alijs ſupradictis,libera penitus,immonia, & exempta,auctoritate Apoſtolica,& tenore prædictis, etiam cōcedimus, & indulgemus,ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus venerabilib.fratribus, Archiepiſcopo Rothomagenſi,& Epiſcopo Conchenſi,ac dilecto filio,curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ auditori, per præſentes committimus, & maodamus, quatenus ipſi, vel duo,aut vnus eorum , per ſe,vel alium,ſeu alios,faciant auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis cōtenta quæcumque, plenum effectum ſortiri,illoſq; omnes,quos concernunt pacificè frui,& gaudere.Non permittentes quecoquā deſuper,per quoſcumqoe,quomodolibet indebite moleſtari.Contradictores quoſlibet, & rebelles, & per quaſcumq. (de quibos eis videbitur) cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas,ac alia oportona iuris remedia,appellatione poſtpoſita, compeſcendo.Ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiā iteratis vicibus aggrauādo. Inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtātibus præmiſſis , ac conſtitutionibus, ſuper cathedram Bonifacij, & dodum Viennenſis Concilij, ac Clementinæ religioſi,de priuilegijs, & dudum.de ſepulturis.ac etiam, ex frequentibus , de ſententia excommunicationis,ac Extraoagante, ad Conditorem. Ioannis Vigeſimi ſecuodi, cum alijs conſtitutionibus,eandem materiam prædictæ extrauagantis tangentibus,ſeu concernentibus,ac regulis Cancellariæ Apoſtolicæ,iam editis,& in futurum edendis,ac piæ memoriæ,Bonifacij Papæ Octaui,etiam prædeceſſoris noſtri,de vna,& in Concilio generali,de duab.dietis editis(dūmodo vltra tres dietas, aliquis vigore præſentium,ad iudiciū nō trahatur) & alijs Apoſtolicis,ac prouincialibus, capitularib. generalibus,& ſpecialib.conſtitutionibus,& ordinationibus,etiam in vltimo geoerali Concilio Lateranenſi celebrato,& aliis Concilijs editis, necnō, ſtatutis,& conſuetudinib.etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica , vel quaois firmitate alia roboratis,priuilegijs quoque,indultis,& literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis , per Leonem Decimum,Clementem Septimom, Paulum Tertium,Iulium etiam Tertium, præfatos, ac quoſcumque alios Romanos Pootifices , prædeceſſores noſtros, ac ſedem eandem,etiam motu proprio,ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib. ac cum quibuſuis irritatiuis,annullatiuis, caſſatiuis,etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis,reſtrictiuis, præſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis , mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus,efficaciſſimis,& inſolitis clauſulis,quomodolibet, etiam pluties conceſſis, confirmatis,& innouatis,quibuſuis perſonis,& ordinibus in contrarium forſan conceſſis, confirmatis, & innouatis , quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficieota derogatione,de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua , ac de verbo ad verbum,non autē per clauſulas generales,idem importantes,mentio,ſeu quæuis alia expreſſio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, & in eis caueatur expreſſe, quod illis oullatenus,aut non oiſi ſub certis modo, & forma,derogari poſſit. Tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum , nihil penitus omiſſo , & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent,præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat,ſpecialiter,& expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus commuoiter, vel diuiſim, àb eadem ſede indultum,qood interdici,ſuſpendi,vel excommunicari non poſſint,per literas Apoſtolicas,non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum, de ioduLto huiuſmodi mentionem,cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Verum,quia difficile foret, pręſentes literas ad ſingula quęque loca(in quibus forte opus eſſet) deferri: Volumos,& pariter Apoſtolica auctoritate deceroimus,quod illarum trāſumptis,maoo Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ , in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,ſeu Coriæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides,in iudicio,& extra illud,adhibeatur, quę pręſeotibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat.Romæ,apud S.Marcum, ſub annulo Piſcatoris,die 1.Julij,1555.Pont.noſtri, anno 1.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Bulla Pauli Quarti,quod nullus in ordine Minorum, deſcendens ex genere Iudaorū,aut hareticorū,vſque ad quartā generationem incluſiue,quorum corpora, ſiue ſtatua ſunt igni tradita, recipiatur ad profeſſionē,& qđ eorū nullus poſſit eſſe in ea religione platus.

PAulus Papa Quartus.Ad futuram rei memoriā. Cum ex Apoſtolatus officio , nobis diuinitus commiſſo, cura Dominici gregis, nobis immineat generalis,-& cum religioni deditos, qoantum cum Deo,poſſumus, præſertim ordinis fratrum Minorum Sancti Franciſci , ab omnibus ijs , quæ eorum pias mentes aliquando ſubuertere poſſent, ita cuſtodiamus, vt creſcentis io eis quotidie,Dei obſequij zelo,vberiores fructus io vinea Domini afferre valeant.Cū itaq; fœl.rec.Clemēs Papa VII.prædeceſſor noſter,motu proprio,& ex certa ſciētia,auctoritate Apoſtolica ſtatuerit, & ordioauerit, quod de cętero,in Regno Hiſpaniarū taotum aliqui fratres *Vide in 10. 1.qq.10.q. 10.ar.3.q. 14.per totā quaſ.& in 10.3.qq. 10.qua.16. art.4.*

Minorum

Minorum ordinis obſeruantiæ, à Iudæis, ſeu hæreticis, quorum parētes, & progenitores paterni, ſeu materni, viuentes, ſeu defuncti, vſque ad quartam generationē ioclusiue, hære tici declarati, & vt tales condemnati, ac illi, ſeu eorū corpora, & oſſa, vel ſtatoæ igni traditæ fuerint, originem trahentes, ſeu deſcendentes, etiam ſi ad quaſcumque dignitates, & officia eccleſiaſtica obtioenda, & exercēda, præmiſſis non obſtantibus, ſufficienti diſpenſatione, ſeu indolto ſuffulti, in miniſtros prouinciales, ſeu guardianos, nec etiam ſæculares, ſimili modo à Iudæis, ſeu hæreticis, originem trahentes, ſeu deſcedentes, io fratres ordinis Minorum obſeruãtiæ huiuſmodi, nullatenus eligi, aſſomi, & recipi, nec prouincia latus, aut alia officia quæcũq; gerere, exereere qoo quomodo poſſint, diſtrictius iohibens generali, & prouincialibua miniſtris, aut guardianis, & fratrib. eorundem ordinis, & obſeruantiæ, in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub excōicationis latæ ſententiæ pęna, eo ipſo. ſi contra ſecerint, incorrēda, ne aliquos ex dictis Iudæis, ſeu hæreticis, vſque ad quartam generationē, originem trahentes, ſeo deſcendētes, vt præfertur, in miniſtrum prouincialē, ſeu alia officia, nec de cæiero ſeculares, in fratres in dicto ordine eligere, aſſuioere, recipere, vel admittere, ſeu electos cōfirmare, & inſtitnere quomodolibet pręſumerent, decernens irritum, & inane, quidqoid ſecus attentari contigiſſet, proot in eiuſdem prædeceſſoris literis, in forma breuis expeditis, ſub data 9. Martij, 1525. plenius continetur. Quas tamen literas, cum omnibus, & ſingulis inde ſequotis, fœ. rec. Iulius Tertius prædeceſſor noſter, ex certa ſcientia. & aoctoritate Apoſtolica reuocauit, proot in literis eiuſdem Iulij, ſub data, Die X. Octobris, 1550. continetur.

Nos cōſiderantes, non ſolum eos, qui orthodoxę fidei contemptores, exiſtunt, à ſacris Canonibus, pęnis grauiſſimis plecti, verom etiam, eos, & eorū deſcendētes, à dignitatibus, & officijs, & beneficijs eccleſiaſticis arceri, & quod non decet, eos, qoi ad docendum alios, verbo, & exemplo, in miniſtros aſſumuntur, vel ad obſeqoium Deo præſtandū, io ordinem fratrum Minorum, Sancti Franciſci, qui vt præfertur, ſoli Deo viuont, & pro vniuerſa eccleſia preces Deo effundunt, recipiuntor, ſuſpicione aliqoa laborare, vel qood ipſi, mala imbuti doctrina, vel vitiorum parentū imitatores exiſtāt, vnde alios fratres dicti ordinis, eorom labe, maximo cum ſcandalo, & periculo inficere poſſint, volētes, vbi maximum eſt periculum, plenius prouidere, tenores, & compendia literarum ſupradictarum, fœl. rec. Clemeotis, & fœ. rec. Iulij prædeceſſorom noſtrorum, vt præmittitur, & omnia in eis conteota, pro ſufficientet expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa ſcieotia, & Apoſtolica auctoritate, eaſdem literas Clemeotis, non obſtante reuocatione, caſſatione, annullatione Iulij Papæ pręfati, approbantes, & innouantes, ac perpetuo obſeruari volentes, & in viridi obſeruantia reponentes, & reducentes, literaſq; eiuſdem Iulij Papæ, præfatarum literarum Clementis, reuocatrices, caſſantes, & aonullantes, illaſque nullius roboris. ac momenti, ac pro infectis, qooad omnia haberi, pleniuſque in præmiſſis prouidere volentes.

Proprio motu, ſcientia, & auctoritate prædictis, tenore præſentium, perpetuo ſtatuimus, & mandamos, quod de cætero, nullos ſecularis, qui Iudæus, ſeu hæreticus fuerit, ſeu à Iudæis, & hæreticis, quorum parentes, ſeu progenitores paterni, ſeu materni, viuentes, ſeu defuocti, vſqoe ad quartam generationem incluſiue, hæretici declarati, & vt tales cōdemnati, ac illi, ſeu eorum corpora, & oſſa, vel ſtatuæ igni traditæ fuerint, originem trahat, ſeu ex deſcendentibus prædictorum Iudęorum, ſeu hæreticorum, vſq; ad quartam generationem incloſiue, fuerit, vel ſit, in totius ordinis fratrū Sancti Franciſci, dicti ordinis fratrē, in quibuſcumq; locis, & mūdi partibus, vbi religio, & ordo fratrū Minorū huioſmodi, fuerit aliquo modo, ſub qoouis prætextu, & quæſito colore, ſub pęnis infraſcriptis, per ſie recipientes, & admittentes, abſqoe declaratione incurrendis, recipi, & admitti poſſit, & ſi aliqui, tēpore datæ præſentiū, inter fratres Minores totios dicti ordinis ſancti Franciſci, in qoibuſcũque locis, & mundi partibus, vbi religio, & ordo fratrum huiuſmodi ſimiliter fuerit, cum olim Iudæi, ſeu hæretici fuerint, ſeu à ſimilibus Iudæis, ſeu hæreticis, quorū ſimiliter parentes, & progenitores paterni, ſeu materni, viuentes, ſeu defoncti, vſqoe ad quartam geoerationem ioclusiue, hæretici declarati, & vt tales condemnati, ac illi, ſeu eorū corpora, & oſſa, vel ſtatuæ, igni traditæ fuarint, originē trahentes, ſeu deſceodentes, vſq; ad qoartā generationē incluſiue, & ad qoaſcumq; dignitates, beneficia, & officia Eccleſiaſtica obtinenda, exercenda, pręmiſſis non obſtātibus, ſufficiēti diſpēſatione, ſeo indulto ſuffulti reperiuntur, in miniſtros Generales, ſeu Prouinciales, & cōmiſſarios generales, ſeu quoſcumq; alios cōmiſſarios, ſeu Guardianos, aut prędicatores, etiamſi alias ſoliti fuerint, ad huiuſmodi officia generalatos, cōmiſſariatus geoeralis, & cuiuſcumq; alterius commiſſariatus, prooincialatos, ſeu guardianatus, & prędicationis, eligi, & aſſumi nullatenus, ſeu recipi poſſint, electioq; & aſſomptio, ſeu receptio de ipſis facta, ad officia prędicta, ſi de facto fieri contigerit, nullios ſit roboris, vel momenti, & pro non facta habeatur, nec vigore electionis, aſſumptionis, ſeu receptionis prędictę, illi ſic electi, aliqoid adminiſtrare, ſeu prędicare poſſint, ſed omnia, & ſingola, per eos ſic electos, & aſſumptos, de facto adminiſtrata, & geſta, viribus careant, & nullā prorſus firmitatē obtioeant. Nulliq; fratres totius ordinis ſancti Franciſci, & qui eos in generalē miniſtrū, commiſſariū generalē, & alios quoſcunq; cōmiſſarios, pro eiſdē ſic contra huiuſmodi mandata electis, & aſſumptis, obedire, ſed in continenti, ab eorū obediētia recedere, eiſq; prędicationis officiū interdicere, & ad alios miniſtros, & generalē, eligendos, procedere, perinde, ac ſi prędicti nullatenus electi, ſeu aſſumpti forent, ſub pęnis infraſcriptis teneantur, & debeant. Et vlterius ſi cōtigerit à tempore datę præſentiom, aliquem ex dictis olim Iudęis, ſeu hęreticis exiſtētibus, ſeu à Iudęis, ſeu hęreticis, vſque ad quartā generationem incluſiue, vt ſupra deſcendentibus, in aliquibus ex dictis officiis electum, aſſumptum, confirmatum, & inſtitutum, etiā in quaſi poſſeſſionē dictorum officiorom exiſtentem, reperiri, ille ſic electus, aſſumptus, cōfirmatus, & inſtitutus, & in quaſi poſſeſſione repertus, vigore præſentiū, intelligatur, & ſit eo ipſo, & abſque alia deſuper declaratione facienda, dictis officiis deſtitutus, & priuatus, nihilque vigore dictorū officiorum gerere, ſeu adminiſtrare, ſeu etiam prędicare poſſit, geſtaque, & adminiſtrata per ipſum, poſt pręſentium publicationem, in capitulo generali dicti ordinis faciendam, viribus careant, oullamque prorſus obtineāt firmitatē, nulliqoe fratres, eis in dictis officiis, contra huiuſmodi mandata noſtra exiſtentibus obedire, ſed io cootineoti, quamprimum potuerint, poſt pręſentium publicationem, in dicto capitulo generali, vt ſupra faciendam, ab eorum obediētia recedere, & ad alium eligeodum procedere, ſub pœnis infraſcriptis teneaotur, & debeant. Diſtrictius iniungentes geoerali miniſtro, commiſſario generali, aliiſque commiſſariis quibuſcumque, prouincialibus, ac guardianis, & fratrib. totius dicti or

dinis, in qoibuſcunq. mundi partib. & locis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis generalatus, &c. & inhabilitaris ad illa, in perpetuum obtinenda, pœnis eo ipſo, ſi contra fecerint, incorrendis, ne aliquos ex dictis, qui olim Iudæi, ſeu hæretici fuerint, ſeu à dictis Iudæis, & hæreticis (vt præfertur) vſque in quartam generationem incluſiuè, originem trahentes, ſeu deſcēdentes exiſtant, in fratres totius dicti ordinis, in quibuſcunque locis, & mundi partibus, ſeu in miniſtros generales, prædicatores &c. vt ſupra recipere, admittere, eligere, & aſſumere, ſeu electos confirmare, & cōſtituere, vel iam, tempore datæ præſentium, electis, & aſſumptis, inſtitutis, & confirmatis, etiam in quaſi poſſeſſionem dictorum officiorum exiſtentibus, obediētiam aliquam præſtare, ſeu à tali obedientia non recedere, & ad alios, vt præmittitur, loco prædictorū eligendos, non procedere, illiſque officium prædicationis non interdicere, vt præfertur, quomodolibet, ſub quouis quæſito colore, & prætextu, audeāt, vel præſumant, decernentes irritum, & inane, ſi ſecus, ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari, ſicque per quoſcunque, quauis authoritate fungētes, iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, vel interpretādi facultate, & authoritate, iudicari, & diffinire debere, non obſtantibus quiboſcunque conſtitutionibus, &c. etiam Iulij III. prædeceſſoris noſtri, &c. ac quibuſcunque clauſulis, etiam derogatoriis, & decretis, & motu ſimili conceſſis, etiamſi de quolibet eorum habenda eſſet mentio ſpecialis, & indiuidua, cæteriſque cōtsaſiis quibuſcunque, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrū, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Aprilis, anni 1559. Pontificatus noſtri, anno 4.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Paulus IIII. concedit fratribus ordinis Minorum facultatem adminiſtrandi Sacramenta pœnitentia, et Euchariſtia, vbicunque, extra ſuos conuentus.

Dilecto filio, fratri Angelo de Aoerſa, totius ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, vicario generali.

PAulus Papa IIII. Dilecte fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut expoſuiſti nobis nuper feciſti, nonnulli rectores parochialiū Eccleſiarum, tàm Brixien. quàm Bergomen. ac Cremonen. & diuerſarum aliarum ciuitatum, & diœceſum, ſub dicta Brixien. necnon Mediolanen. ac Bononiæ, & ſancti Antonij prouinciæ nuncupatis, in quibus fratres ordinis Minorum ſegularis obſeruantiæ plores conuentus, ſeu domus, iuxta morem dicti ordinis, in diuinis deſeruiri ſolitos, habent exiſten. diuerſas moleſtias, ſeu lites, aut controuerſias ſuper conceſſionibus audiendis, à Chriſti fidelibus & ſacramento Euchariſtiæ, illis adminiſtrando, tanquam iur[illegible] ignari, ſeu alias malitioſe, aut de facto, pluries excitare, & mouere, eoſdemque fratres deſuper moleſtare, & impedire conantur, dicentes, quod præfati fratres, aliorum, q oam iſtorum, qui ad domus ſuas huiuſmodi veniunt, etiam ſi infirmi exiſtant, & pro illis mittant, nullatenus confeſſiones audire poſſunt, eo prætextu, quod in aliquibus confirmationibos, ſeu nouis conceſſionibus, à ſede Apoſtolica, fratribus, ſeu ordini Minorum, ſuper confeſſionibus vtriuſque ſexus fidelium audiendis huiuſmodi conceſſorum, hæc clauſula eſt appoſita, videlicet, ad eos tempore recurrentium, quam illos ſolos, qui vt præfertur, ad eaſdem domos veniunt, pro ſimilibus confeſſionibus audiendis, & nō ad alios, etiamſi infirmi ſint, & pro eis miſerint, vt præfertur, extendi debere, rectores ipſos, aſſerere non verentur, exinde fit, vt tam fidelium ipſorum Chriſti fidelium animarum ſaluti, quam eorūdem fratrum conſolationi, & commoditatibus parū conſulatur. Nos igitur huiuſmodi cauillationibus, & moleſtiis, ac controuerſiis, de cætero obuiare, ac in eis, quæ dubia ſunt, vel eſſe poſſunt, pro conſeruanda pace, & tranquillitate quorumcunque, præcipue religioſarum perſonarum, ſub iugo regularis obſeruantiæ poſitarum, mentem noſtram declarare volentes, quod de cætero, tam dictorum, quam aliorum quarumcumque prouinciarum, ciuitatū, & diœceſum per totum orbem, omnium vtriuſque ſexus fidelium, pro tempore dicti ordinis fratres, à ſuis ſuperioribus, vt moris eſt, deputati confeſſores, confeſſiones, etiam infirmorum vbilibet, etiam extra domos, & habitacula eorundem fratrum, audire, eoſque in caſibus, & cenſuris, quibus eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ huiuſmodi, hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere, & ipſi hactenus abſoluere conſueuerunt, abſoluere, & pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac omni tempore, præterquā in die Reſurrectionis Dominicæ, Sacramentum Euchariſtiæ, tam illis, quam aliis quibuſuis perſonis, licite miniſtrare poſſint, Apoſtolica authoritate, tenore præſentiū indulgemus, ac decernimus, & declaramus. Mandantes dilectis filiis curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali auditori in vrbe, ac Brixien. & Cremen. in ſpiritualibus, vicariis generalibus, quatenus ipſi, vel vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, authoritate noſtra faciant præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, plenum effectum ſortiri, ac rectores ipſos, ſiue alios, pro tempore parochialium Eccleſiarum huiuſmodi, & quoſlibet alios contradictores, & rebelles, cuiuſcumque, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, etiā per quaſcumque, de quibus eis placuerit, cenſuras, & pœnas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, etiam inuocato deſuper, auxilio brachij ſecularis, ſi opus fuerit. Non obſtantibus fœlicis recordationis, Bonifacij papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & in concilio generali, de duabus dietis, edita, dummodo vltra tres dietas, aliquis authoritate præſentium non trahatur, aliiſque cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ in præfatis priuilegiis, ſiue eorum confirmationibus, aut nouis cōceſſionibus, etiam per nos factis, conceſſum eſt, non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Verum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet deferri, volumus, & pariter authoritate Apoſtolica decernimus, quod earum trāſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem proſſus fides, in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſima Iulij, 1557. Pont. noſtri, anno 3.

Vide § 10. t. 99. re. q. 56. ar. 1. & 2. & q. 60. & 61.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Breue Pauli Quarti, in quo decernit religioſum in Epiſcopum promotum, poſtquā fuerit conſecratus, nullum in religione poſſe officium obtinere, nec tenere.

PAulus Papa Quartus. ad perpetuam rei memoriam. In ſacra beati Petri, ſede meritis licet impa-

paribus,diuina diſpoſitione collocati, ad ea, per quæ ſub religionis iugo, domino famulantiũ quieti conſulitur,& ambitiuis via præcluditur, diligẽter intendimus,& in his,noſtri paſtoralis officij partes,fauorabiliter impartimur,prout in Domino cõſpicimus ſalubriter expedire. Cum itaque,ſicut nobis innotuit,nonnulli Epiſcopi, & Archiepiſcopi,diuerſorum ordinum profeſſores,dignitates, officia,etiam ſuperioritates nuncupata,ſuorum ordinũ ambientes,ad hoc,& ad alia aſſumi, eaq; obtinere valerent, ab eorum Eccleſiis, quibus præerant, etiã munere conſecrationis per eos ſuſcepto, per ſedem Apoſtolicam abſolui procurauerint,& ad clauſtra ſuorum ordinum redeuntes,ſe ad dignitates,& officia,& ſuperioritates huiuſmodi,diuerſis modis, & viis aſſumi,eaque conſequi ſatagerint,& exinde quam plures diſſenſiones, & contentiones, ac religionis obedientiæ,exortæ fuerint, & in dies exoriantur,in animarum ſuarum periculum, & dictorum ordinum opprobrium,ac ſcandalum plurimorum. Nos præmiſſis, prout ex debito paſtoralis officij tenemur,prouidere volentes,motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, volumus,& authoritate Apoſtolica ſtatuimus,& ordinamus,quod nullus cuiuſcumque ordinis,ſeu religionis profeſſor, Epiſcopus,ſeu Archiepiſcopus, poſtquam munus conſecrationis huiuſmodi ſuſceperit, etiamſi à vinculo Eccleſiæ,cui præfuerat,per ſedem eandem abſolutus,eique,quod in ſuo ordine permaneret, & ad dignitates,ac officia,& ſuperioritates huiuſmodi aſſumi,eaque obtinere poſſe,per ſedem eandem, ſeu illius authoritate conceſſum foret,ad dignitates,aut officia,ſeu ſuperioritates huiuſmodi,cuiuſcumque qualitatis exiſtant,& quouis nomine nuncupentur, eligi, ſeu aſſequi, aut obtinere nullatenus poſſit, & ineligibilis, atq; ad ea obtinẽda perpetuo inhabilis exiſtat,ac quæuis indulta,conceſſiones,diſpenſationes,& facultates,& aliæ gratiæ,ei,tã à vobis, & ſede prædicta,etiam per literas Apoſtolicas,etiam in forma breuis,vel alias ab eis legatis,ſeu nuntiis,aut maiori pœnitentiario noſtro, quam à ſuperioribus dictorum ordinum, à quibuſuis aliis, etiam ad id poteſtatem,& authoritatem habentibus, ſub quibuſcumque tenoribus,& formis,ac cum quibuſcũque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus,& inſolitis clauſulis, irritantibuſq;, & aliis decretis,etiam motu,& ſcientia ſimilibus,& deſuper hactenus conceſſa, & in poſterum concedẽda,nulla,& inualida,nulliuſque roboris, vel momenti ſint,& eſſe cenſeantur. Et ſi quis,cum de cætero,ad dignitates,ſeu officia,aut ſuperioritates huiuſmodi,ſcienter elegerit, iure eligendi perpetuo careat,ac voce actiua, & paſſiua, eo ipſo priuatus exiſtat. Reuocantes,caſſantes, & annullantes omnia,& ſingula indulta,conceſſiones,diſpenſationes, facultates,& gratias huiuſmodi, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & decernentes irritum, & inane quidquid, ſuper his à quoquam, quauis authoritate,ſcienter, vel ignorãter,contigerit attentari. Non obſtantibus,præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictorum ordinum iuramento,confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,priuilegiis quoque,indultis,& literis Apoſtolicis,Epiſcopis,& Archiepiſcopis prædictis,ac quibuſuis alias conceſſis,cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem,& dicta authoritate decernimus,quod præſentium literarum tranſumptis,manu notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius curiæ Eccleſiaſticæ,ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,munitis,eadẽ prorſus fides,in iudicio,& extra adhibeatur, quæ eiſdẽ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ,apud S. Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die 19. Iulij,Pont. noſtri,anno 5.

De regularib. in Epiſcopatũ promotis. Vide ĩ. 2. to 99. reg. q. 18.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Breue Pauli Quarti, in quo diſponitur, vt in toto ordine Diui Franciſci nullus frater in officio generalatus,commiſſariatus,aut vicariatus generalis,prouincialatus,diffiniotatus, & guardianatus cõtinuetur, ſed tantum quibuſdam interſtitiis ſeruatis, de quib. in breui.

PAulus Papa Quartus, ad perpetuam rei memoriam. Viam ambitioſæ cupiditatis,quę ex continuatione officiorum,quandam ſuperioritatem, & iuriſdictionem, in religionum ordinibus tribuentium, paulatim, diabolo inſtigante,in animos hominum religioſorum ſerpit,religioni deditis, & præſertim fratribus ordinis ſancti Franciſci,qui in paupertate, & humilitate, obſequium Deo præſtant, mundoque mortui dicuntur,præcludere cupientes motu proprio,& ex certa ſcientia,authoritate Apoſtolica,ſtatuimus,& ordinamus,vt de cætero, in toto ordine religionis ſancti Franciſciſci,in eligendis eorum miniſtris generalibus,commiſſariis generalibus,prouincialibus,miniſtris,guardianis,& aliis officialibus dicti ordinis,perpetuo ſeruetur, quia nullus, qui fuerit miniſter generalis eiuſdem ordinis, poſt finitum eius officium generalatus, imo infra ſex annos proximos à die finiti officij generalatus prædicti,deputãdos,aut officij commiſſarij generalis eiuſdem ordinis,& ſimiliter nullus,qui vicarius generalis dicti ordinis, officium vltra vnum annũ exercuit,intra tres annos primos à die finiti officij vicariatus generalis computandos, ad prædictum officium commiſſarij generalis eiuſdem ordinis, ſub pęnis infraſcriptis,quomodolibet,& quouis colore,& prætextu eligi,aſſumi,recipi, & aſſumi poſſit. Et ſimiliter prouinciales miniſtri, qui per triennium eliguntur,peracto eorum triennio, infra ſex annos à die prædicti trienuij ſupradicti cõputandos, ad officium prouincialium miniſtrorum, ſub eiſdẽ infra ſcriptis pœnis,quomodolibet, & ſub quouis colore,& prætextu,eligi,aſſumi,recipi, & admitti non poſſint. Item diffinitores capitulorũ,tã prouincialium,quam etiam intermediorũ, in guardianos alicuius loci eiuſdem ordinis, ſed tantummodo in vicarios dictorum locorum,vel confeſſores monialium,durante eorum officio definitoris, ſub eiſdẽ infraſcriptis pœnis,quomodolibet, & ſub quouis quæſito colore,& prætextu,eligi,aſſumi,recipi, & admitti non poſſint. Quique in commiſſarij generalis officiũ,ſi prius fuerit miniſter generalis,infra ſex annos,à die finiti officij miniſtri generalis, & ſi vicariatus generalis officium, vltra vnum annũ exercuerit,infra tres annos,à die finiti officij vicariatus generalis,vt præfertur,& qui ſimiliter eorum, qui miniſtri prouinciales fuerint, in officium prouincialium miniſtrorum, infra ſex annos à die peracti triennij vt præmittitur,& qui ſimiliter,ex diffinitoribus prouincialiũ, ſeu intermediorum in guardianos alicuius loci dicti ordinis,durante dicto officio diffinitorum,contra huiuſmodi mãdata noſtra electus,aſſumptus,receptus,& admiſſus,electi,aſſumpti,recepti, & admiſſi reſpectiue,fuerit,& fuerint ĩ futurũ,electio,aſſumptio,receptio, & admiſſio in generalem, commiſſarium generalem, prouinciales miniſtros,& guardianos reſpectiue, contra præmiſſa,de facto,facta,nullius ſit roboris, vel momẽti,nullamq; adminiſtrationem,ſic contra huiuſmodi mãdata noſtra electis,aſſumptis,receptis, & ad-

De tẽpore durationis prælatorũ. vide in to. 1. 99. reg. q. 16. ar. 2.

Digitized by Google

miſſis, tribuant, illique ſic contra præmiſſa electi, aſſumpti, recepti, & admiſſi, nihil ĩ dictis officiis adminiſtrare valeant, ſed omnia per eos de facto geſta, & adminiſtrata, viribus careant, nullamque obtineant roboris firmitatem, Nulliſque, fratres dicti ordinis, etiam ſi in aliquo officio dicti ordinis, & generalatus exiſterent, etiam ſiqui eoſdem, ſic contra præmiſſa, in commiſſarium generalem, Prouinciales, & Guardianos elegerint, aſſumpſerint, receperint, & admiſerint, eiſdem ſic contra præmiſſs electis, aſſumptis, receptis, & admiſſis, obedientiam aliquam præſtare, ſed potius ab eorum obedientia recedere, & ad eligendos alios, loco prædictorum, tanquam ad officia vere vacaotia, procedere, ſub pœnis infraſcriptis, teneantur, & debeant, ipſique ſic contra præmiſſa electi, aſſumpti, recepti, & admiſſi, ſi aliquod poſt dictam electiooem, aſſumptionem, receptionem, & admiſſionem admioiſtrare, vigore dictæ electionis, aſſumptionis, receptionis, & admiſſionis, auſerint, vel præſumpſerint, eo ipſo, pęnã excommunicationis latæ ſententiæ, abſqoe aliqua declaratione incurrant, ſintque dictis officiis, ipſo facto priuari, efficiantorque perpetuo iohabiles ad illa, & omnia alia officia dicti ordinis, in perpetuum obtinenda, & exercenda. Diſtrictius inhibentes mioiſtris, Generali, Commiſſario, etiam generali, Prouincialibus mioiſtris, Guardianis, Definitoribus capitulorum, tam Prouincialium, quam intermediorom, aliiſque fratribus eiuſdem ordinis Sancti Frãciſci, nę aliquẽ, qui fuerit generalis miniſter infra ſex annos, vt infra computandos, & qoi vicariatus geoeralis officium vltra annum exercuerit, infra tres annos ſimiliter, vt ſupra computandos, in commiſſarium geoeralem dicti ordinis, & qui Prouincialibos fuerit, infra ſex annos, vt ſupra, etiam computãdos io Prouincialem, & qui diffinitores fuerint, io Guardianos alicuius loci, dicti ordinis, durante officio diffinitorum, vt præfertur, eligere, aſſumere, recipere, & admittere, ſub excõmunicationis latæ ſententiæ, priuationiſque omnium officiorum dicti ordinis, quæ tunc habebuot, pęnis eo ipſo, abſque aliæ deſuper facienda declaratiooe incurrendis, audeant, vel præſumant, quodque ſimiles ſeotentias, cenſuras, & pœnas incurrant omnes fratres dicti ordinis, etiam qoi miniſtri Generales, cõmiſſarij Generales, Prouinciales, ſeu in aliis officiis dicti ordinis extiterint, qoi in partibus vltramontanis eligent, aſſument, recipient, & admitteot, ſeu tolerabunt, ſtareque permittent, in quibuſcumque locis dictarum partium, Guardianos eorundem locorum, vltra triennium, eoſque ſtatim finito triennio, à die eorum ſcientiæ perſeuerationis eiuſdem Guardiani, in eodem loco non remanebuut, & ad electinnem aliorum locorum prædictorum non procedent, quique obedientiam prædictis Guardianis eiuſdem loci, qui vltra triennium in eodem loco, vti Goardiani ſtare non erubuerior, præſtiterint, & ſe ab eorum obedientia nõ remoueriot. Atque etiam ij, qui in eiſdem locis in partibus vltramontaois prædictis, vltra triennium, officium Guardianatus prædicti exercere præſumpſerint, decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper ijs à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter, contingeret atteotari, & ſic per quoſcumque, quauis authoritate fulgentes, iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi, & interpretaodi facultate, iudicari, interpretari, & definiri debere, Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordioationibus apoſtolicis, necnon dicti ordiois iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quauis alia firmitate roboratis, ſtatutis, & ſimilibus, priuilegiis quoq; & iodultis, ac literis apoſtolicis, eidem miniſtro Generali, cõmiſſario Generali, Prouincialibus miniſtris, Goardianis capitulorum, diffinitoribus, ac frattibus, præfatis totius ordinis, aut aliis quibuſcumque, ſub quibuſuis tenoribus, & formis, ac quibuſcumque clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & decretis, etiam motu ſimili confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum prorſus tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererẽtur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaque ad uerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari poſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumqoe, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab apoſtolica ſit indultum ſede, quod interdici, ſuſpeodi, vel excommunicari non poſſint, per literas apoſtolicas nõ facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huioſmodi mentionem, Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Aprilis, 1559. Poot. noſtri, anno 4.

Viuæ Vocis Oracula, Pauli IIII. Papæ.

APpoſita ſunt ĩ regiſtro ordinis noſtri, fol. 181. & ſequenti, diuerſæ conceſſiones viuæ vocis oracula, obtenta per reuerendum D. Card. Alexandrinum, à fę. re. Paulo. 4. pro fratre Dominico de Sancto Thoma, ordinis prædicatorum, prouinciali prooinciæ del Peru, quas cõceſſit Pius quartus, fratri Ferdinando de Armellones noſtri ordinis minorum, quas vide inter viuæ vocis oracula Pij Quarti.

PIVS PAPA IIII.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Breue Pij Quarti, in quo præcipit, ne per cruciatam, aut per alia confeſſionalia, poſſint fratres, aut moniales aliis confiteri, ſine ſuorum prælatorum licentia, nec moniales conſentire, vt mulieres in earum ingrediantur monaſteria.

DIlecto Filio, Frãciſco Zamora totius ordinis fratrum minorum Generali miniſtro.

DIlecte Fili, ſalotem, & apoſtolicam benedictionẽ. Exponi nobis nuper feciſti, quod licet alias fœ. re. Paulus Papa IIII. prædeceſſor noſter, per ſuas in forma breuis literas, tunc exiſtẽti generali miniſtro ordinis minorũ directas, ſtatuerit, & ordinauerit, qood nullus, ex guardianis, vel præſidentibus, aut fratribus, vel aliis religioſis ordinis huiuſmodi, ac Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus monaſteriorũ Sanctę Claræ, ac tertiæ regulæ Sancti Franciſci, prouinciarũ Hiſpaniæ, ſub dictorum fratrum cura, & inſtitutis degẽtibus, vigore cruciatæ, aut prætextu cuiuſcumque priuilegij, aut indulti apoſtolici, vel cõfeſſionalis, ſeu aliarum literarum, & iodultorum, etiã motu proprio, ab apoſtolica ſede catenus conceſſorũ, vel in poſterum concedendorum, ſi, & poſtquam de literis Pauli prædeceſſoris huiuſmodi, notitiam haberent, niſi de ſpeciali licentia petita, & obtenta ſuorom ſuperiorũ, cõfeſſorem ſibi eligere, & ab eo abſolutionem recipere poſſet, idque in virtute ſanctæ obedientiæ, ſub certis pęnis, inibi expreſſis, tam guardianis, & præſidentibus, aliis fratribus, & religioſis, necnon Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus huiuſmodi, ac eorum ſingulis, vt illis quodã modo vti, illorumque pretextu confeſſorem ſibi eligere, & ab

vide in re, 1, qq. re. q. 31 art. 10. & vide modo cõceſſionẽ Clem. VIII.

& ab eo abſolutionem recipere poſſe, idque in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub certis pœnis, inibi expreſſis, tam guardianis, & præſidentibus, aliiſque fratribus, & religioſis, necnon Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus huiuſmodi; ac eorum ſingulis, vt illis quomodolibet vti, illorumque prætextu, confeſſorem ſibi eligere, & ab eo abſolutionem recipere, quam confeſſoribus ſic electis præfatis, ſub ſimilibus pœnis, eo ipſo incurrendis, præterquam, vt præfertur de licentia petita, & obtenta dictorum ſuperiorum, vt confeſſiones huiuſmodi audire, ac pœnitentiam iniungere, & abſolutionis munus impartiri, nullatenus auderent, vel præſumerent, diſtrictius inhibendo mandauerit, irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate, ſciẽter, vel ignoranter contingeret attentari, decreuerit, prout in Pauli prædeceſſoris literis huiuſmodi. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris die 14. Nouemb. 1548. Pontifi. ſui, anno 15. deſuper expeditis, plenius dicitur contineri. Nihilominus, cum ſicut accepimus, poſt prædictarum Pauli prædeceſſoris huiuſmodi literarum conceſſionem, quam plura confeſſionalia, ſeu priuilegia, aut ſimilia, aut diſſimilia, indulta, & aliæ literæ Apoſtolicæ, necnon ſpecialiter literæ Apoſtolicæ, in Regnis Hiſpaniç huiuſmodi, in eis, aut earum ſingulis reſpectiue, forte reuocando, aut ad effectum illarum ſuſpendendo, tam nuper à nobis, quam à Romanis Põtificibus prædeceſſoribus noſtris, & ſede Apoſtolica, ſimiliter reſpectiue conceſſa fuerint, quarum vigore, nonnulli tam ex guardianis, vel præſidẽtibus, & aliis fratribus, quam etiam, ex præfatæ Sanctæ Claræ, ac Conceptionis, & tertiæ regulæ S. Franciſci, in congregatione degentibus ordinum, Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus ſub eius cura, & inſtitutis, vt præfertur, degentibus, propriis eorum confeſſoribus, per eorum reſpectiue miniſtros, prouinciales, ſeu alios ſuperiores deputari ſolitis, dimiſſis, in illorum forſan contemptum, confeſſores pro ſuo libito voluntatis, nonnunquam clericos ſeculares, quandoque etiam aliorum ordinum fratres, eligere, illiſque peccata ſua confiteri, & ab eis abſolutionem petere, & recipere, ipſique confeſſores ſic electi, confeſſiones huiuſmodi audire, & pœnitentiam ſalutarem deſuper iniungere, ac abſolutionis beneficium, etiam de caſibus, illorum prælatis, & ſuperioribus reſpectiue, ſpecialiter reſeruatis, forſan indiſtincte, impartiri ſoliti ſunt, ſtatutis, & conſuetudinibus dictorum ordinum, de facto contrauenie̅do, ac etiam, tam literarum Cruciatæ, quam confeſſionalium, & aliorum priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum huiuſmodi, vigore, ſæpe ſępius quã plures domicellæ, & aliæ mulieres, monaſteria monialium, & ſororum prædicta, ſub clauſura, & cura fratrum Minorum huiuſmodi degentium, ingredi, & cum eis refectionem corporalem ſumere, ac mulieres huiuſmodi, ſeu pro eis agentes, ſuperiores prædictos, ad conſenſus ſuos, quoad ingreſſum monaſteriorum huiuſmodi, illis præſtandos, compellere conantur. Vnde variæ moleſtiæ, & ſpiritus diſtractiones, necnon mentis inquietudo perſæpe, eiſdem monialibus, & ſororibus inferuntur. Ita, vt contigat propterea, illas à diuino officio, cui horis quaſi ſingulis aſſiſtunt, auertere, & perturbare, in animarum ſuarum periculum, perniciosum quoque exemplũ, & ſcandalũ plurimorum. Quare pro parte Franciſci generalis miniſtri huiuſmodi, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis, de opportuno remedio prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos, quibus ex apoſtolico officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura dominici gregis, generalis imminet, cupientes tam vniuerſos fratres, quam moniales, & ſorores huiuſmodi, quos omnes, in viſceribus charitatis habẽmus, vt ſpretis mundanis illecebris, ſub religionis iugo, & caſtitatis lilio, Redemptori noſtro, Ieſu Chriſto famulentur, ac vota per eos omnes, reſpectiue emiſſa, in ſpiritu pacifico, facilius Dei gratia adimplere poſſint, ac etiam ne ſub prætextu facultatis eligendi confeſſorẽ huiuſmodi, ad illicita prolabantur, & regularis diſciplinæ, inde ſequatur diſſolutio, prouidere volentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, authoritate apoſtolica, tenore præſentiũ, ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero, nullus ex Guardianis, ſeu præſidẽtibus, aut fratribus, vel aliis religioſis fratrũ Minorum, ac Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus, in dictis regnis, tuç curæ cõmiſſis, ſi, & poſtquã de præſentibus literis notitiam habuerint, prætextu, ſeu vigore literarum, cruciatæ, vel confeſſionaliũ, aut aliorum quorumcumque priuilegiorum, vel indultorum apoſtolicorum, vel aliarum gratiarum, etiam motu proprio, à nobis, ſeu à ſede apoſtolica, hactenus in fauorem cuiuſcumque perſonæ, quãtumuis qualificatæ, & ad cuiuſuis inſtãtiam, aut alias quomodolibet, conceſſorum, vel in poſterũ concedendorũ, niſi de ſpeciali præfati Franciſci, ſeu pro tẽpore exiſtentis, generalis, ſeu Prouincialis miniſtri, ordinis Minorũ huiuſmodi, licentia petita, & obtenta, confeſſorem ſibi eligere, & ab eo abſolutionem recipere poſſit. Mandantes, ac diſtrictius inhibentes, tam ipſis Guardianis, & præſidentibus, aliiſque fratribus, & religioſis, necnon Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus huiuſmodi, ac eorum ſingulis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub officiorũ, per ipſos obtentorum, priuationis, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pęnis, eo ipſo incurrendis, vt literis cruciatæ, vel confeſſionalium, aut aliis quibuſcumque priuilegiis, indultis apoſtolicis, ſeu aliis gratiis huiuſmodi, quoad id quomodolibet vti, quam confeſſoribus, quam religioſis, quã presbyteris ſecularibus, ſic pro tempore electis præfatis, vt etiam illorum prætextu, ipſi ſub ſimilibus, necnõ ſuſpẽſionis ab adminiſtratione ſuorum ordinum, pęnis, eo ipſo ſimiliter incurrendis, niſi de generalis, ſiue prouincialis miniſtri, vt præfertur, licentia petita, & obtenta cõfeſſiones fratrũ, & monialium, ſeu ſororum huiuſmodi audire, & pęnitentiã illis iniũgere, & abſolutionis munus impartiri, nullatenus audeant, vel præſumant, decernentes de cætero, poſt præſentium notitiam huiuſmodi, quaſcumque cõfeſſiones, alias quam, vt pręmittitur, faciendas, & inde obtentas abſolutiones, & pęnitentiarum impoſitiones, ipſis cõfitentibus minime ſuffragari poſſe, aut debere, præterquam in caſu neceſſitatis, ac ſimiliter, quod tam literarum cruciatæ, quam confeſſionalium, & quarumcunque aliarum facultatum, & indultorum apoſtolicorum huiuſmodi, vigore, quibuſuis perſonis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, quoad ingreſſum monialium, & ſororum huiuſmodi, eis hactenus conceſſorum, & in poſterum concedendorum, præterquam per noſtras, in forma breuis literas, pro tempore conceſſorum, etiam cum quibuſuis clauſulis, & decretis, ac cenſuris, & pęnis, nunc, & pro tempore in eis appoſitis, Abbatiſſas, & moniales, ac ſorores ipſas, ingreſſum illis, i dictis monaſteriis minime præbere, nec ad id teneri obligatas eſſe, ſine ſuorum generalis, aut prouincialium miniſtri huiuſmodi licẽtia, in ſcriptis habita, ingreſſumque huiuſmodi, præfatis perſonis, abſque aliquo cenſuræ Eccleſiaſticæ, aut alterius pęnç vinculo, ſeu conſcientiarum ſuarum ſcrupulo, niſi ad id, vt præfertur, dictorum miniſtri generalis, vel prouincialis licẽtia, in ſcriptis habita, prius acceſſerit, denegare, libere, & licite poſſe concedimus, eoſdemque miniſtrum generalem, vel

prouincialem, in Domino hortamur, & eiſdem ſecularibus perſonis, facultatem ingrediendi monaſteria monialium, & ſororum huiuſmodi, à ſede Apoſtolica, nunc, & pro tempore habentibus, nec moniales, & ſorores ipſæ à tranquillitate mentium diuertantur, conſenſum, ſiue licentiam huiuſmodi, quo rarius, & parcius fieri poterit, concedant, & inſuper cenſuras, & pœnas prædictas, in aliquo, abbatiſſas, moniales, ac ſorores, earumque ſuperiores præfatos, & eorum ſingulos, quo ad præſtationem licentiæ, ſeu conſenſus huiuſmodi, obligare nõ poſſe, nec debere, Et ſic per quoſcunque Iudices, & cõmiſſarios, quacunque authoritate fulgentes, pronõciari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet, aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari, authoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis, necnõ prouincialibus, & ſynodalibus conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſupradictis, etiam Cruciſtæ huiuſmodi, & aliis, ſub quacumque forma, & cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & inſolitis clauſulis, irritãtibus, & aliis decretis, per ſedem eandẽ hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, quibus etiamſi in illis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis, modo, & forma in eis expreſſis, derogari poſſet, illorum omnium tenores, & formas, ac ſi de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales, idem importãtes, expreſſa mentio facta, aut alia exquiſita forma, ad id requiſita, ſeruata fuiſſet, nihil penitus omiſſo, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunq;. Volumus etiam, & eadem authoritate decernimus quod præſentium tranſumptis, ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſignatis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, in iudicio, & extra iudicium, eadem fides adhibeatur, quę ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Iulij. 1560. P.N. anno 1.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Omnium priuilegiorum fratrum Minorum de obſeruantia, quos vocant, monialiumque ſanctæ Claræ, nec non de pœnitentia nuncupatorum ordinibus, factam per Pium Papam Quartum confirmatio.

Vide de cõfirmat. priuil. in 1 to, 99. re. q. 8.

PIus Papa IIII ad perpetuam rei memoriam. Ex Clementi ſedis Apoſtolicæ prouiſione, necnon perſonarum Deo deuotarum profectũ, ſub regulari caſtimonia, Domino militãtiũ, pis deuotione prouenire dignoſcitur, vt Romanus Pontifex, quandoque per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarum earundem quiete, & commodo, conceſſa approbet, & innouet, ac approbata, & innouata, Apoſtolica authoritate communiat, vt ea firmiora ſubſiſtant, quæ ſæpius fuerint, eiuſdem ſedis authoritate circumfulta, ſanè pro parte dilecti filij Franciſci de Zamora, miniſtri generalis ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, nobis nuper exhibita petitio continebat, Quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabbaoth, Dei gratia, ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus, ſemper olim attulerit, & quotidie afferre conetur: ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudiis honeſtiſque laboribus, proque ſalute animarum, ab Apoſtolica ſede, cuius continue pacem, & dignitatem, ordo idem fortiter tutatus eſt, tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus, & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem, facilius, atque expeditius exequi & tranſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſque alij, exemplo ipſorum, promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur, cumq; etiam, ex ipſius ſedis prouiſione, ac benigna dignatione, prouenire dignoſcatur, vt Romanus Põtifex, quãdoq; prædeceſſorũ ſuorũ Romanorum Pontificum, geſta innouet, ac innouationem, & reuocationẽ reſtauret, & Apoſtolica authoritate, innouata, & reſtaurata muniat, ac fulciat, ac in priſtinum ſtatũ reponat, & reducat. Et propterea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones, etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, ac omnia, & ſingula priuilegia, & indulta; tam ſpiritualia, quam temporalia, etiam per ſolam ſignaturam, aut per oracula viuæ vocis, vel alias, etiam contra apoſtatas, tam pro foro conſcientiæ, quã pro foro fori, tam prædictis fratrum Minorum, quam ſanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorumque ſuperioribus fratribus, monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcumque dictorum ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum cõmunicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum inter ſe, ac etiam, cum aliis quibuſcumque ordinibus mẽdicantibus, & non mendicantibus. Et fœlicis recordationis, Gregorius IX. Bonifacius VIII. Alexãder IIII. Nicolaus III. Clemẽs V. Eugenius etiam Quartus, Leo Decimus, Clemens VII Paulus ſimiliter III. ac Iulius etiam Tertius, ac alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, & ſedes Apoſtolica, tam ſuper exemptionibus, etiam ab ordinariorum locorum, & legatorum, etiam de latere, ac hæreticæ prauitatis Inquiſitorum, iuriſdictione, viſitatione, & correctione, quam etiam, ab omni impoſitione, collecta, decima, ſubſidio, quarta, & quinta funeralium, & legatorum partibus, pedagiis, & gabellis, ac alio quocumque grauamine, per ſedem eãdem, pro tempore impoſitis, & aliis rebus, reſpectiue cõceſſerint, ac piæ memoriæ, Paulus Papa IIII. ſimiliter prædeceſſor noſter, vt fratres Minorum huiuſmodi, excluſis quibuſcumque ſolicitudinibus, liberius, & quietius diuinis poſſent vacare obſequiis, & animarum ſaluti, per amplius proficere, ac offerentium, donantium, & concedentium, aut in vltima voluntate relinquentium, ordini prædicto, vel fratribus ordinis Minorũ huiuſmodi, aliquid propter Deum, pia intentio non fraudaretur, ac hæredum, & executorum negligentiæ obuiaretur, ac vt ipſi hæredes, ſecundum modos licitos, & cógituos, ipſi ordini, relictis ſibi in teſtamentis, mobilibus, & & immobilibus bonis, ac etiã pecuniariis, ſibi quomodolibet oblatis, conceſſis, legatis, donatis pro tempore, etiam promiſſis, & aliis diuinis officiis, eleemoſynis, & aliis rebus non fraudaretur, quod generalis de per ſe, in toto ordine, ac ſinguli prouinciales miniſtri, ac cuſtodes vniuerſi pro tempore exiſtentes, ipſius ordinis fratrum Minorum, ſuis prouinciis, & cuſtodiis reſpectiue, & ad hoc, ab eis reſpectiue deputati fratres pro tempore, poſſent nominare ſpeciales perſonas, quæ nõ eſſent de di-

cto

cto ordine Minorum, pro locorum indigentia ſingulorum, quãdo, & quoties opus ſuerit, in ſingulis eorũ conuentibus, quas perſonas, per ipſos taliter deputatas pro tempore, in iis adminiſtrationem legitimam, & generalem, ac liberam gerere, & ipſos veros, & legitimos adminiſtratores, œconomos, ſyndicos, & arctores eſſe, & de plenitudine poteſtatis conſtituendo, anthoritate Apoſtolica decreuit. Qui res ipſas, & rerum prædictarum pretiũ, & prędictas eleemoſynas, nomine Romanæ Eccleſiæ, ad quam, rerum omnium mobilium, & immobilium, quibus fratres huiuſmodi vti poſſunt, ius, proprietas, & dominium, nullo modo ſpectat, reciperẽt, & recipere poſſent, deberent, per eoſdem in fratrum ipſorum vtilitates, etiam pro victu, & veſtitu eorũ, ac aliis neceſſitatibus tunc expreſſis, pro tempore conuertenda, ſicut, & quando à dictis generali, in toto ordine, & prouincialibus miniſtris, & cuſtodibus prædictis, & eorum ſingulis pro tempore, in prouincia, ſeu cuſtodia ſibi decreta, vel ab eiſdem fratribus, de conſenſu eorum extitiſſent requiſiti, etiam dando eis, & eorum ſingulis, facultatem reuocandi perſonas eaſdem, & earum quamlibet, & alias ſubrogandi, vel nominandi, loco earum, per ſupradictum modum nominationis, quoties opportunum foret, quæ eandem, in prædictis, vel ſimilem haberent poteſtatem, plenam, & liberam, aliaſque, & alia facere poſſent, & deberent, authoritate Apoſtolica conceſſit. Nec propterea, fratres Minores huiuſmodi, contra regulam ſancti Franciſci, quam profeſſi ſunt, & profitentur in futurum, ſiue contra ſtatuta regularia ſui ordinis huiuſmodi, in aliquo facere, ſed ſana conſcientia, ſine alicuius conſcientiæ ſcrupulo, quo ad id, ſic in poſterum viuere decreuit, & declarauit. Et inſuper, vt omnium quarũcumque prouinciarum, ciuitatum, & diœceſum, per totum orbem, omnium vtriuſque ſexus Chriſti fidelium, pro tempore dicti ordinis Minorum fratres, à ſuis ſuperioribus, vt moris eſt, deputati confeſſores, confeſſiones, etiam infirmorum vbilibet, etiam extra domos, & habitacula eorundem fratrum, ac etiam ad eos, pro tempore recurrentiũ, audire, eoſque, etiam in caſibus, & cenſuris, quibus eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ prædictę, etiam per modũ communicationis, & extenſionis, quorumcumque ordinum, etiam Minorum, hactenus conceſſum eſt, poſſe abſoluere. Et ſingulorum ordines, etiam Minorum, quorum priuilegia, etiam ordini Minorum ſunt communicata, & extenſa, abſoluere conſueuerunt, abſoluendi, & pœnitentiam ſalutarem iniungendi, ac omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, Sacramentum Euchariſtiæ, tã illis, quam aliis quibuſuis perſonis licitè miniſtrandi, dicta auctoritate Apoſtolica indulſit, ac de nouo conceſſit, Ac etiam decreuit, & declarauit, per diuerſas ſuas literas, in forma breuis expeditas. Necnon idem Leo prædeceſſor, Sacramentum Euchariſtiæ huiuſmodi (vt præfertur) adminiſtrãdum omni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Dominicæ, diemque huiuſmodi, in quo celebratur feſtum Reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti dũtaxat, ſine rectoris, parochialis, aut diœceſani licentia, viuæ vocis eius oraculo declarauit. Et inſuper, Bon. mem. Iulius Secundus, ſimiliter prædeceſſor noſter, fratribus ordinis prædicatorum, & pęnitentiæ Ieſu Chriſti, & Carmelitarum, ac ſancti Auguſtini, & monialibus ſanctæ Claræ, aliorumque ordinum, in paupertate fundatorum, ac omnibus mulieribus prædictorum ordinum, aut aliorum quorumcumque, ne aliquod monaſterium, Eccleſiam, aut oratorium ædificare, ſeu conſtruere præſumant, infra ſpatium trecentarum cannarum, ab Eccleſiis fratrum Minorum menſurandarum per aerem, etiam vbi alias recte menſurari, loci diſpoſitio non permittit. Nulli quoque ſeculari, vel religioſo, cuiuſcumque profeſſionis, voluit licere, Eccleſiam, vel monaſteria, ſeu oratorium iã ædificatum, in aliquem transferre, de ordinibus memoratis, infra ſpacium prædictarum trecentarum cannarum, & quãlibet iſtarum cannarum, octo palmorum longitudinem continere, non obſtante varia locorum conſuetudine, ſiue priuilegiis, & literis quibuſcumque à ſede Apoſtolica, ſub quacumque verborum forma conceſſis, ſeu etiam cõcedendis, quæ de præſentibus, ſpecialem, & expreſſam non feciſſent mentionem, prohibuit, ſtatuendo etiam, vt quidquid contra huiuſmodi ordinationis, & inhibitionis tenorem, ex tunc in antea ædificatum foret, dirueretur. Necnon, tam ſuper nominatione procuratorũ, ſeu ſyndicorum, pro locorum indigentia ſingulorum ordinis Minorum huiuſmodi, vt præfertur, facienda, quam etiam ſuper confeſſionibus pro tempore audiendis, tam ſæcularium perſonarum quarumcumque, quam etiam fratrum ordinis Minorũ huiuſmodi, necnon abſolutionis beneficio illis impendendo, ac diſpenſando reſpectiue, & Sacramento Euchariſtiæ adminiſtrando, aliaque deſuper neceſſaria faciẽdo, dictis generali, ac prouincialibus, & aliis fratribus ordinis Minorum huiuſmodi reſpectiue, pro tempore exiſtentibus, tam Paulus IIII. vt præmittitur, quam etiam Martinus IIII. & Martinus V. ac Eugenius IIII. ac Nicolaus V. & Sixtus IIII. & diuerſi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri reſpectiue, per diuerſas eorum literas, ac conceſſiones, etiam viuæ vocis oraculo, factas reſpectiue, ac diuerſimode, & diuerſis temporibus, eadem authoritate Apoſtolica, facultatem conceſſerunt, prout in ſingulis conceſſionibus, & literis eorundem prædeceſſorum, dicitur plenius contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, ea quæ ſæpius, Apoſtolica authoritate præfata, munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, dictus Franciſcus miniſter cupiat, priuilegia, facultates, conceſſiones, indulta, diſpenſationes, ac ſingulas alias gratias huiuſmodi, etiam per nos approbari, innouari, & confirmari, pro parte eiuſdem Franciſci miniſtris, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdem priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatoriis, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratiis, conceſſionibus, indulgentiis, & indultis, pro illorum obſeruantia viridiori, noſtræ approbationis robur adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, quibus, ſub ſuaui religionis iugo, diuinis laudibus, & Chriſtianæ profeſſionis augmento, incumbentium perſonarum, tranquillitati, commoditatibus, & honori conſulitur, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, etiam ab Inquiſitoribus præfatis, libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta, ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & aliis ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eiſdem fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, ac S. Claræ, & de pœnitentia, tertio ordinibus, etiã in congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum ordinis Minorum, regularis obſeruãtiæ huiuſmodi, obediẽtia degentibus, ipſorumq; ſuperiorũ fratribus, monialibus, ſororibus, ac vtriuſq; ſexus, etiã ſingularibus perſonis, necnõ monaſteriis, domibus, Eccleſiis, &

locis quibuſcunque,in genere , & in ſpecie , ēt per ſolam ſignaturam,etiam viuę vocis oraculo,vt pręfertur,aut alias,iam per præfatos , ac quoſcūque alios Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros , ac nos,& ſedē prædictā, quam Imperatores, Reges,& alios Principes,ſub quacunq; forma,& expreſſione verborū conceſſa,ac etiam iteratis vicibus approbata,necnon,cum omnibus,& ſingulis in eis contentis,clauſulis,decretis , & declarationibus , ſingulas deſuper confectas literas,& in eis contenta , etiam prout largius in aliquibus earum, eis cōceſſum eſt, interpretādo,& inde ſecuta quæcunq; illorum omniū tenores,& formas,datas,effectus , & decreta,in illis appoſita,ac ſi de verbo ad verbū infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta authoritate Apoſtolica,tenore pręſentiū,ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, confirmamus,& innouamus , ac perpetuā roboris firmitatem obtinere,& firmiter obſeruari. Necnon ordinibus fratrum Minorum regularis obſeruātiæ, & S.Claræ,& tertio, de pœnitentia nuncupato , ēt in congregatione, ſub obedientia fratrum Minorū obſeruantiæ huiuſmodi degentibus , ſuperioribus, fratribus,Monialibus,etiam tertiariis nūcupatis, ſororibus, perſonis,monaſteriis, domibus , Eccleſiis, & locis præfatis, etiam per modū cōmunicationis, & extenſionis huiuſmodi,ſuffragari,illiſq; frui,vti, & gaudere,quando,& quoties opus fuerit,poſſe,& debere,in iudicio,& extra,ac etiam in foro conſciētiæ,in omnibus,& per omnia,periode,ac ſi ſpecialiter & expreſſe,eiſdem fratrum Minorū , & S. Claræ,& tertio de pœnitentia nuncupato , ordinibus, cōceſſa fuiſſent,decernimus,ſupplentes omnes , & ſingulos iuris,& facti defectus,ſi qui forſan interuenerint in eiſdem.Et nihilominus pro potiori cautela,& ampliori dono gratiæ,illa oīa,& ſingula,iuxta ampliorē , & fauorabiliorem eorum intelligentiā, & interpretationem,vt præfertur . Et præſertim,vt pro tempore à ſuis ſuperioribus,(vt moris eſt) deputatos confeſſores,fratres ordinis Minorum obſeruātiæ huiuſmodi , omnium quarumcunq; prouinciarū,ciuitatum,& diœceſum per totum orbem,omniū vtriuſq; ſexus fidelium pro tempore , confeſſiones ēt infirmorum vbilibet,etiam extra domos,& habitacula eorundē fratrum , ac etiam ad eos pro tempore recurrentium audire , eoſq; etiam in caſibus, & cenſuris,quibus eis per priuilegia ſedis Apoſtolicæ prædictæ,etiam per modum communicationis, & extenſionis,quorumcumq; ordinum, etiam Minimorū,hactenus conceſſum eſt,poſſe abſoluere, & ſinguli ordines etiam Minimorum, quorum priuilegia eidē ordini Minorum ſunt communicata , & extenſa,abſoluere cōſueuerunt,abſoluendi,ac pęnitentiam ſalutarē iniungendi,& omni tēpore,pręterquam in die Reſurrectionis Dominicæ duntaxat, iuxta antedictā Leonis prædeceſſoris huiuſmodi declarationem,Sacramentū Euchariſtię,tam illis,quā aliis quibuſcunq; perſonis,licite miniſtrandi indulgemus,ac de nouo concedimus,in omnibus,& per omnia Ita quod ordines ſuperiores,fratres,moniales,ſorores,perſonæ,monaſteria,domus, Eccleſiæ, & loca prædicta illis,tā in genere,quā in ſpecie conceſſis,vt præfertur,vti,potiri,& gaudere poſſint, & debeāt.Ac ab ipſis Inquiſitoribus,impoſitionibus, grauaminibus,oneribus,decimis,quarta,& quinta, ēt funeralium,& aliorum quorumcunq́, eis legatorum oblatorum,& conceſſorū pro tempore, necnō pedagiis,& gabellis,ac omnibus,& ſingulis aliis ſupradictis,libera penitus,& immunia,& exēpta exiſtere,authoritate,& tenore prædictis,etiam concedimus,& indulgemus,ac ſtatuimus, & ordinamus. Et nihilominus venerabili fratri Archiepiſcopo Rothomagen.& dilectis filiis,præceptori monaſterii,& per præceptorē gubernari ſoliti, B.Mariæ de Mercede,ordinis Redēptionis Captiuorum Compluten. Toletan.diœceſis ,ac curiæ cauſarū Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, per præſentes committimus,& mādamus,quatenus ipſi, vel duo , aut vnus eorum,per ſe,vel alium,ſeu alios,faciant authoritate noſtra præſentes literas,& in eis cōtenta quæcunq; plenū effectum ſortiri,illiſq; omnes,quos cōcernunt pacifice vti,& gaudere, Non permittentes quemquā deſuper , per quoſcunq; quomodolibet indebite moleſtari,contradictores quoſlibet,& rebelles,etiam per quaſcunque,de quibus eis videbitur,cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,ac alia iuris remedia,appellatione poſtpoſita compeſcendo,ac legitimis ſuper his habendis,ſeruatis proceſſibus cenſuras ipſas,etiam iteratis vicibus aggrauando,inuocato etiam ad hoc, (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis,ac conſtitutionibus,ſuper cathedram Bonifacii, & dudum Viennenſis Concilii, ac Clementina.religioſi.de priuilegiis.& dudum.de ſepulturis,ac etiam, ex frequentibus.de ſententia excommunicationis,& extrauagāte.ad conditorem Ioannis XXII.cum aliis conſtitutionibus , eandē materiam prædictæ extrauagantis tangentibus,ſeu concernentibus, ac regulis Cācellariæ Apoſtolicæ iam editis,& in futurum edēdis, & piæ memoriæ,Bonifacii Papæ Octaui etiam pręd eceſſoris noſtri , de vna, & in Concilio generali de duabus dietis editis,dummodo vltra tres dietas aliquis vigore præſentium ad iudicium nō trahatur. Et aliis Apoſtolicis,ac prouincialibus capitularibus generalibus,& ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus , etiam in vltimo generali Concilio Lateranenſi celebrato,& aliis Conciliis editis, nec non ſtatutis,& conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,priuilegiis quoque,& indultis , & literis Apoſtolicis,etiam in forma breuis,per Leonem X. Clementem VII.Paulum III.Iulium III. præfatos, ac quoſcunque alios Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros,ac ſedem eandem , etiam motu proprio,ac ſcientia,& poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis,caſſatiuis , etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis,reſtrictiuis,pręſeruatiuis,exceptiuis,reſtitutiuis,declaratiuis,mentis atteſtatiuis,ac derogatoriarum,derogatoriis , aliiſque efficacioribus,efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis,quomodolibet etiam pluries conceſſis , cōfirmatis,& innouatis,quibuſuis perſonis,& ordinibus,in contrarium forſan conceſſis,confirmatis , & innouatis, Quibus omnibus,etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione,de illis eorūque totis tenoribus, ſpecialis,ſpecifica,expreſſa,& indiuidua,ac de verbo ad verbum , non autem per clauſulas generales idem importantes,mētio, ſeu quæuis alia expreſſio habēda,aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,& in eis caueatur expreſſe , quod illis nullatenus,aut nunniſi ſub certis modo , & forma derogari poſſit,tenores huiuſmodi , ac ſi de verbo ad verbū,nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis,& inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice dūtaxat , ſpecialiter,& expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus cōmuniter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari nō poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem , cæteriſque contrariis quibuſcumque Verum quia difficile foret,præſentes literas ad ſingula quæque loca,in quibus fortè opus eſſet deferri,volumus,& pariter Apoſtolica auctoritate decernimus,quod illarum tranſumptis , manu

Quantū ad Inquiſitores, hoc eſt ſublatū regularibus, vt ſæpe dictū eſt.

nota-

Digitized by Google

notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio,& extrà illud adhibeatur,quæ præſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat.Romæ,apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27, Aprilis,1561.Pont.noſtri,anno 2.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Quod deſcendentes ab hæreticis. Mauris, & Iudæis, non poſſint aliquod officium prælaturæ exercere, in ordine Minorum.

Vide de indul. in 10. 1.qq.re.q. 10.ar.3.& q.14 per totam,& in 10.3.q.11.

PIus Papa Quartus. Ad futuram rei memoriam. Prouiſionis noſtræ debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum vnicuiq; conſeruetur. Hinc eſt,quod nos tenorem quarundam literarum in forma breuis, fœ.rec.Pauli Papæ IIII. prædeceſſoris noſtri,in ſecretaria Apoſtolica domeſtica ipſius prædeceſſoris repertū,pro eo,quod ſicut exhibita nobis, pro parte dilectorum filiorum miniſtrorum, prouincialiū fratrum ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruātia, petitio continebat, ipſi huiuſmodi tenore, ex certis cauſis dignoſcantur indigere, ex originali minuta de verbo ad verbum tranſcribi, & ad eorundem prouincialium miniſtrorum ſupplicantium inſtantiam, præſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt.

Cum ex Apoſtolatus officio, nobis, meritis licèt imparibus,diuinitus credito, cura Dominici Gregis nobis immineat generalis,ad ea libenter intendimus, per quæ religionis puritatem, ab omnibus ijs, quæ illi detrimentum aliquod afferre poſſunt, quantum cum Deo poſſumus tueamur,& religioni deditos,& præſertim ordinis fratrum Minorum S. Franciſci, qui mundo mortui, ſoli Deo viuunt, ab omnibus ijs, quę eorum pias mentes aliquādo ſubuertere poſſent,ita cuſtodiamus, vt creſcente in eis quotidiè Dei obſequij zelo, vberes fructus in vinea Domini afferre valeant,neque ea miniſtrorum,aut aliorum quorumcunq. culpa,aut indecentia,grauamina,& diſpendia patiantur. Cum itaq; fœ.re. Pius Papa III. prædeceſſor noſter,conſiderās miniſtros, & prouinciales fratrum ordinis prædicti de obſeruātia in ſuis prouincijs, ex ſpeciali priuilegio, tanquàm Inquiſitores hæreticæ prauitatis ſuorum ſubditorum exiſtere,& in ipſos ſubditos officiū Inquiſitionis exercere,volenſq. à perſonis religioſis,præſertim alijs præſidentibus, quæ contraria fidei,honeſtati,& ordini exiſterent, ad Dei laudem,& religionis decentiam,& animarum ſalutem, ſubmouere,motu proprio, & ex certa ſcientia, authoritate Apoſtolica,perpetuò ſtatuerit,& ordinauerit,quod de cætero in Regno Hiſpaniarum tantum, aliqui fratres Minores ordinis de obſeruantia, à Iudæis, ſeu Hæreticis,quorum parentes,& progenitores paterni,ſeu materni, viuentes, ſeu defuncti, vſque ad quartam generationem incluſiuè, hæretici declarati,& vt tales condemnati, ac illi, ſeu eorum corpora:& oſſa,vel ſtatuæ, igni traditæ fuerint, originem trahentes,ſeu deſcendentes,etiam ad quaſcunq. dignitates,& officia eccleſiaſtica obtinen.& exercen, præmiſſis non obſtantibus, ſufficienti diſpenſatione, ſeu indulto ſuffulti, in miniſtros prouinciales, ſeu guardianos, nec etiam ſeculares ſimili modo à Iudæis,ſeu hæreticis originem trahentes, ſeu deſcē dentes, in fratres ordinis obſeruantiæ huiuſmodi nullatenus eligi,aſſumi,& recipi, nec prouincialatus, aut alia officia quæcunq; gerere,& exercere quoquo modo poſſent, diſtrictius inhibentes generali,& prouincialibus miniſtris,ac guardianis,& fratribus eorundē ordinis, & obſeruantiæ in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna,eo ipſo,ſi cōtra fecerint, incurrenda,nè aliquos ex dictis Iudæis,ſeu hæreticis,vſq.ad quartā generationē originem trahentes, ſeu deſcendentes, vt præfertur, in miniſtros prouinciales,ſeu alia officia,nec de cætero ſæculares in fratres dicto ordine erigere, aſſumere,recipere, vel admittere, ſeu electos cōfirmare, & inſtituere quomodolibet præſumerent, Decernentes irritū, & inane,quicquid ſecus attentari contigiſſet, prout in eiuſdem prædeceſſoris literis in forma breuis expeditis, ſub Datis die 19.Maij,1525.plenius cōtinetur. Quas tamen literas,cum omnibus, & ſingulis inde ſequutis, cum ex certis,tunc expreſſis cauſis fœ.re. Iulius III. prædeceſſor noſter,ex certa eius ſciētia, & auctoritate Apoſtolica reuocauerit,caſſauerit,& annullauerit, illaſq. nullius roboris,& momenti, ac pro infectis haberi voluerit,ac nulla originis, ſeu ſtatu conſideratione habita,quoſcunq. fratres in miniſtros, ſeu guardianos aſſumi, & ſæculares in fratres huiuſmodi ordinis recipi,liberè, & licitè poſſe voluerit, cū decreto irritāte,& alijs clauſulis, prout latius in literis eiuſdē Iulij prædeceſſoris in forma breuis expeditis,ſub Datis die 10.Octo,1550.continetur.

Nos conſiderantes non ſolum eos,qui orthodoxæ fidei contemptores exiſtunt à ſacris canonibus, pœnis grauiſſimis plecti, verum etiam eos & eorū deſcendentes à dignitatibus, beneficijs, & officijs Eccleſiaſticis arceri, & quod non decet,eos qui ad docendum alios,verbo,& exemplo,in miniſtros aſſumuntur,vel ad obſequium Deo præſtandū in ordine fratrum religionis S.Franciſci, qui vt præfert, ſoli Deo viuunt, & pro vniuerſali eccleſia preces ad Deum effundūt, recipiuntur, ſuſpicione aliqua laborare, vel quod ipſi mala imbuti doctrina, vel vitiorum parentum imitatores exiſtant, vnde alios fratres dicti ordinis, eorum labe, maximo cum ſcandalo, & periculo inficere poſſint, Volentes vbi maius periculū eſt,ibi plenius prouidere, tenores,& compendia literarum ſupradictarum, tā fœ.re.Clementis, quàm Iulij prædeceſſorum noſtrorum,vt præmittitur, omniaq. & ſingula in eis contenta,plenè, & ſufficienter pro expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & Apoſtolica auctoritate eiuſdem literas Clementis, non obſtante reuocatione,caſſationeq. & annullatione, Iulij prædeceſſoris præfati, approbantes, & innouantes,ac perpetuò obſeruari volentes, & in viridi obſeruantia reponentes, & reducentes, literaſque eiuſdem Iulij prædeceſſoris, præfatarum literarum Clementis reuocatorias, reuocantes, caſſantes, & annullantes, illaſq. nullius roboris, & momenti,ac pro infectis,quoad omnia haberi, pleniuſq. in præmiſſis prouidere volentes,motu, ſcientia,& auctoritate prædictis, tenore præſentiū perpetuò ſtatuimus,& ordinamus, quod de cętero nullus ſecularis,qui à Iudæis,ſeu hæreticis, quorū parētes, ſeu progenitores paterni,ſeu materni, viuentes,vel defuncti, vſq. ad quartā generationem incluſiuè,hæretici declarati,& vt tales cōdemnati,ac illi,ſeu eorum corpora,& oſſa,vel ſtatuæ igni traditę fuerint, originem trahat,ſeu ex deſcendentibus prædictorum Iudæorum,& hæreticorum, vſq. ad quartā generationem incluſiuè, fuerit, vel ſit in totius ordinis S.Franciſci fratrem dicti ordinis, in quibuſcunque locis,& mūdi partibus, vbi religio,& ordo fratrum huiuſmodi fuerit, aliquo modo, ſub quouis prætextu,& quæſito colore,ſub pœnis infraſcriptis eo ipſo,per ſic recipiētes, & admittentes, abſq. declaratione incurrēdis,recipi, & admitti poſſit. Etſi aliqui tempore datæ præſentium inter fratres Minores

nores

nores totius dicti ordinis S. Franciſci, in quibuſcunque locis, & mundi partibus, vbi religio, & ordo fratrum huiuſmodi ſimiliter fuerint, qui olim Iudæi, ſeu hæretici fuerint, ſeu à ſimilibus Iudæis, ſeu hæreticis, quorū ſimiliter parentes, & progenitores paterni, ſeu materni, viuentes, ſeu defuncti vſq. ad quartam generationem incluſiuè, hæretici declarati, & vt tales condemnati, ac illi ſeu eorum corpora, & oſſa, vel ſtatuæ, igni traditæ fuerint, originem trahentes, ſeu deſcendentes, vſque ad quartam generationem incluſiuè, etiam ad quaſcunque dignitates, beneficia, & officia eccleſiaſtica obtinenda, & exercenda, præmiſſis nō obſtantibus, ſufficienti diſpenſatione, ſeu indulto ſuffulti reperiantur, in miniſtros generales, ſeu prouinciales, ac Cōmiſſarios generales, ſeu quoſcunq. alios cōmiſſarios, ſeu guardianos, aut prædicatores, etiamſi aliàs ſoliti fuerint ad huiuſmodi officia generalatus, cōmiſſariatus generalis, & cuiuſcunq. alterius Commiſſariatus, Prouincialatus, ſeu guardianatus, & prædicationis, eligi, & aſſumi, nullatenus de cætero, eligi aſſumi, ſeu recipi poſſint, electioq. & aſſumptio, ſeu receptio de ipſis facta ad officia prædicta, ſi fieri contigerit de facto, nullius ſit roboris, vel momenti, & pro nō facta habeatur, nec vigore electionis, aſſumptionis ſeu receptionis prædictæ, illi, ſic electi, aliquid adminiſtrare, ſeu prædicare poſſint, ſed omnia, & ſingula, per eos, ſic electos, & aſſumptos de facto adminiſtrata, & geſta, viribus careant, & nullam prorſus firmitatem obtineant, nec ius alicui tribuāt, nulliq. fratres totius ordinis S. Franciſci, etiā qui eos in generales miniſtros, cōmiſſarios generales, & alios quoſcunq. Commiſſarios prouinciales, & guardianos, vel prędicatores elegiſſent, ſeu recepiſſent, eiſdē ſic contra huiuſmodi mandata noſtra electis, & aſſumptis obedire, ſed incontinenti ab eorū obediētia recedere, eiſq. prædicationis officium interdicere, & ad alios, in miniſtros generales, Cōmiſſarios, etiā generales, & alios quoſcunq. Cōmiſſarios, prouinciales, miniſtros, & guardianos, & prædicatores loco prædictorū eligen. procedere, perindè, ac ſi prædicti, nullatenus aſſumpti, ſeu electi furēt, ſub pęnis infraſcriptis teneātur, & debeāt, & vlterius, ſi cōtigerit, tēpore datæ præſentium, aliquem ex dictis olim Iudæis, ſeu hęreticis exiſtentibus, ſeu à Iudæis, ſeu hæreticis, vſq. ad quartam generationē incluſiuè, vt ſupra deſcendentibus, in aliquibus ex dictis officijs generalatus, Commiſſariatus generalis, & alterius cuiuſcunque commiſſariatus, prouincialatus, ſeu guardianatus, vel prędicationis electum, & aſſumptum, confirmatum, & inſtitutum, etiā in quaſi poſſeſſione dictorum officiorum exiſtentem reperiri, ille ſic electus, & aſſumptus, confirmatus, & inſtitutus, & in quaſi poſſeſſione exiſtens, repertus, vigore pręſentium intelligatur, & ſit eo ipſo, & abſq. alia deſuper declaratione facta facienda dictis officijs deſtitutus, & priuatus, nihilq́ue vigore dictorum officiorum regere, ſeu adminiſtrare, vel etiam prædicare poſſit, geſtaque, & adminiſtrata per ipſum, poſt pręſentium publicationem. in capitulo generali dicti ordinis facien. viribus careant, nullamque prorſus obtineant firmitatem, nullique fratres in dictis officijs, contra huiuſmodi mandata noſtra exiſtenti obedire, ſed incontinenti, quam primum potuerint, poſt pręſentium publicationē, in dicto capit. generali, vt ſupra facien. ab eorum obedientia recedere, illiſq. prædicationis officium indicere, & ad alium, loco prædicti, in aliquo ex dictis officijs, exiſtentis, eligen. tanquàm ad officiū verè vacans procedere, ſub pœnis infraſcriptis teneātur, & debeant, diſtrictius inhibentes generali miniſtro, commiſſario generali, alijſque commiſſarijs, quibuſcunque prouincialibus miniſtris, & guardianis, & fratribus totius dicti ordinis, & in quibuſcunque mundi partibus & in locis exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, & priuationis generalatus, commiſſariatus generalis, & alterius cuiuſcunque commiſſariatus, prouincialatus, & guardianatus, aliorumq. officiorum, & dignitatum dictorum ordinis, & inhabilitatis ad illa, in perpetuum obtinenda, pęnis eo ipſo, ſi contra fecerint, incurrendis, nè aliquos ex dictis, qui olim Iudæi, ſeu hæretici fuerint, ſeu à dictis Iudæis, ſeu hæreticis, vt præfertur, vſque ad quartam generationem incluſiuè, originem trahentes, ſeu deſcendentes, exiſtant in fratres totius dicti ordinis in quibuſcunque locis, & mundi partibus, in miniſtros generales, Commiſſarios generales, & alios quoſcunq. Commiſſarios, prouinciales miniſtros, ſeu guardianos, vel prædicatores, recipere, admittere, eligere, & aſſumere, ſeu electos confirmare, & inſtituere, vel iam tempore datæ præſentium electis, & aſſumptis, inſtitutis, & confirmatis, etiam in quaſi poſſeſſione dictorum officiorum, ſeu alicuius ipſorum exiſtentibus, obedientiam aliquā præſtare, ſeu à tali obedientia non recedere, & ad alios, vt præmittitur. loco prædictorum, eligen. non procedere, illiſq. officium prædicationis interdicare, vt præfertur, quomodolibet, ſub quouis quæſito colore, & prætextu audeant, vel præſumant. Decernentes irritum & inane ſi ſecus ſuper his, à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter cōtigerit attētari ſicq. per quoſcūq. quauis auctoritate fungētes, iudices, & perſonas, ſublata eis, & eorū cuilibet, quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, nō obſtātib. cōſtitutionib. & ordinationib Apoſt. ac dicti ordinis iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, ac quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cōſuetudinibus, ac dictis literis Iulij III. prędeceſſoris noſtri, vt præmittitur, in forma breuis expeditis, præfato ordini conceſſis, necnō priuilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis ordini, miniſtro generali, cōmiſſario generali, & alijs quibuſcunque commiſſarijs, prouincialibus miniſtris, guardianis, & prędicatoribus, ac fratribus præfatis, atq. his, qui olim Iudæi, & hæretici fuerint, ſeu deſcendentibus à prędictis, & alijs quibuſuis, ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, & decretis, etiam motu ſimili conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnib. etiam de eis, & alicuius eorum, eorumque, & cuiuſcunque eorum, toto tenore, habenda eſſet mentio ſpecialis, ſeu indiuidua, de verbo ad verbum, & nō per clauſulas generales idem importantes, eorum omnium veriores tenores, ac ſi de verbo ad verbū inſererentur præſentibus, pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, ad effectum præſentium, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè derogamus, illaque aduerſus præmiſſa, nullatenus ſuffragari poſſe volumus, cæteriſq. quibuſcunq. cōtrarijs. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede in indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mētionem. Dat. Rom. apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 24. Aprilis 1559. Pont. noſtri, anno 4.

Cæterum, vt earundem literarum tenor prædictus, ſic inſertus, omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat, auctoritate Apoſtolica, per præſentes decernimus, vt idem illud robur, eandemq. vim, ac eundem vigorem, dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales literæ ſupradictæ, ac eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur, quandocunq. & vbicunque, ſiue in iudicio, ſiue extra, &

alibi,

alibi, vbi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac eidem tenori firmiter, in omnibus, ſicut eiſdem originalibus literis ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Per hæc, antem nullum ius cuiquã de nouo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodò cōſeruari. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 5. Decembris, 1584. Pont. noſtri, anno 5.

Pro congregatione ſancti Benedicti Valliſoletani.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Confirmat cōſtitutionem capituli generalis, vt deſcendentes ex genere nouorum Chriſtianorum quomodocunque ſit, vel ſi fuerint puniti per S. Inquiſitionis officium, non recipiantur ad profeſſionem, vel ſi recepti fuerint, nequeant admitti ad dignitatem, adminiſtrationem, vel officium cuiuſuis monaſterij prioratus, vel membri regularis congregationis.

Vide latè de materia huius conſtitutionis in to. 2. q. 99. reg. qu. 14. per totam.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filijs Abbatibus, & congregationi, ac conuentibus monaſteriorum S. Benedicti Regnorum Hiſpaniarum, Salutem, & Apoſtolicã benedictioné. Quia libenter in pacis obſeruãtia delectamur, ea quæ cōcordia, ſeu laudabili ſtatuto firmata ſunt, vt illibata perſiſtant, atq; firma, & nè in recidiuæ contentionis ſcrupulum relabãtur, Apoſtolico nos conuenit præſidio communire. Sanè pro parte veſtra, nobis nuper exhibita petitio continebat, Quod aliàs, poſtquam in Regnis Hiſpaniarum, ac monaſterijs ordinis S. Benedicti, in eiſdé Regnis conſiſtentibus, quãdoq. nonnulli ex genere Hebræorum Maurorum, & Turcarum deſcendentes, ac confeſſi, & cōuicti, aut per officium SS. Inquiſitionis Inquiſiti, in monachos dictorum monaſteriorū recipi, ac in eis profiteri, & ob illorum inſolentiam, inquietudinem, ac rogantiam, & malos mores, in dictis monaſterijs, ipſaq. religione, diuerſa ſcandala, nouitates, & variæ diſſenſiones oriri, ac boni mores corrūpi cōſueuerunt, ac ex tunc in futurū veriſimiliter oriri, & corrumpi formidarentur, vos veſtrarū, ac ſucceſſorum veſtrorum monaſteriorum eorūdem Abbatum, & Monachorum animarum, ſaluti, & quieti cōſulere, ac ſcandalis, diſſenſionibus, ac inquietudini, ac arrogantijs hujuſmodi obuiare, & illa euacuare deſiderantes, matura deliberatione ſuper his præhabita, pro honore, decore, quiete, conſolatione, ac dictorū monachorū, ac veſtrarū, & ſucceſſorum eorundem animarum ſalute, quod ex nūc, & in futurū perpetuis temporibus, nullus, qui aliquãdo per dictum Inquiſitionis officium, inquiſitus, aut punitus, ac cōfeſſus fuiſſet, ſeu eſſet, aut in quarto gradu, vel infra ipſum quartum gradum, ſeu vſq. ad illum de eorūdem Maurorum, Turcarū, vel Hebræorum genere ex vtroq. vel altero parente, originé, & deſcendentiam habuiſſet, ſeu haberet in aliquo ex eiſdem monaſterijs dictorum Regnorū, in monachum recipi, vel admitti, & qui iã admiſſus, & receptus, aut profeſſus eſſet, vel decætero fuerit in Abbaté, priorem electum, vel & quanuis aliam dignitatem, adminiſtrationem, vel officiū cuiuſuis monaſterij dicti ordinis, prioratus, membri, vel regularis loci ordinis præfati, eligi, vel aſſumi nullatenus poſſet, nec valeret, inter alia ſtatuiſtis, conuenistis, & ordinaſtis, ac contra præmiſſa, vllo vnquã tempore contrauenire non poſſe, nec debere, concordaſtis, & decreuiſtis, prout in patentibus literis, vel inſtrumēto publico, ſeu alijs documentis deſuper confectis, dicitur plenius cōtineri. Quę omnia, & ſingula pro illorū ſubſiſtētia firmiori à nobis Apoſtolico petijſtis munimine roborari. Nos igitur veſtris iuſtis poſtulationib. grato cōcurrentes aſſenſu, præmiſſa omnia, & ſingula, ſicut ritè, & prouidè, ac pro ipſius ordinis decore, laude, & honore, veſtrarumq; ac ſucceſſorū veſtrorū animarum, ſalute, & quiete facta ſunt, rata, & grata habentes illa Apoſtolica auctoritate cōfirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & cōitionis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnat. Domi. 1560. 10. Kal. Ianuarij Pont. noſtri, anno 1.

Pro Societate Ieſu, Confirmatio, & extenſio facultatis conferendi gradus in Artibus, & Theologia. Necnon exemptionis à qualibet decimarum, & impoſitionum ſolutione.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio Iulij III. circa promouendos ad gradus proponitur.*
2 *Non expedit, vt religioſi promoueantur in vniuerſitatibus propter obligationes, iuramenta.*
3 *Exemptio à Paulo III. conceſſa ſuper decimarum & impoſitionum ſolutione, proponitur & confirmatur, & de nouo conceditur, declaratur, & extenditur.*
4 *Facultas conferendi gradus conceditur in Collegio ſocietatis, vbi lectiones Theologiæ, & curſus ordinary peraguntur.*
5 *Quomodo Scholares ſocietatis, & externi pauperes & diuites ad gradus poſſunt à præfectis ſocietatis in vniuerſitatibus promoueri.*
6 *Vbi non eſt vniuerſitas, religioſi ſocietatis, & externi Scholares ad gradus promoueri poſſunt in Collegijs vbi ſtuduerint.*
7 *Conceſſio Iulij Tertii de gradibus, ad præmiſſa extenditur, & ampliatur.*
8 *Iudices conſeruatores probi deputantur.*

DIlectis filijs, Præpoſito generali, & vniuerſæ ſocietati Ieſu.

Vide in to. 2. 99. re. q. 75. ar. 4. ar. 5.

PIus Papa IIII. Dilecti filij, Salutem, & Apoſtolicã benedictioné. Expuni nobis nuper feciſtis,
quod cū veſtræ ſocietati, per fœ. re. Iuliū Tertium
Romanum Pontificem, prædeceſſorem noſtrū con
ceſſum ſit, vt eius Collegiorū extrà ſtudiorū genera
liū vniuerſitates cōſtitutorū, ſcholares abſoluto ſtu
diorū ſuorū curſu, & rigoroſo examine præcedēte, 1
à generali præpoſito pro tēpore exiſtēte, vel de eius li
cēntia à quolibet ex præpoſitis vel Rectoribus Col-
legiorū ſocietatis hmōi, cū duobus, vel tribus Do-
ctoribus, vel Magiſtris ad id per eos eligēdis, quoſ-
cūq; Baccalaureatus, Licentiaturæ, Magiſterij, &
Doctoratus, in Artibus, & Theologia, gradus acci- 2
pere, & poſtquã promoti fuerint, in eis legere, diſ-
putare, & alios quoſcunque actus ad id neceſſarios
facere, & exequi, omnibus, & ſingulis priuilegijs,
prærogatiuis, immunitatibus, exēptionibus, liberta
tibus, antelationibus, fauoribus, gratijs, & indultis,
quibus alij in vniuerſitatibus ſtudiorū generaliū, ri-
goroſo examine præuio, ac aliàs iuxtà illarū ordi-
nationes, vſus, ritos, & mores, pro tēpore promoti,
de iure, vel cōſuetudine, aut aliàs quomodolibet,
vti, potiri, & gaudere poſſint: non ſolū ad eorum in
ſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter, abſque
vlla penitus differētia, vti, potiri, & gaudere valeāt,
in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi gradus in
vniuerſi-

vniuerſitatibus, & non in Collegijs huiuſmodi accepiſſent. Ac dicta ſocietas, ſua etiã in diuerſis vniuerſitatibus habeat collegia, in quibus artes liberales, etiam Theologia, aliaque literarum ſtudia diligenter tractantur, & quorũ Scholares partim propter obligationes, & iuramenta, per inibi promouendos, præſtari ſolita, partim ob nimias, quæ ibi fieri ſolent impenſas, ab eiſdem vniuerſitatibus, eorumque Rectoribus, & deputatis promoueri nõ expediat: Præterea quod, quãuis rec. me. Paulus Papa III. prædeceſſor, eandem ſocietatem, eiuſque per-
4 ſonas, à decimarum, & aliarum quarumcunq. impoſitionum ſolutione exemerit, prout in ipſorum prædeceſſorum literis deſuper cõfectis plenius cõtinetur, ipſiq; prædeceſſores in priuilegio hmõi vobis conceſſo, eius intentionis fuiſſe credantur: quia tamen id diſertis verbis, non vſquequaq. explicatum, nec in exẽptione vobis cõceſſa huiuſmodi de omnibus, probationis, & Collegijs eiuſdem ſocietatis (non tamen profeſſorum domus) quæ iuxtà regularia illius inſtituta, bona ſtabilia habent, aut habere poſſunt, ſpecialis mentio facta fuit, moleſtiã vobis inferri, ac domus probationis, & Collegia veſtra præfata, ſuper exemptione huiuſmodi perturbati poſſe, tẽpore procedente, timetis. Quare nobis humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus priuilegijs, & exemptioni, ac deſuper confectis literis pręfatis, pro firmiori illorum ſubſiſtentia, approbationis noſtræ robur adijcere, illaq. vt infra dicetur, declarare, ampliare, & aliàs in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui votiuum religionis veſtræ profectum, ſincero paternæ charitatis affectu amplectimur, literarum prædictarũ veriores tenores, ac quarumcunq. litium, & cauſarum, vobis, per quoſcunq. de-
5 ſuper motarum, ſtatum, & merita, ac nomina, & cognomina iudicũ, & collitigantiũ, ac titulos eorum, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, priuilegia, & exẽptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis con
6 tentis clauſulis, literas pręedictas, & illorum vigore domos, & Collegia veſtra, vbilibet cõſtructa, & alia indè ſequuta quæcunque, iuxtà tenorem literarum eorundem pręedeceſſorum, Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, ac etiã plenariè innouamus, & de nouo, quatenus ſit opus concedimus, necnon illis, perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſq. & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ ſupplemus: & nihilominus pro potiori cautela, vniuerſam ſocietatem, omniaq. & ſingula illius, domos probationis, & Collegia vbilibet cõſiſtentia, præſentia, & futura, eorumq. perſonas, fructus, redditus, prouentus, et bonorũ eccleſiaſticorũ, ſecularũ, & regularium quorumcunq. illis pro tẽpore vnitorum, aliaſq. res, & bona quæcunq. à quibuſuis decimis, etiã Papalibus, pręedialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuũ partibus, ſubſidijs, etiã charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſione patriæ, ac aliàs quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiã, pro tempore impoſitis, etiã ſi in illorum impoſitione caueat, quod nulla prorſus exemptio cuiqoã aduerſus illa ſuffragetur, ita quod ſocietas eiuſq. domus, Collegia, fructus, res, & bona præfata, ſemper ab illis, abſq. declaratione deſuper facienda, excepta ſint, & eſſe cenſeãtur, perpetuò liberamus, & eximimus. Et inſuper tibi moderno, &
7 pro tempore exiſtenti, præpoſito generali dictæ ſocietatis, vt per ſe, vel illum, ſeu aliquem ex præpoſitis, vel Rectorib. Collegiorum veſtrorum, tã in vniuerſitatib. ſtudiorum generalium, quam extrà illa vbilibet cõſiſtentium, in quib. ordinariæ ſtudiorum
Artium liberalium, & Theologiæ lectiones habe- 8
buntur, curſuſq. ordinarij peragentur, vt dictæ ſocietatis ſcholares, & pauperes externos, qui dictas lectiones frequentauerint, & etiã diuites (ſi officiales vniuerſitatum eos promouere recuſauerint) cũ per examinatores veſtræ ſocietatis, idonei fiot inuẽti (ſolutis tñ per diuites ſuis iuribus vniuerſitatib.) ĩ veſtris Collegijs vniuerſitatum quarumcunque, &
in alijs extrà vniuerſitates conſiſtent. Collegijs ve- 9
ſtris, alios quoſlibet Scholares, qui inibi, ſub eorundem Collegiorum obedientia, directione, vel diſciplina ſtuduerint, ad quoſcunq. Baccalaureatus, licentiaturæ, magiſterij, & Doctoratus gradus pręfatos, ac aliàs in reliquis, iuxtà literarum Iulij prædeceſſoris prædicti tenorem, promouere, ipſiq. ſic promoti, priuilegijs, alijſq. in eiſdem literis contentis, plenariè vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant, auctoritate præfata concedimus, & indulgemus, ac eiuſdem Iulij prædeceſſoris literas, ad pręmiſſa extendimus, & ampliamus. Necnõ præſen-
tes literas, & in eis cõtenta, de ſubreptionis, vel ob- 10
reptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu, quouis prætextu, quæſito colore nullo vnquam tempore notari, vel impugnari poſſe, nec ſub quibuſuis ſuſpenſionibus, reuocationib. derogationib. vel limitationib. ſimilium, vel diſſimilium, gratiarum, à nobis, & ſede Apoſtolica, ex quauis cauſa, pro tempore emanatis, vllatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabũt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de nouo cõceſſas fore, vbiq. & vniuerſę ſocietati, ſingolaribuſque perſonis, & alijs præmiſſis omninò ſuffragari, & ſic in præmiſſis omnib. & ſingulis; per quoſcunque iudices, & Commiſſarios, etiã S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, iudicare, & definire debere: ac quidquid ſecus à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Quocircà, vniuer
ſis, & ſingulis venerabilib. fratribus, Patriarchis, 11
Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, & alijs perſonis, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quęcũque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, vobiſq. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, firmiter obſeruari, voſque priuilegijs, exemptione, ac alijs omnib. & ſingulis præmiſſis, pacificè frui, & gaudere; non permittentes vos deſuper, vel aliquem veſtrũ, aut alios, quorum intereſt, per quoſcunque, quauis auctoritate fungentes contra præmiſſa quomodolibet indebitè moleſtari: contradictores quoſlibet, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; inuocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus pręmiſ-
ſis; & quibuſuis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, 12
& præſertim illa, de non tollendo iure quæſito, ac pię memoriæ, Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas, aliquis, auctoritate præſentium, ad iudicium non trahatur, necnon quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationib. necnon quoruncunque vniuerſitatum, ordinum, conuentuum, & aliorum locorũ, etiam iuramẽto, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia

robo-

roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumq. ſuperioribus, & perſonis, in genere, vel in ſpecie, ac cum quibuſuis, etiã derogatoriarum, derogatorijs, alijſq. efficaciorib. & inſolitis clauſulis, irritãtibuſque, & alijs decretis, etiam in forma breuis, tàm per nos, quàm quoſuis prædeceſſores noſtros, ac etiam dictæ ſedis legatos, etiam ad quorumuis Imperatorum, Regum, Ducum inſtantiam, aut etiam, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, aut & conſiſtorialiter, etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui, quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam Marimagno, Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis. Quibus omnibus, etiã ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumq. totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & Indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cõtrarijs, quibuſcunque, ſeu ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, ac

13 expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Epiſcopi, vel perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ ipſis originalibus literis haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annullo Piſcatoris, die 19. Auguſti, 1561. Pont. noſtri, anno 2.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

De facultatibus Inquiſitorum, tàm generalium, quã particularium, procedendi contra quoſcunque Religioſos, & priuilegiatos, ac exemptos, dummodò illorum ſuperiores non præuenerint.

PIus Papa Quartus. Ad futuram rei memoriã. Paſtoris Æterni vices, meritis licet inſufficientib. gerentes in terris, ſic vigilantiæ noſtræ ſollicitudinem circa oues curæ noſtræ, diuina diſpoſitione cõmiſſas, exercere ſtudemus, nè illæ ab ouili ſuo, extrà quod, ſaluus nemo eſſe põt, aberrantes, in lupoꝛum rapacium inſidias, vllo modo incidere valeãt, ſed intra clauſuras debitè cuſtoditæ, ad cæleſtia paſcua fęliciter peruenire poſſint. Nuper ſiquidẽ accepimus, nõnullos Rom. Pont. prędeceſſores noſtros, anteactis temporib. ex cauſis tunc expreſſis, diuerſis ordinibus, etiam mendicantibus, quod contra eorum fratres, & religioſos in quibuſcunque cauſis, etiã hæreſis, niſi per eorundem ordinum ſuperiores, & prælatos, inquiri, aut procedi, quomolibet nõ poſſit, inter alia priuilegia per ſuas literas cõceſſiſſe, & nos fortè illas cõfirmaſſe; ſupercreſcente autem temporis, & hominum malitia, hac noſtra potiſſimum ætate, (quod ſanè dolenter referimus) in agro euangelici patris familias, zizaniam, etiam inter dictos fratres, & religioſos in tãtum pullulaſſe, meſſeſque tritico rareſcentes adeò pulluere videmus, vt vulpeculæ iam in aperto, vineam Domini demoliri nitantur. Quare nos pro paſtoralis officij nobis diuinitus crediti, debito, quantum cũ Deo poſſumus, oportuna in præmiſſis, remedia, adhibere volentes, vt quos Dei amor à malo nõ reuocat, pęnę ſaltem formido à delinquẽdo retrahat. Et propterea conſiderantes, quod ſi dilecti filij Inquiſitores hæreticæ prauitatis, tàm generales, quàm vbique locorum deputati particulares, & in cauſis hæreſis huiuſmodi, contra quoſcunq. quorumuis ordinum, etiam quomodolibet exemptorum, & Mendicantium fratres, profeſſores, & religioſos, quandocunque cauſas ipſas hæreſis, ab eis inchoari contigerit, procedere valerent, profectò id, in non modicam fidei Catholicæ cederet vtilitatem, cum pręſertim ex hoc, ſuperiores, & Prælati ordinum prædictorũ, ſicut veriſimiliter credẽdũ eſt, ad ſubditos ſuos, ſub probata religionis norma cõtinẽdos, trãſgreſſoreſq; debitis pęnis cõpeſcendos, facilè reddi poſſint diligentiores. Idcircò Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione, noſtris, hac noſtra firmiter valitura conſtitutione, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, ordinamus, atque decernimus, quod de cętero, in omnib. Chriſtiani orbis partibus Inquiſitores hæreticę prauitatis, tam generales, quàm in quibuſuis prouincijs, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis, pro tempore deputati particulares, contra quoſcunq. fratres, profeſſores, & religioſos ordinum prædictorum, ac etiam contra quoſcunque quouis modo priuilegiatos, & exemptos, de hæreſis crimine quomodolibet ſuſpectos, aut culpabiles, dummodò ab eorũdem fratrum, profeſſorum, & religioſorum ſuperioribus, & prælatis in cauſis huiuſmodi, præuenti non fuerint, iuxtà facultates officij ipſius Inquiſitionis, inquirere, & procedere, ac culpabiles, & delinquentes repertos, ſecundũ Canonicas ſanctiones caſtigare, atq; punire, cæteraq. omnia, & ſingula facere, gerere, & exequi, liberè, & licitè poſſint, & valeãt, ſuper quib. plenã, & liberã eiſdem Inquiſitoribus, & eorum cuilibet, facultatẽ cõcedimus, & poteſtatem, ſicq. per quoſcunq. iudices Cõmiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi facultate, iudicari, & diffiniri debere, irritũ quoq. & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter, cõtigerit attẽtari, decernimus. Non obſtãtib. quibuſuis Apoſtolicis, ac in prouincialib. & ſynodalib. cõcilijs editis, generalib. vel ſpecialib. conſtitutionib. & ordinationib. & ordinum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam Marimagno, & Bulla aurea, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, eiſdem ordinib. & illorum ſuperioribus, ac prælatis etiã per dictos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, ac etiam per nos, aut quoſcunq; alios quouis modo conceſſis, confirmatis, & iteratis vicib. approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis, eorumq. totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret, eorum omnium tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & totaliter inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, hac vice duntaxat, ad effectum præſentium, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, ac ſufficienter, & plenè derogatum eſſe volumus, atq. decernimus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Volumus autem, quod præſentium trãſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus literis ipſis adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Aprilis, 1562. Pont. noſtri, anno 3.

Vide in 2. 20.qq.10.q. 81.arti.1. vbi reſolutum quod in his Hiſpaniæ partib. ſaltem hoc non eſt in vſu.

Bullã

Bulla Septima.

Exemptio Monialium à ſolutione Decimarum, ſubſidiorum, & aliorum onerum.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à ſolutione Decimarum, & ſubſidiorum, ac aliorum onerum.*
2 *Prohibitio commiſſarijs, & alijs exactoribus.*
3 *Clauſula præſeruatiua.*
4 *Executorum iſtius Conſt. deputatio. facultates.*
5 *Clauſula derogatoria.*

PIus Epiſcopus, ſeruos ſeroorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. De ſtatu eccleſiarum, & monaſteriorum quorumlibet, curæ noſtræ, diuina diſpoſitione commiſſorum, paterna diligentia cogitantes, ad ea per qoæ illorum, ac perſonarũ, præſertim fœminei ſexus, in illis, ſub regulari caſtimonia Altiſſimo famolantium, ſtatui, & oporionæ ſubuentioni valeat ſalubriter prooidere, ipſæq; perſonæ, ſemotis perturbationibus vniuerſis, in pacis, & quietis amænitate, dioinis officijs liberius vacare valeãt, libenter attendimus, ac in ijs, noſtri paſtoralis officij partes, fauorabiliter impartimur. Hinc eſt quod nos, moto proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, oẽs, & ſingolas Abbatiſſas, Prioriſſas, Miniſtras, moniales, & ſorores qoorumcunq. monaſteriorum, domorum, & regulariom locorũ, monialium, & ſororum quorumuis Ciſter. Præmonſtrat. S. Claræ, necnon S Benedicti, & S. Auguſtini, ac terti ordinis S. Frãciſci, & aliorum qoorumuis ordinom, etiã ſub cura, & regimine, ac ne, ac ſecundũ regularia inſtituta fratrum Minorum, de obſeruantia nuncupatorum, & Eremitarum eioſdem S. Auguſtini degẽtiom, in Lõbardia, & quiboſcunq. alijs Italiæ partibus cõſiſtentium, ipſaq. monaſteria, domos, & loca, deductis quatoordecim ducatis auri de Camera pro victu cuiuſlibet Monialis, ſeu ſororis, alios redditus non habentia, eorumq́. poſſeſſiones, & alia quæcunq. bona, mobilia, & immobilia, à quaruncunq. Decimarũ, & ſubſidiorum, ac aliorum onerom, quomodolibet nuncupatorum, per nos, & ſedem Apoſtolicã, ſeu eius legatos, & nuncios, aut quoſcunq. alios, quauis auctoritate fungẽtes, etiã pro expeditione cõtra Turcas, vel fidei tuitione, ac fabrica Baſilicæ Principis Apoſtolorũ de vrbe, aot quauis alia vrgentiſſima cã, pro tempore impoſitum ſolotione, ex certa noſtra ſcientia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in perpetuũ

De exemptione à Decimis monialib. Vide in 2. to. qq. re. q. 44 ar. 5. & in to. 3. q. 74. art. 13. & 16. de exẽptione ab alijs oneribus, vide in to 2. qq. re. q. 61.

2 protſus eximimus & liberamus. Et nihilominus, omnibus, & ſingulis Collectoribus, Subcollectoribus, ac Commiſſarijs, necnon quiboſcunq. alijs, ad decimarom, & ſubſidiorum huiuſmodi exactionem deputatis, & pro tempore deputandis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub noſtræ indignationis, ac excommunicationis latæ ſententiæ pœna, diſtrictius inhibemus, nè Abbatiſſas, Prioriſſas, miniſtras, moniales & ſorores, domos, monaſteria, & loca prędicta, etiam vigore quarumcunqoe literarum, à nobis, vel ſede prædicta, pro tempore emanatarum, etiãſi in eiſdem contineatur, qood ad quæuis exempta, & non exempta, domos, monaſteria, & loca ſe extẽdant, vel alterios cuiuſcunq. tenoris exiſtant, ipſius ſedis ſibi conceſſæ facultatis, niſi de præſentibus, earumq́. toto tenore, ac de dictis ordinibus, & nomine eorum, quibus dictorum ordinom cura, gubernatio, & protectio pro tempore commiſſa fue-

5 rint, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes, fecerint mentionem, ad ſoluendum decimas, ſeu ſubſidia, aut onera huioſmodi, quouis modo cogere, aot compellere, ſeo aliàs præmiſſorum occaſione, eas moleſtare, ſeu inquietare præſumãt. Quo- 4

circà, dilectis filijs Cameræ Apoſtolicæ, Locorum tenenti, ac Almæ Vrbis noſtræ vicario, in ſpiritualibur, generali, necnon vnioerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & etiam dilectis eorum filijs, in ſpiritoalibus vicarijs generalibus, cæteriſque eccleſiarum Prælatis, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aot vnos eorum, per ſe, vel aliũ, ſeu alios eiſdem Abbatiſſis, Prioriſſis, miniſtris, monialibus, & ſororibus, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcunque, inuiolabiliter obſeruare faciant. Non permittentes eas, ac domos, monaſteria, & loca huioſmodi, per collectores, aut ſubcollectores, & commiſſarios præfatos, ſeu quoſcunq. alios, contra earundem præſentiom tenorem, qoomodolibet moleſtari, cootradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia oportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, et iteratis vicibus aggrauaodo, inoocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac fœ. re. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio generali, de duabus dietis, edita, dummodò vltra tres dietas, vigore præſentium, ad iudicium non trahatur, & alijs conſtitotionibus, priuilegijs quoqoè, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma breuis, aut alijs quiboſcunque, per qooſcunqoe Rom. pontif. prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem prædictam, etiam cum qoibuſuis irritatiuis, annullatiuis, reuocatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiois, aut derogatoriarum derogatorijs, aliiſqoe efficacioribus, & inſolitis claoſulis, etiam pluries, ac aliàs, quomodo liber conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi talia forent, quod pro eorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & indioidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunqoe. Volumus aotem, quod earundem præſentium tranſumptis, ſigillo alicuios perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, eadem protſus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, qoæ originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginã noſtræ exemptionis, liberationis, inhibitionis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Dom. 1560. Nonis Aprilis, Pont. noſtri, anno 1.

Sequuntur Viuæ vocis oracula Pij Quarti Papæ.

PRimum Viuæ vocis oraculom eſt, ſoper literas Pauli IIII. & eiuſdem Pij IIII. quæ determinant deſcendentes ex Iudæis in ordine S. Franciſci non poſſe eſſe prælatos, &c.

Nos Rodulphus Pius, Epiſcopus Portuenſis, S. R. E. Cardinalis de Carpo, omnibus, & ſingulis has præſentes literas inſpecturis, & viſuris, fidem facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, qualiter SS. D. N. Dominus Pius, diuina prouidentia Papa IIII,

ad

ad plenum per nos, vti prò tectorem totius ordinis, & religioois S. Fraociſci in formatus, quod ſœ.rec. Paulus Papa Quartus, per ſuas in forma breuis literas, ſtatuit, & ordinauit, quod de cętero oullus, qui hæreticus, aut Iudæus, ſeu à Iudæis, aut hæreticis, quorum parẽtes, aut progenitores paterni, ſeu materni, viuentes, ſeu defuncti, vſque ad quartam generatiooẽ incluſiuè, hæretici declarati, & vt tales cõdemnati, ac illi, ſeu illorum corpora, & oſſa, vel ſtatuæ, igni traditæ fueriot, originem traherent, ſi tẽpore datæ dictarum literarum, inter fratres totius dicti ordinis S. Frãciſci, aliqui ex prædictis reperirentur, etiã ſi fuiſſeot ſufficieoter diſpenſati, vt beneficia, & officia eccleſiaſtica, & dignitates obtinere, & exercere poſſent, io miniſtrum geoeralẽ, ſeu prouiocialem, ac Commiſſarium generalem, ſeu quemcunque alium Commiſſarium, aut guardianũ ſeu prædicatorem, etiamſi aliàs ſolitus fuerit ad huiuſmodi officium eligi, & aſſumi, poſſit eligi, recipi, & aſſumi, neque dicta officia, & munus prædicationis exercere valeat, ſub certis inibi ſtatutis pœnis, prout latius in dictis literis io forma breuis cõtinetur, Nobis vti protector huiuſmodi, expooentibus, plures etiam ex prædictis, vt ſupra à Iudeis, & hæreticis originem trahentes, in dicto ordine S. Frãciſci reperire, quos noo eſſet inconueniens, & ſaluti etiam animarum expediret, vt ad muous prædicationis admittere, & in hoc, inſtantibus, & petentibus, viuæ vocis oraculo cõceſſit, & indulſit, quod de cętero, generalis miniſter dicti ordinis poſſit, nõ obſtantibus dictis literis ſœ. re. Pauli, cõcedere licẽtiam, & diſpenſatiooem prædictis fratribus dicti ordinis, à Iudæis, & hæreticis, vt præfertur, vſque in qoattã generatiooem, originem trahẽtibos, ſeu eorum aliquib. quibus dicto generali mioiſtro viſum fuerit, vt munus prædicationis eis per prædictas literas prohibitum, vbi, & quando, & pro tempore, & toties, quoties dicto generali miniſtro viſum fuerit, exercere poſſiot. Atq. etiam idem generalis miniſter, poteſtatem, & auctoritatem habeat interdicendi prædictis, vt ſupra à dictis Iudæis, & hæreticis originem trahentibus, vel aliquibus eorum, quãdo, & quoties ei viſum fuerit, munus, & exercitiũ audiendi ſacramentales confeſſiones, in quorum omnium, & io ſingulorum fidem, & teſtimonium, has præſentes manu noſtra ſubſcriptas, fieri, & per ſecretarium ooſtrum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri iuſſimus, & fecimus appeoſione muniri. Dat. Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno à Natiuitate Domini, 1560. die verò 24. meoſis Martij, Pont. eius SS. D. N. anno primo.

Vide de hoc in to. 1. q. q. 10. q. 14. & in particulari ar. 12.

Pius Quartus, ad ſupplicationem fratris Ferdinãdi de Armellones, dudum prouincialis del Peru cõceſſit (de quo ſunt literæ teſtimoniales D. Cardioalis tituli Sanctæ Crucis) quod in prouincia del Peru, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ex Balſamo Indiaeo illarum partium, chriſma, & oleum ſacrũ conficere, & conſecrare poſſint, quia io prouincia del Peto ſuppetit ſufficiens copia Balſami orientalis: ita habetur in regiſtro ordinis familiæ Hiſpaniæ, folio 18.

Item omnibus Chriſti fidelibus, in illis partibos, ſemel tantùm indulgentiam plenariam, in die, & anno à prælato dictæ prouinciæ, viſis, confeſſis & contrarijs, &c. io eccleſijs, & monaſterijs dictę prouinciæ conceſſit.

Item, eidem fratri Ferdioando de Armellones, ac omnibus, & ſingulis prouincialibus dicti ordinis S. Franciſci illarum partiom pro tempore exiſtentibus, omnes illas indulgentias, gratias, & immunitates, & priuilegia, & prærogatiuas conceſſit, & indulſit, quæ fratri Dominico de Sancto Thomæ ordinis S. Dominici eiuſq; prouincialibus prioribus præpoſitis, ac ipſi ordini S. Dominici, cum ad Romanam curiam venit, per fœlicis recordationis Paulum Papam IIII. conceſſa fuerunt, & indulta. In quorum omnium, & ſiogulorum fidem, teſtimonium, ſua ſubſcriptione, & ſigillo munitas literas, dedit præfatus illuſtriſſimus Dominus Cardinalis. Romæ die 14. Martij 1560. Pont. eiuſdem Sanctiſſimo D. N. Papæ.

Appoſiti ſuot in Regiſtro ordinis noſtri, fol. 181. & ſeqoeoti, diuerſæ conceſſiones viuę vocis oraculi, obtentæ per R. D. Cardinalem Alexandrinum à ſœ. re. Paulo Papa Quarto, pro fratre Dominico de S. Thoma ordinis Prædicatorum Prouinciali Prouinciæ del Peru: quas conceſſit Pius Quartus fratri Ferdinando de Armellooes ooſtri ordinis Minorum, & ſunt ſequeotia.

Primo conceſſit omnia, & ſingula priuilegia eiſdem fratribus Prouinciæ S. Crucis Hiſpaniolæ S. Iacobi in noua Hiſpania S. Viocentij de Chiapa, Sancti Ioannis Baptiſtæ del Peru, ac Sancti Antonij noui regni Granatenſis, omnibuſque alijs Prouincijs, inſulis, & locis maris Oceani per quoſcunque ſummos Pontifices eius prædeceſſores quomodolibet conceſſa, & cõfirmata. Et præſertim, quod poſſint omnia ſacramenta fidelibus nouiter conuerſis miniſtrare, auctoritate Apoſtolica de nouo roborauit, cooceſſit, & confirmauit, non obſtantibus &c. Dat. Romæ, die 7. Iunij, 1557.

Secundo præcepit Paulos Quartus, quod dies feſti ex antiquiſſimis, tinbus io Indijs partim in honorem ſolis, partim idolorum ſuorum multifarie celebrau, in honorem veri ſolis Chriſti, ac illius Genitricis, & Sanctorum ſuorum commutentur. Datis die 28. Nouembris, 1550. Tertio conceſſit idem Paulus Quartus prædicto fratri Dominico de Sancto Thoma, vt quoſcunque ad ſe venientes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, prẹeminentię, in prẹfatis Iodiarum partibus inuentarium, & inueniendarum à quibuſcunq. excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, & cauſa latis, ſi quibus quomodolibet inoodati exiſterint, necnon à quibuſuis eorum peccatis, criminibus, & exceſſibus, ac delictis quantumcunq. grauibus, & enormibus, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, etiam ſi talia ſint, propter quæ ſedes Apoſtolica meritò foret conſulenda, & de reſeruatis etiam ſub Bulla Cœnæ Domini contentis, & eis pro commiſſis, pœnitentiam ſalutarem iniungere. Ac ſuper quacunq. irregularitate, quauis cauſa, vel occaſione contracta, cum quibuſuis perſonis in foro conſcientiæ tantùm abſoluere, ac diſpenſare: vota verò quæcunque vltramarino, viſitationis liminum Apoſtolorum, Beatorum Petri, & Pauli de vrbe, caſtitatis, & religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, &c. ac diſpẽſare ſuper tertio, & vlterioribus gradibus occultis, ac etiam io impedimento publicæ honeſtatis, & alia multa, vt patet in dicto regiſtro ordinis fo. 183.

PIVS PAPA V.

Pro ordine Minorum, & mendicantium.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Priuilegium Pij V. quo concedit, vt religioſi poſſint in die Iouis, in quo non occurrit aliquod feſtum recitare officium ſanctiſſimi corporis Chriſti Domini.

Dilectis filijs, Mioiſtro Generali, & vniuerſis fratribus ordinis Minorum de obſeruantia.

Dilecti

Digitized by Google

Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedi-
ctionem; exponi nobis nuper feciſtis, quod
cum vos, mente recolentes Dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum tranſiturum de hoc mundo
ad patrem in vltima, qua cæna, paſcha cum diſci-
pulis ſuis manducauit admirabile ſacramentũ pre-
tioſiſſimi corporis, & ſanguinis ſui inſtituiſſe, vt vni
uerſi Chriſticolæ illud tanquam ſuæ Charitatis,
quam in Cruce oſtendit memoriale recolerẽt, pro
ipſius Dominici corporis ſolemniori, & ſpecialio-
ri veneratione, deſideratis qualibet quinta feria of-
ficiũ de Chriſti corpore, prout in breuiario Roma
no ipſius ſolennitatis die habetur recitare, ſi vobis,
ad id ſedis Apoſtolicæ ſuffragaretur authoritas.

Vide in to. 2.qq. re.q. 44.ar.16.

Quare nobis humiliter ſupplicare feciſtis, vt vobis
in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate
Apoſtolica dignaremur. Nos pium hoc veſtrum de
ſiderium plurimum in Domino collaudantes, ac
huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, & ve-
ſtrum cuilibet, vbilibet exiſtentibus, vt qualibet
quinta feria, quæ totius quadrageſimæ, & aduẽtus
Domini nõ fuerit, aut in qua aliquod feſtum, ſeu
octaua non inciderit omiſſo occurrenti officio, il-
lud de corpore Chriſti, iuxtà illud, quod in præſen
ti breuiario Romano, in eius ſolennitatis die recitã
dum proponitur, recitare liberè, & licitè valeatis,
ita tamen, quod illud ſic recitãdo, debito ad quod
aſtricti eſtis, in omnibus, & per omnia, perinde ſa-
tisfacere cenſeamini, ac ſi officium pro tẽpore cur-
rens, & vobis à Romana Eccleſia propoſitum reci-
taretis, nec propterea illo recitato, ad occurrentes
huiuſmodi, vel alicuius alterius officij recitationẽ
teneamini, nec ad id, à quoquam inuiti, cogi, aut
compelli poſſitis, minus, vel aliquas ſententias, cen
ſuras, & pœnas quomodolibet latas incurrentes, au
ctoritate Apoſtolica, per præſentes indulgemus, di-
ſtrictius inhibentes quibuſuis locorum ordinarijs,
& quibuſuis alijs, quacunque auctoritate fulgenti-
bus, vel cuiuſcunque gradus exiſtẽtibus, nè vos, &
veſtrum quemlibet, quouis prętextu ſuper pręmiſ-
ſis quomodolibet moleſtare, perturbare, aut inquie-
tare, ſub excommunicationis ſententia, alijſque ar-
bitrio noſtro moderandis, & inſtigendis pęnis, au-
deant, vel præſumant. Non obſtantibus pręmiſſis,
ac quibuſuis Apoſtolicis, nec nõ in Prouincialibus
conſtitutionibus, & ordinationibus, generalib, ac
ſynodalibus concilijs editis, atque ordinis præfati,
& quibuſuis alijs, etiam iuramento, confirmatione
Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis, ſtatutis,
conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcun-
que. Cęterum, quia difficile foret pręſentes literas
ad ſingula quæque loca, in quibus expediens foret,
deferre, volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctorita
te pṛædicta decernimus, quod illorum trãſumptis,
manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo
alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitu-
tæ munitis, eadem protſus in iudicio, & extrà, ac
aliàs vbilibet, fides indubia adhibeatur, ſi forẽt ex-
hibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub
annulo Piſcatoris, die 8. Ianuarij, 1569. Pont, noſtri,
anno 3.

Bulla Secunda,

Pius Papa V. ſtatutum de ſepeliendis corporibus defunctorum in principatu Cathaloniæ.

Pro Fratribus mendicantibus, etiam irrequiſitis
Eccleſiarum Rectoribus, & Capitulis.

S V M M A R I V M.

1 *Explicatur Concilium circa quartam funeralem.*

2 *Corpora defunctorum ſepelienda in Eccleſiis fratrum Minorum, non debent primò deferri ad eorum parochias.*

3 *Iudices conſeruatores ad hoc conſtituuntur prælati, & Inquiſitores hæreticæ prauitatis.*

PIus Papa Quintus Ad perpetuam rei memoriã,
Romanus Pontifex, in quo poteſtatis plenitu-
do cõſiſtit, omnem diſſenſionum, litigiorumq. fo-
mitem, præſertim inter perſonas, ſub ſuaui religio-
nis iugo, Altiſſimo famulãtes inſurgentem, libẽter
extinguit. Et quę per venerabiles fratres Epiſco-
pos, ad hunc effectũ prudenter ordinata ſunt, vt fir
ma ſemper, & illibata permaneãt, Apoſtolicæ con-
firmationis monumento roborat, & nonnunquam
innouat, ac aliàs in ijs opportunè diſponit, prout per
ſonarum, rerumq. qualitate penſata, cõſpicit in Do
mino ſalubriter expedire. Sanè, licèt aliàs in confir
matione, approbatione, innouatione, noua cõceſſio
ne, Priuilegiorum, indultorum, conceſſionum, fa-
cultatum, aliarumq; gratiarum, per Romanos Pon
tifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apo
ſtolicã, ordinibus fratrum mendicantium, illorũq.
ſuperioribus, fratribus, & perſonis cõceſſorum, in-
ter cætera voluerimus, ſtatuerimus, & decreueri-
mus fratres, ſiue religioſos, & moniales monaſterio
rum, ſiue domorum dicti ordinis, ſupra Quadragi-
ta annos fundatorum, quartã funeralem, de qua in
ſeſſ. 25. Cap. 13. Concil. Trid. habetur, vbi illa ſolui
cõſueuit, ac decretis, & alijs, quæ deferri cõtingit,
dũ corpora defunctorum tumulãda deferuntur rã- 1
tum, non autem de miſſis, ſeu legatis, ſeu alijs pijs
eleemoſynis, fratribus, ſeu monialibus dictorũ or-
dinum relictis, aut aliàs quomodolibet donatis, ſol
uere teneri, vel debere, dictumq. canonem cõcilij,
ſic intelligi debere, vbi autem cõſuetudo ſoluendi
dictam quartã, & domus, ſiue monaſteria dictorũ
fratrum, ſeu Monialium ſupra quadraginta annos
cõſtructa, nõ fuiſſent, de nullo ſoluere teneri, vel de
bere, neq. fratres, neq; moniales ipſas, ad quartam,
vel aliã partem, ſiue aliquid eorum, quæ pro orna-
mento Eccleſiarum palliorum, planetarum, corti-
narum, & aliorum, quæ eorum Eccleſijs, ſiue fabri-
cis, vel ipſis, ſeu eorũ alicui, aut eorundẽ conuentri-
bus, monaſterijs, & domibus pro tẽpore relinqui,
vel dari cõtingeret, etiã ſi pro eorũ victu, aut aliàs
quõlibet relinqueretur, vel aliquid aliud, quã ius
ſepulturæ tantum dari conſueuit, rectoribus, ſeu
parochis ſolui debere, vel teneri, quamuis partes,
ad earum libitum Eccleſijs ordinum huiuſmodi,
dum ibidem corpora mortuorum ſepeliuntur, ſeu
dictis fratribus, vel monialibus alia quæcunq. tri-
buiſſent, vel elargiti fuiſſent, nec propterea dicti
fratres impediri poſſent, vel deberent, quin liberè
defunctorum corpora, ad eorum Eccleſias tumulã
da deferri facilè poſſent, per quaſdam declaraueri-
mus, ac forſan aliàs, & alia voluerimus, & ordinaue
rimus. Et cumque poſteà accepiſſemus, quod in nõ-
nullis partibus, religionibus, & locis Hiſpaniarum,
& præcipue in principatu Cathaloniæ, & in ciuita-
te Barchinonæ, ac in oppido Perpignani, Elnen. diœ 2
ceſis dilecti filij canonici, & aliæ capitulares perſo-
næ, ac parochialium Eccleſiarum rectores, & alij
preſbyteri, prætextu quod in dictis locis eſſet quę-
dam conſuetudo, vel inter eos concordatum fue-
rit, quod quãuis deſcendentes in eorum vltimis vo
luntatibus diſpoſuiſſent, eorum corpora in dictorũ
fratrum Eccleſijs ſepeliri debere, nihilominus cor
pora ipſa primò ad ſuam parochialem Eccleſiam
deferri, & ibi à Rectore, ſeu parocho benedictio-
nem, quam dicunt vltimum vale, accipere debere,
dictos fratres ſuper libera delatione, & aſſociatio-
ne corporum defunctorum, ad eorum Eccleſias, &

Vide in to. 1.qq.re.q. 39. & in to.3.qq.re. q.46.

De libertate ſepultura in Eccleſiis regularibus, vide in to. 3.qq. re.q.58.artic.3.

per

per ſe ipſos coram Cruce erecta, aſſeuerantes dicti canonici, rectores, & presbyteri dictis fratrib. non licere, ſtantib. dicta conſuetudine, & concordatis diuerſimodè moleſtare, & perturbare nō ceſſabāt. Nos venerabili fratri Epiſcopo Elnen. per alias noſtras in forma breuis literas, commiſerimus, & mandauerimus, quatenus vocatis vocādis, dictiſq. conſuetudine, & concordatis, & alijs quibuſuis diſpoſitionibus, noſtrarum priorum literarū contrarijs non obſtantib. ad totalem illarum, & contentorum in eiſdem procederet, dictiſque canonicis, capitularibus perſonis, Rectoribus, & alijs presbyteris prædictis perpetuū ſilentium deſuper imponeret, & quidquid decerneret per cenſuras Eccleſiaſticas firmiter obſeruare faceret, dictuſq. epiſcopus Elnen. dictarum poſteriorū noſtrarum literarum vigore, partib. vocatis, & auditis, in eorum iuribus, & illis maturè diſcuſſis, ad executionem dictarum priorum noſtrarū literarum, & iuxta illarū formam, & tenorem procedendū fore, ac debere, ſententiauerit, & declarauerit, & ſuper moleſtijs illatis dictis fratrib. ac prætenſis conſuetudine, & concordatis, alijſq. diſpoſitionibus defunctorum tumulanda corpora, primo illa ad parochialem Eccleſiam deferendi, & à parocho vltimū vale prædictum, recipiendi dictis capitulis, canonicis, Rectoribus, & alijs presbyteris perpetuum ſilentium impoſuerit, ac alijs ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, & quingentorum ducatorum auri pœnis, per contrauenientes eo ipſo irremiſſibiliter incurrendis, ne in poſterum dictos fratres, ſeu eorū aliquem, ſuper præmiſſis, vel eorum occaſione moleſtarent, ſeu alias quomodolibet perturbarent, inhibuerit, & forſan alias fecerit, & decreuerit, prout in ſingulis noſtris, & ipſius Epiſcopi literis, ſeu alijs documentis, & actibus publicis deſuper confectis, plenius continetur. Cum autē, ſicut accepimus, canonici, Rectores, & alij presbyteri prædicti, & præſertim illi ciuitatis Barchinonen. & oppidi Perpignani præmiſſis non attentis, ſed noſtris, & ſedis Apoſtolicæ mandatis, & ordinationib. cenſuriſq. & pœnis ab eiſdem, & ab eodem Epiſcopo Elnen. vt præfertur, fulminatis, ſpretis, magis in dies dictos fratres ſuper eiſdem moleſtant, & perturbant. Quinimo dum fratres corpora decedentium, qui in Eccleſijs fratrum huiuſmodi ſepeliri, ex ipſorum defunctorum domib. accipere, & pro ipſis tumulandis, ad eorum Eccleſias deferri facere intendunt, accedunt dicti Canonici, Rectores, & presbyteri armata manu ad domum defuncti, & violēter remouent dictos fratres, ac dimiſſa Cruce, dictorum fratrū rapiunt corpora, & omnia funeralia, & ſecū violenter illa ad ſuas Eccleſias aſportant, & deferri faciunt, dictoſq. fratres, ſi ad hoc non conſentiunt, percuſſionibus, & verberib. afficiunt, & diuerſimodè eos malè tractant, nec propterea dicta corpora alibi, quā in ſuis Eccleſijs ſepeliri, ſiue ad alias Eccleſias deferri permittunt, niſi prius hæredes, ſeu curam funeris habentes componant, & actualiter ſoluant certas ſummas pecuniarum, in nō modicum libertatis Eccleſiaſticæ, & hæredum dictorum defunctorū præiudicium, damnum, & detrimentum, ac noſtrorū, & ſedis Apoſtolicæ mandatorū, ſpretum, & vilipendium, necnon peſſimum religionis. & fidei catholicæ exemplum. Qua propter nos attendentes fratres ipſos, qui onus diei, & æſtus tam in prædicationibus, quam in cæteris ſpiritualibus munerib. quotidie ſuſtinent, à litibus, & vexationib. vt ſemper quietius altiſſimo famulari poſſint, ſubleuandos eſſe, ac noſtras, & prædeceſſorum noſtrorum literas, & in eis contenta quæcumque, executioni debitæ demandari cupientes, ipſiſque fratribus, & eorum ſingulis in præmiſſis oportunè prouidere, ac ipſos ſpecialib. fauoribus, & gratijs proſequi volentes. & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literarum prædictarum, ac proceſſuum, mandatorum, inſtrumentorum, ſententiarum, aliarumque ſcripturarum deſuper confectarum, ac inde ſecutorum quorumcumque, veriores tenores, & litis, ſeu litium huiuſmodi, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina iudicum, & colligantiū, ac eorum iura, & titulos, etiam infectiuos, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu proprio non ad ipſorum fratrum, vel alicuius pro eis nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſciētia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnes, & ſingulas lites, & quæſtiones controuerſias, filijs eorundem in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarijs Generalibus, ac Abbatibus, & alijs Eccleſiarum prælatis, cæteriſque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, necnon dictarum Metropolita. & Cathedralium Eccleſiarum canonicis, vbilibet per dictum principatum conſtitutis, ac Sanctiſſimę inquiſitionis hæreticæ prauitatis, in dictis Regnis Hiſpaniarum inquiſitoribus, & eorundem iudicibus, & officialib. & eorum cuilibet in ſolidum, quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliū, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumq. vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte fratrum, ſeu religioſorum prædictorum, aut alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes, faciant auctoritate noſtra, eos, & eorū quemlibet à vocatione, ceſſatione, & extinctione, voluntate, ſilentij impoſitione, confirmatione approbatione, adiectione, ſuppletione, declaratione, ſtatuto, ordinatione, præcepto, extenſione, innouatione, inhibitione, & decreto, ac omnib. & ſingulis alijs præmiſſis perpetuo, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos, aut eorum aliquem per dictos capituli Canonicos, rectores, & alios preſbyteros, ac quoſcumq. alios quomodolibet in pręmiſſis, & eorundem aliquem, vllo vnquam tēpore, quauis auctoritate, ſeu prętextu, quoquomodo moleſtari, inquietari, vexari, perturbari, aut impediri, cōtradictores, & non parentes quoſlibet, & rebelles, & per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pęnas, eorum arbitrio moderandas, & applicandas, aliaq. oportuna iuris, & facti remedia auctoritate noſtra compeſcendo, ac illos, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, ac interdictū Eccleſiaſticū apponendo, inuocato etiā ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, eiſdemque inquiſitorib. & eorum officialibus prædictis, quatenus contra pertinaces, & in dictis cenſuris inſordentes, mandataque noſtra, & ſedis Apoſtolicæ in præmiſſis cōtemnentes, etiā ſuo ex officio, & iuxta ſtylum eorum curiæ, tanquam contra male ſentientes, de auctoritate ſedis Apoſtolicæ, & ſummi pontificis, ſiue cenſuratum, & de hæreſi ſuſpectos, procedāt, & exequantur, ſuper quibus omnib. & ſingulis, plenā, amplā, & liberam facultatem, motu, & ſcientia ſimilibus, concedimus, & impartimur. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, & noſtra, de non tollēdo iure quæſito, aliiſque quibuſuis conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, editis, & edendis, necnon dictarum Eccleſiarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel

De iudicibus cōſeruatorib. vide in to. 1. qq. 10 q. 63

quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetu
dinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apo
ſtolicis, illis, & eorũ ſingulis, ac alijs quibuſuis ſub
quibuſcumque tenoribus, & formis, ac quibuſuis,
etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque effica
cioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, &
alijs decretis per quoſcumq. Romanos Pontifices
prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicã
etiam motu ſimili, ad inſtãtiam Imperatorum, Re-
gum, ducum, & aliorum principum, ex cauſis quã-
tumcumq. pijs, & vrgentiſſimis, in genere, vel in
ſpecie, etiam per viam cõicationis, aut aliàs quo-
modolibet conceſſis, approbatis, & innouatis etiã
illis præſertim, quibus forſan cauetur, vt non obſtã
tib. dictis noſtris, vel aliorum prædeceſſorum no-
ſtrorũ literis Capitula, Canonici, Rectores, & alij
presbyteri prædicti, eiſdem more, & cõſuetudine,
frui, & potiri, poſſint. Quibus omnib. & ſingulis, ẽt
ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorũ
que tenoribus totis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa,
& indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem
per clauſulas generales idem importantes, mentio,
ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia
exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores hu
iuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus
omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti
forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & in
ſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſu-
ris, hac vice duntaxat, harum ſerie, & ſpecialiter, &
expreſſe, motu ſimili derogamus, & ſufficienter de
rogatũ eſſe decernimus, contrarijs quibuſcũq. aut
ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit
ſede indultum, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excom-
municari non poſſint, per literas Apoſtolicas nõ fa
cientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-
bũ de indulto huiuſmodi mentionẽ, volumus autẽ,
quod tranſumptis præſentiũ, manu alicuius notarij
ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſia
ſtica munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, &
adhiberi debeat, quæ literis ipſis originalib. adhi-
beretur, ſi exhibitę forent, vel oſtenſæ. Dat. Romę,
apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die 9. Iulij,
1571. Pontif. noſtri, anno 6.

Bulla Tertia.

S V M M A R I V M.

*Pius Papa V. conſtitutio de proprietate ſublata Fra-
tribus ordinis Minorum conuentualium, & de am
bitu officiorum.*

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Ad extirpandos cupidæ
proprietatis abuſus, ſummum bonum in fructifera
religione fratrum Minorum conuentualium nun
cupatorũ peruertentes, ſimulq. frangendam peſſi-
mam corruptelam, quæ de adminiſtrationibus, &
officijs huius ordinis, per gratiam, & ſordes, conſe
quendis, perperam inoleuit, de nobis attributæ po
teſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos fratres præ
dictos, etiam ſi magiſtri, generales, prouinciales, cu
ſtodes, & alij quicumq. ſint, priuato rerum, bono-
rumq. omnium, immobilium, mobilium, & ſe mo-
uẽtium dominio, vſu, vſufructu, poſſeſſione, & pro
prietate quacumq. per eos modo acquiſitis, & ad
ipſos obuenientib. perpetuo priuamus, dictaque
poſſeſſione amouemus, & amotos nuntiamus, illa-
que omnia, & ſingula in communes ſuarum cuiuſ-
cumq. domorum, & prædictæ religionis vſus con-
uertenda, concedimus. Ac omnia, & quæcumque
priuilegia, diſpenſationes, licẽtias, permiſſiones, &
indulta, eis, & ipſorũ ſingulis, ſuper his, ac domib.
cellis, hortis, pecunijs, alijſque rebus, etiam cauſa
ſenij, infirmitatis, parentum, ſubuẽtionis, congrue
ſortibus. doctis, & cuiuſcumq. alterius pij officij
intuitu, habendis, retinendis, & fruendis, etiam per
quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores
noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam motu
proprio, & ex certa ſcientia, cõceſſa, confirmata, &
innouata, quibuſcumq. concepta formulis, ac clau
ſulis, & decretis ſuffulta (quorum omniũ tenores,
præſentibus habentes pro expreſſis) ſpecialiter, &
expreſſe reuocamus. Volumuſq. illa omnia, & ſin-
gula, vires, & effectum de cætero non habere, & ni
hilominus mandamus magiſtris, & ſuperiorib. om
nib. in virtute ſanctæ obedientiæ, vt rerum, & bo-
norum omniũ prædictorum poſſeſſionem, nomine
domorum, & locorum ſuorũ capiant, vt illa, illorũ
que fructus in communes omnium vſus conuertã-
tur, ſtatuentes, vt deinceps nullus omnino fratrum
dicti ordinis, ſiue priuatus, ſiue cuſtos, ſiue Prouin-
cialis, ſiue Generalis magiſter, in officio fungẽtes,
etiam prætextu huiuſmodi priuilegiorum, diſpen
ſationum, permiſſionum, & indultorum, ſeu inuete
ratæ conſuetudinis voto repugnantes, aut quacum
que alia cauſa, proprium quidquam, aut priuatũ
habeant, ſed omnia vbique communia, & indiuiſa
omnib. religioſis, eſſe. Quin etiam Magiſtri cuſto-
des, & Guardiani, vitam cum fratribus ſuis cõmu-
nem ducere debeãt, in refectorio ſemper comedãt
nullas ædes ſeparatas, ſiue in clauſtro, ſiue alibi ha-
beant, ſed vnica cella, eademq. cum cæteris aliorũ
fratrum coniuncta, contenti eſſe debeant. Pari quo
que ratione, cæteri fratres, nihil ſibi proprij vendi-
cantes, neceſſarium victum, & veſtitum à ſua quiſ-
que domo, & per eius miniſtros capiant, pecuniæ
vero, & quæcumque aliæ res, quę cuique priuatim
etiam intuitu perſonæ, vndecumq. donatæ, & reli-
ctæ fuerint, ſuperiori horarum viginti quatuor in-
teruallo, exhibeantur, qui illas ſtatim depoſito cõ-
mittat, & inde tãtum exhibitori miniſtrari iubeat,
quãtum præſens rei conuenientis neceſſitas, vide-
bitur poſtulare. Eam præterea diligẽtiam ſuperior
adhibere debebit, vt ſingulorũ maximè infirmo-
rum neceſſitatib, iuxta cuiuſcumque indigentiam
debite conſulatur. Ad hæc nullus omnino Magi-
ſtrorũ, cuſtodum, & guardianorũ, adminiſtrationẽ
prædictorũ bonorum, & aliarum rerum tempora-
lium, diſpenſationemq. pecuniarum, & redituũ
ſuæ cuſtodiæ, vel domus, etiam nomine conuẽtus
habere, ſiue exercere, vel ſeſe eis interponere poſ-
ſit, ſed vniuerſum id onus, trib. religioſis à magi-
ſtro generali ita demandetur, vt primus rerum, &
bonorũ cuſtodiæ, ſiue domus, inferendorumq. in
eam reddituũ curam habeat. Alter tanquam depo
ſitarius, pecunias, & cætera ab illo importata fide-
liter aſſeruet, reliquis de pecunijs, & rebus à depo-
ſitario captis, cuſtodi, guardiano, & fratrib. ac do-
mui vniuerſæ, de neceſſarijs veluti diſpenſator cũ
ipſius Cuſtodis, ſeu Guardiani auctoritate proui-
deat, officiorũ huiuſmodi inuicẽ confuſione peni-
tus interdicta, ſed ij iteram accepti quã impenſi,
ſingulis menſib. ſuo Cuſtodi, vel guardiano, adhibi
tis etiam duob. vel tribus fratrib. eiuſdem domus
probatiorib. rerumque vſu peritis, deinde ipſemet
ruſus præſentib. cuſtode, Guardiano, & peritis,
Magiſtro Generali, vel viſitatorib. quotieſcumque
viſitationis officiũ fecerint. Denique ipſe Magiſter
Generalis, in proximo ſequenti capitulo Generali,
coram tribus Iudicib. ab ipſo capitulo deputatis il-
lorũ omnium, & etiam vniuerſæ adminiſtrationis
ſuæ Reipublicæ, & priuatæ rationem reddere te-
neatur. Cæterum præcipimus, atq. interdicimus
omnib. & ſingulis, ne pro magiſtratibus, & officijs
prædictis quæcumq. ſint, ambitus fiant vlli, aut pe
cuniæ etiam pro confirmationib. ſigillo, vel ſcri-
ptura,

ptura, aut quacumque alia re, vel cauſa ſolnantur,
aliæve paſſiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu
munera, aut xenia quocũq. modo mittantur, neve
quiſquã etiam in officio exiſtens, pecunias, aut ali-
quid quidquã, de domo, vel cuſtodia ſibi cõmiſſa,
vel aliunde Generali, ſeu alijcuicumq. conferat,
vel remittat. Quicumq. ſecus fecerint, in pęnã pri-
uationis magiſtratuum, & officiorũ ſuorũ incidãt,
& ad futura inhabiles, & infames reputẽtur, & pro
culpis etiam tanquã fures puniãtur, prout nos illos
priustos, inhabiles, & infames declaramus, eo ipſo
decernentes irritũ, & inane quidquid ſecus in præ
miſſis per quoſcumq. ſcienter, vel ignoranter con
tigerit attentari, procuratorib. tamen Generali, ex
vniuerſo ordine, ac Prouincialib. Magiſtris, ex ſua
cuique Prouincia, & viſitatorib. ex domibus, & lo-
cis viſitandis, debitis, & neceſſarijs, nequaquã per
præſentes ſublatis. Non obſtantib. prædictis, & no-
ſtra, de non tollendo iure quæſito, alijſq. cõſtitutio
nibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ac dicti ordinis
iuramẽto, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis fir-
mitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetodinib. nec-
non Bulla aurea, & Mare magnum nuncupata, aut
quibuſlibet alijs priuilegijs, indultis, & literis A-
poſtolicis, generalibus, & ſpecialibus quorumcun-
que tenorum exiſtant, per quæ præſentib. non ex-
preſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earũ impe-
diri valeat quomodolibet, vel differri, & quibus,
quorumcumq. totis tenoribus, ad verbum haben-
da ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia
contra prædicta nolumus cuiquam in aliquo ſuffra
gari. Cæterũ, quia difficile valde eſſet eaſdẽ pręſen
tes ad ſingula loca, vbi illis opus erit, transferre, vo
lumus, vt earum exemplis etiam impreſſis manuq.
notarij publici, & ſigillo prælati Eccleſiaſtici, vel
eius curiæ obſignatis, eadẽ prorſus fides adhibea-
tur, quæ eiſdẽ præſentib. ſi forẽt exhibitæ, vel oſtẽ-
ſæ. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam no-
ſtræ priuationis, amotionis, nũciationis, conceſſio-
nis, reuocationis, declarationis, mãdati, ſtatuti, præ
cepti, ĩterdicti, decreti, & volũtatis infringere, &c.
Dat. Romę, apud S. Petrum, anno Incarna. Domin.
1568. 6. Idus Iunij Pontif. noſtri, anno 3.

De ambi-bitione officiorũ vide in 2. to. qq. reg. qu. 16.

Vide de intellectu huius breuis, in to. 1. qq. re. q. 31.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Breue Pii V. conceſſum ad petitionem Philippi II. Hiſpaniarum Regis, vt fratres in Indiis occidentalib. commorantes, poſſint officium parochorum exercere aſſiſtendo etiam matrimoniis.

Pius Papa V. Chariſſime in Chriſto fili noſter,
ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Expo-
ni nobis nuper fecit, tua Maieſtas Regia, quod iux-
ta ſacri æcumenici Conc. Trid. decreta, nulla matri
monia niſi præſente parocho, aut de illius licentia
contrahi, nullusq. religioſus, abſque epiſc. licentia
verbum Dei pędicare, ac ſæcularium perſonarum
cõfeſſiones audire. Epiſcopi vero nouas parochias
in locis ab inuicem longe diſtantibus conſtituere
poſſint. Quia tamen in partibus maris Oceani, reli
gioſi propter presbyterorũ defectum hactenus of-
ficio parochi functi fuerunt, & id quo ad conuerſio
nem Indorum attinet, exercuerunt, & exercent, ex
quo non modicos, ſed maximos fructus, etiam ver
bum Dei eiſdem Indis prædicando, & explicando,
ac confeſſiones audiendo, ad fidei catholicę propa
gationẽ fecerunt, dicta maieſtas tua nobis humili-
ter ſupplicari fecit, quatenus ipſis religioſis, vt illi
ad vberiores fructus in dicta conuerſione Indorũ
reportandum incitẽtur in locis eis aſſignatis, & aſ-
ſignandis, officium parochi, matrimonia celebran-
do, & ſacramẽta Eccleſiæ miniſtrãdo, prout hacte-
nus conſueuerũt exercendi, & ab eorum ſuperio-
ribus in capitulis prouincialib. obtenta licẽtia, ver
bum Dei prædicandi, & ſæcularium confeſſiones
de ſuorum ſuperiorum licentia audiendi, faculta-
tem concedere, aliàs in præmiſſis oportunè proui-
dere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos
igitur, qui ſingulorum præſertim Catholicorũ Re-
gum votis, ad diuini cultus augmentum, & anima-
rũ ſalutem tendentes, libẽter annuimus, huiuſmodi
ſupplicationibus inclinati, omnib. & ſingulis reli-
gioſis quorumcumq. etiam mendicantium ordinũ
in dictis Indiarum partibus, & in eorundẽ ordinũ
monaſterijs, vel de illorum ſuperiorum licentia, ex-
tra illam commorantib. vt in locis ipſarum partiũ,
eis de ſimili licentia aſſignatis, & aſſignãdis officiũ
parochi huiuſmodi, matrimonia celebrando, & ec
cleſiaſtica ſacramenta miniſtrãdo, prout hactenus
conſueuerunt (dummodo ipſi in reliquis ſolẽnitati
bus dicti Concilij formam obſeruent) exercere, &
verbum Dei (vt præfertur) quatenus ipſi religioſi
Indorũ illarum partiũ idioma intelligant, de ſuorũ
ſuperiorum licentia (vt præfertur) in eorum capitu
lis Prouincialibus obtenta: prædicare, ac confeſſio
nes audire, ordinariorum locorum, & aliorũ quo-
rũcũque licentia minimè requiſita, liberè, & licitè
valeant, licentiã, & facultatem authoritate Apoſto
lica, tenore pręſentiũ concedimus, & indulgemus.
Et inſuper ne in locis illarũ partium, in quib. ſunt
religioſorum monaſteria, qui animarum curã exer
cẽt aliquid per prædictos Epiſcopos innouetur, ea
dẽ authoritate, & tenore, ſtatuimus, & ordinamus,
ſic per quoſcumq. iudices, & commiſſarios, quauis
authoritate fungentes, ſublata eis, & eorũ cuilibet
quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate,
iudicari, & definiri debere. Ac quicquid ſecus ſu-
per his à quocumq quauis authoritate ſciẽter, vel
ignoranter attẽtari contigerit, irritũ, & inane decer
nimus. Mandantes nihilominus dictis filijs Curiæ
cauſarũ cameræ Apoſtolicæ, Generali auditori, &
B. Mariæ de Mercede, ac del Carmẽ, extra, & intra
muros Hiſpalenſiũ monaſteriorũ, per priores gu-
bernari ſolitorũ priorib. quatenus ipſi, vel duo, aut
eorũ per ſe, vel aliũ, ſeu alios eiſdẽ religioſis in pręe-
miſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, fa-
ciant eis, & eorũ cuilibet, conceſſione, indulto, ſta-
tuto, & ordinatione, ac alijs pręmiſſis pacifice, frui,
& gaudere, non permittentes eos per locorũ ordi-
narios, & alios quoſcumq. contra præſentiũ teno-
rẽ, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquie
tari: contradictores quoſlibet, & rebelles per cen-
ſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pęnas eo-
rum arbitrio moderandas, & applicãdas appellatio
ne poſtpoſita cõpeſcendo, ac cenſuras ipſas, etiam
iteratis vicibus aggrauando, interdictũ ponẽdo, in-
uocato ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecu-
laris, non obſtantib. &c. Dat. Romæ, apud D. Petrũ
ſub annulo piſcatoris. Die 23. Martij, anno Domi-
ni, 1567. Pontif. noſtri, anno ſecundo.

Bulla Quinta.

Pro ſocietate Ieſu, Declaratur Societas ex
inſtituti ratione Mendicans, alijſq; Men
dicantium ordinum connumeratur, &
priuilegijs æquatur, anno 1571.

SVMMARIVM.

1 *Societas mendicans exiſtit, & inter mendicantes ordines connumeratur.*
2 *Diſpoſitiones qualibet in fauorem Mendicantium locum habent in ſocietate.*

3 *Gratia, & priuilegia omnia mendicantibus ordinibus conceſſa, & concedenda, ſocietati cōceduntur.*
4 *Hæ litera ſub quibuſuis derogationibus non comprehenduntur.*
5 *Deputantur iudices.*

Vide de intellectu huius cōceſſionis 2. 10. qq. 10. q. 2. art. 9.

Pius Papa V. Ad perpetuam rei memoriam, dū
indefeſſæ cōſiderationis intuitu perſcrutamur,
quantam Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem attu-
lerint, Dilecti filij presbyteri Societatis Ieſu: ac pla
nè conſpicimus eo verè mundi huius relictis ille-
cebris, adeo Saluatori ſuo dedicaſſe, vt concultatis
theſauris, quos ærugo, & tinea comedit, lubriſ-
que paupertate, & humilitate præcinctis, non con-
tenti terrarū finibus, vſq. ad Orientales, & Occidē-
tales Indias penetrauerint, ac eorū aliquos Domi-
ni amor præſtinxerit, vt etiā proprij ſanguinis pro
digi, vt verbū Dei inibi efficacius plantarent, mar-
tyrio voluntario ſe ſuppoſuerint, perq. eorū ſpiri-
tualia exercitia, ēt regna ipſa fidē Chriſti agnoue-
rint, ac iā inibi, quam ibiq. terrarū Charitatis, &
miſericordiæ opera exercere ſtudeant, facere nul-
lo modo poſſumus, quin eos tanquā veros palmi-
tes in Chriſto per Charitatem coniunctos, & beni
gnè amplectamur, & ea ſibi ſpecialiter conceda-
mus, quæ, & paupertatis per eos emiſſæ voto, & eo
rū inſtituto, ac commoditati credimus profutura.
Hinc eſt, quod nos attendentes, quod licet dilecti
filij, Præpoſitus Generalis, & presbyteri, Societatis
huiuſmodi, tū quia ipſa Societas mendicans exiſtit
quippe, quæ ex eius inſtituto, & conſtitutionibus
Apoſtolica authoritate confirmatis, bona ſtabilia
poſſidere nequit, ſed incertis eleemoſynis, fideliū-
que largitionibus, & ſubuentionib. viuit, tū quia nō
minus quam cæteri mendicantes in excolenda vi-
nea Domini aſſiduè laborant, fructuſq. ingentes, &
ſaluriferos producunt, ac propterea eiſdem priui-
legijs, indultis, & gratijs fratrib. mendicantibus ha
ctenus conceſſis, vti, frui, potiri, & gaudere merito
poſſint, ac debeant. Cū tamen illud aliquādo in cō-
trouerſiam deduci poſſet, ex eo quod dicta Socie-
tas collegia habeant ſecum adiuncta. Nos ambigui
tatē huiuſmodi omnino amputare volentes, eoſdē-
que Præpoſitū, & Societatem, eorumq. ſingulos,
à quibuſuis excōicationis, ſuſpenſionis, & interdi-
cti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœ-
nis à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cau
ſa latis, ſi quib. quomodolibet innodati exiſtant, ad
effectū præſentium duntaxat conſequendum, harū
2 ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, nec-
non dictæ ſocietatis inſtituti, conſtitutionum, & di
ſpoſitionem, tam de iure, quam ab homine proue-
nientium, necnon Priuilegiorū, immunitatum, in-
dulgentiarū, & gratiarum mendicantibus fratri-
bus huiuſmodi quomodolibet conceſſorum, ac li-
terarum deſuper confectarum tenores, præſentib.
pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad ipſo
rum Præpoſiti Generalis, & Societatis, vel alicuius
eorum, aut alterius pro eis, nobis ſuper hoc oblatæ
petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, &
certa ſcientia noſtris, illam, & illius Prępoſitum, ac
ſingulas perſonas Societatis huiuſmodi, verè, & nō
fictè mendicantes fuiſſe, & eſſe, & fore, & inter alio
rum fratrum, & Religioſorum mendicātium ordi-
nes, alioſq; fratres, & Religioſos mēdicantes, pro-
ut illos nos connumeramus, & connumerari debe
re, ac omnes, & ſingulas, tam iuris, quā hominū di-
ſpoſitiones, in fauorem religioſorum, ſeu fratrum
mendicantium, nunc, & pro tēpore emanatas, etiā
in Societate, illiuſq. Domibus, Collegijs, Præpoſi-
to, & alijs Religioſis locum habere. Necnō omnia,
& ſingula quæcumq. quotcumque, & qualiacum-
que ſint, etiā ſpeciali nota digna, priuilegia, immu
nitates, exemptiones, facultates, cōceſſiones, indul-
ta, indulgētias, peccatorum remiſſiones, & gratias,
tam ſpirituales, quam temporales, literaſq. Apoſto
licas, etiam iuſtitiam ſiue mixtum concernentia, 3
hactenus per nos, & quoſcumque alios Pontifices,
tam prædeceſſores, quā ſucceſſores noſtros, & de-
nique ſedem Apoſtolicam, & illius legatos de late-
re, ſiue Nuntios, & quaſcumq. alias perſonas, qua-
uis authoritate fungentes, etiam motu, & ſciētia ſi-
milib. ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiā
conſiſtorialiter, tàm in genere, quàm in ſpecie, &
tam communiter, & coniunctim, quàm particulari
ter, & diuiſim, etiam per modum extenſionis, ſeu
communicationis, & aliàs quomodolibet, quibuſ-
uis ordinibus fratrum, & ſororum Mendicantiū,
quocumq. nomine nuncupentur, illorumque Con
gregationib. conuentibus, & capitulis, ac vtriuſq.
ſexus perſonis, ac illorum Monaſterijs, Domib. Ec-
cleſijs, Hoſpitalib. & alijs pijs locis hactenus con-
ceſſa, & inpoſterum concedenda, quorum omniū,
& ſingulorū tenores, ac ſi de verbo ad verbum in-
ſerti forēt. præſentibus pro expreſſis, & inſertis ha-
beri volumus, eiſdem Præpoſito, ac ſocietati, & om
nibus illius perſonis, Domibus, ac Collegijs, vbiq.
terrarum ſitis, ita quod Societas, Domos, Collegia,
Præpoſitus, & perſonæ huiuſmodi, omnib. & ſin-
gulis prædictis Priuilegijs, immunitatib. exemptio
nibus, facultatibus, conceſſionib. indultis, indulgē-
tijs, remiſſionibus, gratijs, & literis eiſdem fratrum
& ſororum Mendicantiū Ordinibus, Congregatio
nibus, conuentib. capitulis, perſonis, Monaſterijs,
Domibus, Eccleſijs, Hoſpitalib. & alijs pijs locis, vt
præfertur conceſſis, & cōcedendis, ante potuerint,
ex nunc, ac in futurum dummodo inſtituto Societa
tis, & Præpoſiti, ſeu deputatarum perſonarum hu-
iuſmodi voluntari, beneplacito non refragentur,
poſſint liberè, & licitè, vti, frui, potiri, & gaudere,
in omnib. & per omnia, non ſolū ad illorum inſtar,
ſed pariformiter, & æque principaliter, abſq. vlla
prorſus differentia, perinde, ac ſi Societatis Præpo
ſito perſonis, Domib. & collegijs prædictis, nomi-
natim, ſpecialiter, ac Generaliter conceſſa fuiſſent,
Apoſtolica authoritate, tenore præſentiū perpetuo
ſancimus, volumus, & declaramus, ac pariter con-
cedimus, indulgemus, & elargimur. Decernentes 4
præſentes literas nullo vnquā tēpore per nos, aut
Sedem prædictā reuocari, aut limitari, vel illis de-
rogari poſſe, neq. ſub vllis ſimiliū, vel diſſimilium
gratiarū reuocationibus, alterationib. limitationi-
bus, derogationib aut alijs contrarijs diſpoſitioni-
bus, nunc, & pro tēpore emanatis cōprehendi, ſed
ſemper ab illis excipi, & quoties reuocari, alterari,
limitari, vel derogari contingat, toties in priſtinū,
& eū in quo ante præmiſſa erant ſtatum, reſtitutas,
& de nouo etiam ſub poſteriore data per pro tēpo
re exiſtentē Societatis huiuſmodi Præpoſitum Ge
neralem eligendum, conceſſas eſſe, & fore. Acita,
& non aliter per quoſcumq. iudices, tam ordina-
ria, quā delegata, & mixta authoritate fungētes, ēt
S.R.E. Cardinales, ēt Sedis Apoſtolicæ legatos de
latere, & Nuncios, ac cauſarū Palatij Apoſtolici Au
ditores, ſublata eis, & eorū cuilibet, quauis aliter iu
dicandi facultate, vbiq. & in quauis inſtantia inter-
pretari, cēſeri, iudicari, cognoſci, & decidi debere.
Irritum quoq. & inane quicquid ſecus ſuper his à
quoquā, quauis authoritate, ſciēter, vel ignoranter
cōtigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratri-
bus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac di
lectis filijs, eorū Vicarijs, in ſpiritualib. aut officia-
libus Generalibus, & Curię cauſarum Cameræ A-
poſtolicæ Generali Auditori, nec non Abbatibus,
Priorib. Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cano
nicis, & capitulis, ac alijs, ad quos id quomodoli-

bet

bet ſpectat, & ſpectabit, per præſentcs, motu ſimili
mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vous eorum
per ſe, vel alium, ſeu alios, pręſentes literas, & in eis
cootenta quæcumq. vbi, & quando opus fuerit, ac
quoties pro parte dictorum Præpoſiti, & perſona-
rū Societatis huiuſmodi, vel alicuius eorū fuerint
requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſ
ſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant
eos ſuper præmiſſis omnib. & ſingulis pacificè frui,
& gaudere, non permittẽtes eos deſuper per quoſ-
cumq; quomodolibet indebitè moleſtari, cõtradi-
ctores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cẽſuras,
& pęnas Eccleſiaſticas, aliaq; oportuna iuris, & fa-
cti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo,
legitimiſq. ſuper his habendis, ſeruatis proceſſib.
ſententias, & cenſuras, & pęnas ipſas, ẽt iteratis vici
bus aggrauando, inuocato ẽt ad hoc, ſi opus fuerit
auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib. noſtra, de
non expediẽdis literis ſuper indulgentijs ad inſtar,
ac fœl. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris no-
ſtri, de vna, & Concilii Generalis, de duab. dietis,
dummodo vltra tres dietas, quis vigore præſentiũ
ad iudiciũ non trahatur, & aliis Apoſtolicis conſti-
tutionib. ac quibuſuis, etiã iuramento, cõfirmatio-
ne Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,
ſtatutis, & conſuetudinibus, Priuilegiis quoq. indul
tis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis per
quoſcumq. Romanos Pontifices prædeceſſores no
ſtros, ac nos, & ſedẽ Apoſtolicã, etiam motu, & ſciẽ
tia ſimilib. ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
& cũ quibuſuis irritatiuis, anoullatiuis, caſſatiuis,
reuocatiuis, modificatiuis, præſeruatiuis, mentis at-
teſtatiuis, ac derogatoriarũ derogatoriis, aliiſq. ef-
ficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, &
aliis decretis, in genere, vel io ſpecie, ac alias quo-
modolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, &
innouatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiã ſi in eis
caueatur expreſſe, quod illis oullatenus derogari
poſſit, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis,
eorumq; totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & ex-
preſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia forma, ad
hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi pręſentibus
pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo
robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter,
& expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque,
aut ſi aliquibus cõiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſe-
de indultum, quod ioterdici, ſuſpendi, vel excom-
municari non poſſint, per literas Apoſtolicas non
facieotes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver
bum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus
autem, quod præſentiũ traoſumptis manu alicuius
Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſo
næ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, ea-
dẽ prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę
ipſis originalib. literis adhiberetur, ſi forent exhibi
tæ, vel oſtenſę. Dat. Romæ, apud S. Petrum ſub an-
nulo Piſcatoris. Die 7. Iulii, 1571. Pont. noſtri, ann. 6

Vide de intellectu huius clauſulę, in 10. 1. qq. re. q. 8. art. 12.

Bulla Sexta.

Super clauſula, & reformatione quarumcumque Monialium.

SVMMARIVM.

1 *Clauſura indicitur omnibus Monialibus.*
2 *Clauſura indicitur tertiariis monialibus, & aliis qui eam, nec promiſerunt, nec ſeruauerunt.*
3 *Per conuerſas debet colligi eleemoſyna pro ſuſtentatione Monialium.*
4 *Conuerſa nõ recipienda in monaſterio monialium.*
5 *Ordinarii debent prouidere de eleemoſynis pro tertiariis.*
6 *Non plures recipienda moniales quam commode ſuſtentari poſſunt.*

Tom. 2. priu. Apoſt.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpe-
tuam rei memoriam: circa paſtoralis officii no
bis (meritis licet imparibus) deſuper commiſſi cu-
ram (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilan
tes aſſiduè ad ea, per quæ ſingulis erroribus, & ex-
ceſſibus obuiatur, ac perſonis quibuſlibet, præſer-
tim fęminei ſexus virginitatem ſuam Altiſſimo vo
uentibus, ſub religionis iugo, Chriſto Saluatori in
caſtitatis holocauſto famulari affectantibus, à ſemi
ta iuſtitiæ, & honeſtatis declinantibus ne quicquã
io eis reperiatur incongruum, quod in regularis,
pront honeſtatis gloria maculam, & diuinam meri
to poſſint offendere maieſtatem, oportune ſuccur-
rere libenter intendimus, ac in his noſtræ vigilan-
tiæ partes propenſius impartimur, prout id in Do-
mino ſalubriter expedire conſpicimus. Hac igitur
perpetuo valitura conſtitutione, inhærentes etiam
conſtitutioni fœl. rec. Bonifacij Papæ VIII. præde-
ceſſoris noſtri, quæ incipit Periculoſo, & decretis
Conc. Trid. ſuper clauſura Monialiũ editis, autho-
ritate Apoſtolica, tenore præſentium ſtatuimus, at-
que perpetuo decernimus, vniuerſas, & ſingulas
Moniales præſentes, atque futuras cuiuſcumq. Re-
1 ligionis, ordinis, vel militiarum, etiã Hieroſolimi-
tanæ, ſint, quæ, vel receptæ ſint, vel in poſterum in
quibuſuis Monaſterijs, ſiue domib. recipientur, &
tacitè, vel expreſſe Religionem profeſſæ, etiã ſi cõ-
uerſæ, aut quocumq; alio nomine appellentur, etiã
ſi ex inſtitutis, vel fundationib. earum regulæ, ad
clauſurã oon teneantur, nec vnquã earum monaſte
rijs, ſeu domibus, etiã ab immemorabili tẽpore, ea
ſeruata non fuerit, ſub perpetua in ſuis monaſteriis
ſeu domibus de cætero debere permanere clauſu
ra, iuxta formam dictæ conſtitutionis fœl. rec. Boni
facii Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, quæ inci-
pit: Periculoſo, in ſacro Conc. Trid. approbatæ, &
ionouatæ, quã nos authoritate præfata etiã appro-
bamus, & innouamus in omnib. & per omnia, ac il-
lam diſtrictè obſeruari mandamus. Quod ſi aliquæ
Moniales forſan reperiantur, quæ conſuetudine ẽt
immemorabili, aut inſtituto, vel fundatione regulæ
ſuæ fretæ, aoimo obſtinato huic clauſuræ reſiſtãt,
aot quoquomodo reluctentur, Ordinarij vna cum
ſuperioribus earũ, omnibus iuris, & facti remedijs
cõpellant, eaſdem tanquam rebelles, & incorrigibi
les ad pręciſe ſubeundum dictam clauſuram, & per
petuo obſeruandum. Mulieres quoque, quæ tertia-
riæ, vel de pœnitentia dicuotur, cuiuſcumque fue-
rint ordinis, in congregatione viuentes, ſi & ipſæ
profeſſæ fuerint, ita vt ſolẽoe votum emiſerint, ad
clauſuram præciſe (vt præmittitur) & ipſæ tenean-
2 tur. Quod ſi votum ſolemoe non emiſerint, ordina-
rij vna cum ſuperioribus earundem hortentur, &
perſuadere ſtudeant, vt illud emittant, & profiteã-
tur, ac poſt emiſſionem, & profeſſionem eidẽ clau-
ſuræ ſe ſubiiciant. Cæteris autem omnibus ſic abſ-
que, profeſſionis emiſſione, & clauſura, viuere om-
nino volẽtibus, interdicimus, & perpetuo prohibe
mus, ne in ſuarum vllam aliam prorſus, in ſuũ or-
dinem, Religionem, congregationemve recipiãt.
Quod ſi contra huiuſmodi noſtram prohibitionẽ,
& decretum aliquas receperint, eas ad ſic viuendũ
omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaſlibet
profeſſiones, & receptiones irritas decernimus, &
nullas, prout etiã pręſenti decreto irritas facimus,
3 & aonullamus. Porro moniales, & tertiariæ prædi
ctæ, propter hanc clauſuram, detrimentum, aut in-
commodum aliquod io earum neceſſitatib. maxi-
mè in pertinentibus ad illarum victum patiantur,
ſed vt eis oportunè conſulatur, authoritate Apo-

De intellectu huius breuis, & ſi moleſtũ, vide latè i 1. to. qq. re. à q. 44. vſq; ad 49. incluſiue, & vide in 3. to. qq. re. q. 6. art. 1. & 3.

ſtolica præfata ſtatuimus, atque mandamus ordinariis, & ſuperiorib. earum, vt cureot colligi fidelium eleemoſynas per conuerſas, quæ non ſint profeſſæ, vel ſi profeſſæ fuerint, ſint tamen annorum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tameo Monaſterium degant, & noo iogrediatur clauſuram aliarum Monialium, niſi in caſibus ex earum conſtitutionibus permiſſis, & de earum domibus exire nõ poſſint pro huiuſmodi eleemoſynis colligendis niſi de licentia ordinarij, vel earum ſuperiorũ. Et de cætero nullæ aliæ cõuerſæ profeſſæ recipi amplius, etiã de conſenſu ſuorũ ſuperiorum, vel Prælatorũ poſſint. Quod ſi aduerſus hanc noſtrã probibitionẽ rreceptæ fuerint, illatũ receptio, nulla, irrita, & inanis ſit, prout ex nunc nullã, irritã facimus, & annullamus. Quod ſi prædicto modo neceſſitatib. Monialium, & mulierũ tertiarium prædictarum ſuccurri ſufficienter nõ poterit, mandamus ipſis ordinatijs, & ſuperiorib. earũ, vt ipſi prouideant de alijs perſonis pijs, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemoſynas colligaot, vel aliàs eo meliori, & cõmodiori modo quo fieri poterit, etiam ex opere manuum ipſarum Monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio ordinariorum, & ſuperiorũ eorũdem, & prout eis cõgruentius expedire videbitur, prouideatur, & ſuccurratur. Et oe propter Monialium numerum exceſſiuum, clauſuræ obſeruatio violetur, inhęrentes etiã ſimiliter diſpoſitioni dictæ conſtitutionis Bonifacij, & Conc. Trid. decreto, Monialibus prædictis, & illarũ Superiorib. & ordioarijs diſtiocte inhibendo, præcipimus, & mandamus, nè plures in earum monaſterijs recipiant, & admittant, ſeu recipi, & admitti permittant, quàm ex proprijs redditibus ipſorũ Monaſteriorum, vel coosuetis eleemoſynis commodè ſuſteotari poſſint. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, voiuerſis venerabilib. fratribus, Patriarchis, primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus, & diœceſib. proprijs, præſentes literas ooſtras publicari faciant, ac in monaſterijs Monalium ſibi, ordinario iure ſubiectis, in his vero, qoæ ad Romanã mediatè, vel immediatè ſpectant Eccleſiam, ſedis Apoſtolicæ authoritate vna cum ſuperiorib. eorundem monaſteriorum, clauſuram (vt permittitur) quam primum poterunt, ſeruari procureut. Contradictores, atq. rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato, ad hoc (ſi opus fuerit) anxilio brachij ſecularis. Ac vt hoc tam ſalutare decretũ facilius obſeruetur, omnes Pricipes ſęculares, & alios Dominos, & magiſtratus tẽporales, rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, eiſdẽ in remiſſionẽ peccarorum iniungentes, quod io præmiſſis omnibus eiſdẽ Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs Monialium ſuperioribus aſſiſtãt, ac ſuum fauorẽ, & auxilium præſtent. Ac impedientes, pęnis etiã temporalibus afficiaot, præmiſſis cõſtitutionibus Apoſtol. ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam per ſedem Apoſtolicam approbatis, & confirmatis, priuilegijs quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, etiam io fundatione, & inſtitutione, eiſdem monaſterijs, vel domibus, & monialibus, ſub quibuſcumq. verborum formis, & clauſulis irritantibus, & alijs decretis qoibuſlibet coroceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis, & ionouatis. Quibus omnibus, etiã ſi pro ſufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis teooribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro ſufficiẽter expreſſis habentes, quoad effectum validitatis noſtræ conſtitutionis tantum, derogamus, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, aut ſuſpendi oõ poſſit per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Per boc autem, in monaſterijs exemptis, ordinarij locorum, quod aliam ſibi nullam credãt iuriſdictionem, vel poteſtatem aliquatenus eis attributam: Volumus autem, quod præſentes literæ ad valuas Baſilicæ Beati Petri Apoſtoli, Principis, & in Cancellaria noſtra, ac acie cãpi Floræ publicentur, & inter cõſtitutiones extrauagantes perpetuo valituras conſcribantur. Et quia difficile foret præſentes ad ſingula quæcumq; loca deferri, volumus, & etiã declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis, eadẽ prorſus fides vbicumq. adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę approbationis, innouationis, ſtatuti, decreti, mãdati, interdicti, prohibitionis, annullatioois, præcepti, inhibitioois, requiſitioois, obſecrationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno incar. 1566. 4. Kalen. Iunii, Pootiſ. noſtri, anno 1.

Anno à Natiuitate Domini, 1566. indictione 9. die vero 9. menſis Iunij. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pij Diuina prouidentia Papæ V. anno 1. Retroſcriptæ literę affixæ, & publicatæ fuerũt ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum S. Petri de vrbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie campi Floræ dimiſſis copijs earuodem in retroſcriptis locis affixis per nos Ioann. Guerardi, & Nicolaum de Marthæis Curſores.

Vide in 1. to. 99. re. 9. 44. ar. 3. 4.

Bulla Prima.

Bulla confirmationis, & nouæ conceſſionis priuilegiorum omnium ordinum Mendicantium. Cum certis declarationibus, decretis, & inhibitionibus. S. D. N. D.

Pij Papæ V. Motu Proprio.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi religioſis non impartiuntur fauorem in principio.*
2 *Fratres mendicantes poſſunt prædicare in eccleſiis ſuorum ordinum.*
3 *Fratres approbati ad audiendas confeſſiones ſecularium poſſunt in ſuis eccleſiis ſe extra eas audire.*
4 *Fratres mendicantes poſſunt infirmorum confeſſiones audire.*
5 *Fratres ſemel præſentati ad audiendas cõfeſſiones, & ad prædicandum in eadem diœceſi, ſemper debent haberi pro præſentatis.*
6 *Confeſſores monialium ſub obedientia regularium degentium, non debent ab epiſcopis examinari.*
7 *Lectores in Theologia, & graduati non debent corã ordinariis præſentari pro audiendis confeſſionib. & pro prædicationibus.*
8 *Epiſcopi non poſſunt dare licentiam ad ingrediendum monaſteria monialium, quæ non ſunt ipſi pleno iure ſubiecta.*

9. Epiſcopi

9 *Epiſcopi non poſſunt formare proceſſus contra moniales, quæ ipſis non ſunt pleno iure ſubiecta.*

10 *Eximuntur fratres à iuriſdictione ordinariorum, & ſimiliter eorum conuentus, & bona.*

11 *Ordinarii non poſſunt ſe intromittere in gubernatione fratrum, & monialium.*

12 *Ordinarii non poſſunt ſe intromittere in ſumendis computis à monachis, & monialibus.*

12 *Ordinarii nõ poſſunt inhibere prælatos regulare, ne ſuos ſubditos caſtigẽt, puniãt, & carceri mãcipẽt.*

13 *Ordinarii non debent ſe intromittere in bonis fratrum degentiũ, aut decedentium extra clauſtra.*

14 *Ordinarii non poſſunt impedire vniones beneficiorũ regularium factas, aut faciendas.*

15 *Regulares quibus cura animarũ incumbit, poſſunt per ſeipſos, aut per alios idoneos ipſam exercere.*

16 *Ordinarii non poſſunt impedire regulares ne cãpanas pulſent pro miſſis, & alijs officijs diuinis, & ne corpora defunctorum aſſocient, & ne libere ad eorum eccleſias deferantur.*

17 *Non eſt neceſſaria præſentia rectorũ, aut aliorum clericorũ, ad hoc vt infirmi poſſint liberè teſtari.*

18 *Rectores non poſſunt impedire regulares, quo minus recipiant legata, & relicta ipſis in teſtamentis.*

19 *Ordinarii poſtquã fuerint requiſiti, intra quindecim dies tenentur explorare libertatẽ puellarum, quæ Deo ſe conſecrare volunt, & puellæ præfatæ ab ordinariis de aliis nõ concernentib. præfatã libertatem interrogatæ, non tenentur reſpondere,*

20 *Regulares nõ poſſunt impedire ne miſſas, & alia diuina officia ſuis eccleſijs celebrent, & quod non cõcionentur in mortuorijs extrà ſuas eccleſias, & quod non recipiãt eleemoſynas pro miſſis, & quod fideles non audiant miſſas in ſuis monaſterijs etiã in diebus feſtiuis, & quod non cõmunicent ibidẽ, excepto die paſchatis.*

21 *Priuilegia tempore interdicti, & ceſſationis à diuinis conceſſa regularibus, non reuocantur.*

22 *Non deputentur in domibus regularibus pro cura animarum, niſi illi, qui ab ordinario pro idoneis fuerint deputati.*

23 *Quartam funeralem non tenentur ſoluere monaſteria, etiam de legatis, & miſſis.*

24 *Non tenentur mendicantes ad contributionem aliquorum onerum.*

25 *Poſſunt mendicantes liberè petere eleemoſynas.*

26 *Non poſſunt ordinarii procedere contra religioſos intra clauſtra delinquentes.*

27 *Licentia pro conſtruendis domibus regularium ab ordinariis, gratis debent dari, & ſine cauſa non poſſunt negari, & ſoli fratres poſſunt mortuorum corpora aſſociare.*

28 *Mandari in die Cœnæ celebrari, & prædicari in monaſteriis licitè poteſt.*

29 *Officia mortuorum inuitis fratribus in Eccleſiis fratrum à clericis fieri non poſſunt.*

30 *Libera ſepultura omnibus apud mendicantes conceditur.*

31 *Religioſi non niſi pro publica, & graui cauſa poſſunt compelli ire ad proceſſiones.*

In hoc pri. multa con gũtur, & cõ ceduntur, quę in alijs priuilegijs ſigillatim ſunt idulta & iĩ in eis ſut particu laris remiſ ſio.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi mendicãtium ordines, qui ſedulum io vinea Domini, quotidie exhibere nõ ceſſant famulatũ, ſummo ſemper ſtudio (etiã dum io minoribus eſſemus) amplexi ſumus: ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eos propẽſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac exinde pro ſuis ſanctis ſtudijs, honeſtiſq; laborib. proque ſalute animarum ab Apoſtolica ſede (cuius continuè pacẽ, & digoitatem ordines ipſi fortiter tutati ſunt) tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipiant, quib. & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularem facilius, atq; expeditius exeqoi, & traoſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſq, alij, exemplo ipſorũ promptiores, alacrioreſq. ad ſua officia perſoluenda reddantur. Hioc eſt, quod nos atiendẽtes pleriſq. ex venerabilibus fratrib. noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui eoſdem ordines præcipuè, tanquã froctiferos in agro Domini palmites, & colere, & adiuuare deberent, non ſolum id exeqoi negligere, verũ etiam Concilij Triden. decretis in parum ſenſum retortis, eos, & eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationib. eorumq. priuilegijs non modicum afferre grauamen conantur. Quidã enim Epiſcopi (vt accepimus) nolont admittere quoſdam regulares ad prędicationem, & in ſuis Eccleſijs faciendam, quamois de eorum habilitate ad huioſmodi opus exercendum habeant bonum teſtimoniũ à ſuis ſuperioribus. Alij vero volunt, vt nedum ſemel, ſed etiam pluries in anno corã ipſis, vel eorum vicarijs prædicatores præſententur, ac pro licentia prædicandi (quam non niſi in ſcriptis dare volunt) aliquid quandoque exigunt. Alij etiã Epiſcopi maximam regularibus iniuriam irrogare videotur, dum præter ordinem, & veterem conſuetodinem, abſque vlla ratiooe, quoſdam reijciunt, & quoſdam (pro eorom libito) admittunt ad prædicatiooem huioſmodi habendam in locis ſuæ diœceſis. Quorondam etiam locorum ordinarij, quoſdam religioſos probos viros, & idoneos (etiam à ſuis ſuperioribus approbatos) ad confeſſiones audieodas admittere oullo modo volont. Quidam ex eis volunt ooo ſolum ſingulis annis, ſed etiam plories in anno, in aliquibus partibus eoſdem confeſſores ſibi præſentari. In aliquibus vero oppidi, tam Epiſcopi, ſeu eorum vicarij, quam presbyteri curati nolunt, vt fratres Meodicantes vocati ad audiendas confeſſiones infirmorum (maxime, ſi infirmitas eſt grauis) aut etiam ſanorum in priuatis illorũ domibus, vel alibi, præter quam in ſuis Eccleſiis, aut monaſteriis poſſint accedere. Nonnullli etiam audent cooſeſſores mooialiũ (qui pleno iure ſubſuot regularibus) examinare, cum tamẽ id minimè per Concilium decernatur, ſicut, & de fratribus, qoi ſunt audituri confeſſiones aliorum fratrum. Qui ẽt in aliquibus partib. nituntur aſſerere, ſeu facere, ne quiſquam infra annum poſſit ſacram Euchariſtiã in Eccleſiis mendicantium recipere, nec etiam moniales tertiarias nuncupatas ſuorum ordinum (vt aliqui aſſerunt) in aliquibus partibus fieri, cum tamẽ ſolum in Paſchate (quoad ſeculares duntaxat) iuxta priuilegia ſummorum Pontificum prædeceſſorom ooſtrorum eiſdem ordinibus conceſſa. Id obſeruare debeant. Alii vero Epiſcopi, ſeu eorum vicarij, audent ad eorũ libitum dare licentiam quibuſcũq. quæcumq. monaſteria monialiũ, etiam S. Claræ ingrediendi, etiamſi regulariũ curæ ſubdita ſint. Quidam vero ſub prætextu exquirendi voluntatẽ puellarũ, ante profeſſionẽ earum volunt eas extrahere à mooaſteriis, & per longũ tempus alibi detinere, ipſaſq. puellas, ſeu nouitias de pleriſq. rebos interrogant, & neque neceſſariis, neque in decreto Conci. Trid. deſuper contentis, ex quibus non modica poteſt oriri occaſio ſcandali. Alii vero plerique nolũt, qooſdam regulares aliarum diœceſum ſacris ordinibus ioitiare, ac etiam à ſuis prælatis approbatos admittere nolunt. Aliqui vero ſingulis Dominicis diebus io ſuos parochianos ad ſonom campanæ excommunicationem promulgant, vt non poſſint intereſſe Miſſis, concionibus, & diuinis officiis, niſi in propria parochia. Alii vero ipſis prohibent

Et notabĩle bullam eſſe reuocatam per Grego. XIII. quo ad ea, quæ in eo conceduntur contra decreta Conc. Trid. prout in diuerſis locis quæſtionũ Regula. habetur, & in particulari in c.10.qu. 8.art.9.

vt omnino in aliis Eccleſijs, (etiam requiſiti) non celebrent. Alij vero in aliquibus partibus in eorum Eccleſijs conciones ſacræ Scripturæ, & ſermones pro mortuis haberi nolunt, & ſi aliquid ipſis relictum fuerit, vt ab ipſis Miſſæ dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipſi ſibi ea vſurpãt eijcientes, quod ipſi ea exequi non poſſunt, quia ipſi ſunt paſtores. Alij vero ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & exilij per decennium à diœceſi pœna inhibuerunt, nè Miſſæ in eorũ Eccleſijs celebrentur in diebus feſtiuis, antequam rector parochialis Eccleſiæ celebrauerit. Alij etiam nolunt, vt dum prædicatio in Eccleſia Cathedrali habetur, alibi prędicetur. Ac inſuper in quibuſdam locis omnẽ ordinem, & quietem perturbant, dum controuerſias iam diu ſopitas, & extinctas ſuper præcedẽtia, excitarunt, & vbi nullæ erant, pepererunt, dũ pro arbitrio, & voluntate eorum, hos illis præferre voluerunt, Quidam etiam Epiſcopi volũt regulares à cura animarum excludi, & illam ſolis presbyteris ſæcularib. committi. Quidam vero quartam funeralium extẽdere volunt, etiam ad Miſſas, legata, & alia quæcumque domibus regularium relinquuntur. Alij autẽ volunt quartam partẽ omnium eorũ, quæ etiam pro ornamẽto Eccleſiæ, palliorum, planetarum, cortinarum, pannorum, & eorum etiam, quæ pro victu fratrum relinquuntur. Aliqui etiam in quibuſdam partibus, etiam volunt, vt non ſolum ius ſepulturæ ſolui conſuetum, quod ſemper ſoluitur, neque denegantur, ſed etiam omne illud, quod Eccleſijs ordinum ad eorum libitum partes dant, quando ſepeliuntur ibidem defunctorũ corpora, id totum curatis etiam de nouo ſoluatur, inſtanter conantur, impediẽtes, ne aliter corpora defunctorum ad monaſteria fratrum deferãtur, vnde in hoc maximè, tam partes, quàm ipſos fratres grauati cõtingit. Aliqui vero etiam ex locis mendicantiũ, qui curam habent animarum, volunt pro ſeminario decimas exigere, ac in caſu retinentiæ etiã pignus exigunt. Alij autẽ præfatos fratres, ac moniales ſub eorum cura degẽtes, ſubſidium regium perſoluere cogunt, cum multæ earuodem monialium vix habeant pro earum victu, & veſtitu, neceſſaria vitæ. Alij etiam in quibuſdam partibos pauperes mendicantes, eleemoſynas petere prohibent, pro eorũ dũtaxat ſuſtentatione, & ſi inuenerint eos panem, vel aliquid aliud ſimile amore Dei ſibi collatum, portãtes, quandoque ab eis auferre minantur, afficiẽtes eos graui iniuria, & cõtumelia. Nonnulli vero Epiſcopi, vel capitula canonicorũ, pauperes mendicãtes, tam fratres, quam moniales ſuorum ordioum, tam de redditibus bonorum, ſi quæ habent, quam de poſſeſſionibus, vineis, agris, & alijs ſuis bonis quibuſcunq. non ſolum largitione fidelium ſibi conceſſis, ſed etiã alias iuſtis de cauſis ab eis requiſitis, ac pecunijs emptis, ſibi decimas, ac primitias alijs reſpectiuè ſoluere cogũtur. Alij autem auſi ſunt inquirere, & proceſſus facere cõtra aliquos regulares intra clauſtra delinquentes, vel de quorũ delictis aliqua erat ſuſpicio, non expectata aliorum ſuperiorũ cenſura. Alij vero Epiſcopi monaſteria monialium ingredi, & illa ingrediendi licentias alijs concedere, & aduerſus illas proceſſus formare, ipſorũ ordinum ſuperiorib. irrequiſitis, præſumunt. Aliqui etiam dominiũ temporale ſuper moniales habere prætendunt. Nonnulli vero frequentiſſimè regulares citant, & iuriſdictioni ſuæ ſubijcere tentant, ac eorum conuentũ occupant, ipſos expellendo, ac in ipſos iuriſdictionem, vel poteſtatem exercent. Aliqui vero ipſos carceribus (abſque cauſæ cognitione) mancipant, ac manibus, pedibuſq; laborant, vt regulares mẽdicantes ſuæ ditioni ſubijciãt, & vſque adeo ſe intromiſerunt in gubernatione cõuentuũ & in correctionibus fratrũ, vt prouincialibus, & Generalibus nullus amplius videatur relictus locus, aut vlla iuriſdictio. Aliqui autem conuẽtuum Priores, & Gardianos, rationes, & cõputa facere cũ ſyndicis conuentuũ huiuſmodi prohibent, Fratres quoq;, qui ad Epiſcopos huiuſmodi recurſum habent à Prioribus, & Guardianis præfatis caſtigari, & puniri interdicũtur. Inhibent quoq. ſuperiores ordinũ, ne faciant proceſſus contra fratres, ac in ipſos imperiũ, & brachiũ ſeculare exerceant. Alij vero ipſos extra clauſtra degentes, ſub eorum protectione recipiunt, eoſque ſic permanere permittunt, eoſque etiam inuitis ſuis ſuperioribus detinent. Aliqui vero bonorũ ipſorũ fratrum, tanquã ad eos (ſi extra clauſtra defuncti fuerint) ſpectantiũ, poſſeſſionẽ occupare præſumunt, & ad habitũ religionis reuerſis, ſua bona conſignare nolunt. Ac etiã vniones à ſede prædicta, aut aliàs rite factas de beneficijs Eccleſiaſticis impediunt, & ſibi relaxari debere nolunt, & cõtradictores excõmunicationis gladio feriunt. Alij vero regulares campanas dieb. feſtiuis pulſare, vel eodẽ tempore, quo ipſi celebrãt Miſſas celebrari nolunt. Aliqui etiã pro licentia dãda ædificandi quandam domũ regularem, triginta, vel quadraginta ducatos exigere non erubuerũt. Alij vero eos mortuorum corpora aſſociare, alij autem illos cũ parocho ſimilia munera ſubire nõ permittunt, niſi maior canonicorum pars interuenerit. Alij vero mortuorũ officia in regularium Eccleſiis peragi nolunt, niſi cum ipſorum præſentia, & ipſorũ moniales, vel alias perſonas etiam, ſi in earum funere parochus interuenire non deberet, ſepelire prohibent, niſi ipſi parocho prius certũ quid ſolutũ fuerit, & ſi aliquem ipſi ſenſerint, in regularium Eccleſiis ſepulturam elegiſſe, cum (vt dicitur) non ante ad illas deferre ſinunt, quam ad parochi Eccleſiam delatum, inibiq; officium peractum fuerit. Poſtremo vero teſtamenta ſine presbyterorum præſentia fieri prohibent, & ſi quid ipſis regularib. relictum fuerit, id aſſerentes contra Conc. Trid. canones eſſe reuocare omnino procurant.

Ac propterea volentes pręmiſſis, ac aliis ſimilib. exceſſibus, & grauaminib. ex noſtri paſtoralis officio debito prouidere, attendentes etiam illos, qui onus diei, & æſtus, tam in prædicationibus, quam in cæteris ſpiritualibus muneribus quotidie ſuſtinent, niſi etiam aliquantũ piè ſubleuentur facile fore, vt oppreſſi, à ſuis officiis oĩno deſiſtant, ne in poſterũ eis aliquod inferatur grauamen Conci. Trid. eiuſmodi decreta, quorũ falſa, ſeu minus vera intelligentia præmiſſa irrepſerunt, quorumq. declaratio non niſi ad nos ſpectat, modo, & forma infraſcriptis, declarandum cenſuimus.

Nos igitur motu proprio, nõ ad alicuius inſtantiã, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine declaramus Canonẽ ſeſſ. 24. c. 4. per quem omnib. regularibus, etiam in ſuorũ ordinum Eccleſiis, cõtradicente Epiſcopo prædicationis officium interdicitur, mendicantiũ ordinum fratres huiuſmodi, quãdo à ſuis generalib. vel eorum miniſtris prouincialibus, ad id deputati fuerint, non comprehendere, nec eos afficere, imo volumus, quod in ſuis Eccleſiis, quãdo eis placuerit, licitè, & abſque vllo impedimento, vel contradictione, etiam Epiſcopi (niſi ipſe prædicauerit) prædicare poſſint. Quod vero in ſeſſ. 23. c. 15. circa confeſſiones à regularib. non audiendas, ſtatuitur, hoc etiam dictorum ordinũ fratres, à præfatis ſuis generalibus, vel miniſtris prouincialib. ad audiendas confeſſiones vtriuſq; ſexus Chriſti fideliũ approbatos, (vt præmittitur) minimè compræhendat. Ita vt à confeſſionibus audiendis, tam intra eorũ Eccleſias, & domos, quam extra

minimè

Digitized by Google

minimè prohibeantur, ſuper hoc literas fœ.re. Pau-
li Papæ IIII. ēt prædeceſſoris noſtri, concedentes
eiſdem fratribus mendicantibus regularis obſeruā-
riæ, poſſe confeſſiones ſæcularium perſonarum ēt
infirmarum, ēt extra domos, & monaſteria ſua, &
vbilibet audire, & approbando, & de nouo conce-
4 dendo. Statuimus, ēt quod ille, qui ſemel in vna diœ
ceſi admiſſus per Epiſcopum fuerit, ſemper in ea-
dem diœceſi habeatur ꝓ admiſſo, nec amplius exa-
minari, vel præſentari in dicta diœceſi debeat, tàm
quo ad prædicationes faciendas, quàm quo ad con
feſſiones audiendas, nec aliquid per prædictis exi-
5 gi, vel recipi debeat, confeſſore verò monialium,
quę degunt, ſub cura regularium, ab ordinario exa
minari nolumus, quemadmodum neq. ēt fratres ſi
debeant audire confeſſiones aliorum fratrum exa
6 minari debent. Lectores inſuper ex eiſdem fratrib.
& in Theologia graduati, qui cum licentia ſuorum
ſuperiorum ad gradum admiſſi fuerint, cum de ip-
ſorum doctrina ambigendum non ſit, tàm confeſ-
ſiones audituri, quàm prædicationis munus ſubitu
7 ri ab Epiſcopis minimè examinentur. Cumq. inho
neſtum ſit, quemlibet in alienam meſſem falcem
inijcere, cumque monialium monaſteria, non niſi
de Epiſcopi, vel ſuperioris licentia, & in caſib. ne-
ceſſariis, aliquis ingredi præſumat, in ſeſſ. 25. can. 5.
prohibetur, hoc tantùm in illis monaſteriis locum
habere volumus, q̄ ordinariis ipſis pleno iure ſub-
ſunt, in quibus in caſibus neceſſariis ipſi dare licen-
tiā poſſint, & non in aliis monaſteriis. Ita vt in præ-
fatis monaſteriis, quæ ordinariis ipſis pleno iure nō
ſubſunt, ipſi ordinarii illa ingredi nō poſſint, prout
in regulis earum, ſeu de iure ſtatuitur, & eis aliquos
8 proceſſus aduerſus moniales ipſas, ſeu fratres huiuſ
modi, proptereà, ſeu aliàs, ipſorum ordinū ſuperio-
ribus irrequiſitis, quoquomodo formare, aut face-
re oīnò prohibemus: ita vt aliquam iuriſdictionē;
ſeu aliud quodcumque dominium, in moniales, &
fratres hmōi reſpectiuè habere, exercere, aut exe-
qui nullatenus poſſint, aut debeant: imò illas, & il-
los oēs ab eorum ſuperioritate, dominio, & iuriſdi-
ctione, & poteſtate, eximimus, & liberamus, prout
eis conceſſum eſt, per ſua priuilegia à ſede præfata
obtenta, & ita præfatæ moniales, ac fratres ſint ex-
cluſæ à ſuperioritate, & iuriſdictione ordinariorū
reſpectiuè hmōi, vt ēt in illarum, vel illorum ſyndi-
cis, aut procuratoribus deputandis, vel in diſponē-
dis illorum facultatibus, vel alia ſibi non competen
tia facienda vllatenus non ſe intromittant.

9 Nec ēt ordinarii ipſi regulares præfatos citare,
& iuriſdictioni ſuæ ſubiicere, ac eorum conuentus
occupare, ipſos ab eis expellendo, ac in ipſos iuriſ-
dictionem aliquam, & poteſtatem exercere (vt præ
mittitur) aut ipſos carceribus mancipare, & contra
eos aliquid aliud facere poſſint vt ſuæ ditioni ſubij
10 ciantur. Nec ēt ſe intromittant vllo pacto, aut ali-
qua ratione in gubernatione conuentuum, tàm fra
trum, quàm monialium hmōi, & illorum correctio
nibus, ſed omnia iſta, & alia neceſſaria ad correctio
nem, & gubernationem fratrū, aut monialium hu-
iuſmodi, & eorum generalibus, ac miniſtris, ſeu pro
uincialibus, vel aliis eorum, aut earum reſpectiuè
ſuperioribus, etiam ratione computa faciendi cum
ſyndicis conuentuum huiuſmodi omninò relin-
11 quantur, necnon vllo modo in præmiſſis, & aliis,
fratres, & moniales huiuſmodi tangentibus ordina
rij prædicti per ſe, vel alios ſe intromittant. Fratres
quoque, ſi contigerit, eos ad huiuſmodi ordinarios
recurſum habere à præfatis generalib. miniſtris,
12 ſeu ꝓuincialibus, prioribus, guardianis, & aliis ſuis
ſuperioribus, caſtigari, & puniri poſſe, & debere, ne
que ipſos ordinarios præfatis ſuperioribus ordinū
huiuſmodi vllatenus inhibere, quinimò præfatos
ſuperiores, proceſſus contra fratres ſuos, & monia-
les hmōi, qñ opus fuerit, circa delictorum inquiſi-
tionem, vel caſtigationem facere poſſe, decerni-
mus, inuocato ēt ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio bra-
chij ſecularis. Inhibemus ēt ipſis ordinariis, ne fra-
tres extra clauſtra degētes, ſub eorum protectione
recipiant, eoſq. inuitis ſuis ſuperioribus de ineant.
Prohibemus quoque eiſdem ordinariis, ne aliquo 13
modo ſe intromittant in bonis dictorum fratrum
extra clauſtra ſuorum monaſteriorum pro tempo-
re degentium, ſiue decedentium, & quamuis in ha
bitu, ſiue abſque habitu moriantur, volumus quod
eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinē quō
profeſſi ſunt pertineant, diſponenda iuxta conſtitu
tiones, & ordinationes præfatorum ordinum, neq.
illa ordinarij præfati occupare præſumant, imò hu
iuſmodi, & ad habitum religionis reuertentium bo
na oīa, monaſteriis ipſis, cum ea, quæ adquirit mo-
nachus de iure monaſterio adquirantur, pertinere
ēt decernimus. Ac ipſis ordinariis, ne quaſcumque 14
vniones, ēt perpetuas à ſede prædicta, vel aliàs (vt
præfertur) hactenus factas, & pro tempore facien-
das de beneficijs Eccleſiaſticis, ſeu illorū fructibus,
quin ſuum ſortiantur effectum, impediāt, omninò
etiā prohibemus, & cenſuras Eccleſiaſticas, & alias
pęnas per eos in contradictores pro tempore latas,
nullius eſſe roboris, vel momenti, ſimiliter decerni
mus, & declaramus. Inſuper volumus, quod præfati 15
regulares, quibus cura animarū ineſt, poſſint per ſe
ipſos, iuxta ſuorum ſuperiorum ordinationem, aut
alios vicarios, ſeu capellanos ſeculares ipſorum re-
gularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab
ordinario pro idoneis nominatos, & approbatos,
præfatam curam exercere, neq. in eorum deputa-
tione, vel amotione, nec alicuius partis fructuū con-
ſignatione, pro præfatis capellanis, ſeu vicariis ſecu
laribus, ſi per tales curam exerceri contigerit, Epi-
ſcopi vllo pacto ſe intromittant. Prohibemus inſu- 16
per eiſdem ordinariis, ac aliis quibuſcumq. perſo-
nis, nè impediant ipſos fratres quādo eis placuerit,
tàm in dieb. Dominicis, ſeu feſtiuis, aut aliis totius
anni temporibus, campanas pulſare, & etiam tēpo-
re quo ipſi celebrauerint Miſſas celebrare, necnon
mortuorum corpora aſſociare, & illa per fratres ip
ſos, qñ in Eccleſijs ſuis præfatis delata fuerint, etiā
abſq. præſentia rectorum Eccleſiarum huiuſmodi
ſepeliri facere, ac officia mortuorum huiuſmodi
peragi poſſe, neceſſariamq. præſentiam rectorum,
aut aliorum clericorum, quin infirmi liberè ſua poſ
ſint condere teſtamēta, minimè eſſe. Ac ipſos regu- 17
lares, legata, aut quæuis alia ſibi in teſtamentis reli-
cta exigere, & obtinere poſſe, neq. aliquod ius con
trarium eſſe, decernimus, & declaramus. Volumus 18
etiam, quod puellarum Deo dicandarū, an ſcilicet
coactæ, vel ſeductæ fuerint, examen faciendum, nō
niſi infrà quindecim dies poſtquā iuxta Conciliū
Tridentinum Epiſcopi, vel eorum vicarij requiſiti
fuerint, fieri poſſit, quibus elapſis amplius in hoc il
lis ſe intromittere non liceat, cuius occaſione, nec
Epiſcopus, nec eius vicarius intra ſepta monaſterio
rum ingrediātur, ſed ſtent ante cratem ferream, &
interrogationes alias, quam eas, quæ præfatum Cō 19
cilium Tridentinum iubet, eis fieri omninò prohi-
bemus, ac ſimiliter volumus, quod puellę, ſeu noui
tiæ ipſæ, ad alias interrogationes reſpondere mini-
mè teneantur. Seſſionis verò 23. capit. 8. neminem
niſi à proprio Epiſcopo ordinari poſſe ſtatuens, in
regularibus locū nō habere omninò declaramus:
ita quod fratres huiuſmodi præfatos, etiam ſacros
ordines à quolibet Antiſtite, gratiam, & cōmunio-
nem Apoſtolicæ ſedis habente (ordinarii loci mini
mè requiſita licentia) in locis, ſeu domibus fratrum
huiuſmodi, aut alibi reciere poſſint. Et inſupper ſeſ
ſionis

20 ſionis 22.decretum,per quod populũ ſæpè ad ſuas
Eccleſias, ſaltem Dominicis, & maioribus feſtiuis
diebus conuenire debere monet inſequendo, volu-
mus, quod fratribus mendicantibus huiuſmodi nõ
ſolum prohiberi non poſſit, ne Miſſas, & alia diuina
officia faciant in eorum Eccleſijs, verum etiam in
quibuſcumq. aliis, vbi celebrari Miſſas ſolitum eſt,
etiam ipſis non vocatis, ſeu ad id requiſitis, celebra
re valeant. Ac etiam, quod conciones, & electiones
ſacræ Scripturæ, & ſermones pro mortuis, etiam in
Eccleſijs ſuis facere, ac eleemoſynas pro celebran-
dis huiuſmodi Miſſis, & alijs diuinis officijs peragẽ
dis, ſi eis illas donari, ſeu relinqui contingat, reci-
pere, necnon Miſſas, & diuina officia huiuſmodi,
etiam in diebus Dominicis, vel feſtiuis, etiam ante-
quam rector parochialis Eccleſiæ celebrauerit, ce-
lebrare, & celebrari facere, & quãdo eis videbitur,
etiamſi tunc in Eccleſia cathedrali prædicetur, præ
dicare, ac etiam quicumque vtriuſq. ſexus Chriſti
fideles, totius anni tempore, illas, & illa in Eccleſijs
fratrum huiuſmodi, audire poſſint, ipſique Chriſti
fideles vllatenus deſuper moleſtari, aut impediri p
locorum ordinarios, ſeu rectores parochialium Ec
cleſiarum, aut alios quoſcumque, vllo pacto, cauſa,
vel occaſione non valeant, ſeu debeant, ſed præfati
Chriſti fideles, audiendo Miſſas, & alia diuina offi-
cia in Eccleſiis fratrum huiuſmodi diebus Domini-
cis, aut feſtiuis, præcepto Eccleſiæ, de illis audiẽdis,
ſatisfeciſſe cenſeantur. Ipſique Chriſti fideles Sa-
cramentorum Euchariſtiæ (reſurrectionis Domini
cæ feſtiuitate dũtaxat excepta) ſumere, eiſque illud
per fratres huiuſmodi adminiſtrari valeat, nec ad
aliud faciendum per locorum, aut Eccleſiarum re-
ctores præfatos, ſeu alios quoſcumque (illosum li-
centia minimè requiſita) etiam ſub cenſuris Eccle-
ſiaſticis, & aliis pęnis, cogi, vel compelli poſſint, ſeu
21 debeant, etiam decernimus, & declaramus. Et licèt
in ſeſſione 25.c.12. caueatur, quod cẽſuræ, & inter-
dicta Eccleſiaſtica, etiam à locorum ordinariis pro
mulgata, mandante Epiſcopo, à regularibus in eo-
rum Eccleſijs publicari debeant, tamen ſi tempore
celebrationis alicuius ex feſtis ſanctorum ordinum
eorundem, ac aliàs in aliis feſtiuitatibus, iuxta eo-
rundem ordinum priuilegia Apoſtolica, interdictũ
huiuſmodi emanauerit, illud in præfatis feſtiuitati
bus, & earum octauis ſuſpendimus. Controuerſias
autem omnes de præcedentia in eadem ſeſſ. 25. ca,
verò 13, per Epiſcopum terminari mandantur, non
niſi durantes per illum dirimi, finitas autem, nullo
22 pacto innouari poſſe ſtatuimus. Cumq. licet c.11.
ſeſſ, 25. ſtatuat, quod in domib. virorum, ſeu mulie-
rum, quibus animarum perſonarum ſęcularium cu
ra imminet, nulli etiã ad nutum amouibiles, inibi
deputentur, niſi de ordinarii conſenſu, ac præuio
examine huiuſmodi præcedẽte, ad curam huiuſmo
di admitti poſſe omninò volumus præfatos regula
23 res. Quartam autem funeralium, de qua ſeſſ. 25. ca,
13. nequaquam ſoluere teneantur monaſteria, quæ
à quadraginta annis citra fundationẽ exiſtũt, poſt-
quam concilium ipſum loquitur tantùm de mona-
ſterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipſam
quartam ſoluere conſueuerunt, & vbi ſolui conſue
uit, id tantum ceræ, & aliorum, quæ in aliquibus
partibus deferri contigerit, tempore quo defun-
ctorum corpora ad ſepulturam deferuntur, non au
tem de Miſſis, ſeu legatis, vel aliis, fratribus ipſis,
ſeu monialib. huiuſmodi relictis, aut aliàs quomo-
dolibet donaris, ſolui deberi ſicq. intelligi concilij
decretum quò ad quartam huiuſmodi ſoluendum,
debere decernimus. Vbi verò non eſt conſuetudo
ſoluendi quartam huiuſmodi, de nullo ſupraſcri-
ptorum ſolui debere declaramus. Nec ad quartam,
ſeu aliam partem omnium eorum, quæ etiam pro
ornamento Eccleſiæ, palliorum, planetarum, corti
narum, pannorum, & aliorum, quæ dictis Eccleſijs
relinqui, vel dari contigerit, etiam ſi pro veſtrarũ,
aut aliàs relinquantur, aliquid contribuere tenean
tur. Ac etiam ius ſepulturæ ſolui tantum cõſuetum
curatis, & non aliquid aliud eis ſolui debeat, quam
partes ad earum libitum Eccleſijs ordinum huiuſ-
modi, ſeu eorum fratribus alia qu cumq. tribuant,
ſeu eleemoſynas elargiantur, quando ſepeliuntur
ibidem corpora mortuorum huiuſmodi, nec pro-
pterea impediri debeãt, quin poſſint defunctorum
corpora præfata ad eorum Eccleſias tumulãda, de-
ferri facere. Inhoneſtum quoq. eſſe cenſentes men- 24
dicantium ordines ad aliquorum onerum contri-
butionem teneri, illos, illorumque loca, etiamſi cu
ram animarum habeant, ac quæcumque beneficia
illis vnita ad cõtributionem pro ſeminario, aut de-
cimarum aliquarum ſolutionem, imò illos, & eorũ
domos, monaſteria, beneficia, & loca quæcumque,
& ab illis quomodolibet dependentia, eorumque
poſſeſſiones, vineas, agros, & prata, ac alia bona
quæcumque, tàm ad ipſos, quàm ad moniales præ-
fatas, ēt largitione fidelium, ſeu aliàs iuſtis de cau-
ſis, ab eis acquiſita, ac pecuniis empta, vel aliàs quo
modolibet pertinentia, minimè teneri, illoſque, &
illas à quibuſcumq. decimis, primitiis, quartis, me-
diis, & aliis fructuum partibus, necnõ ſubſidiis cha
ritatiuis, etiam per nos conceſſis, ad quorumcumq.
etiam Regum, Principum, & dominorum tempora
lium inſtantiam, quacumq. etiam vrgentiſſima, &
de neceſſitate exprimenda cauſa, ac ēt aliis quibuſ-
cumque oneribus, tàm ordinariis, quàm extraordi
nariis, etiam ratione fructuum, olerum, virgulto-
rum, lignorum, beneficiorum, & aliarum, quarum-
cumq. rerum, tàm pro victu, quàm veſtitu, & aliàs
ſibi neceſſariarũ, quomodolibet etiam authoritate
Apoſtolica, nunc, & pro tempore impoſitis: ita vt
penitùs, & omninò ad alicuius rei cõtributionem
minimè teneantur, omninò eximimus, & liberam°,
illoſq. & illas, ad illos, & illas, etiã ſi ſæculares aliæ
perſonæ quæcumque, in eas exigendi, poſſeſſione
fuerint, minimè teneri debere volumus, nec ſub c.
12. ſeſſ. 25. comprehendi poſſe, vel debere decerni-
mus. Quod verò de vſu quæſtorum eleemoſynarũ 25
auferendo loquitur ſeſſ. 21. c. 8. id ad mendicantiũ
ordines, nullo modo referri poſſe, vel debese, etiã
decernimus, quin potius, cũ ex eleemoſynis huiuſ-
modi viuere cogantur, eis id facere liberum omni-
nò eſſe declaramus. Quoniam verò ex nimia Epi-
ſcoporũ, ſibi irrogata authoritate, ipſi perſonas re-
gulares ſuæ iuriſdictioni ſubiicere omnino ſtudẽt,
ac decreto Concilij præfati, ſeſſ. 25. c. 14. edito, quo
cauetur, quod ſi regularis intrà clauſtra exiſtens, &
extra ea; ita notoriè deliquerit, vt populo ſcandalo
ſus ſit, termino ab Epiſcopo præfigendo à ſuo ſupe 26
riore omnino puniatur, ſin minus, ab ordinario de-
linquens puniri poſſit, confiſi varijs, indebitiſque
grauaminib, regulares afficiat: ordinarios pręfatos
aliquid cõtra regulares ſiu clauſtris degẽtes huiuſ-
modi, quouis prętextu, occaſione, vel cauſa innoua
re non poſſe, vel debere, nec aliquos proceſſus con
tra ipſas perſonas regulares formare, aut facere poſ
ſe volumus, niſi propter manifeſtum ſcandalum, &
ſuorum ordinum ſuperioribus prius conſultis, &
negligentibus, alioquin omnia, & ſingula cõtra prę
miſſa facta, & geſta, ac facienda in futurum, pro nul
lis, & infectis habeantur. Licentias verò pro con- 27
ſtruendis domibus regularibus, quæ. 4. c. 25. ſeſſ. niſi
de ordinarij licentia conſtrui prohibent gratis om
ninò dari, & non niſi legitima ſubſiſtente cauſa
(ſuperioribus explicanda) illas recuſari poſſe, nec-
non fratres præfatos (& ſolos) mortuorum corpora
aſſociare. Ac mandatum in die Cęnæ Domini fieri 28
ſolitum,

Digitized by Google

ſolitum, in Eccleſijs, ſeu domib. fratrum cuiuslibet
ordinis prædictorum, ſolemniter facere, & prædi-
cta die prædicare, hora qua eis videbitur, nec per
locorum ordinarios, aut rectores Eccleſiarum, ſeu
alios quoſcumque prohiberi poſſe, ēt decernimus,
29 & declaramus. Mandantes ēt vniuerſis locorum or
dinariis, nè mortuorum officia agere rectores paro
chialium, in Eccleſijs ipſorum fratrum (contra illo-
30 rum voluntatem) permittant. Ac moniales dictis
fratribus ſubditas, vel perſonas ſepulturam in eorū
Eccleſiis eligentes (nulla ſoluta parocho portione)
ſepelire, vel ſi fratres ad mortuorum corpora aſſo-
cianda vocati fuerint, illa abſque fratrum huiuſmo
di præſentia, ſepeliri facere audeant, vel præſumāt.
Cum quæ maxime decent liberam eam cuiuſuis te
ſtantis volūtatem, prauum illū vſum, paruo adhuc
tempore (vt præfertur) introductum, per quem te-
ſtamenta, abſque presbyterorum pręſentia fieti in-
terdicuntur, omninò abrogamus. Poſtremò, quod
c. 13. ſeſſ. 25. cautum fuit, quod oēs ſcilicet, tàm cle-
rici, quàm regulares quicumq. ad publicas poſſeſ-
ſiones vocati, accedere compellantur, id quo ad fra
tres præſatos, de illis tantum proceſſionibus intelli
gi volumus, ad quas ſecundum conſuetudinem an
tiquam locorum, ſoliti ſunt accedere, vel pro bono
pacis Eccleſiæ, vel pro victoria contra infideles in-
dicuntur, quod etiam de illis conuentibus (qui col
legia nuncupantur) minimè intelligi volumus, in
quibus fratres ſub arctiori clauſura degūt, ita vt ne
que in choro cantent, nec ad mortuos accedant, ſed
tantùm ſtudiis, & lectionibus vacent. Præterea ſi
fortè inter Epiſcopos, vel collegia, aut capitula, vel
alias quaſuis perſonas, & præfatos fratres, ſeu mo-
niales, aut eorū aliquos, ſuper præmiſſis, vel aliquo
eorum, coram quocumque, ſeu quibuſcumq. iudi-
cibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici auditori-
bus, ac S.R.E. Cardinalibus, tàm in Romana curia,
quā extra eam, vbilibet lis, ſeu lites reſpectiuè pen
deant, nos litem, ſeu lites, & cauſam, vel cauſas hu-
iuſmodi, ad nos aduocamus, ac illam, & illas, quarū
ſtatum, ac nomina, cognomina iudicū, & colligan
tium, præſentibus haberi volumus pro ſufficienter
expreſſis, caſſamus, & extinguimus, ac partibus ip-
ſis perpetuum ſilentium deſuper imponimus. Ac
inſuper, vt facilius præmiſſa omnia illibata perſi-
ſtant, oīa, & ſingula priuilegia, immunitates, indul-
gentias, facultates, libertates, indulta, diſpenſatio-
nes, fauores, & gratias, quæ decretis Concil. Trid.
aliàs, quæ vt ſuperius eſt dictum, conceſſum, & de-
claratum, non contrariantur expreſſè eiſdem fra-
tribus, necnon monialibus quibuſcumq. & ſorori-
bus tertij ordinis prædictorum ordinum reſpecti-
uè ordinibus, ac illorum Eccleſijs, domibus, & per-
ſonis, ēt viuæ vocis oraculo, in genere, vel in ſpe-
cie, tàm per recor. me. Eugenium IIII. Sixtum IIII.
Leo. X. Paulum III. ac dictū Paulum IIII. & Pium
ēt IIII. quàm alios quoſcumq. Romanos Pontifi-
ces, ēt prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem ean-
dem quomodolibet conceſſa, cōfirmata, & innoua-
ta, necnon noſtras, & prędeceſſorum noſtrorum, ac
alias quaſcumq. deſuper confectas literas, quarum
omnium tenorem, ac eorundem prædeceſſorū no-
ſtrorum nomina, & alia de neceſſitate exprimēda,
ac ſi de verbo ad verbum (nihil penitùs omiſſo) &
præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volo-
mus, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiū per-
petuò approbamus, & cōfirmamus, illis perpetuæ,
& inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, eaq. per
petuis futuris temporibus, inuiolabiliter obſeruari
debere, ac fratribus, ſuperioribus, & perſonis ordi-
num hmôi, necnon aliis quibuſcumque, quos illa
concernunt, ſuffragari debere, ſeu poſſe volumus.
Necnon priuilegia, immunitates, facultates, liber-
tates, indulta, diſpenſationes, exemptiones, fauores,
& gratias, tàm ſpirituales, quā temporales, modo,
& forma quibus conceſſa ſunt, ēt per viam commu
nicationis, & extenſionis, actiuè, & paſſiuè inter ſe,
& alios quoſcumque ordines reſpectiuè, de nouo
concedimus, illaq. omnia, & ſingula ad domos, &
loca quæcumq. dictorum mendicantiū ordinum,
& monialium quarumcumque, ac ſororum de ter-
tio ordine nuncupatarum, in congregatione viuen
tium dictorum ordinum (vt præfertur) hactenùs re
cepta, & in poſterum recipienda, Necnon ad eorū
perſonas, & bona, etiam ſi priuilegiorū, & aliarum
gratiarum, præfatorum authentica originalia, pro-
pter tēporis antiquitatem, vel varias vrbis ruinas,
deperdita exiſtant (dummodò de eis aliàs legitimè
conſtet) extēdimus, & ampliamus, Et ſic in pręmiſ-
ſis omnibus, & ſingulis, per quoſcumq. iudices, &
perſonas quauis authoritate fungentes, etiam Car
dinales, & auditores præfatos, ſublata eis, & eorum
cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi
facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debe-
re, necnon quidquid ſecùs ſuper his, à quoquam,
quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quo-
circa, dilectis filiis noſtris prædicatorum Cardina-
li protectori, & S. Hieronymi generali ordinum, ac
curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, ēt generali au
ditori, nunc, & pro tēpe exiſtentibus, per Apoſtolica
ſcripta motu ſimili mandamus, quatenùs ipſi, vel
duo aut vnus eorū per ſe, vel alium, ſeu alios, præ-
ſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, &
quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundē
fratrum, aut monialium, vel alicuius eorum, fue-
rint deſuper requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq.
in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten-
tes, faciant (auctoritate noſtra) præſentes, & in eis
cōtenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos,
quos literæ ipſæ concernunt pacificè frui, & gaude
re, non permittentes eos, vel aliquem eorum deſu-
per, contra præſentium tenorem, per quoſcunque
(etiam locorum ordinarios) quomodolibet indebi
tè moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles,
& per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq. opor
tuna iuris remedia (appellatione poſtpoſita) compe
ſcendo, legitimiſq. ſuper his habēdis ſeruatis pro-
ceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas (etiam iteratis vi-
cibus) aggrauando, & interdictum Eccleſiarum ap
ponendo, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit)
auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſ-
ſis, & aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, &
ſynodalibus conciliis editis, generalibus, vel ſpecia
libus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtoli-
cis, ac etiam iuramento. confirmatione Apoſtolica,
vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & con-
ſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis
Apoſtolicis, eiſdem Epiſcopis, vel quibuſuis aliis
perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis,
ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogato
riis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ir-
ritantibuſq. & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie,
etiam motu ſimili, ac aliàs quomodolibet cōceſſis,
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi
pro illorum ſufficiēti derogatione, de illis, eorum-
que totis tenoribus, ſpecifica, expreſſa, & indiui-
dua, non autem per clauſulas generales idem im-
portantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio haben
da, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda fo-
ret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum
(nihil penitùs omiſſo) & forma in illis tradita obſer
uata, inſerta forent, pręſentibus pro ſufficienter ex-
preſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore
permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & ex-
preſſè derogamus. Necnon omnibus illis, quæ in li-
teris

teris confirmationis, & innouationis priuilegiorũ eorundem aliàs per eoſdem Paulum IIII. & Pium etiam IIII. prædeceſſores noſtros prædictos, ordini fratrum Minorum huiuſmodi conceſſorum, cõceſſum eſt non obſtate, contrariis quibuſcumque, aut ſi locorum ordinatiis, vel quibuſuis aliis cõmuniter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto huiuſmodi mentionem, & quia difficile foret, earundem præſentium literatum notitiam, ad quaſcumque perſonas peruenire, & vbique illas præſentare, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, volumus, & decernimus, quod tranſumptis earundem præſentiũ literatum (etiam per impreſſionem factis) manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicoius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, quemadmodum adhiberetur præſentib. literis originalibus (ſi præſentarentur vbique) adhibeatur, tàm in iudicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, ſuſpẽſionis, ſtatuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, caſſationis, extinctionis, impoſitionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, conceſſionis, extenſionis, voluntatis, & derogationis, infringese, &c. Dat. Romæ apud S. Petrũ, anno Incar. 1567. 17. Kal. Iulij Pontific. noſtri, anno 2.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Fratres Capucini non poſſunt transferri ad ordinem Minimorum, nec è contra.

PIus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriã. Sedis Apoſtolicæ ſolertia, dum ad ſalutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentũ vergere conſpicit, ne quod illis profuturum maturitate ſumma, pro aliis ſe cõperitur noxium, incauto miniſterio efficiatur, celeris prouiſionis opem afferre conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè accepimus, quod cum aliquãdo cõtingat aliquos fratres religioſos, tam ordinis ſancti Franciſci Capuccinorum, quàm eiuſdem Sancti Franciſci Minimorum nũcupatorum, de vno loco ad alium, etiam forſan, abſque ſuorum ſuperiorum licentia, transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eoſdem fratres ſæpius oriri ſolent. Nos cupientes perturbationibus, & malis exẽplis huiuſmodi, quantum com Deo poſſumus, obuiare, motu proprio, non ad alicuius inſtãtiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, nullus ex fratribus Capuccinis, ad dictum ordinem S. Franciſci de Paula, nec è cõuerſo, quod nullus frater S Franciſci eiuſdem de Paula, ad ordinem fratrum Capuccinorum huiuſmodi vllo vnquam tẽpore, & quacumque etiam, & quantacumque inſtiſſima cauſa, etiam de licẽtia ſuorum ſuperiorum, ſe transferre poſſe, Apoſtolica authoritate tenore, præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes ſtatum, & ordinationem huiuſmodi per fratres præfatos ſub indignationis noſtræ pœna, inuiolabiliter obſeruari debere, ac ex nunc irritum, & nane iquidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quauis authoritate, tàm ordinaria, quàm delegata, ſciẽter, vel igooranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterùm, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides forſitan facienda foret, deferri, volumus, quod ipſarum tranſumptis manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio, & extrà (vbi opus fuerit) eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 6. Octob. 1567. Pontific. noſtri, anno 2.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Reuocatio priuilegiorum de recipiendis, & retinendis fratribus alterius ordinis, præter ius commune.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quæcumque ſacrum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum nos incitat officium, de medio remouere. Quanquam enim de cohibendis Regularibus, ad alium ordinẽ tranſlatis, Sancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decreuit, vt nemo cuiuſcumque ordinis prælatus, vel ſuperior, vigore cuiuſuis facultatis, illorum quempiam ad habitũ, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt de ordine ad quem transfertur ſub ſui ſuperioris licentia, in Clauſtro perpetuo maneant. Multi tamen ſuperiores, & prælati, obtentu priuilegiorum, quam plurimos Apoſtatas, & alios diuerſorum ordinum ad ſe obiurgia, contentiones, leuitates, & malefacta, vt maximè fugientes, eo etiam cõſilio receptare non deſinunt, vt illorum opera in curandis infirmis, gerendiſque eorum locorũ rebus, & negotiis vtantur, ex qua re, pleriq. ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tãtùm eorum ordinum, vnde animaduerſionis metu fortè exierant, ſed & ipſorum ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur. Quocirca cum eiuſmodi priuilegia veniant abroganda, quandocumque inſigniter competiuntur nocere, vel etiã ſcandala generare. Nos his, aliiſq. rationabilibus cauſis adducti, & vt quibuslibet huiuſmodi effugia præcludamus, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcumq. priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta, præter iuris communis diſpoſitionem emanata, recipiẽdi, vel retinendi fratres, monachos, canonicos, etiam laxiorum ordinum profeſſores, quibuſcumq. ordinibus, monaſteriis, hoſpitalibus, militiis, & piis locis & S. Antonij Viennenſis, ſancti ſpiritus in Saxia de vrbe, S. Ioannis Hieroſolymitani, Ieſu Chriſti, S. Iacobi de Spatha, S. Lazari Hieroſolymitani, eorumq. eccleſijs, membris, & ſuperioribus perſonis, per quoſcumq. Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicã, tàm in ipſorũ monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocumque, aut quotieſcumque, etiam per modũ ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & aliàs ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis reſtitutionibus, præſeruationibus, mẽris atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimilis poteſtatis plenitudine, etiam pauperum, infirmorum, miſerabilium, & cuiuſcumq. alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuſcumq. aliis cauſis, quantumuis grauibus, & charitatiuis, & neceſſariis, etiam cõſideratione, vel

ad ſup-

ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorūque Principum, necnon ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, deq. illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, cōfirmata, ac ēt multiplicatis vicibus innouata, extenſa, vel ēt moderata. Caſſamus quoque, & annullamus, quò ad illa, oēs apoſtolicas, & alias literas ſuper ijs cōfectas, ac proceſſus, & alia inde ſecuta quæcumque. Ac volumus ea oīa vires, & effectum, de cætero non habere, ita vt poſt hac, illorum ſic reuocatorum prætextu, prælati, & ſuperiores prædicti, aut alii quicumque, nullum prorſus alterius, ēt laxioris ordinis, vel obſeruantiæ, regularem, ēt ſpecialem tranſeundi ad ipſos licentiā, iuxta hmōi priuilegia duntaxat ferentem, ad habitum, & profeſſionem regularem in ſuis quiſq. monaſteriis, domibus, locis, vel ordinibus, ēt vt in clauſtro perpetuò maneat, admittant, nec omninò quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupradictis, vigore hmōi priuilegiorum tm̄, ac præter iuris cōis diſpoſitionem, iam habent translatos, ad eorum ſuperiores, & loca eius ordinis, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernētes ad miſſiones, receptiones, & retentiones hmōi, nulla firmitate ſubſiſtere, neminemq. prorſus, vlli voto, vlliue regulæ, vel obſeruantiæ, ēt iuramento, aliave ſolemnitate promiſſa, obligare, necnon irritum, & inane, quicquid ſecùs per prædictos, aut quoſcumque alios, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicumq. verò aliquem contra huius noſtræ reuocationis tenorem, admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent modo prædicto trāslatos, aut receptos retinuerint: ipſos, oībus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis, præſentium authoritate priuamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Quocircà omnibus locorum ordinariis, in quorum diœceſib. loca prædicta conſiſtunt, per apoſtolica ſcripta mādamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios de trāslatis prædictis, authoritate noſtra cognoſcētes, in eos, quos contra hoc præſcriptū noſtrum degere inuenerint, ac ēt recipientes, vel retinentes reiecto quocumq. exemptionis priuilegio, animaduertant, ipſoſq. præterea translatos, vel retentos ad priores ordines, & diſciplinam remittere procurent, contradictores quoſcumq. per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, cæteraq. iuris, & facti remedia oportuna, quacumq. appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ēt ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Nō obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ad monaſteriorum, hoſpitalium, militiarū, ordinum, & locorum prædictorum, iuramēto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, quodq. prælatis, & ſuperioribus prædictis, vel quibuſuis aliis, communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod literis reuocitoriis, ſub quacumq. forma editis, nullatenùs, vel niſi modis, & formis in hmōi indultis contentis, parere, & ob non paritionem, aliquas cenſuras, & pœnas incurrere, aut aliàs interdici, ſuſpendi, vel excōmunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas nō facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbū de indulto hmōi, necnō monaſteriis, hoſpitalibus, militiis, & ordinibus hmōi mentionem, & quibuſlibet aliis priuilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, Generalibus, & ſpecialibus, ēt motu, ſciētia, & poteſtatis plenitudine prædictis, conceſſis, cuiuſcumq. tenoris exiſtāt, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omninò nō inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri; & quibus, quorumq. totis tenoribus habēda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis, quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo ſuffragari, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt ipſarum præſentium exempla edantur, eademq. ēt impreſſa notarii publici manu, & prælati eccleſiaſtici, eiuſve curiæ ſigillo obſignata, eandem illam, vbiq. locorum fidem, in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò liceat omninò hominum, hanc paginā noſtræ reuocationis, abolitionis, caſſationis, annullationis, priuationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnat. Dom. 1569. Pridie Idus Octob. Pontif. noſtri, anno 4.

Bulla Decima.

S. D. N. Pij Papæ V. conſtitutio ſuper confeſſorum approbatione.

SVMMARIVM.

Quod religioſi ſemel præſentati apud eundem prælatorum ſemel eos approbantem non tenentur amplius præſentari: apud ſucceſſorem verò tenentur etiamſi ſint lectores in Theologia, aut graduati.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circunſpecta, nonnunquam geſta, per eum, rationabilibus, & honeſtis ſuadētibus cauſis, moderatur, & commutat in melius, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Nuper ſiquidem, quaſdam declarationes, & moderationes circa nōnulla Conc. Trid. decreta, regulares perſonas ordinum mendicantium, eorumq. inſtituta cōcernentia, edidimus, & promulgauimus. Et, quia vti accepimus, illarum vigore ſacerdotes regulares prædictorum ordinum, quandoq. minus idonei, & inhabiles confeſſionibus ſæcularium audiendis, ab eorum ſuperioribus præpoſiti, abſque aliqua Epiſcoporum, ſed ſola magiſtri ordinis generalis, aut prouincialiū miniſtrorum approbatione admittuntur. Nos ſuper his, pro debito Paſtoralis officij prout tenemur, ſalubriter prouidere volentes, tenore præſentiū, hac noſtra conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, decretum Cōc. Trid. de approbatione regularium, audiendis confeſſionibus ſæcularium præpoſitorum, ab Epiſcopis facienda, obſeruari debere, ēt in omnibus regularibus, quorumuis ordinum, ēt Mendicantium, ēt ſub regulari diſciplina viuentibus, ēt ſi ſint Lectores, aut in Theologia, ēt de ſuperiorum ſuorum licentia, graduati, vel promoti, vel à ſuis magiſtris generalibus, vel prouincialibus miniſtris, ſæcularium confeſſionibus audiēdis, expoſiti. Volumus tn̄ eos, qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate, & diœceſi ſuis præuio examine, approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum nō examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete, examinari de nouo poterunt; Inhibentes quibuſcumq. regularibus quorūuis ordinum, ēt mendicantium (vt præfertur) ne vigore deputationis, & approbationis, ab eiſdem magiſtris, & miniſtris prouincialibus, ēt quod illarum occaſione ab ordinariis hucuſque tolerati fuerint, abſq. ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione, ab ordinariis obtinenda, ſæcularium confeſſiones audire præſumant. Decernentes irritum, & inane ſi ſecùs ſuper ijs à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigeri attentari. Non obſtantibus cōſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac noſtris literis prædictis, & aliis poſtea quibuſcumq. regularibus conceſſis, & forſan extenſis,

Vide circa hoc breue in 1. 10. q. 59. ar. 4. 5. 6. 7. & 8.

quas,

teris confirmationis, & innouationis priuilegiorū eorundem aliàs per eoſdem Paulum IIII. & Pium etiam IIII. prædeceſſores noſtros prædictos, ordini fratrum Minorum huiuſmodi conceſſorum, cōceſſum eſt non obſtate, contrariis quibuſcumque, aut ſi locorum ordinariis, vel quibuſuis aliis cōmuniter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenā, & expreſſam, ac de verbo ad verbū de indulto huiuſmodi mentionem, & quia difficile foret, earundem præſentium literarum notitiam, ad quaſcumque perſonas peruenire, & vbique illas præſentare, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, volumus, & decernimus, quod tranſumptis earundem præſentiū literarum (etiam per impreſſionem factis) manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, aut ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillatis, quemadmodum adhiberetur præſentib. literis originalibus (ſi præſentarentur vbique) adhibeatur, tàm in iudicio, quàm extra illud, plena, & indubitata fides. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ declarationis, prohibitionis, exemptionis, liberationis, inhibitionis, ſuſpēſionis, ſtatuti, decreti, mandati, abrogationis, auocationis, caſſationis, extinctionis, impoſitionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, conceſſionis, extenſionis, voluntatis, & derogationis, infringere, &c. Dat. Romæ apud S. Petrū, anno Incar. 1567. 17. Kal. Iulij Pontific. noſtri, anno 2.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Fratres Capucini non poſſunt transferri ad ordinem Minimorum, nec è contra.

Pius Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriā. Sedis Apoſtolicæ ſolertia, dum ad ſalutare quorundam remedium extructa, in eorum detrimentū vergere conſpicit, ne quod illis profuturom maturitate ſumma, pro aliis ſe cōperitur noxium, incauto miniſterio efficiatur, celeris prouiſionis opem afferre conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè accepimus, quod cum aliquādo cōtingat aliquos fratres religioſos, tam ordinis ſancti Franciſci Capuccinorum, quàm eiuſdem Sancti Franciſci Minimorum nūcupatorum, de vno loco ad alium, etiam forſan, abſque ſuorum ſuperiorum licentia, transferri, exinde perturbationes, & mala exempla inter eoſdem fratres ſæpius oriri ſolent. Nos cupientes perturbationibus, & malis exēplis huiuſmodi, quantum cum Deo poſſumus, obuiare, motu proprio, non ad alicuius inſtātiam, ſed de noſtra mera liberalitate, & ex certa noſtra ſcientia, quod de cætero, perpetuis futuris temporibus, nullus ex fratribus Capuccinis, ad dictum ordinem S. Franciſci de Paula, nec è cōuerſo, quod nullus frater S. Franciſci eiuſdem de Paula, ad ordinem fratrum Capuccinorum huiuſmodi vllo vnquam tēpore, & quacumque etiam, & quantacumque inſtiſſima cauſa, etiam de licētia ſuorom ſuperiorum, ſe transferre poſſe, Apoſtolica authoritate tenore, præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes ſtatum, & ordinationem huiuſmodi per fratres præfatos ſub indignationis noſtræ pœna, inuiolabiliter obſeruari debere, ac ex nunc irritum, & nane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quauis authoritate, tàm ordinaria, quàm delegata, ſciēter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Cæterùm, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus de eis fides forſitan facienda foret, deferri, volumus, quod ipſarum tranſumptis manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iudicio, & extrà (vbi opus fuerit) eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 6. Octob. 1567. Pontific. noſtri, anno 2.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Reuocatio priuilegiorum de recipiendis, & retinendis fratribus alterius ordinis, præter ius commune.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Quæcumque ſacrum Religionum ſtatum offendere noſcuntur, noſtrum nos incitat officium, de medio remouere. Quanquam enim de cohibendis Regularibus, ad alium ordinē translatis, Sancta Synodus Tridentina ſalubri conſilio decreuit, vt nemo cuiuſcumque ordinis prælatus, vel ſuperior, vigore cuiuſuis facultatis, illorum quempiam ad habitū, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt de ordine ad quem transfertur ſub ſui ſuperioris licentia, in Clauſtro perpetuo maneant. Multi tamen ſuperiores, & prælati, obtentu priuilegiorum, quam plurimos Apoſtatas, & alios diuerſorum ordinum ad ſe obiurgia, contentiones, leuitates, & malefacta, vt maximè fugientes, eo etiam cōſilio receptare non deſinunt, vt illorum opera in curandis infirmis, gerendiſque eorum locorū rebus, & negotiis vtantur, ex qua re, pleriq. ſolutiores effecti, & quaſi impunitatem aſſecuti, non perſonas tātùm eorum ordinum, vnde animaduerſionis metu fortè exierant, ſed & ipſorum ordinum ritus, moreſque maledictis inſequuntur. Quocirca cum eiuſmodi priuilegia veniant abroganda, quandocumque inſigniter comperiuntur nocere, vel etiā ſcandala generare. Nos his, aliiſq. rationabilibus cauſis adducti, & vt quibuslibet huiuſmodi effugia præcludamus, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcumq. priuilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta, præter iuris communis diſpoſitionem emanata, recipiēdi, vel retinendi fratres, monachos, canonicos, etiam laxiorum ordinum profeſſores, quibuſcumq. ordinibus, monaſteriis, hoſpitalibus, militiis, & piis locis et S. Antonij Viennenſis, ſancti ſpiritus in Saxia de vrbe, S. Ioannis Hieroſolymitani, Ieſu Chriſti, S. Iacobi de Spatha, S. Lazari Hieroſolymitani, eorumq. eccleſijs, membris, & ſuperioribus perſonis, per quoſcumq. Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicā, tàm in ipſorū monaſteriorum, hoſpitalium, & locorum inſtitutione, quam deinceps quomodocumque, aut quotieſcumque, etiam per modū ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, & aliàs ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cū quibuſuis reſtitutionibus, præſeruationibus, mētis atteſtationibus, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque ſimilis poteſtatis plenitudine, etiam pauperum, infirmorum, miſerabilium, & cuiuſcumq. alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuſcumq. aliis cauſis, quantumuis grauibus, & charitatiuis, & neceſſariis, etiam cōſideratione, vel

ad ſup-

ad ſupplicationem Imperatorum, Regum, aliorũque Principum, necnon ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, deq. illorum conſilio, & matura deliberatione prius habita, conceſſa, cõfirmata, ac ẽt multiplicatis vicibus innouata, eatenũ, vel ẽt moderata. Caſſamus quoque, & annullamus, quò ad illa, oẽs apoſtolicas, & alias literas ſuper ijs cõfectas, ac proceſſus, & alia inde ſecuta quæcumque. Ac volumus ea oĩa vires, & effectum, de cætero non habere, ita vt poſt hac, illorum ſic reuocatorum prætextu, prælati, & ſuperiores prædicti, aut alii quicumque, nullum prorſus alterius, ẽt laxioris ordinis, vel obſeruantiæ, regularem, ẽt ſpecialem tranſeundi ad ipſos licentiã, iũxta hmõi priuilegia duntaxat ferentem, ad habitum, & profeſſionem regularem in ſuis quiſq. monaſteriis, domibus, locis, vel ordinibus, ẽt vt in clauſtro perpetuò maneat, admittant, nec omninò quemquam recipiant, vel retineant. Eos vero, quos in aliquo ex caſibus ſupradictis, vigore hmõi priuilegiorum tm̃, ac præter iuris cõis diſpoſitionem, iam habent translatos, ad eorum ſuperiores, & loca eius ordinis, vnde erant profecti, quam primum remittant. Decernẽtes admiſſiones, receptiones, & retentiones hmõi, nulla firmitate ſubſiſtere, neminemq. prorſus, vlli voto, vllive regulæ, vel obſeruantiæ, ẽt iuramento, aliave ſolemnitate promiſſa, obligare, necnon irritum, & inane, quicquid ſecùs per prædictos, aut quoſcumque alios, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quicumq. verò aliquem contra huius noſtræ reuocationis tenorem, admiſerint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent modo prædicto trãslatos, aut receptos retinuerint: ipſos, oĩbus, & ſingulis dignitatibus, adminiſtrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & penſionibus eccleſiaſticis, præſentium authoritate priuamus, & ad futura inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Quocircà omnibus locorum ordinariis, in quorum diœceſib. loca prædicta conſiſtunt, per apoſtolica ſcripta mãdamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios de trãslatis prædictis, authoritate noſtra cognoſcẽtes, in eos, quos contra hoc præſcriptũ noſtrum degere inuenerint, ac ẽt recipientes, vel retinentes reiecto quocumq. exemptionis priuilegio, animaduertant, ipſoſq. præterea translatos, vel retentos ad priores ordines, & diſciplinam remittere procurent, contradictores quoſcumq. per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, cæteraq. iuris, & facti remedia oportuna, quacumq. appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ẽt ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ad monaſteriorum, hoſpitalium, militarũ, ordinum, & locorum prædictorum, iuramẽto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, quodq. prælatis, & ſuperioribus prædictis, vel quibuſuis aliis, communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod literis reuocatoriis, ſub quacumq. forma editis, nullatenùs, vel niſi modis, & formis in hmõi indultis contentis, parere, & ob non paritionem, aliquas cenſuras, & pœnas incurrere, aut aliàs interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas nõ facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ de indulto hmõi, necnõ monaſteriis, hoſpitalibus, militiis, & ordinibus hmõi mentionem, & quibuſlibet aliis priuilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis Apoſtolicis, Generalibus, & ſpecialibus, ẽt motu, ſciẽtia, & poteſtatis plenitudine prædictis, conceſſis, cuiuſcumq. tenoris exiſtãt, per quæ præſentibus non expreſſa, vel omninò nõ inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, & quibus, quorumq. totis tenoribus habẽda ſit in noſtris literis, mentio ſpecialis, quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo ſuffragari, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt ipſarum præſentium exempla edantur, eademq. ẽt impreſſa notarii publici manu, & prælati eccleſiaſtici, eiuſve curiæ ſigillo obſignata, eandem illam, vbiq. locorum fidem, in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò liceat omninò hominum, hanc paginã noſtræ reuocationis, abolitionis, caſſationis, annullationis, priuationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno incarnat. Dom. 1569. Pridie Idus Octob. Pontif. noſtri, anno 4.

Bulla Decima.

S. D. N. Pij Papæ V. conſtitutio ſuper confeſſorum approbatione.

S V M M A R I V M.

Quod religioſi ſemel præſentati apud eundem prælatorum ſemel eos approbantem non tenentur amplius præſentari: apud ſucceſſorem verò tenentur etiamſi ſint lectores in Theologia, aut graduati.

Vide circa hoc breue in 1. to. q. 59. ar. 4. 5. 6. 7. & 8.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentia circunſpecta, nonnunquam geſta, per eum, rationabilibus, & honeſtis ſuadẽtibus cauſis, moderatur, & commutat in melius, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Nuper ſiquidem, quaſdam declarationes, & moderationes circa nõnulla Conc. Trid. decreta, regulares perſonas ordinum mendicantium, eorumq. inſtituta cõcernentia, edidimus, & promulgauimus. Et, quia vti accepimus, illarum vigore ſacerdotes regulares prædictorum ordinum, quandoq. minus idonei, & inhabiles confeſſionibus ſæcularium audiendis, ab eorum ſuperioribus præpoſiti, abſque aliqua Epiſcoporum, ſed ſola magiſtri ordinis generalis, aut prouincialiũ miniſtrorum approbatione admittuntur. Nos ſuper his, pro debito Paſtoralis officij prout tenemur, ſalubriter prouidere volentes, tenore præſentiũ, hac noſtra conſtitutione perpetua ſancimus, decernimus, & declaramus, decretum Cõc. Trid. de approbatione regularium, audiendis confeſſionibus ſæcularium præpoſitorum, ab Epiſcopis facienda, obſeruari debere, ẽt in omnibus regularibus, quorumuis ordinum, ẽt Mendicantium, ẽt ſub regulari diſciplina viuentibus, ẽt ſi ſint Lectores, aut in Theologia, ẽt de ſuperiorum ſuorum licentia, graduati, vel promoti, vel à ſuis magiſtris generalibus, vel prouincialibus miniſtris, ſæcularium confeſſionibus audiẽdis, expoſiti. Volumus tñ eos, qui ſemel ab Epiſcopo in ciuitate, & diœceſi ſuis præuio examine, approbati fuerint, ab eodem Epiſcopo iterum nõ examinari. Ab Epiſcopo autem ſucceſſore, pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete, examinari de nouo poterunt; Inhibentes quibuſcumq. regularibus quorũuis ordinum, ẽt mendicantium (vt præfertur) ne vigore deputationis, & approbationis, ab eiſdem magiſtris, & miniſtris prouincialibus, ẽt quod illarum occaſione ab ordinariis hucuſque tolerati fuerint, abſq. ſpeciali in poſterum licentia, & approbatione, ab ordinariis obtinenda, ſæcularium confeſſiones audire præſumant. Decernentes irritum, & inane ſi ſecùs ſuper ijs à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus cõſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac noſtris literis prędictis, & aliis poſtea quibuſcumq. regularibus conceſſis, & forſan extenſis,

quas,

Digitized by Google

quas, quoad ea, quæ præſentibus aduerſantur, & cõtrariantur penitùs, & oĩnò reuocamus, caſſamus, & irritamus, necnon monaſteriorum, & aliorum regularium locorum, ac ordinum quorumcumque, etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ẽt Marimagno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nũcupatis, quibuſuis monaſteriis, & regularibus locis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis ẽt derogatoriarum derogatoriis, aliiſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnõ irritantibus, & aliis decretis, ẽt Motu proprio, & ex certa ſciẽtia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet conceſſis, ac ẽt iteratis viciboa approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, ẽt ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſeruãda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, contrariis quibuſcumque. Vt aũt præſentes literæ, ad oĩum quorum intereſt, notitiã deducantur, nec aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas ſe excuſare valeat, dicta authoritate ſtatuimus, & decernimus, vt ipſæmet literæ, vel earum tranſumptum in Baſilica principis Apoſtolorum de vrbe S. Ioannis Lateranenſis, ac Cãcellariæ Apoſtolicæ, ac acie campi Floræ, per aliquos ex curſoribus noſtris publicentur, earum exemplo, in ſingulis valuis, & acie prædictis, affixo, & dimiſſo. Verũ quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæq. loca, in quibus fides de eis faciẽda erit, deferri, volumus, & dicta authoritate decernimus, quod earundem literarum tranſumptis, manu alicuius Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati, ſeu perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, in iudicio, & extra illud, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ ſanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, reuocationis, caſſationis, irritationis, ſtatuti, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Domin. 1571. 8. Idus Auguſti, Pontific. noſtri, anno 6.

Bulla Vndecima.

SVMMARIVM.

Nouitiæ monialium ordinis Prædicatorum, in articulo mortis poſſunt profiteri ante annum probationis cõpletum, vt indulgentiam conſequantur.

Vide in 1. to. qq. re. q. 11. art. 6. PIus Quintus, Ad perpetuam rei memoriã. Summi Sacerdotij cura, meritis, licet imparibus, nobis ex alto commiſſa, requirit, vt votis illis, per quę animarum Chriſti fideliũ, præſertim ſanctimonialium virtutum, Domino ſub ſuaui religionis iugo, virgineaq. perpetuæ caſtitatis laureola famulãtiũ, ſaluti, ſpiritualiq. conſolationi conſulitur, libenter annuamus, illaq. fauoribus proſequamur opportunis. Sanè exhibita nobis nuper pro parte dilectarũ in Chriſto filiarum monialium nouitiarum nuncupatarum, ad regulam profitendam ordinis S. Dominici fratrum Prædicatorum preparatarum, petitio continebat, Quod qm̃ aliqñ accidit, vt illæ durante tempore probationis illarum, ad emittẽdam profeſſionem regularem, & ante illius emiſſionẽ, ab hac vita migrãt, & in dicto tp̃e probationis, obſtantibus conſtitutionibus, ſiue ſtatutis, & ordinationibus dicti ordinis, non valentes dictam profeſſionem emittere, carent cęleſti merito, quo ex dono, & benignitate ſedis Apoſtolicæ, ceteræ dicti ordinis moniales profeſſæ in dicta profeſſione, & regula decedentes, gaudent. Quare nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur (qui ſalutem animarum dictarũ monialium nouitiarum, ſic ante profeſſionis emiſſionem, & durante tempore probationis, earundem decedentium, ſincero deſideramus affectu) ipſaſque moniales nouitias, & earum ſingulas à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem monialib. nouitiis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, & earũ ſingulis, vt quando, & quoties aliqua ex eis nõdum profeſſa, de alicuius medici conſilio, ab hoc ſæculo tranſitura conſpicitur, ipſa pro conſolatione animę ſuæ profeſſionem prædictam ante tempus requiſitum, (quatenùs tamen in ætate legitima conſtituta ſit) ad illam emittendam in manibus Abbatiſſæ, ſeu prioriſſæ, vel alterius ſuperioris nouitiarum ipſius Monaſterij, ſeu domus, ita tamen, quod ipſæ moniales nouitiæ ſic decedentes, indulgentiam, & alias gratias, quas moniales verè profeſſæ decedẽtes cõſequuntur, conſequi poſſint, emittere in articulo mortis liberè, & licitè valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Necnon eiſdem monialibus nouitiis ita tunc profeſſis, decedentibus plenariam peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem in forma iubilei, miſericorditer in Domino, eiſdem auctoritate, & tenore elargimur. Ac conceſſionem, indultum, & elargitionem huiuſmodi, ac præſentes literas, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum, & gratiarum, ſuſpenſionibus, reuocationibus, & limitationibus, etiam in fauorem quorumcumq. factis, & faciendis nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimũ ſtatum, reſtitutas, & repoſitas, & de nouo conceſſas exiſtere, ipſiſq. monialibus, & profeſſionem emittentibus ſuffragari poſſe, & ſic per quoſcumque iudices, & commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romsnæ Eccleſiæ Cardinales, & ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac quicquid ſecùs ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſterij, ſeu domus, & ordinis huiuſmodi, etiam iuramenro, confirmatione Apoſtolicæ, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita, & obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habẽtes,

tes,

res, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti, 1570. Pontific. noſtri, anno 5.

Bulla Duodecima.

S. D. N. D. Pij Papæ V. facultas, quod ſuperiores ordinis fratrum Prædicatorum in vnaquaque prouincia poſſint conſtituere etiam plures ſuis ordinis fratres, ab eis approbatos, in notarios publicos, pro intimandis mandatis, & reſcriptis Apoſtolicis, publicam, vel priuatam dicti ordinis vtilitatem concernentibus.

Vide in 3. to. 44. ro. q. 8. art. 1.

PIus Papa Quintus, Ad perpetuam rei memoriam. Debitum paſtoralis officij nobis (meritis licè imparibus) ex alto commiſſi, nos admonet, & inducit, vt circa religionum quarumlibet, præſertim ordinis fratrum Prædicatorum, Sancti Dominici, ad quem patrio quodam iure peculiarem gerimus paternæ charitatis affectum, ſtatum proſperè dirigendum, & reſcripta Apoſtolica quæcumq. publicam, ac aliàs priuatam dicti ordinis, & fratrũ, ſiue monialium eiuſdem vtilitatem concernentia, per probos, & idoneos eiuſdem ordinis religioſos, perſonis quibus opus fuerit, intimanda, & inſinuanda, ac debitè exequenda, ſtudiis inuigilemus aſſiduis, ac aliàs omnibus illorum incommodis, & neceſſitatibus conſulamus, prout in Domino conſpicimus, ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut nobis, dum in minoribus conſtituti eſſemus, ſatis comprobatum ſit, quod fratres religioſi, & moniales dicti ordinis fratrum Prædicatorum S. Dominici, ſiue ordinem ipſum, vel illius regulam profitentes, quem quidem ordinem expreſsè profeſſi ſumus, tã vniuerſaliter, quàm particulariter, quam plura dãna, incommoda, & detrimenta, patiuntur, & impẽſas ſuſtinent, ex eo quod notarii tàm clerici, quàm laici ſæculares, etiam Apoſtolica, imperiali, regali, aut alia auctoritate creati, & conſtituti, in pleriſque mũdi partibus, regionibus, Regnis, prouinciis, Dominijs, & locis exiſtentes, ex eis oriundi, ſiue aliàs inibi commorantes, mandata, cõceſſiones, gratias, priuilegia, & indulta, aliaq. reſcripta Apoſtolica, tã ad publicam, quàm priuatam vtilitatem emanata, ſiue conceſſa, & bonum, ſiue commodum publicũ, ſiue priuatũ concernentia, Dominis temporalibus, ſiue poteſtatibus, Regibuſque, Ducibus, Principibus, Marchionibus, ac aliis dominis, & perſonis, q̃bus intimanda, ſiue inſinuanda veniunt, ac intimare, & inſinuare oportet, intimare, notificare, ſiue inſinuare, variis conſictis reſpectibus, recuſant, ſiue non audent contra eorundem officium liberum, & publicum exercitium, debitamq. ſedis Apoſtolicæ obedientiam, ac in non modicum publicæ, & priuatæ vtilitatis, & commodi præiudicium, & detrimẽtum. Nos igitur cupientes quantum cum Deo poſſumus, in præmiſſis, ordini, & fratribus prælatis, ac ẽt monialibus ipſis, de oportuno remedio prouidere, & dictis incommodis, detrimentis, expenſis, & damnis eorum obuiare, neq. mandata, priuilegia, gratias, conceſſiones, indulta, & reſcripta Apoſtolica, in genere, vel in ſpecie, dicto ordini, ſeu ipſius ordinis magiſtro generali, prouincialibus, aliiſq. ſuperioribus, prioribus, & fratribus, & eorũ ſingulis, dictiſq. monialibus, ſiue earundem Abbatiſſis, & Prioriſſis, earũdem etiam ſingulis eiuſdem ordinis, ſiue dictum ordinem, & illius regulam profitentibus, quomodolibet in genere, vel in ſpecie conceſſa, aliaq. mandata, & reſcripta Apoſtolica, publicã, vel priuatam ipſius ordinis vtilitatem quomodolibet concernentia, & emanata, ob id, debito careant effectu, & vacua remaneant, prouidere volentes, ipſoſq. ordinem, ac illius magiſtrum generalem, vicarium, procuratorem, & fratres, ac Abbatiſſas, Prioriſſas, & moniales, eorumq. ſingulos, ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnõ nomina, cognomina, magiſtri generalis, prouincialiũ, vicariorum, procuratorum, & aliorum ſuperiorũ, ac dictarum Abbatiſſarum, Prioriſſarum, & monialium, inuocationeſque, denominationes, & dependentias, monaſteriorum, domorum, conuentuum, & aliorum regularium locorum, tàm virorum, quã mulierum dicti ordinis, ac ẽt mandatorum, conceſſionum, indultorum, reſcriptorum, aliarumque gratiarum tenores, præſentibus pro expreſſis habẽtes, motu proprio, nõ ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, modernis, & p̃ tẽpore exiſtentibus dicti ordinis, magiſtro generali, vicariis, & prouincialibus, tàm citra, quàm vltra, ac aliàs vbilibet conſtitutis, quod in vnaquaq. eorum prouincia, vnum, duos, tres, quatuor, vel quinque, aut plures eis bene viſos dicti ordinis religioſos, ſeu fratres, probos tamen, ac fide, & doctrina idoneos, & ab ipſis approbatos, in notarios creare, conſtituere, & deputare. Qui ſic creati, conſtituti, & deputati, ſine aliquo reſpectu, & omni ceſſante recuſatione, liberè, quoties requiſiti fuerint omnia, & ſingula mandata, priuilegia, conceſſiones, gratias, & indulta Apoſtolica, aliaq. tàm vniuerſalia, quàm particularia, dicto ordini, ac quibuſuis illius, quæ de obſeruantia ſunt tantùm, locis, domibus, conuẽtibus, monaſterijs, & eccleſijs, tàm virorum, quàm mulierum, & ſeu eiuſdem ordinis magiſtro generali, prouincialibus, vicariis, prioribus, & aliis ſuperioribus, fratribus, ac Abbatiſſis, Prioriſſis, monialibus, & aliis perſonis, ſub regula dictorum fratrum degentibus, & quæ ſunt obſeruantiæ tantùm, in genere, vel in ſpecie, & ad vniuerſam, ſiue priuatam vtilitatem conceſſa, & emanata, reſcripta Apoſtolica, eiſdẽ Regibus, Ducibus, Principibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, & Dominis, aliiſque perſonis eccleſiaſticis, & ſæcularibus, quibuſcumque, vbi, & quoties op⁹ fuerit, ac ad id requiſiti fuerint, notificare, inſinuare, & intimare. Ac eoſdẽ, iuxta mandatorum, conceſſionum, indultorum, priuilegiorum, & reſcriptorum huiuſmodi formam, cõtinentiam, & tenorem, monere, & requirere, aliaq. omnia, & ſingula circa ea requiſita, & oportuna facere, gerere, exercere, & exequi, ac de eiſdem omnibus, & ſingulis, publicos, & publica, actus, & inſtrumenta eorum, teſtibus ad hoc requiſitis, conficere, & ſtipulare, ac in notã redigere, & exinde ſemel, vel pluries, prout ad id requiſiti fuerint, vnũ, vel plures, ac plura, publicos, & publica, actus, & inſtrumenta, quibus eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra, ac vbique, ac ſi p̃ alios quoſcumq. publicos, & authenticos rogatos notarios, ſtipulata, confecta, & publicata, & authẽticata fuiſſent, conficere, & debitis ſignis, & characteribus, ſubſcribere, publicare, & authenticare, liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, licentiam, & facultatem impartimur,

mur, concedimus, & indulgemus, eiſdemque actis, notis, inſtrumentis, & ſcripturis per dictos religioſos, vt preferrur, authenticaris, plenam, & iodubitatam fidem vbique, tàm in iudicio, quàm extra adhibete, ac eoſdem ſic intimatos, monitos, & requiſitos, eis afficere, & arctari debere, volumus, ſtatuimus, & ordinamus. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, & indignationis noſtræ, ac ſuſpenſionis à diuinis, quo ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quo ad alios verò inferiores, ſub maioris excommunicationis latæ ſententiæ pęnis, locorum ordinariis, & aliis quibuſuis perſonis, cuiuſcumq. ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, & quacumq. eriam dictæ ſedis auctoritare, facultate, ſeu poteſtate, etiam legari de latere, ae Cardinalib. Catdinalatus honore fungentibus, ne ipſos notarios, vt præfertor deputatos, & electos, ſiue eorum aliqoem, in executione ſupradictorum omnium, quouis modo impediant, ſeu impedire, aut perturbare audeant, vel præſumant. Ae decernentes, præſentes literas nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, ſeu iotentionis noſtræ vitio, ſeu defectu notari, ſeu impugnati, ac ſub quibuſuis reuocationibus, derogationibus, & aliis cōtrariis diſpoſitionibus, à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris emanandis, comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas exiſtere, & quoties illæ emanabunt, roties in priſtinum ſtatum, & validiſſimum, ėt ſub data per eoſdem, magiſtrum generalem, ꝓuinciales, & alios ſupta nominatos eligenda, cōceſſas, reſtirutas, & plenariè reintegratas exiſtere. Et ſic per quoſcumq. iudices, & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, ėt cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, qoauis aliter iodicaodi, & interprotandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quicquid ſecùs ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſciēter, vel ignoranter contigerit attenrari. Quocirca dilectis filiis, Iacobo, tituli Sanctæ Mariæ in Coſmedin, Presbytero Cardinali de Sabellis nuncupato, noſtro in alma vrbe vicario, & cutiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali auditori, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regenri, nunc, & pto tempore exiſtentibus, per præſentes Motu ſimili mādamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios. prę ſentes literas, & in eis cootenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte magiſtri generalis, procuratoris, prouincialium, & aliorum prædictorum, ſeu alicuius eorũ, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq. io præmiſſis, efficacis defenſioois præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, illos, & eorum ſingulos, indulto, cōceſſione, voluntate, ſtatuto, ordinatione, maodato, & decreto noſtris hmōi, iuxta eorundem pr ſentium renorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumq. quomodolibet iodebitè moleſtari, cōtradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac alia iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, eenſuras, & pœnas prædictas, ėt iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nō obſtaotibus fœlicis recordationis, Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodò quis auctoritate præſentium vltra tres dietas ad iudicium non trahatur, aliiſque quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Cōciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus cooſtitutionibus, & ordinarionibus, ac etiā iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cōſuetudinibus, priuilegiis, quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam dictæ ſedis de latere, delegatis, nuntiis, locorum ordinariis, & aliis quibuſuis perſonis, in præiudicium præmiſſorum per quoſcumq. Rom. Pont. etiam prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem præfatam, tàm ſub plumbo, quàm in forma breuis, & etiam motu, & ſcientia ſimilibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitùs omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus ꝓ expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris. hac vice duntaxar, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes pleoam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod tranſumptis præſentium, manu alicuius notarii poblici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem protſus fides in iudicio, & extra, vbique locorum adhibeatur, & adhiberi debeat, quæ literis ipſis originalibus adhiberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtēſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 21. Martij, 1571. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non poſſunt vti Bulla Cruciatæ, quo ad electionem confeſſorum; & quoad abſolutionem à reſeruatis.*

2 *Religioſi poſſunt abſolui, & diſpenſari à ſuis prælatis, ſicut ſeculares, & Eccleſiaſtici poſſunt ab Epiſcopis per Concilium Tridentinum, abſolui, & diſpenſari.*

Pius Papa V. Ad perpetuam rei memoriā. Rom. Pont. circunſpecta benignitas, honeſtis petentium votis, quę perſonarum, ſub religionis iugo Altiſſimo famulantium, ſtatum, & ſalubrem directionem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam, libenter admittit, & fauoribus proſeqoitur oportunis. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius, prior prouincialis prouinciæ Hiſpaniæ ordinis fratrum Prædicatorum, ꝙ cum in Bulla Cruciatæ Sanctę, & aliis priuilegiis, quæ ab Apoſtolica ſede coocedi ſolēt, detur facultas eligendi confeſſorem idoneum, ab ordinario approbatum, qui poſſit Chriſti fideles abſoluere à caſibus ordinario reſeruatis, & à quibuſdam ėt, quæ dictæ ſedi reſeruata ſunt. Religioſi dicti ordinis, ſeu eorum nonnulli, ėt his facultatibus vti pręſumunt, & illarum prætextu eligunt confeſſorem aliquem, præter eos, qui à ſuis prælatis pro audiendis eorum confeſſionibus deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale eorum vergit detrimentum. Quare prædictus prior, nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenùs in premiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi obuiare volentes, ac eundem priorem à quibuſuis excōicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, aliiſq. ſententiis, ceoſuris, & pęnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel caoſa latis, ſi quib. quomodolibet ionodatus exiſtit, ad effectum pręſentiũ duntaxar conſequendum, harum ſerie abſoluētes, & abſolutos fore cenſentes, hmōi ſupplicationibus inclinati,

Pro explicatione huius indulti, vide 11. to. qq. regul. q. 21 ar. 10.

inclinati, talem conceſſionem Cruciatæ Sanctæ, & aliorum indultorum particularium, quantum ad prædictum articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum fratribus, & ſororibus, monialibus totius ordinis prædicti, tàm prouinciæ Hiſpaniæ huiuſmodi, quàm extra eam vbilibet, locum minimè habere, nec cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quod ijdem fratres & moniales ad ſacramenti pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum prælatorũ ſubiecti ſint, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo declaramus, eiſdem tamen prælatis, vt in vſu huius poteſtatis, ſe cum ſubditis, benignos, & faciles exhibeant, præcipientes, & mandantes. Et inſuper, quia ſacrum œcumenicum generale Conc. Trid. cõceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſſint in foro animæ, ſeu conſcientiæ, ab omnib. peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout ſeſſione 24. cap. 6. habetur, nè prior cõuentualis, & ſuperiores prælati dicti totius ordinis, tàm in dicta prouincia, quàm extra eam vbilibet, in hac parte deterioris cõditionis, quã clerici, aut ſæculares exiſtãt, eiſdem priori cõuentuali, & ſuperioribus prælatis, vt ipſi per ſe ipſos idem omninò poſſint in fratres, & moniales dicti ordinis ſibi ſubditos, quod poſſũt Epiſcopi in clericos, & laicos ſibi ſubiectos, tã quo ad abſoluendi, & diſpenſandi huiuſmodi, quã aliàs quaſcunq; facultates, eiſdem auctoritate, & tenore etiã perpetuò cõcedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus. Decernentes præſentes literas perpetuò durare, & valere, & ſub quibuſuis illorum conſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, indulgentiarum, & gratiarum, reuocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, derogationibus, vel alijs cõtrarijs diſpoſitionibus, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, aut ſedem Apoſtolicam, etiam ex quauis cauſa, aut aliàs quomodolibet, canonicè, vel de facto, nunc, & pro tempore factis, & faciendis, nullatenus comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas exiſtere, & fore, ac cenſeri, & ſuffragari debere, irritum quoq. & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, cõtigerit attentari. Nõ obſtantibus præmiſſis, & quibuſuis Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, prouincialibus, & ſynodalib. Concilijs editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus. Necnõ quibuſuis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac aliàs quomodolibet conceſſis, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuida, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenorem ſuum, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in eis tradita obſeruata, insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 21. Iulij, 1571. Pontificatus noſtri, anno 6.

Vide circa explicationem huius clauſulæ, in to. 1. qq. re. q. 10. ar. 8. & ar. 10. & q. 24. ab ar. 8. vſque ad fin. quæſtionis, & in to. 2. q. 101. ar. 2.

Bulla XIIII.

SVMMARIVM.

Bulla Sancti D. N. Diuina prouidentia Papæ Pii V. Reuocatoria omnium Indulgentiarum, etiam perpetuarum, pro quibus conſequendis manus adiutrices ſunt porrigenda, & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibet continent.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi Dominici gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus, ea benignè concedere, nos, & prædeceſſores noſtri ſtuduerint, per quæ peccatorũ mole depoſita, ſalus ipſis ſuccedat, & hoſtis humani generis ſeruituti ereptas animas lucri faciãt Altiſſimo, qui eas nobis, ſua bonitate cõmiſit, id tamen propẽſiori ſtudio nos præcauendũ eſſe cenſemus, nè cuiuſuis indulgentiæ, remiſſionis, vel facultatis obtentu, Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddãtur, aut facilitas veniæ, eis peccandi tribuat incentiuum, & exinde clauium auctoritas deducatur in cõtemptum, & Chriſti fideles quã plurimum ſcãdalizentur. Sanè cum ad auditum noſtrum, ex diuerſis mũdi partibus, quãplurimę querelæ perlatæ fuerint, quod vigore diuerſarum indulgentiarum, & facultatum per prædeceſſores noſtros, ac etiã nos, vel auctoritate noſtra, tàm fabricę noſtræ Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis de vrbe, ipſiuſq; eccleſiæ, necnon S. Ioannis, & S. Lazari Hieroſolymitanenſis, ac Sancti Spiritus in Saxia, ac S. Iacobi incurabilium de eadem vrbe, necnon Sancti Elmi, & Sancti Bouis, ac Sancti Gothardi, & Sancti Lenguzoni, necnõ Sancti Nicolai, & Sancti Bernardi Montis Iouij, necnon Sancti Leonardi, & Sanctæ Marthæ, necnon Sanctiſſimi Crucifixi Syracuſanenſis, ac Sanctæ Mariæ de Monte Serrato Hoſpitalibus, ac etiam Sancti Sebaſtiani propè, & extrà muros dictę vrbis, necnon Sancti Antonij de Sancto Antonio, Viennenſis Diæceſis, & Redemptionis Captiuorũ, nuper Neapoli inſtituto, monaſterijs, illorumque, ac diuerſis alijs Eccleſijs, monaſterijs, Hoſpitalibuſque, Militijs, confraternitatibus, & pijs locis conceſſarum, multi quæſtores, ex eiſdem indulgentijs lucrum temporale tantum quærentes, nominibus fabricæ, Eccleſiarum, Hoſpitalium, Monaſteriorum, Militiarum, Cõfraternitatum, Societatum, & piorum locorum prædictorum in diuerſis Ciuitatibus, & Diæceſib. quæſtas facere, confratres deſcribere, Capellas, & Oratoria erigere, illiſque erectis, indulgentias huiuſmodi communicare, & in diuerſis gradibus à iure prohibitis diſpenſare, ac plura etiam concedere, quàm eis vigore facultatum prædictorum licitum ſit, ipſique lucro intenti, pecuniaſque potius, quàm Chriſti fideliũ ſalutem quærentes, ac eiſdem indulgentijs ſic abutentes, quæſtum ex illis particularem facere conantur, varioſque, & diuerſos quæſtores, Commiſſarios, Procuratores, Receptores, Theſaurarios, factores, Nuntios, & alios Miniſtros, conſtituere, qui non ſolum ſupradicta, ſed etiam plura alia eis nunquam conceſſa, facere, & concedere. Necnon locorum ordinarios, illorumque in ſpiritualibus Vicarios generales, & officiales, ac miniſtros, Eccleſiarumque, & ordinum prælatos, ſuperiores, & perſonas quæſtas huiuſmodi impedientes, cenſuris Eccleſiaſticis innodare, & aliàs in pluribus grauiter excedentes in Diuinæ Maieſtatis offenſam, ac ſuarum, & Chriſti fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium ſcandalum, præſumãt.

Vide in 2. to. qq. re. q. 94. ar. 3.

Digitized by Google

Nos, qui Deo propicio, gregis Dñici (meritis licèt inſufficientib.) curã gerimus, & illũ ſpiritualis theſauri elargitione, cupimus ipſi Deo reddere acceptabilem, ex præmiſſis, & alijs rationabilib. cauſis animum noſtrũ mouentibus fæ. re. Calixti Quarti, Clementis VII. Pauli III. Julij ſimiliter Tertij, & diuerſorũ aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ, veſtigijs inhærentes, Motu proprio, nõ ad alicuius nobis, ſuper hoc oblatæ petitionis inſtãtiã, ſed de mera noſtra voluntate, & deliberatione, oẽs, & ſingulas indulgentias, etiã perpetuas & peccatorum remiſſiones, fabricæ, & eccleſiæ huiuſmodi, necnon S. Joannis Hieroſolymitani, etiam pro cõſtructione, & ædificatione illius nouæ Ciuitatis prædictis, & quibuſuis alijs Hoſpitalib. monaſterijs. Eccleſijs, domibus, Militijs, ordinibus, etiam mendicantium congregationib. cõfraternitatib. & vniuerſitatibus, & pijs locis, illorumq; ordinib. capitulis, cõuentib. magiſtris, ſuperiorib. & tàm ſæcularib. quã quorumuis ẽt Mendicantium ordinũ regularib. perſonis, tàm ſingulariter, quã vniuerſaliter, per quoſcunq. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam clauſulis, & decretis, etiã motu proprio, & ex certa ſcientia, ac ex quibuſuis etiã vrgentiſſimis cauſis, etiã cauſa Redẽptionis Captiuorum, & aliàs quomodolibet conceſſis, pro quib. cõſequendis, manus ſunt porrigendæ adiutrices, & quæ quæſtuãdi facultatem quolibet cõtinent, illarũ omniũ tenores, formas, derogationes, & decreta, præſentib. pro expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuò reuocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus euacuamus. Et inſuper perpetuò hac noſtra valitura cõſtitutione decernimus, quod ex nũc de cætero, ſub indignationis noſtræ pęna, prætextu indulgentiarum, & facultatum, per quoſcunque Romanos Põtifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicã, etiã motu ſimili, ac ſedis Apoſtolicæ legatos, & aliàs quomodolibet cõceſſarum, & quas à nobis, & ſede prædicta in poſterum, verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura, etiam manu noſtra ſignata, etiã cum clauſula, quod ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei, aut Cruciatæ Sanctæ, vel cuiuſcunque alterius piæ cauſæ, etiã priuilegiatæ, cõcedi quomodolibet cõtigerit, nullus quauis etiã Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali, aut maiori dignitate, etiã Cardinalatus honore, ſeu etiã Regali, temporali excellentia præfulgeat, audeat, vel præſumat, quæſtas facere, aut nuntios, quæſtores, cõmiſſarios, Theſaurarios, Receptores, pro illis recipiẽdis in dictis Hoſpitalibus, eccleſijs, domib. monaſterijs, & alijs locis ſupra nominatis, vel pro eis, aut illorum nominibus alibi conſtituere, & deputare, niſi ex ſpeciali licentia, & ex certa ſciẽtia noſtris, & Romani Põtificis pro tempore exiſtẽtis, de qua per literas noſtras, & eiuſdem Romani Põtificis pro tempore exiſtentis, locorum ordinarijs, vel eorum in ſpiritualibus vicarijs, ſeu officialib. derogationem præſentis noſtræ conſtitutionis, illius tenore de verbo ad verbum inſerto, expreſſè continentes. Nos enim, ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attẽtari, conſtare debeat. Mandamus in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, quatenus in ciuitatibus, & diæceſibus ſuis, præſentes noſtras literas publicare, & obſeruare debeant. Roganteſque omnes, & ſingulos Principes ſeculares, & alios Dominos, & Magiſtratus temporales, eiſque per viſcera miſericordię Domini noſtri Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ ſuorum iniungentes, quatenus in præmiſſis eiſdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis aſſiſtant, & ſuum auxilium, & fauorem pręſtẽt, cum auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Concilijs editis, generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon fabricæ eccleſiæ Hoſpitalium, monaſteriorum, militiarum, confraternitatum, ordinum, capitulorum, conuentuum aliorum, & locorum pręd1ctorum, & quorumuis illorum membrorum, & eccleſiarum, etiam cathedralium, & Metropolitanorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, & præſertim S. Joannis, & S. Lazari, ac S. Spiritus in Saxia Hoſpitalibus, necnon S. Antoni de S. Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Iouij monaſterijs ipſorumque monaſteriorum Hoſpitalibus, ſingulorumque eorum conuentibus, ſuperioribus, & perſonis præfatis, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac quauis etiam Imperiali, vel regali cõſideratione, vel inſtantia, & aliàs quomodolibet cõceſſis, approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiã ſi pro illorũ ſufficienti derogatione, de illis, eorũq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expræſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſpecialiter, & expræſſè derogamus, ſufficientes derogatum eſſe volumus, cõtrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentes literæ, in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & acie campi Floræ de more publicentur, & inter conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur. Et quia difficile foret eaſdem præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius notarij ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ſi originaliter fuerint exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ reuocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, reuocationis decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnat. Dom. 1566. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XV.

Bulla reformationis Monaſteriorum conuentualium ordinis Beati Franciſci.

Habetur authentica in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

1 *Zelum reformationis oſtendit Pontifex.*

2 *Præcipit eccleſiarum prælatis, vt reducant domos conuentua-*

Google

conuentualitatis ad modum viuendi obſeruantiæ & quod ſint ſub obedientia Prælatorum de obſeruantia.

3 *Præcipit, vt fratres conuentuales aggregentur fratribus obſeruantibus.*

4 *Præcipit, vt fratres conuentuales aliorum ordinum reducantur ad obſeruantiam.*

5 *Præcipit incarcerari fratres conuentuales nolentes reduci ad obſeruantiam.*

6 *Præcipit conuentualium delicta corrigi, pro eorum grauitate.*

7 *Præcipit, vt bona conuentualium ab eis omninò tollantur.*

8 *Permittitur fratribus conuentualibus, vt ad alias religiones obſeruantiæ ſe transferant.*

9 *Ordinat quibus ſint applicanda bona conuentualium.*

Pius Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Maximè cuperemus, eos qui religioſam
vitã profeſſi, diuino ſe cultui dedicarunt, ita viuere, vt eorum religio immaculatum decorem ſuum
obtineret, & ex illorum vitæ, ac morum honeſtate,
boniſque operibus, cæleſtis glorificaretur Pater.
1 Sed quia multi à fundatoruio ordinis ſui inſtitutis,
nimis res, & ordinem, moribus ſuis, non parũ dedecorantes, cogit nos zelus domus Domini, eorũ irreligioſæ vitæ, atque licentiæ (quãdoquidem ipſi modum eius nullum faciunt) finem imponere. Non ſine magna ſanè animi moleſtia nobis innotuit, fratres ordinis S. Franciſci conuentuales, in diuerſis
Hiſpaniæ partibus, & prouincijs conſtitutos, profeſſionis, & ſalutis ſuæ immemores, & priuilegijs ab
Apoſtolicæ ſedis benignitate impetratis abutentes,
vitam ab inſtitutis fundatoris, & patris ſui Seraphici admodum diſcrepantem, ac remotam ducere, &
prauis ſuis exemplis, quam plurimos Chriſti fideles puſillos non mediocriter offendere. Cum igitur
tàm graue, tamque inueteratum ſcandalum diuini
honoris, & ſalutis animarum cauſa, pro commiſſo
nobis officio, tollere ſtatuerimus, pijs ad hoc etiam
adiecti precibus chariſſimi in Chriſto filij noſtri,
Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, Religioſiſſimi Principis, non immeritò, videlicet timentis, nè
qui, pro populo apud Deum interceſſores eſſe debent, nimia ſua viuendi licentia illius iram acrius
prouocent. Vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Hiſpaniam
conſtitutis, in virtute ſanctæ obedientiæ, præſentiũ
tenore committimus, atque mãdamus, vt quiſquis
eorum in ciuitate, vel diœceſi ſua habet domum,
vel domos fratrum Minorum cõuentualium, is Dei
2 tantũ Omnipotentis honorem, ante oculos propoſitum habens, aſſumptis ſecum de ordine fratrum
Minorum de obſeruãtia, miniſtro prouinciali eius
prouinciæ, in qua illi fratres cõſiſtunt, & aliquo præterea eiuſdem ordinis obſeruantium, quem ipſe Miniſter Prouincialis, idoneum duxerit, accedat ad domum, ſeu domos ſingulas, ſi plures ſint, dictorum
fratrum conuentualium, eiſq; cõuentibus, ex auctoritate ſedis Apoſtolicæ, cuius vices in hoc negotiu,
ei tenore præſentium delegamus, aboleat penitus,
& in perpetuũ tollat, atq; extinguat formam viuendi cõuẽtualẽ, eoſq; fratres ad eãdem viuẽdi formã,
eadẽq; inſtituta redigat, quę fratres Minores de obſeruantia, ſeu familia vocati obſeruãt; & eorum eccleſias, ac domos ordini fratrum Minorum de obſeruantia aſſignet perpetuò habendas: atque in eas
domos alios fratres de cõuentibus fratrum eiuſdẽ
ordinis de obſeruantia, quos, & quot ſibi viſum fuerit, de illorum duorum fratrum ſibi aſſiſtentium cõſilio, transferat, & ex ipſis guardianum, atq. alios officiales, ad eum cõuentum regendum, & gubernandũ idoneos, auctoritate noſtra deputet, atq. conſtituat. Ipſos verò fratres cõuentuales, aliorũ fratrum
Minorum de obſeruãtia cõſortio aggregatos, atq.
vnitos ex domibus, in quibus, aut ea vitã cõuentualem egerãt trãſlatos, per cõuentus fratrum Mino- 3
rum de obſeruãtia diſtribuat, vt poſt hac eiuſdẽ ipſi
quoq. obſeruãtium ordinis, & appellentur, & ſint
ſub eiuſdẽ miniſtri generalis obedientia, atq. regimine. Quæ autem de fratribus cõuentualibus ordinis S. Franciſci, ad vitæ regularis obſeruantiã reducendis, mãdauimus, eadem, propter eaſdem cãs, &
ad eadem tollenda offendicula, & ſcãdala, & fratribus in Hiſpania cõſiſtentibus, aliorum quoq. ordinum quorumcunq. cõuentualibus, ad vitæ regula- 4
ris obſeruantiã reducendis, eadem auctoritate, eiſdem venerabilib. fratribus mãdamus, velut canonicorum regulariũ S. Benedicti Ciſter. Prædicatorũ,
Eremitarũ S. Auguſtini Carmilitarum, & aliorum
quorumuis ordinum, ex quibus tamen, (præter fratres cõuentuales) ſint quoq. aliqui eiuſdem ordinis in Hiſpania, vel extra Hiſpaniã obſeruantes. Ad
eã enim formã omnes eiuſdem ordinis, qui ad hoc
tempus conuentuales fuerunt, ſuſcipiendam, & obſeruandã, iuxtà ſua cuiuſque ordinis regularia inſtituta, & ſacri Cõcilij Tridentini decreta, redigi,
& ad alios conuentus transferri eoſdemq. modo,
vt de domibus, & eccleſijs fratrum Minorum conuentualium diximus, ipſorumque quoque domos,
& eccleſias fratribus, vnà cum bonis omnibus, eiuſdem ordinis, aſſignari volumus. De fratribus verò
illorum ordinum, quorum nulli vſquam conuẽtus
ſunt, qui vitam regularem obſeruent, ſed omnes
tantùm conuentuales ſunt, quemadmodum ipſi
quoquè reformandi, & ad quam viuendi in communi formam, ſint reducẽdi, alijs literis ſtatuemus.
Si qui autem de fratribus conuentualibus ad regu- 5
laris vitæ obſeruantiam reduci ſe pertinaciter recuſauerint, eos in carceribus, donec ad cor redeant,
ſub fida cuſtodia retineri mandamus. Nè autem
ipſorum fratrum conuentualium exceſſus, & delicta remaneant impunita, in eos procedendi, & pro
culparum, atque exceſſuum magnitudine, animad-
uertendi. Et ſi quorum delicta adeò grauia fuerint 6
vt ſi laici eſſent, vltimo fuerint ſupplicio puniendi,
ad triremes eos damnandi, ſi modo ætas, & vires illi labori aptę ſint, ſin minus, in perpetuum carcerẽ,
ad agendum pęnitentiã religãdi. Exceſſus verò minus graues, nec pęnam capitis meritos, ſecundum
cannonicas ſanctiones, ſeu Archiepiſcopi, Epiſcopiue, ad quem id ſpectabit, & prouincialis, atque illi
adiuncti fratris arbitrio puniendi. Bona præterea 7
quæcunque, mobilia, & immobilia, tã quę domus
eorum in communi poſſident, quàm fratrum conuentualium anteà propria, ex conſuetudine, vel
forſan ex aliquo obreptitio, ſeu ſubreptitio priuilegio, & diſpenſatione Apoſtolica, eis obtinere conceſſa, ſiue permiſſa, vel ex ipſorum induſtria acquiſita, vel ex parentum ſucceſſione, aut ab alijs relicta, legata, donatavè ab eis, tàm quo ad vſum, &
poſſeſſionem, quàm quoad proprietatem attinet,
in perpetuum addicandi. De conuentibus etiam
fratrum regularis obſeruantiæ, vno, vel pluribus,
alios in huiuſmodi conuentus de ipſorum fratrum
aſſiſtentium conſilio, transferendi. Omnia denique, quæ vel ad abolendam vitam conuentualem,
& vitæ regularis obſeruantiam, loco eius introducendam, vel ad inquirendam criminum veritatem,
fuerint neceſſaria quoquo modo, aut opportuna,
agendi, faciendi, & exequendi, ipſis venerabilibus
fratribus, vnà cum dictis prouinciali, & eius ſocio, ſicut dictum eſt, plenam, & liberam, auctoritate Apoſtolica, damus, atque concedimus poteſta-
tem. Quod ſiqui verò ipſorum fratrum conuentua- 8

De reform. vide aliqua in to. 4. 99. ro. 4. 73. & in to. 3. 147.

lium, vel aliorum ordinum prędictorum, ad alium ordinem regularis obſeruantiæ transferri maluerint, id eis permitti volumus, dummodò ad regulã tranſeant arctiorem. De bonis autem ipſorum fratrum conuentualium, mobilibus, & immobilibus, & de omnibus huiuſmodi conuentuum redditibus, ipſos venerabiles fratres noſtros, ad quos pertinebit, ita de conſilio prouincialis, & ſoci eius ſibi aſſiſtentium, diſponere volumus, vt fratribus regularis obſeruantiæ illuc introducendis, de ſupellectili, & alijs rebus, victui eorum, aut Diuino cultui, & reparationi eccleſiarum, ac domorum neceſſarijs, per ipſos prouideatur. Quæ verò vltrà huiuſmodi ſumptus ſuperfuerint, ea ſingulis in locis, apud idoneas perſonas deponi volumus, & ſequeſtrari fideliter conſeruanda, ac poſtea ſedem Apoſtolicam conſuli, in quos vſus ea conuerti debeant, Contradictores, & omnes, qui ipſis fratribus conuentualibus, ad impediendam reductionem huiuſmodi, conſilium, auxilium, vel fauorem præſtare auſi fuerint, per cenſuras eccleſiaſticas, & alia iuris ac facti remedia oportuna, (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, Inuocato etiam (ſi opus fuerit) Brachij ſecularis auxilio. Non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, & inter cæteras, fœ. re. Sixti Quarti, & Leonis Decimi, prædeceſſorum noſtrorum, etiam Matemagnum appellatis, ac in generalibus, prouincialibus, ſynodalibus Concilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, ſtatutiſque, & conſuetudinibus ipſorum ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, dictis ordinibus, necnon eorum ſuperioribus, quocunque nomine vocentur conuentibus, & perſonis ſub quacunque verborum forma, & cum quibuſcũque decretis, & clauſulis, quantumuis efficacibus, & inſolitis, etiam derogatoriarum derogatorijs, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, ac ſæpius confirmatis. Quibus omnibus, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, eandem vim habentes, eſſet mentio facienda, (eorum tenores, perinde, ac ſi præſentibus inſerti fuiſſent, pro expreſſis habentes) auctoritate Apoſtolica, ſpecialiter. & expreſſè pro hac vice duntaxat derogamus. Omniaque, quæ ſupra dictam reductionem fratrum conuentualium, ad vitæ regularis obſeruantiam, ſeu harum literarum exequutionem, quouis modo impedire poſſint, conceſſa hactenus, atque edita, reuocamus & annullamus. Quia verò difficile foret, præſentes literas, ad omnium quorum opus fuerit, peruenire notitiam, tranſumptis earum, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, vel impreſſis. & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eandem fidem vbique haberi volumus atque decernimus, ac ſi originales literæ exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Datis Romæ, apud S. Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die 2. Decembris, 1566. Pontificatus noſtri, anno 1.

Bulla XVI.

Pro Reformatione monialium ad obſeruãtiam, Habetur authentica in conuentu S. Franciſci Salmanticenſi.

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam, cum grauiſſimis de cauſis Paſtoralis officij cura animum noſtrum, ſtimulante, ac piè nos etiam hortante Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro, Philippo Hiſpaniarum Rege Catholico, fratres ordinis Minorum, & aliorum ordinum conuentuales in Hiſpania conſiſtentes, ad vitæ regularis obſeruantiam, ſecundum ſua cuiuſque ordinis inſtituta reducendos eſſe ſtatuerimus per ordinarios locorũ, de conſilio Prouincialis cuiuſque Prouinciæ, & alterius fratris, ab ipſo prouinciali aſſumendi, ſicut in literis noſtris, ſup ea reductione confectis, plenius continetur volentes bono quoq. regimini monialium in Hiſpania conſiſtentium, quæ per fratres Minores conuentuales gubernari antea ſolebant, prouidere, & quæ in quoque earum conuentu corrigenda, & reformanda ſunt, corrigi, ac reformari (præter illa, quæ ſuper clauſura, & reformatione generali cunctarum monialium, per literas noſtras ſub plumbo antea editas. ſalubriter conſtituimus) Venerabilibus fratribus Hiſpaniæ Archiepiſcopis, & Epiſcopis in quorum ciuitatibus, & diœceſibus conuentus ſunt monialium, quæ per fratres ordinis Minorum conuentualium antea regi conſueuerũt, tenore præſentium mandamus, atq. in virtute ſanctæ obedientiæ committimus, vt aſſumpto quiſq. eorum Miniſtro Prouinciali fratrum Minorum, de obſeruantiæ, ſiue familia, & altero fratre, quem miniſter elegerit, ad earum domum, ſeu domos perſonaliter accedens, & Deum tantum præ oculis habens, authoritate ſedis Apoſtolicæ eas viſitet, & de conſilio fratrum ſibi aſſiſtentium, tàm in capite, quam in membris, reformet, atque ad regularis vitæ obſeruantiam iuxta fratrum ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia inſtituta, reducat, eaſque in perpetuum curæ, regiminique committat Prouincialibus fratrum Minorum de obſeruantia. Idem verò de monialibus conuentualibus aliorum ordinum quorumcunque in Hiſpania itidem conſiſtentibus, & per fratres conuentuales antea regi ſolitis quò ad reformationem, & curam, ac regimen earum pertinet, ab ordinarijs locorum fieri ſtatuimus, atque mandamus ipſis ordinarijs omnia, quæ ad talem viſitationem, reformationem, & reductionem faciendam, neceſſaria, aut quomodolibet oportuna erunt, agendi, faciendi, & exequendi, plenam tribuentes, & liberam, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, poteſtatem. Contradictores, & rebelles, per cenſuram Eccleſiaſticam (appellatione poſtpoſita) compeſcendo, Inuocato ad hoc, (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam per Sedem Apoſtolicam approbatis, & confirmatis, Priuilegijs quoque, indultis, etiam fundatione, & inſtitutione, Monaſterijs, vel domibus, & Monialibus ſub quibuſcunque verborum formis, & clauſulis irritantibus, alijſque Decretis quibuſlibet, conceſſis, confirmatis, ac ſæpius etiam innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque tenoribus totis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas Generales, eandem vim habentes, eſſet mentio facienda, tenores huiuſmodi, pro ſufficienter expreſſis habentes, perinde, ac ſi de verbo, ad verbum præſentibus inſerti eſſent, quod ad harum literarũ executionem tantum attinet, derogamus, aut ſi aliquibus ab eadem Sede communiter, vel diuiſim indultum ſit, nè interdici, ſuſpendive poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, Quia verò difficile foret præſentes literas ad omnium notitiã peruenire, volumus, vt tranſumptis earum, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, vel impreſſis, & ſigillo alicuius Prælati munitis, eadem fides vbique habeatur, acſi originales literæ exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ.

De iuriſdictione prælatorum obſeruãtiæ fratrum minorum ſupra moniales. vide in to. 1. 99. re q. 17 ar. 8. ſ. 9.

Dat.

Google

Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annolo Piſcatoris, die 12. Decem. 1566. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Quod libri non extrahantur à Bibliothecis monaſteriorum ſine licentia prælati in ordine Minorum.

Pius Papa Quintus, ad perpetuam, rei memoriã. Cum ſicut accepimus nõnulli cõſciẽtię ſuæ prodigi, & auaritiæ morbo laborantes libros ex bibliothecis nonnullorum monaſteriorum, & domorum ordinis S. Frãciſci furto extrahere, & penes ſe, pro eorum vſu retinere nõ vereãtur, in animarum ſuarum periculum, & ipſarum bibliothecarum, & fratrum eiuſdem ordinis, nõ modicum præiudiciũ. Nos ſuper his, prout noſtro incũbit officio, de opportuno remedio prouidere volentes, motu proprio, et ex certa ſcientia noſtra, vniuerſis, & ſingulis perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus vnius cuiuſq. ſtatus, gradus, ordinis, vel cõditionis exiſtãt, etiã ſi Põtificali dignitate pręfulgeãt, tenore pręſentium mãdamus, nè ex bibliothecis prædictis, aut earum aliqua, librum aliquem, aut quaternum furto ſubtrahere quoquo modo præſumãt. Nos. n. quoſcunq; ſubtrahentes excõicationis ſententiæ ſubiacere volumus, & decernimus, ipſo facto, à qua nullus, ab alio quã à Romano Põtifice poſſit, niſi dũtaxat in mortis articulo, abſolutionis beneficium obtinere. Nõ obſtãtibus præmiſſis, ac cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac monaſteriorum, & ordinũ præfatorum, etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Verùm, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæq. loca, in quib. expediens foret, deferri, volumus, quod illarum tranſumptis, manu alicuius notarij publici iodè rogati ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ, monitis, prorſus in iudicio, & extra, ac aliàs vbilibet, fides indubia adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſę. Datia Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 4. Nouemb. 1568. Pont. noſtri, anno 4.

Vide in to. 2. qq. re. q. 126.

Bulla XVIII.

Reuocatio Licentiarum, quibuſcunque mulieribus conceſſarum, ingrediendi monaſteria, & loca quorumcunque ordinum regularium.

Pius Papa Quintus, ad perpetuam rei memoriã, Regularium perſonarum, quæ relicto ſæculo, Dei ſe obſequio dedicatunt, pro commiſſo nobis officio, quieti conſulere cupientes, ad ea remouenda, quę religioſum earũ propoſitum impedire poſſunt, curam noſtram libenter intendimus, vt nulla re, quæ eas à Diuino cultu auocet, prępedita, ſecũdum ordinum ſuorum regularia inſtituta, & decretum Sacri Concilij Tridentini, tranquillis mentib. gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum. Quia igitur, & Carthuſienſium ordinis, & aliorum regularem vitam profeſſorum, quies nõ parum ſolet, ſicut accepimus perturbari, propterea, quod mulieres modeſtiæ matronalis oblitæ, domus, ac monaſteria eorum, contra ipſorum inſtituta, prætextu confeſſionalium, aut aliarum literarum Apoſtolicarum ingredi audeant, ipſis etiam Abbatibus, prępoſitis, prioribus, & alijs præſentibus aliquãdo recuſantibus, & renitentibus, non ſine magna eorũ moleſtia, nec ſine graui laicorum etiam offenſione, ac ſcandalo, ſi quando admitti nimis facilè videãtur, huic rei prouidere volentes, motu proprio, & ex propria ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas facultates, ac licentias ingrediendi monaſteria, ac domos Carthuſienſium, & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam mendicantium, mulieribus cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate, & præeminentia præditis, Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, ſub quibuſcunque verborum tenoribus, & formis, & cum quibuſcunque etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantib. decretis, ab Apoſtolica Sede quomodocunque conceſſas, quarum tenores perinde, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus infererentur, haberi volumus pro expreſſis, tenores præſentium reuocamus, & caſſas, irritas, & inanes eſſe decernimus. Diſtrictè prohibentes mulieribus quidem prędictas facultates, & licentias prætendentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pęna, poſtquam harum literarum notitiam habuerint, à qua nõ poſſint, niſi à nobis, aut à Romano Pontifice, qui pro tempore fuerit, abſolui, pręterquam in mortis articulo, nè dictas domos, & monaſteria ingredi audeant, ipſis vero monaſteriorum, & conuentuum Abbatibus, præpoſitis, prioribus, & alijs præſidentibus quocunq. nomine vocentur, & eorum monachis, Canonicis, & fratribus, ſiue mendicantibus, ſiue non mendicãtibus ſub priuationis officiorum, quæ in pręſentia obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis à diuinis, ipſo facto, ſine alia declaratione, incurrendis pœnis, nec eas introducere, admittereuè præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque cõtrarijs quibuſcunq. Volumus autem, quod hæ literæ ad Valuas Baſilicæ Beati Petri Apoſtolorum Principis, & in Cancellaria noſtra atque in acie campi Floræ de more publicentur. Quia verò difficile foret, has literas ad omnia loca deferri, volumus, & declaramus, vt earum exemplis, & tranſumptis, manu ſcriptis, vel impreſſis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius prælati munitis, vbique fides habeatur, ac ſi præſentes exhibitæ eſſent, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Octob. 1566. Pont. noſtri, anno 1.

Vide de intellectu huius conſtit. iuxta finẽ Explicationis crutiata à nobis edita & in to. 1. qq. re. q. 48.

Anno à natiuitate Domini, 1566. indictione nona, die 28. menſis Octobris, Pontificatus S. D. N. Pij Papæ V. anno 1. ſubſcriptæ literæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis ſupra ſcriptis, per nos Bernardinum Andreutium, & Ioannem Andream Rogeriũ Apoſtolicos curſores.

Bulla XIX.

Declaratio, quod ordines ſancti Dominici, ac Eremitarum S. Auguſtini, S. Franciſci, & Carmelitarum, Seruorumque Beatæ Mariæ, ſunt propriè Mendicantes, & eorum priuilegijs gaudent, etiam ſi in Communi bona ſtabilia poſſideant. Imò ordo minorum ſancti Franciſci de Paula, & ordo congregationis S. Hieronymi Ieſuatorum, inter ordines Mẽdicantium compræhendi voluit.

Pius Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriã.
Roman. Pótifex, tàm vniuerſitatis Chriſtianę,
quàm ſingularium eius religionum præcipuus de-
fenſor, omnibus illarum incommodis pro ſui paſto
ralis officij debito, libenter occurrit, & eorum indẽ
nitati ſalubriter, iuxtà temporum, morumq́ue exi-
1 gentiam, declarationibus, & alijs remedijs conſiſte
re ſolet opportunis. Sanè licèt dilecti filij omnium
Mendicantium fratres à contributione ſeminarij
Clericorum in qualibet ciuitate, iuxta eiuſdẽ con-
Vide in to. 2. qq. re. q. 34. ar. 4. cilij formam exigendi, per Conci. Trid. decreta exa
minantur. Noſq. inter alia eiſdem Mendicantium
ordinum fratribus, conceſſa priuilegia, eos, & eorũ
Vide in 2. to. qq. re q. 44. ar. 4. quemlibet, tàm à Seminarij huiuſmodi contribu-
tione, quàm ſubſidio, quomodolibet, necnon Deci
mis quibuſcunque, & certis alijs oneribus. Apoſto-
Vide in to. 2. qq. re. q. 65. lica authoritate ſimiliter exemerimus, & liberaue-
rimus, eoſque ad illorum omnium contributionẽ,
nullo vnquam tempore, cogi, & compelli poſſe de-
2 cernimus. Cum tamen, ſicut non ſine animi noſtri
moleſtia, nuper accepimus, nonnulli locorum ordi-
narij, & forſan in Prouincialibus concilijs, eo for-
ſan ſub prætextu, quod ordinum mendicãtium fra-
tres huiuſmodi, bona ſtabilia, ex indulto, ſeu diſpẽ
ſatione Apoſtolica, retinere poſſunt, & propterea
Mendicantes re vera non ſint, eos ad ſeminarij ſub-
ſidij, decimarum, & aliorum onerum huiuſmodi
contributionem, cogere forſan præſumpſerunt, &
in dies præſumunt, in graue ipſorum ordinum gra-
uamen, & præiudicium non modicum. Nos ani-
mo reuoluentes, eos ex fructibus bonorum huiuſ-
3 modi, varias Reipublicæ Chriſtianæ vtilitates affer
re, cum ex ipſis varios magiſtros, & Doctores ma-
nu teneant, ex quorum Doctrina ipſorum fratres
nouitij eruditi poſt modum effecti, gregem Do-
mini cum prædicationibus ſuis, conſilijs, confeſſio-
nibus, & orationibus, alijſque innumeris pietatis o-
peribus iuuent, & paſcant, eorumque domos non
minus, imò magis, quàm ea, quæ per ordinarios ere
cta ſunt, ſeminaria, vocari poſſe, & propterea Men
dicantium nomen amittere nullo modo debere, vo
lentes idcirco, omnem dubitandi materiam ampu-
tare, omnes, & ſingulos Mendicantium ordinũ fra-
tres huiuſmodi, ac eorum ſingulos à quibuſuis ex-
communicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq.
Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure,
vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi
quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectũ
præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie
abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, nec non
quorumcunque litium, & cauſarum, coram qui-
buſuis iudicibus, & vbicunque quomodolibet pen-
dentium ſtatus, & merita, nominaq́ue, & cognomi-
na iudicum, & collitigantium, necnon quorumcun
que priuilegiorum, indultorum, exemptionum, &
immunitatum eorundem ordinum mendicantium
fratribus, hactenus quomodolibet conceſſorum, te
nores præſentibus pro expreſſis habentes, lites quo
què, & cauſas præfatas, vt præfertur, pendentes, ad
nos, harum ſerie auocantes, illaſque penitus extin-
guentes, & collitigantibus huiuſmodi perpetuum
ſuper præmiſſis imponentes ſilentium, motu pro-
prio, non ad ipſorum fratrum, vel alicuius eorum
nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed
ex certa noſtra ſcientia, ac de poteſtatis Apoſtolicæ
plenitudine, omnes, & ſingulos quatuor Mendicã-
tium ordinum, videlicet Sancti Dominici, & Sancti
Franciſci, ac Eremitarum ſancti Auguſtini, necnon
Carmelitarum, inter quos etiam recenſeri volu-
4 mus, Seruorum Beatæ Mariæ nominibus compre-
Vide de ordinibus mendicantibus. henſos, fratres, eorumque domos, monaſteria, & lo
ca, etiam ſi in communi propria bona, tàm mobi-
lia, quàm immobilia, & ſtabilia, ac alia quæcunque
poſſederint, Mendicantium vocabulo, & omnibus, *in to. 3. qq. re. q. 49. & in to. 1. qq. re. q. 2.*
& ſingulis Mendicantium priuilegijs, eis quomo-
dolibet conceſſis, vti poſſe, & debere, nec ſuper
præmiſſis vllo vnquam tempore moleſtari poſſe,
authoritate Apoſtolica, per præſentes ſtatuimus, &
declaramus ac tàm Concilij Tridentini, quàm om 5
nia, & ſingula alia decreta, ſtatuta, ordinationes,
priuilegia, & iura de mendicantibus loquentia, ad
omnes, & ſingulos ordines præfatos, eorumq́ue do
mos, & loca, etiam propria bona, in communi ta-
men retinentes, extendimus, & ampliamus, illaque
de illis loqui, etiam authoritate præfata, per eaſdẽ
præſentes declaramus. Ac inſuper eiſdem ordina-
rijs, & quibuſuis alijs, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecu
laribus, quauis authoritate fungentibus, in virtute
ſanctæ obedientiæ, & alijs arbitrio noſtro mode-
randis pœnis, ſimiliter mandamus per præſentes, vt
ſi quid per eos, tam noſtro, quàm prædeceſſoris no
ſtri, temporibus, tàm ratione ſeminarij, ſubſidij, &
decimarum, quàm aliorum onerum huiuſmodi ex-
actum fuit, id totum eiſdem fratribus, omni mora,
& dilatione poſtpoſitis reſtituant, diſtrictius inhi-
bentes eiſdem locorum Ordinarijs, cæteriſq; per-
ſonis, tàm Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, quauis
authoritate fungentibus, & cuiuſuis dignitatis, gra
dus, & conditionis exiſtentibus, nè eoſdem Mendi-
cantium ordinum fratres præfatos, bona huiuſmo-
di retinentes, quouis prætextu, ſuper Seminarij 6
ſubſidij, & decimarum contributione, moleſtare,
inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumãt.
Decernentes quoquè præſentes literas nullo vn-
quam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vi
tio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defe-
ctu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſ-
ve ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratia-
rum reuocationibus, modificationibus, limitationi
bus, reſtrictionibus, & alijs contrarijs diſpoſitioni-
bus, tàm per nos, quàm etiam ſucceſſores noſtros
quomodolibet, ac cum quibuſuis etiam derogato-
riarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & in-
ſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis pro tempo
re factis, & faciendis quorumcunque tenorum exi-
ſtant, includi, ſed illis non obſtantibus, in ſuo robo
re, & efficacia perſiſtere, & quotiens illæ emana-
bunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſi-
tas, & plenariè reintegratas, etiam ſub data, etiam
per ipſos eligenda, de nouo conceſſas eſſe, & ita
incommutabilis noſtræ voluntatis, & intentionis
eſſe. Et ad hoc vt perpetua firmitate ſubſiſtãt, vim
validi, & efficacis contractus inter ſedem Apoſtoli-
cam, & præfatorum Ordinum Mendicantium hu-
iuſmodi fratres, habere debere, ſicque per quoſcũ-
que iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate
fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici audi-
tores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſub 7
lata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi,
& interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari
debere. Irritum quoquè, & inane, quidquid ſecus
ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter,
vel ignoranter, cõtigerit attentari. Quocirca dilectis
filijs Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicę, Genera
li Auditori, necnõ quarumcunque, tàm Cathedra-
lium, quàm collegiatarum Eccleſiarum Decanis,
præpoſitis, Archipresbyteris, Archidiaconis, The-
ſaurarijs, & quibuſuis alijs in eiſdem Eccleſijs di-
gnitates obtinentib. vbilibet, & in quibuſcunque
regionibus, terris, & locis exiſtentibus, per præſen-
tes motu ſimili mãdamus, quatenus ipſi, & eorum
quilibet, per ſe, vel alium, vel alios præſentes literas
& in eis contenta quęcunque, vbi, & quando opus
fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrũ, vel ali
cuius eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publican
tes, eiſq. in præmiſſis, omnibus pacificè frui, & gau

dere

Digitized by Google

dere, non permittentes eos, vel eorum quempiam, ſuper illis quomodolibet indebitè moleſtari, cõtradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq́ue oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Et nihilominus, legitimis ſuper his hẽbẽdis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis. Non obſtantibus fœ. re. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis, de duabus dietis, dummodò vltrà tres dietas, quis vigore præſentium, ad iudicium non extrahatur, & alijs Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel Generalibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu ſimili, & ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac aliàs quomodolibet, etiam conſiſtorialiter, conceſſit, approbatis, confirmatis, & ſępius innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorũque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret (tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illa tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes illis aliàs in ſuo robore permanſuris) hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus cõiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultũ, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod pręſentiũ tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, aut alicuius prælati, vel in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti ſigillo munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Quodque eædem pręſentes in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, necnon in acie Cãpi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris publicentur, & inter extrauagantes perpetuò valituras conſcribantur. Ac poſtquam publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant. Necnon omnes, & ſingulos illas concernentes perindè ligent, ac ſi eſſent perſonaliter intimatæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Octobris, 1567. Pont. noſtri, anno 2.

Pro ordine Minorum.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Declaratio, quod ordo Minimorum S. Franciſci de Paula inter ordines Mendicantium comprehenditur, & eorum gaudet priuilegijs.

De hoc in to. 1. qq. re. q. 2. art. 1. & 7.

PIus Papa Quintus, ad perpetuam rei memoriã. Apoſtolicę ſedis benignitas, ſicut ex debito Paſtoralis officij ergà omnes fideles generaliter affectum charitatis extendit, ſic eos, qui ſub regularis obſeruantiæ iugo, Diuino Cultui emancipatos eſſe cognoſcit, ſpeciali tenetur patrocinio confouere. Exponi ſanè nobis nuper fecerunt dilecti filij, fratres ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula iam dudũ Apoſtolica authoritate approbati, quod licèt inter alia eis conceſſa priuilegia, & indulta, omnia ſingula quatuor Mendicantium ordinum priuilegia ad ordinem Minimorum huiuſmodi, ac illius profeſſores, & domos, eorumque Eccleſias per Sedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuerint, & propterea fratres ordinum huiuſmodi, etiã ſub Mendicantium nomine comprehendi debeãt, nec ſuper præmiſſis à quoquam moleſtari poſſint. Cum tamen (ſicut eadem expoſito ſubiungebat) ex eo, quod nos nuper in quadã declaratione per nos ſub Mendicantium fratrum ordinibus certis tunc expreſſis de cauſis facta, præter Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, ac Eremitarum Sancti Auguſtini, necnon Carmelitarum Mendicantium ordines, & in illis Beatæ Mariæ Seruorum inſeri voluerimus, ac propterea facile à quibuſdam deputari poſſet, meritò, quod ſi ordinis Minimorum fratres huiuſmodi, ſub illis compræhendi voluiſſemus, nos ſpecialem etiam de illis mentionem feciſſemus omninò; quare nè ſuper præmiſſis vnquam dubitari cõtingat, ijdem fratres nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt ſibi in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos attendentes eos, cum actu mendicent, nõ niſi honeſta de cauſa in Mendicantium ordinem eſſe adſcriptos, ac propterea ſua priuilegia illæſa conſeruare volentes, eoſq́ue, & eorum quemlibet à quibuſuis excõmunicatione, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon quarumcunq. litium, & cauſarum ſtatus, ac merita, nomina, & cognomina iudicum, corã quibus illę pendent, ac colitigantium, aliorumque, necnõ quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum, eis conceſſorum, præſentibus pro expreſſis habentes, cauſaſque huiuſmodi ad nos, harum ſerie auocantes, illaſque penitus, & omninò extinguentes, ac litigantibus huiuſmodi perpetuum ſuper præmiſſis ſilentium imponentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias tàm per nos nuper, quàm per quoſcunque Romanos Pontifices, prædeceſſores noſtros, & ſedem eandem quomodolibet mendicantibus ordinibus conceſſa, ad præfatum Minimorum ordinem de nouo extendimus, & amplismus, ipſoſque verè mendicãtes eſſe, & ſub Mendicantium ordinibus eſſe, & cõprehendi debere, nec non omnia, & ſingula Concilij Tridentini decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata, & modificata, etiam pro ordine Minimorum huiuſmodi declaramus, & modificamus. Diſtrictius in virtute Sanctæ obedientiæ, vel alijs arbitrio noſtro infligendis pœnis, inhibentes quibuſuis locorum Ordinarijs, ac alijs quibuſcunque, nè eoſdem fratres ordinis Minimorum contra eis conceſſa priuilegia moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant. Decernentes quoquè præſentes literas, vllo vnquã tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ vel quopiã alio defectu notari, vel impugnari nullatenus poſſe, minuſvè ſub quibuſuis ſimiliũ, vel diſſimiliũ gratiarum reuocationib. modificationibus, limitationib. reſtrictionibus, & alijs contrarijs diſpoſitionib. tàm per nos, quã etiã ſucceſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque decretis pro tem-

Digitized by Google

pore factis, & faciendis, quorumcunque tenorum exiſtant, includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis robore, & efficacia perſiſtere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinũ ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, etiã ſub data per ipſos fratres ordinis Minimorum eligenda, de nouo cõceſſa eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intẽtionis noſtræ eſſe, & ad hoc, vt perpetua firmitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis contractus, inter dictam ſedem, & præfatorum Ordinum Mendicantium fratres huiuſmodi, habere. Sicq; per quoſcunque iudices, & commiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, irritum quoquè, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Theatino, & Epiſcopo Amerino, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, per præſentes committimus, & mãdamus, quatenus ipſi, vel duo, vel vnus per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem fratrum ordinis Minimorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, ipſus fratres ordinis Minimorum huiuſmodi voluntate, ſtatuto, declaratione, & alijs præmiſſis, omnibus, & ſingulis pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoſcunque quomodolibet moleſtari indebitè, Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Et nihilominus, legitimis ſuper his habẽdis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantibus præmiſſis, ac fœ. re. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis, de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas quis vigore præſentium ad iudicium nõ extrahatur, & alijs, necnon in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus, vel Generalibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus quoque, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, & quomodolibet per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros præfatos, ac nos, & ſedem præfatam, etiam motu proprio, & ſcientia certa, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorum conſilio, necnon de Apoſtolica poteſtatis plenitudine conceſſis, confirmatis, & innouatis, Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſã, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 9. Nouemb. anno Domini, 1566. Pont. noſtri, anno 2.

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Declaratio, quod congregatio fratrum S. Hieronymi Ieſuatorum inter ordines Mendicantium comprehendatur, & illorum gaudet priuilegijs.

PIus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriã. Romanus Pontifex Priuilegia Religioſis Altiſſimo famulãtibus à Sede Apoſtolica conceſſa, illis nedũ conſeruare, ſed alijs etiam religioſis conceſſa eos quandoque extendere, & ampliare conſueuit, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè, ſicut accepimus, licèt inter alia priuilegia, dilectis filijs congregationis Fratrum Sancti Hieronymi Ieſuatorum nuncupatorum, cuius fratres illam pro tempore ingredientes profeſſionem, per religioſos ordinis Sancti Auguſtini emitti ſolitam, expreſſè emittere, & in communi viuere ſoliti ſunt, conceſſa priuilegia, etiam omnia, & ſingula, exemptiones, immunitates, gratiæ, & indulta ordini Eremitarum eiuſdem Sancti Auguſtini, & illius profeſſionis, ac forſan alijs ordinibus mendicantium conceſſa, ad ipſam congregationem, & illius fratres, illorumque domos, & Eccleſias, per Sedem Apoſtolicam extenſa, & ampliata fuiſſent, & propterea cõgregatio huiuſmodi, & illius fratres dictis priuilegijs gaudere, & ſub mendicantium numero cõpræhendi debeant, nec ſuper præmiſſis à quoquã moleſtari poſſint, cumque nos nuper, in quadam declaratione per nos, ſuper Mendicantium fratrum ordinibus certis tunc expreſſis de cauſis, vltra Sancti Dominici, & Sancti Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum Mendicantium ordines, ſolùm in illis ordinem Seruorum Beatæ Mariæ inſeri voluerimus, & propterea facile à quibuſdam dubitari meritò poſſet, quod ſi dictam congregationem, & illius fratres, ſub illis comprehendi voluiſſemus, nos ſpecialem etiã de illis omninò feciſſemus mentionem. Nos itaq. attendentes eos, cum actu mendicent, non niſi honeſta de cauſa in Mendicantium ordinibus huiuſmodi, eſſe adſcriptos, ac propterea ſua priuilegia huiuſmodi illæſa conſeruare volentes, ac quarumcunque litium, & cauſarum ſtatus & merita, ac nomina, & cognomina iudicum, coram quibus illæ pendent, & collitigantium, aliorumque, necnon quorumcunque priuilegiorum, indultorum, exemptionum, & immunitatum ipſi congregationi cõceſſorum, tenores præſentibus pro expreſſis Motu proprio, non ad ipſius congregationis, vel illius fratrũ, aut alicuius ex eis, nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac ex certa ſcientia, & de eiuſdem ſedis poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exẽptiones, facultates, gratias, libertates, indulta, & alias gratias, tã per nos nuper, quàm quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem eandem, quomodolibet mendicantibus ordinibus conceſſa, eorum omnium, ac deſuper, & tàm ſub plumbo, quã in forma breuis cõfectarum literarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſereſentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habẽtes, ad ipſam cõgregationem Ieſuatorum, illiuſq. fratres, domos, Eccleſias, & loca quæcunque, de nouo, quò ad ea, quæ eorum regulæ, & modo viuendi non repugnant tantùm authoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus & ampliamus, ipſoſque verè Mendicantes, &

Digitized by Google

Vide in to. 1. 99 reg. 4. 2. ar. 8.

ſub Mendicantium ordinibus eſſe, & cumprehẽdi
debere. Necnon umnia, & ſingula Concilij Triden
tini decreta, pro mendicantibus huiuſmodi decla-
rata, & modificata, etiam pro congregatione hu-
iuſmodi, eiuſque fratribus declaramus, & modifi-
camus. Diſtrictius inhibentes quibuſuis locorum
ordinariis, ne dictam congregationem, illiuſ-
que fratres contra eis ſic conceſſa priuilegia mole
ſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſu
mant. Decernentes quoque præſentes literas, vllo
vnquam tempore, de ſubreptionis vitio, aut inten-
tionis noſtræ, aut quopiam alio defectu, notari, vel
impugnari nullatenus poſſe, minuſue ſub quibuſuis
ſimilium, vel diſſimiliũ gratiarum reuocationibus,
modificationibus, limitationibus, reſtrictionibus,
& aliis contrariis diſpoſitionibus, tam per nos, quã
etiam per ſucceſſores noſtros, quomodolibet, ac
etiam cum quibuſuis etiam derogatoriarum dero-
gatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis,
irritaonibus decretis pro tempore factis, & facien-
dis, quorumcumque tenorum exiſtant, includi, ſed
illis non obſtantibus, in ſuis robore, & efficacia per
ſiſtere: & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinũ
ſtatũ reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas,
& ſub data etiam per ipſos eligenda, de nouo con-
ceſſas eſſe, & ita incommutabilis voluntatis, & intẽ
tionis noſtræ eſſe, & ad hoc, vt perpetua roboris fir
mitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis cõtractus
inter Sedem Apoſtolicam, & præfatos ordines mẽ
dicantium, & congregationem huiuſmodi, illiuſq;
fratres, habese debere, ſicque per quoſcumq; iudi
ces, & commiſſarios, etiam cauſarum palatij Apo-
ſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car-
dinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter
iudicandi, & interpretãdi facultate, & authoritate,
iudicari debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus
ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter,
vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca, vene
rabilibus fratribus, Amerino, & Maceraten. Epi-
ſcopis, ac dilecto filio curiæ cauſarum Cameræ A-
poſtolicę, generali auditori, per præſentes motu ſi-
mili cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel
duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, prę
ſentes literas, & in eis contenta quæcunq;, dum, &
quãdo, ac quoties opus fuerit, & pro parte congre-
gationis, vel illius fratrum huiuſmodi, aut alicuius
eorum, fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, eiſ
que in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſi
ſtentes, faciant authoritate noſtra, & eorum quẽli-
ber, dictis priuilegiis, exemptionibus, facultatibus,
gratiis, & indultis, dictis ordinibus Mendicantibus
conceſſis, pacifice frui, & gaudere, ac præſentes li-
teras obſeruari: Non permittentes eos deſuper per
quoſcumq;, quomodolibet moleſtari, perturbari,
aut inquietari: contradictores quoſlibet, ac rebelles
per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita
compeſcendo: ipſaſque cenſuras, etiam iteratis vici
bus aggrauando: inuocato etiã ad hoc (ſi opus fue-
rit) auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præ
miſſis, & fœ. re. Papæ Bonifacij octaui prædeceſſo-
ris noſtri, de vna, & Concilij Generalis, de duabus
dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authorita
te præſentium non trahatur ad iudicium, ac quibuſ
uis litis pendentũs, quas nos harum ſerie, ad nos a-
uocamus, illaſque extinguimus, & litigantibus hu-
iuſmodi perpetuum ſilentium imponimus, ac Apo
ſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus
Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſti
tutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis, etiam
iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis
firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib,
priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis,
ſub quibuſcũque tenoribus, & formis, ac cum qui-
buſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, irritan
tibuſque, & aliis decretis, ac clauſulis, etiam Motu
proprio, etiam cõſiſtorialiter, & de fratrum noſtro
rum conſilio conceſſis, confirmatis, & pluries inno
uatis. Quibus omnibus, ſeu de illis, eorumque etiã
totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indi-
uidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau
ſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæ
uis alia expreſſio habenda foret, tenores huiuſmo-
di, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſenti
bus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, il-
lis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dunta
xat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Cæteriſque
contrariis quibuſcumque: Aut ſi aliquibus commu
niter vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod
interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint,
per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & ex
preſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſ-
modi mentionem, Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub
annulo Piſcatoris, die 19. Nouemb, 1567. Pont, no-
ſtri, anno 2,

Bulla XXII.

Decretum Concilij Tridentini, de Clericorum Secularium ad ſacros ordines promotione, extenditur ad Clericos Regulares non profeſſores.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpe-
tuã rei memoriam: Romanus Pontifex, Sacrorũ
Conciliorum auctor, & interpres, illa quæ in huiuſ
modi Conciliis à prudentibus patribus in Spiritu
ſancto legitime congregatis, ſalubriter ſancita ſunt,
prorſus Paſtoralis officij debito, dum ęquitas, hone
ſtas, & decus ſuadet, ſicuti declarare, & moderari,
ita etiam ad alios caſus, extendere conſueuit. Sanè
cum non deceat Diuino miniſterio adſcriptos cum
ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquẽ
quæſtum exercere, à ſacro Concilio Tridentino, in *Vide in 10,*
ter alia decretum fuit, ne quis deinceps Clericus Se *3. qq.re.q,*
cularis, quamuis alias moribus, ſcientia, & ætate eſ *23.art.3,*
ſet idoneus, ad ſacros ordines promoueretur, niſi
prius legitime conſtaret eum beneficium Eccleſia-
ſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficeret, paci
fice poſſidere, vel alias ordinari non poſſit, niſi iux-
ta Decreti ab ipſo Concilio deſuper editi formam,
& tenorem. Cum autem nulla in huiuſmodi decre-
to Religioſorum Clericorum, mentio facta fuerit,
ac propterea nonnulli (vti moleſte accepimus) cer-
torum ordinum Religioſi, ſeu Canonici, vel Cleri-
ci intra clauſtra monaſteriorum, ſeu domorũ, more
Regularium in communi viuẽtes, qui nunquã, ſeu
nonniſi ad certum tempus profeſſionem emittunt,
& ex clauſtro exire, vel dimitti, ad ſæculum redire,
libere, & licite poſſunt. Religionis prætextu, ſine ti
tulo ſufficientis beneficij, nec iuxta decreti dicti te
norem, ad ſacros ordines ſe promoueri prętendunt
& à nonnullis Epiſcopis paſſim promoueantur, at
que inde plerunque illud inconueniens eueniat, vt
ſic promoti, & è clauſtro exeuntes, & per ſæculum
vagantes, vel mendicare, vel ſordidum quæſtum
exercere, non ſine ipſorum dedecore, ac ordinis vi-
lipendio, & quamplurimorum Chriſti fideliũ ſcan
dalo cogantur. Nos igitur, qui ſingulorum Dei mi
niſtrorum, honorem, & decus, (quantum in nobis
eſt) ſinceris exoptamus affectibus, motu proprio, &
ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſta
tis plenitudine, hac perpetuo valitura Sanctione,
decretum prædictũ de Clericis ſæcularibus loquẽs
ad omnes, & ſingulos etiam cuiuſcumque ordinis
Clericos, Religioſos, ſiue Seculares, more Religio
ſo-

Digitized by Google

ſorum viuentes in communi, non profeſſores, harũ ſerie extendimus, & ampliamus, ac Religioſis, & aliis prędictis non profeſſis, vt ad ſacros ordines promoueri, necnon omnibus, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis gratiam, & Communionẽ ſedis Apoſtolicæ habentibus, vt ordines ipſos huiuſmodi Religioſis perſonis impendere, niſi obſeruata forma dicti decreti, nos virtute Sanctæ Obediẽtiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna, interdicimus, & prohibemus, ac contrafacientes per annum à præſtatione talium ordinum ipſo iure ſuſpendimus: Statuentes, & decernentes promotiones quarumlibet Religioſarum perſonarum prædictarum, ad ordines huiuſmodi contra ipſius Decreti Concilij Tridentini formam, etiam cuiuſuis licentiæ, illis ab Apoſtolica ſede, vel illarum ſuperioribus cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & preeminentiæ exiſtant, etiam ſi Pontificali dignitate fungãtur, vel Cardinalatus honore præfulgeant, cõceſſæ, pretextu factas, executione prædictorum ordinum omnino carere, nullaſque prorſus, & irritas, exiſtere, ſicque promotas perſonas in Altaris miniſterio miniſtrare non poſſe. Quinimo miniſtrantes, priuilegiis, exemptionibus, immunitatibus, & aliis gratiis, clericis conceſſis omnino priuari, & irregularitatis, aliaſque in dicto decreto contentas pœnas eo ipſo incurrere, à quibus, niſi à Romano Pontifice, vel in mortis articulo, minime abſolui poſſint. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quorumuis monaſteriorum, & ordinũ, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & priuilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis, reſtitutiuis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere vel in ſpecie, ac alias, etiam quomodolibet, iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi alias, pro illorum ſufficienti derogatione, de illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, nõ autem per clauſulas Generales idem importantes, mentio, ſeu quęuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, formas, datas, & decreta in illis impoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dũtaxat, ſpecialiter. & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et vt præſentes literæ ad omnium notitiam perueniant, neue quis illarum ignorantia excuſari poſſit, volumus, & Apoſtolica Authoritate decernimus, præſentes literas ad valuas Principis Apoſtolorum de vrbe, & cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi Floræ publicari, & earum exempla affigi, & imprimi, illarumque exemplis etiam impreſſis, manu alicuius notarij publici, & ſigillo prælati Eccleſiaſtici, vel eius Curiæ obſignatis, eandem prorſus fidem adhiberi, quę ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hãc paginam noſtrę extenſionis, ampliationis, interdicti, prohibitionis, ſuppoſitionis, ſtatuti, decreti, derogationis, & volũtatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romę, apud S. Petrum, anno Incar. Domini. 1568, pridie Idus Octob. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XXIII.

De trium votorum profeſſione emittenda ab illis qui in diuerſis Congregationibus, ſub obedientia voluntaria, & extra ſolemne votum Religionis viuunt, & habitũ à ſecularibus presbyteris diſtinctũ habent.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam: lubricum vitæ genus eorum veriri, qui Regularium formam præ ſe ferentes, nec propriis renunciant, nec vllam profitentur ex Regulis approbatis, quo modo horum, plerique proprio diſtinctui obſequentes, alij odio incenſi, alij, dũ quod ambiunt, minus conſequuntur, alij vel dilapidatis, vel interuerſis rebus, & ad ſeſe, vel propinquos tranſlatis, vt ratiocinia effugiant, quidam etiã in ſuos ipſorum inquiſitum iri præſentientes, quaſi impunitatem adepturi, & ſodalitio ſuo, vt lubet, exiliunt, eiectiſque illius inſignibus, veſtem recipiunt ſecularem. Hinc graues, & periculoſæ quotidie offenſiones in populos concitantur, dum quos diſciplinæ regulari perpetuo mancipatos credunt, rurſus eos, etiam vbi conſueuerint, contempto poſt tot annos, & relicto, indignis ſæpe modis, eius cui ſe dediderant vitæ inſtituto, liberos vident, & ſolutos, in ſæculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit, eam miles militiam perſequatur, hanc de prædictis rationem capere inſtituimus, vt vel permanendi, vel abcedendi facultate ſemel ſingulis propoſita, certus deinceps, & immobilis diſciplinæ Regularis cultus debeat in ipſis ſodalitatib. perpetuo obſeruari, Itaq; de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, ſtatuimus, vt omnes, & ſinguli priores, præpoſiti, & alij Pręſidẽtes Generales, Prouinciales, & Conuentuales, necnon Canonici, & fratres Sancti Georgij in Alga Venetiarum, ac Eremitarum Sancti Hieronymi, alias beati Petri Piſarũ, & omniũ, ac quarumcumq; aliarũ cõgregationũ, necnon Eccleſiarũ, domorũ, & conuentuũ in cõmuni, & ſub obedientia voluntaria, & extra, votũ ſolenne Religionis viuentes, quorum habitus à ſecularibus presbyteris eſt diſtinctus, qui Religionẽ amplecti, & profeſſionẽ regularem ſolemnẽ emittere voluerint, id in ſuis quiſque Conuẽtibus, & domibus intra vigintiquatuor horarũ ſpacium, poſtquam delegatus noſter præſentes literas eis ſignificauerit, palam, & ſponte deliberent, & declarent, inde conuocato quamprimũ per ſingulas huiuſmodi congregationes, Generali, vel alio ſupremo, iuxta morem cuiuſque congregationis, capitulo, ibique electa vna, ſub qua degant, ex regulis approbatis, in quam maior pars vocum Capituli ipſius conſenſerit, triũ votorum ſubſtantialium profeſſionem regularem intra menſem ſolemniter emittant, & in ea, tam ipſi, quam illam deinceps ingreſſuri, atque profeſſuri, perpetuum ſerant Altiſſimo famulatum, ſicque profeſſi, vel in ſuis quiſque prioratibus, præpoſituris, præſidentiis, adminiſtrationibus, & officiis confirmentur, vel ad alia transferantur, prout cuique congregationi, & ſuperioribus ſuis, videbitur vtilius expedire. Qui vero excurſo iam anni ſpatio in ipſa congregatione morati, refugerint intra tempus prędictum profiteri, detracto religionis habito, ac redditis etiam in vinculis, ſi opus ſit, receptorum, & adminiſtratorum omnium rationibus, eiiciantur, nec deinceps patiantur in vllis eiuſdem congregationis domibus, ſeu conuentibus, amplius cõuerſari. Quocirca mandamus vniuerſis, & ſingulis prioribus, prępoſitis, generalibus, prouincialibus, & conuentualibus, ac aliis cuiuſcumque dignitatis, & nominis miniſtris, necnon cõuentibus, Canonicis, fratribus, & per-

Sunt excō cati habitãtes in cō gregatione cum votis ſimplicibus vide ĩ 1 ſe. qq. 10. q. 1. ar. 2. circa fin. & 1 io. 3. q. 48. ar. 11.4.

& perſonis congregationis huiuſmodi, vt ſtatutum noſtrum prædictum, non expectata alia iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, humiliter recipiãt, & ſtudioſe obſeruare procurent. Quod ſi fortè aliqui in eo, quo nunc ſunt ſtatu (quem omnino tollimus & abolemus) contra hoc noſtrum ſtatutũ perſiſtere cõtenderint, ſingulos omni dignitate, officio, adminiſtratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus, excõicationis quoq; ſententia innodamus eo ipſo. Nõ obſtantib. fundationibus, & inſtitutionibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus congregationum, domorũ, & conuentuum prędictorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoq; exẽptionibus, & indultis Apoſtolicis, illorũque ſuperioribus, & perſonis, ac eorum ſingulis per quoſcũq; Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis, & decretis, in genere, & in ſpecie conceſſis, & confirmatis, ac etiam aliis reformationibus, quotieſcunq;, & quocumque tempore factis, & promulgatis, & quibuſlibet aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, & generalib. quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter, non inſerta, effectus earum impedire valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumcumque totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis, quæ omnia tanquã abrogata, contra earundem pręſentium tenorem, volumus cuiquã in aliquo ſuffragari. Cæterum mandamus præſentes ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie campi Floræ publicari, & earũ exẽpla de more applicari. Ac etiam volumus, quod ipſarum præſentium exẽpla, etiam impreſſa, & Prælati Eccleſiaſtici, vel eius curiæ ſigillo, & notarij publici manu obſignata, eandem illam fidem vbique locorum, in iudicio, & extra illud faciant, quam ipſę præſentes facerent, ſi ibi oſtenderentur, aut exhiberentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſublationis, abolitionis, priuationis, ſtatuti, mandati, innouationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Do. 1568. 15. Kal. Decem. Põt. noſtri, an. 3.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Confirmatio & declaratio priuilegiorum & exemptionum Hoſpitalis, & Militiæ Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi cuncta, quæ ex Romanorum Põtificum prædeceſſorum noſtrorum prouidentia, in fauorem militiarum quarumlibet in fidei Catholicæ defenſionẽ ſalubriter inſtitutarum proceſſerũt, executioni debitæ demãdanda eſſe cẽſemus, illa tamẽ præcipuè, quæ ad illarum ſtatum proſpere dirigendum per eoſdem Romanos Pontifices prudenter conceſſa comperimus, vt illibata, firmaque perpetuo ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ munimine roboramus. Cũ itaque, ſicut accepimus, licet alias fœ. re. Leo X. Clemens VII. Paulus III. & Pius IIII. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri inter alia priuilegia, & indulta dilectis filiis, conuentui, & magiſtro Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani à ſede Apoſtolica conceſſa, eundem, & pro tempore exiſtentem magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanum Empoſtæ, priores, præceptores, milites, aliaſque perſonas Hoſpitalis huiuſmodi, necnon eorum ſubditos, vaſſallos, colonos, & ſeruitores, ac alios in eorum obſequiis, & dicti Hoſpitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis exiſtentes, etiam presbyteros, curã animarum exercentes, quandiu illa exercerent, & in illorum obſequiis forẽt, illorumq; animalia, prædia, domos, molendaria, & bona quæcumque, quæ obtinebant, & in poſterum obtinerẽt, & poſſiderent, à ſolutione, & exactione decimarum, cenſuum, iurium etiam ſynodalium, & canonicarum portionũ, ſeu charitatiui ſubſidij, aut iucundi aduentus, ſeu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorũ quorumcumque ordinum, ſub certis modo, & forma, exemerint, & liberauerint, & prout in diuerſis ipſorũ prædeceſſorum deſuper confectis literis, plenius cõtinetur, & licet priuilegia, exẽptiones, libertates, & indulta præfata, ſi vnquã à primæua erectione dicti Hoſpitalis, nunc præcipue fauore, & complemento digna ſint, cum ipſi pro fide Catholica defendenda non modo facultates, & fortunas, verum etiam eorum vitam, & ſanguinem perdere non dubitauerint: nihilominus diuerſi locorum ordinarij, & parochialium Eccleſiarũ Rectores, ac multæ capitulares perſonæ, id ſibi omnino, iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta, licere aſſerentes, eoſdem magiſtrum, Baiuliuos, Caſtellanũ Empoſtæ, priores, præceptores, milites, & perſonas diuerſis oneribus contra eorum priuilegia pręgrauare, illoſque ad decimas, cenſus, ſubſidia etiã charitatiua, congruas portiones, iucundum aduentum, paſtor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam iura Synodalia cogere pręſumant, in graue ipſius Hoſpitalis detrimentum, & grauamen: noſque attendentes, quod nuper inter alia Mendicantium ordinum fratribus cõceſſa priuilegia, eos, & eorum quemlibet, tã à ſeminarij clericorũ in qualibet ciuitate iuxta eiuſdẽ Cõcilij Tridentini decreta erecti, ſeu erigendi, quã decimarũ, ſubſidij, & aliorum onerum cõtributione, totaliter exemiſſe, & liberaſſe, præfatoſq; magiſtrũ, Baiuliuos, priores, Caſtellanum Empoſtæ, præceptores, milites, fratres, & perſonas, non minus dignos eſſe, vt eos paribus fauoribus, & gratiis proſequamur, illoſq; & eorum ſingulos, ac ſingulares dicti Hoſpitalis perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, aliiſq. eccleſiaſticis ſniijs, cẽſuris, & pęnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendũ, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnõ omniũ, & ſingulorum priuilegiorum, indultorũ, facultatum, exemptionum, immunitatum, libertatum, & gratiarum, per præfatos, & alios quoſcunq; Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac ſedem Apoſtolicã Hoſpitali, illiuſq; magiſtro, cõuentui, & fratribus, militibus, aliiſque quibuſuis perſonis præfatis, hactenus cõceſſorũ, ac literarũ deſuper confectarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu proprio, non ad magiſtri, & Hoſpitalis huiuſmodi conuentus, aut alicuius alterius ſuper hoc pro eis, nobis oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula priuilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias, eiſdem, magiſtro, & conuentui quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentiũ cõfirmamus, & approbamus, illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quã facti defectus, ſi qui forte interuenerint in eiſdẽ, ſupplemus. Decernẽtes pręſentes literas nullo vnquã tẽpore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intẽtionis noſtræ, aut quopiã alio defectu, etiam ex eo, quod locorum ordinarij vocati nõ fuerint, notari, impugnari, vel inualidari

mi-

minime poſſe, minuſque ſub quibuſcumq; ſimiliũ vel diſſimilium gratiarum reuocationibus limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus, cõprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatũ reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, ſicq; ab omnibus cenſeri. Et ita per quoſcumq; iudices, & Cõmiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiã cauſarũ palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E Cardinales, ſublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritũ, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca, dilectis filiis in Regnis, Hiſpaniarũ, & Neapolitanis noſtris, & ſedis Apoſtolicæ, pro tempore exiſtentibus Nuntiis, aut curiæ earũ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, aut vnus eorum, vel duo per ſe, vel per aliũ, ſeu alios pręſentes literas, & in eis cõtẽta quæcũque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundẽ magiſtri, & conuẽtus fuerint requiſiti, ſolẽniter publicantes, eiſq; in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciãt auctoritate noſtra, eoſdẽ magiſtrũ, & conuentũ, confirmatione, approbatione, adiectione, ſuppletione, decreto, & aliis præmiſſis, pacifice vti, frui, & gaudere, non permittentes eos per ordinarios præfatos, aut quoſcũque alios contra pręſentium tenorẽ quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari, cõtradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pęnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcẽdo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illaque etiam iteratis vicibus aggrauãdo, interdictum Eccleſiaſticum apponẽdo, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtante piæ memoriæ, Bonifacij Papæ Octaui etiã prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dũmodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præſentium, non extrahatur ad iudicium, ac aliis quibuſuis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon iuramento, confirmationẽ Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis, perſonis, etiam prælatis locorum ordinariis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiã derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam conſiſtorialibus, & de fratrum noſtrorum conſilio, in cõtrariũ quomodolibet cõceſſis, cõfirmatis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi de illis eorũque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, indiuiduaque mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia forma de hoc ſeruanda foret, illorũ tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permãſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcũque, aut ſi aliquibus cõmuniter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excõmunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentes literæ non comprehendant neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridentini huiuſmodi omnino ſeruari debeant. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Nouemb. 1568. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

De locis aſſignandis fratribus recollectis ordinis Minorum de obſeruantia in prouinciis ipſius ordinis.

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Iniũctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, crebro nos admonet, & inducit, vt perſonis quibuſlibet regularibus, vigilantiæ noſtræ partes efficacius exhibentes, eos in inſtitutorũ ſuorum regularium candore, ſalubriter manuteneamus. Accepimus ſane nuper, quod in ordine Sancti Franciſci de obſeruantia nonnullæ ſunt domus, & loca recollecta nuncupata, in quibus dicti ordinis fratres arctiorem, quam in cæteris vitam degunt, & propterea eidem ordini commodum, & oportunum eſſe cẽſentes, vt in ſingulis dicti ordinis prouinciis, duę domus, & loca recollecta huiuſmodi exiſtant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo decernimus, atq; ſtatuimus, quod in qualibet prouincia dicti ordinis, duæ ad minus, & recollecta eſſe debeant: Et præfata monaſteria recollecta, nullatenus huiuſmodi recollectione ſeparari poſſint: & fratres in illis degentes (etiam ſi velint,) niſi de miniſtri generalis ipſius ordinis, vel prouincialis, & diſcretorum conuentuum dictorum locorum Recollectorum pro tempore exiſtentium conſilio, ad alia loca non recollecta transferri nequeant, niſi eiſdẽ ſuperiorib. vt aliter fiat, viſum fuerit expedire. Decernentes præſentes literas nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut inualidari nullatenus poſſe, minuſque ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationib. aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, nullatenus poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari debere, irritum quoq;, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Et nihilominus pro maiori præmiſſorum occaſione, venerabili fratri Epiſcopo Conchenſi, & dilectis filiis cauſarum Cameræ Apoſtolicæ curiæ generali Auditori, ac officiali Toletano, per præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſolempniter publicantes, faciant illas ab omnibus, quos illæ concernunt, inuiolabiliter obſeruari, non permittentes aliquid contra præmiſſa quomodolibet innouari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per eaſdem pęnas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus præmiſſis, quibuſuis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mẽtionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, vbi expediens foret deferre, volumus, quod illarum trãſumptis manu alicu-

Vide im 2. 10. qq. re. q. 69. ar. 85.

ius

ſus notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrũ ſub annulo Piſcatoris, die 10. Martij, 1569. Pont. noſtri anno 4.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

Congregationis fratrum Seruorum Beatæ Mariæ ſuppreſſio & eius ſub ordine generali ſubiectio, ipſiusq; ordinis reformatio.

PIus Epiſcopus, &c. Ad perpetuam rei memoriam. Pro noſtri muneris officio, & charitate paterna, qua omnes religioſorum ordines proſequimur, quæcumque ad illorum ſtatum, ſalutaremq; tranquillitatem pertinere arbitramur, ea prouidere, & adiuuante Domino, recte conſtituere conamur. Inter eos autem, ordinem B Mariæ Seruorum animaduertimus, cuius profeſſores, ex quo ipſe primum inſtitutus eſt, per complures annos, eiſdem legibus, & inſtitutis omnes viuentes, vna tantum familia contenti, ab vnoquoque priore generali regebantur. Poſtea vero iis (vt in rebus humanis euenire ſolet) paulatim ab inſtituto regularis obſeruantiæ defluentibus, quidam ex his cupientes primi inſtituti diſciplinam colere, arctioremque vitam ducere, ſe à reliquis eiuſdem ordinis ſegregarunt, & ſedis Apoſtolicæ indulta ſuffulti, creato ſibi vicario generali, cui ſubeſſent, nouam familiam conſtituerunt, eamque congregationem B. Mariæ Seruorũ nominauerunt. Sed (proh dolor) ſucceſſu temporis hæc ipſa congregatio vſque adeo à regulari obſeruãtia prolapſa eſt, vt ab illis ipſis, qui ordinis Seruorũ primi inſtituti nomen retinuerunt, parum, vel nihil differre videantur. Quamobrẽ, vt omnes, & ſinguli tam ordinis, quã cõgregationis profeſſores, ad regularem obſeruantiã reuocentur, & quaſi renouentur, commodiuſq; inſuper gubernentur, vt qui vnum religionis induunt habitũ, hi ſub vna, eademque regula, vniuſqoe profeſſionis voto viuentes, in obſeruantiam canonicæ religionis vniformes reperiantur, noſque ab vno tantum generali ſuperiore, non autem à duobus de morum reformatione, rationem facilius exigere valeamus, quæ omnia commodius fieri poſſe arbitrati ſumus, ſi eos ab inuicem diſiunctos, in vnum idemque corpus coniungẽtes, in vnã, eãdemque familiam, ſub eadẽ diſciplina, regularique obſeruantia, & vno duntaxat capite viuẽtem redigeremus. Quare de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictũ congregationis nomen, & vicariatus officiũ ſupprimimus, & extinguimus, & penitus abolemus, ac modernum vicariũ generalẽ ab eius officio abſoluimus, omneſque, & ſingulas dictę congregationis domos, conuentus, & fratres, vni priori generali ordinis, veluti ſupremo ipſius religionis, & ordinis capiti, ſupremãque in eodẽ ordine poteſtatẽ, & auctoritatẽ habẽti, prout regularia ipſius ordinis inſtituta ſibi cõcedunt, perpetuo ſubeſſe, & ei in omnib. parere volumus, & mãdamus, ac etiã prioribus cuiuſlibet prouinciæ, in qua ipſæ domus, & conuẽtus cõſiſtũt, ſubiicimus, & ſubiecta eſſe decernimus, prout aliæ domus, & cõuentus dicti ordinis, ſiue religionis ſubiiciuntur, ita vt vna deinceps vniuſmodi obedientia, obſeruãtia, & diſciplina regularis, vnũ nomen ordinis B. Mariæ Seruorũ, omnibus commune ſit, omnes vni generali, & prouincialibus pareant, omnes, ad quos id pertinet, ſimul ad capitula generalia, & prouincialia conueniant, vocemq; actiuam, & paſſiuã habeant in eiſdẽ. Proinde reuocamus, & deinceps inualida cẽſemus omnia, & quæcumq; ſtatuta, conſuetudines, conuẽtiones, concordãtias, & alia pacta, etiam iuramẽto, confirmatione Apoſtolica, & quauis alia firmitate munita, necnon omnia, & quæcũq; priuilegia, exẽptiones, diſpenſationes, & indulta congregationis huiuſmodi, ẽt pro bono pacis, & conſeruatione religionis, edita, & conceſſa, ac ẽt motu proprio, & ex certa ſciẽtia, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine cõfirmata, multiplicatiſq; vicibus innouata, extẽſa, & moderata, quatenus præſentiũ effectũ, & executionẽ differre poſſent, vel quomodolibet impedire, quorũ oĩum tenores, æque atque ad verbũ inſererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis. Decernentes prædicta omnia, firma, & inuiolata fore, necnõ irritũ, & inane quidquid ſecus per quoſcumq; quauis auctoritate, ſciẽter, vel ignorãter cõtigerit attentari. Quocirca, priori generali, ac vniuerſis, & ſingulis dictæ congregationis, cæteriſque fratribus prædicti ordinis B. Mariæ Seruorũ, per Apoſtolica ſcripta mãdamus, vt præſentes literas humiliter recipiant, & quæcũq; in ipſis cõtinentur, alia deſuper à nobis nõ expectata iuſſione, mentiſvo noſtræ declaratione, firmiter cuſtodiãt, & in omnibus ſtudioſe obedire procurẽt. Quin ẽt ipſi priori generali præcipimus, vt eaſdẽ præſentes, ac quidquid pro earũ iuſſione ſtatuetur, & decernetur, in omnibus domibus, & locis virorum, & mulierum, necnon ab omnibus fratribus, & ſororibus inuiolate faciat per ſe, vel alium, ſeu alios obſeruari. Quoſcunq; contradictores, & rebelles, ac etiam proteſtãtes, & reclamantes, eiſq; auxilium, conſiliũ, & fauorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, vel ingenio, præſtantes, tam Eccleſiaſticos, quã laicos cuiuſcunq; gradus, dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, per cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, cæterſq; iuris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo, cenſuraſq; & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacij VIII. Papæ prædeceſſoriſque, Apoſtolicis conſtitutionibus, quodque alicui communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mẽtionẽ, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus aũt, vt præſentiũ exempla, etiã impreſſa dicti prioris, vel ꝑlati eccleſiaſtici, eiuſve curię ſigillo, & notarij publici manu obſignata, eandẽ illa prorſus fidẽ vbique locorum, in iudicio, & extra illud faciãt, quam ipſæ præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, abolitionis, abſolutionis, voluntatis, mandati, ſubiectionis, decreti, reuocationis, & præcepti infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi, 1570. 3. nonas Maij, Pont. noſtri, anno 5.

Sequitur reformatio ipſius.

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa reformationis.*
2 *Reuocatio priuilegiorum, aliquid priuatim retinendi ſub quouis prætextu.*
3 *Prohibitio aliquid priuatim habendi.*
4 *Cameræ redigantur in commune dormitorium.*
5 *Ambitus recedant, & munera vt hic.*

6 *Su-*

6 *Superiores diſpenſare valeant circa omiſſiones prædicationum, & Diuinorum officiorum.*
7 *Cõfeſſiones, & communiones, & ieiunia ſeruentur, vt hic.*
8 *In quolibet conuentu adſint fratres ſal. ẽ duodecim, exceptis conuentibus commode propter faciẽnib.*
9 *Prædicationes habeantur ſingulis diebus feſtis.*
10 *In ſtudiis generalibus duæ lectiones legantur, & in minoribus vna.*
11 *Catechiſmus ad parochos ſingulis feſtis legatur.*
12 *Habentes libros prohibitos pœnas hic expreſſas incurrant.*
13 *Forma promouendi ad gradus, & promouendorum qualitates.*
14 *Confeſſorum qualitates.*
15 *Priorum officium non duret vltra triennium.*
16 *Fratres in eodem conuentu manere non poſſint, niſi ſones ſuper annum ſexageſimum.*
17 *Forma adminiſtrandi conuentuum bona.*
18 *Forma reddendi rationes.*
19 *Donata, & relicta debeant fratres conſignare ſuperioribus, vt hic.*
20 *Fratres omnes in Refectorio communibus epulis veſcantur.*
21 *Nouitij ante annum decimum octauum non recipiantur.*
22 *Recepti qui non ſint, dimittantur.*
23 *Laici minores Vigeſimo quinto, non recipiantur, & recepti dimittantur.*
24 *Nouitij recipiantur & educantur in conuentibus inſignioribus tantum.*
25 *Magiſtrorum nouitiorum qualitates.*
26 *Nouitiorum inſtituendi forma.*
27 *Veſtium fratrum qualitates.*
28 *Forma ſeruandi ſcripturas, & res Eccleſiaſticas.*
29 *Infirmaria in quocumque conuentu inſtituantur.*
30 *Prioris officium circa Eccleſias, & earum ornamenta.*
31 *Res ſacriſtiæ nullatenus alienentur.*
33 *Decretum irritans.*
34 *Fratres omnes ſeruent hanc reformationem.*
35 *Prior Generalis deputatur executor huius conſtitutionis.*
36 *Clauſula derogatoria.*

De ref. 3 1. to. 99. ro. 4. 63 & to. 3. § 47.

PIus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Poſtquam nos Deo authore ordinem fratrum Beatæ Mariæ Seruorum, antehac in duas familias diuiſum, antiquato congregationis nomine, quod altera ſibi adſciuerat, in vnũ, idemque corpus, ac in vnã, eandemq; familiam vni duntaxat capiti ſubiectum ſub eadem regulari diſciplina reduximus, expedit certa quædam incommoda, quæ bonum omne in religione peruertunt, excidere, vel deinceps omnes communibus inſtitutis, & legib. ſuæ profeſſioni magis conuenientibus vi-
1 uentes, ſalubrius dirigantur. Quocirca cum omnis religio priuatæ proprietatis vſu labefactetur, & corruat, nos ad illam ex dicta familia exterminandam, ac ſimul emendandos eos, qui de officiis, & muneribus ambitioſe obtinendis iam pridem inoleuerunt, & alios neſcientes eius mores, nouoſq; inducendos ante omnia intẽti, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine, reuocamus, & abolemus omnia, & quæcũque priuilegia, diſpenſationes, licentias, permiſſiones, & indulta habendi, & retinendi priuatum dominiũ, vſumfructum, poſſeſſionem, & proprietatẽ quorũcumque bonorum immobilium, mobilium, & ſe mouentium, necnon domorum, cellarum, hortorum, pecuniarum, & aliarum rerum, generali, prouincialibus, conuentualibus prioribus, ac aliis fratribus etiã cauſa ſenij, infirmitatis, vel cuiuſque pij operis prætextu, vel intuitu, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem Apoſtolicã, eiuſve legatos, vel etiam dicti ordinis ſuperiores, etiã motu proprio, & ex certa ſciẽtia, concessa, confirmata, & innouata, quibuſcumq; concepta formis, ac clauſulis, & decretis fulſulta, quorum omniũ tenores habemus præſentibus pro expreſſis, volumuſq; illa omnia, & ſingula, vires, & effectum de cætero non habere. Quin etiam fratres prædictos, quicumque ſint, priuato, & bonorum, & rerum omnium prædictorum quomodocumq; adquiſitorum, & ad eos obuentorum, dominio, vſu, vſufructu, & proprietate, titulo, & poſſeſſione priuamus, dictaque poſſeſſione amouemus, & amotos nunciamus, reſque, & bona ipſa omnia in communes ſuarum cuiuſque domorum, & prædicti ordinis vſus conuertenda concedimus, mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, generali, prouincialibus, & conuentualibus prioribus ſupradictis, vt rerum, & bonorum omnium prædictorum poſſeſſionẽ, nomine domorum, & locorum ſuorum capiant, & illa, illorumque fructus in communes conuentuum vſus
conuertantur. Cæterum præcipimus, & interdicimus, ne deinceps vllus omnino fratrũ prædictorũ ſiue priuatus, ſiue prioris, conuentualis, ſiue prouincialis, aut generalis officio fungens, etiam prætextu huiuſmodi priuilegiorum, diſpenſationum, permiſſionũ, & indultorum, ſeu inueteratæ conſuetudinis, aut quacumq; alia cauſa, proprium quidquam, aut priuatum, neque ædes, ſiue in clauſtro, ſiue alibi ſeparatas habeat, ſed omnia vbique communia ſint, & quiſque vnica cella, eademque cum cæteris aliorum fratrum coniuncta, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & menſa humilibus, quemadmodũ pauperes Religioſos decet, contentus eſſe debeat. Pro- 3
inde cameræ, ſiue ædiculæ, quæ extra dormitoriũ ſeparatim ſunt, ad officinas, aut alias ad communẽ vſum, & commoditatem cuiuſque conuentus redigantur, vel ſi cellæ communis dormitorij pro fratrum numero non ſufficiant, & illæ cameræ, vel ædiculæ ad formam communis dormitorij aptari poſſint, in dormitorium commune, redigantur, ſin minus deſtruantur, ac materia, & cementa ad fabricam conuentus, ſi opus fuerit, conuertantur, vel vẽdantur, & precium ad commune vſum conuentus
conferatur. Sed nec vlli ambitus fiant omnino, aut 4
pecuniæ etiã pro cõfirmationibus, ſigillo, vel ſcriptura, aut quacunque alia re, vel cauſa ſoluantur, aliæve pactiones, ſeu promiſſiones intercedant, ſeu munera, aut xenia quocumque modo mittantur neve quiſquam, in officio etiam exiſtens pecunias, aut quidquam aliud de prouincia, ſeu domo ſibi commiſſa, vel aliunde, priori generali, ſeu alij cuicumq; conferat, vel remittat, quicumque ſecus fecerint, in pœnã priuationis prioratuum, & officiorum omnium incidant, & ad futura inhabiles habeantur, & pro culpis, etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, & inhabiles declaramus eo ipſo; Procuratoribus tamen generali, ex vniuerſo ordine, ac prouincialibus, prioribus ex ſua cuique prouincia, & viſitatoribus ex domibus, & locis viſitandis debitis, nequaquam per præſentes ſublatis. Ad 5
reformandos autem alios dicti ordinis mores vlterius progrediendo, ex iis quæ pro ſalubri huius religionis ſtatu, & felici directione alioqui inſtituta hucuſque reperiuntur, quæ nec præſentibus cõtraria ſunt, nec illorum effectum impedire poſſunt, nihil omnino detrahere, ſed illa immota cuſtodire volentes, de ſimili poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, vt fratres omnes etiam ſuperiores, & quicũque priuilegiati, niſi tẽpore quadrageſimæ, & aduẽtus Domini, prædicationis munus obierint, omnibus Diuinis officiis, diurnis, & nocturnis interſint, aliis verò temporibus cum ipſis prædicatoribus, & lectoribus, iis diebus, quibus prædicant, &
le-

Digitized by Google

legũt,ſuperiores pro arbitrio diſpenſare poſſint.
Ipſis etiam ſuperioribus,& aliis officialibus,eo tan
tum tempore,quo actu,io negotiis conuẽtus,& or
6 diuis occupati ſunt,aliquid remittatur.Miſſæ,matu
tinum, & aliæ horarum canonicarum preces, pro-
ceſſiones item,anniuerſaria, & defunctorum me-
moriæ integre ſuo debito tempore, attente cũ can-
tu ſolemni in diebus,quibus conuenit, iuxta regula
ria dictorum fratrum inſtituta celebrentur, nec ſa-
tis habeat quæq; domus,miſſas ſiue fundatione, ſi-
ue ſtatuto,ſiue conſuetudine debitas, vel præſcrip-
to ſuperioris conuentus deſignatas, dumtaxat cele-
braſſe,ſed fratres omnes ſacerdotes, miſſam etiam
7 non adſtricti frequentiſſime celebrent. Clerici, &
conuerſi ſemel io hebdomada peccata ſua cõfitean
tur,& ſingulis ſaltem menſibus ſacram Euchariſtiã
ſumant,ieiunia iuxta ſuam regulam,& conſtitutio-
8 nes omnino ſeruent. In quaq; domo pauciores fra-
tres non ſint duodecim.Si quæ autem domus hunc
familiæ numerum alere non poteſt,fratres cum bo
nis ex ea domo in aliam transferantur, prouiſione
adhibita,ne Eccleſiæ deſtruãtur, ſed ad eius populi
commoditatem conſeruentur.Permittimus tamen,
vt in domibus,quæ iter facientibus fratribus cõmo
dæ ſunt, ſaltem quatuor fratres non minores quin-
quaginta annis, cõſtanti & approbata vita maneãt,
ſi plures ea domus alere non poteſt,nullæ porro do
mus ſupra vires onerẽtur. In ſingolis domibus, om
9 nibus Dominicis,& feſtis dieb. prædicationes ver-
bi Dei habeantur.In ſtudiis maiorib.regentes,duas
lectiones Theologicas interpretentur, alteram pra
10 cticam, veluti de Sacramentis, vel de vita ſancte,
recteque inſtituenda, alteram vero ſpeculatiuam,
ex Catholicis,& approbatis doctoribus,ſuperioris
arbitrio ſtatuendis.In minoribus vero vna lectione
ex Theologia practica contenti ſint. Cæterum cu-
rent ſuperiores,vt in ſingulis conuentibus, fratres
maxime in conſcientiæ caſibus,& reliquis,quæ ad
audiendas confeſſiones pertinent, ob rei grauitatẽ,
& neceſſitatem ſummo ſtudio, ac diligentia exer-
ceantur.Singulis item diebus feſtis,Romanus Cate
11 chiſmus ad parochos in ſingulis conuentibus lega-
tur.Si qui regẽtes,& lectores,aut alij fratres,libros
12 prohibitos habere,ſine ſpeciali ſedis Apoſtolicæ li
centia,fuerint deprehenſi,vltra pœnas iuris commu
nis, & quæ à Sancto officio Inquiſitionis hæreticæ
prauitatis talibus imponuntur,perpetuo munere le
gendi,prædicandi,& confeſſiones audiendi priuati
exiſtant,ad omnia item officia inhabiles,actiua vo
13 ce careant,& paſſiua. Nullus ad aliquem gradum
promoueatur,niſi ætate,vitæ probitate, & literatu-
ra præſtans,& in eis probatus per examen diligens
à priori generali,ſeu ab aliis,qui per eum huic mu
neri ordinabuntur faciendum, deinde in capitulo
generali publice iterandum. Aetas autem, & tem-
pus ſtudij,ac curſus exprimatur, & præterea pro-
betur,quod promouendus nulla vnquam infamia,
ſeu ſiniſtra opinione fuerit maculatus. A promouẽ
dis ad gradus huiuſmodi, nihil omnino exigatur,
nec etiam ſponte oblatum accipiatur.Verum tamẽ
ſi promotione facta conuentus promotorum ali-
quid religioni donare voluerit,id quidquid ſit,pro
curatori generali ordinis tribuatur,vt ad leuationẽ
onerum,& ſumptuum omnium religionis conſera-
tur,eodem procuratore acceptorum, & expenſorũ
priori generali,& diffinitoribus redituro.Cæterum
omnes à decem annis promoti, rurſus per probos,
& idoneos viros à priore generali in quaque pro-
uincia conſtituendos examinẽtur,& qui ſaltem me
diocri ſcientia in Theologia reperti non fuerint
præditi,vſu,& exercitio gradus ſuſpendantur, nec
debeant priuilegio gradus huiuſmodi gaudere.Ca-
ueant præterea ſuperiores licentiam vlli fratri cõ-
cedere,vt ad aliquos ordines ſacros, ſiue maiores,
ſiue minores promoueri poſſit,niſi ille in ætate legi
tima conſtitutus, & literatura ab eos requiſita præ-
ditus ſit,habeatque omnia,quæ à ſacris canonibus,
regularibuſque ſtatutis requirũtur, aliter promo-
tus à ſuorum ordinum executione ſuſpendatur, &
licentiam concedens,officio deponatur,& per ſexẽ
nium inhabilis ad omnia officia habeatur,ſed & no
ſtra conſtitutio,qua cauetur, ne quis regularis ante
emiſſam à ſe expreſſam profeſſionem regularem,
ad ſacros ordines promoueri poſſit, inuiolabiliter
obſeruetur.Sacerdotes ad audiẽdas peccatorũ con 14
feſſiones ordinandi,vita,moribus,& literatura pro
bari, & quoad mulieres ætatis prouectæ habeãtur.
Io omni domo huiuſmodi ſacerdotes ex prædicto
ordine cõſtituãtur,quibus,& nõ aliis fratres omnes
peccata ſua debeant confiteri. Priores omnes nun- 15
quã vltra bienniũ durent, ſed biẽnio functo ipſorũ
officium vacet,nec ad illudmet io eodem conuẽtu
inſequens protinus biennium rurſus conſtitui poſ-
ſint.Nulli item fratri in eodẽ conuentu plus bien- 16
nio manere liceat,exceptis ſexagenario maioribus,
quibus aliquid ex cauſa, ſuperiorum arbitrio pote-
rit condonari.Ad hæc nullus omnino priorum, ad- 17
miniſtrationem bonorum,& aliarum rerũ,diſpenſa
tionemque pecuniarum,& redditnum ſuæ domus,
etiam nomine conuentus,per ſe ipſum habere, ſeu
exercere,vel ſeſe in eis interponere poſſit, ſed vni-
uerſum id onus tribus religioſis à priore generali
ita demandetur,vt primus rerũ,& bonorũ,inferen
dorũque in eam reddituũ curam habeat,alter tan-
quã depoſitarius,pecunias,ac cætera ab illo impor
tata,fideliter aſſeruet,reliquus de pecuniis,& rebus
à depoſitario captis,priori, & fratribus, ac domui
vniuerſæ de neceſſariis veluti diſpenſator proui-
deat, mandante tamen ipſo priore,qui vnicuique,
non ſecundum proprium affectum, ſed charitatis
regulam prouideri curabit, officiorum huiuſmodi
inuicem confuſione penitus interdicta. Ceterum ij 18
rres,tam impenſi,quam accepti ſingulis menſibus
ſuo priori,adhibitis etiam duobus, vel tribus fratri
bus eiuſdẽ domus probatioribus, rerũq; vſu peri-
tis,deinde ipſemet, præſentibus priore, & peritis
prædictis,priori generali,vel prouinciali,vel viſita
toribus,quotieſcumq; viſitationis officiũ fecerint.
Deniq; ipſe prior generalis io omni proximo capi-
tulo generali, ſalutem coram tribus iudicibus ab
ipſo capitulo conſtitutis,illorum omnium,& etiam
vniuerſæ adminiſtrationis ſuæ,tam publice quã pri
uate,rationem reddere teneatur. Pecuniæ omnes, 19
& quæcũque aliæ res,cuicumq; priuatim, etiam in
tuitu perſonæ,vndecumq; donatæ,ſiue relictæ fue-
rint,ſuperiori,horarum viginti quatuor interuallo
exhibeantur, qui illas ſtatim depoſitario commit-
tat,& inde tamẽ exhibitori miniſtrari iubeat,quãtũ
rei conuenientis præſens neceſſitas,videbitur poſtu
lare.Fratres omnes etiam ſuperiores, & quomodo
cumque priuilegiati (ægrotatis tantum exceptis) 20
in refectorio cibum capiant,& communi menſa v-
tentes,communibus epulis veſcantur.In primis au-
tem ſenum,& ægrorum,necnon prædicatorum, lo
corum cura habeatur, & ita vt nihil eorum neceſ-
ſitati,& cõmoditati deſit.Omnes prædicti, quocũ-
que gradu & honore ſint,camiſiis laneis,& reliquo
veſtitu vnius modi,eodemque honeſto,& profeſſio
ni conuenienti, omni præterea ſupellectile, & in-
ſtrumẽto pauperi,atque humili vtantur.Nullus pri
uatum hortum habeat,ſed omnes omnibus domus
ſint communes,præterquam quoad infirmariã, &
nouitios,qui hortum,ſiue viridarium ſeiunctũ ha-
bere poſſint,in quo cæteri nullatenus ingrediãtur.
Nouitij etiam oblati ante decimum octauum æta-
tis ſuæ annum completum non recipiantur,neque an 21

ſe

te decimum nonum completum ad profeſſionẽ ad
22 mittantur. Qui hactenus recepti, etiam oblati deci-
mum quintum annum non compleuerint, dimiſſo
habitu religionis, domum ad parentes, & neceſſa-
rios, etiam inuiti remittãtur, vel alias omninu emit
tantur, nec poſtea in ędibus vnde exierint, aut in a-
23 liis eiuſdem ordinis domibus, vllo modu debeant
conuerſati. Laici, qui vigeſimum quintum annum
non attigerint, ad ſeruiendum non accipiantur, &
qui recepti etiam nunc ea ætate minores ſunt, reij-
24 ciantur. Nouitij non admittantur, aut educentur ni
ſi in conuentibus inſigniotibus, in quibus dormito
rium, & capitulum habeant omnino ſeparatum, cu
ius ingreſſus aliis fratribus ſit penitus interdictus.
25 In eiſdem dumibus ſit vnus magiſter, ætatis proue
ctioris, moribus & doctrina prẹditus, qui diligen-
ter habeat prædictorum nouitiorum curam, & il-
lis præſit. Ipſi autem in grammatica, cantu, cætemo
26 niis, & eis, quæ ad Chriſtianam diſciplinam faciũt,
inſtruãtur, nec è loco nouitiatus, niſi ad Eccleſiam,
refectorium, & ad publicas proceſſiones, & inter-
diu ad aliquam huneſtam recreationem, cum fida
cuſtodia exire debeant. In quacumque domo ſit v-
27 num veſtiatium commune, in quo omnia, omnium
frattum veſtimenta conferantur, quæ vnius modi
ſint, eademque nulla exquiſita arte laborata, ſed
ſimplicia, & honeſta, ita vt nec vnum ab altero di-
28 ſtinguatur. Cui veſtiario cuſtos præficiatur, qui mũ
ditiæ refectionis, & diſtributionis eorundem veſti
29 mentorum curam gerat. In omni domo lucus tutus
cum armariis, ſeu capſis habeatur, in quibus ſcrip-
turæ, prioilegia, contractus, & omnia iura ad domũ
pertinentia, itemque res pretioſæ Eccleſiarum, etiã
ſacræ cum ſuu inuentario, ſeu reperturio autbenti-
co aſſeruentur, præter eas, quæ quotidiano ſunt v-
ſui Eccleſiæ neceſſariæ quæ in ſacriſtia, & per ſacri
ſtiam cuſtodiantur, ita tamen, vt res ſacræ à profa-
nis diſtinguantur. Huius autem loci tres ſint clau-
ues, quarum vnam prior, alterã depoſitarius, tertiã
procurator domus habeat Simili quoque modo in
uentarium bonurum mobilium cuiuſque Eccleſiæ
& domus, necnon immubilium, & quorumcumq;
iurium ad conuentum pertinentium, in forma pro
banti conſcribatur, deque eo exemplum authenti-
cum fiat duplicatum, vt alterum in propria domo
remaneat, alterum vero in Archiuis inſigniotis, ſeu
30 principalis domus eius pruuinciæ reponatur. In
omni domo infirmaria commodo loco conſtituan-
tur pro fratribus infirmis, cui infirmarius ordine-
tur, per quem domus ipſa, de illis omnibus, quæ ad
animę, & curporis infirmorum ſalutem commoda,
31 & neceſſaria ſunt, charitatiue prouideatur. Poſtre-
mu prior cuiuſque domus præcipuam curã gerat,
vt Eccleſiæ in ſuis ſtructuris conſeruentur, & repa
rentur, mundæ præterea, & expurgatæ, vti decet,
contineantur, atque illis de libris, vaſis, ornamen-
tis, & aliis ad Altaris miniſterium, & Diuinum cul
tum pertinentibus prouideatur, quæ pariter mũda,
32 & nitida conſeruentur. Res ſacriſtiæ, cuiuſuis gene
ris ſint, nullu modo alienentur, nec pignori appo-
nantur, nec vllo modo alicui accomodentur, ſed ſu
lom Eccleſiæ propriæ ſeruiant. Decernentes irritũ,
33 & inane quidquid ſecus per quuſcumque, ſcienter,
vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca prio-
ri generali, ac omnibus fratribus prædictis per Apo
34 ſtolica ſcripta mandamus, vt quiſquis pro ſe præ-
ſentes literas humiliter recipiant, & quæcunque in
eis ſtatuta, decreta, & mandata ſunt, alia deſuper à
nobis non ſpectata iuſſione, ac mentis noſtræ decla
ratione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſe
35 obedire procurent. Quin etiam eidem priori gene
rali committimus, vt ipſe eaſdem præſentes in pro
ximo, & deinceps futuris generalibus, & prouin-
cialibus capitulis, & frequenter in omnibus domi-
bus publice legere, ac eas, & quidquid pro earum
executiune, & obſeruatione, tam ipſis capitulis ge-
neralibus, vel etiam extra illa ab ipſu adhibitis ali-
quot ex aliis prioribus, vel diffinitoribus prædictis,
quos duxerit eligendos, ſtatuetur, ordinabitur, &
decernetur, in omnibus prioratibus, ac ab omnib.
& ſingulis prioribus, fratribus, & perſonis prædi-
ctis, inuiulate faciat per ſe, vel alium, ſeu alios ob-
ſeruari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac e-
tiam proteſtantes, & reclamantes, eiſque auxilium,
conſilium, vel fauoretu, publice, vel occulte, dire-
cte, vel indirecte, quouis quęſito colore, vel inge-
nio præſtantes, tam Eccleſiaſticos, quam laicos, cu-
iuſcumque dignitatis, gradus, ordinis, vel conditio-
nis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccle
ſiaſticas, ac etiam prioratuum, dignitatum, & admi
niſtrationum præcepturias, cæteraque iuris, & facti
remedis uportuna, appellatione poſtpoſita compe
ſcendu. Quin etiam contendentes prędictos, in cen
ſuras, & pœnas ſupra ſcriptas incidiſſe, declarando,
inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio bra- 36
chij ſecularis. Non obſtantibus noſtris, de non tollẽ
do iure quæſito, & de annali, ac triennali poſſeſſio
ne, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus A-
poſtolicis, necnon ordinis prædicti iuramento, con
firmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia ro
boratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quo
que, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis illis, e-
iuſque ſuperioribus, & perſonis, eorumque ſingu-
lis, per quoſcumque Romanos Pontifices prẹde-
ceſſures nuſtros, ac nos, & ſedem Apoſtulicam, etiã
per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati cõ
tractus, ac alias ſub quibuſcumq; tenoribus, & for-
mis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in gene
re, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, ac etiam aliis
reformationibus, quotieſcumque, ac quocumque
tempore factis, & promulgatis, ac quibuſlibet aliis
indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, & ge
neralibus quorumcumque tenorum exiſtant, per
quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non in
ſerta, effectus earum, ſeu dictorum ordinariorum
iuriſdictiu, ſeu executio impediri valeat quomodo
libet, vel differri, & de quibus, quorumque totis te
norib. habenda ſit in noſtris literis mentiu ſpecialis.
Quæ oĩa, cõtra earundem præſentium tenorem, no
lumus cuiquam in aliquo ſuffragari. Denique etiã
volumus, vt ipſarum præſentium exempla, etiã im
preſſa, & Capituli, vel prioris generalis, ſeu alterius
perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, aut
eius curiæ ſigillo, & ſecretarij cuiuſuis eorum, vel
notarij publici mano obſignata, eandem illã pror-
ſus fidem vbique locorum, in iudicio, & extra illud
faciant, quam ipſæ præſentes facerent, ſi forent ex-
hibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum
liceat, hanc paginam nuſtrę reuocationis, abolitio-
nis, voluntatis, priuationis, amotionis, nunciatio-
nis, conceſſiunis, mandati, præcepti, interdicti, de-
clarationis, ſtatuti, ordinationis, permiſſionis, de-
creti, & commiſſionis infringere, &c. Dat. Romę,
apud S. Petrum, annu Incar. Domi. 1570. 3. Kal. Iu-
nij, Pont. noſtri, anno 5.

Bulla XXVIII.

Confirmatio inſtitutionis, & priuilegiorum Societatis Cruce ſignatorum.

SVMMARIVM.

1 *Societas Cruce ſignatorum inſtituta fuit pro Inquiſitorum præſidio in cauſis fidei, & à prædeceſſoribus varia priuilegia conceſſa fuerunt ei.*

2 *Et hic Pontifex dictam inſtitutionem Societatis, ac pri-*

priuilegia, quæ ſunt in vſu, Concilio Tridentino non repugnantia confirmat.
3 *Clauſula derogatoria.*

PIus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memo-
riam. Sacroſanctæ Romanæ, & vniuerſali Ec-
cleſiæ, Diuina diſponente clementia, meritis licet
inſufficientibus præſidentes, omnem paſtoralis no-
ſtri officij curam, ac vigilantiam, in id potiſſimum
adhibere debemus, vt fides Catholica vbique ter-
rarum, quantum in nobis eſt, integra, inuiolataque
conſeruetur, & impij, ac deteſtandi hæreticorũ co-
natus, ipſam vnam fidem violare ſatagentium, om-
1 nibus rationibus comprimantur. Vnde ſi quæ ad
iuuandum hunc noſtrum propoſitum, ac debitum
aliàs piè inſtituta, ac conceſſa fuiſſe à prædeceſſori
bus noſtris comperimus, libenter approbamus, &
aliàs deſuper diſponimus, prout in Domino conſpi
cimus ſalubriter expedire. Cum itaque, inter cæte-
ras, quæ in Eccleſia hactenus inſtitutæ ſunt Chriſti
fidelium Societates, illa ſatis vberes, Chriſtianæ Re
ligionis fructos afferre videatur, quæ ſub Cruce ſi-
gnatorum vocabolo ad aſſiſtendum Hæreticæ pra
uitatis Inquiſitoribus, auxiliũque, quando, & quo-
ties opus ſit, in Catholicæ fidei negotiis aduerſus
Hæreticos, etiam vitia ipſa præſtandum, inſtituta
exiſtit, vt non immeritò diuerſis Romanis Pontifi-
cibus prædeceſſoribus noſtris, ſpecialibus gratiis,
& priuilegiis fuerit decorata. Nos attendentes, qđ
ea obtineant maioris roboris firmitatem, quæ plu-
ries Apoſtolicæ confirmationis præſidio ſint com-
munita, vtque paternum noſtrum erga ipſam ſo-
cietatem charitatis affectum oſtendamus, eiuſdem
Societatis Cruce ſignatorum creationem, & inſti-
tutionem, ac priuilegia, quæ ſunt in vſu, necnõ in-
dulgentias, prærogatiuas, facultates, gratias, & in-
dulta quæcumque eidem Societati, & illius vtriuſ-
2 que ſexus confratribus, Cruce ſignatis, pro tempo-
re exiſtentibus, tàm per Innocentium III. Innocen-
tium VIII. Iulium II. Leonem X. Clementem VII.
quàm quoſcumq. alios Romanos Pontifices præ-
deceſſores noſtros, ſub quibuſcumq. tenoribus, &
formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis ha-
ctenus quomodolibet conceſſa, & confirmata, de-
cretis tamen Concilij Tridentini non repugnãtia,
necnon literas deſuper emanatas, illorum omnium,
& ſingulorum tenores, præſentibus pro ſufficiẽter
expreſſis habentes, auctoritate Apoſtolica, tenore
præſentium confirmamus, approbamus, & innoua
mus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis ro
bur adiicimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti
defectus, ſiqui forſan interuenerint in eiſdem, ſup-
3 plemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordi-
nationibus Apoſtolicis, cæteriſq. contrariis quibuſ-
cumque. Volumus autem, quod præſentium trã
ſumptis, etiam impreſſis, manu notarij publici ſub-
ſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Ec-
cleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique fides
adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi
forent exhibitæ, vel oſtenſ. Dat. Romæ, apud S. Pe
trum, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Octobris, 1570.
Pontific. noſtri, anno quinto.

Bulla XXIX.

Confraternitatis Sanctiſſimi nominis Dei, ſiue iuramentorum, inſtitui debent in Eccleſijs ordinis fratrum Prædicatorũ tantum, ſi ibi exiſtant; ſin autem, poſſunt erigi in alijs Eccleſijs cum licentia prioris eiuſdem ordinis.

S V M M A R I V M.

1 *Societates nominis Dei inſtituta fuerunt ab ordine fratrum Prædicatorum.*

Tom. 2. priu. Apoſt.

2 *Ideo Pontifex hic mandat huiuſmodi ſocietates erigi in Eccleſiis eiuſdem ordinis tantum, ſi ibi exiſtant, ſin autem etiam in alijs Eccleſijs cum licentia prioris.*
3 *Confratres aliter admiſſos indulgentias non conſequi decernit.*
4 *Et contrauenientes coerceri mandat per conſeruatorias eiuſdem ordinis.*
5 *Clauſula præſeruatiua.*
6 *Decretum irritans.*
7 *Clauſula derogatoria.*

PIus Papa V. Ad perpetuam rei memoriã. De-
cet Romanum Pontificem æqui, & boni ſupre-
mum aſſertorem, ita cuncta prouidè ſuo iudicio di
ſcutere, vt & ſcandalis quibuslibet obuietur, & ea
quæ in Diuini nominis gloriam ſunt ſtabilia, voti-
uum ſuſcipiat incrementũ. Accepimus ſanè nuper,
quod ſocietatis nominis Dei, ſiue iuramẽtorũ, origi
nem, & ortum habuerit ab ordine Prædicatorum,
eo quod ab eiuſdem ordinis profeſſoribus fuerit
inſtituta, & aucta, necnon interuentu dilectorum
filiorum fratrum dicti ordinis, multæ indulgentiæ, 1
aliaq. priuilegia, & fauores dictæ ſocietati ab Apo-
ſtolica ſede fuerunt conceſſa, tamen multi clerici,
& parochi in ſuis Eccleſijs dictam ſocietatem erige
re ſtudent, ita vt aliquando ſint plures in eadem Ci
uitate ſocietates, ſeu confraternitates dictæ inuoca
tionis nominis Dei, ſeu iuramentorum, in diminu-
tionem obſeruantiæ, & deuotionis, quæ ex frequen
tia conuenientium oriri ſolet, & non ſine aliqua cõ
fuſione, quæ ob præfatam cauſam in die Circunci-
ſionis Domini, quando feſtum prædictæ ſocietatis,
ſeu confraternitatis obſeruari debet, accedere con-
ſueuit. Nos in præmiſſis, pro noſtri paſtoralis offi- 2
cij debito opportunè prouidere volentes, motu pro
prio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ peti-
tionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & cer
ta ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis ple-
nitudine, quod in ciuitatibus, oppidis, & locis to-
tius orbis Chriſtiani, vbi fuerint Eccleſiæ ordinis
Prædicatorum, ibi tantum, vel in huiuſmodi ciui-
tatibus, oppidis, vel locis, & in dictis Eccleſijs præ
dicatorum duntaxat, dicta ſocietas, ſeu confraterni
tas huiuſmodi inſtituantur in ciuitatibus, oppidis,
aut locis, in quibus non fuerit dicti ordinis domus,
aut in finitimis Eccleſijs, abſque licentia prioris
prouincialis, ſeu Conuentualis dicti ordinis, in cu-
ius diſtrictu fuerit Eccleſia, in qua dicta confrater-
nitas, ſeu ſocietas eſt, vel erit erigenda. Quod ſi ſe- 3
cus factum fuerit, confratres taliter admiſſi dictæ
confraternitatis, ſeu ſocietatis indulgentias nõ con
ſequantur, nec fauoribus, aut priuilegiis gaudeant,
quæ confratribus legitimè adſcriptis per ſedem
præfatam conceduntur. Apoſtolica authoritate,
tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordina-
mus, ac etiam diſtrictius inhibemus, ſicque volu-
mus, & præcipimus. Et nihilominus dilectis filiis
conſeruatoribus dicti ordinis, motu ſimili per præ-
ſentes mandamus, aut contradictores, ſeu attentan-
tes authoritate noſtra prohibeant, ac etiam per cen
ſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas etiam pecunia-
rias, ac cætera iuris, & facti remedia opportuna, ap- 4
pellatione poſtpoſita compeſcant, & reprimant, ſu-
per quibus illis facultatem, poteſtatem, & authori-
tatem eiſdem authoritate, & tenore cõcedimus, &
impartimur. Decernentes præſentes literas de ſu-
breptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis
noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, vel impu-
gnari, ſeu aliàs quomodolibet infringi, vel retracta-
ri nullatenus vnquã poſſe, ſed eas ſemper validas,
& efficaces exiſtere, ſuoſq. plenarios effectus ſorti-
ri, & obtinere, necnõ ab omnibus, quos illæ cõcer-

Dd nunt,

nunt, inuiolabiliter perpetuò obſeruari, ſicque in
præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcum-
5 que iudices, & commiſſarios, etiam Sanctæ Roma
næ Eccleſię Cardinales, ac Palatij noſtri Apoſtolici
cauſarum auditores, ſublatâ eis, & eorum cuilibet
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& authoritate, iudicari, & definiri debere, irritum
quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquã, qua-
6 uis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac fęlicis re-
cordationis Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris
noſtri de vna, & Concilij Generali de duabus diæ-
tis, dummodò vltra tres ad iudicium, vigore præ-
ſentium non trahatur, & aliis Apoſtolicis conſti-
tutionibus, & ordinationibus, necnon dicti ordi-
nis etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſue-
tudinibus, priuilegiis quoq; indultis, & literis Apo
ſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac
cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatoriis,
aliiſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, et motu,
& ſcientia ſimilibus, et conſiſtorialiter, ac aliàs in
contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, &
innouatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorum-
que totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, indiuidua,
& expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſi
7 ta forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmo-
di, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo,
& forma in illis tradita obſeruata inſererentur præ
ſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo ro-
bore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, &
expreſsè derogamus, cõtrariis quibuſcumque, aut
ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit
ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excom
municari non poſſint per literas Apoſtolicas non fa
cientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-
bum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum
quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæ
que loca, vbi neceſſarium fuerit, deferre, volumus
quod illarum trãſumptis manu alicuius notarij pu-
blici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in digni
tate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 21. Iunij, Pontificatus noſtri anno 6.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Facultas conceſſa Congregationi Caſſinenſi, alienandi eius bona vſque ad ſummam quinquaginta millium ſcutorum.

De alienatione verò regularium, vide i 10. r. 99. 10. q. 27.

PIus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriã, decet ex benigno Apoſtolicæ ſedis prouidere ſubſidio, vt perſonæ regulares, ac ſub Religionis iugo Chriſto Saluatori in caſtitatis holocauſto famulantes, in ſuis neceſſitatibus aliquod ſuſcipiant releuamen. Cum itaque, ſicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus præſidens Generalis congregationis Caſſinenſis, aliàs Sanctæ Iuſtinæ de Padua, ordinis Sancti Benedicti, ob malas temporum cõditiones, atque plura, & diuerſa ſubſidia, quę pro ſubleuãdis onerib. ſedi præfatæ, & aliis Catholicis, etiam ſecularibus Principibus, incumbentibus, à certis annis per nos, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, congregationibus ordinum Regulariũ Italiæ impoſita fuerunt, dilecti filij Congregatio Caſſinenſis præfata, ſeu illius particulares Abbates, monaſteria, & conuentus, adeo ære alieno grauata ſint, vt nequaquam ad illud debito tempore perſoluẽdum ordinarij Congregationis, monaſteriorumque, & Cõuentuum huiuſmodi redditus ſufficiant, dictus modernus præſidẽs Generalis, nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ſibi, dictæque congregationi, de alicuius ſubuẽtionis auxilio ſuccurrere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui fideliom quorumcũque, & pręſertim Religioſarum perſonarum votis, libenter annuimus, Præſidentem, ac Congregationem huiuſmodi, ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi, ac eorũ indigentiis paterna pietate conſulere volentes, ipſoſque, & dictæ congregationis ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quib. quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequẽdum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cẽſentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, eidem moderno, ac pro tempore exiſtenti, eiuſdem Congregationis Præſidenti Generali, aut cuicumq. alteri, vel aliis, quem, ſeu quos dictus modernus, & pro tempore exiſtens Præſidens Generalis, etiam ſolus, abſq. aliquorũ aliorũ conſilio, interuentu, vel conſenſu, ſed pro eorum cuiuslibet libito voluntatis, & totiens, quotiens duxerit conſtituendos, & remouendos, quod vltra ſummas quantitates, pretia, & valorem, ad quæ vigore quorumcumq. priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum, in genere, vel ſpecie ipſi Congregationi, illiuſque pro tempore Generali præſidenti diffinitoribus, viſitatoribus, Abbatibus, Conuentibus, prælatis, aliiſque ſuperioribus, & præſertim literarum noſtrarũ, pro faciliori præſtatione ſubſidij, vltimo per nos, ipſis Cõgregationibus indicti editarum, licentia, & facultas ſimilis, vel diſſimilis infra dicendas alienationes faciendi, conceſſa reperitur, ſuper quibuſuis, etiã immobilibus bonis, & rebus ad eandem Congregationem Caſſinenſem, ſeu vnum, duo, plura, vel omnia, & ſingula illius particularia monaſteria, prioratus, menſas, tam Abbatiales, quam Cõuentuales, & alia regularia loca, etiam ære alieno huiuſmodi nequaquam grauata, quocumque iure, vel titulo ſpectantibus, & pertinentibus, vbicumque conſiſtentibus, & cuiuſuis naturæ, & qualitatis exiſtẽtibus, cõiunctim, vel diuiſim, ac in vna, pluribuſve, & diuerſis vicibus, ac temporibus, nulla alia in id noſtra, & ſedis Apoſtolicæ, ſeu ordinariorum locorum, aut capituli Generalis, viſitatorum, diffinitorum, vel aliorum prælatorum, & ſuperiorum dictæ Congregationis, aut Abbatum, cõuentuum, Monaſteriorũ, Prioratuum, & aliorum locorum Regularium huiuſmodi, requiſita licentia, aut conſenſu, imò illis expreſsè contradicentibus, & inuitis, etiam abſque tractatibus, omnibuſque ſolemnitatibus, & aliis de iure, vſu, cõſuetudine, priuilegio, ſeu iuxta ſtatuta, & ordinationes dictæ cõgregationis, & regulæ beati Patris Benedicti, illiuſve particularium, Monaſteriorum prioratuum, & aliorum locorum, etiam in illorũ fundatione, vel à teſtatoribus, & aliis pijs benefactoribus Imperiali, Regali, Ducali, aut alia maiore dignitate, & præeminẽtia, dum in humanis fuerunt pollentibus, à quibus bona ipſa peruenerũt in eorum vltimis voluntatibus, ſeu aliis diſpoſitionibus requiſitis, & appoſitis, in ſimilib. quomodolibet neceſſariis, penitus omiſſis, quoſcumque annuos etiam perpetuos cenſus, redditus canones, libellos, fructus, vſus, feuda, & alias reſponſiones, vſque ad ſummam quinquaginta millium ſcutorum auri in auro, imponere, & conſtituere, illoſque, & illa, imò ipſa quoq. bona, & res etiam ſi caſtra, vaſſallagia, & iuriſdictiones exiſtant, quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis, vel ſæcularibus communitatibus,

& Vni-

Digitized by Google

& Vniuerſitatibus,collegiis,capitulis,cōuentibus, vel aliis locis in Emphyteuſim, libellum, vſum,cenſum,precariam,locationem, aliove quouis modo, titulo,& cauſa ſimilibus,aut diſſimilibus, ad vnā, vel plures generationes,ſeu perpetuò, vel ad tempus,quantumuis diuturnum,ēt ad meram,nudam, omnimodam, & perpetuam hæreditatem, ac proprietatem,pro ſe,hæredibuſque,& ſucceſſorib. quibuſcumque, pro pretio, ſeu pretiis repetibilibus, quod dictam quinquaginta Scutorum auri in auro ſummam,non excedat,concedere, vendere, diſtrahere,locare, pignorare,atq. alienationis vocabulo latiſſimè ſumpto,etiam nullo penitus vſu,iure, vel actione deſuper ipſis congregationi, vel monaſteriis,prioratibus,conuentibus,menſis, & aliis regularibus locis,ad quæ ſpectant,illorumve pro tēpore Abbatibus,prioribus,conuentibus, prælatis,aut aliis ſuperioribus, & perſonis reſeru..tis alienare, necnon bona, & res huiuſmodi, ſi quæ in feudum, Emphyteuſim,libellum,cenſum,vſum, preciarum, locationem. ſeu aliàs perpetuò, vel ad tēpus,ac ad vnam, vel plures generationes, aut nominationes iam conceſſa ſint,& annui canonis,libelli,pēſionis, fructus,vſus,cenſus,reſponſionis, alterius vere cognitionis perpetuata,vel tēporali ſolutione,vel pręſtatione,etiam per modum tituli honorarij, ipſi cōgregationi Caſſinenſi, aut alicui ex eius Monaſterijs,prioratibus,conuentibus,& menſis,ac aliis regularibus locia, quomodolibet obnoxia ſint, plurium annorum penſione, ſeu alia quauis præſtatione pro illis anticipata,aut alterius pretij quantitate propterea recepta, liberare, & affrancare, francaque, & libera perpetuò apud illorum feudatarios, Emphyteutas,libellarios,cenſuarios,vſuarios, precarios,conductores,omneſq. alios,& ſingulos, illa pro tempore obtinentes,quocumque modo nuncupatos,ac eorum hæredes, & ſucceſſores quoſcumque dimittere,necnon pretium,& pretia ex conceſſionibus, locationibus, diſtractionibus, alienationibus,aliiſque oībus, & ſingulis ſupra ſcriptis prouenientia,exigere,recipere, ſeu recepiſſe confiteri, de exactis,receptis,ſeu confeſſatis in forma iuris valida quietare, & abſoluere, & liberare, ac pro euictione:atque legitima defenſione impoſitionis, & conſtitutionis cenſuum,canonum,libellorum, fructuum,vſuum,feudorum,& aliarum reſponſionū, bonorumque, & rerū huiuſmodi, etiam perpetuò vt præfertur,locandorum,vendendorum,alienandorum,ſeu liberādorum,euictione,& legitima defenſione,necnon fructuum,& emolumētorum, inter modernum præfatum,& præſidem Generalem pro tempore eiuſdem cōgregationis, ſeu illum,vel illos,quem,ſeu quos ad id, vt pr· fertur, conſtituet ex vna, atque præmiſſorum emptoris partibus altera conueniendorum ſolutione,loco, & tempore congruis faciēda, ac perpetua, & inuiolabili obſeruatione omniū,& ſingulorum aliorū inſtrumento, ſeu inſtrumentis deſuper conficiendis promittendorum dictæ congregationis, ac ſingulorum ēt omnium illis,monaſteriorum,prioratuum,conuentuum,menſarum,& aliorum quorumcumque locorum regularium, vbilibet exiſtentium, bona quæcumq;,præſentia,& futura,particularia,& vniuerſalia vbicumque exiſtentia, necnon ipſam congregationem,ac illius pro tempore præſidentem generalem,viſitatores,diffinitores,Abbates,priores,cōuentus,alioſque prælatos, ſuperiores, & perſonas, etiam in ampliori forma cameræ Apoſtolicæ,cum iuramento procuratorum,conſtitutionibus, renunciationibus, & aliis de ſtylo notariorū,vſu,& conſuetudine Romanæ Curiæ in ſimilibus apponi ſolitis, & neceſſariis,obligare,& ſolemniter hypothecare; perſonis verò ipſis communitatibus, vniuerſitatibus,collegiis,capitulis, conuentibus,locis, & aliis ſupradictis, vt cenſus ipſos ēt à quibuſuis grauaminibus,& oneribus liberos, & penitùs immunes,aliaq. omnia,& ſingula ſupradicta ēt in perpetuum emere,acquirere,liberare,affrancare,fructuſque,& emolumēta quæcumque,inde præſertim ex cēſuum,fructuum,vſuum,& libellorum huiuſmodi conſtitutione, & impoſitione, in ſortem principalem nequaquam computādo,vt eſt moris, exigere, percipere,ac in ſuos,& alios ſibi benè viſos vſus,& vtilitatem conuertere,ac de illis, quæ ſic adquiſiuerint, emerint, & affrancauerint, prout de aliis eorū bonis propriis liberis,franchis,& allodialib. diſponere,necnon ſcripturas,& quæcumque inſtrumenta publica,vel priuata deſuper oportuna, cautelis. pactis,promiſſionibus,renunciationibus,iuramēto, & aliis in id neceſſariis,vallata,& firmata, celebrare liberè.ac licitè poſſint,& valeāt,licentiam, facultatem,& authoritatem omnimodas, Apoſtolica authoritate,tenore præſentium concedimus,& indulgemus.conſtitutioneſque,impoſitiones,conceſſiones,locationes,venditiones, alienationes ēt perpetuas,liberationes,promiſſiones,obligationes,hypothecas,renunciationes,ac alia p̄miſſa, & quidquid vigore præſentium fiet,& inde pro tempore ſequetur,ex nunc, prout ex tunc,& è cōtra,authoritate, & tenore præmiſſis approbamus,& confirmamus, illiſque perpetuæ, ac inuiolabilis firmitatis robur adiicimus,omneſque,& ſingulos,tam iuris,quā facti, & omiſſarum quorumcumque ſolemnitatum, 3
etiam ſubſtantialium defectus,ſiqui in illis interuenient,etiamſi tales fuerint,qui non generali ſermone comprehendantur,ſed nota, & expreſſione ſpeciali indigeant, ſupplemus, necnon reſtitutionis in integrum,aut enormis, aut enormiſſimæ læſionis, ſiue alio quouis remedio, beneficio, aut prætextu nullo vnquam tempore,in toto, vel in parte reſcindi,reuocari,annullari, infringi, limitari, moderari, ad terminos iuris reduci poſſe,ſed valida,& efficacia fore,& eſſe,& perpetuò ſubſiſtere, eoſdemque prorſus operari effectus,ac vniuerſam cōgregationem antedictam,atque illius pro tēpore præſidentem Generalem, viſitatores, diffinitores, Abbates, priores, prælatos,ſuperiores,monaſteria,& Cōuentus,ad illorum inuiolabilem obſeruantiā,perpetuò teneri,& obligatas eſſe,ad idq. etiā cēſuris, & aliis pœnis Eccleſiaſticis cogi, & compelli poſſe, necnō eam,eos,& illa, ac illorum, & cuiuslibet eorū vniuerſalia, & particularia loca, & bona, quæcumque,præſentia,& æque afficere,ac illis omnibus,& ſingulis cum quibus contraxerint eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque perpetuò ſuffragari, & ſuos plenarios,& integros effectus ſortiri debere,perinde,ac ſi iuſta,vrgens,& approbata à iure, præmiſſaque alienandi cauſa verè ſubeſſet, & in capitulo Generali eiuſdem congregationis, cum de interuentu, ac de conſenſu non ſolum pro tempore illius Præſidentis Generalis,viſitatorum,diffinitorum,necnon omnium,& ſingulorum aliorum in eodē capitulo quomodolibet de iure, priuilegio,conſuetudine,vel aliàs vocē habentium ſed ſingulorum Abbatum,priorū, & Cōuentuum, Monaſteriorum,prioratuum, & aliorum locorum regularium, congregationis huiuſmodi capitulariter,præuia licentia Apoſtolica, ac debitis tractatibus, aliiſque ſolemnitatibus in id,de iure, & iuxta formam ſtatutorum,ſeu conſtitutionum eiuſdē congregationis,& ordinis,aut aliàs requiſitis, ſeruatis, & adhibitis,peracta fuiſſent,ſtatuimus.Ad hęc prę 4
ſidentem pro tempore Generalem dictæ congregationis,ac illum,vel illos,quem, ſeu quos ad præmiſſa deputabunt, & conſtituent, eoſve cum quibus contraxerint, ac illorum hæredes, & ſucceſ-

ſores quoſcumque, nullo vnquam tempore teneri,
aut obligatos eſſe ad ducendum, ſeu aliquo pacto
iuſtificandum, quod æs alienum, & neceſſitas huiuſ
modi, vel aliæ cauſæ probabiles alienandi ſubſint,
vel adfuerint, aut pretium, & pecunias inde pro
tempore redigēdas, in extinctionem dicti æris alie
ni conuerſas, ſeu vſque ad ſummam, & quātitatem
ſupradictorum quinquaginta milliū ſcutorum auri
in auro duntaxat, & non vltrà, de bonis, & rebus ſu
praſcriptis alienatum fuiſſe, præſentiumque ſolam
narratiuam, ad plenam, & omniū ſingulorum præ-
miſſorum in iudicio, & extra probationem, ita vt
nulla alia in cōtrarium probatio admitti poſſit, vel
debeat, ſufficere, quin imo, etiam quod de cōtrario
quouis modo vnquam appareret, præmiſſaq. ſupe
rius narrata veritate non ſubſiſterent, vel plus, aut
minus, earumdem præſentium vigore de bonis, &
rebus vnius tantum, ſeu duorum, vel plurium, ac
aliorum omnium eiuſdem congregationis, Mona-
ſteriorum, & locorum regularium, etiam ære alie-
no nō grauatorum, æqualiter, vel inæqualiter quā
fieri debuiſſe videatur alienatum, & diſtractū fuiſ-
ſe conſtaret, præſentes literas, & quidquid illarum
vigore pro tempore ſequetur, & fiet de ſubreptio-
nis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtrę, ſeu
alio nullitatis defectu notati, argui, & impugnari
5 non poſſe: Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis
per quoſcumq. iudices, & commiſſarios, quauis au
thoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& aothoritate, iudicari, & definiri debere; & ſi ſe-
cus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, &
inane decernimus. Quocirca, Venerabilibus fratri-
bus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac di
lectis filiis eorum Vicariis in Spiritualibus Gene-
ralibus, & Curiæ cauſarū Cameræ Apoſtolicæ Ge-
nerali Auditori, necnon Abbatibus, prioribus, præ-
6 poſitis, Decanis, archidiaconis, canonicis, & capitu
lis, aliiſq. quarumcumque Eccleſiarum prælatis, &
perſonis vbilibet exiſtentibus, ac aliis, ad quos id
quomodolibet ſpectat, & ſpectabit per præſentes,
committimus, & mādamus, quatenus ipſi, aut duo,
vel vnus eorum per ſe, vel aliū, ſeu alios, præſentes
literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quan
do opus fuerit, ac quoties pro parte, nunc, & pro tē
pore exiſtentis præſidentis Generalis dictæ cōgre-
gationis, & ab eo deputandorum, aut perſonarum
cum illis contrahentium, vel alicuius eorum, fue-
rint requiſiti ſolemniter publicantes, ac illis in præ
miſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, fa-
ciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & om-
nia in eis contenta ab omnibus, quos illa concer-
nunt, integrè, & inuiolabiliter obſeruari, ac præſi-
dentem præfatum, illoſque ab eo deputandos, &
perſonas prædictas, & eorum quemlibet, præmiſſis
omnibus, iuxta præſentium continentiam, & teno-
rem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes il-
lum, ſeu illos, aut eorum aliquē deſuper à quoquā,
quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, & in
quietari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac
præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Ec-
cleſiaſticas, aliaque oportuna iuris remedia, appel
latione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis
ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, cenſu
ras, & pęnas ipſas incurriſſe declarando, necnō eas
etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam
ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nō
obſtantibus pręmiſſis, ac fęlicis recordationis Sym
machi, quę incipit, non liceat Papæ, & Pauli Secun
di, ac Pauli Quarti, & aliorum Romanorum Ponti-
ficum prædeceſſorum noſtrorum, ac etiam noſtris
de rebus Eccleſiæ non alienandis, & malè alienatis
recoperandis, necnō, quatenùs opus ſit, alia noſtra,
de non tollēdo iure quæſito, ac aliis Apoſtolicis, &
in quibuſuis Generalibus, Prouincialibus, ſeu Syno
dalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus
conſtitutionibus, & ordinationibus, ac congrega-
tionis, & ordinis prædictorū, & illius particulariū
monaſteriorum, prioratuum, & aliorum locorum,
etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel
quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudi
nibus, necnon teſtamētis, codicillis, donationibus,
& legatis, fideicommiſſis, aliiſque diſpoſitionibus,
& contractibus, etiam laicorū, cauſa mortis, ſeu in-
ter viuos, de bonis, & rebus ſupradictis in fauorem
dictæ congregationis, & ordinis, eiuſque monaſte- 7
riorum prioratuum, menſarum, & aliorum regu-
larium locorum, quomodocumq. factis, illorum-
que alienationes, immutationes, aut alias conditio-
nes fieri, ſpecialiter, & expreſsè prohibentibus, &
in euentum alienationis, immutationis, aut alterius
diſpoſitionis pia, aut alia loca etiam plura, ordine
ſucceſſiuo ipſo facto ſubſtituentibus, vel illa ad hæ
redes redire omninò volentibus, ac aliàs in cōtra-
rium quomodolibet conditis, ſupradictiſque iura-
mentis, & confirmatione Apoſtolica, ſeu quocum-
que alio vinculo roboratis, & firmatis, priuilegiis
quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrariū
quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifi
ces prædeceſſores noſtros, ac etiam per nos motu
proprio conſiſtorialiter, ſeu aliàs etiam iteratis vi-
cibus conceſſis, cōfirmatis, & innouatis, quibus om
nibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis
tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, nō autem
per clauſulas generales idem importātes mētio, ſeu
quæuis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exqui-
ſita forma ad hoc ſeruāda foret, illorumq. tenores
præſentibus pro expreſſis habētes, illis aliàs in ſuo
robore permāſuris, hac vice dūtaxat, ſpecialiter, &
expreſsè derogamus, cōtrariis quibuſcumque. Aut
ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit
Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excō-
municari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non
facientes plenā, & expreſſam, ac de verbo ad verbū
de indulto huiuſmodi mētionem. Volumus autem
quod earundem pręſentium tranſumptis, etiam im
preſſis, manu alicuius notarii publici ſubſcriptis, &
ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ,
aut Curiæ Eccleſiaſticę obſignatis, eadem illis pror
ſus fides in iudicio, & extra illud, vbique adhibea-
tur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ac ſi eſſent
exhibitæ, vel oſtēſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrū ſub
annulo Piſcatoris die 5. Octobris, 1571. Pontif. no-
ſtri, anno ſexto.

Bulla XXXI.

SVMMARIVM.

Exemptio monaſteriorum, priorumque locorum, ab onere hoſpitandi milites.

PIus Papa Quintus, Motu proprio, &c. Cū ſicut
nō ſine graui dolore, nobis innotuit, omnia, &
ſingula, ſeu quam plurima huius almæ Vrbis, ac ē
ſtatus noſtri Eccleſiaſtici, cōuētus, & monaſteria, &
alia Eccleſiaſtica, & pia loca, tàm ſæcularia, quā re-
gularia, & à perſonis religioſis quomodolibet inha
bitata, eo tempore, quo equites, & milites eiuſdem
almæ vrbis, ac ſtatus Eccleſiaſtici præſati pro defen
ſione ipſius vrbis, & ſtatus aduerſus infeſtiſſimum
Turcarum Tyrannum, vel ob aliàs, q̄ pro tempore
ſeſe offerent cauſas, expediti, & ad diuerſa eiuſdem
ſtatus loca tranſmitti contingit, ab eiſdem equiti-
bus, & militibus perturbentur, & moleſtentur, ipſi-
que conuentus, monaſteria, & alia Eccleſiaſtica, &
pia

pia loca in eorundem equitum, ſeu militum diſtri-
butione nonnullos eorumdem equitum, & militũ
intra eorum domos, & monaſteria hoſpitio excipe
re cogantur, in maximum eorum detrimẽtum, Di-
uini cultus perturbationem grauiſſimum Religio-
nis dedecus, Dei optimi offenſam, & non ſolum
præter omnem noſtrum intentionem, verum etiam
intolerabilem animi noſtri amaritudinem. Quapro
pter nos in præmiſſis quãtum cum Deo poſſumus,
de optimo remedio, celeri manu prouidere, ac mo
naſteriorum, & aliorum Eccleſiaſticorũ, & piorum
locorum huiuſmodi perſonarũ, Deo Altiſſimo, die,
noctuq. famulantium, quieti, integritati, & decori
conſulere volentes, motu ſimili, & ex certa noſtra
ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
vniuerſis, & ſingulis, tàm dictæ almæ vrbis, quàm
totius ſtatus præfati gubernatoribus, poteſtatibus,
ducibus, & capitaneis, communitatibuſque, & vni-
uerſitatibus, & aliis, ad quos ſpectat, & pertinet, ac
ſpectabit, & pertinebit quomodolibet in futurum,
ne deinceps perpetuis futuris temporibus in eo-
rundem militum, & equorum diſtributione, tam in
tranſeundo, quam inibi commorando, communita
tibus, & Vniuerſitatib. videlicet, ne dictos equites,
ac milites, in eiſdem monaſteriis, cænobiis, domi-
bus, & aliis Eccleſiaſticis, & piis locis, ſub duorum
millium ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ, ipſo
facto applicãdi, & aliis arbitrii noſtri pęnis, quouis
quæſito colore, cauſa, ingenio, ſiue prætextu, diſtri
buere, ſiue aſſignare, vel ad illos recipiendum, &
hoſpitio excipiẽdum cogere, ipſis verò capitaneis,
& ducibus, ne eoſdem ſuos equites, & milites ſub
indignationis noſtræ, & priuationis officiorũ ſuo-
rum, aliiſque etiam arbitrii noſtri pœnis, in dictis
monaſteriis, cænobiis, domibus, & aliis Eccleſiaſti-
cis, & piis locis, etſi communitates, & vniuerſitates
ipſæ eadem loca eiſdem aſſignaſſent diſtribuant.
Gubernatoribus verò, & ipſarum ciuitatum, & lo-
corum Prætoribus, ac aliis officialibus quibuſcum-
que quominus præmiſſa ab ipſis communitatibus,
& Vniuerſitatibus, ac capitaneis, & ducibus ſub eiſ
dem indignationis noſtræ, ac etiam priuationis of
ficiorum ſuorum præſtorum reſpectiuè pœnis, au
thoritate Apoſtolica, ſinant, vel permittant, inhibe-
mus, præcipimus, committimus, & mandamus. Et
inſuper tàm illis, quàm equitibus, & militibus, prę-
fatis, ne monaſteria cænobia, & loca pia huiuſmo-
di in perſonis, rebus, & bonis, aut alias deſuper,
quomodolibet moleſtare, perturbare, impedire, &
inquietare, ſeu moleſtari, perturbari, vel aliàs in-
quietari facere audeant, vel præſumant, in virtute
ſanctæ obedientiæ, & ſub iam dictis pęnis, eadem
authoritate inhibemus, pręcipimus, committimus,
& mandamus, ipſa monaſteria, cænobia, domos, &
alia Eccleſiaſtica, & pia loca, ex nunc ab eiſdem mi
litibus, & equitibus, ab onere illos hoſpitio excipiẽ
di, motu, authoritate ſimilibus eximendo, & totali-
ter liberando, ac libera, & immunia faciendi. Nec-
non dilectis filiis noſtris, Vitellotio Cardinali Vitel
lio nuncupato, & pro tempore exiſtenti, S.R.E.Ca
merario, ac præſidentibus, & clericis Cameræ Apo
ſtolicæ vt eiſdem monaſteriis, & piis locis, in præ-
miſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, nõ
permittant illa, ſeu illorum perſonas à prædictis mi
litibus, & equitibus, illorumque hoſpitio grauari
contra præſentiũ tenores, ſed literas, & exemptio-
nes huiuſmodi eis deſuper cõcedant, ac fauorabili
ter defendant, ẽt præcipimus, & mandamus; Et ſic
per quoſcumq. iudices, ſublata, &c. iudicari, &c. de
6 bere, irritum quoq. &c. decernimus. Non obſtanti-
bus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus,
Apoſtolicis ſtatutis, etiam iuramẽto, &c. roboratis,
7 priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis
Tom. 2. priu. Apoſt.

quibuſuis, etiam prædictis, ac aliis quibuſuis perſo-
nis, ſub quibuſcumq. tenoribus, ac aliàs in contra-
rium quomodolibet conceſſis, & cõcedendis. Qui-
bus omnibus illorum tenores, &c. latiſſimè deroga
mus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, cũ clau-
ſulis opportunis, & cum abſolutione, ad effectũ, &c.
& de commiſſione, mandato, inhibitione, præce-
pto, exẽptione, liberatione, decreto, derogatione,
aliiſque præmiſſis, extendendo perpetuò in forma 8
gratioſa, & ſi videbitur cum opportuna executorũ
deputatione, qui aſſiſtant, ac ſub cenſuris, & pęnis,
etiam pecuniariis, &c. Secularis, cum opportuna di-
ctarum derogatione latiſſimè extendẽda, & quod
præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiã maior,
& verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in lite
ris, ẽt ad partem pro quolibet monaſterio, & pio
loco, ſi videbitur per breue noſtrum expediendis,
ſeu ſi videbitur, præſentis noſtri motus proprij ſo-
la ſignatura ſufficiat, & vbique fidem faciat in iudi 9
cio, extraque, regula contraria non obſtantibus.

Tertij ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia reformatio.

Bulla XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Rodulphus Epiſcopus Hoſtienſis Cardinalis Carpenſis ordinis protector.*
2 *Extinctio officij viſitatoris, miniſtri, & vicarij tertij ordinis.*
3 *Subiicitur hic ordo tertius generalibus miniſtris fratrum Minorum de obſeruantia.*
4 *Tertii ordinis ſuperiores, & protectores.*
5 *Capitulis huius ordinis intereſſe debet authoritas ſuperiorum.*
6 *Viſitatores quomodo eligendi.*
7 *Officia elapſo anno vacent.*
8 *Viſitatori cuiuſcumque prouincia obediendum.*
9 *Facultates viſitatorum prouincialium.*
10 *Nihil poſſideatur in hoc ordine, vel propriè vel priuatim.*
11 *Clauſura perpetua obligentur Sorores huius tertii ordinis.*
12 *Prohibitio confeſſorum, & Prædicatorum per ſuperiores.*
13 *Dubiorum diſcuſſio, & declaratio reſeruatur generali.*
14 *Clauſula præſeruatiua.*
15 *Decretum irritans.*
16 *Priuilegia Minorum de obſeruantia huic tertio ordini conceduntur.*
17 *Facultas deputatorum executorum.*
18 *Clauſula derogatoria.*
19 *Reformationi fratrum, & ſororum tertii ordinis in Regnis Hiſpaniæ hac reformatio nihil minuit, vel addit.*

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Ea eſt officij noſtri ra-
tio, vt cum de cæteris Eccleſiæ nobis commiſſæ or
dinibus, vel in ſua integritate continendis, vel ad
inſtitutum reuocandis, curam perpetuam capia-
mus, maiore tamen in ſolicitudine eadem illa in re-
ligioſorum ſodalitatibus requirimus, quos ideo
Altiſſimus in ſuum ſibi ſanctuarium ſegregauit, vt
cæteros fideles viam doceant, qua & ipſi æternæ
Salutis beatitudinem conſequantur. Itaque in-
ter cæteras Religiones, fratrum quoque tertij or-
dinis ſancti Franciſci de pœnitentia nuncupati in 1
congregatione viuentium, ac tribus votis ſubſtan-
tialibus adſtrictorum ſtatus nos commouet, vt ad
illum reformandum ſtudia noſtra conferamus,

Digitized by Google

quaodo vel ex tam multis,quæ bonæ memotiæ Ro
dulphus Epiſcopus Hoſtienſis,Cardinalis Carpen-
ſis nuncupatus dicti ordinis protector, Sedis Apo-
ſtolicæ authoritate fretus , in reparanda horum di-
ſciplina, præclare, & ſalubriter edidit Religionem
hâc parum admodum profeciſſe agnouimus . Pro-
inde nos hac præcipua morbi cauſa ex propria præ
ſidentium,& aliorum miniſtrorum negligentia,vel
inſcitia comperta in communem dicti ordinis ſa-
lutem alia ratione intenti , de nobis attributa pote-
ſtatis plenitudine , officia Magiſtratus, & Viſitato-
ris Generalis dicti ordinis perpetuò extinguimus ,
& abolemus,ac Miniſtrum viſitatorem, & Vicariū
Generalem eiuſdem ordinis officio , vſu,& exerci-
tio omnimodè interdicimus , edictoque prohibe-
mus , ne vllus poſthac Miniſter vicarius, ac viſita-
tor Generalis de dicto ordine habeatur .
Cæterum , vt deinceps ordo ipſe vtiliorum Re-
ctorum conſilio, & opera dirigatur,nos diuerſorū
etiam prædeceſſorum noſtrorum ordinationes ſe-
3 quentes,vniuerſos,& ſingulos fratres,ſorores, pro
feſſos,& conuerſos,necnon domos,monaſteria, &
loca virorum,& mulierum,ac cuſtodias,& prouin
cias per vniuerſum orbem conſtitutas, gregemque
ipſum tertij ordinis vtriuſq. ſexus generali,& Pro-
uincialibus Miniſtris ordinis fratrum Minorum de
obſeruantia nuncupatorum, prout in eorum pro-
uincijs conſiſtunt,ita perpetuò ſupponimus,vt mi-
niſter generalis in vniuerſo ordine, prouinciales ve
rò ordinis Minorum de obſeruantia in ſuis quiſq,
prouinciis,plenum ius,liberamque authoritatē, ac
in ſpiritualibus,& temporalibus iuriſdictionē om-
nimodam habeant, domos omnes, ac monaſteria ,
& loca quæcumque necnon perſonas ſexus vtriuſ-
que,tàm in capite, quàm in membris, viſitandi, &
corrigendi, vagantes,& quoſcumque alios punien
di,carcerandi,murandi,transferendi ab ordinibus,
officiis,& adminiſtrationibus deponendi . excom-
municandi,ſuſpendendi,& reſtituendi, ac etiam ſu
per ijs, & cæteris omnibus ordinem ipſum, illiuſq,
domos, & perſonas vtriuſque ſexus quomodolibet
concernentibus, eorum tamen Regulæ prædictæ ,
& ſacris Canonibus,ac præſentibus literis non con-
traria ſtatuendi,mutandi, innouandi .& exequēdi,
quemadmodum illis eſt in ſuo proprio ordine at-
tributum ,
4 Præcipimus igitur in virtute ſanctæ obediētiæ,
vniuerſis,& ſingulis fratribus,& ſororibus tertij or
dinis prædicti vbilibet conſtitutis, vt generalem,
& Prouinciales Miniſtros ordinis fratrum Mino-
rum de obſeruantia,tanquam patres,& ſuperiores
ſuos,eorumque monita, & mandata humiliter , &
deuote recipiant , & re ipſa adimplere procurent ,
alioquin contradictores quoslibet, & rebelles,ſen-
tentiæ,cenſuræ,& pœnæ,quas quiſuis ipſorum ritè
tulerint,in eoſdem ipſo facto volumus ſubiacere ,
Pari quoque ratione eis Cardinalem protectorem
fratrum de obſeruantia in protectorem tribuimus,
qui etiam in eoſdem omnes,curam, & authoritatē
obtineat,quam alius quiſque pleniſſimè hucuſque
competitur habuiſſe. Statuentes præterea,quod ſu
5 turis omnibus capitulis prouincialibus fratrum ter
tij ordinis huiuſmodi pro viſitatorum, prouincia-
lium,& aliorum officiorum electione , fratrum di-
uiſione, & ſalubri cuiuſque prouinciæ directione ,
annis ſingulis celebrandis, aut generalis, aut eius
commiſſarius,aut in cuius prouincia capitulum eo
rum habebitur , prouincialis miniſter ordinis Mi-
norum de obſeruātia huiuſmodi ſemper preſideat,
aliter verò celebrata, ac omnia in eis decreta, pro
ratis habeantur .
6 In ipſis autem capitulis prouincialibus viſitato-
rum prouincialium electione idoneis fratribus ter-
tij ordinis huiuſmodi per ſecreta ſuffragia, & aliàs
7 eo modo, quo de fratrum Minorum de obſeruātia
Prouincialibus celebretur, per Miniſtrum Genera
lem prædictum ante omnia confirmetur. Hęc verò
officia annalia duntaxat eſſe,& in ſingulis capitulis
prouincialibus prædictis reſignari debeant , ita vt
elapſo anno illa vacare cēſeantur , poterunt tamen
ipſimet viſitatores prouinciales ruſus in ſequentē
annum , & eo finito,etiam in tertium, ſi idonei re-
perientur, eodem modo eligi , & confirmari , ſed
omnes ſuis huiuſmodi officiis quandocumque per-
functi , denuo ad illa , niſi tranſacto ſexennio ne-
queant reuocari.
8 Cæterum omnes , & ſinguli fratres , & ſorores
Tertij ordinis huiuſmodi, in ſua quiſq. prouincia ,
viſitatori ſuo tanquam ſuperiori, in omnibus, quæ
ſuis Regularibus inſtitutis non aduerſantur , obe-
diant . Omnes verò viſitatores prouinciales huiuſ-
modi,ſi electi tanquam vices gerētes Miniſtrorum
prouincialium ordinis fratrum Minorum de obſer
uantia,& illis ſubditi, prædicandi, & docendi mu-
nus in ſingulis vtriuſque ſexus domibus, conuenti-
bus,& locis,ſuæ cuiuſque prouinciæ obire, eamq.
in ſibi ſubditos , fratres , & ſorores iuriſdictionem
quam,ipſimet Miniſtri prouinciales ordinis Mino-
9 rum de obſeruantia obtinēt,in omnibus,& per om
nia exercere, ac qoandoque opus erit confeſſiones
omnium,& ſingulorum fratrum, & ſororum tertij
ordinis huiuſmodi, per ſe, vel alios ſuæ Regulæ Sa
cerdotes idoneos audire , illoſque ab omnibus , &
ſingulis ſententiis excommunicationis , ſuſpenſio-
nis,& interdicti, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccle-
ſiaſticis , necnon peccatis , criminibus , & delictis,
dummodo talia non ſint, propter quæ Sedes Apo-
ſtolica, meritò conſulenda foret,in foro Conſcien-
tiæ dun taxat abſoluere, & pro commiſſis pœniten
tiam ſalutarem iniungere, ac cum clericis , & preſ-
byteris eius Ordinis ſuper irregularitate, ſi quā ſen
tētiis huiuſmodi illaqueati miſſas,& alia diuina of-
ficia,non tamen in contemptum clauium celebra-
uerint,vel aliàs ſe illis immiſcendo contraxerint,di
ſpenſare liberè,& licitè valeant.
Ad hæc nullos omnioò fratrum & ſororum Ter
10 tij Ordinis huiuſmodi , qui prædicta tria vota ſub-
ſtantialia fecerint,ēt prætextu quorumcumque pri
uilegiorum , diſpenſationum , & indultorum,per-
miſſionum Apoſtolicarum , aut ēt inueteratæ con-
ſuetudinis voto repugnantis , ſeu quacumque alia
cauſa proprium quidquā , aut priuatum liceat ob-
tinere,ſed omnia etiam priuatim,ac intuitu cuiuſ-
cumque perſonæ donata,oblata,& cōceſſa, vbique
communia,& indiuiſa omnibus Religioſis eſſe de-
beant . Quicunque verò pecuniam,aut aliam rem
qualicumque cauſa conceſſam prælato ſuo celaue-
rit , furti reus cenſeatur, & tanquam fur puniatur ,
eam tamen diligentiam ſuperior cuiuſque domus
adhibeat,vt de cōmuni ipſius domus, ſingulis iux-
ta exigentiam conſulatur .
11 Præterea ſorores dicti Tertii ordinis in commu
ni, in domibus, monaſteriis, vel Hoſpitalibus, aut
alia congregatione viuentes,& dicta tria vota ſub-
ſtantialia Religionis emittentes, ſub perpetua clau
ſura maneant, nulluſq. frater, aut cōfeſſor earū, vel
quicumq. prælatus ad domos, monaſteria, vel alia
loca ſororum huiuſmodi,in communi,& collegia-
liter viuentium niſi quibus ex officio incumbit , &
in caſibus neceſſariis à iure permiſſis , & tunc cum
vno, vel duobus ſociis prouectis,& honeſtis,ingre-
di audeat,qui ſecus fecerit, carceribus mācipetur,
omnibuſque adminiſtrationibus , & officiis depo-
natur.
12 Ipſarum verò ſororum , & omnes alii confeſſo-
res,& ſacri Cōcionatores, per Generalem vel pro-
uincialem

uincialem Miniſtrum approbantur; In cæteris au-
tem omnibus, quæ ad Religioſam vitam pertinẽt,
illa prædicti fratres, & ſorores Tertij ordinis obſer
uare teneantur, quæ à prædicto Rodulpho Epiſco
po, & protectore, 28. Aprilis, anno Domini, 1549.
fuerunt ordinata, ſubſtantiam totius huiuſmodi re-
gulæ maximè continentia, quàm fęlicis recordatio
nis Nicolaus Papa Quartus prædeceſſor noſter, ad
incrementũ fidei Catholic approbauit, ita tamen,
vt præſentibus nullatenus aduerſentur.
13 Quæcumque verò dubia in eis contigerit exori-
ri, illa omnia Generalis, & Prouincialis Miniſtri or-
dinis Minorum huiuſmodi, debeant declarare, quo
rum declarationi, & determinationi eorũ regulæ,
& præſentibus non contrariæ, ſtari debeat. Ac de-
cernentes præſentes literas de ſubreptionis, vel
obreptionis vitio, ſeu intẽtionis noſtræ defectu, nul
lo vnquam tempore notari, ſeu impugnari poſſe,
aut debere, nec aduerſus eas, & in eis cõtenta quæ-
cumque, reſtitutionem ad terminos iuris, vel aliud
quodcumque gratiæ, ſeu iuſtitiæ remedium, quiſ-
quam impetrare, vel etiam ab aliis impetrato, aut
motu proprio conceſſo, vti valeat ex quauis cauſa,
quantumlibet rationabili, ac omnia, & ſingula præ
miſſa aliquibus eiuſmodi ordinis ſtatutorum, aut
quibuſuis aliis reuocationibus, ſuſpenſionibus, limi
tationibus, & aliis cõtrariis diſpoſitionibus, vel ſpe
cialibus, per quoſcumque Romanos Pontifices ſuc
ceſſores noſtros pro tempore factis, non compre-
hendantur, ſed ſemper ab illis excepta ſint, ſicque
per quoſcumque iudices, quauis authoritate fungẽ
tes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,
ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam
de latere legatos, in quauis cauſa, & inſtantia, ſubla
ta eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, &
interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, &
diffiniri debeat. Necnõ irritum, & inane quidquid
ſecùs ſuper iis, per quoſcumque quauis authorita-
te, etiam prætextu priuilegiorum, facultatum, di-
ſpenſationum, & indultorum Apoſtolicorum, quæ
quoad hoc penitùs abolemus, aut quouis alio
quæſito colore, ſcienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Inſuper vniuerſis, & ſingulis fratribus, &
ſororibus Tertij ordinis huiuſmodi, eorumque do
mibus, Monaſteriis, & locis omnia, & ſingula priui
legia, indulgentias, diſpenſationes, & indulta Apo-
ſtolica, fratribus, & ſororibus dicti ordinis Minorũ
de obſeruantia, etiam quoad Sacramentorum Ec-
cleſiaſticorum adminiſtrationem, & receptionem
quomodolibet conceſſa, & concedenda, quæcum-
que ſint, & fuerint, præſentibus tamen non repu-
gnantia, ita, vt illis omnibus, & ſingulis pariformi-
ter, & æquè principaliter vti, potiri, & gaudere, li-
berè, & licitè valeant, concedimus, & indulgemus.
14 Cæterum omnibus, & ſingulis fratribus, & ſorori-
bus Tertij ordinis huiuſmodi, diſtrictius iniungi-
15 mus, vt præſentes noſtras literas humiliter reci-
piant, & quæcumque in eis expreſſa, ac per eas ſta-
tuta, decreta, & mandata ſunt, alia deſuper à nobis
non expectata iuſſione, aut mentis noſtræ declara-
tione, firmiter cuſtodiant, & in omnibus ſtudioſè
obedire procurent.
16 Quin etiã dilectis filiis noſtris, Carolo tituli ſan-
ctæ Praxedis presbytero Cardinali Borrhomæo
nuncupato, dicti ordinis protectore, & illius Mini
ſtro Generali, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt
ipſi, vel eorum alter eaſdem pręſentes, ac quidquid
pro earum executione, & obſeruatione in dictis
futuris Capitulis Prouincialibus Miniſtris ordinis,
fratrum Minorum de obſeruãtia huiuſmodi ſtatue
tur, ordinabitur, & decernetur, in omnibus domi-
bus, monaſteriis, & locis virorum, & mulierum, ac
ab omnibus, & ſingulis fratribus, & ſororibus Ter-

tij ordinis huiuſmodi inuiolatè faciant per ſe, vel
alium, ſeu alios obſeruari, cõtradictores quoslibet,
& rebelles, ac etiam proteſtantes, & reclamantes,
eiſque auxilium, conſilium, vel fauorẽ, publicè, vel
occultè, directè, vel indirectè, quouis quæſito colo- 17
re, vel ingenio præſtantes, tàm Eccleſiaſticos, quàm
laicos cuiuſcumque dignitatis gradus, cõditionis,
& ordinis fuerint, per ſententias, cenſuras, & pęnas
Eccleſiaſticas, cæteraq. iuris, & facti remedia oppor
tuna, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legiti-
miſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſen
tentias, cenſuras, & pęnas prædictas, etiam iteratis
vicibus aggrauãdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus 18
noſtra, de non tollendo iure quæſito, & piæ memo-
rię Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris no
ſtri, de vna, & in Concilio Generali edita de duab.
dietis, aliiſque conſtitutionibus, & ordinationibus
Apoſtolici, necnon Tertij ordinis, illiuſque domo-
rum, & etiam mulierum, Monaſteriorum pręd ícto
rum, iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel qua-
uis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudi-
nibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſto
licis, illis, eorumque ſuperioribus, & perſonis, ac
eorum ſingulis per quoſcumque Romanos Pontifi
ces prædeceſſores noſtros, & nos, & ſedem Apoſto-
licam, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi,
& ſtipulati contractus, ac aliàs, ſub quibuſcumque
tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, &
decretis in genere, & in ſpecie non ceſſis, confirma
tis, ac etiã aliis reformationibus, quotieſcumque,
& quocumq. tempore factis, & promulgatis, etiam
Maremagnum, & Bulla aurea nũcupatis, ac quibuſ
libet aliis indulgentiis, & exemptionibus Apoſtoli
cis, ſpecialibus, & generalibus, quorumcumq. te-
norum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa,
vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri,
valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quo-
rumq. totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis
mentio, quæ omnia contra eorundem præſentium
tenorem, nolumus cuiquam in aliquo ſuffragari.
Per prædicta tamen non intendimus reforma- 19
tioni fratrum, & ſororum Tertij ordinis huiuſmo-
di in Hiſpaniarum Regnis cõſtitutis, in aliquo prę-
iudicare, quominus literæ noſtræ deſuper editæ, &
quæcumq. illarum vigore pro rerum, locorum, &
perſonarum qualitate, & exigentia facta ſint, præ-
ſentibus non conformia, poſſint quoquomodo im-
pediri, vel retractari. Denique volumus, quod ipſa-
rum præſentium exempla, etiam impreſſa, dictiq.
pro tempore exiſtẽtis protectoris, aut miniſtri ge-
neralis, vel prouincialis ſigillo, & ſecretarij cuiuſuis
eorum vel notarij publici manu obſignata, eandẽ
illam fidem vbique locorum in iudicio, & extra il-
lud faciant, quam ipſæ præſentes, ſi forẽt exhibitæ,
vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat
hanc paginam, &c. Siquis autem, &c. Dat. Romæ,
apud S. Petrum, anno incarn. 1568. 5. Nonas Iulij,
Pontificatus noſtri, anno 3.

Bulla XXXIII.

SVMMARIVM.

Pro declaratione litterarum Pij V. quibus ſubiecit Tertiarios, & Tertiarias ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia, generali, & commiſſario generali, ordinis Minorum de obſeruantia.

VEnerabili fratri, Ioanni Baptiſtæ Archiepi-
ſcopo Boſañ. noſtro, & ſedis Apoſtolicæ
Nuntio.

Digitized by Google

PIVS PAPA V.

VEnerabilis frater, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Generalem, & alios miniſtros ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ in Hiſpaniarũ Regnis conſiſtentes, fraternitas tua certiores his acceptis literis facere curet, nobis nõ eſſe in animo extinguere tertium ordinem Sancti Franciſci de pœnitentia vocatum, nec eorum habitum, vel regulam immutare, ſed tantum eos ad obſeruantiam ipſius regulæ reformare, & ſi quorum exceſſus puniendi fuerint, ea debita animaduerſione corrigere, perinde monebis ipſum Generalem, & alios ſuperiores nomine meo, ne eos moleſtia vlla, vltra ea, quæ ad reformationem pertinent, afficiant. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, Die 15. Iulij, 1568. Pontif. noſtri, anno 3.

Bulla XXXIV.

SVMMARIVM.

De feſtiuitate Sancti Thomæ de Aquino, Die VII, Menſis Martij, vt Doctor Eccleſiæ, & de indulgẽtijs conceſſis ea die viſitantibus eius ſacella.

PIus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, qui ſe daturum illos in laudem, & gloriam, & honorem, Prophetæ ore ꝓmiſit: vt quos, ſicut Sol in conſpectu ſuo fulgentes, ob merita Sãctitatis coronat in Cœlo, mirabiliter etiam honoraret in ſæculo, & in eo, quod illis tribui iubet laudis, & venerationis officio, debitum quoque maieſtati ſuæ honorem, & gloriam agnoſceret, quorum non modo vitam, ſed mortem, ſepulchra, monumenta, Reliquias, & Imagines ad catholicæ fidei confirmationem, & ad confuſionem hæreticæ prauitatis, vt facilius etiam, quam in præſenti vita doceret viuere mortuos, qui in domino moriuntur, ſæpiſſimè dignatus eſt decorare, & illuſtrare miraculis. Ex quo Sanctorum laudabili numero, qui catholicam veritatem, corde, opere, & ore roborarũt, Angelici Doctoris Sancti Thomæ de Aquino ordinis fratrum Prædicatorum, in cœlum aſſumptio, multis ante annis, orbi terrarum, & diuinis, & proprijs eſt cõprobata teſtimonijs. Nam, & miraculorum ſignis, quib. ſerui ſui Thomæ, perpetua veræ pietatis operum nobilitate voluit inexhauſta Dei benignitas, & certiſſima Chriſtianæ regula doctrinę, qua Sanctus Doctor Apoſtolicam Eccleſiam, infinitis conſutatis hæreſibus, illuſtrauit, adductus fœlicis recordationis, Ioannes XXII. prædeceſſor noſter, in illo Sãctorum numerum relato, diem Feſtum Nonis Martij, quo die nunc etiam colitur, anniuerſario honore celebrari iuſſit, ſed quoniam omnipotentis Dei prouidentia factum eſt, vt Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore, quo cœleſtibus ciuibus aſcriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ ſunt hæreſes, confuſæ, & conuictæ diſſiparentur; quod, & antea ſæpè, & liquidò nuper in ſacri Tridentini Concilij decretis apparuit eiuſdem memoriam, cuius meritis orbis terrarum à peſtiferis quotidiè errorib. liberatur, maiori etiam, quàm antea grati, & pij animi affectu colendã ſtatuimus. Quod officium noſtrum, præter beneficia ex illius ſalutari diſciplina indiem magis profecta, in Sacroſanctæ Eccleſiæ filios, ad quorum paſtoralem, paternamq. curam Dei benignitate, humilitatem noſtram placuit euocare, poſtulat etiam aliqua ex parte eiuſdẽ ordinis Prædicatorum communio, & ſocietas, vnde licet imparibus meritis, Nos etiam, tanquam ex fonte profluximus. Itaque primum, vt in Ciuitate, & Regno Neapolitano, quod in eam prouinciam, quæ ad ſalutarem omnium gentium inſtitutionem, ex nobiliſſima familia Aquinate, clariſſimum hoc edidit Eccleſiæ lumen, tantum inde laudis, decoriſque diuina bonitas redundare voluerit, de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinaliũ conſilio, atque vnanimi aſſenſu, ipſa die nonarum Martij, qua præſtantiſſimus Doctor migrauit in cęlum, poſt hac ſemper, vniuerſi vtriuſq. ſexus ab omnib. vetitis, ac ſeruilibus operibus, laboribuſq. abſtinentes, feſtum D. Thomæ ſolemniter, ſub duplici maiori officio, ſicut cæteras eius generis ſolemnes feſtiuitates, quæ de ipſius Eccleſiæ præcepto ſeruantur; in alijs autem orbis terræ partibus, quemadmodum ſanctorum quatuor Eccleſiæ Doctorum feſtiuitates piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri præcepto celebrantur, ſic eundem diem feſtum D. Thomæ in perpetuũ poſt hac, omnes item vtriuſq. ſexus fideles celebrent, & venerentur, Apoſtolica authoritate ſtatuimus, ac ſancimus. Vt verò etiã memoriæ Sancti Doctoris maiori ſtudio, ac pietate cultus, & debita veneratio adhibeantur, de omnipotentis Dei, ac beatorũ Apoſtolorum, Petri & Pauli, authoritate confiſi, omnibus vtriuſq. ſexus fidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui in ipſo Sancti Thomæ feſtiuitatis die, ſacellum, vel altare in Eccleſia Sancti Dominici Neapolitani ſitum, in quo ſcriptoris Angelici doctrina Saluatoris Crucifixi ore (ſicut pia teſtatur hiſtoria) mirabiliter probata fuit, à primis eius diei veſperis, vſque ad occaſum ſolis deuotè viſitauerint, ſeptem annos, & totidem quadragenas. In cæteris autem orbis terræ partibus, ijs qui eundem feſtum diem, vt præfertur ſolemniter celebrauerint, & ad Eccleſiã, quæ apud eos fuerit, vel ſacellum, aut altare, ſub eiuſdem Thomæ inuocatione, piè, & deuotè acceſſerint, quoties id fecerint, toties centum dies, de iniunctis ipſis pœnitentia per præſentes literas in perpetuum valituras, quas ſub aliis cuiuſcumque generis conceſſionibus indulgentiarum, & illarum reuocationibus nullo modo comprehendi volumus, miſericorditer in Domino relaxamus. Et quia difficile foret has ipſas literas ad ſingula orbis terrarum loca peruenire, volumus, & authoritate Apoſtolica decernimus, vt earum exemplis etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati munitis, vbique locorum, & gentium, in iudicio, & extra, eadem prorſus fides adhibeatur, quę ijs ipſis, ſi exhibitæ eſſent, iure ab omnibus adhiberetur. Nulli ergò hominum liceat hãc paginam noſtræ ſanctionis, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Domini. 1567. 3. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri, anno 2.

Modo per cõmunicationem ſanctorũ ordinis Minorũ indulgẽtia plenaria cõceditur viſitantib. Eccleſiam prędicatorũ in die feſtiuitatis huius ſancti, iuxta modum, quo conceditur indulgẽtia in die ſanctorum ordinis Minorum, de qua inter conſtitutiones Sixti V.

Sequuntur viuæ vocis oracula Pij V.

1. Viuæ vocis oraculum.

SVMMARIVM.

Hoc viuæ vocis oraculo Pij Quinti decernitur, quod moniales, & capellani, & confeſſores earum, poſſint in quintis ferijs recitare officium ſanctiſſimi Sacramenti.

NOs Alexander, miſeratione diuina, tituli Sancti Ioannis Ante portam Latinam, presbyter Cardinalis, Cribellus nuncupatus, viceprotector ordinis S. Franciſci. Oĩbus, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, lecturis, & audituris, fidẽ facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamur. Qualiter ſanctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter,

Vide in 10. 3.qq.re q. 43.art.36.

ſter,D.Pius, diuina prouidentia, Papa Quintus, viuæ vocis oraculo nobis facto, ad inſtantiam reoerendi patris Fratris Ioannis de Agulera commiſſa tij Curiæ Romanæ, ordinis Minorũ regularis obſeruantiæ, omnibus, & ſingulis monialibus etiam tertiarijs, & earum capellanis, & confeſſorib. proptèr maximam deuotionem, quam ad Sanctum Sacsamentum Euchariſtiæ habent, conceſſit, & indulſit, quod in qualibet quinta feria, officium Corporis Chriſti, ſecundum vſum Sanctæ R.E. infra octauam ipſius feſti recitari ſolitum, in qua tamen non incidat aliqnod feſtum duplex, aut octaoa Domini Sabaotb, aut octaoa Beatæ Mariæ Virginis, cum cõmemoratione feſti, quod in eadem feria qointa inciderit, recitando ſatisfaciat in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi officium aliquod recitandum ex regularibus ipſius ordinis inſtitutis tenentur, recitaſſent, & officium Corporis Chriſti huiuſmodi in dicta quinta feria recitando, ad aliud officiom recitandum minimè teneãtur, nec propterea aliquas cenſuras, & pœnas incurrant, non obſtantibus priuilegijs, & literis Apoſtolicis, ac quibuſcũmq. in contrarium, facientibus, in quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum, præſentes oostras literas exindè fieri fecimus, illaſqoe manu propria ſubſcripſimus, ſigilliq. noſtri. qon in talibus vtimur, impreſſione cómunimus. Dat. Romæ, in Palatio Apoſtolico, in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1568 indictio. vndecima, die vero 25. menſis Maij. Ponrif. prælibati ſanctiſs. Domini noſtri Pij Papæ V. ann. 3.

2. *Viua vocis oraculum,*

Quando mulieres poterunt intrare clauſtrum regularium, non obſtante prohibitione facta per breue Pij Quinti.

Vide in 1. 10.qq.re q. 48.ar.3.

NOs Alexander, miſeratione diuina, tituli Sãcti Ioannis Ante portam Latinam, presbyter Cardinalis Cribellus nũncupatus, omnibus, & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis, lecturis, & audituris, fidem facimus indubiam, & in verbo veritatis atteſtamor, qualiter ſanctiſſimus in Chriſto pater, & D. Pius diuina prouidẽtia Papa V. viuę vocis oraculo nobis facto, dixit, & declarauit, fuiſſe, & eſſe mentẽ, & intentiqnem ſuã, quod eius literæ ſub forma breuis', ſub die 24. Octobris, mille, quing. ſexag. ſexto, Pont. ſui anno 1. editæ, in quib. mulieribus quibuſcumque ingreſſus monaſteriũ regularium, cum derogatorijs clauſulis, & irritãtibus decretis, prohibebatur, non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habẽtes, & habere prætendentes facultatem, & indulta ingrediẽdi huiuſmodi monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcumq. mulieres, aliàs, tam in genere, quam in ſpecie, ſignificans nihilominos, idem ſanctiſſimus Dominus noſter, eodem viuæ vocis oraculo nobis facto, quod propter hoc, & per dictas ſuas literas, nõ intellexit, nec intelligit, quod mulierib. præcludatur aditus accedendi ad monaſteria, & loca regularia, ac illorum clauſtra, quando in eis Miſſa, & alia diuina officia celebrantur, ac qnando proceſſiones fiunt, & quando Chriſti fidelium cadauera ibi ſepeliuntur, ac etiã pro eis ſuffragia fiunt, ſed liberè cõceſſit, & concedit eiſdem omnib. mulieribus, facultatem, vt ad illa loca, in qnib. dicta pia opera exercentur, cum alijs Catholicis perſonis accedera, liberè, licitè poſſint, & valeãt, & ſimiliter, quod quãdo diuinum verbũ in Eccleſia monaſteriorum, & regulariũ locorum huiuſmodi proponitur, vel propter aliam quamcumq. cauſam eſt tantus concurſus populi, quod commodè ingredi non poſſunt, & egredi per principalẽ portam Eccleſiæ conceſſit, & concedit eodẽ viuæ vocis oraculo, vt dictæ mulieres vna cũ alijs ſecularib. perſonis, poſſint ingredi, & egredi per portam clauſtri mooaſteriorũ, & regularium locorum huiuſmodi, dummodo recto tramite accedant ad portam, qua exitur à monaſterio. Noo obſtantib. priuilegiis, & literis Apoſtolicis. ac quibuſcumq. in cõtrarium facientib. In quorum omniom, & ſingulorũ fidem, & teſtimonium præmiſſorũ, præſentes noſtras literas exinde fieri fecimus, illaq. manu propria ſubſcripſimus, ſigillique noſtri, quo in talibus vtimur, impreſſione communiimus. Dat. Romæ, in Palatio Apoſtolico, in ædibus noſtræ ſolitę reſidentiæ, ſub anno à Natiuitate Domini, 1568. iodictione 11. die vero 27. menſis Ianuarij, Pontificatus prælibati ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Pij V. anno 3.

Similis alterius declarationis à Pio V. factæ, dedit teſtimonium, Reuerendiſs. & Illuſtr. Dominus Clemens Monelianus, tituli S. Mariæ in Ara Cęli, Sanctæ R.E. presbyter Cardinalis, in palatio ſuę ſolitæ reſidentiæ, die 7. Iuoii anni 1567. Pontif. eiuſdem ſanctiſſimi D.N. Papæ Pii V. anno 2.

Viua vocis oracua Pij V. facta Cardinali Carbello.

Quod fratres Minorea poſſint dicere matutinũ officium, ante occaſum Solis, & quod ipſi, ratione itineris, vel alterius occupationis, quãdo creditur, quod maiori deuotione dicetur de mane poſſint dicere totum officium, vſq. ad Completorium iocluſiue. Et quod fratres clerici, qui non fuerint initiati ſacris ordinib, & propter ſuam imperitiam neſciũt recitare officium Diuinum perfectè, & integrè, dum hoc iudicatum ſit à ſuis ſuperioribus dicendo officium laicorum, ſatisfaciant obligationi dicendi per breuiarium. 2 *Dicere ex cũ matutinũ ante occaſum ſolis nõ videtur priuilegiũ. Vide 1. 10.qq.re. q.52.a.18.*

Quando moniales ſunt in extremis, receptis etiã omnibus Sacramentis, earum cõfeſſor, ſi ſit ſexagenarius, poſſit intrare cum ſocio, qui etiã ſit ſexagenarius, clauſuram, vt vſq. ad ſpiritus emiſſionem poſſint in Domino conſolari, quod ſi confeſſor nõ fuerit ita ſenex, & in monaſterio propinquiori inueoiatur talis, de licentia Guardiani poſſit illud facere, dum tamen ſit religioſus, & exemplaris. 3 *Vide in 1. 10.qq.re.q. 47. ar.4.*

Declarauit ad mentem Concilii, cap. 6. ſeſſ. 25. de regularib. & ad ſupplicationem multorum religioſorum, vt omnes electiones fiant per vota ſecreta, mediis ſchedulis, & nunqoam publicentur eligentium nomina, & peracto ſcrutinio eorum qui plura habent ſuffragia vltra medietatem, habeãtur electi, quo facto coram capitulo cremẽtur ſchedulæ, & irritat electiones, quæ non ſeruauerint prædictum modom. 4 *Vide in 10. 2.qq.re.q. 51.ar.4.* *Vide in 1. 10.qq.re.q. 51. ar.8.*

Conceſſit prouincialibus apod Indos, vt eligãt in quolibet conuentu, duos fratres doctos, qui habeant authoritatem abſoluendi in caſibus in Cęna Domini contentis, quod conceſſit, die 12. Maii, anno 1568. 5 *Vide in 1. 10.qq.re.q. 20.arti.9.*

Conceſſit omnibus, & ſingulis monialibus etiã tertiariis, & earum capellanis, & confeſſori, quod in qualibet quinta feria, poſſint recitare officiũ corporis Chriſti, prout iam ſupra in primo viuæ vocis oraculo eſt dictum. 6 *Vide in 1. 10.qq.re.q. 42. ar.36.*

Conceſſit, quod poſſimus facere officium de ſanctis ordinum, cum illorum octauis. 7 *Vide in 10. 1.qq.re.q. 42.ar. 21.*

Conceſſit, quod in ieiuniis Eccleſiæ, & regulæ, ſenes, & debiles fratres poſſint comedere oua, ſeu carnes, ex conſilio medici, & confeſſoris, & quod eorum ſuperiores poſſint diſpenſare. 8 *Vide in 1. 10.qq.re q. 101.ar.2.*

Conceſſit, quod poſſint miniſtri prouinciales com-

committere viris religioſis doctis, ac iuxta Conci-
9 lij Trident, decretum approbatis, authoritatẽ diſpẽ
Vide in 1. ſandi cum viris, & mulierib. inceſtuoſis, qui carna-
10.qq.re.q. liter peccauerunt cum conſanguineis alterius con-
63.art.1. iugis intra quartum gradum, ad hoc, qood poſſint
petere debitum, & hoc in foro conſcientiæ tantũ,
hæc conceſſio fuit facta die 27, Aprilis, 1569.

10 Conceſſit, quod in quolibet cõuentu monialiũ,
Vide in 10, illius moniales poſſint habere tres, vel quatuor an
1.qq.re.q. cillas pro communi ſeruitio monaſterij, ſi commo-
46.art.7. dè eas ſuſtentare poſſint, dum tamen ſint honeſtæ
vitæ, & à conuentu illo non egrediantur, quod ſi
ſemel aliqua egreſſa fuerit amplius non recipiatur,
fuit conceſſum die 27. Septemb 1569.

11 Conceſſit, quod fratres itinerantes pedeſtres,
Vide in 2. tempore ieiunij poſſint de mane facere ientaculũ,
10.qq.re.q. & finito itinere illius diei, cænare, & hoc vt habeãt
190.ar.1. meritum ieiunij.
iuxta fi. Conceſſit miniſtris prouincialib, vt poſſint com
12 mittere cõfeſſoribus approbatis, iuxta Conc. Trid,
& ar.3.po decretum, authoritatem diſpenſandi cum his, qui
nitur a- ante matrimoniũ vouerunt caſtitatẽ, vt licitè poſ-
liud priui ſint petere debitum, & hoc in foro conſcientiæ tan
legiũ p iti- tum, hæc conceſſio facta fuit, die 26. Octob. 1569.
nerantib. In quorum teſtimonium, ego frater Ioannes de
13 Aguilera, præſentes literas mea manu conſcripſi,
Vide in 1. & ſigillo officij mei communiui, in Aracæli 19.
10 qq.re.q. Octobris, 1570.
63, art.2. Conceſſit etiam, ad inſtantiam dicti patris, quod
14 puellæ, quæ deſtinatæ fuerint à parentib, pro reli-
gione, poſſint recipi in habitu ſeculari, ſeptimo ęta
tis anno in conuentu, ſeu monaſterijs monialiũ, &
ibi manere, vſque ad duodecimum, vel decimum
quartum annum, vt ſic poſſint addiſcere literas, &
cantum, & bonis moribus imbui, ſed expleto præ-
dicto tempore, liberè mittantur in domus paren-
tum, ibique per ſex menſes manebunt, vbi exami-
nabuntur ab ordinario, & à prælato religionis, vel
à miniſtro, ſeu guardiano, quæ ſi religionem elege
rint, induantur habitu regulari, ſi autem non, am-
plius non ingrediantur monaſterium,

Conceſſit, ꝙ captiui, qui in terris infidelium de-
tinentur, in articulo mortis conſequantur indulgẽ-
tiam plenariam, & remiſſionem omnium peccato-
rum, præmiſſa tamen confeſſione, ſi fuerit copia ſa
cerdotis, ſi autem non, hoc conſequantur, habendo
contritionem ſuorum peccatorum.

Confirmatio noſtrorum priuilegiorum facta à Pio V, in foro conſcientiæ, etiam ſi ſint contra Concilium Tridentinum,

15 EGo frater Aloiſius Petrus, totius ordinis Mino
rum generalis miniſter, fidẽ facio, qualiter, ſan
ctiſſimus D.N.D. Pius Papa V. die 23, menſis Mar-
tij, 1567. me ſupplicante ſuæ ſanctitati, conceſſit cõ
firmationem, & conceſſionem omnium priuilegio
rum, & quarumcumq. gratiarũ, & viuæ vocis ora-
culo, fratrib. dicti ordinis Minorum conceſſarum,
prout de verbo ad verbũ hic eſt iſerta, quę talis eſt.
Supplicatur ſanctiſſimo Domino noſtro, D. Pio
Papæ V. vt ſua ſanctitas dignetur confirmare, & cõ
Vide in 1. cedere omnia priuilegia, & quaſcumq. gratias, &
10.qq.re.q. viuæ vocis oracula, conceſſas per bonæ memoriæ,
8, ar.9. Paulum Papam IV. & alios Romanos Pontifices
prædeceſſores ſanctitatis ſuæ, cum ſingulis clauſu
lis, decretis, & derogationib. in eis cõtentis, fratri-
bus ordinis Minorum regularis obſeruantiæ, ita vt
illis gaudere, & vti poſſint, toties, & quoties opus
fuerit, & eis videbitur, etiam quo ad illa ex iis, quę
ſunt reſtricta, ſeu derogata per Conc. Triden. & vti
poſſint in foro conſcientiæ tantum. Ita eſt,
16 Item, anno 1566, die 6. Maij: idem Pontifex Pius
Quintus, ad inſtantiam dicti patris, Ioannis de A-
guilera cõmiſſarij Romani, prout ipſe literis ſuo ſi-
gillo, & nomine munitis, eſt teſtificatus, conceſſit
viuæ vocis oraculo, vt omnes, tuta conſcientia poſ-
ſint vti conceſſionib. quæ ſequuntur, prout ego vi-
di in quibuſdam literis propria manu ſcriptis à no
ſtro reuerendiſſimo patre generali, Franciſco à So
ſa, quæ habentur in quodam albeolo reuerendi pa
tris, Fratris Ioannis Baptiſtæ de Moles commiſſarij
quondam Curiæ Romanæ, nunc autem ordinis diſ
finitoris, & prouinciæ S. Gabrielis miniſter.

Conceſſit, quod fratres Minores, ratione itine-
ris, aut alterius iuſtę occupationis, poſſint dicere to 17
tũ officiũ Diuinũ ſimul mane, aut quãdo ipſis vide *Vide in 10.*
bitur, cum maiori deuotione, ipſum poſſe recitare. *1.qq.re.q.*
Item conceſſit eiſdem fratribus, vt vna hora an- *42.ar.18.*
te auroram poſſint Miſſam celebrare ratione iti- 18
neris aut alterius occupationis. *Vide in 10.*
Item, quod fratres clerici non ſacris initiati, ne *1.qq.re.q.*
ſcientes legere, ſecundum iudicium ſuorum ſupe- *42.ar.1.*
riorum, ſatisfaciant obligationi recitandi officium 19
diuinum, dicendo officium laicorum.

Item declarauit, quod calceamẽta deſuper aper 20
ta, quæ vocantur Hiſpana ſuelas, portata à fratrib.
Minoribus non ſunt calceamẽta in ſua regula pro-
hibita, quibus cum bona conſcientia, cum ſpealib.
pannicis, & caligis poſſunt dicti fratres vti.

Item ordinauit, quod miniſter generalis, de con 21
ſilio aliquorum patrum, poſſit dare licentiam fra-
tribus, vtendi præfatis conceſſionibus, & aliis ſe-
quentibus, quæ ſtatim referentur, & nullus frater
ſine eius licentia, his vti poſſit.

Item conceſſit, quod poſſumus vti ſyndico, ſecũ 22
dum priuilegia, & quod ſuperiores ordinis diſpo-
nere poſſint de pecunia expendenda per ſyndicũ,
& quod ipſi ſyndici nequeant de ea diſponere, niſi
in quibus, & quando prælatus voluerit.

Item conceſſit, quod de licentia miniſtrorũ li- 23
cet prælatis, & fratribus recipere, & petere vinum *Vide in 1.*
& alias eleemoſynas in ſua ſpecie, & per ſyndicum *10.qq re.q.*
venundari, & talis pecunia poſſit licitè conuerti in *26.ar.3.*
vtilitatem fratrum, & conuentuum reparationem,
& in alias extraordinarias neceſſitates pro tempo-
re occurrentes.

Item conceſſit, quod licentia prælatorum recur 24
rere poſſit frater ad dictos ſyndicos, & amicos ſpi-
rituales, pro emendis quibuſdam rebus, licet non
ſint admodum neceſſariæ.

Item conceſſit, quod liceat congregare vinũ, fru 25
mentum, & alia, quando prelatis videbitur, quod
in tali conuentu aliter nõ poſſumus commode, vel
decenter, dummodo tales congregationes non fiãt
niſi pro vno anno tantum.

Item conceſſit, quod Miſſas, & eleemoſynas vni 26
loco, vel aliquibus fratrib. commendatas, liceat
prælatis aliis fratribus, etiam aliorum ordinum, vel
presbyteris ſecularibus commendare, niſi oppoſi-
tum expreſſe dixerint, qui Miſſas commendauerũt,
& pecunias dederunt.

Item conceſſit, quod fratres iter agentes, de licẽ
tia prælatorum, poſſint ſecum ferre famulum cum 27
pecunia, quando alio modo iter agere commodè
non poſſunt.

Item conceſſit, quod per quæcumq. ſtatuta, etiã 28
Apoſtolica, non obligentur fratres ad aliquas cen- *Vide in 1.*
ſuras, ſeu pęnas Eccleſiaſticas, vel ad peccatũ mor- *10.qq.re.q.*
tale, ſed tantum ad pęnas, ſeu pęnitentias per præ- *11.ar.8.*
latos iniungendas, non obſtantibus quibuſcumque
Apoſtolicis, ſeu regulę declarationibus, dummodo
non ſit contemptus, vel mandatum non ſit impoſi-
tum, ſub pęna excommunicationis, vel in virtute
ſanctæ obedientiæ.

Item vigeſimo ſexto, eiuſdem mẽſis, & anni, idẽ
Pius

29 Pius Quintus conceſſit prælatis, aut religioſis, de eorum licentia, vt poſſint procurare pecunias, non ſolum pro vrgentibus neceſſitatibus ſed etiam pro his, quæ nõ ita neceſſariæ ſunt: imo pro ſuperfluis, & curioſis, v. g. pro ornaméntis, & ędificiis ſumptuoſis. Item non ſolum pro neceſſitatib. præſentibus, & eminentibus, ſed etiam pro futuris, pro quibus eleemoſyna procurata apud ſyndicum deponatur.

30 Item conceſſit, quod non ſint obligati, quando petunt pecuniam explicare neceſſitatem in particulari, ſed quod poſſunt procurare denarios, vel pecunias pro neceſſitatibus in generali, & data pro vna particulari neceſſitate, poſſit in alterã ordine ſyndici deputari.

31 Item conceſſit fratrib. Minoribus, quod præterquam in tranſgreſſione eorũ, quæ ſub præcepto in regula continentur, puta exceptis trib. votis obédientiæ, paupertatis, & caſtitatis, & exceptis pręceptis, de non recipiendo denarios, vel pecuniã, aliter, quam conceſſum eſt ſupra per ſuam ſanctitaté & excepto præcepto de diuino officio, & ieiunijs in regula contẽtis, & quando calceaméta de corio integra portauerint, quibus omnino pedes cooperiantur ſine neceſſitate, vel diſpenſatione ſuperioris, & quando iter fecerint equitãdo, ſine manifeſta neceſſitate, vel infirmitate, vel ſine licentia prælatorum, vel diſpẽſatione, quam conferre poſſunt, quãuis non ſit arcta neceſſitas. Et quando intra clauſuram monialium intrauerint, extra caſus, & modos in earũ regula, & Apoſtolicis conſtitutionibus contentos, & quando electores, quibus incumbit, commiſerint eligere miniſtrum generalem in feſto Pẽtecoſtes, aut petere à Domino Papa vnum Cardinalem protectorem ordinis, & tandem, quando à debita obedientia, & reuerẽtia Domini Papę, vel Eccleſiæ Romanæ receſſerint: In cæteris autẽ tranſgreſſionib. præceptorum, per quaſcumq. ordinationes, vel ſtatuta, tam Apoſtolica, quam quęcumque alia dicti ordinis iniuncta, non obligantur fratres ad cenſuras, vel pęnas Eccleſiaſticas, vel ad aliquod peccatum mortale, ſed ſolum ad pęnitentiã, per ſuperiores pro tempore iniungẽdam, dummodo non adſit contemptus, vel non fuerit in virtute obedientiæ, vel ſub pęna excõicationis mãdatum, niſi quatenus aliter ios aliquod, vel præceptum naturale, vel diuinum, vel humanum mortaliter fuerint tranſgreſſi, ac hoc in foro conſcientiæ tantum, Non obſtantib. quibuſcumq. literis, & declarationibus, & conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, & dicti ordinis ſtatutis, & alijs quibuſcũque.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 16. per tot. quaſt.

Aduertant tamen religioſi Minores, quod nec in toto, nec in parte, poſſunt præfatis conceſſionibus Pij Quinti, concernentibus paupertatem in noſtro ordine promiſſam, vti, ſine licentia reuerendiſſimi patris noſtri generalis, aut commiſſarij generalis, quo ad ſuam familiam; nam ſi ſine præfata licentia his vſi fuerint facultatibus, in foro conſciẽtiæ, mortaliter peccabunt, & in foro exteriori cenſuris, & pęnis à iure, & conſtitutionibus Apoſtolicis, & ordinationibus ordinis punientur. Videant igitur, ne præfatis facultatibus abutantur. ſiquidem Pius V. non eas abſolutè fratribus, & monialibus cõceſſit, ſed cum hac limitatione. videlicet de licentia præfatorum generalis, aut commiſſarij generalis: nec ſummus Pontifex abſolutè his patribus licentiam conceſſit, poſſe dare, ſed de conſilio aliquorum patrum, eam poſſe concedere decernit, vt patet ex oraculo viuæ vocis ſuprapoſito, in ordine vigeſimo primo, circa quod viuæ vocis oraculum, eſt notandum, quod pater generalis non poteſt in multis, prædictorum dare facultatem, vt his eius ſubditi, vti poſſint, niſi prius conſulat præfatos patres: imo ſi de facto talem facultatem ſine præfatorum patrum conſilio indulſerit, huiuſmodi conceſſio nullius erit valoris, & momenti, ſi fuerit ab eo facta ſuper his, quæ aliàs ſecundum iura, & conſtitutiones, & priuilegia Apoſtolica minimè poterat, & ſi poteſt modo hoc ei per prædicta vocis oracula eſt conceſſum, nã ſi lex à principio poteſtatem dat aliàs non habenti, mãdat ei conſiliũ requirere, non valet actus factus ab habente talem poteſtaté per hanc legem, ſine eo, quod cõſilium petat, & ſequatur, habet enim præfatam poteſtaté modificatam, prout notatur in iure a definiente, & tradit Panormitanus, Ex his patet, quod pręfatæ Pij V. cõceſſiones, non ſunt diſſipatiuæ regulæ noſtræ, cum his ſubditi nullo modo poſſint vti, ſine licentia noſtri reuerendiſſimi generalis, qui præfatam facultaté, ſine conſilio patrum, minimè poteſt impartiri, & ſi eam indulſerit, erit cum grano ſalis: ita modificata, vt regula noſtra, & noſter ſtatus nõ deſtruatur, ſed reformetur, ſecundum loca, & tempora.

a c. nouit. de his, quæ fiũt à prælatis. Pan. in 1 ex parte, de cõſti.

32 Conceſſit idem fratribus Minoribus, quod poſſint facere officium de ſanctis ordinis, cum illorum octauis.

33 Item declarauit, & præcepit, quod ad acceſſum, & ingreſſum in monaſteria tertiariarum, fratres ſic ſe habeant, ſicut ſeruatur in monaſteriis S. Claræ: ita firmatum à Cardinali Cribello, ſub data vigeſima ſeptima Ianuarii, 1568.

Vide in to. 1. qq. re. q. 41. ar. 4.

GREGORIVS PAPA XIII.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Confirmatio priuilegiorum, indultorum, & exemptionum fratrũ Minorũ S. Frãciſci de obſeruantia, & monialiũ S. Claræ, ac tertii ordinis de pœnitentia.

Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Ex benigna ſedis Apoſtolicę prouiſione, prouidere dignum eſt, vt perſonę Deo deuotæ, ſub regulari caſtimonia Domino militantes, pia deuotione proficiãt, vnde Romanus Pontifex, quandoq; per prædeceſſores ſuos pro religionis conſeruatione, & augmento, ac perſonarũ earundem quiete, & commodo, conceſſa approbat, & innouat, ac approbata, & innouata, Apoſtolica authoritate cõmunit, Sane pro parte dilecti filii Chriſtophori de Capitefontium, moderni generalis miniſtri ordinis fratrum Minorũ de obſeruantia, nobis nuper expoſitum fuit, quod cum inter operarios, qui ad excolendam vineam Domini Sabaoth. Dei gratia ordo ipſe fratrũ Minorum, magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſalutis fructus ſemper olim attulerit, & quotidiè afferre conetur, & exinde pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque laboribus quoque ſalute animarum, ab Apoſtolica ſede, cuius continuè pacem, & dignitatem, ordo idem fortiter tutatus eſt, tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperit, & accipiat, quibus, & ſua ſancta officia, ac vitã ſuam regularem, facilius atque magis expedite tranſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſq. alii exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur, cumque etiam ex ipſius ſedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex, quãdoque prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum geſta innouet, ac Apoſtolica authoritate innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum

De cõfirm. priuil. Vide in to. 1. qq. re. q. 8.

num

Digitized by Google

nom ſtatum teponat, ac reducat, necnon propter-
ea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores no-
ſtri nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias,
peccatorum remiſſiones, abſolutiones, etiam ple-
narias, libertates, prærogatiuas, fauores, immunita
tes, exemptiones, declarationes, facultates, ac om-
nia, & ſingula priuilegia, & indulta, tam ſpiritualia,
quam temporalia, etiam per ſolam ſignaturam,
aut per oracula viuæ vocis, tam pro foro conſcien
tiæ, quam foro fori, tam prædictis fratrum Mino-
rum, quam S. Claræ, ac tertio de pœnitentia nun-
cupato ordinibus, illorumque ſuperioribus fratri-
bus, monialibus, & ſororibus, ac vtriuſq. ſexus per
ſonis, & monaſteriis, domib. Eccleſiis, & locis, qui-
buſcumque dictorum ordinum, nunc, & pro tem-
pore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie, etiã per
modum communicationis, ſiue extenſionis priui-
legiorum inter ſe, ac etiam cum aliis quibuſcumq.
ordinibus, mendicantibus, & non mendicantibus,
conceſſerunt, aut iam conceſſa confirmarunt, & ap
probarunt, prout in ſingulis conceſſionibus, & lite
ris eorundem prædeceſſorum deſuper confectis,
plenius dicitur contineri, cum autem, ſicut eadem
expoſitio ſubiungebat, illa quæ ſæpius Apoſtolica
authoritate præfata, munita exiſtunt, maiorem ob-
tineant roboris firmitatem, dictuſque Chriſtopho-
rus miniſter generalis cupiat priuilegia, facultates,
conceſſiones, indulta, diſpenſationes, & ſingulas
alias gratias huiuſmodi etiam per nos approbari,
innouari, & confirmari, pro parte eiuſdem Chriſto
phori, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eiſdẽ
priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, liberta
tibus, fauoribus, conſeruatoriis, declarationibus, fa
cultatibus, diſpenſationibus, gratijs, conceſſionib.
indulgentijs, & indultis, pro illorum obſeruantia,
noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſque in
præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate A-
poſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium vo
tis, præſertim illis, quibus ſub ſuaui religionis iu-
go, diuinis laudibus, & Chriſtianæ religionis aug-
mento incumbentium perſonarum, tranquillitati,
& commoditati conſulitur, libenter annuimus, ea-
que fauoribus proſequimur oportunis, huiuſmodi
ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac omnia, &
ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones,
libertates, prærogatiuas, fauores, conſeruatorias,
declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias,
conceſſiones, indulgentias, & indulta, ſpiritualia, &
temporalia, etiam per modum communicationis,
& extenſionis inter ſe, & cum aliis ordinibus men
dicantibus, eidem fratrum Minorum regularis ob
ſeruantiæ, ac Sanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio
ordinibus, etiam in congregatione ſub trium voto
rum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſu-
periorum ordinis Minorum regularis obſeruantię
huiuſmodi, obedientia degentibus, ipſorumque ſu
periorum fratribus, monialibus, ſororib. ac vtriuſ-
que ſexus, etiam ſingularibus perſonis, necnon mo
naſterijs, domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumq.
in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam
etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alios,
tam præfatos, ac quoſcumque alios Romanos Pon
tifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem præ
fatam, quam Imperatores, Reges, & alios princi-
pes, ſub quacumque forma, & expreſſione verbo-
rum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata,
necnon cum omnibus, & ſingulis in eis contentis
clauſulis, decretis, & declarationibus, ſingulas de-
ſuper confectas literas, & in eis contenta, & inde ſe
cuta quæcumque, illorum omnium tenores, & for
mas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi
de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro
ſufficienter expreſſis habentibus, dicta authorita-
te Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa noſtra
ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
quatenus ſint in vſu, & ſacris Canonibus, & decre
tis ſacri Concilij Tridentini non aduerſentur, ap-
probamus, confirmamus, & innouamus, perpetuã-
que roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſer-
uari, necnon ordinibus fratrum Minorum regula-
ris obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœ-
nitentia nuncupato, etiam in congregatione ſub
obedientia fratrum Minorum de obſeruantia hu-
iuſmodi, degentibus, ſuperioribus, fratribus, etiam
monialibus, tertiariis nuncupatis, ſororibus, perſo-
nis, monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis præfa-
tis, etiam per modum communicationis, & exten-
ſionis huiuſmodi, ſuffragari, illiſque frui, vti, & gau
dere, quando, & quoties opus fuerit, & poſſe, & de
bere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcien
tiæ, in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi ſpecia-
liter, & expreſſe eiſdem fratrum Minorum, ac San
ctæ Claræ, & tertio de pœnitentia nuncupato ordi
nibus conceſſa fuiſſent decernimus, ſupplentes om
nes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum etiã
de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requi-
ſitarum, forſan omiſſarum, & alios quoſcumque de
fectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Quo
circa, venerabilibus fratribus, Cordubenſi, & Lao-
dicenſi, Epiſcopi, ac dilecto filio Curiæ cauſarum
Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, per eaſdẽ
præſentes committimus, & mandamus, quatenus,
ipſi, vel duo aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu
alios faciant authoritate noſtra præſentes literas,
& in eis contenta quæcumque, plenum eorum ef-
fectum ſortiri, illiſque omnes quos concernunt, pa
cifice frui, & gaudere. Non permittentes quem-
quam deſuper, per quoſcumoue quomodolibet in
debitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebel
les, etiam per quaſcumq. de quibus eis videbitur,
cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, ac alia oportuna
remedia iuris, appellatione poſtpoſita compeſcen
do, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſ-
ſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato
etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcula-
ris. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionib.
ſuper cathedram Bonifacii, & dudum, Viennenſis
Concilii, ac Clementinæ, religioſi, de priuilegiis, &
dudum, de ſepulturis, ac etiam ex frequentibus, de
ſententia excõmunicationis, ac extrauagãte, ad cõ-
ditorem, Ioannis vigeſimi ſecundi, cum aliis conſti
tutionibus etiam prædictæ materiam extrauagan-
tis tangentibus, ſeu concernentibus, ac regulis Cã
cellariæ Apoſtolicæ editis, ac in futurum edendis,
ac piæ memoriæ, Bonifacii Papæ Octaui prædeceſ
ſoris noſtri, etiam de vna, & in Concilio generali,
de duabus dietis editis, dummodo non vltra tres
dietas aliquis, præſentium vigore ad iudicium ex-
trahatur, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, ac
prouincialibus, capitularibus, & generalibus, &
ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus,
etiam in vltimo generali Lateranenſi Concilio ce-
lebrato, aliiſque concilijs editis, necnon ſtatutis, &
conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione
Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, pri
uilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiã
in forma breuis, per Leonem Decimum, Clemen-
tem Septimum, Paulum Tertium, Iulium etiã Ter-
tium, Paulum Quartum, Pium etiam Quartum, pre
dictos, ac etiam Pium Quintum, & quoſcumque
alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,
ac etiam nos, & ſedem eandem, etiam motu pro-
prio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilib.
ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſati-
uis, etiam priuilegiorum eorundem reuocatiuis,
reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis,
decla-

Digitized by Google

declaratiuis, mẽtis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis. eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma, derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis etiam in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Verum, quia difficile foret præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus forte opus eſſet, deferri, volumus, & pariter Apoſtolica authoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutę, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum, die vigeſima prima Martij, 1575. Pontif. noſtri, anno 3.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Prohibitio appellandi per religioſos ordinis Sancti Frãciſci de obſeruantia à prælatis eiuſdem ordinis, ad tribunalia ſæcularia, permiſſioque habendi recurſum ad miniſtrum Generalem, vel protectorem, aut Romanum Pontificem, ac prohibitio reſiſtendi commiſſariis eiuſdem miniſtri Generalis.

GRegorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Quoniam noſtro paſtorali potiſſimum incumbit officio, vt ea, quæ auſu temerario ab Eccleſiaſticis præſertim regularibus perſonis plerumque attentantur, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compeſcamus, & remoueamus, idcirco cum referente dilecto filio, fratre Christophoro de Capiteſontium fratrum Minorũ de obſeruantia ordinis S. Franciſci generali miniſtro, non ſine animi noſtri moleſtia, nuper intellexerimus, nõnunquam quoſdam religioſos, & religioſas ordinis ſui huiuſmodi, Dei timore poſtpoſito, & ſuæ profeſſionis immemores, vt in eorum malefactis, & inobedientia ſe diutius confoueant, ab iis, quæ per prælatos eiuſdem ordinis, etiam Guardianos, ſiue Prouinciales, vel commiſſarios ab ipſo generali miniſtro pro tempore deputatos, acta ſunt, & decreta, ad tribunalia ſæcularia appellare, & ad ea temere confugere. Authoritate Apoſtolica, tenore pręſentium præcipimus, & inhibemus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, à qua non niſi à nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſolui poſſint, necnon priuationis perpetuæ officiorum, per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti ordinis officia exercenda, ac vocis, tam actiuæ, quam paſſiuæ, eo ipſo incurrendis

Vide in to. 1. qq. re. q. 09.

Olio.

pœnis, ne quis prouincialis, aut alius cuiuſcumque dignitatis, & ſtatus, gradus, & conditionis ordinis huiuſmodi religioſus, aut religioſa, ad ipſa tribunalia ſæcularia, quouis prætextu, aut quæſito colore vt præfertur, appellare, vel illa propterea quoquo modo adire audeant, vel præſumant, ſed ſi ſe à prælatis ſuis grauari prætendent, ad generalem miniſtrum ipſius ordinis, ſeu illius protectorem aut viceprotectorem in Romana curia, vel ad nos, ſiue Romanum Põtificem ſucceſſorem noſtrum ſupremum in Eccleſia Dei iudicem, ſicut antiquitus ſemper conſuetum fuit, recurſum habeant, vnde illis, breui manu, iuſtitia miniſtrabitur. Declarantes nihilominus non modo eorundem religioſos, & religioſas contra facientes, in dictas pœnas incidere, verum etiam eorum quomodolibet directè, vel indirectè factores, & conſultores, illas quoque incurrere. Præterea ſub pœnis prædictis prohibemus, ne quis Prouincialis, aut Guardianus, vel cuiuſcumq; alterius gradus religioſus, aut religioſa eiuſdem ordinis ab ipſo miniſtro generali miſſus, pro viſitãdis prouinciis, commiſſariis reſiſtere, nec eis ſe opponere, aut contradicere, ſeu ſe rebellem exhibere, ipſos quacumque de cauſa, vel quæſito colore non recipiendo, audeat, neque debeat. Volentes eũdem miniſtrum generalem, quotieſcumque ſibi expedire videbitur, quos voluerit Commiſſarios, ad quaſcumque ſui ordinis vtriuſque familias prouincias, quibuſuis conſuetudinib. ac ſtatutis, per quaſlibet perſonas in contrarium factis, non obſtantib. liberè mittere poſſit. Inſuper, quia vt etiam accepimus, aliquando nonnulli miniſtri, ex viſitatis prouinciis, per commiſſarios ad hoc ab ipſo generali miniſtro deputatos, quæ à dictis Commiſſariis rectè, & ſalubriter geſta, & ordinata fuerunt, reſcindere, mutare, aut contẽnere ſolent, ſub omnibus, & ſingulis pœnis ſupradictis expreſſe prohibemus, ne quiſquam ab eiſdem commiſſariis facta, & ordinata mutare, alterare, aut peruertere, ſine expreſſa licentia, & permiſſione ipſios generalis miniſtri, qui ſolus ea mutare valeat, vllo modo præſumant. Decernentes irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſuis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & confirmatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ac vice dũtaxat ad effectum præſentium, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die octaua Aprilis, 1575. Pontificatus noſtri, anno 3.

Bulla Tertia.

SVMMARIVM.

Cuſtodes ordinis poſſunt in partibus Indiarum orientalium concedere facultatem pro abſolutione plenaria, & quod prædicatorum, & confeſſorum præſentatio coram Epiſcopo ſit perpetua.

IDem Gregorius XIII. conceſſit ipſi miniſtro generali, vt in partibus Indiarum orientaliũ poſſint cuſtodes concedere facultatem, vt per ſe, vel per alium, vel alios, valeat abſoluere profeſſos, nouitios, aut conuerſos, ab omnibus delictis, etiam in Bulla Cenæ contentis, demptis hæreſi, cõſpiratio-

Vide in to. 1. qq. re q. 10. art. 9. & 10.

nis in

Digitized by Google

Vide in 10. 3. qq. re. q. 32. ar. 3. Vide in 1. 10. qq. re. q. 59. per tot.

nis in perſonam, vel ſtatum Romani Pontificis, iniectinne manuum violenrarum in prælatos, delatione arniuium, & aliorum probibitorum ad partes infidelium, falſitate literarum, & aliarum ſcripturaium Apoſtolicarum Ac inſuper in eodē breui concedit, quod in eiſdem partib. Prædicatores, & confeſſores ſemel prę̨ſentati, non tenentur iterum præſentari coram ordinario, ant eius ſucceſſore, nec ad id à quocumqoe inuiti valeant coarctari, breue incipit, Piis votis ſuis, Dat. Romæ, 15. Iulij, 1580. Pontiſ. noſtri, anno decimo. Habetur Romæ, in conſentu Aracæli, in regiſtri ordinis Hiſpaniarum folio 448.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Breue Gregorii Vndecimi confirmatum, ampliatumque à Sixto Quarto, Iulio Secundo, & Gregorio Decimoquarto.

LImitat, & declarat authoritatem protectoris ordinis Minorum, ab illuſtriſſimo, & reuerendiſſimo D. Hieronymo Matthæo S. Romanę Eccleſiæ Cardinali, dum eſſet auditor Cameræ Apoſtolicæ, &c. Authenticatum, ſub anno 1579.

Mantuæ apud Franciſcum Oſanam Impreſſorem Ducalem.

IN nomine ſanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, hoc præſens publicum trāſumpti inſtrumētum, inſpecturi, lecturi pariter, & audituri, quod nos Hieronymus Matthæus Protonotarius Apoſtolicos, Sancti Domini noſtri Papæ, eiuſque Camerarij, necnon Curię cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor, Romanæq. Curiæ iudex ordinarius, ſententiarum quoq. & cenſurarum in eadem Romana Curia, & extra latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque, vniuerſalis, & merus executos, ab eodem ſanctiſſimo Domino noſtro Papa ſpecialiter deputatos, necnō vtriuſque ſanctitatis ſuæ ſignaturæ referendarius, vidimus, & legimus, & diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, Gregorij Decimitertij, ſub plumbo, & Datom Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1568. Decimo quinto Kalen. Ianuarij, Pontifi. ſui, anno ſeptimo, legitimè expeditas, tenoris, prout infra, videlicet. Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuā rei memoriam. Prouiſionis noſtræ, debet prouenire ſubſidio, vt ius ſuum cuilibet conſeruetur. Hinc eſt, quod nos tenorem quarundam literarum fœlicis recordat. Iulij Papæ Secundi prædeceſſoris noſtri, in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertum, pro eo, quod exhibita nobis nuper pro parte dicti filii miniſtri generalis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia noncupatorum, petitio continebat, ipſe tenore prædicto ex certis cauſis ſe aſſerit indigere, de regiſtro ipſius prædeceſſoris de verbo ad verbum trāſcribi, & ad ipſius Miniſtri ſupplicationis inſtantiam, præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt. Iulius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriā, dum fructus vberes, quos ſacer ordo fratrum ordinis Minorum, in agro militantis Eccleſiæ, in propagatione religioſis, & fidei orthodoxę, hactenus produxit vtiliter, & producit, ac in futurum producturum fore indubitanter ſperamus, diligenter attendimus, dignom cenſemus, & debitum, nos ad illa noſtros debere dirigere cogitatus, per quę, ea quę pro perſonarum in illo, ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo famulantium, quiete, & tranquillitate, ac illorum ſuperiorum exercendam iuriſdictionem à Romanis Pontificibus conceſſa eſſe noſcuntur, in ſua integritate perſiſtant, & tanto firmius obſeruētur, quanto erunt ſæpius ſedis Apoſtolicæ munimine ſtabilita. Dudum ſiquidem, fœlicis recordatin. Gregorius Papa Vndecimus prœdeceſſor noſter, dicto ordini per ſuas literas conceſſit, poteſtatem protectoris eiuſdem ordinis pro tempore exiſtentis limitantes, ac aliqua eidem protectori inhibentes, necnon priuilegia, & indulta alia continentes, quas poſtmodum, piæ memorię, Sixtus Papa Quartus, etiam prædeceſſor, & ſecundum carnem auunculus noſter per ſuas literas, cum literarum Gregorii prædeceſſoris huiuſmodi de verbo ad verbum inſertione approbauit, prout in eiſdem literis, quas præſentibus de verbo ad verbum inſeri fecimus, plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum Raynaldi generalis, & modernorum prouincialium omnium prouinciarum, iuxta morem dicti ordinis, aſſerentium literas prædictas eſſe in vſu, nobis fuit humiliter ſupplicatū, vt literas Gregorii, & Sixti prædeceſſorum prædictas, approbare, aliterque in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui in minoribus conſtituti, Cardinalatus honore fulgentes, dicti ordinis protector viginti ſex annis, & vltra fuimus, eoſdem fratres, tanquam peculiares filios in viſceribus charitatis gerentes, eadem commoda, & tranquillitatē, ſinceris affectibus exoptamus. Generalem, & Prouinciales prædictos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, ſeu cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, literas prædicti Gregorij, & Sixti prædeceſſorum huiuſmodi, quæ in vſu ſunt, vt præfertos, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimos, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſcumque literis in forma breuis, cum noſtræ intentionis, incipientibus, & ſub datis, vigeſimo ſeptimo Nouēmbris, Pontificatus noſtri, anno tertio. Alias à nobis emanatis vna cum ſtatutis, & conſuetudinibus dicti ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſdam. Tenor vero dictarum literarum ſequitur, & eſt talis, Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam: Sancta Minorum religio, quæ agrum militantis Eccleſiæ ſanctis operibus, & exemplis copioſiſſimè fæcundat, & ſapientiæ ſplendore, catholicam illoſtrat Eccleſiam, tanto vberioribus fructibus fertilior eſſe conſpicitur, quanto in ſuo ſtatu quietior permanet, & conſiſtit, & maior promptiorque à ſubditis eiuſdem ordinis, fratribus ſuis prædictis obedientia exhibetur, nulliſque extrinſeci impedimenti perturbationibus agitatur, & moleſtatur, cum in ea caput vnicum ſit, & eſſe cenſeatur, à quo omnia dictæ religionis negotia, & cauſæ adminiſtrantur, & cui omnes, & ſinguli dicti ordinis fratres pareant, & illius ſubiaceant diſciplinæ. Dudom ſiquidem fœlicis recordationis, Gregorius Papa Vndecimus prædeceſſor noſter, cognito, quia nonnulli dicti ordinis protectores, dum maiorem, quam eis ex eiuſdem ordinis regula conceditur authoritatem vindicare, ac vſurpare ſibi ipſos voluerunt, vera ſubditorum prædicti ordinis ad ſuos prælatos obedientia ſubmo-

Digitized by Google

ſubmouebatur. Vnde perturbationes, inconueniẽtia multa, inutiles fratrum diſcurſus, & grauia ſcãdala fuerant exorta, in magnam ipſius ordinis iacturam, præiudicium, & detrimentum, literas ſequẽtis ed. dit tenoris: Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctos Christi fideles, ſuper quibus curam ex debito officii ſummi Pontificatus gerere obligamur, per præſentes ſic eiſdem charitatiuè, atque prouide, ac iuſte cupimus gubernari, qui illi in viam mandatorum Domini dirigentur, & hi ex merito præſidialis ſolicitudinis vberius ſuperinde remuneratoris, præmium nanciſcentur, ſed hoc nimirum, in illis deſideramus ardentius affectuoſo ſtudio procuramus, quorum alii mundanis affecti, grauibus pœnitentiis dediti, cæleſtibus inhiant, & ad id per contemplationis pennas, ſuauius, & altius eleuantur, vt aquila, & vt Maria parte optima perfruuntur, alii vero ſanctam ſolicitudinem Marthæ ſectantes, celebrationi Diuinorum vacãt ſolertius, alii diſcunt, & docent ſcientiam Dei, & alij plebem inſtruunt in eadem, alij feruentioris ſpiritus ardore ſuccenſi non timentes, ſed amantes, valeant ad Dominicam Aream multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis bonam Domino reddere rationem. Hi profecto ſunt fratres Minorum ordinis, in Dei Eccleſia multiplicibus ſplendoribus radiantes, quorum ſonus prædicationis, & ſanctitatis opera præ cæteris religionum profeſſoribus, vſque ad extremum terræ noſcitur exiuiſſe. Hi ſunt, quos Deus numero multiplicauit, & meritis quibuſcumque, & ſicut aliis bene merentibus in ſtudio militantis Eccleſiæ æternum brauium, quod certatim apprehendere ſatagunt, elargitur. Et propterea nos de ipſis dignè curam vigilem gerimus, vt eos, & his ſanctis operibus nihil impediat, nihil perturbet, ſed ipſi opportunæ quietis dulcedine potiantur. Sanè cum in B. Franciſci regula, cuius iidem fratres profeſſores exiſtunt, hæc verba continentur expreſſe, videlicet, quod per obedientiam ad hoc iniungo miniſtris, vt petãt à Domino Papa vnum de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit gubernator, protector, & corrector iſtius fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide Catholica paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Euangelium Domini noſtri, Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus obſeruemus, iidem fratres exiſtentes pro tempore huiuſmodi protectori dictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſucceſſiuis temporibus, petierunt à ſede Apoſtolica, & etiam habuerunt; ſed aliqui eorundem protectorũ putantes fortè bene, & licitè à certis temporibus citra, ſuam poteſtatem nimium extendiſſe manum in pluribus, ex quibus in ipſo ordine grauia, perturbationes, & ſcãdala ſunt orta. Nos igitur, vt idem ordo in ſua primæua quiete permaneat, de virtute in virtutem eat aſſiduè, quod quibuslibet amotis præpeditis, eradicatiſq. ſpinis, & tribulis, fructum non ſolum conſuetum, ſed etiã vberiorem afferat, vel radicalem ſubmotionem, turbationum, & ſcandalorum huiuſmodi iam exortorũ, & ne oriantur in poſterum prouidere, & eiuſdẽ ordinis protectoribus, qui erunt pro tempore, cũ nullus ſit ad præſens ordinis prædicti protector trãſgreſſionis ſuæ poteſtatis occaſionem tollere efficaci remedio cupientes authoritate Apoſtolica, eiſdẽ protectoribus diſtrictius inhibemus, ne præſumant quæcumq. ordinata; ſtatuta, ſeu diſpoſita, ac ordinanda, ſtatuenda, & diſponenda per generalia, prouincialia, & cuſtodialia capitula, infringere, reprobare, corrigere, ſuſpendere, aut diſpenſare ſuper ipſis, ſeu contra ea, vel eorum aliquod, quomodolibet immutare, niſi contra præmiſſos articulos in prædicta regula, vt præfertur poſitos, vel aliquem ipſorum exiſtentes manifeſtè, aut quemcumq. prælatum, ſeu officialem dicti ordinis, ſeu alicuius loci eiuſdem, quocumque nomine nuncupetur, ponere, ſeu inſtituere, aut deponere, deſtituere, ſeu priuare, aut à ſuo officio ſuſpendere, ſeu impedire, ſuper eius libero exercitio quouis modo, aut aliquẽ fratrem ordinis antedicti ad lectoratum, aut quãcumque lecturam, ſeu ſtudium, vel gradum promouere, aut promotos ab eis remouere, ſeu etiam reuocare, aut de loco ad locum mittere, vel mutare, ſiue alicui fratrum eorundem, eundi ad quodcũque monaſterium, vel locum alium, vel domum, vel aliam perſonam licentiam impartiri, & ne ſuper quemuis ſingularem fratrem ordinis memorati, de quocumque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, vel ſententia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare, aut etiam alicui fratri locum, cameram, cellam, libros, vel alias res dicti ordinis concedere, vel eius vſui deputare, aut quemcumque per prælatos eiuſdem ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amouere, nec etiam de rebus, aut de correctione fratrũ dicti ordinis, niſi in præmiſſis caſibus contentis in prædicta regula, ſeu eorũ aliquo, aliquatenus intromittere ſe quouis modo, ita quod dictus ordo, ſeu fratres eiuſdem, in nullo ſubſint futuris protectoribus, niſi in caſu, in quo ipſorum fratrum communitas, vel generale capitulum (quod abſit) à prædictis articulis, & eorũ aliquo deuiarent, alioquin ſi ſecus fecerint, decernimus irritum, & inane, & nihilominus fratres, qui contra noſtram huiuſmodi inhibitionem, quidquã impetrabunt, ſeu poſt inhibitionem huiuſmodi vtẽtur, etiam per alios impetratis, puniantur illis pœnis, quibus eſſent pro grauibus culpis ſecundũ ſtatuta dicti ordinis puniendi, & ſint nihilominus actibus priuati legitimis, & à ſuis, ſi quæ habent ſuſpẽdi officiis ipſo facto. Cæterum nos, eoſdem futuros protectores hortamur attentius, quod per facti efficaciam, ſic nominis ſui officii procurent effectũ, quod ordo ipſe per eos non lædatur in aliquo, ſed potius ab aduerſis (ſi quomodo forſitan incũbunt) ſuo opportuno defenſionis clypeo protegatur, & à noxiis præſeruetur, ſic aptati prouidè, & æquitatis, ac modeſtiæ limites ſeruaturi, vt non trahatur ad noxam, quod prouiſum extitit ad ſalutem, ſed ex charitatiuis geſtis eorum ordo præfatus quietem, & conſolationem percipiat, & ipſi protectores magnum apud Deum præmium ſortiantur, & ſuper contrario non oporteat dictæ ſedis prouidentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginam noſtri inhibitionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datũ, apud Pontem Sorgiæ, Auinionenſis diœceſis, VI. Kalendas Iunij, Pontificatus noſtri, anno 3. Nos autem dum in minoribus conſtituti, ipſius ordinis generalis cura, & adminiſtratio incumberet, ſalubriũ opportunum, & neceſſarium dicto ordini eſſe conſpeximus, vt protectores vltra præfixum ab eiuſdẽ ordinis regula, authoritatem non extenderent, nã experti ſumus, & vidimus, quanta pax, quies, vtilitas, quantaq. commoda prædicto ordini, & fratribus eiuſdem, ex firma, & in conceſſione dictarum literarum obſeruantia prouenerint, quæ, & quantæ perturbationes, iacturæ, incommoda, dãna, & grauia ſcandala, in dicto ordine ſuſcitata ſunt quoties dicti ordinis protectores, ſuæ authoritatis limites excedere attentantes, in particularibus dicti ordinis, & fratrum eiuſdem cauſis, & negotiis ſe intromittere, & vſurpata ſibi authoritate, ea videre, co-

De poteſtate protectorũ. Vide in 3.10.99.re.g.42.

Digitized by Google

re, cognoſcere, & iudicare, & decernere voluerint, cupientes, vt religio, & ordo prædictus, quem affectuoſiſſime charitate complectimur, vt potè, quia in eo à teneris annis enutriti, & doctrina, ac regularibus diſciplinis, & moribus inſtituti fuimus, & vti firma fide tenemus, certiſſimiſque in nobis experimentis didicimus, ad officia, & dignitates, ad quas in minoribus promoti ſumus, & ad hunc ſummum Pontificatus apicem, meritis, & precibus Seraphici illius Patriarchæ Franciſci, eiuſdẽ ordinis patris, & fundatoris promoti fuimus, quieto conſiſtens ſtatu, virtutibus, & meritis augeatur, & multiplicetur, vt fidei catholicæ, & Chriſtianæ Reipublicæ augmentum, & multiplicetur, ac ſolidum fundamentum ex eiuſdem ordinis, fratrum operibus, & exemplis ſapientiæ ſplendore, & fructuoſis ſtudijs, & prædicationibus proueniant, prõptiſſimo, ac liberali animo, vti dignum cenſemus, & debitum, ea quæ pro ipſius ordinis quiete, pace, tranquillitate, & proſperitate à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, prouidè ſtatuta, & ordinata ſunt, vt illibata perdurent, noſtræ approbationis munimine roboramus, interpretamur, & declaramus, prout ipſius ordinis tranquillitati conſpicimus ſalubriter expedire, igitur, vt de cætero ipſius ordinis profeſſoribus, omnis euagandi extra religionem occaſio tollatur, & vera ſuis prælatis obedientia in qua religionis verum, & ſolidum firmamentum, & robur conſiſtit, exhibeatur, præfatiqua ordinis, & fratrum eiuſdem negotia, & cauſę non alibi, nec per alios, quàm in ipſo ordine, & ipſius prælatos tractentur, agitentur, iudicentur, & determinentur, dilecti filij Zaneti de Vdino generalis dicti ordinis miniſtri, & totius generalis capituli, in hac parte ſupplicationibus inclinati, inhibitionem, & literas prædictas prædeceſſoris prædicti, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & per eas protectori prædicto, qui in tempore erit, niſi in illis caſibus, & articulis in regula dictorum fratrum expreſſis, prædicti prædeceſſoris literis declaratis, ne in illis, dum non vniuerſi, ſed aliqui ipſius ordinis profeſſores in quouis numero, à fide, veritate, & ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ obedientia deuiarent, & regulam prædictam non ſeruarent, ſed de eorum deuiantium, & non obſeruantium regulam correctione, aut reductione, ac alijs quibuſlibet cauſis, negotijs dicti ordinis ſe impediant, inhibitum fore, dicta authoritate decernimus, & declaramus. Hortamur autem illum, qui officium protectoris huiuſmodi, quod in præſentiarum per obitum Bo. me. Beſſarionis Epiſcopi Sabinenſis, dicti ordinis olim protectoris, nuper vita functi vacat, aſſumi, & deputari contigerit, & ipſius ſucceſſores dicti ordinis protectoris, ac eis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo inhibemus, ne extra pręfatos articulos, & caſus in regula prædicta contentos, & expreſſos, nec etiam in illis, cum non vniuerſus ordo, ſed aliqua ipſius pars, vel ſpeciales perſonæ errarent, & ipſorum fratrum querelas, ſeu de ipſorum cauſis, & negotijs contra literas, & declarationes huiuſmodi intromittere ſe quoquomodo præſumant, ſed curent, vigilent, & intendant, vti eſt proprium eorum officium, & prædicti Sancti Franciſci, & Apoſtolicæ ſedis intentio exiſtit, ipſum ordinem in quieto, & tranquillo, & pacifico ſtatu obſeruare, & augere, & ab impugnantibus, moleſtantibus, & perturbantibus, protegere, defendere, & tueri, ne ſecus agendo, ordinem præfatum, non ſolum non protegant, cõſeruent, & exaltent, vt tenentur, ſed in animarum ſuarum perniciem, & dicti ordinis detrimentum, & ſcandalum, perturbent, deſtruant, & confundant. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1472. quinto Kalend. Februarij, Pontificatus noſtri, anno ſecundo. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1508. Idibus Octobris, Pontificatus noſtri, anno quarto. Cæterum, vt earundem, literarum tenor præfatus, ſic inſertus, omnimodam rei, aut facti certitudinem faciat, authoritate Apoſtolica decernimus, vt illud idem robur, eandem vim, eundem vigorem dictus tenor, per omnia habeat, quæ haberent literæ originales prædictæ, & eadem prorſus ipſi tenori, fides adhibeatur quandocumque, & vbicumque, ſiue in iudicio, ſiue alibi, vbi fuerit exhibitus, & oſtenſus, & eidem ſtetur ſimiliter in omnibus, ſicut eiſdem literis originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, per hoc autem nullum ius de nouo cuipiam acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo continuari. Nulli ergo, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, 1578 decimotertio. Kal. Ianuar. Pontificatus noſtri, anno ſeptimo, C. Robert, locus Plumbi. Quibus quidem literis Apoſtolicis diligenter inſpectis, quia omni prorſus vitio, & ſuſpicione carere inuenimus, illas, ad requiſitionem, & inſtantiam D. Gabrielis Calui, in Romana curia, & antedicti miniſtri generalis procuratoris aſſerti, per notarium noſtrum infraſcriptum exemplari, publicari, & in hanc publicam tranſumpti formam redigi mandamus, decernentes, & volentes, quod huic tranſumpto publico, ſeu exemplo, plena fides deinceps adhibeatur vbique locorum, omnibus, & ſingulis quibus fuerint opportunum, ipſumque tranſumptum fidem faciat, ac illi ſtetur, ac ſi dictæ literæ Apoſtolicæ originales ſupra tranſumptatæ, productæ apparerent, aut in medium exhibitæ, & oſtenſæ forent. In quorum omnium, & ſingulorum præmiſſorum fidem præſentes fieri, & per notarium noſtrum publicum infraſcriptum ſubſcribi, ſigillique noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Datum Romæ, in ædibus noſtris ſub anno à Natiuitate Domini, 1579. Indictione ſeptima, die vero quinto Februarij, Pontif. SS. N. D. Gregorij XIII. anno ſeptimo.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Conceditur monialibus S. Claræ Conceptionis, & Annuntiationis, & tertiarijs in congregatione viuentibus, exemptio à decimis in monaſterijs, in quibus ſolum habent ſexdecim ducatos auri de camera, pro ſuſtentatione vniuſcuiuſque.

GRegorius Papa XIII. ſeruus ſeruorũ Dei, Ad futurã rei memoriam. Paſtoralis officij cura, qua diſponente Domino, licet immeriti gerimus, nos propenſius admonet, vt ad ea, quæ ſacrarũ virginũ, ſub voluntariæ paupertatis habitu Altiſſimo ſua vota perſoluentium, neceſſitatibus occurritur ſolitis ſtudijs intendamus, & ea, quæ per prædeceſſores noſtros conceſſa comperimus, etiã noſtri muniminis ſoliditate roboremus, illaq. augeamus, & ampliemus, prout temporum conditione inſpecta, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Olim ſiquidem fœlicis recordationis, Sixtus Papa IIII. prędeceſſor noſter, inter alia ſtatuerat, & ordinauerat, quod pro tẽpore exiſtentes Abbatiſſæ, vel moniales monaſteriorũ ordinis Sanctæ Claræ ſub cura pro tempore exiſtentis generalis miniſtri, aliorumque

rumque officialium ordinis fratrum Minorum vbilibet conſtitutorum, de quibuſuis terris, & poſſeſſionibus ad eas pertinentibus, & ſpectantibus, decimas, primitias, & cenſus, non tamen Apoſtolica authoritate impoſitas, alicui perſonæ ſoluere minimè tenerentur. Et piæ memoriæ, Leo Decimus, etiam prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula priuilegia, gratias, prærogatiuas, exemptiones, & indulta eiſdem monialibus S. Damiani, & minoriſſarum monaſteriorum S. Claræ huiuſmodi, per quoſcumque Romanos Pontifices, & præſertim recolendæ memoriæ, Eugenium etiam IIII. Nicolaum ſimiliter IIII. Bonifacium Octauum, Ioannem XXII. Clementem III. Alexandrum V. & Benedictum II. ſimiliter prædeceſſores noſtros, reſpectiue conceſſas, & conceſſa ad Abbatiſſas, ſeu matres, moniales, vel ſorores tertiæ regulæ S. Franciſci de pœnitentia nuncupatas in communi viuentes, extendi, & ampliari voluerat, & ſucceſſiue ad preces tunc Abbatiſſarum, & monialium dicti ordinis S. Claræ, ſub cura fratrum Minorum regularis obſeruantiæ degentiū prædicti Sixti prædeceſſoris ſtatum, & ordinationem huiuſmodi innouauerat, confirmauerat, & approbauerat. Ac deinde, cum idem Leo X. prædeceſſor, ad ſupplicationem tam Abulenſis, & Seguuienſis, aliorumque Cathedralium, & Metropolitanarum, & Collegiatarum, capitulorum, necnon Rectorum parochialium Eccleſiarum, Caſtellæ, & Legionis Regnorum, ius in dictis Decimis, & primitiis, vel ad illas ſe habere prætendentium, ex certis tunc expreſſis cauſis, conceſſiones, & indulta huiuſmodi ad viam, & diſpoſitionem iuris communis reduxiſſet, ſeu reduci mandaſſet. Pro parte tunc miniſtri generalis dicti ordinis fratrum Minorum regularis obſeruantiæ ſanctæ memoriæ, Clementi Papæ Septimo etiam prædeceſſori noſtro, expoſito, quod nullæ Abbatiſſæ, & moniales monaſteriorum S. Claræ Annunciationis & Conceptionis ordinum & in communi viuentes tertiæ regulæ S. Franciſci huiuſmodi, adeo erant pauperes, quod de redditibus, & prouentibus ipſorum monaſteriorum, & locorum, nullo modo ſe ſuſtẽtare poterant. Idem Clemens prædeceſſor, ad ſupplicationem prædicti miniſtri generalis dicti Leonis prædeceſſoris voluntatem, conceſſionem, & indultum priora huiuſmodi approbando, innouando, illaque potiori pro cautela, de nouo concedendo, ſtatuerat, & ordinauerat, quod perpetuis futuris temporibus, Abbatiſſę, moniales, & ſorores, ac monaſteria, & loca huiuſmodi, ſi ex eorũ bonis pro earũ ſuſtentatione ſufficientes redditus non haberent, decimas, ac primitias, taxas, vel collectas, ſeu exactiones alicui ſoluere minime tenerentur. Deinde ad recolẽdæ memorię, Pauli Papę etiam III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, notitiam deducto, quod prædicti Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula, Rectores, beneficiati, & aliæ perſonæ, necnon earundem Eccleſiarum fabricæ, ac pro illis agentes, literis Clementis prædeceſſoris huiuſmodi parere recuſabant, ipſaſque Abbatiſſas, moniales, & ſorores, eorundemque monaſteria, & loca, indifferenter ſuper ſolutione decimarum, & prouinciarum prædictarum, multipliciter vexari non deſinebant, contra priuilegia, & literas huiuſmodi, quãuis vſu recepta, & obſeruata, temere, & de facto veniendo, idẽ Paulus prædeceſſor, cupiẽs vexationibus prædictis obuiare, eiuſdem Clemẽtis prędeceſſoris literas prædictas, motu proprio, & ex certa ſcientia, per quaſdam innouauit, confirmauit, & approbauit, illaque de nouo conceſſit. Succeſſiue eiuſdem Pauli prædeceſſoris, pro parte tunc Epiſcopi, & dictorum filiorum capituli Salmantini, aſſerentium ſibi per literas Clementis prædeceſſoris aliaque priuilegia, & indulta eiſdem Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus earumque monaſteriis, & locis conceſſa huiuſmodi ius quæſitum tolli. Quodque Abbatiſſę, moniales, & ſorores huiuſmodi licet adeo diuitiis abundarent, quod decimas, & primitias prædictas ſoluere commode valerent, nihilominus ab illarum ſolutione, occaſione confictæ ſimulatæ paupertatis indebite ſe ſubtrahebant, ea poſito, Paulus prædeceſſor nulla prorſus de innouatione, confirmatione, approbatione, & conceſſione vltimo dictis, mentione habita, prædicti Leonis prædeceſſoris poſteriores literas prædictas, priuilegia, & indulta huiuſmodi, ad ius commune, vt præfertur, reducẽdo, & in illis contenta quæcumque, iuxta illarum continentiam, & tenorem, per alias ſuas literas in forma breuis, obſeruari mãdauit, perinde ac ſi literæ Clementis prædeceſſoris huiuſmodi nõ emanaſſent. Poſtremo per eundem Paulum prædecto, quod licet ſecundæ literæ eiuſdem, occaſione diuitiarum, quibus nonnullas Abbatiſſas, & prædictas moniales abundare aſſerebant, vt præfertur, obtentæ, ad illas, quæ congruam ex earum redditibus non haberent ſuſtentationem, extendi non deberent, à nonnullis tamen aſſerebatur per eaſdem ſecundo dictas literas, quæ ſimpliciter, & indiſtincte innouationem, confirmationem, & approbationem vltimo dictarum literarum Leonis prædeceſſoris, perinde ac ſi Clementis prædeceſſoris literæ huiuſmodi non emanaſſent, continerent, fuiſſe, & eſſe ipſius Clementis prædeceſſoris literis huiuſmodi ſufficienter derogatum, dictus Paulus prædeceſſor, ad tollendum omne dubium, quod de cætero inter Abbatiſſas, & moniales, ac Epiſcopos, capitula, rectores, ac fabricas, & perſonas huiuſmodi oriri contingeret, motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, per alias ſuas literas voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod Abbatiſſæ, moniales, & ſorores ordinis S. Claræ de obſeruantia nuncupatæ, in communi viuentes prædictæ, in eiſdem regnis exiſtentes, necnon domus, monaſteria, loca, & poſſeſſiones, & alia quęcumque bona, mobilia, & immobilia, ſi ex earum redditibus congruam non haberent ſuſtentationem, taxanda videlicet pro vnaquaque moniali, ad ſexdecim ducatos auri de camera, à ſolutione, & pręſtatione decimarum, & primitiarum prędictorum, iuxta eiuſdem Clementis prędeceſſoris literarum prędictarum, eſſent, & eſſe deberent prorſus, & omnino exemptę, & immunes, nec deſuper à quoquam moleſtari, vexari, vel perturbari poſſent. Quodque eiuſdem Pauli prędeceſſoris ſecundi dictę literę, Abbatiſſas, moniales, & ſorores, ex ſuorum monaſteriorum redditibus congruam ſuſtentationem, vltra ſummam dictorum ſexdecim ducatorum pro illarum qualibet habentes, duntaxat comprehenderent, prout in ſingulis literis prędictis plenius continetur. Cum autem ſicut dilectus filius, Hieronymus Guzman ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupati, ſacrę Theologię profeſſor, Commiſſarius generalis dicti ordinis Vltramõtes, nobis nuper expoſuit, dicti ſexdecim ducati pro vnius monialis victu, & veſtitu, aliiſque neceſſitatibus, nullatenus ſufficiant, idem Hieronymus Commiſſarius, nobis humiliter ſupplicauit, vt in pręmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ſingularũ literarum prędictarũ, necnon litiũ, & cauſarũ, ſiquis ſupra dictis decimis, & primitiis, inter Archiepiſcopos, & Epiſcopos, capitula, Rectores, ſua intereſſe putantes, necnon Abbatiſſas, moniales, & ſorores huiuſmodi, vel ipſorũ aliquos in Romana curia, vel extra eam, coram quibuſuis iudicibus, & dicti Palatij Auditoribus, ſeu loca tenentibus, ac aliis perſonis, & in quibuſuis inſtantiis pendeãt, ſtatus, nominaq; & cognomina iudicũ, & collitigantium,

Vide in to. 2.qq.reg.q. 44.ar.3.& in 10.3.qq.10 8u.9 74.ar 11.16.

tium, aliorumque neceſſariorum exprimendorum qualitates, & circunſtantias, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, dictos ſexdecim ducatos, ad viginti quinque ducatos ſimiles, annuatim pro qualibet moniali, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ extendimus, & ampliamus, in reliquis autem omnibus, omnes prædeceſſorum noſtrorum prædictorum, præſertim Pauli Tertij, literas, in ſuo robore permanere volumus, ſtatuimus, ordinamus, & decernimus, ſicque per auditores, prædictos, aut alios iudices quoſcumque, tam in dicta curia, quam extra illam, in quibuſuis inſtantiis iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ſublata eis quauis aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate, & authoritate, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Et nihilominus, omnib. & ſingulis Epiſcopis, Archiepiſcopis, vicarüs, & quibuſuis alus, ad decimarum, & primitiarum huiuſmodi deputatis, & pro tempore deputandis, exactionem, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictius inhibemus, ne Abbatiſſas, ſorores, & moniales, domos, ac monaſteria, ac loca prædicta, vigore quarumcumque literarum à nobis, vel à ſede prædicta pro tempore emanãdarum, etiamſi in eis caueatur expreſſe, quod ad quæuis exempta, vel non exempta loca, & monaſteria ſe extendant, cuiuſcumque tenoris exiſtant, ipſios ſedis facultate conceſſa, niſi de indultis huiuſmodi, eiuſque toto tenore, ac de dictis ordinibus, & nomine Cardinalis, cui dictorum ordinum cura, gubernatio, & protectio pro tempore conceſſa fuerint, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, fecerint mentionem, ad ſoluendum decimas, & primitias huiuſmodi, cõtra præſentium tenorem, quouis modo cogere, aut compellere, ſeu alias moleſtare, vel inquietare præſumant. Quocirca, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, prioribus præpoſitis, decanis, Archidiaconis, & aliis perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, necnon eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum officialibus, vbilibet conſtitutis, per eaſdem præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus veſtrum per ſe, vel alium, ſiue alios, eiſdem Abbatiſſis, monialibus, & ſororibus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant prædictas literas, & in eis contenta quæcumque, quoties deſuper fuerint requiſiti, inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eaſdem Abbatiſſas moniales, & ſorores huiuſmodi, contra præſentium tenorem, quomodolibet moleſtari, vexari, vel perturbari, contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, & legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, cenſuras prædictas contra inobedientes quoſlibet, & rebelles declarando, ac iteratis vicibus aggrauando, interdictumque eccleſiaſticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus, quæ dictus Clemens, & Paulus, prædeceſſores huiuſmodi, voluerunt nõ obſtare, cęteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi Archiepiſcopis, Epiſcopis, capitulis, Rectoribus, beneficiatis, & aliis ſua intereſſe putantibus prædictis ſit ab eadem ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac ſi de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod præſentium literarum tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, vel iudicis ordinarij munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur literis, ſi originaliter exhibitæ, & oſtenſæ fuiſſent. Datis Romæ, apud S Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Martij, anno Domini, 1581. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla Sexta.

S V M M A R I V M.

Quod decem monialibus vna ancilla deputetur.

Dilecto filio Miniſtro generali ordinis fratrum Minorum de obſeruantia.

Gregorius Papa XIII. Dilecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Significaſti nobis, te in omnibus fere monialium Hiſpaniæ monaſteriis, quæ curæ, & regimini fratrũ tui ordinis ſubſunt, eũ inueniſſe morem, vt Coquinæ, refectorio, horto, & aliis eiuſmodi adhibeantur ancillæ, quia talibus rebus moniales nolunt ſe immiſcere: quę tamen ancillæ, dum ibi operantur clauſuram, egredi ſolitæ non ſunt, & cum incertum ſit, vera ne conceſſione, vel potius conſuetudine, ſeu abuſu hæc inualuerint, ſupplicaſti etiam, vt aliqua opportuna ineatur ratio, qua ipſarum monialium conſcientiæ ſecuritati, melius conſulatur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi vt in quibuſuis monaſteriis hoc neceſſarium eſſe duxeris, & donec conuerſas apud ſe receperint, denis monialibus ſingulas haberi ancillas indulgeas, quæ ancillæ, ſicut moniales clauſuræ legem ſeruent, & ibi perpetuo durante ipſarũ vita maneant, & conuerſarum loco ſint, ſed tamen infirmitate incurabili, vel perpetua ingruẽti, aut ob corruptos mores inde educi, ſuperiorum iudicio poſſint, ita vt in eiſdẽ monaſteriis, aut aliis amplius non recipiantur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem tribuimus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Dat: Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 31. Decem. 1583. Põt. noſtri, an. 13.

Bulla Septima.

S V M M A R I V M.

Declaratio circa præcedentiam fratrum Mendicantium, & cõfraternitatum laicorũ in proceſſionibus.

Gregorius Decimus tertius Papa. Ad perpetuam rei memoriam. Expoſcit Paſtoralis officij munus, cui diſponente Domino præſidemus, vt ad ea ſolicite intendamus, per quæ diſcordiarum, & litium, ac controuerſiarum quarumlibet præſertim inter perſonas Eccleſiaſticas materia tollatur. Sane nobis nuper innotuit, quod in multis ciuitatibus, & diœceſibus diuerſarum mundi partium, nonnullæ lites, cauſæ, & controuerſiæ inter fratres Mendicantes, aliæ etiam ſimiles lites, & controuerſiæ inter confratres confraternitatum Chriſti fideliũ ſuper præcedentia, vel iure præcedendi, ortæ iam ſint, & oriri facile poſſint. Non cõſiderãtes lites, cauſas, & controuerſias huiuſmodi in Eccleſia, præſertim inter religioſas perſonas, quæ relictis mundi vanitatibus, famulatum, & votum ſuũ in humilitatis ſpiritu Domino, & Deo noſtro, qui ſe pro nobis vſque adeo humiliauit, vt formam ſerui acci- *r De præcedẽtia in proceſſionib. vi ae in to. 3. g 9. re. q. 37.*

pe-

peret,exhibere,& perſoluere profitentur, non mo
dicam illi præclaræ,Deoque præcipue dilectæ vir-
tuti,quæ eſt humilitatis,labem infundere, populo-
que ſcandalum generare, ac propterea illas omni
ratione ſubmouendas, publicæque religionis tran-
quillitati,ac miniſtrorum Eeclefiaſticorum recon-
ciliationi,& mutuæ dilectioni,quam primum con-
ſulendum eſſe rati,ac ſupremam huic negotio ma-
num imponere volentes,necnon cauſas,lites,ſeu cõ
trouerſias huiuſmodi vbilibet,& coram quibuſuis
iudicibus motas,& in quibuſuis inſtantiis indeciſas
pendentes,ab eiſdem iudicibus harum ſerie ad nos
auocantes, illaſque penitus extinguentes, eiſdem-
que fratribus Mendicantibus, ac confratribus ſu-
2 per præmiſſis perpetuum ſilentium imponentes,de
nobis attributæ poteſtatis plenitudine volumus, &
Apoſtolica auctoritate decernimus,quod quicum-
que ex dictis fratribus Mendicantibus, inter ſe de
præcedentia huiuſmodi contendentibus, aut con-
fratribus confraternitatum prædictarũ, inter quos
lites,& cauſæ,præmiſſorum occaſione ortæ iã ſint,
ſeu oriri contigerit in futurum, qui in quaſi poſſeſ-
ſione præcedentiæ,ac iuris præcedendi ſunt, ij(qui
buſcumque reclamationibus,proteſtationibus,ap-
pellationibus,& aliis ſub refugiis prorſus remotis,
& ceſſantibus,& poſtpoſitis)in proceſſionibus tam
3 publicis,quam priuatis præcedere debeat. Quãdo
vero non probetur, aut non conſtet de quaſi poſſeſ
ſione præcedẽtiæ huiuſmodi inter fratres quidem
Mendicantes,ij qui antiquiores in loco controuer
ſiæ,inter confratres vero inter ſe litigantes ij, qui
prius ſacris vſi ſunt,in proceſſionibus tam publicis,
quam priuatis præcedere debeant. Ita vt ſi cõtige-
rit noua monaſteria, aut domus alicuius ordinis
Mendicantium in loco, in quo alterius ordinis ex
dictis Mendicantibus monaſteria, aut domus priua
erecta,& inſtituta ſint,ille ordo, qui prius monaſte
4 rium,ſeu domum in loco habuerit,præcedat. Prçte
rea,quia inter prædictos ordines plerumq; alia in
proceſſionibus,& alia in Conciliis generalibus, &
5 aliis actibus publicis,ſiue priuatis,ratio circa modũ
præcedendi ſeruatur,nolumus per præſentes, præ-
rogatiuis dictorum ordinum, quoad præcedentias
huiuſmodi, quæ propriis ordinibus, præterquã in
proceſſionibus prædictis debẽtur, aut fratribus Ca
pucinis nuncupatis,qui in proceſſionibus publicis
ſub conuentualium S.Franciſci, aut Minorum de
6 obſeruantia fratrum nuncupatorũ,cruce,vt ſolent,
incedere poſſint, aliquod præiudicium generari.
Sicque per quoſcumque iudices,& Commiſſarios,
etiam S.R.E.Cardinales,ſublata eis,& eorum cuili
bet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facul-
tate,& auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac
quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis aucto
ritate,ſcienter,vel ignoranter contigerit attentari,
irritum,& inane decernimus. Non obſtantibus con
ſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, necnõ
Eccleſiarum,monaſteriorum,ordinum, congrega-
tionum,domorum, ac confraternitatum quorum-
cumque,etiam iuramento,confirmatione Apoſtoli
ca,vel quauis firmitate alia roboratis. ſtatutis,& cõ-
ſuetudinibus,priuilegiis quoque,& literis Apoſto-
licis,illis,eorumque ſuperioribus, & perſonis ſub
quibuſcumque tenoribus & formis,ac cum quibuſ
uis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque effica-
cioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſq; & aliis
decretis,in genere, vel ſpecie,etiam motu proprio,
aut alias quomodolibet conceſſis,ac etiam iteratis
vicibus approbatis,& innouatis. Quibus omnibus
(illorum tenores præſentibus pro ſufficienter ex-
preſſis habentes,illis alias in ſuo robore permanſu-
ris,hac vice duntaxat,ſpecialiter, & expreſſe dero-
gamus) cæteriſque contrariis quibuſcumque. Vo-

lumus autem,vt præſentibus tranſumptis,manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides,tam in iudicio,quam extra adhibeatur,quæ præſenibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum,ſub annulo Piſcatoris,die 15.Iulij, 1583. Pont.noſtri,anno 12.

Bulla Octaua.

SVMMARIVM.

Declaratio facultatis ordinariorum viſitandi, & corrigend: loca, & perſonas Militia, & Hoſpitalis Sãcti Ioannis Hieroſolymitani, in his dumtaxat, qua concernunt curam animarum, aut Sacramẽtorum adminiſtrationem.

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Conſueuit ſedes Apoſtolica ſpecialẽ eorum tutelam ſuſcipere, quos maior commendat copia meritorũ. Quo in numero dilecti filij, Magiſter, & conuentus Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymit. in primis poſiti, nos excitant, & hortantur prouidere, vt à perturbationibus,& moleſtiis, quãtum poteſt liberentur. Cum enim prioratus, Caſtellania, Empoſtæ, præceptoriæ, Baiulinatus, aliaque beneficia dicti Hoſpitalis, exempta ſint ab omni ordinariorum locorum iuriſdictione, viſitatione, correctione,& ſuperioritate,per priuilegia,& indulta Apoſtolica eidem Hoſpitali conceſſa, approbata, & innouata, illaque, & alia huiuſmodi beneficia obtinentes, nullum præter Romanum Pontificem, & eiuſdem Hoſpitalis magiſtrum pro tempore exiſtentem recognoſcant, nonnulli tamen locorum ordinarii dilectos filios priores, Caſtellanos, præceptores, Baiuliuos,& alios fratres dicti Hoſpitalis, ratione prędictorum,& aliorum beneficiorum ab eis obtentorum, viſitare, & iuriſdictionem in eos vſurpare, beneficia dicti Hoſpitalis conferre, & alias eos inquietare non dubitant, in graue dicti Hoſpitalis præiudicium. Nos prædictorum fratrum, qui Chriſti Cruce ſuſcepta nullis laboribus, aut periculis parcentes, vitam ſuam pro Orthodoxa fide contra Chriſtiani nominis hoſtes obiicere non recuſãt, indemnitati, & ne moleſtiæ illis contra ſua priuilegia inferantur, prouidere volentes: præcipimus, atque interdicimus vniuerſis, & ſingulis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarcbis, aliiſque ſuperioribus, & inferioribus eccleſiarum prælatis,& locorum ordinariis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis,& conditionis exiſtant, quauiſq; auctoritate, & poteſtate fungantur,& functuri ſint, ne poſt hac in prædictorum, aliorumque dicti Hoſpitalis fratrum viſitatione, correctione, vel reformatione, præterquam in iis, quæ animarum curam,& ſacramentorum adminiſtrationem concernunt (in quibus Concilij Tridentini decreta, & conſtitutionem fœlicis recordationis Pij Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, vigeſimo ſecundo Septembris, Pontificatus ſui anno tertio editam ſeruari omnino volumus) ſeſe interponere, aut priores, Caſtellanos, Baiuliuos, præceptores, fratres, & alios ſupradictos, directe, vel indirecte, quouis quæſito colore, vel ingenio contra ſuorum priuilegiorum, ac indultorum tenorem, vexare, vel perturbare audeant quoquomodo, in eos grauius animaduerſuri, qui prohibitioni noſtræ huiuſmodi præſumpſerint contraire. Et nihilominus venerabilibus fratribus noſtris Hoſtienſi,& Portuenſi Epiſcopis, ac dilecto filio curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori per præſentes mandamus, vt ipſi, vel duo, aut vnus

De viſitatione hac, vide I 1.10. qq.70.q.36 art.3.

eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundem magiſtri, & conuentus, ac priorum, præceptorum, Buulinorum, & fratrum militiæ prædictorum, vel alicuius ipſorum fuerint requiſiti, ſolẽniter publicantes, eiſque vniuerſis, & ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes, non permittant eos per Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios prædictos, aut quoſcumque alios contra præſentium tenorem, quomodolibet moleſtari. Contradictores quoſlibet per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & locorum quorumcumque iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon priuilegiis, & indultis Apoſtolicis. illis, ac prædictis ordinariis, & prælatis ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innouatis contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim à prædicta ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 7. Ianuar. 1584.

Bulla Nona.

SVMMARIVM.

Facultates prioris generalis, ac fratrum, & monialiũ ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, alienandi, & in emphyteuſim concedendi bona ipſius ordinis, in euidentem eius vtilitatem.

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dum ad vberes, ſalutiferoſque fructus, quos benedicente Domino, facer dilectorum filiorum fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini ordinis, in vinea Domini protulit, & in dies proferre non ceſſat, debitum reſpectum habemus, ac planè agnoſcimus, quod ij tantum huius ſedis ſpeciales filij, tam verbum Dei, per vrbes, & regiones diſſeminando, quàm vbique varia charitatis opera adimplendo, nos in huius Paſtoralis officij onere coadiuuare non ceſſant, facere nullo modo poſſumus, quin eos ſpeciali quadam huius ſedis beneuolentia proſequentes, ea ſibi fauorabiliter cõcedamus, per quæ eorum indemnitati, monaſteriorumque ſuorum vtilitati, valeat ſalubriter prouideri. Exponi ſanè nobis fecerunt iidem fratres Eremitæ, quod ſæpenumero accidit, vt pro aliqua vrgenti neceſſitate, vel vtilitate monaſteriorum, domorum, & locorum dicti ordinis, tam virorum, quàm mulierum, illorum bona locare, alienare, permutare, vel in emphyteuſim, ſeu liuellum dare expediret, ac quãdoque contingit, vt conditio ſemel oblata, ſi prætermittatur, maximam afferat iacturam, præterquam quod difficile admodum exiſtit, pro ſingulis minimis communitatibus, & aliis cõtractibus, ad ſedem præfatam recurrere, ac id non ſine ipſius ordinis in paupertate fundati, inquietudini eſſe põt. Quare iidem fratres Eremitæ nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos fœl. rec. Sixti Quarti, & Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærere volentes, ipſoſque fratres Eremitas, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſentẽtiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiſdem fratribus Eremitis, vt ex nunc de cætero, perpetuis futuris temporibus, fratres, & moniales dicti totius ordinis Eremitarum S. Auguſtini, omnium, & quorumcumque monaſteriorum, domorum, & locorum eiuſdem ordinis, vbilibet nũc, & pro tempore exiſtẽtium, libere, & licite poſſint, & valeant quæcumque bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia, cuiuſcumque quantitatis, & qualitatis, valoris, & in quocumque loco exiſtẽtia, eorundem monaſteriorum, domorum, & locorum vẽdere, alienare, & permutare, & etiam in Emphyteuſim, ſeu ad liuellum, etiam ad longum tẽpus concedere, & pro pretio, affictu, pactis, & modis, & formis hinc inde conueniendis, licentiam, & facultatẽ Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus. Prouiſo tamen, quod fiant propter commoditatem, vel vtilitatem ipſorũ monaſteriorum, domorum, & locorum, & quod conſenſus duarũ partium ex tribus partibus fratrum, vel monialium illius monaſterij domus, vel loci, cuius dicta bona erunt, accedat, & interueniat, & quo ad conceſſionem in Emphyteuſim, dummodo illa non fiat vltra duas generationes, vel nominationes, abſque alia à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, aut ſede Apoſtolica, vel illius de latere legatis, ſeu nunciis, aut etiam locorum ordinariis, petenda, vel obtinenda licentia, ſeu confirmatione. ita tamen, quod loco conſenſus ſedis Apoſtolicæ, dilectus filius Prior generalis dicti ordinis, nunc, & pro tempore exiſtens, & diligẽter examinata, & euidenter vtili comprobata habeat, prout ſibi ex nunc perpetuo concedimus poteſtatem ratificandi huiuſmodi locationem, conceſſionem, vẽditionem, & alienationem, ac cõtractus, ſic quod, vbi talis ordo non fuerit ſeruatus, locatio, conceſſio, venditio, & alienatio, ac contractus aliter facti, nulli, & inualidi, nulliuſq; roboris, ac momenti exiſtant, & donec præfatus prior generalis modo præfato nõ ratificauerit, poſſeſſio remaneat, & remanere itelligatur penes ipſos fratres, ſeu moniales dicti monaſterij, ſeu domus, aut loci ſic locãtis, & alienãtis, ac ita in præmiſſis ſic perpetuo declaramus, & decernimus. Et nihilominus ex nunc, prout ex tunc, & ecõtra poſtquã locationes, conceſſiones, venditiones, & alienationes, ac contractus, ſeruatiſq; ſupra narratis, pro tẽpore facti, & per dictũ priorẽ generalẽ ratificati fuerint, vt præfertur, ſeu conſenſus eiuſdem prioris generalis interuenerit, eaſdem locationes, conceſſiones, venditiones, alienationes, & contractus, ac inde ſecuta quæcumque, necnon inſtrumenta, & ſcripturas deſuper pro tempore cõfecta, approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus, omneſque, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ, quomodolibet ſupplemus, Decernentes quoad vtilitatem, ſeu commoditatem monaſteriorum, domorum, & locorum præfatorum, aſſertioni duarum partiũ ex tribus partibus fratrum, vel monialium illius loci, cuius bona erunt, poſtquam ratificatio facta fuerit, illaſque & illa, necnon præſentes, & in eis cõtenta, validas, & efficaces, ac valida, & efficacia perpetuo

Vide § 1. 20 99.70.9.17.

ſo-

fore, necnon omnibus obſeruari debere ipſoſq; & cum eis contrahentes præfatos, ſuper præmiſſis, & inde ſecutis quibuſcumqoe, per quoſcumqoe quauis auctoritate quomodolibet moleſtari vel impediri non poſſe. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoqoam, quaois auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris, Ioanni Epiſcopo Albanẽſi Cardinali de Montepolitiano nuncupato, ordinis frattum Eremitarum S. Auguſtini protectori, & Alexãdro Patriarchæ Alexandrino, Curiæ caoſarum cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac Bartholomæo Epiſcopo Amerino, Cancellariæ Apoſtolicæ regenti nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumq; vbi, & quando opus fuerit, requiſiti, ſolemniter publicãtes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtẽtes, faciant eaſdẽ præſentes, & io eis contenta quæcumqoe, ab omnibus, qoos illa cõcernunt, integre, & inuiolabiliter obſeruari. Non permittentes eos, aot eorum ãliquem deſuper contra earundem præſentiom tenorem, quomodolibet indebitè moleſtari, cõtradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq; oportona iuris, & facti remedia (appellatic ne poſtpoſita) compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibos, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggraoando, inoocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus fœl. rec. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio generali edita, de doab. dietis, dummodo vltra tres dietas, qois vigore præſentium ad iudiciũ non trahator, & aliis conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, necnon qoibuſuis, etiã iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quaois firmitate alia roboratis, ſtatotis, & cooſuetudinibus, priuilegiis quoqoe, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis, ſub quibuſcomque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſqne efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, qoibus omnibus & ſingulis, etiamſi de illis, ac totis eorum tenorib. ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqoa alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huioſmodi ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habẽtes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcunq. ſeu ſi aliquib. cõiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod ioterdici, ſuſpendi, vel excõicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas non faciẽtes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto hoiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Mar. ſub aonulo piſc. die 5. Sept. 1572. Põt. N. an. 1.

Bulla Decima.

Confirmatio, & ampliatio priuilegiorum, & gratiarum ordinis Ciſtercienſis, & reformatio eiuſdem ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Pius IIII. ex cauſis hic expreſſis cõfirmauit antiqua priuilegia, & indulta ordinis Ciſtercienſis, & alia deſuper ſtatuit.*

2 *Pius V. eadem confirmauit, & quædam alia de nouo conceſſit pro reformatione eiuſdem ordinis.*

3 *Abbas, & cæteri eiuſdem ordinis ſuperiores poſſint iuxta illius ĩſtituta, viſitare quæcũq; monaſteria, & loca, non obſtantibus quibuſcumq; exẽptionib.*

4 *Indulta Apoſtolica Epiſcopis, & aliis cõceſſa, viſitandi eadem loca, limitantur ita vt Abbas præfatus, & ſuperiores illa etiam viſitare poſſint.*

5 *Inhibitio contra Epiſcopos, & alios impediẽtes illos in viſitationibus.*

6 *Monachi, & moniales omnes admittant Abbatẽ, & alios ſuperiores viſitãtes, ſub pœnis hic expſſis.*

7 *Imo moniales hodie sũt exẽpta ab eorũ iuriſdictione.*

8 *Confirmatio quarumcumque gratiarum, & exemptionum ipſius ordinis.*

9 *Confirmatio ſtatutorum eiuſdem ordinis.*

10 *Commendatarii teneantur ad contributionem faciendã Abbati, & capitulo.*

11 *In monaſteriis cõmendatis aliis perſonis, quã ipſius ordinis, inſtitui debet menſa conuentualis diſtincta ab Abbatia, & ſufficiens pro monachis, &c.*

12 *Religioſi alterius ordinis intruſi in locis huius ordinis, aut inde eiiciantur, aut eiuſdem ordinis profeſſionem faciant.*

13 *Moniales alterius ordinis, quando recipi poſſint in Abbatiſſas monialium huius ordinis.*

14 *Monaſteria omnia tenentur ad contributiones ſoluendas Abbati, & capitulo.*

15 *Tuſcias moniales exẽptas fuiſſe ab eorum ſuperioritate.*

16 *Monaſteria omnia etiam commendata, & de iure patronatus laicorum; quæ deſtituta ſunt, reficiantur, & reducantur ad clauſuram.*

17 *In eccleſiis prouideantur omnia neceſſaria ad vſum monachorum, & cultum Diuinum.*

18 *Miſſa, & alia officia in eiſdem quotidie celebrẽtur.*

19 *Nouitii ordinentur, & inſtruantur in duobus monaſteriis cuiuſcumque prouinciæ.*

20 *Conuentus claudantur, & nullo modo impediantur à Commendatariis, vel aliis.*

21 *Mulieribus interdictus ſit ingreſſus ad loca huius ordinis.*

22 *Inuentarium fiat in quolibet monaſterio omnium iurium, & bonorum.*

23 *Monaſteria exiſtentia in locis non tutis transferantur ad loca vicina.*

24 *Viſitationes fiant ſolicite, & prudenter.*

25 *Viſitatores hoſpitari debent à Commendatariis.*

26 *Commendatarii nihil detrahant de menſa, & aliis neceſſariis monachorum, & eos propter delicta non eiiciant, ſed ad ſuperiores deferant.*

27 *Archiuium fiat in monaſterio Ciſtercii, & fiat index cuiuſcumq; monaſterii, & beneficiorum, ac bonorum, & iurium eorum.*

28 *Reuocatio indultorum, & licentiarum habendi aliquid proprium.*

29 *Eleemoſynas pauperib. ſubminiſtrent cõmẽdatarii.*

30 *Appellatio non datur ad legatos, vel nuncios Apoſtolicos à ſententia Abbatis, & aliorum ſuperiorum ordinis huius.*

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriã. Superna diſpoſitione, cuius inſcrutabili prouideotia ordinationem ſuſcipiunt vniuerſa, ioſuper emioenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus conſtituti, ad ea, per quæ ſacræ religionis Ciſtercienſis ordinis nobis, ac ſedis Apoſtolicæ immediate ſubiecti, ſtatus fœliciter dirigatur, & regularis vitæ inſtitutio, iam diu à Sanctis viris, tam pie, & religioſè tradita, & conſtitura conſeruetur, & ſi quid deperire incœperit, Domino concedente, reformationem ſuſcipiat, & in ſuum priſtinum ſtatum refloreſcat, ac denique perſonæ ſub ſuaui religionis huiuſmodi iugo, Domino, ſecundum regulæ ſuæ puritatem

tiratem famulātes, ſua in pacis, & quietis ſuauitate
vota reddere, & fructus in Dei Eccleſia vberiores
proferre valeant, libenter intendimus, & his, quæ
per Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros pro
pterea conceſſa, & ordinata fuiſſe reperiuntur, etiā
noſtræ approbationis robur adiicimus, ac alias de-
ſuper ſtatuimus, ordinamus, moderamur, & re-
formamus, prout in Domino conſpicimus ſalubri-
ter expedire. Dudum ſiquidem fœlicis recordatio-
1 nis, Pio Papæ Quarto prædeceſſori noſtro, pro par
te bonæ memoriæ Ludouici olim Abbatis monaſte
rij Ciſtercij Cabilonenſis diœceſis expoſito, quod
licet ſacer Ciſtercienſium ordo, in ſumma puritatis
& deuotionis perfectione, per multa retroactorum
annorum ſæcula, ac tādiu exemplari religioſorum
vita ſuorum, atque ſanctimonia, nō ſolum in regno
Franciæ, vbi ſupremum eius caput, videlicet Ciſter
tij præfatum, cum aliis quatuor illius præcipuis
nempè, firmitatis, Pontigniaci, Clareuallis, & Mori
mondi, Cabilonenſis prædictæ, & Antiſiodorenſis,
ac Lingonenſis reſpectiuè diœceſis monaſteriis, fi-
liabus Ciſtercij nuncupatis, ſed etiam per alia ferè
vniuerſa Chriſtiani orbis climata, cum bonæ famæ
& virtutum odore, eximioque religionis decore,
ad ædificationem militantis eccleſiæ, quandiu iux-
ta Sanctorum Patrum inſtitutiones, & regularia il-
lius inſtituta præfatis, aliisque monaſteriis, de mo-
nachorum dicti ordinis perſonis prouiſum, eiuſq;
laudabilia inſtituta, ritus, conſuetudines, & priuile-
gia, firmiter obſeruata fuerint, Domino cooperan-
te floruiſſet. Nihilominus tunc à pluribus annis ci
tra, præſertim poſtquam pleraque monaſteriorum,
ac prioratuum ſuorum, aliis quàm dicti ordinis
perſonis commendari, ac ab eorum ſuperioris obe
dientia, per exemptionum, vnionum, aliaſque di-
uerſas vias, tanquam membra à ſuo corpore diuel-
li, abſtrahi, & diſmembrari cœperant, ſpecioſo illo
regularis candore diſciplinæ paulatim obfuſcato,
vniuerſi ordinis ſtatus, in miſerabilem diſperſio-
nem, & deſolationem prolapſus erat, & in eadem
diſpoſitione ſubiecto, quod tantis huius olim Deo,
mortalibuſque gratiæ religionis incommodis, ali-
ter quàm per antiquorum ſtatutorum, conſuetu-
dinum, rituum, & priuilegiorum prædictorum, vn
dique conuulſorum, & diuerſimodè oppreſſorum,
reſtitutionem, mederi non poſſe videbatur, præfa-
tus prædeceſſor ſupplicationibus ipſius Ludouici
Abbatis in ea parte tunc inclinatus, antiqua priui-
legia per quoſcumque Romanos Pontifices ſuos,
eidem Ciſtercienſium ordini, & eius capitulo ge-
nerali indulta, & conceſſa, per ſuas literas approba-
uit, confirmauit, & innouauit, & alia deſuper ſta-
tuit, & ordinauit, & deinde piæ memoriæ, Pius Pa
pa Quintus, etiam prædeceſſor noſter, eodem erga
præfati Ciſtercienſium ordinis bonum ſtatutum,
& reformationem zelo, & animi propenſione affe-
ctus, antiqua illa eidem ordini, vt præfertur, con-
2 ceſſa priuilegia, & indulta, per ſuas literas etiam
approbauit, & confirmauit, ac literis Pij Quarti
prædeceſſoris eiuſmodi, etiam ſuæ approbationis
robur adiecit, Necnon alia nonnulla oportuna,
pro temporis conditione præfati Ciſtercienſium
ordinis reformationem concernentia de nouo ei-
dem ordini, & Capitulo generali conceſſit, & in-
dulſit, prout in ſingulis literis præfatis plenius con-
tinetur. Cum autem firmiora ſint ea, quibus ſe-
3 dis prædictæ ſæpius intercedit auctoritas. Nos cu-
pientes, vt illa, quæ pro dicti ordinis, cuius decus,
& integritatem, ac priſtini candoris reſtitutionem,
De confir. pri. vide 1 p. 1. q. 45. re. 58. non minori, quàm prædicti prædeceſſoris noſtri
zelo affectamus, ſalubri directione, tam pia, & ſan-
cta ſtatuta ſunt, inconcuſſa perpetua remaneant,
omnium, & ſingulorum immunitatum, libertatum,
exemptionum, conſeruationum, facultatum, ordi-
nationum, ſtatutorum, priuilegiorum, indultorum,
& aliarum gratiarum, necnon literarum Pij IIII. &
Pij Quinti prædeceſſorum huiuſmodi tenores, præ
ſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haben-
tes, motu proprio, non ad Abbatis generalis, & ſu-
periorum ordinis huiuſmodi, vel quorumuis alio-
rum inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, &
ex certa ſcientia, omnes, & ſingulas, Abbati mona-
ſterij Ciſtercij, aliiſque ſuperioribus, & capitulo ge
nerali ordinis huiuſmodi, eiuſque deputatis, immu
nitates, libertates, & exemptiones, quibuſuis, tam
virorum, quàm Sanctæ Catharinæ Caietanæ, & S.
Mariæ de Cœleſtia nuncupatæ Venetiarum, aliiſ-
que monaſteriis, ac prioratibus, & aliis regulari-
bus locis dicti ordinis, ac dilectis filiis Abbatibus,
& prioribus, dilectiſque in Chriſto filiabus Abba-
tiſſis, & prioriſſis, necnon conuentibus, capitulis, &
perſonis eorundem, tam in Gallia, Italia, Hiſpania,
Portugalia, Germania, Anglia, & Scotia, quàm alibi
vbilibet conſiſtentib. ita quod immunitatib. liberta
tib, & exemptionib. huiuſmodi non obſtantib. pro
tempore exiſtentes Abbas generalis nuncupatus,
& alij ſuperiores dicti ordinis, eorumque vicarij,
iuxta ipſius ordinis inſtituta, monaſteria, prioratus
& loca prædicta, ac illorum perſonas, tam in capiti
bus, quàm in membris, viſitare libere, & licitè va-
leant. Ac quæcumq. priuilegia, & indulta Apoſtoli- 4
ca viſitandi monaſteria, tam virorum, quàm mulie
rum ordinis huiuſmodi, quibuſuis venerabilibus
fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epi
ſcopis, ac dilectis filiis aliis locorum ordinariis, Ab
batibus, & aliis, quàm generali Ciſtercienſi prædi-
cto, ac aliis quatuor primis nuncupatis, quatuor
monaſteriorum filiarum Ciſtercij nuncupatorum
præfatorum Abbatibus, cæteriſque ſuperiorib. eiuſ
dem ordinis, ad id ab ipſo generali Capitulo depu
tatis perſonis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis,
& præeminentiæ exiſtentibus, per quoſcumq. Ro-
manos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, &
dictam ſedem, etiam ad quorumuis Imperatorum,
Regum, Reginarum, Ducū, aliorum principum in
ſtantiam, vel etiam motu proprio, & ex certa ſcien
tia, etiā conſiſtorialiter, & cum cauſæ cognitione,
ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum qui
buſuis etiam derogatoriis clauſulis, irritantibuſq.
& aliis decretis, hactenus quomodolibet conceſſa,
& etiā iteratis vicibus approbata, & Apoſtolicas,
& alias literas deſuper cōfectas, & inde ſecuta quæ-
cumq. ad hoc duntaxat, vt Abbati generali, & aliis
ſuperiorib. ordinis, eorumq. vicariis, monaſteria
huiuſmodi, vt præfertur, viſitare liceat, Apoſtolica
authoritate, tenore præſentiū moderamus, & limi- 5
tamus, inhibentes Patriarchis, Archiepiſcopis, Epi
ſcopis, & aliis ſuperioribus prælatis, videlicet ſub
interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac ſuſpenſionis à Di-
uinis, Abbatibus vero, & aliis inferioribus præfa-
tis, cæteriſq. quibuſcumque perſonis, ſub excom-
municationis latæ ſententiæ pœnis, ne Abbatem ge
neralem, & alios ſuperiores ordinis, eorumque vi-
carios præfatos, quominus viſitationes, iuxta regu
laria ordinis inſtituta huiuſmodi, liberè facere poſ-
ſint, per ſe, vel interpoſitas perſonas, directè, vel in
directè, aut aliàs quomodolibet, impedire audeāt, 6
vel præſumant: Ipſis autem monaſteriorum, & alio
rum locorum prædictorum Abbatibus, Abbatiſſis,
Prioribus, conuentibus, monachis, monialibus, &
perſonis, vt generalem, alioſq. Abbates ſuperiores,
vicarios præfatos, vt præfertur, viſitare volētes be
nigne recipiant, eiſq. & eorum mandatis, in concer
nentibus eorum viſitandi officium huiuſmodi pa-
reant, & humiliter obediant, in virtute Sanctæ obe
dientiæ, & ſub ſimilis excommunicationis pœna,

De viſitatione, vide in 2. to. q. 70. q. 3. cum ſeqq. re. & in 3. to. q. 76. per totam.

districtè

7 diſtricte præcipiendo mandamus. Et inſuper vni-
uerſa,& ſingula priuilegia,prerogatiuas,immunita
tes,exemptiones,libertates,conſeruatorias,faculta
tes,indulta,& alias gratias Ciſtertij,& quatuor filia
bus nuncupatis monaſteriis,ac ordini,eiuſque capi
tulo generali,diffinitoribus,& aliis ſuperiorib. præ
De confir. pri. vide § 1.10.qq.re. q.8. fatis.per piæ memoriæ Paſchalem II.Caliſtum etiã
II.Eugenium III.Alexandrum etiam III.Luciũ ſi-
militer III.Honorium pariter III.Gregorium IX.
Innocentium IIII.Sixtum etiã IIII.præſertim com
muendas,& commendatarios monaſteriorum, & a-
liorum locorum ordinis huiuſmodi concernentia,
& quod commendatarij pro tempore exiſtentes,
nullam in monaſteria dicti ordinis ſibi commenda
ta,& eorum monachos,iuriſdictionem exerceãt,&
8 quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſ-
ſores noſtros,& ſedem huiuſmodi, hactenus quo-
De confir. ſtatut. ordi. vide in 10.1.qq.re. q.10.ar.9. & q.61.arti.9. modolibet conceſſa,necnon ordinationes,& ſtatu-
ta,ab exordio fundationis eiuſdem ordinis, vſque
in præſentem diem, in dicto generali capitulo con
corditer ædita,etiam ſi in vſu eſſe deſierint,dũmo-
do per lapſum temporis immemorabilis,videlicet,
centum annorum in deſuetudinem non abierint.
Ac prætere a ſuper contributionibus,per omnia, &
ſingula eiuſdem ordinis monaſteria,Abbati Ciſter
tij,ſeu capitulo generali prædictis,faciendis,& ſol-
uendis,ac prout illa concernunt,oĩa & ſingula alia
in literis Apoſtolicis, aliiſque documentis deſuper
confectis contenta,& inde ſecuta quæcunque, lici
9 ta tamen,& honeſta,ac decretis Concilij Tridenti-
ni non aduerſantia,eiuſdem authoritate,& tenore,
ex certa ſcientia confirmamus,& approbamus,ac il
lis perpetuæ,& inuiolabilis firmitatis noſtrę appro
bationis robur adiicimus,omneſque,& ſingulos iu
ris,& facti defectus, ſiqui forſan interuenerint, in
10 eiſdem ſupplemus,necnon potiori pro cautela, ea-
dem omnia,& ſingula priuilegia,prerogatiuas,fa-
cultates,exemptiones,quatenus ſint in vſu,cõſerua
torias,indulta,& alias gratias,eiſdẽ modo,&forma
quibus ordini,eiuſq. abbatibus, & capitulo genera
li,& ſuperioribus prædictis,per dictos prædeceſſo-
res conceſſa ſunt,illis de nouo,authoritate,& teno-
re prædictis,concedimus,& innouamus.Et pręter-
ea, quod in monaſteriis dicti ordinis, quæ diuerſis
perſonis(etiam ſi Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriar-
chæ,& S.R.E.Cardinales exiſtant)de præſenti com
mendata,etiam reperiuntur,& in futurum cõmen
dari,ſeu aliàs quoquo modo,aliis quàm ordinis ip
11 ſius perſonis concedi contingat,vbi non fuerit, in-
ſtituatur menſa conuentualis,ab abbatiali menſa di
ſtincta,& ſeparata,cum annuis fructibus, redditib.
& prouentibus, iuxta monaſteriorum ipſorum fa-
cultates,competentibus,& honeſtis, pro ſufficienti
conuentus,& monachorum,aliorumque religioſo
rum eiuſdem ordinis numero,in vnoquoque ex ip
ſis monaſteriis,per ipſos generalem,& cæteros or-
dinis ipſius ſuperiores,aut eorum vicarios ordinan
do,quam quidem menſam, quia etiam ædificiorũ,
& locorum ad diſciplinæ monaſticæ obſeruationẽ
pertinentium,ſcilicet templorum,ornamentorum,
Localium,librorum Eccleſiaſticorum dormitorij,
refectorii,aliorumque locorum regularium, nec-
non monaſteriorum clauſuræ neceſſariis,& ordina
riis reparationibus faciendis,obligatam, & obſtri-
ctam eſſe volumus, vt in ea inſtituẽda expenſarum
annuarum, ad hæc neceſſariarum ratio habeatur,
ſtatuimus,& mandamus,ac ad eandem menſam ſic
inſtituendam, congruoſque redditus aſſignandos,
ipſi commendatarij omnino teneantur, & ad id ẽt
per cẽſuras eccleſiaſticas,fructuum, redditium, &
prouentuum ſequeſtrationes,& alia oportuna iuris
remedia,cogi poſſint,&debeant.Et quia,ſicut acce
pimus,in multis dicti ordinis, tàm virorum, quàm
mulierum monaſteriis,quamplures mendicantium
aliorum ordinum religioſi vtriuſque ſexus, ab im-
memorabili tempore citrà,ſe intruſerunt,& perſæ
pe intrudere præſumũt,quod illi,vel inde realiter, 12
&cum effectu eiiciantur, vel ſaltim habitum infra
annum ſuſcipiant, ac profeſſionem regulares eiuſ-
dem Ciſtercienſis ordinis expreſsè emittant,debi-
tamque obedientiam,& reuerentiam illius Abbati
generali,& reliquis ſuperiorib.prædictis præſtent,
ac Diuinum officium,ſecundum ipſius ordinis mo
rem celebrent,ſeque regularibus eius inſtitutis om 13
ninò conforment. Quodque monachi in monaſte-
riis,& prioratibus eiuſdem ordinis, aliis piis locis
pro tempore vnitis,annexis, & incorporatis degen
tes,ſint,& remaneant ſub obedientia,& correctio-
ne Abbatis generalis,aliorumque ſuperiorum ordi
nis Ciſtercienſis præfatorum,& ſuorum vicariorũ,
in omnibus,& per omnia, perinde ac ſi vniones,an
nexiones, & incorporationes huiuſmodi non ema-
naſſent,etiam ſi in illis aliter caueretur, & vſus,nõ
tamen à tempore immemorabili,vt præfertur,cõ-
trarium obtineat,quæ contra ſtatuti huiuſmodi te-
norem,nemini ſuffragentur,quod nullæ alterius or
dinis moniales, cauſa niſi legitima ſubſiſtente, in
Abbatiſſas monaſteriorum monialium dicti ordi-
nis aſſumi,vel ſi aſſumantur,in eiſdem monaſteriis 14
recipi poſſint, niſi illorum immediato patre ſupe-
riore præſente,qui habitum illis exhibeat, & ab eis
tria ſubſtantialia vota,necnon iuramenta,obſeruan
di ſtatuta dicti ordinis, ac ſecundum ea viuentes re
cipiat. Quodque omnia,& ſingula monaſteria ordi
nis huiuſmodi,tam virorum,quàm mulierum vbi-
cunque exiſtentium, ſeu eorum abbates, vel prio-
res,etiam commendatarij, abbatiſſæque, vel prio-
riſſæ,in ſignum obedientiæ,& ſuperioritatis, ſolita
regalia, videlicet cõtributiones ſolitas,Abbati mo-
naſterij Ciſtertij,& capitulo generali prædictis om
nibus,exceptione,recuſatione,præſcriptione,& a-
lia excuſatione penitus ceſſante, annuatim ſoluere 15
teneantur,& ad id compelli poſſe, ſub excommuni
cationis latæ ſententiæ pœna, eadem authoritate
ſtatuimus,& ordinamus. Et inſuper, vt monaſteria
Ciſtercienſis ordinis huiuſmodi,quorum quamplu
rima, vt accepimus,præſertim in vtraq. Sicilia con
ſiſtentia,aut debitis officiis deſtituta,aut monachis
ob non præſtitam alimoniam deſerta, aut omnino
collapſa,retecta,recluſa, patentia reperiuntur, &
vt prophana habentur,ad conuentuum, diſciplinã
& bonam frugem reuocentur, de Apoſtolicæ pote
ſtatis plenitudine,etiam ſtatuimus, & ordinamus,
vt omnia monaſteria, & loca dicti ordinis, tam in
vtraque Sicilia,quàm cæteris omnibus orbis parti
bus conſtituta,etiam commendata,ac etiam de iu- 16
re patronatus laicorum,quocunque modo exiſten
tium,quæ collapſa,diruta,& extenuata exiſtunt, re
ficiantur, & ad debitam clauſuram reducantur, ac
pro faciliori præmiſſorum executione, conueniens
pecunia ſtatuatur, & quotannis in id opus, donec
abſolutum fuerit,erogetur,ac in eiuſdẽ, & cæteris
locis,quemadmodum eorum facultates ad id fue-
rint ſufficientes,competens miniſtrorum,& mona-
chorum numerus reſtituatur.Ipſorum quoque Ec-
cleſiæ,ſacriſtiæ,dormitoria,& officinæ, vaſis,veſti
mentis,libris,ſacra,& communi ſupellectile ac cæ
teris omnibus,ad Diuinum cultum,& monaſticum
vſum neceſſariis,conuenienter inſtruantur. Miſſæ
præterea,ſacrificium, & alia omnia Diuina officia,
nocturna, & diurna,quotidie in choro pſallendo,
iuxta ritum dicti ordinis,ſine intermiſſione celebrẽ 17
tur. Inſuper vbi ſacra lectio iuxta Concilij Triden
tini diſpoſitionem haberi non poterit, præter eos
libros,qui ad Diuini officij, & chori vſum neceſſa
rij ſunt, ſaltim biblia, & catechiſmus ad parochos

ante aliquot annos editus. Item opera ſancti Ber-
nardi, & ſiqui alij ad honeſtam monachorum occu
pationem haberi potuerunt, habeantur, niſi de illis
17 in aſſignatione menſæ Cõuentualis, iam proſpectũ
reperiatur, ita tamen, vt de his omnibus, necnõ va-
ſis, veſtimentis, & cætera ſupellectile præfata, ſemel
18 receptis, omnes conuentus rationem reddere de-
beant. Et vt nouitij ea, qua decet diſciplina infor-
mentur, vnum, aut duo monaſteria in quacunque
prouincia, vbi commode fieri poterit, ordinentur,
in quibus Magiſtri, etiam cęterorum monaſteriorũ
nouitios, Diuini officij rationẽ, & regularis obſer-
uantiæ inſtituta doceant, ita vt quodlibet monaſte
rium, ſuis neceſſaria ſuppeditet, & ſi nullos habue-
rit, alij pro eo, eiuſque impenſis recipiantur, & in-
19 ſtruantur: omnia ædificia conuentus quoque verſus
claudantur, portę non neceſſariæ obſtruantur, clau
ſtri feneſtris, vbique opus fuerit infigantur, tẽpla,
ſacriſtæ, capitula, dormitoria, refectoria, infirma-
riæ, & omnino aliæ clauſtri partes, nihil prophani
patiantur, nec conuentus horreum plenum, præſe-
pia, nec prorſus vlla promercalia Abbatum, com-
mendatariorum, conductorum, aut aliorum reci-
piant, nec illa à commendatariis, penſionariis, aliiſ-
ve de clauſtro non exiſtentibus occupẽtur, ſed illis
ſolum proprij clauſtrales vtantur, prout ad Diuini
officij celebrationem, regularemque obſeruantiam
Vide in fo. 149. ro. q. 48. fuerut conſtituta, Mulieribus omnibus, cuiuſcum-
que qualitatis, & dignitatis, & ætatis, ingreſſus clau
ſtri, & aliorum locorum regularium, etiam ædium
patris, quæ ab Abbatibus, commendatariis, priori-
bus, aliiſve miniſtris, etiam diuiſim poſſidentur, ſit
penitus interdictus, & ſi ſecus factum erit, tam in-
20 gredientes, quã recipientes, excommunicationis
ſententiã incurrãt, Carcer quoque ad correctionẽ
monachorum vbi non eſt, conſtituatur, & in omni-
bus monaſteriis inuentarium omnium præfatorum
necnon inſtrumentorum, fundationum, dotationũ,
21 authoritatum, exemplarium, omniumque monimẽ
torum conſcribantur, & in formam authenticam
redigantur, illudque, & cætera omnia præfata, fide
liter aſſeruentur, ſicubi vero locorum quidquam
producendum erit, exemplum ab Archetypo deſu
matur, & tranſmittatur, niſi talis contigerit neceſ-
ſitas, vt ipſum exemplar producendum ſit, quod
tunc in fidem alicuius probati deponatur, qui ido-
neè caueat, illud ipſum quã primum reportandũ;
22 Illa quoque monaſteria locis patentibus cõſtituta,
quæ propter Turcarum, ſeu prædonum, vel hæreti
corum incurſiones tute ſeruari non poterunt, facto
de ipſorum iuribus, literis, authoritatibus, tabulis,
monimentis, atque omni prorſus ſupellectile, mo-
bilibuſque bonis, iocalibus, & rebus, fideli inuenta-
rio, & ſi opus erit, earum omnium depoſitio fiat, ni
ſi apud perſonam fide, & facultatibus idoneam, ita
vt nihil omnino inde, ſine conſenſu expreſſo, & ſpe
ciali mandato conuentus, amoueri valeat, in ciuita
23 tes, oppidave vicina transferantur. Cæterum ad re
ſtituendã monaſticam diſciplinam, & reſtitutã con
ſeruandam, Ciſtercij, & cæteri patres, Abbates in
Capitulo Generali prouideant diligẽter, vt omnes
viſitationes ſolicite, & prudenter, & pietate fiant, ſa
lutem animarum, Religionis zelum, perpetuũ cul-
tum Diuinum, clauſuram, obedientiam, & cætera
omnia, quæ ad mores, correctionem, & religioſorũ
ædificationem pertineat, procurando; Quibus in re
bus, vbicumque non ſunt menſæ, conuentuali aſſi-
gnant redditus, qui hoc onus ferre poſſint, Abba-
tes, & commendatarij, ac alij quicunque admini-
ſtrationẽ ſpiritualium, & temporalium viſitandorũ
monaſteriorum habẽtes, neceſſaria omnia miniſtra
re, ac contributiones, ac ſumptus pro gerendis aliis
communibus negotiis dictę ſedis authoritate impe

ſitas, ac etiam ad brachij ſæcularis adhibitionẽ prę
ſtare, viſitatores, ac ſolitos, & neceſſarios ipſorum
famulos, & iumenta debita hoſpitalitate recipere,
& eiſdem in omnibus, auxiliari omnino debeant, & 24
ad id etiam cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, per ca
pitulum, ac etiam per ipſos Viſitatores compellan-
tur. Ne porro deſerendi monaſterij occaſio mona-
chis præbeatur, quod ex vagandi libertate illis à Cõ
mẽdatariis oblata, vt expenſis parcant, plerumque
euenit, præcipimus, & interdicimus, ne vlli omni- 24
no commendatarij, quidquam, vel minimũ de men
ſa, & aliis neceſſariis detrahant, neque vllo modo
diminuant, aut quempiam etiã propter delictum
eiiciãt, ſed quotieſcumque monachi quid admiſe-
rint, quod quidem animaduerſione dignum ſit, id
quãprimum priori clauſtrali, vel ſi grauius ſit deli-
ctum, viſitatori ſignificẽt, qui correctionem iuxta
Eccleſiæ, & dicti ordinis ſtatuta faciat: qui ſi vltra
ſex menſes diſtulerit, eo ipſo ſit ab officio depoſi-
tus, & ad illud, cæteraque omnia ordinis eiuſdem
officia triennio inhabilis cenſeatur, ſtatimque præ
ſidentes correctionem huiuſmodi aliis committere
teneantur. Ad hæc volumus, & mandamus, vt apud
dictum monaſterium Ciſtercij conſtituatur, con-
ſtitutumve reſtituatur Archiuiũ, in quo index ordi-
ne compoſitus, omnium aliorum monaſteriorum,
prioratuum, Eccleſiarum, & beneficiorum dicti or 26
dinis in omni parte orbis conſtitutorum, etiam in
commendam obtẽtorum, vel vnitorum habeatur,
& item diſtinctum cuiuſque inuentarium, ſiue re-
pertorium bonorum, proprietatũ, rerum, iurium,
& actionum omnium, necnon exemplum authenti
cum inſtrumentorum, fundationum, donationum,
literarum authenticarum, & monimentorum quo-
rumcumque, conficiatur, confectumque fideliter
aſſeruetur. Reuocamus verò, & abolemus omnia,
& quæcumque priuilegia, authoritates, licentias,
diſpenſationes, & indulta cuiuſque priuati rerum,
& bonorum vſus proprietatis, poſſeſſionis, & domi
nij, omnibus cuiuſcumque dignitatis, & gradus, 27
monachis dicti ordinis, per quoſcũque Romanos
Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & dictam
ſedem, eiuſque legatos, ex quibuſcumque cauſis,
etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſa,
confirmata, & innouata, quibuſcumque concepta
formulis, ac clauſulis, & decretis ſuffulta, quorum
omniũ tenores præſentibus haberi volumus pro ex
preſſis, ac volumus illa omnia, vires, & effectũ, de 28
cætero non habere, Quin etiam viſitatores, & cæ-
teros omnes, qui ſ huiuſmodi proprietarios ſeuere
non animaduerterint, ad officia huiuſmodi, & alia
ipſius ordinis miniſteria perpetuo inhabiles eſſe,
Cæterum, vt vicina plebs egena pro Religionis cõ
ſuetudine, & inſtituto confoueri, ac cæteri piam, &
fidelium rerum adminiſtrationem collaudare poſ-
ſint, eiſdem commendatariis præcipimus, vt in ſuis 29
monaſteriis pauperes eleemoſynia pro modo facul
tatum proſequantur, Quia vero nihil æque diſſolu
te, & indiſciplinate viuendi licentiam adfert, quam
impunitatis ſpes, eamque non ita pridem tam non
nulla eiuſdem ordinis monaſteria, quam illorum
perſonæ, ex eo nanciſci cæperint, quod à ſentẽtiis,
& decretis per ipſius ordinis Generalem, aut eius
Vicarios in prouinciis deputatos, contra ſe latis, ad
noſtros, & dictæ ſedis legatos, & nuncios prouocan
do, pœnas in ſe conſtitutas eludere ſatagunt, in anti
quorum ſtatutorum, conſuetudinem, rituum, & pri
uilegiorum præfatorum præiudicium, & ipſius or-
dinis ſuperiorum contemptum; ideo ne abuſus, &
incommoda huiuſmodi tractu temporis altius irre
pant, prouidere volentes, motu, ſciẽtia, & poteſtate 30
ſimilibus, ſtatuimus, & ordinamus, ac diſtricte præ *De appel. nõ acceptã-*
cipimus, & interdicimus, nec vlli omnino dictę Se
dis

de, vide in 10.1.99.re. 9.29. ar.2.

dis legati, vel nuncij appellationes a ſententijs, & decretis per Abbatem Generalē, vel eius Vicarios, aut ſuperiores præfatos, latis, vel promulgatis, vt præfertur, pro tēpore interpoſitis, vllo modo recipiāt, aut admittant, aut de illis cognoſcāt, ſeu illarū, vel quocunq; alio prætextu monaſteria, prioratus, aut alia loca eiuſdem ordinis viſitent, ſed quotieſcūque ad illos aliquid in monachos, aut perſonas huiuſmodi, animaduerſione dignū, deferri cōtigerit, iuxtà formā cōmendatarijs circa debita monachorum, & perſonarum earundem, per nos, vt præfertur, præſcriptā, vicarium ipſius ordinis in illa prouincia inſtitutum, monendū curent, qui delinquentes ſub pœna ad id cōſtituta, exemplariter corrigere, & punire teneatur. Decernentes appellationes, prouocationes, aut quaſcunq; alias reclamationes à monachis, & perſonis huiuſmodi, ad dictos legatos, ſeu nuncios, vel locorum ordinarios, vt præfertur, pro tēpore interpoſitas, vel interponendas, ac proceſſus deſuper habitos, vel habēdos necnon indè ſecuta, vel ſequeoda quæcunq. nullius fore roboris, vel momenti. ac Generalem Abbatem, & vicarios, necnō ſuperiores præfatos, ad correctionē, & punitionem delinquentiū monachorum, & perſonarum huiuſmodi ordinis, appellationib. prouocationib. & reclamationib. huiuſmodi nequaquā obſtantib. procedere poſſe, & debere: præſentes quoque literas de ſubreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, quouis prætextu, quæſitove colore, vel ingenio, nullatus notari, argui, vel impugnari poſſe, neminemq. illa quauis de cauſa, ēt iuſtiſſima impugnātem, in iudicio, vel extra, audiēdū eſſe, nec illa ſub quibuſuis ſimilium, & diſſimilium cōceſſionum, gratiarumq. reuocationib. ſuſpenſionib. limitationib. modificationib. derogationib. aut alijs cōtrarijs diſpoſitionib. etiā per nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac ſedem prædictam. etiam Imperatorum, regum, reginarū, ducum, & aliorum principum intuitu, & contemplatione, aut in eorum, vel etiam nullius fauorem, ſub quibuſcunq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, ac etiā vim cōtractus, aut legis, ſeu ſtatuti perpetui inducentib. decretis, & alias quomodolibet conceſſis, & concedendis, ac quibuſuis cōſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis deſuper quomodolibet editis, & edendis, aliquatenus comprehendi, neque illis aliquo vnquam tempore, ēt per ſedem præfatam derogari poſſe, nec derogatū cenſeri, niſi de toto tenore, & data præſentium, expreſſa mentio habita, & derogatio, ſuſpenſio, reuocatio, limitatio, modificatio, aliaq. præmiſſa de Ciſtercij, aliorumq. quatuor primorum nuncupatorum Abbatum prædictorum, expreſſo conſenſu, facta fuerint, & ſi aliter derogari, reuocari, ſuſpendi, limitari, aut emendari cōtigerit, huiuſmodi derogationem, reuocationem, ſuſpenſionem, limitationē, correctionem, & emendationem, nullius eſſe roboris, vel momenti, & quoties illæ, vel illa emanabūt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, & de nouo etiā, ſub quacunq. data, per ipſum Abbatem monaſterij Ciſtercij pro tempore exiſtētem, eligendā, cōceſſa eſſe, & cenſeri, ſicq. per quoſcunque iudices, & cōmiſſarios, quauis authoritate fungentes, etiā S.R.E. Cardinales, aut cauſarū Palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, irritū quoque, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquā, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter cōtigerit attentari. Et nihilominus omnib. noſtris, & dictæ ſedis legatis, & nuncijs vbicunq. exiſtentib. ac locorum ordinarijs, necnon ordinis præfati conſeruatorib. ipſorumq. ſingulis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, Vicariorum, viſitatorum, & aliorum præfatorum, ſeu alicuius eorum, deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter faciant publicari, Ipſiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciāt authoritate noſtra, Abbates, Vicarios, viſitatores, & alios præfatos, cōfirmatione, approbatione, adiectione, ſuppletione, cōceſſione, ſtatuto, ordinatione, innouatione, præcepto, interdicto, reuocatione, abolitione, ac ſui Generalis volūtates mandatis, decretis noſtris, alijſq. præmiſſis, pacificè frui & gaudere, ac præſentes literas ab omnib. quos illæ cōcernunt, inuiolabiliter, & inconcuſſè obſeruari, Nō permittentes Abbates, Vicarios, viſitatores, ſuperiores, ac alios præfatos, deſuper cōtra præſentiū tenorem, quomodolibet indebitè moleſtari, cōtradictores quoſlibet, & rebelles per præfatas, ac alias ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaq. oportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita cōpeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiā iteratis vicib. aggrauando, inuocato etiā ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nō obſtātibus præmiſſis, & ſanctæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio Generali edita, de duab. dietis, alijſq. Apoſtolicis, ac in prouincialib. & Synodalib. Concilijs editis, Generalib. vel ſpecialib. conſtitutionib. & ordinationib. necnō quibuſlibet etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. declarationibus, inhibitionib. & decretis, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, legatis, nuncijs, & ordinarijs præfatis, ac alijs quibuſuis perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, etiam conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet cōceſſis, & etiā iteratis vicib. approbatis, & innouatis. Quibus omnib. & ſingulis, etiā ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clauſulas Generales idem importātes, mentio, ſeu alia quæuis expreſſio habēda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruāda foret, illorū veriores tenores, formas datas, & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbū, nihil penitus omiſſo, & forma, in illis tradita, obſeruata, inſerti forent, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter & expreſſè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus, necnon omnib. illis, quæ in literis Pij IIII. & Pij V. ac aliorum prædeceſſorum præfatorum expreſſum ſuit, non obſtare, contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, Cæterum, quia difficile foret eaſdem præſentes ad diuerſa loca, prouinciaſque circunferre, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod illorum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam formis impreſſis, manu alicuius notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Abbatis Generalis, aut alicuius ex alijs ſuperioribus, ordinis huiuſmodi, munitis, plena, & indubitata, ac ea prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, die 12. Iunij, 1573. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla

Digitized by Google

Bulla Vndecima.

De inſtitutione, & profeſſione, ac priuilegijs monachorum & monaſteriorum prouinciæ Hiſpaniæ ordinis S. Baſilij, ac de electione, poteſtate, & officio Viſitatoris eiuſdem prouinciæ, & Abbatis, ſeu Vicarij generalis ipſius ordinis.

S V M M A R I V M.

1 *Quidam Matthæus de la Fuẽte, in eremo del Tardon pauperem, & religioſam vitam degere capit, & multi eum ſecuti ſunt.*

2 *Et quaſdam domos in ipſo Eremo del Tardon eorum manibus ad monaſterij formam fabricatas, habitare cæperunt, Monachorum more viuẽdo, & Diuina officia conuentualiter recitando, ne ceſſariaq; ad victum eorum proprijs laboribus parando.*

3 *Ipſiq; Matthæus, Abbatis munere functus fuit, eoque mortuo, Didacus Vidal, Abbas creatus fuit.*

4 *Quia tamen eorum profeſſio nulliter emiſſa erat, & dicta Eremitoria canonicè non erant erecta in monaſteria ipſius ordinis, ideò hic Pontifex dicta Eremitoria in monaſteria erigit, & in illis dignitatem Abbatialem, & alia officia inſtituit.*

5 *Illiſque dat facultatem in eorum Eccleſiis Euchariſtiam retinendi, miſſaſque, & alia officia celebrandi, iuxtà miſſale, & breuiarium nuper reſtituta.*

6 *Monaſteriaq; prædicta del Tardon, & Gallegnillos, ac S. Mariæ de Ouiedo, & alia in regnis Hiſpaniarum conſtruenda, ſubijcit ordini Sancti Baſilii.*

7 *Et ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recipit, & ab ordinariorum iuriſdictione liberat.*

8 *Eadem monaſteria conſtituant inter ſe vnam prouinciam, nuncupandam Hiſpaniarum, in qua prouinciale capitulum fiat quolibet triennio.*

9 *Habituq; nigro monachi omnes de cætero vtantur, forma autem habitus declaratur infra.*

10 *Priuilegia quoque omnia ordini S. Baſilii, & Congregationi S. Iuſtinæ de Padua conceſſa, Pontifex concedit monaſterijs habitis prouinciæ Hiſpaniarum, quatenus ſint, & ſacris Canonibus, ac Concilio Tridentino, & inſtitutis ipſius ordinis non contraria.*

11 *Monachi celebrent quanto citius capitulum Prouinciale Hiſpaniarum.*

12 *Viſitatoremq; ad triennium eligant, ex monachis ipſius prouinciæ Hiſpaniarum.*

13 *Viſitatorum prouinciæ Hiſpaniarum facultates.*

14 *Viſitator, Abbates, & cæteri dictæ prouinciæ Hiſpaniarum, ſubiecti ſint Abbati, ſeu Vicario Generali ordinis.*

15 *Viſitator prædictus conuenire debet in electione Abbatis Generalis, ac alijs rebus, &c.*

16 *Et in electione Abbatis, habet vocem actiuam, & paſſiuam.*

17 *In capitulo prouinciali fieri poſſunt ordinationes, Concilio Tridentino, & ordinis conſtitutionibus, & ſacris canonibus non contraria.*

18 *Degentes in Eremitoriis del Tardon, & de Galleguillos, ſi profeſſionem ordinis S. Baſilii emittere voluerint, recipiantur in monachos.*

19 *Qui ve per annum ſub voluntaria obedientia vixerunt, profeſſionem facere debeant.*

20 *Exemptio à ſolutione decimarum.*

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cogit muneris Apoſtolici ratio, de omnium Religioſarum ſtatu nos eſſe ſolicitos, atq; eorum curam ſuſcipere diligentem, qui reiectis mundi delicijs, & illecebris, antiquorum patrum exemplo, in ſolitudines conceſſerunt, ieiunijs, & orationibus, cæleſtiumque cõtemplationi aſſiduè inſiſtentes, vt cum talium munerum alicubi actum intelligimus ipſorum vitam & mores, ſub certa alicuius approbatæ regulæ norma, ad Dei gloriam, & eorundem ſalutem prouidè dirigamus.

Ad noſtram ſiquidem peruenit notitiam, quod 1
cum viginti ab hinc, vel circiter annis, quondam Matthæus de la Fuente, de Helmiruete, Toletanæ diæceſis, dùm ſoli Deo placere ſtuderet, vnà cum duobus, vel tribus ſocijs, in Eremum del Tardon, Cordubenſis diæceſis, ſe recepiſſet, & in ea proprio labore victum parans, pauperem vitã duceret, nõnulli alij, eius exemplo, & religioſæ famæ vitæ cõmoti, ſæculi curis poſtpoſitis, eandem viuẽdi rationem amplexi ſunt, & ſe illi ſocios adiunxerunt, ipſum prætereà Matthæũ, per loci ordinarium, ad ſacros, & presbyteratus ordines fuiſſe promotum. Et licèt eremi cultores, inter ſe diſtinctas cellulas inhabitarent, eos tamen conſueuiſſe ad eundem Matthæum, tanquã eorum patrem, & ſuperiorẽ, à quo in via Domini inſtruentur, recurrere, ſtatutiſq; horis, in quodam oratorio, ad piè orandum ſimul cõuenire, ac ſub dicti Matthæi voluntaria obedientia degere, huncque viuendi morem, eò vſque fuiſſe ſeruatum, donec ad eorum notitiam cõſtitutio fæ. rec. Pij Papæ V. prædeceſſoris noſtri deducta fuit, qua cõſtitutum eſt, & ſancitum, vt ab ijs, qui in cõgregationibus, ſub obedientia voluntaria viuerent, quorum habitus, à presbyteris ſæcularibus eſſe diſtinctus, prout ipſorum erat, profeſſionem omninò eſſe emittendam, electa ab ipſis vna, ſub qua degerent, ex regulis approbatis. Nã poſtquã idem Matthæus, & ſocij conſtitutionis huius certiores facti 2
fuerũt, regulam S. Baſilij, eorum viuendi inſtituto, vt cenſuerint magis accommodatã, ad cuius præſcriptum Altiſſimo pium exhiberent in habitu humilitatis obſequiũ, delegerũt. Et deinde Matthęus profeſſionem iuxtà dictã regulã emittere volens, presbyterum ex ſuis ſocijs eremitis in cuius manibus profiteretur, ſuo arbitrio elegit, & in eius manibus tria vota, iuxtà regulã prædictã, quantum in ſe fuit, profeſſus eſt. Reliqui verò omnes Eremitæ, in dicti Matthæi manibus, ſimilem profeſſionẽ emiſerunt, & derelicto cellularum vſu, in domos apud Eremum del Tardon, vt præfertur, & vallis de Galleguillos Hiſpalenſis diæceſis, proprijs eorum manibus, ad monaſterij formã cõſtructas, clauſuraque munitas, numero quadraginta, & vltrà, demigrarunt, vbi religioſorum, & monachorũ more viuerent, prout de præſenti viuunt, horaſq. Canonicas in choro, & miſſas, cõuentualiter, quemadmodum in alijs monaſterijs fieri cõſueuit, iuxtà Romanum vſum, celebrarunt, neceſſariaq. ad vitam proprijs manuum laboribus, iuxtà eorum inſtitutũ parãdo, nec eleemoſynas petierunt, nec oblatas acceperũt.

Religioſorum, qui in prædictis locis ſic, vt præ-
fertur redacti, idem Matthæus in vtriuſq. domib. 3
quaſi illæ iam in monaſteria erectæ eſſent, nõnullorum, qui periti habebantur, conſilium ſecutus, Abbatis munere donec vixit, ſine Canonica prouiſione functus fuit, & poſt eius obitum credentes religioſi prædicti, monaſteria veri, & legitimi Abbatis regimine eſſe deſtituta, alium religioſum ex eorum numero, videlicet dilectum filium Didacum Vidal, in eiuſdem Matthæi locum elegerunt.

Cum autem Eremitæ ijdem, prædictam profeſ- 4
ſionem

ſionem in manibus eius, qui illam recipiẽdi facultatem non habeat, emiſerint, eademq. poſſeſſio nulla, & inualida reddatur, ac del Tardon, & vallis de Gallegnilos domos, & eremitoria huiuſmodi, in monaſteria ordinis S. Baſilij adhuc Canonicè erecta non fuiſſe, nec eſſe conſtet. Nos dictorum Eremitarum ſtatui oportunè conſulendum eſſe exiſtimantes, ipſoſq. & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſentẽtijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ad omnipotentis Dei Gloriã, & Religionis Chriſtianæ propagationem, prædicta del Tardon, & vallis de Galleguillos eremitoria, ſeu domos in monaſteria dicti ordinis S. Baſilij, cum ſuis Eccleſijs, & cõuentibus, necnon menſis, ſigillis, areis, alijſq. omnibus inſignibus, ad id requiſitis, & conſuetis, ac in ſingulis dignitatem Abbatialem, adminiſtrationes, & officia, in alijs monaſterijs, ipſius ordinis haberi ſolita, pro Abbatibus, & monachis ad iuſtum numerum conuentus, monaſticum cultum, & regularem diſciplinam, ibidem obſeruatis, perpetuò erigimus, & inſtituimus. Ac illis ſic erectis, eorumq. menſis, bona, cẽſus, actiones, & iura omnia ſuarum cuiuſq; domorum, ſeu eremitoriorum, ſic in monaſteria erectorũ perpetuò applicamus, & appropriamus.

5 Ac ipſorum monaſteriorum ſic erectorum Abbatibus, conuentibus, in ſuis quiſq. Eccleſijs prædictis, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum debitis honore, & reuerentia habendi, & retinendi, Miſſas, & alia diuina officia, Latina lingua, ſecũdum conſuetudinem, ſeu ritũ Romanæ Eccleſiæ, & iuxtà breuiarium, & Miſſale Romanum ex decreto Concilij Tridentini nouiſſimè reſtituta, & iuſſu prædicti Papæ ædita, donec aliud Sedi Apoſtolicæ expedire videbitur, celebrandi, recitandi, & citandi, licentiam tribuimus,

Ipſaq; ſic erecta del Tardon, & Galleguillos, ac
6 etiam monaſteriorum S. Mariæ de Ouiedo, eiuſdẽ ordinis S. Baſilij, Guiennenſis diœceſis à fœ. rec. Pio Papa IV. erectum, & inſtitutum, & à nobis per noſtras literas in forma breuis, monachis eiuſdem ordinis, in Italia exiſtentibus, ſub vnius Abbatis, ſeu Præſidentis generalis in toto ordine eligendi obedientia ſubiectum, ac perpetuò coniunctum, & quæcunque alia monaſteria eiuſdem ordinis S. Baſilij in Hiſpaniarum Regnis, in poſterum conſtruenda, & erigenda, dicto ordini S. Baſilij, ſub obedientia futuri, & pro tempore exiſtentis Abbatis, ſeu Vicarij Generalis eiuſdem ordinis aggregamus, annectimus, & incorporamus, eademque ſic erecta, & erigenda
7 monaſteria, eorumq. Abbates, & monachos, ſub immediata noſtra, & ſedis Apoſtolicæ protectione, recipimus, illaq. & illos ab omni ordinarij iuriſdictione, authoritate, & poteſtate eximimus penitus, & liberamus,

8 Ita tamen, vt tàm del Tardon, & Galleguillos, quam de Ouiedo, & alia in dictis regnis, ſub eadem regula in futurum cõſtruenda, & erigenda monaſteria, vt præfertur, poſtquã conſtructa, & erecta fuerint, vnã faciãt, & inter ſe conſtituant prouinciam Hiſpaniarum nuncupandam, in qua prouinciale capitulum vnoquoque triennio, per Abbates, & monachos à conuentibus ſingulorum monaſteriorum ſuorum deputandos, celebretur, & in eo vnus viſitator eligatur, qui cũ primùm electus fuerit, eo ipſo, Apoſtolica authoritate confirmatus, cenſeatur, nulla alia requiſita confirmatione, niſi eidem Capitulo Abbatem, vel Vicarium eiuſdem ordinis generalem, cõtigerit præſidere, vel eſſe præſentem, cu ius authoritate eo caſu, omninò debeat cõfirmari, dictæq. prouinciæ monachi, ſecundum regulã eiuſdem S. Baſilij, quã profitentur, de cætero viuere,

Atq. vt monachi prædicti del Tardon, & Galle- 9
guillos, in habitu cum reliquis dicti ordinis monachis, etiam in Italia exiſtentibus, cõueniãt, loco habitu Griſei, ſeu Brunei coloris, cuiuſmodi in præſentiarum gerunt, monaſticum habitum nigrũ, prout etiam alijs monachis dicti monaſterij de Ouiedo per dictas noſtras literas cõceſſimus, deferre, & ita in poſterum reliqui omnes eiuſdem ordinis, & prouinciæ futuri, eodem habitu regulari vti debeant,

Præterea eiſdem, ac prouinciæ Hiſpaniarũ mo- 10
naſterijs quibuſcunq. ac alijs membris, & locis ab ea dependentibus, illorumq. Abbatibus, prælatis, monachis, & perſonis, omnia priuilegia, indulta, immunitates, prærogatiuas, exemptiones, libertates, gratias, & indulgentias, ordinis S. Baſilij prædicti, necnon congregationi montis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua ordinis S. Benedicti, tam per nos, quam per alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, Sedemq. prædictam aliàs in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſa (quatenus vſu recepta ſint, & Concilij Tridentini decretis, alijſq Sacris canonibus, & ipſius ordinis Sancti Baſilij inſtitutis, non aduerſentur) concedimus, & communicamus.

Ac inſuper, vt eadem monaſteria feliciter in via 11
Domini dirigantur, prędictorum omnium monaſteriorum dictæ prouinciæ conuentib, & monachis præcipimus, vt quam primum prouinciale capitulum eorundem monaſteriorum prouinciæ Hiſpaniarum celebrent, in quo, vſq. ad numerum viginti eorum Abbates, & cõuentuum diſcreti, ſeu procuratores, & monachi habitu, vel profeſſione in eiſdẽ monaſterijs, tam de Ouiedo, quam del Tardon, & Galleguillos antiquiores, donec tot monaſteria dicti ordinis S. Baſilij in eadem prouincia erecta fuerint, quod illorum Abbates, & cõuentuum diſcreti, ſeu procuratores, in eodẽ capitulo cõgregãdi, eũdem numerum viginti conſtituant, conueniant,

Atque in eo, ex monachis eiuſdem prouinciæ 12
vnum, quem magis ad id habilem, & idoneum duxerint eligendum, in eorum viſitatorem, ad triennij tempus, & eo completo ſucceſſiuè in prouinciali capitulo, tertio quoquè anno, vt præmittitur, celebrando eligant,

Qui omnem, in quibuſcunque monaſterijs prę- 13
dictæ prouinciæ, iuriſdictionẽ habeat, & exerceat, ipſorumq. monaſteriorum monachis, tàm in capite, quàm in membris viſitet, corrigat, & reformet, ſalua ſemper, & reſeruata dicti Abbatis, ſeu Vicarij eiuſdem ordinis Generalis pro tempore exiſtentis, etiam in præmiſſis, obedientia, authoritate, & ſuperioritate, ac capitulis Prouincialib. huiuſmodi præſit, & electioni Abbatũ, quorum munus triennale erit, per monachos ſingulorum monaſteriorum facienda aſſiſtat, vel ad aſſiſtendum electioni huiuſmodi, alium ex dictæ prouinciæ monachis ſpecialiter deputet. Prædictus autem Viſitator prouinciæ Hiſpaniarum huiuſmodi, necnon monaſteria, Abbates, monachi, & perſonæ dictæ prouinciæ Hiſpaniarum, prædicto Abbati, ſeu Vicario Generali vni-
uerſi ordinis Sancti Baſilij in Italia pro tempore eli- 14
gendo, conſtituendo, vel deputando, ſubiecti exiſtant, & ab eo dependeant, ita vt idem Abbas, ſeu Vicarius Generalis pro tempore exiſtentes, tàm in dictum eiuſdem prouinciæ Hiſpaniarum pro tempore viſitatorem, quàm in prædicta, & alia omnia eiuſdem prouinciæ erecta, & erigenda monaſteria, Abbates, priores, & alios prælatos, ac monachos, & perſonas pro tempore exiſtentes, plenam, & omnimodam iuriſdictionem, authoritatem, & ſuperioritatem

tatem

Digitized by Google

tarem habeat, dictumq. viſitatorem, monaſteria,
Abbates, priores & prælatos, ac monachos, & perſonas, tàm in capite, quàm in membris, viſitare, corrigere, & reformare, ſimul, vel ad partē valeat, ipſique viſitator, Abbates, priores, & prælati, ac monachi, & perſonę, dicto Abbati, ſeu Vicario Generali pro tempore exiſtenti, tāquàm membra capiti ſubiaceant, eiuſq; monitis, & mandatis in præmiſſis, & alijs omnibus, omni prorſus appellatione, reclamatione, & recurſu poſtpoſitis, parere, & obedire, illumque cum ad eos, vel dicta monaſteria diuertere, ſeu pro viſitatione huiuſmodi, aut aliàs accedere contigerit, honorificè, & benignè recipere, & pertractare teneantur.

Idemque viſitator prouinciæ Hiſpaniarum, in
15 eiuſdem Abbatis Generalis electione pro tēpore
facienda, ac alijs rebus ad Vniuerſum ordinem S.
Baſilij pertinentibus, pro quibus pertractandis, aliarum prouinciarum viſitatores, & ſuperiores euoca-
16 buntur, conuenire debeat. Ac in electione Abbatis
Generalis huiuſmodi idem viſitator, actiuam, &
paſſiuam vocem habeat. Necnon eidem viſitatori,
& alijs in capitulo Generali congregatis, tam hac
17 prima vice, quàm in poſterū ſingulis triēnijs, quæ-
cunque ſtatuta, & ordinationes, licita, & honeſta, ſacris canonibus, ac prædicto Cōcilio Tridentino, dictiq. ordinis regularibus inſtitutis, ac generalib. illius ordinationibus, & conſtitutionibus non contraria concedendi, & poſt quam illa cōdita fuerint in toto, vel in parte, iuxtà rerum, & temporū qualitates mutandi, reformandi, illaq. in toto, vel in parte tollendi, & abrogandi, aliaq. de nouo ſtatuendi, quæ tamen ab Abbate, ſeu Vicario dicti ordinis generali, & in eius defectum à S.R.E. Cardinale eiuſdem ordinis protectore, qui tunc erit, approbari debeant, licentiam, & facultatem concedimus.

18 Cæterum perſonis Eremitoriorum, ſeu domorū
del Tardō, & de Galleguillos, ſic in monaſteria erectorum, & earum ſtatui, quam primùm conſulendum eſſe, rati, dilectis filijs, prædicti S. Mariæ, & S. Benedicti Hiſpalenſis, ordinis eiuſdem S. Benedicti monaſteriorum Abbatibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt ipſi, vel alter eorum, illos ſingulos in monachos, & in fratres ſuorum quemq. monaſteriorum del Tardon, & Galleguillos admittant, & ab eis profeſſionem regularem dicti ordinis Sancti Baſilij, ſi illam ſpontè emittere voluerint, recipiant: facientes eos ſincera inibi in Domino Charitate tractari.

Sed, & eos, qui in prędictis domibus, ſeu eremitorijs del Tardon, & de Galleguillos, ſub voluntaria obedientia per annum, & vltra iam permanſerint, ſtatim vbi præſentium notitiam habuerint, ad profitendum, vt præfertur, omninò teneantur, quod vt
19 faciant, præcipimus per præſentes. Poſtremò ani-
maduertentes eoſdem del Tardon, & de Galleguillos poſt prætenſam profeſſionem in dicti Matthæi manibus, ſic vt pręfertur, emiſſam, pro verè profeſſis, habitos fuiſſe decernimus, & declaramus illos, iuxtà exemptiones, ac priuilegia ordinis S. Baſilij, vel aliàs cōceſſa, ad ſolutionem decimarum, frugū, & animalium, ac aliarum rerum, quæ ex ſuarum manuum labore à die profeſſionis prætenſæ huiuſmodi, vſq. ad hæc tempora collegerunt, ac in poſterum vſq. ad nouæ profeſſionis tempora colligent, vel adminiſtrabunt, minimè teneri, nec obligatos fuiſſe, aut eſſe, nec ad id per locorum ordinarios, aut alios quoſcunq, ad quos decimarum earūdem collectio ſpectat, cogi, ſiue compelli poſſe. Irritum quoq, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quin etiam eos vniuerſos, & ſingulos à ſolutione prædicta abſoluimus, & liberamus.

Quocirca Venerabili fratri noſtro, Patriarchæ Alexandrino, & dilectis filijs Archidiacono Eccleſiæ Hiſpalenſis, ac Abbati ſanctæ fidei in Eccleſia Granatenſi, per Apoſtolica ſcripta mādamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliū, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quādo opus fuerit, ac quoties pro parte prædictorum, & aliorum, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit, aut præſentes literæ quomodolibet concernen. fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſq. in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eaſdem literas, & quæcunq. in illis continentur, firmiter obſeruari. Non permittēte eos, vel eorum aliquem deſuper à quibuſcunq. indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac pręmiſſis non parentes, per iuris, & facti remedia opportuna, ac demùm per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis ſeruandis proceſſibus, illos, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe, declarando, illaſque etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtātibus piæ memoriæ, Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Cōcilij Generalis, de duabus dietis, dummodò vltrà tres aliquis vigore præſentium, ad iudicium nō trahatur, & quibuſuis alijs cōſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac ordinis prædicti, illiuſq; monaſteriorum, etiā iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cōſuetudinib. priuilegijs quoq, indultis, & literis Apoſtolicis, cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac cū quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficaciorib. & inſolitis clauſulis, irritātibuſque, & alijs decretis in cōtrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis: quib. omnib. et ſi de illis, eorumq. totis tenoribus, habēda eſſet mētio ſpecialis, perinde, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus, pro expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcunq. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem præſentium exemplis, manu notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem prorſus fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ eiſdem præſentib. adhiberetur, exhibitis, vel oſtenſis. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, tributionis, aggregationis, incorporationis, receptionis, exemptionis, liberationis, conceſſionis, communicationibus, præcepti, decreti, declarationis, liberationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno incar. Dom. 1577. 8. Kal. Iulij, Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XII.

De reformatione ordinis Sancti Baſilij, ac Abbatis, & aliorum officialium electione, & officio, priuilegiorumq;, exemptionum, & indultorum confirmatione.

SVM.

SVMMARIVM.

1 Sanctus Baſilius Magnus, Monachorum ordinem erexit.

2 Cuius ordinis monachi in Sanctitate, & doctrina olim floruerunt, nunc autem quaſi defecerunt.

3 Ideoq; Pontifex hic, pro reformatione dicti ordinis præcipit fieri capitulum, eligiq; Abbatem Generalem, & alios officiales.

4 In quo Capitulo Abbas, viſitatores, & alij officiales electi fuerunt.

5 Et modo hic Pontifex dicti Capituli celebrationẽ, et dictorum officialium electiones confirmat.

6 Abbatemq; Generalem electum in eo, de nouo ipſe Pontifex eligit, illiq; curam, & adminiſtrationẽ concedit, omnium monachorum, & monaſteriorum ordinis S. Baſilij.

7 Habitumq; nigri coloris, vt hic, geſtent.

8 Profeſſionem quoque emittant.

9 Capitulum Generale celebretur quolibet triennio.

10 Abbatis, & aliorum officia ſint triennalia, & ad tantundem confirmari poſſint.

11 In Capitulo præeſſe poterit aliquis Abbas congregationis Caſſinenſis, ſi protectori ordinis videbitur opportunum.

12 In quolibet Capitulo deſignetur locus alterius futuri capituli.

13 Electiones fiant per ſuffragia ſecreta.

14 In monaſterijs commendatis clericis ſæcularibus, & alijs, menſa conuentualis ſit diſtincta ab Abbatiali, & commendatarij aſſignent bona, quæ pro monachorum ſubuentione ſufficiant.

15 Monaſteria omnia, etiam commendata huic congregationi aggregari cenſeantur, ſaluis remanentibus dignitatibus Abbatialibus, de quibus Sedes Apoſtolica liberè diſponere poſſit.

16 Priuilegiorum, & gratiarum omnium ordini Sancti Baſilii, vel congregationi Caſſinenſi conceſſorum confirmatio.

17 Exemptio a iuriſdictione ordinariorum, & commendatariorum, qui regulam ſancti Baſilii profeſſi non ſint.

18 Abbas, & viſitatores viſitent, & reforment monachos, & inobedientes corrigant.

19 Guilielmus Sirletus Cardinalis, protector, deputatur executor huius conſtitutionis cum facultatibus hic expreſſis.

20 Hæc conſtitutio ligat poſt duos menſes à die publicationis.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Benedictus Dominus Deus noſter, à quo ſancti ſui intelligentiæ ſpiritu repleti, tanquàm imbres, ſapientiæ ſuæ eloquia
1 emiſerunt, eumque in oratione confeſſi ſunt. Quo gratiæ munere, B. Baſilius cognomento Magnus, à Diuina benignitate locupletatus, omnis bonitatis, tantæq. in ſe beneficentiæ authori, quod receperat fertiliſſimi agri more, cum centeſimo reddidit incremento. Nam præter ea, quæ effudit Theologiæ ſcientiæ, eloquentijæq. flumina quæq. edidit continentiæ, abſtinentiæ, & ſuſceptorum pro Chriſto laborum, tolerantiæ documento, adoptatos ſibi nouæ ſobolis fætus, in cænobiaq. procula, communi viuẽdi ratione ſegregatos in cõpoſitum ordinẽ redegit, & ſalutarib. præceptis inſtituit, vt perpetua futurorũ temporum ſucceſſione, verbo, & opere à ſe inſtructi, Deum cõſiterentur, Catholicęq. Eccleſię ornamento eſſent, atq. in dubijs rebus adiumento.

Qui vitæ ſanctitate, & doctrina inſignes, toto terrarum orbe, maximè verò in Aſia, Palæſtina, Thracia,
2 Græcia, & Italia, multis ſæculis floruerunt. Poſtea
Aliqua de reformatio-verò (quod non ſine maximo animi noſtri mœrore recenſemus) temporum iniuria, totiuſq; Orientis à *ne. Vide in 2.16.qq.re, q.73.ab artic.2. & in 10.3.qq re. qu.47. per tetam.*
dira Turcarum tyrannide oppreſſi calamitate, crebriſq. ita hominum exigentibus culpis, exorientiũ ſchiſmatum defenſionibus, ordo ille alibi penitùs corruit, alibi ita fuit imminutus, vt diſciplina regulari laxata, charitas illa antiqua deferbuerit, monachiq; alij alio diſperſi, ſine capite, ſicuti oues ſine paſtore, errauerint, in aliquibus autem, ne veſtigium quidem monaſtici remanſerit inſtituti, monaſteria euerſa, & bona fuerint diſſipata.

Cui incommodo (quod à nobis noſtri Apoſtolatus ratio expoſcit) prouidere, ipſumq. ordinem priſtinæ dignitati, regulariq. obſeruantiæ, quantũ Domino adiuuante poſſumus, reſtituere volentes, vt 3
quã primũ in agro Domini, vberes fructus maiorũ ſuorũ, & præcipuè tãti patris, & magiſtri exẽplo, edere valeãt, maximè expedire duximus, à monaſterijs, quæ in Italia, & in vtriuſq. Siciliæ Regnis cõſiſtunt, quorum plagas proprius inſpeximus huiuſmodi ordinis inſtaurationẽ inchoare, ipſaq. monaſteria in ipſam cõgregationem, iuxtà cõſtitutionem fœ. re. Innocentij Papæ III. prædeceſſoris noſtri, in Concilio generali editam, quæ incipit: In ſingulis, ac Conc. Trid. decreta redigere, & vt hæc facilius optatum conſequi poſſent effectum, primum generale capitulum, dicti ordinis celebrari mãdauimus, in quo Abbas generalis, qui in ſingula prædicta, & alia eius ordinis monaſteria, conuentus, & regularia loca, vbicunque, ſub obedientia noſtra, & S. R. E. illa fuerint, illorumq. perſonas, abſoluta ſit authoritate præditus. Ac præterea viſitatores, procurator generalis, & alij officiales, quorum electio in capitulo generali facienda eſſet in monaſterio S. Philareti, eiuſdem ordinis, Militenſis diæceſis, in feſto Pentecoſtes proximè præterito, eligerentur, illo prius de more indicto, per dilectum filium noſtrum Guillelmum, titulo S. Laurentij in Paniſperna presbyterum Cardinalem Sirletam nuncupatũ, dicti apud nos ordinis, ſedemq. Apoſtolicam, protectorem, dilecto filio Paulo Abbate monaſterij Caſtri Villarijs, ordinis S. Benedicti, Caſſinenſis diæceſis, congregationis Caſſinenſis, eidem capitulo, eiuſdem Guillelmi Cardinalis nomine præſidente, ac in eius manibus, antequam ad electionis negotium procederetur, per priores, & alios monachos monaſteriorum dicti ordinis S. Baſilij præſentes, vocẽque in capitulo generali habere debentes, profeſſioni regulari, quæ per monachos eiuſdem ordinis S. Baſilij emitti debet, expreſſè emiſſa.

Et tandẽ, cum pro electionibus, vt præfertur, celebrandis, iam in vnum conueniſſent, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerũt, electionibus hujuſmodi commodè intereſſe, die ad eligendum præfixa, vt mos eſt, dilectum filium Nicolaũ Antonium, Abbatem monaſterij S. Nicolai de Butramo dicti ordinis S. Baſilij, Hieraceoſis diæceſis, in Abbatem generalem, ac duos viſitatores, & vnũ procuratorem generalem, alioſq. officiales per ſecreta ſuffragia elegerunt. 4

Nos autem reductionem eorundem monaſteriorum, priorum, & monachorum in cõgregationem, & capitulum, dictiq. capituli indictionem, & præſidentiam, ac electiones hujuſmodi, ratas, & gratas habentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eaſdem, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, omneſq. tam iuris, quam facti, ac omiſſarum ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, vel ex ordinis prædicti S. Baſilij ſtatutis requiſitarũ defectus, ſiqui interuenerint, in eiſdem ſupplemus. 5

Et nihilominus prædictum Nicolaum Antoniũ Abbatem, eidem congregationi vniuerſæ, in Abbatẽ generalem præficimus, curã illius vniuerſam, 6

&

& in ſpiritualibus & temporalib. pleniſſimè cõmittendo, ita vt ipſe, & Abbas generalis pro tempore electus, æque vt alij aliorum ordinum in cõgregationes reductorum Abbates, Generales, & Præſidẽtes, in ſuiſq; capitulis, & cõgregationib. de iure, priuilegio, & cõſuetudine habent, & exercent, habereque, & exercere poſſunt, plenã, & omnimodã ſuperioritatem, iuriſdictionem, & authoritatẽ habeat, & exerceat, tã in ea omnia, quæ in Italia, & Regnis prædictis ſunt, quã etiã in S. Mariæ de Ouiedo Genuenſis, & del Tardon Cordubenſis, ac vallis de Galleguillos Hiſpalenſis diœceſis ordinis eiuſdem S. Baſilij, prouinciæ Hiſpaniæ, dudum à nobis in Regnis Hiſpaniarũ inſtitutæ, & prorſus in alia quæcunque monaſteria, domos, & loca, in eadem prouincia, ſub regula S. Baſilij hactenus erecta, & in poſterum erigenda, eorumq. Abbates, conuentus, monachos, & perſonas, quæ nos pridem cum monachis eiuſdem ordinis S. Baſilij, in Italia exiſtentib. & eorum cõgregationi prædictæ, ſub obediẽtia inde futuri Abbatis, ſeu vicarij generalis eiuſdem cõgregationis, perpetuò cõiunximus, eaq. necnõ viſitatorem, eiuſdem prouinciæ Hiſpaniæ Abbati, ſeu vicario generali congregationis huiuſmodi, in Italia pro tempore eligendo, ſubiecimus, & ab eo dependere decreuimus inter alia, quemadmodum diuerſis noſtris literis priorib. videlicet Kal. Maij ſecundo, poſterioribus verò, 8. Kal. Iulij, 7. Pont. noſtri annis data, plenius continetur.

Iubemus itaq. vniuerſos, & ſingulos eiuſdem cõgregationis S. Baſilij Abbates, Priores, & prælatos, necnon monachos, & alias quaſcunq. perſonas ipſi Abbati generali, tanquàm membra capiti, & eorũ legitimo ſuperiori, in omnibus, quæ ad officium Abbatis generalis pertinent, eorumq. animæ ſalutem, regulariſq. obſeruantiæ rationem cõcernunt, promptè, & humiliter obedire.

7 Et vt habitus, qui exterius geritur, religioſis mentis affectibus pariter reſpondeat, ſtatuimus, vt omnes congregationis huiuſmodi profeſſores, eũdem habitum à nouitijs diſtinctum, ex panno nigri coloris, cum capucio, ſiue cucula monachi omninò deferant, veluti ex antiquo ordinis inſtituto, priſci patres, & monachi geſtare ſolebant.

8 Vtq. omnes eiuſdem ordinis S. Baſilij monachi, & religioſi, qui in dicto ordine, iam admiſſi ſunt, ad profeſſionem regularem eiuſdem ordinis, in manibus Abbatis, ſi ibi fuerit, vel prioris monaſterij, in quo reperientur, expreſſè emittant. Deinceps verò nemo in dicto ordine, illiuſq. monaſterijs, ad eiuſdem ordinis habitum, & profeſſionem regularem, ſiue tacitam, ſiue expreſſam admittatur, niſi in ætate legitima conſtitutus, anno demũ integro in probatione, iuxtà eiuſdẽ Cõc. Trid. decreta perſtiterit.

De anno integro probationis. Vide in 3. to. qq. reg. qu. 55. per tot.

9 Generale autẽ capitulum, in quo de ordinis prædicti reformatione, & regulari obſeruantia agendũ erit, tertio quoque anno celebretur.

Vide in 1. to. qq. re. q. 61. art. 1.

10 Eorumdem, ſiue Abbatis generalis, ſiue viſitatorum, ſiue procuratoris, item generalis munera, ſiue officio triennalia ſint, licebit tamen in eodem capitulo generali, vbi manifeſte cognitum fuerit expedire, eoſdem omnes, aut eorum aliquos ad aliud triennium in eodem, quod geſſerint officio, nec vltra confirmare, qui tandem ab eiſdem muneribus abſoluti, ſaltim per aliud ſimile triennij ſpatium, officio vacent.

11 Cæterùm, ſi dicto Guillelmo Cardinali, & pro tẽpore dicti ordinis protectori videbitur oportunũ, ac quouſq; ille id expedire cenſuerit, conſilium, & auxilium alicuius Abbatis cõgregationis Caſſinenſis, in huiuſmodi capitulis celebrandis, ex longa cõſuetudine, & experientia plenius inſtructi, ad ipſum capitulum generale poterit adhiberi, qui eiuſdem protectoris authoritate, etiam eidem capitulo præſideat generali.

12 In ſingulis verò capitulis generalibus, locus in quo proximè futurum capitulum generale celebrãdum ſit, deſignetur.

13 Electiones autem, per ſuffragia ſecreta fiãt prout Conc. Trid. prædicti decretis, eſt ſtatutum.

De electione per ſuffragia.

14 Ad hæc, vt ipſi monachi degẽtes in monaſterijs, in quib. menſa conuentualis non eſt ab Abbatiali ſeparata, quæq. clericis ſæcularibus, & alijs cuiuſcũque gradus, & dignitatis, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, cõmendata ſunt, obſequijs Altiſſimi, liberius vacare poſſint, menſam cõuentualem à menſa Abbatiali diſtinguimus, & ab eiſdem monaſterijs, quouſque illa commendata fuerint, eam bonorum ſtabilium, proprietatũ, iuriumq. partem, quæ tamen inter immobilia cenſeantur, perpetuò diſmembramus, atq. diuidimus, quæ ad alendum ſolitum monachorum, & miniſtrorum numerum, ac victum, & veſtitum, aliaq. ad eorum ſuſtentationem neceſſaria, comparanda ſufficiant, eoſdemque commendatorios, ad aſſignandum totidem bona, proprietates, & iura prædicta, intra tempus per eũdem Guillelmum Cardinalem protectorem præfigendum, omninò teneri volumus. Hæc autem bona ſtabilia, proprietates, & iura ſic per nos diſmembrata, necnõ alia omnia mobilia, & immobilia, quæ ex priorum fideliũ teſtamentis, legatis, largitionib. aut aliàs quomodocunq. ipſis conuentib. & monachis in poſterum donata, cõceſſa, & relicta fuerint, pro quorum conſecutione, monachi conuentuum eorundem nomine, etiam in iudicio agere, & experiri, ac in illo interuenire valeãt, ſed & oblationes, atq. eleemoſynas in eorundem monaſteriorum Eccleſijs erogandas, pro conſtituenda conuentuali in ſingulis monaſterijs prædictis, ac pro augmento earundem menſarum conuentualium, etiam perpetuò, applicamus, & appropriamus.

Vide in 10. 2. qq. re. q. 25. per tot.

15 Nihilominus tamen commendatarijs incũbat, prout tenentur in eiſdem monaſterijs, quæ conuentum habent, monaſteriorum, & Eccleſiarum eorundem reparationi, ac alijs ad Diuinum cultũ neceſſarijs prouidere, quorum monaſteriorum clauſtra, & ædificia pro vſu monachorum constructa, ad monachos prædictos in eis permanere contigerit, eorum liberi, atque abſoluti iuris eſſe decernimus. Liceat porrò Abbatibus, prioribus, cæteriſque dicti ordinis monachis, & religioſis, corporalem poſſeſſionem bonorum ſic diſmembratorum, & applicatorum, ac vt præfertur, aſſignãdorum, cum primũ illa per commendatarios aſſignata fuerint, & clauſtrorum, ac ædificiorum, monaſteriorum prædictorum conuentum habentium, per ſe, vel alium ſeu alios, propria authoritate, abſque alicuius iudicis miniſterio, liberè apprehendere, & apprehenſam retinere, ac eorundem bonorum, ſiue proprietatũ, & iurium fructus, in communes eorundem monachorum, & miniſtrorum vſus, & vtilitatem conuertere, ipſumque clauſtrorum, & ædificiorum libero vſu, pacificè frui, & gaudere, cuiuſuis licentiam ſuper his minimè requiſita.

Vide in 10. 2. qq. re. q. 49. ar. 1.

16 Vt autem prædicta monaſteria ordinis S. Baſilij, ſic in vnam congregationem redacta, eliminatis omnibus abuſibus, in via Domini quotidiè magis proficiant, conuentus omnium monaſteriorum, virorum conuentum habentium, dicti ordinis ſancti Baſilij, quæ iam in Italia, & prædictis Regnis erecta ſunt, quæcunque, & qualiacunque ſint, & per quoſcunque, etiam S. R. E. Cardinales, in titulum, commendam, vel adminiſtrationem, aut aliàs obtinentur, dignitatibus Abbatialibus eorundem ſemper ſaluis, ita vt de eis, quotieſcunque vacabunt, per Romanum Pontificem, & ſedem prædictam, omninò

Digitized by Google

ninò tempore, diſponi liberè debeat, ſine præiudicio iuriũ ipſius ſedis, quæ inuiolata permanere volumus, ac etiam de Ouiedo, ac del Tardon, ac vallis de Galleguillos prædictorum, necnon omniũ, & quorumcunq. aliorum, quæ deinceps à congregatione, & monachis prædictis, Deo adiuuante erigẽtur, & conſtruentur in eiſdem Italia, & Regnis, ac prouincia Hiſpaniæ, ipſi congregationi in perpetuum aggregamus.

17 Ac monaſterijs, cõuentibus, prioribus, & monachis prædictis, necnon conuerſis, & oblatis, alijſq. etiam dictorum monaſteriorum S. Baſilij religioſis, & perſonis, vt de cætero, omnibus, & quibuſcunq; priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, indulgentijs, fauoribus gratijs, & indultis, tã ſpiritualibus, quàm temporalib. congregationis prædictæ Caſſinenſis, illiuſq; perſonis, & locis, per quoſcunq. Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, & dictam ſedem, in genere, & in ſpecie conceſſis, confirmatis, & innouatis, ac etiam per viam communicationis, ad eandem congregationem Caſſinenſem extenſis, quibus illi vtũtur, potiuntur, & gaudent, & vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum (Quæ tamen vſu recepta ſint, & ſacris Canonibus, ac dicti Concilij decretis, ipſiuſq. ordinis S. Baſilij inſtitutis, nõ aduerſentur) vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeant, concedimus, & indulgemus.

De communicatione priuil. gio. Vide in 1. to qq. regu. q. 31.

Vide in to. 1. qq. reg. q. 8. ar. 3. Vide in eadẽ q. ar. 6.

18 Eandemq. congregationem S. Baſilij, illiuſq. cõuentus, monachos, & perſonas quaſcunque, ab omni ordinariorum locorum, ac etiam, qui monaſteria dicti ordinis, etiam Archimandritatus appellata, in commendam, vel alias quomodolibet obtinuerint, eundemq. ordinem S. Baſilij, expreſſè profeſſi nõ fuerunt, iuriſdictione, authoritate, & poteſtate, penitus eximimus, & liberamus, ac ſub noſtra, & B. Petri protectione immediatè ſuſcipimus. Ita tamen, vt omnes ſub dicta exemptione comprehenſi, Abbatis generalis, viſitatorum, abbatum, priorum, & aliorum officialium, tàm in dicto generali capitulo, quam extrà illud canonice electorum, & aliorũ, qui pro tempore eligentur, iuriſdictioni, viſitationi, morumq. correctioni, iuxtà eandem regulam S. Baſilij, ac eius ordinis inſtituta, omninò, prout eorum incumbit muneri, ſint ſubiecti.

Vide in 2. to. qq. re. q. 30. ar. 9.

19 Inſuper Abbati generali, & viſitatoribus, in capitulo generali deputatis, vt monaſteria, prioratus, & alia loca, ac abbates, priores, cõuentus, & perſonas congregationis prædictæ viſitare, & tam in capite, quàm in membris reformare, delinquentes, inobedientes, & rebelles corrigere, punire, & caſtigare, regularia dicti ordinis S. Baſilij inſtituta in illis exactè cuſtodienda introducere, ac in dicto capitulo generali pro tempore congregatis, eiuſdem cõgregationis monachis quæcunq. ſtatuta, & ordinationes, ad ſalutare ipſius cõgregationis regimen, & ad regularem obſeruantiam pertinentia (licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concil. Trid. decretis, necnon regulæ S. Baſilij prædictis, minimè contraria) ab ipſo tamen Guillelmo Cardinale, & pro tempore exiſtente dictæ congregationis protectore, antequam promulgentur, examinanda, & approbanda, condere valeant, licentiam tribuimus.

De viſitatione, vide in to. 2. qq. re. q. 2. & in to. 3. quę. 76. per totam quæſt.

Decernentes ſupradicta omnia perpetuò inuiolata fore, ſicq. per quoſcunq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quauis cauſa, & inſtãtia, ſublata cuiq. aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbiq. iudicari debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

20 Sed ne præſentium literarũ effectus, in longum protrahatur, Guillelmo Cardinali prædicto præcipimus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, ipſas præſentes literas, & quidquid in eis cõtinetur, ab vniuerſis, & ſingulis ordinis, & congregationis S. Baſilij prædicti abbatibus, prioribus, & monachis, alijſque prædictis, & dictorum monaſteriorum, & Archimandritatuum prædictorum commendatarijs, etiam vt præfertur, qualificatis, inuiolatè faciant obſeruari, & ad aſſignandum, & cum effectu tradendum, pro monachorum, & miniſtrorum numero alendo, ac menſa conuentuali, his monaſterijs, quibus eorum conuentus exiſtunt, partẽ bonorum, & proprietarum, ac iurium, clauſtraq. & ædificia prædicta, liberè cõſignandum intra duos menſes à die publicationis earundem literarũ, hic de more conſtitutionum, & literarum Apoſtolicarum faciendæ, numerandos, etiam per priuationẽ monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, ab eis obtentorum, cęteraq. iuris, & facti remedia oportuna compellat. Nos enim illi, & pro tempore exiſtenti protectori, per ſe, vel alium, ſeu alios, contra cõmendatarios omnes monaſteriorũ, & locorum, conuentuũ prędictorũ, ſic in congregationem reductorũ, qui congruã aſſignationẽ bonorum, proprietatũ, ac iurium diſmembratorũ prędictorũ, pręſtituto tempore, facere diſtulerint, recuſauerint, negauerint, vel etiã quouis modo impedierint, cæteroſq. omnes, ſua in pręmiſſis quomodolibet intereſſe putantes, etiam per ędictũ locis publicis affigendũ, citandi, & monendi, ac contra eos, & prorſus contra quoſcunq. alios contradictores, & rebelles, eiſq. auxiliũ, conſiliũ, & fauorem, publicè, vel occultè præſtãtes, etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſola facti veritate inſpecta, omni, & quacũq. appellatione remota, procedẽdi, & ad hunc, aliorũq. pręmiſſorum omnium executionem, & effectum, tam eiſdem, quã etiam quibuſcunq. iudicibus, & perſonis, etiam ſub cenſuris, & pęnis Eccleſiaſticis, ac & per ſimile edictum inhibendi, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam ſæpius aggrauandi, interdictum Eccleſiaſticum apponendi, auxiliumq. brachij ſæcularis vbicunq. opus fuerit inuocandi, necnon partem proprietatum, & poſſeſſionum, menſarũ, abbatialiũ prædictarum, quę ad reddituũ annuum, pro victu, & alijs, ad vſum, ſolius monachorũ, & miniſtrorum numeri, ſatis ſint, arbitrio eiuſdem Guilielmi Cardinalis, & pro tempore protectoris, vel eorũ, qui ab eo deputãtur eligendorum, pro menſa cõuentuali, etiã per ſubtractionem, & aliàs, prout ei viſum erit perpetuò conſtituendi, & aſſignandi, cæteraque in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria, & oportuna faciendi, & exequendi, etiam ſi talia fuerint, quæ mandatum requirant magis ſpeciale, quàm præſentib. eſt expreſſum, plenam, & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem.

Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris, de vnionibus committendis ad partes, ac valore fructuũ exprimendo, necnon de non tollendo iure quęſito, ac generales, & vniones perpetuas, niſi in caſib. à iure permiſſis, fieri prohibentes, nouiſſimè celebrandi Lateranenſis Cõcilij, ac piæ memoriæ Innocentij Quarti, quæ incipit: volentes, & Bonifacij Octaui Romanorum Põtificũ, de vna, & in eodẽ Concilio generali ædita, de duabus dietis, alijſq. Apoſtolicis conſtitutionibus, necnon monaſteriorũ, & ordinũ prædictorum iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, & ordinibus, eorũque ſuperiorib. & perſonis, etiã monaſteria, & Archimãdritatus, eiuſdẽ ordinis, in commendã obtinentibus, per quoſcunq. Romanos Pontifices prędeceſſores noſtros, ac nos, & eandem ſedem ẽi per

modum

Digitized by Google

modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati cõtractus, ac aliàs, ſub quibuſcunq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, & in ſpecie, etiã ab immemorabili tempore, quomodolibet cõceſſis, approbatis, & innouatis, ac etiã vſu receptis, ac quocunq. tempore factis, & promulgatis, & quibuſcũq. alijs indulgentijs, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunq. tenorum exiſtant, per quæ præſentib. non expreſſa, aut omninò non inſerta, effectus earum impediri valeat quõlibet, vel differri, & de quibus quorumq. totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis quæ omnia cõtra eorundem præſentium tenorem, nolumus cuiquã in aliquo ſuffragari, contrarijs quibuſcunq. aut ſi commendatarijs, & perſonis prædictis, vel quibuſuis alijs, cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem.

20 Poſtremò volumus, vt lapſis ſtatim duobus menſibus à publicatione prædicta, literæ prædictæ: ita vnumquemq. ſupradictorum arctent, ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent, earumq. exempla etiam impreſſa notarij publici manu, & prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, vbique locorum, in iudicio, & extrà illud faciant, quã ipſæmet præſentes facerent, exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, cõfirmationis, ſupplerionis, perfectionis, cõmiſſionis, ſtatuti, diſtinctionis, diſmembrationis, diuiſionis, applicationis, appropriationis, decretorũ, aggregationis, cõceſſionum, indulti, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, tributionis, præcepti, & voluntatum infringere, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Inca. Dominicę, 1579. Kal. Nouemb. Pont. noſtri, anno 8.

Bulla XIII.

Confirmatio exemptionum, indulgentiarum, ac priuilegiorum congregationis S. Hieronymi Ieſuatorum.

GRegorius Papa XIII. ad futuram rei memoriam. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Spectatus, qui in caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ præceptis, diligenter, & exactè cuſtodiendis, in vobis elucet, religionis zelus, quo duce, cæleſtis beatitudinis aſſidua contemplatione, ſiue corporis afflictione, ſiue orationis ſanctę ſtudio, cõtra humani generis aduerſarium, vos communitis, nos inducunt vt his, quæ à prædeceſſoribus noſtris ad veſtræ congregationis decus, commodum, & ornamentum, ac animarum ſalutem cõceſſa ſunt, Apoſtolicæ firmitatis robur adijciamus, aliaſq. deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus expedire. Dudum ſiquidem fœ. re. Martinus Papa Quintus prædeceſſor noſter, veſtræ congregationis, qui tunc eſſent, & in poſterum forent, perſonas, oratoria, domos, atque loca conſtructa, & conſtruẽda, vbicunq. forent conſtitura, cum perſonis, iurib. & pertinentijs, necnon poſſeſſionibus, rebus, & bonis, ſub ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. Ac deinde piæ memoriæ, Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus, Pius ſecundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Secũdus, Leo Decimus, Adrianus etiam Sextus, Clemẽs Septimus, Paulus Tertius, & Iulius etiam Tertius, ac Paulus Quartus, & Pius Quartus, & forſan alij Romani Põtifices prædeceſſores noſtri, cõgregationis eiuſdem, vtriuſq. ſexus perſonas varijs indulgentijs, & plenarijs, ac peccatorũ remiſſionib. & facultatib. priuilegijs, immunitatib. exemptionib. libertatib. & gratijs, tàm ſpiritualib. quã temporalib. etiã per ſolã ſignaturam, & viuæ vocis oraculo. ac aliàs per literas ſub plumbo, & ſub annulo Piſcatoris cõceſſas, in genere, vel in ſpecie, tã principaliter eidẽ cõgregationi, quã per viã communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, tam in mari magno nuncupatis, quàm alijs literis quibuſcunque, tàm mendicantium ordinibus conceſſorum, contentis ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaque antea conceſſa confirmarunt, & approbarũt, ac perpetua roboris firmitate conſiſtere voluerũt. Necnon vltimo loco, recolendæ memoriæ, Pius Quintus, etiam prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, immunitates, exẽptiones, gratias, libertates indulta, tàm tunc per ipſum, quã quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, quomodolibet mendicantibus ordinis conceſſa, ad vos, veſtramq. congregationem, fratres, domos, Eccleſias, & loca quæcunque, quò ad ea, quæ veſtræ regulæ, & modo viuendi non repugnarent, extendit, & ampliauit, voſque verè mendicantes, & ſub mendicãtium ordinibus eſſe, & comprehendi debere, necnõ omnia, & ſingula Conc. Trid. decreta, pro mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata, etiã pro veſtra cõgregatione huiuſmodi, declarauit, & modificatus fuit, & aliàs, prout in ſingulis prædictorum prædeceſſorum literis deſuper confectis plenius cõtinetur. Cũ autem ea maiorem vim, & robur obtinere noſcãtur, quæ ſæpius fuerint authoritate noſtra cõmunita, ac pro parte veſtra, qui prædicta authoritate noſtra, cõmuniri, & approbari, mirum in modum deſideratis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis petitiones veſtras ad exauditionis noſtræ gratiam admittere, vobiſque ſatisfacere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Vide in n. 10. qq. reg. 54. ar. 4.

Nos igitur vos, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, priuilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cuiuſuis generis gratiarum, per dictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices, quibuſuis, etiam ſpecialibus rationibus conceſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, ac peccatorum remiſſiones (citrà tamen clauſulam porrigendi manus adiutrices) & conceſſiones, etiam per vos ſufficienti ad id facultates ſuffultos, ad veſtræ congregationis aggregatos, infraternatos, nuncupatos, extenſas, ac indulta ſupradicta quomodocunque, & qualitercunque conceſſa, & approbata (quatenus ſint in vſu, ac ſacris canonibus, & Concilio Tridentino non contraria) ex certa noſtra ſcientia, denuò in perpetuum, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illoſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, præſentiſque ſcripti patrocinio communimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quã facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus. Decernentes præſentes literas, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, indulgentiarum, conceſſionum, & aliorum quorumcunque, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſerique debere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed eaſdem validas ſemper, & efficaces exiſtere, ac vobis, & veſtræ congregationi

in perpetuum ſuffragari, nec ad probandum omnia, & ſingula præmiſſa, alterius probationis admi oiculum requiri. Verum eandem, in iudicio, & extra, abūdè ſidem facere: ſicque, & non aliter, in pręmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici audi ſores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate) iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciēter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus, Patriarchæ Venetiarum, & Archiepiſcopo Mediolanenſi, ac Epiſcopo Bononienſi, ſiue eorum in ſpiritualibus, vicariis generalibus, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, aut alicuius ex vobis, & pro tempore dictæ congregationis fratribus, nunc, & in futurum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra, vos, & pro tempore dictę congregationis fratres, & alios quoſcumque, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, alijſque præmiſſis, iuxta præſentium continentiá, & tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes vos, & veſtræ congregationis pro tempore fratres, per quoſcumque indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, & in ijs, quæ præmiſſa concernunt, non parentes, per oportuna iuris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſimilis memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo quis, vigore pręſentium, vltra tres dietas, ad iudicium non trahatur, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis necnon in prouincialib. & ſynodalibus cōcilijs editis, generalibus, vel ſpecialibus, necnō dictæ cōgregationis, & ordini Sancti Hieronymi, ac regulæ Sancti Auguſtini, ſub qua militatis, necnon aliorum, tam mendicantium, quam non médicantium ordinum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem, vel alicui eorum, ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex ſimili ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorūque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, non autē per clauſulas generales, idem importantes, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quæ dicti prædeceſſores in eorum literis voluerunt nō obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbū, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad quæcumq. loca ad quæ neceſſe fuerit, deferri, volumus præſentiū exēplis, etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, ac dictæ congregationis, aut alicuius eiuſdem congregationis ſuperioris, ſigillo munitis, eandem fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ præſentib. exhibitis, vel oſtenſis, vbiq. locorum, & gentium haberetur. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Febr. 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XIV.

Confirmatio priuilegiorum militiæ, & hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolimitani.

SVMMARIVM.

1 *Pius Quartus confirmauit, & ampliauit priuilegia hoſpitalis religionis S. Ioannis Hieroſolymitani.*
2 *Clemens Septimus decreuit poſſidentes beneficia religionis, & pēſionarios, infra ſex mēſes habitū ſuſcipere, & profeſſionē emittere, alias illa vacarent, vt in dicta Pij IV. cōſtitutione, circa mediū.*
3 *Paulus Tertius declarauit capellanos huius ordinis, de eius Eccleſiis prouideri, non obſtante, quod presbyteris ſecularibus cōferri ſolitum fuerit, vt habes in eadem conſtitutione, poſt medium.*
4 *Pius Quartus decreuit magnum magiſtrum, conuentum, priores, & præceptores, eſſe vere ordinarios, infra limites ſuarum iuriſdictionum, vt in eadem conſtitutione, poſt medium.*
5 *Paulus Quartus (cuius conſtitutionem iſtam hic nō habes) confirmauit priuilegium, prioris, & cōmēdatariorum, prouidendi de beneficiis à ſuis commendis dependentibus, & confirmauit decretū, quod beneficia huius ordinis, alijs quam fratrib. ordinis profeſſis non conferuntur.*
6 *Hic vero Pontifex dictas conceſſiones prædeceſſorū confirmat.*
7 *Declarat etiam nunquam intentionis ſuæ, ac prædeceſſorū fuiſſe, in conceſſionib. beneficiorum huius religionis, etiā cum ſimplici derogatione ſtabilimentorū, & priuilegiorū, religioni factis, abſoluere à ſuſceptione habitus, & profeſſionis emiſſione.*
8 *Imo ſic prouiſos, & de cætero prouidendos, decreuit infra ſex menſes profeſſionem emittere, & habitum ſuſcipere debere.*
9 *Inobedientibusque pœnas expreſſas imponit.*
10 *Inobedientes autem, ſcilicet iam prouiſi, ſpolia condonari poſſe declarat per priores, & commendatarios ad quos ſpectant.*
11 *Confirmat etiam quo exemptionem à decimis, & alijs oneribus, conceſſionem Pij Quinti.*
12 *Deputatio, & facultates executorum huius conſtitutionis, & conſeruationis huius ordinis.*

GRegorius Papa Decimuſtertius, ad perpetuā rei memoriam. Quo magis, ac firmius hoſpitalis ſancti Ioannis, Hieroſolimitani ordinis, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & nobis acceptiſſimo, ac de Chriſtiano nomine: fideique Catholicæ defenſione optime merito, illiuſq. magno magiſtro, pręceptoribus, & commendatarijs, hactenus per ſedē Apoſtolicam conceſſa priuilegia præſeruētur, paterno, quo eundem ordinem complectimur affectu, æquum eſt prouidere, dudum ſiquidem, fœlicis recordat. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter, dū fauore eiuſdem hoſpitalis, & religionis priuilegia eidem antea conceſſa confirmauit, atque approbauit, vel etiam ampliauit, animaduertens piæ memoriæ Clementem Papam Septimum, etiam prædeceſſorē noſtrum ſtatuiſſe, quod omnes, & ſinguli baiuliuarū, prioratuum præceptoriarū, domorum, &

beneficiorum, in vim collationum eis factarũ poſ-
ſeſſores, ſæculares, aut alterius ordinis regulares,
ſeu penſiones, ſuper illorum fructib, reddit ibus, &
prouentib. huiuſmodi, eatenus etiam per ſedem eã
dem reſeruatas, percipientes, illas, & illa infra ſex
menſes à die intimationis dictarum literarum in
manib. magiſtri, & conuentus prædictorum iuxta
formam ſtabilimentorum dictæ religionis dimitte
re, & transferre, ſeu illarũ caſſationi conſentire te-
nerentur, alioquin beneficia, & pẽſiones huiuſmo-
di, niſi illa poſſidentes, & illas percipientes, infra
dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſio-
2 nem regularẽ ipſius emitterẽt religionis, lapſu tpẽ
ſib, ipſis vacarent, ac caſſæ, & extinctæ eſſent, & eſſe
cenſerentur, eo ipſo. Ac deinde recolendæ memo-
riæ Paulũ Papam III, etiã prędeceſſorẽ noſtrum, vt
magiſter, & ſinguli priores, baiuliui, præceptores,
milites, & fratres hoſpitalis huiuſmodi pro eorum
libito, parochiales, ac etiã ſine cura Eccleſias, vel
earũ vicarios, ſeu capellanias perpetuas, aut capel-
3 las, vel altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorũ
collationem, præſentationẽ, electionẽ, ſeu quamuis
aliam diſpoſitionẽ, ratione prioratuũ, baiuliuatuũ,
præceptoriarum, etiã cameratũ magiſtralium nun
cupatarũ, hoſpitalium, domorũ, & aliorũ beneficio
rum dicti hoſpitalis, per eos pro tẽpore obtentorũ,
de iure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut pri-
uilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia, & perti
nentia ab ipſis baiuliuis, præceptoriis, domib. ho-
ſpitalib. & alijs beneficijs dependentia, ſeu illis an-
nexa, quæ dudum forſan fratrib. ſaltim capellanis
eiuſdẽ hoſpitalis, & ab eiſdẽ magiſtro, priorib, baiu
liuis, ac præceptoribus, & alijs prædictis cõferebã-
tur, à longo tamen, & forſan longiſſimo tẽpore ci-
tra, de cuius initio memoria hominũ fortè non exi
ſtebat per ipſos, magiſtrũ, præceptores, baiuliuos,
priores, milites, & fratres, per abuſum, aut ex defe-
ctu huiuſmodi capellanorũ, vel aliarum perſonarũ
eiuſdẽ hoſpitalis, ad id idonearũ, clericis, ſeu preſ-
byteris ſecularib. collata, aut conferri, & per ipſos
presbyteros, vel clericos ſæculares obtineri ſolita,
etiam fratrib. huiuſmodi, præſertim capellanis nũ-
cupatis, qui vt aſſeritur, à presbyteris, ſeu clericis,
niſi quoad geſtationẽ Crucis vel habitus dicti ho-
ſpitalis ad pectus, nõ differebãt, imo priuilegiis, cle
ricorũ ſæcularium, iuxta forſan eorũ priuilegia, & cõ
ſuetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei,
& habiles reperirentur cõferre, ac aliàs de illis pro
uidere, & diſponere, ipſiq. fratres, quib. beneficia
huiuſmodi conferri contigerit, illa ſi ſibi aliàs cano
nicè conferentur, aut ipſi eligerẽtur, præſentaren-
tur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur
in eis, recipere, & in titulũ, etiã quo ad viuerant, re
tinere reſpectiuè, liberè, & licitè valerent, ſtatuta,
& ordinationes extendiſſe, & ampliaſſe, eiſq. de-
ſuper induliſſe. Idẽ Pius IIII. conceſſiones, & priui
4 legia dictorũ prædeceſſorũ confirmans, ipſos ma-
giſtrum, conuentũ, necnon priorem Eccleſiæ, alioſ
que priores, & præceptores, intra limites ſuarũ iu-
riſdictionum, & adminiſtrationũ, veros ordinarios,
iuxta formã ſuorum ſtabilimentorũ, & priuilegio-
rum exiſtere, & eſſe cenſeri decreuit, ac beneficia
Eccleſiaſtica ad præſentationẽ, ſeu collationum ba
iuliuorum, prioũ, & præceptorum hoſpitalis hu-
iuſmodi ſuffragari debere: ita quod presbyteri ſæ-
culares, illa tunc tẽporis in commendam, ſeu aliàs
quomodolibet obtinentes, commendæ huiuſmodi
cedere, aut illa alias admittere non poſſent, niſi de
cõſenſu eorũ, ad quos præſentatio, ſeu collatio ſpe-
ctaret, & in fauorẽ dicti hoſpitalis, ſeu perſonarũ,
quæ habitũ per fratres capellanos eiuſdẽ hoſpita-
lis deferri ſolitum ſuſciperent, & profeſſionẽ per
eos emitti ſolitam, emitterẽt, nec illa deinceps ipſi,
niſi infra ſex menſes à die intimationis habitum ip-
ſius religionis ſuſcepiſſent, & regularem profeſſio-
nem, infra alios ſex mẽſes emiſiſſent, poſſidere poſ-
ſent, & ſi ſecus fieret, aut ceſſionem, ſeu reſignatio
nem huiuſmodi, aut de dicti ordinis beneficijs, et
in manib. ſuis, in futurum fieri contingeret, huiuſ-
modi ceſſiones, reſignationes, & prouiſiones nul-
lius eſſent roboris, vel momenti, niſi in illis expreſ-
ſe diceretur, & de conſenſu magni magiſtri, & de il
lis, iuxta formam priuilegiorũ dictæ religionis pro
uiderentur, inter ſtatuta, etiam eiuſdem religionis,
per fœl. memoriæ, Paulum Papam Quartum ſimi-
liter prædeceſſorem noſtrum approbata, & confir-
mata, ita cautum reperitur Priores in ſuis cameris,
prioratib, Baiuliui, & commendatarij in ſuis com-
mendis habent prouiſionem, vel præſentationem
beneficiorum Eccleſiaſticorũ, cum cura animarũ, 5
vel ſine à ſuis commendis dependentem, niſi id, pri
uilegio, vel conſuetudine, ad alios pertineat, Item
frater Claudius de la Seragle magiſter, ſtatuit, vt
omnia beneficia Eccleſiaſtica eiuſdẽ ordinis, quo-
rum collatio, aut præſentatio ad dictum ordinem
pertinet, nullis conferrentur, aut nulli ad ea præſen
tarentur, niſi eſſent fratres ipſum ordinem expreſſe
profeſſi, & alias, prout in eiuſdem Pij Quarti præ-
deceſſoris præfati literis, ac ſtatutis, & ſtabilimẽtis,
vel priuilegijs dicti hoſpitalis, plenius continetur.
Quæ omnia, cum diſpoſitione iuris communis ma
ximè congruunt, tum authoritati Sacroſancti Cõ-
cilij Trident. nituntur. Verum, cum ſicut accepi-
mus, clerici ſæculares poſſeſſores, cum cura, & ſine
cura beneficiorum eorundem, ad collationem, pro
uiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quãuis
aliam diſpoſitionem priorum, Baiuliuorum, com-
mendatariorum, & poſſeſſorum aliorum dictę reli
gionis bonorum iure, eorumdem prioratuum, baiu
liuatuum, commẽdatarum, & aliorum bonorũ eiuſ-
dem religionis habitum ſuſcipere, & profeſſionẽ
regularem, prout in eadem religione conſueuit e-
mittere negligant, ac recuſent, in ſtatutorum eiuſ-
dem religionis contemptum, ac iuris communis
diſpoſitioni, & Concilij præfati decretis, priuile-
giis, quæ ab hac ſancta ſede Apoſtolica, vt præmit
titur, conceſſis, contrauenindo, ac prætẽdant eiuſ-
dem Pij Quarti prædeceſſoris noſtri mentis, & in-
tentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionẽ, & pro-
feſſionis emiſſionem eos teneri, qui poſt ab eodem
prædeceſſore obtentam priuilegiorum confirma-
tionem, & ampliationem de eiſdem, ſiue ſimilibus
beneficijs, conceſſiones fieri quomodocumq. ob-
tinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in com-
mẽdam, ſeu alias obtinerent, eundem Pium Quar-
tum prædeceſſorem, ſub iſto verbo, ad præſens, ſta
tuiſſe duntaxat prætẽdatur, allegantes, quod com-
mendæ, prouiſiones, ſiue alias quomodocumque
conceſſiones, de ſimilib. beneficijs, eiſdem factæ,
poſt datam dicti Pij Quarti prædeceſſoris literarũ,
ſiue mẽrio fiat, ſiue retineatur, beneficia eſſe dictæ
religionis, ſunt loco abſolutionis, & derogationis
tacitę ſtatutorum, & priuilegiorum eiuſdẽ ordinis:
ita vt ad ſuſcipiendum illius habitum, ac profeſſio
nem emittendam, minimè teneantur, cũ ſuſceptio
habitus, & profeſſio ab eis emittenda, ex ipſarũ li-
terarum ſerie iniunctæ fuiſſe nõ appareant, ex qui-
bus eidem ordini, illiuſq. magiſtro, prioribus, Ba-
iuliuis, & commẽdatarijs, maxima in dies exoriun-
tur incommoda, atque perturbationes, præſertim
dum eorum beneficiorũ ſtatus ponitur in incerto.
Quare nos, vt par eſt, ex debito paſtoralis officij 6
omnium Chriſti fidelium, præſertim vero eiuſdẽ
ordinis præfatarum regularium perſonarũ, pro Ie-
ſu Chriſti nomine, ac Catholicę fidei tuitione, ad
interitũ vſque iugiter laborantium commodis, &
indem-

indemnitati, quantum in nobis eſt proſpicere cu-
pientes, ſimulque de communi eiuſdem ordinis, ac
religionis bono vehementer ſoliciti, ne quid ei in-
debitè detrahatur, ſacrorum Canonum, ac decreto
rum dicti Concilij, eorumdemque ſtatutorum, &
priuilegiorum authoritati, & tenoribus innitẽtes,
eademque priuilegia, ſtatuta, & ordinationes, ac di
ctorum prædeceſſorum noſtrorum literarum teno
res, præſentibus pro expreſſis habentes, illaque om
7 nia confirmantes, & approbantes, pręſentiſque no
ſtri ſcripti patrocinio cõmunientes, ac rata, & gra-
ta habentes, ac quatenus opus ſit innouantes, & de
nouo cõcedentes, motu proprio, & ex certa noſtra
ſcientia, authoritate pręſentium declaramus, nun-
quam intentionis pręedeceſſorum noſtrorum, vel
noſtræ fuiſſe, in prouiſionibus, ſiue commendis, aut
quibuſuis alijs conceſſionibus beneficiorum, ordi-
nis, & religionis huiuſmodi, ſiue illa curata, ſiue ſi-
ne cura ſint, per eoſdem prædeceſſores noſtros, vel
per nos, & eandẽ ſedem forſan, etiam cum ſimplici
derogatione priuilegiorum, & ſtabilimentorũ reli
gionis pręedictæ, non tamen ſpeciali, de non ſuſci-
piendo habitum, & non emittendo profeſſionem,
mentione, ſeu per magiſtrum, conuentum, priores,
baiulinos, ac commendatarios, vel alios, quibuſcũ-
que perſonis, cuiuſcumq. ſtatus, & dignitatis factis,
& conceſſis, tacite illos abſoluẽdi, quominus iuxta
eiuſdem ordinis ſtatuta, & priuilegia infra tempus
præfixum, habitum ſuſcipere, & profeſſionem per
fratres eiſdem ordinis, emittere debeant, regularẽ
etiam ſi hoc explicite in eorundem pręedeceſſorũ,
aut noſtris literis adiectum, vel iniunctum his, ad
quorum fauorem huiuſmodi beneficia cõceſſa ex-
titerint, nequaquam fuerit. Ac quo noſtra hæc intẽ
tio ſingulis apertius innoteſcat, ſtatuimus, vt om-
8 nes, & ſinguli, qui vel per ſedẽ pręfatã, vel per nos,
aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, et
cum ſimplici derogatione priuilegiorum, ſeu per
priores, baiuliuos, ſeu commendatarios fuerint de
beneficijs huiuſmodi prouiſi, ſiue hi, quibus eadẽ
commendata, aut quomodolibet conceſſa extite-
runt, etiam ſi ſuper his in Curia, vel extra, aliqua
lis pendeat, ac de eiſdem in poſterũ, perpetuis futu
ris temporib. prouidebuntur, aut demum quibus
eadem commendabũtur, vel concedentur, etiam
per ſedem Apoſtolicam, ſi poſt ſex mẽſes à die, quo
id legitime eis indictum, atq. denuntiatum fuerit,
illico numerandos, profeſſionem non emiſerint, &
habitum non ſuſceperint ordinis prædicti, abſque
alia deſuper facienda declaratione, & citatione,
omni, & quocumq. iure, in dictis beneficijs, vel ad
illa competente, careant eo ipſo, ipſique, tanquam
illiciti detentores, & occupatores, & intruſi ab eiſ-
dẽ amoueantur, deque illis, tanquam de iure, & fa-
cto vacantib. magiſtrum, ac conuentum, priores,
Baiuliuos, & commendatarios, & alios, ad quos ſpe
9 ctat libere prouidere, ac de illis, iuxta magiſtri, &
religionis præfatæ ſtabilimenta, & conſuetudines
exequi poſſe, eorumq. poſſeſſores ab eorundẽ be-
neficiorum poſſeſſione, vel potius detentione, &
occupatione amouendos eſſe, prout nos, in dictũ
caſum, & euentum amouemus, ac regulis de anna-
li, & triennali poſſeſſore, & alijs priuilegijs, reme-
dijsq. quibuſcumq. etiam in corpore iuris clauſis,
quibus diutini beneficiorum poſſeſſores vtuntur,
potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere non
poſſe, quauis etiam longiſſimi temporis præſcri-
ptione minime obſtante, verum eoſdẽ, pro amotis,
& expulſis habendos eſſe, & cenſeri, amotiſque, &
expulſis, actionẽ ſpolij, nec vnde vi, nec aliud quod
uis remedium poſſeſſorium, ſiue petitorium com-
petere, ſeu deſuper propterea agere non valere. Et
10 quo facilius, ſi qui ad præſens reperiũtur quomo-

dolibet prouiſi, de beneficijs à prioratib. baiulina-
tibus, & commendis huiuſmodi dependentib. ſeu
ad illorum collationem, prouiſionem, præſentatio-
nem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantib.
etiam habitum dictæ religionis non ſuſceperũt, ad
habitus ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſ-
ſionem inducantur, eiſdem prioribus Baiuliuis, &
commendatarijs, licentiam, & facultatem concedi
mus, ipſis condonandi, & relaxãdi eorũ ſpolia, quæ
ad dictos priores, Baiuliuos, & cõmendatarios ſpe-
ctant: ita vt de illis diſponere poſſint, tam in vita,
quam in mortis articulo, condonationemq. ac re-
laxationem huiuſmodi eiuſdem roboris, ac momẽ
ti eſſe, ac ſi ab eadem ſede emanaſſent. Nec non fę.
recor. Pij Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri, lite-
ris inhærentes, illaſque approbantes, & confirman 11
tes, omnes, & ſingulas perſonas in dicti ordinis be-
neficijs, quomodolibet exiſtentes, à ſeminarijs cle-
ricorum in qualibet ciuitate, iuxta dicti Concilij
decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum, ſubſi-
dij, & aliorum onerum contributione, totaliter exi
mimus, & liberamus, ac liberos, & excẽptos eſſe vo-
lumus. Sicque in præmiſſis, omnib. & ſingulis per
quoſcumq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam
cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac dicti or-
dinis apud nos, dictamq. ſedẽ protectores, & alios
S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet,
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere,
irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo-
quam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter
contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis 12
filijs, in Regnis Hiſpaniarũ, & Neapolitano noſtris
& ſedis Apoſtolicæ, pro tempore exiſtentibus, nun
cijs, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, ge-
nerali Auditori, & quibuſcumq. conſeruatoribus,
per eoſdẽ magiſtrum, & Baiuliuos, priores, & com
mendatarios, iuxta formam priuilegiorum ordinis
prædicti, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ele-
ctis, & eligendis, per præſentes, motu ſimili mandã
mus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe,
vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis con-
tenta quæcumq. vbi, & quando opus fuerit, ac quo
ties pro parte magiſtri, & conuentus, ſiue priorum
Baiuliuorum, præceptorum, & cõmendatariorum
præfatorum, & aliarum perſonarum, & poſſeſſiorũ
præfatorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publican
tes, illiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præ-
ſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eos, præ
miſſis omnib. & ſingulis, iuxta præſentium continẽ
tiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere, non per
mittentes eos deſuper à quoquam, quomodolibet
indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & re
belles, & præmiſſis non parentes, per opportuna iu-
ris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cen-
ſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpo
ſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib. cõ-
mendis, & prouiſionibus, aliiſque diſpoſitionibus,
vel conceſſionibus, quibuſcumque verborum for-
mulis illa conceſſa fuerint, ac fœl. record. Bonifa-
cij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, &
Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo nõ
vltra tres, aliquis authoritate præſentium, ad iudi-
cium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & or
dinationibus Apoſtolicis, contrarijs quibuſcumq.
aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apo-
ſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi,
vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſto
licas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de ver
bo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentio-
nem. Decernentes præſentibus, & in eis contentis
omnibus, per quaſuis literarum conceſſiones,

Digitized by Google

prouiſiones, & alias quaſlibet diſpoſitiones, aliter quàm, vt præmittitur, per nos, vel eandem ſedē factas, vel fortè quomodolibet faciendas, aut concedendas, etiam motu proprio, & ex certa ſciētia, derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, cuiuſcumque tenoris, & formæ emanauerint, & cum quibuſcumque decretis, & clauſulis, etiam derogatoriarū derogatoriis, fortiorib. & inſolitis, etiam ſi cauſas quaſcumque legitimas, & fauorabiles continerēt, quinimò per præſentes, illis omnib. expreſſe derogamus, earum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, præſentibus ſemper in ſuo robore permanſuris, niſi harum tenor, de verbo, ad verbum, in illis eſſet inſertus, & magiſtri, & conuentus cōſenſus accederet. Volumus autem, quod præſentium trāſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadē prorſus fides adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Martij, 1580. Pont. noſtri, an. 8.

Bulla XV.

Pro ordine Præmonſtratenſi.

SVMMARIVM.

Confirmantur priuilegia huius ordinis, quatenus ſunt in vſu, & non ſunt alias reuocata.

Vide in 1. to. 99. reg. g. 8.

GRegorius XIII. Ad perpetuam rei memoriā. Romanus Pontifex, ſuper vniuerſam Dei Eccleſiā conſtitutus, pro incumbēti Apoſtolicæ ſeruitutis munere, ad cuiuſlibet piè, & ſanctè inſtituti ordinis conſeruationem, & augmentū, libenter intendit, illumq. priuilegijs, & gratijs illuſtrat, vt ſub eo militantes monachi, & religioſi, in his, quæ ſui ſunt inſtituti adimplendis, promptiores reddantur, & aliàs ordo ipſe, optata ſuſcipiat incremēta. Sanè dilecti filij Prouincialis, Abbates, Diffinitores, Magiſtri, Priores, & Canonici regulares totius prouinciæ ordinis Præmonſtraten. Regnorū Hiſpaniæ, nobis nuper exponi fecerūt, quod cum alias fel. reco. Vrban. IIII. Clemens VI. & VII. & quā plurimi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, tam ordinis Præmonſtraten. in vniuerſum, quàm dictæ prouinciæ nominatim, ac omnibus, & ſingulis illorum vtriuſq. ſexus monaſterijs, domibus, Eccleſijs, conuentibus, collegijs, pijs, & charitatiuis locis, rebus, bonis, Abbatiq. generali, ac prouinciali, & alijs Abbatibus particularibus, necnon definitoribus, viſitatorib. conſiliarijs, capitulis generalibus, prouincialibus, & particularib. ſeu intermedijs, definitorijs, magiſtris, prioribus, officialib. miniſtris, & omnibus alijs eorum ſuperiorib. tam coniunctim, quā diuiſim, etiam motu proprio, & de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ſiue intuitu, aut per viam communicationis, & extenſionis, & alias quomodolibet, diuerſa priuilegia, gratias, & indulta, aliaſque gratias, ſpirituales, & temporales conceſſerunt, fecerunt, & ordinauerunt, prout in diuerſis prædeceſſorum prædictorum literis, plenius continetur. Cum autē firmiora ſint ea, quæ ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate communita, cupiunt prædicti prouincialis, Abbates, definitores, magiſtri, priores, & aliæ vtriuſq. ſexus dictæ prouinciæ Præmōſtraten. Regnorum Hiſpaniæ perſonæ, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, per nos cōfirmari, & approbari. Quare pro parte dictorum prouincialis, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes prouinciam prædictam dicti ordinis Præmonſtratenſi, eiuſq. monaſteria, & loca religioſa, Abbateſque, & Canonicos, & alias regulares perſonas, in eadem prouincia gratum Altiſſimo famulatum, ſub ſuaui religionis iugo exhibentes, illamq. & illos benigni fauoris patrocinio confouere, ac ſpecialib. gratijs proſequi volentes, ac prædictarum gratiarum, conceſſionum, facultatum, priuilegiorum, indultorū, exemptionum, & immunitatum, ac communicationū, eidem ordini Præmonſtraten. in vniuerſum, ac prædictæ prouinciæ ordinis Præmonſtr. ſigillatim per prędictos, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, conceſſorum tenores, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, eundemq. prouincialem, Abbates, definitores, Magiſtros, canonicos, & alias regulares perſonas vtriuſque ſexus dictæ prouinciæ, vniuerſos, & ſingulos à quibuſuis excōmunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, & effectum præſentium duntaxat conſequendum, harū ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta oīa, & ſingula, per prædictos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, cum omnibus in illis contentis clauſulis & decretis, quibuſcumq. ſint concepta verborum formis, & tenoribus, etiam ſi talia ſint, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed notā exigerent magis ſpecialem, ac pręſentibus de verbo ad verbum inſerēda forent, quatenus tamē ſint in vſu, nec ſint reuocata, ac etiam ſacri œcumenici Conc. Triden. decretis, minimè contraria exiſtant, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentiū perpetuo approbamus, & confirmamus, & illis omnibus, & ſingulis, perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus, omneſq. & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint, ſupplemus, ſicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, Nuncioſque ſedis Apoſtolicæ, ſublata eis, & eorū cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorāter contigerit attentari, decernimus. Quocirca, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Burgen. & Epiſcopis Salmantin. Segouien. & Ciuitaten. & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliū, ſeu alios, præſentes literas, & in eis cōtenta quæcūque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prouincialis, & Abbatum, priorum, aliorumq. ſuperiorum prædictorū, aut canonicorum, vel alicuius eorum, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eoſdem prænominatos, vniuerſos, & ſingulos, præmiſſorū effectu, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quocumq. quauis auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, & cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionib. ac ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetu-

ſuetu-

ſuetudinibus. Quibus omnib. etiam ſi de illis, illorumque totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & de verbo ad verbum, expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ inſererẽtur præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius ex ſcribis prædictorum Abbatum, aut Prælatorum, vel notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius ex prædictis monaſteriis, aut perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadẽ, quæ præſentib. ipſis fides vbique adhiberi debeat. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Sept. 1572. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

1 *Decernit, ne ordinis regimen ſecularib commendetur, ſed tantum ipſius ordinis profeſſis, quibus plena quantum ad hoc concedit facultatem.*

2 *Confirmat huius ordinis priuilegia, dummodo non ſint alias reuocata.*

Dilecto filio, Ioanni Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Lauden. diœceſis.

Gregorius XIII Dilecte fili Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Quam grata Altiſſimo fuerit, Præmonſtraten. ordinis inſtitutio, ille ipſe declarauit, qui ipſius ordinis primordia, tot religionis, & doctrinæ monimentis illuſtrauit, ſalutaribuſq. à Deo diſciplinæ, & ſanctitatis exemplis, ad tantã exceſſit amplitudinẽ, vt ex loco Præmonſtrat. vbi ipſius prima poſitio fuerit, ſtatim in præcipuas Chriſtiani orbis prouincias, tot monaſteria, & alia ſummæ pietatis, & religionis Domicilia diſſeminata, ꝓpagauit. Romani certè Põtifices noſtri prædeceſſores, ordinem ipſum ſibi valde probatũ, & apprimè commendatũ, plurimis priuilegijs, & gratijs decorarunt, & nos ad vniuerſalis eccleſiæ regimen, diuina prouidẽtia, licet impares aſſumpti ſimili paterni animi propenſionem erga ipſum ordinẽ, æquè retinuimus, vt nihil prætermitteremus, dum illius ſtatus, multis in regionib. tabefactus, atque cõſumptus, omni noſtra ope, & præſidio, priſtino ſuo candori reddi, & ad primæuæ ſpeciem religionis adduci poſſet. Quocirca monaſterio Præmõſtratenſi, quod pridem ſecularib. perſonis, graui ipſius, vt euentus probauit, ordinis incõmodo, commendari conſueuit, certo modo vocanti iam tunc illi, te bene de ipſo ordine promeritum, ob eximiã tuam doctrinam, & probitatem, ac regulariũ inſtitutorum peritiam, in patrẽ Abbatem præficimus, illud ſeparantes, quod re ipſa demum compertum lætamur nulla in re, quæ ad huius ordinis (cuius caput eſt) dignitatẽ pertineret, te in eo munere ex cõmuni vtilitate gerendo defuturum, nunc autem, cum tu, pro ea obeunda, quæ potiſſima eiuſdẽ muneris tui pars exiſtit, ad regularem antiquam diſciplinam, ex priorum temporum calamitate, inclinatam, & affectã fulciendam, & vbiq. reſtituendã in tantas omnes tui ordinis prouincias, & monaſteria, & loca regularia, & ſingula, quo ad fieri potuerit, peragere, & viſitare, illorumq. ſtatum penitus noſcere, & explorare conſtitueris. Nos etiã religioſam diligentiam, ſolicitudinemq. laudabilem tuã, in qua de ipſius ordinis incolumitate, plurimũ cõfidimus confouere, ac ipſius ordinis, nobis, & ſedi

Vide in to. 1. qq. re. q. art. 7. & artic. 8.

Vide de eõ ſr. priu. in to. 1. qq. regu. q. 8.

Apoſtolicæ immediatè ſubiecti reformationi, his præſertim moribus, & temporib. conſulere cupientes, tibi, vt omnia, & ſingula quorumcumque Regnorum, prouinciarum, & locorũ monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, tam virorũ, quã mulierum, necnon Eccleſias, & parochiales, vicarias, vel alio quouis modo nuncupatas, prouincias, & capitula, & alia quæcumq. ordinis Præmonſtraten. loca regularia, & exempla, vel quocumq. alio priuilegio, etiam Apoſtolica auctoritate eis cõceſſo, ſuffulta, ac dilectos filios, Abbates, priores, necnon Abbatiſſas, prioriſſas, præpoſitos, eorumq. cõuentus, & loca, Rectores, & quaſcumq. perſonas, quandocumq. id agere conſtitueris, iuxta regulæ, & ordinationis Præmõſtrat. illiuſq. generalium capitulorũ definitiones, & priuilegia, ac indulta Apoſtolica, eidẽ ordini, & tibi, ac pro tempore exiſtenti, Abbati monaſterij S. Ioannis prædicti conceſſa, ac ſacri Conc. Trident. decreta, viſitare, & in illorum ſtatu, formam, regulam, inſtituta, regimen, & adminiſtrationem, ſtatuta, conſuetudines, necnon diuinorum officiorũ, ac ceremoniarum ipſius ordinis, antiquos, & olim inſtitutos, ritus, & vſus, qui vnius modi, vbiq. eſſe debent, mores quoque, & diſciplinam, iam coniunctim, quam diuiſim, ac tam in capite, quam in membris, diligenter inquirere, ipſiuſq. antiquæ regularis diſciplinæ, & ſacrorum Canonum, & generalium conciliorũ, & S. Patrum, & capitulorum prædictorum traditionib. & ordinationibus, dictiſq. Concil. Trident. decretis inhærendo, prout occaſio, rerumque qualitas tulerit, & exegerit, quæcumq. ad præmiſſorum omnium reſtitutionem, mutationem, correctionem, emendationem, reuocationem, confirmationem, ſeu reintegrationem, quomodolibet pertinentia, & inde dependentia, necnon regularia inſtituta huiuſmodi, illorumq. obſeruationem, & diſciplinam, ac mores huiuſmodi, ſicubi illi exceſſerint, aut tabefacti, vel immuniti fuerint, iuxta formã capitulorum, & antiquorum ſtatutorum dicti ordinis, priuilegia quoque Apoſtolica, eidem ordini conceſſa prædicta, & generalium, præſertim Tridentini, Conciliorum prædictorum determinationes, vti æquum expedire cognoueris, & reformare, mutare, corrigere, emendare, reuocare, confirmare, reſtituere, & reintegrare, ac in præmiſſis, & circa, vel aduerſus illa, innouata, & attentata quæcumq. caſſare, & annullare, necnon abuſus quoſcumq. tollere, ipſaſque perſonas quaſcumq. etiam exemptas ad antiquum, & religioſum vitæ modũ reducere, ac quidquid inde ſtatueris, & ordinaueris, perpetuo obſeruari facere, contra inobediẽtes, & contumaces quoſcũque, etiã ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ac illos canonicarum ſanctionum, etiam excõmunicationis, & alijs Eccleſiaſticis cenſuris, & beneficiorum ſuorum ſuſpẽſionis, & priuatiuis pœnis, quacumque poſtpoſita appellatione, punire, & coercere, necnon ad hoc auxiliũ brachij ſecularis vbicumq. opus fuerit inuocare, cæteraq. alia in prædictis, & circa ea neceſſaria, & oportuna facere, & exequi, liberè, & licitè, valeas, plenam, & omnimodam auctoritatem prædictam, tenore præſentium, facultatem cõcedimus. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus per quoſcumq. ſcienter, vel ignoranter, quacumque auctoritate contigerit attentari. Non obſtant. fœl. rec. Bonifacij Papæ Octaui prędeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis de duabus dictis, aliiſque conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, cõuentuũ, prouinciarum, locorũ, & ordinis prædictorũ, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. declarationib. inhibitioni-

bus, & decretis, priuilegijs quoq. indultis & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, conuentib. prouincijs, locis, ordinis ſuperioribus, & perſonis, ac etiam noſtris, & ſedis Apoſtolicę, etiam de latere legatis, nuntijs, & ordinarijs, locorum, ac quibuſcũque alijs, per quoſcumq. Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & prædictam ſedem, ſub quibuſcumq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantib. & aliis decretis, in genere, & in ſpecie, & motu proprio, & conſiſtorialiter, aut aliis quomodolibet, & ex quibuſcumque, & vrgentibus, vrgentiſſimis, & neceſſarijs cauſis quaodocumque, ac quomodocumq. & quotieſcũque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpeciali, de illis eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, vel alia quæuis expreſſio habẽda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, necnon modos, & formas, ac decreta in illis appoſita, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectũ omnium præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Maij, 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Ioanni de Pricetis, Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Landunen. diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt per ſolicitudinem officij noſtri, ad debitum perducator effectũ. Sanè ſicut tu, qui totius ordinis Præmonſtratenſ. caput, & reformator generalis, ad præſens apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus exiſtis, nobis nuper exhibuiſti, dum fœl. recorda. Honorius Secundus, & Honorius Tertius, ac Honorius Quartus, necnõ Adrianus Secundus, Adrianus Quartus, Alexander III. Alexander IIII. Alexander V. Innocentius II. Innocentius III. Innocentius IIII. Innocentius V. Lucius Tertius, Bonifacius Octauus, Clemens Tertius, Clemens Quintus, Clemens Sextus, Clemens Septimus, Gregorius Octauus, Gregorius Nonus, Gregorius Decimus, Ioãnes XXII. Ioannes XXIII. Nicolaus IV. Nicolaus V. Vrbanus III. Vrbanus IV. Vrbanus V. Cæleſtinus Secundus, Sixtus Quartus, Pius Secundus, & Iulius Secundus. Nonnullique alij Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa priuilegia, indulta, exemptiones, cõceſſiones, iuriſdictiones, & iura, dicto ordini, & præfato, cæteriſque monaſterijs, ac prioribus, & alijs locis ordinis huiuſmodi, illorum Abbatibus, priorib. conuẽtibus, ac perſonis conceſſerunt, quæ tam tuo, quam eorum nominibus, à nobis, Apoſtolico petijſtis munimine roborari. Nos igitur, tuis in hac parte iuſtis poſtulationib. grato conuenientes aſſenſu, priuilegia, indulta, exemptiones, conceſſiones, & iura prędicta, necnon parochiales Eccleſias, & alia beneficia Eccleſiaſtica, monaſterijs, & prioratibus ipſis, ac monaſteriorum, & prioratuum eorundem Abbatialibus, & conuentualibus menſis, canonicè vnita, annexa, & incorporata, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs Chriſti fidelibus, ſibi, & alijs Abbatibus, prioribus, & perſonis rationabiliter indultas, quatenus ſint in vſu, & decretis Concilij Tridentini non repugnẽt, nec concordatas cum nationibus, & ſede Apoſtolica obſint, nec reſeruationes, aut affectiones Apoſtolicas impediant, ſibi, & eiſdem Abbatibus, priorib. monaſterijs, conuentib. locis, & perſonis, Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi. 1578. nonis Maij, Pontif. noſtri, anno 6.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Præcipit, vt feſtum Sancti Norberti, ſexta die Iunij, cum duplici, & octauis celebretur.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Immenſæ diuinæ ſapientiæ altitudo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, dignata eſt olim per Prophetã reuelare, Deũ laudari velle in ſanctis ſuis, quod nos ad Sanctorũ memoriam, debita ſolemnitate celebrandum, eo magis inuitat: quia dum eorum merita recenſentur virtutum quoque exempla fidelibus ad imitandũ proponuntur, vt per eã gradientib. ipſi pariter ad cœleſtem Beatitudinem eorum Sanctorum ſuffragijs adiuti, facilius valeant peruenire. Quapropter nos, qui fide dignorum, præcipuè dilectorũ filiorũ Philippi, tituli Sancti Sixti presbyteri Cardinalis Boncompagni nuncupati, maioris Pœnitentiarij noſtri, & Præmonſtrat. ordinis protectoris, ac Ioãnis Abbatis monaſterij Præmonſtraten. Landunen. diœc. relationib. intelleximus, quod præfatus ordo à Beato Norberto eximiæ ſanctitatis viro, qui etiã Eccleſiæ Magdeburgen. præfuit, iã ſupra quadragentos annos fundatus, & inſtitutus fuit, dignum, quin potius debitum reputamus, quod B. ipſe Norbertus in veneratione, ac honore habeatur in terris, qui nunc honoratur in cęlis, & cuius vita bene placens Deo, plurimis claruit miraculis, ſicut fide digna grauium Auctorum, monumenta teſtantur, Ioanni Abbati, ac vniuerſo ordini præfatis, vt erga patrem ſuum, gratos, & deuotos filios ſe valeãt exhibere in perpetuũ, vt feſtum ipſius S. Norberti cõfeſſoris, atq. Pontificis, die ſexta Iunij, qua idem Sanctus Norbertus, ex hac vita migrauit, ad cælum cum ſua octaua, officio duplici de vno cõfeſſore, ac Pontifice, in omnib. & ſingulis dicti ordinis monaſterijs, Eccleſijs, & locis anniuerſaria ſolemnitate, in perpetuũ celebrare, ac eiuſdem Sancti commemorationem, quandocumque aliæ conſuetæ commemorationes ex monaſtico dicti ordinis inſtituto vel ritu fieri debẽt, facere, necnon præfatum Sanctum Norbertum, qui in plurib. Martyrologijs vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis, in ipſa ſexta die Iunij deſcriptus, & annotatus reperitur, in Kalendario eiuſdem ordinis tantum, ſub eodem die ſexto Iunij profecto duplici, cum ſua octaua deſcribere, & adnotare, liberè, & licitè valeant, per præſentes cõcedimus. Sicque ab omnib. præfati ordinis vtriuſque ſexus regularib. perſonis, pro tempore exiſtentib. perpetuo obſeruari debere, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium mandamus, ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis, & eius monaſteriorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentiũ tranſumptis,

De indultis pro celebratione feſtorum. Vide in 2. 10. qq. 10. q. 68. per tot.

Google

ſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti ordinis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdẽ præſentib. adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginã noſtræ conceſſionis, mãdati, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum, anno Incar. Domin. 1582. 5. Kalen. Auguſti, Pont. noſtr. anno 11.

Pro Societate Ieſu.

Bulla XVIII.

Facultas conſeruatores iudices aſſumendi in quibuſcumque cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores iudices eligere poſſunt Societatis tum religioſi, tum familiares clerici.*
2 *Conſeruatores in moleſtiis, & damnis datis religioſis, ſummarie procedant, in aliis vero, prout rerũ qualitas exegerit.*
3 *Conſeruatorum facultas maxima.*
4 *Vbi Conſeruatoria per quaſcumque alias derogationes non cenſetur derogatum.*
5 *Quilibet conſeruator poteſt proſequi articulum per alium inchoatum.*

Vide in to. 2. 99. re. q. 65. per totã quæſt.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Aequum reputamus, & rationi conſonum, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet (eius ſuperueniente obitu) literæ Apoſtolicę deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudũ ſiquidem fœlicis record. Pio Papa V. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum præpoſiti generalis, & religioſorum Societatis Ieſu expoſito, quod cum dicta Societas, benedicente Domino, longe lateque eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militãtiſque Eccleſiæ profectum, in dies augeretur, & propter diuerſa bona temporalia, quæ collegia ſcholarium, ſub eorum cura inſtituta poſſidebant, conſeruanda, & recuperãda, lites, aliaque forenſia, frequenter ſubite neceſſario cogeretor, exindeq. fieret, vt eius perſonæ, quæ animarũ ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valde diſſonabant, euitare cupiebant, ab earum miniſterio, non ſine animi ſui dolore, cum animarum huiuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem prædeceſſori, pro parte eorundem præpoſiti generalis, & religioſorum, aſſerentium eorũ bona à quorumcumque locorum ordinariorum iuriſdictione, libera, & exempta, ac ſub Romani Põtificis, & ſedis Apoſtolicæ protectione, aliàs recepta fuiſſe, humiliter ſupplicando, vt eorũ quieti more Pij patris, ac aliàs in præmiſſis oportunè conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaretur idem prędeceſſor, qui ad gratos Deo, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipulicæ, vtiles, & neceſſarios fructus, quos Societatis prædictæ perſonæ, in vinea Domini ſemper proferebant debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea cõcederet, per quæ ipſi, eorumq. res à noxijs, iuſtitiæ miniſterio præſeruarentur, eoſdẽ præpoſitum generalem, & religioſos, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorũ duntaxat conſequendum, abſoluens, & abſolutos fore cenſemus, huiuſmodi ſuplicationib. inclinati, ſub Dat. videlicet 8. Kalend. Iunij, Pont. ſui, anno 3. eidem Societati, ſinguliſq; illius perſonis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis, tam ciuilib. quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti, rei forent, ipſi cõtra quaſcumque communitates, & collegia huiuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, necnon alias perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere cõſeruatores, & iudices ordinarios, indulſit. Ipſis vero ſic electis, vel duob. aut vni eorum, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, etiamſi extra loca, in quibus conſeruatores, & iudices deputati forent, eidem Societati, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, collegiaque huiuſmodi, ſuper terris locis, domibus, poſſeſſionibus, & iuribus, necnon fructibus, cenſibus, reditibus, & prouentibus, ac quibuſcumq. alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati, tam Apoſtolica, quam ordinaria, & aliàs ritè regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuiſim ſpectantibus, à quibuſcumq. perſonis, tam ſæcularib. quam Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate, & ſuperioritate fungentibus, quoquomodo indebitè moleſtari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari facerent, qui cũ ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionũ, iurium, & bonorum, mobilium, & immobiliũ, redituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcumq. bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum, eis tunc, & pro tempore conceſſorũ, obſeruatione, necnon de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis, damnis, tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout eorũ qualitas exegiſſet, iuſtitiæ complemẽtum, occupatores, ſeu detẽtores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, etiãſi aliàs, quàm vt præfertur, qualificati exiſterẽt, quãdocumq. & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica, per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſq. ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eos, quos ſentẽtias, cenſuras, & pœnas per eoſdem conſeruatores, ſeu iudices, pro tẽpore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet, eas incurriſſe declarent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggrauarẽt, necnon auxilium brachij ſecularis inuocarent, commiſit, & mandauit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem per eos ſuper his habendam, ipſis conſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos literæ tunc deſuper cõficiendæ cõcernerent, pro tẽpore morari contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, iudicibus, & conſeruatorib. huiuſmodi, monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quib. eſſet veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorũ, & inhibitorum notitiam, peruenire valerent, faciendi, necnon eiſdem occupatorib. deten-

modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulari cõtractus, ac aliàs, ſub quibuſcunq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, & in ſpecie, etiã ab immemorabili tempore, quomodolibet cõceſſis, approbatis, & innouatis, ac etiã vſu receptis, ac quocunq. tempore factis, & promulgatis, & quibuſcũq. alijs indulgentijs, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunq. tenorum exiſtant, per quæ præſentib. non expreſſa, aut omninò non inſerta, effectus earum impediri valeat quõlibet, vel differri, & de quibus quorumq. totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis quæ omnia cõtra eandem præſentium tenorem, nolumus cuiquã in aliquo ſuffragari, contrarijs quibuſcunq. aut ſi commendatarijs, & perſonis prædictis, vel quibuſuis alijs, cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem.

20 Poſtremò volumus, vt lapſis ſtatim duobus menſibus à publicatione prædicta, literæ prædictæ: ita vnumquemq. ſupradictorum arctent, ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent, earumq. exempla etiam impreſſa notarij publici manu, & prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, vbique locorum, in iudicio, & extrà illud faciant, quã ipſæmet præſentes facerent, exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, cõfirmationis, ſuppletionis, perfectionis, cõmiſſionis, ſtatuti, diſtinctionis, diſmembrationis, diuiſionis, applicationis, appropriationis, decretorũ, aggregationis, cõceſſionum, indulti, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, tributionis, præcepti, & voluntatum infringere, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Inca. Dominicę, 1579. Kal. Nouemb. Pont. noſtri, anno 8.

Bulla XIII.

Confirmatio exemptionum, indulgentiarum, ac priuilegiorum congregationis S. Hieronymi Ieſuatorum.

GRegorius Papa XIII. ad futuram rei memoriam. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Spectatus, qui in caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ præceptis, diligenter, & exactè cuſtodiendis, in vobis elucet, religionis zelus, quo duce, cæleſtis beatitudinis aſſidua contemplatione, ſiue corporis afflictione, ſiue orationis ſanctę ſtudio, cõtra humani generis aduerſarium, vos communitis, nos inducunt vt his, quæ à prædeceſſoribus noſtris ad veſtræ congregationis decus, commodum, & ornamentum, ac animarum ſalutem cõceſſa ſunt, Apoſtolicæ firmitatis robur adijciamus, aliaſq. deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus expedire. Dudum ſiquidem fœ. re. Martinus Papa Quintus prædeceſſor noſter, veſtræ congregationis, qui tunc eſſent, & in poſterum forent, perſonas, oratoria, domos, atque loca conſtructa, & conſtruẽda, vbicunq. forent conſtituta, cum perſonis, iurib. & pertinentijs, necnon poſſeſſionibus, rebus, & bonis, ſub ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. Ac deinde piæ memoriæ, Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus, Pius ſecundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Secũdus, Leo Decimus, Adrianus etiam Sextus, Clemẽs Septimus, Paulus Tertius, & Iulius etiam Tertius, ac Paulus Quartus, & Pius Quartus, & forſan alij Romani Põtifices prædeceſſores noſtri, cõgregationis eiuſdem, vtriuſq. ſexus perſonas varijs indulgentijs, & plenarijs, ac peccatorũ remiſſionib. & facultatib. priuilegijs, immunitatib. exemptionib. libertatib. & gratijs, tàm ſpiritualib. quã temporalib. etiã per ſolã ſignaturam, & viuæ vocis oraculo, ac aliàs per literas ſub plumbo, & ſub annulo Piſcatoris cõceſſas, in genere, vel in ſpecie, tã principaliter eidẽ cõgregationi, quã per viã communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, tam in mari magno nuncupatis, quàm alijs literis quibuſcunque, tàm mendicantium ordinibus conceſſorum, contentis ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaque antea conceſſa confirmarunt, & approbarũt, ac perpetua roboris firmitate conſiſtere voluerũt. Necnon vltimo loco, recolendæ memoriæ, Pius Quintus, etiam prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, immunitates, exẽptiones, gratias, libertates, indulta, tàm tunc per ipſum, quã quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, quomodolibet mendicantibus ordinis conceſſa, ad vos, veſtramq. congregationem, fratres, domos, Eccleſias, & loca quæcunque, quò ad ea, quæ veſtræ regulæ, & modo viuendi non repugnarent, extendit, & ampliauit, voſque verè mendicantes, & ſub mendicãtium ordinibus eſſe, & comprehendi debere, necnõ omnia, & ſingula Conc. Trid. decreta, pro mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata, etiã pro veſtra cõgregatione huiuſmodi, declarauit, & modificatus fuit, & aliàs, prout in ſingulis prædictorum prædeceſſorum literis deſuper confectis plenius cõtinetur. Cũ autem ea maiorem vim, & robur obtinere noſcãtur, quæ ſæpius fuerint authoritate noſtra cõmunita, ac pro parte veſtra, qui prædicta authoritate noſtra, cõmuniri, & approbari, mirum in modum deſideratis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis petitiones veſtras ad exauditionis noſtræ gratiam admittere, vobiſque ſatisfacere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, priuilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cuiuſuis generis gratiarum, per dictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices, quibuſuis, etiam ſpecialibus rationibus conceſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, ac peccatorum remiſſiones (citrà tamen clauſulam porrigendi manus adiutrices) & conceſſiones, etiam per vos ſufficienti ad id facultates ſuffultos, ad veſtræ congregationis aggregatos, infraſternatos, nuncupatos, extenſas, ac indulta ſupradicta quomodocunque, & qualitercunque conceſſa, & approbata (quatenus ſint in vſu, ac ſacris canonibus, & Concilio Tridentino non contraria) ex certa noſtra ſcientia, denuò in perpetuum, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illoſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, præſentiſque ſcripti patrocinio communimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quã facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus. Decernentes præſentes literas, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, indulgentiarum, conceſſionum, & aliorum quorumcunque, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſerique debere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed eaſdem validas ſemper, & efficaces exiſtere, ac vobis, & veſtræ congregationi

Vide in ſ. 10.99 re.q. 54.ar.4.

in

in perpetuum ſuffragari, nec ad probandum omnia, & ſingula præmiſſa, alterius probationis adminiculum requiri. Verum eandem, in iudicio, & extra, abũdè fidem facere: ſicque, & non aliter, in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate) iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoraoter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus, Patriarchæ Venetiarum, & Archiepiſcopo Mediolaoenſi, ac Epiſcopo Bononienſi, ſiue eorum in ſpiritualibus, vicariis generalibus, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, aut alicuius ex vobis, & pro tempore dictæ congregationis fratribus, nunc, & in futurum fueriot requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque io præmiſſia efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra, vos, & pro tempore dictę congregationis fratres, & alios quoſcumque, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, alijſque præmiſſis, iuxta præſentium continentiã, & tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes vos, & veſtræ congregationis pro tempore fratres, per quoſcumque indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Cootradictores quoſlibet, & rebelles, & in ijs, quæ præmiſſa concernunt, non parentes, per oportuoa iuris, & facti remedia, ac demum per ſenteotias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendu: necnon legitimia ſuper his habendis, ſeruatia proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratia vicibus aggrauando, iouocato etiam ad hoc, ſi opua fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſimilis memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo quis, vigore prę ſentium, vltra tres dietas, ad iudicium non trahatur, ac qoibuſuis alijs Apoſtolicis necoon in prouincialib. & ſynodalibus cõcilijs editis, geoeralibus, vel ſpecialibus, necnõ dictæ cõgregationis, & ordini Sancti Hieronymi, ac regulæ Sancti Auguſtini, ſub qua militatis, necnon aliorum, tam mendicaotium, quam uon mẽdicantium ordinnm, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & coofuetudioibus, priuilegiis quoque, iodultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem, vel alicui eorum, ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex ſimili ſcieotia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorũque totis tenoribus, ſpecialia, ſpecifica, & expreſſa mentio, oon autẽ per clauſulas generales, idem importantes, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaaat, ſpecialiter, & expreſſe derogamua, quæ dicti prædeceſſores in eorum literis voluerunt nõ obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpeodi, vel excommunicari non poſſiot, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi meotionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad quæcumq. loca ad quæ neceſſe fuerit, deferri, volumus præſentiũ exẽplis, etiam impreſſia, manu notarij publici ſubſcriptis, ac dictæ congregationis, aut alicuius eiuſdem congregationis ſuperioris, ſigillo munitis, eandem fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ præſentib. exhibitis, vel oſtenſis, vbiq. locorum, & gentium haberetur. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Febr. 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XIV.

Confirmatio priuilegiorum militiæ, & hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolimitani.

SVMMARIVM.

1 *Pius Quartus confirmauit, & ampliauit priuilegia hoſpitalis religionis S. Ioannis Hieroſolymitani.*
2 *Clemens Septimus decreuit poſſidentes beneficia religionis, & pẽſionarios, infra ſex mẽſes habitũ ſuſcipere, & profeſſionẽ emittere, alias illa vacarent, vt in dicta Pii IV. cõſtitutione, circa mediũ.*
3 *Paulus Tertius declarauit capellanos huius ordinis, de eius Eccleſiis prouideri, non obſtante, quod presbyteris ſæcularibus cõferri ſolitum fuerit, vt habes in eadem conſtitutione, poſt medium.*
4 *Pius Quartus decreuit magnum magiſtrum, conuentum, priores, & præceptores, eſſe vere ordinarios, infra limites ſuarum iuriſdictionum, vt in eadem conſtitutione, poſt medium.*
5 *Paulus Quartus (cuius conſtitutionem iſtam hic nõ habes) confirmauit priuilegium, prioris, & cõmendatariorum, prouidendi de beneficiis à ſuis commendis dependentibus, & confirmauit decretũ, quod beneficia huius ordinis, aliis quam fratrib. ordinis profeſſis non conferuntur.*
6 *Hic vero Pontifex dictas conceſſiones prædeceſſorũ confirmat.*
7 *Declarat etiam nunquam intentionis ſuæ, ac prædeceſſorũ fuiſſe, in conceſſionib. beneficiorum huius religionis, etiã cum ſimplici derogatione ſtabilimentorũ, & priuilegiorũ, religioni factis, abſoluere à ſuſceptione habitus, & profeſſionis emiſſione.*
8 *Imo ſic prouiſos, & de cætero prouidendos, decreuit infra ſex menſes profeſſionem emittere, & habitum ſuſcipere debere.*
9 *Inobedientiæque pœnas expreſſas imponit.*
10 *Inobedientes autem, ſcilicet iam prouiſi, ſpolia condonari poſſe declarat per priores, & commendatariot ad quos ſpectant.*
11 *Confirmat etiam quo exemptionem à decimis, & aliis oneribus, conceſſionem Pii Quinti.*
12 *Deputatio, & facultates executorum huius conſtitutionis, & conſeruationis huius ordinis.*

GRegorius Papa Decimuſtertius, ad perpetuã rei memoriam. Quo magis, ac firmius hoſpitalis ſancti Ioannis, Hieroſolimitani ordinis, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & nobis acceptiſſimo, ac de Chriſtiano nomioe: fideique Catholicæ defenſione optime merito, illiuſq. magno magiſtro, pręceptoribus, & commendatarijs, hactenus per ſedẽ Apoſtolicam conceſſa priuilegia præſeruẽtur, paterno, qno eundem ordinem complectimur affectu, æquum eſt prouidere, dudum ſiquidem, fœlicis recordat. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter, dũ fauore eiuſdem hoſpitalis, & religionis priuilegia eidem antea conceſſa confirmauit, atque approbauit, vel etiam ampliauit, animaduertens piæ memoriæ Clementem Papam Septimum, etiam prædeceſſorẽ noſtrum ſtatuiſſe, quod omoes, & ſinguli baiuliuarũ, prioratuum præceptoriarũ, domorum, &

beneficiorum, in vim collationum eis factarũ poſ-
ſeſſores, ſæculares, aut alterius ordinis regulares,
ſeu penſiones, ſuper illorum fructib. reddit ibus, &
prouentib. huiuſmodi, eatenus etiam per ſedem eã
dem reſeruatas, percipientes, illas, & illa infra ſex
menſes à die intimationis dictarum literarum in
manib. magiſtri, & conuentus prædictorum iuxta
formam ſtabilimentorum dictæ religionis dimitte
re, & transferre, ſeu illarũ caſſationi conſentire te-
nerentur, alioquin beneficia, & pẽſiones huiuſmo-
di, niſi illa poſſidentes, & illas percipientes, infra
dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſio-
2 nem regularẽ ipſius emitterẽt religionis, lapſis mẽ
ſib. ipſis vacarent, ac caſſæ, & extinctæ eſſent, & eſſe
cenſerentur, eo ipſo. Ac deinde recolendæ memo-
riæ Paulũ Papam III, etiã prędeceſſorẽ noſtrum, vt
magiſter, & ſinguli priores, baiulivi, præceptores,
milites, & fratres hoſpitalis huiuſmodi pro eorum
libito, parochiales, ac etiã ſine cura Eccleſias, vel
3 earũ vicarios, ſeu capellanias perpetuas, aut capel-
las, vel altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorũ
collationem, præſentationẽ, electionẽ, ſeu quamuis
aliam diſpoſitionẽ, ratione prioratuũ, baiuliuatuũ,
præceptoriarum, etiã camerarũ magiſtralium nuo
cupatarũ, hoſpitalium, domorũ, & aliorũ beneficio
rum dicti hoſpitalis, per eos pro tẽpore obtentorũ,
de iure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut pri-
uilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia, & perti
nentia ab ipſis baiuliuis, præceptoriis, domib. ho-
ſpitalib. & alijs beneficijs dependentia, ſeu illis an-
nexa, quæ dudum forſan fratrib. ſaltim capellanis
eiuſdẽ hoſpitalis, & ab eiſdẽ magiſtro, priorib. baiu
liuis, ac præceptoribus, & alijs prædictis cõferebã-
tur, à longo tamen, & forſan longiſſimo tẽpore ci-
tra, de cuius initio memoria hominũ fortè non exi
ſtebat per ipſos, magiſtrũ, præceptores, baiuliuos,
priores, milites, & fratres, per abuſum, aut ex defe-
ctu huiuſmodi capellanorũ, vel aliarum perſonarũ
eiuſdẽ hoſpitalis, ad id idonearũ, clericis, ſeu preſ-
byteris ſecularib. collata, aut conferri, & per ipſos
presbyteros, vel clericos ſæculares obtineri ſolita,
etiam fratrib. huiuſmodi, præſertim capellanis nũ-
cupatis, qui vt aſſeritur, à presbyteris, ſeu clericis,
niſi quoad geſtationẽ Crucis, vel habitus dicti ho-
ſpitalis ad pectus, nõ differebãt, imo priuilegiis, cle
ricorũ ſæcularũ, iuxta forſan eorũ priuilegia, & cõ
ſuetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei,
& habiles reperirentur cõferre, ac aliàs de illis pro
uidere, & diſponere, ipſiq. fratres, quib. beneficia
huiuſmodi conferri contigerit, illa ſi ſibi aliàs cano
nicè conferentur, aut ipſi eligerẽtur, præſentaren-
tur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur
in eis, recipere, & in titulũ, etiã quo ad viuerant, re
tinere reſpectiuè, liberè, & licitè valerent, ſtatuta,
& ordinationes extendiſſe, & ampliauiſſe, eiſq. de-
ſuper induliſſe. Idẽ Pius IIII. conceſſiones, & priui
4 legia dictorũ prædeceſſorũ confirmans, ipſos ma-
giſtrum, conuentũ, necnon priorem Eccleſiæ, alioſ
que priores, & præceptores, intra limites ſuarũ iu-
riſdictionum, & adminiſtrationũ, veros ordinarios,
iuxta formã ſuorum ſtabilimentorũ, & priuilegio-
rum exiſtere, & eſſe cenſeri decreuit, ac beneficia
Eccleſiaſtica ad præſentationẽ, ſeu collationum ba
iuliuorum, priorũ, & præceptorum hoſpitalis hu-
iuſmodi ſuffragari debere: ita quod presbyteri ſæ-
culares, illa tunc tẽporis in commendam, ſeu aliàs
quomodolibet obtinentes, commendæ huiuſmodi
cedere, aut illa alias admittere non poſſent, niſi de
cõſenſu eorũ, ad quos præſentatio, ſeu collatio ſpe-
ctaret, & in fauorẽ dicti hoſpitalis, ſeu perſonarũ,
quæ habitũ per fratres capellanos eiuſdẽ hoſpita-
lis deferri ſolitum ſuſciperent, & profeſſionẽ per
eos emitti ſolitam, emitterẽt, nec illa deinceps ipſi,
niſi infra ſex menſes à die intimationis habitum ip-
ſius religionis ſuſcepiſſent, & regularem profeſſio-
nem, infra alios ſex mẽſes emiſiſſent, poſſidere poſ-
ſent, & ſi ſecus fieret, aut ceſſionem, ſeu reſignatio
nem huiuſmodi, aut de dicti ordinis beneficijs, et
in manib. ſuis, in futurum fieri contingeret, huiuſ-
modi ceſſiones, reſignationes, & prouiſiones nul-
lius eſſent roboris, vel momenti, niſi in illis expreſ-
ſe diceretur, & de conſenſu magni magiſtri, & de il
lis, iuxta formam priuilegiorũ dictæ religionis pro
uiderentur, inter ſtatuta, etiam eiuſdem religionis,
per fœl. memoriæ, Paulum Papam Quartum ſimi-
liter prædeceſſorem noſtrum approbata, & confir-
mata, ita cautum reperitur Priores in ſuis cameris,
prioratib. Baiuliui, & commendatarij in ſuis com-
mendis habent prouiſionem, vel præſentationem
beneficiorum Eccleſiaſticorũ, cum cura animarũ, 5
vel ſine à ſuis commendis dependentem, niſi id, pri
uilegio, vel conſuetudine, ad alios pertineat. Item
frater Claudius de la Seragle magiſter, ſtatuit, vt
omnia beneficia Eccleſiaſtica eiuſdẽ ordinis, quo-
rum collatio, aut præſentatio ad dictum ordinem
pertinet, nullis conferrentur, aut nulli ad ea præſen
tarentur, niſi eſſent fratres ipſum ordinem expreſſe
profeſſi, & alias, prout in eiuſdem Pij Quarti præ-
deceſſoris præfati literis, ac ſtatutis, & ſtabilimẽtis,
vel priuilegijs dicti hoſpitalis, plenius continetur.
Quæ omnia, cum diſpoſitione iuris communis ma-
ximè congruunt, tum authoritati Sacroſancti Cõ-
cilij Trident. nituntur. Verum, cum ſicut accepi-
mus, clerici ſæculares poſſeſſores, cum cura, & ſine
cura beneficiorum eorundem, ad collationem, pro
uiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quãuis
aliam diſpoſitionem priorum, Baiuliuorum, com-
mendatariorum, & poſſeſſorum aliorum dictę reli
gionis bonorum iure, eorumdem prioratuum, baiu
liuatuum, commẽdatarum, & aliorum bonorũ eiuſ-
dem religionis habitum ſuſcipere, & profeſſionẽ
regularem, prout in eadem religione conſueuit e-
mittere negligant, ac recuſent, in ſtatutorum eiuſ-
dem religionis contemptum, ac iuris communis
diſpoſitioni, & Concilij præfati decretis, priuile-
gijs, quæ ab hac ſancta ſede Apoſtolica, vt præmit
titur, conceſſis, contraueniendo, aſſerẽdant eiuſ-
dem Pij Quarti prædeceſſoris noſtri mentis, & in-
tentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionẽ, & pro-
feſſionis emiſſionem eos teneri, qui poſt ab eodem
prædeceſſore obtentam priuilegiorum confirma-
tionem, & ampliationem de eiſdem, ſiue ſimilibus
beneficijs, conceſſiones fieri quomodocumq. ob-
tinuerunt, cum de illis, qui tunc temporis in com-
mẽdam, ſeu alias obtinerent, eundem Pium Quar-
tum prædeceſſorem, ſub iſto verbo, ad præſens, ſta
tuiſſe duntaxat prætẽdatur, allegantes, quod com-
mendæ, prouiſiones, ſiue alias quomodocumque
conceſſiones, de ſimilib. beneficijs, eiſdem factæ,
poſt datam dicti Pij Quarti prædeceſſoris literarũ,
ſiue mẽtio fiat, ſiue retineatur, beneficia eſſe dictæ
religionis, ſunt loco abſolutionis, & derogationis
tacitę ſtatutorum, & priuilegiorum eiuſdẽ ordinis:
ita vt ad ſuſcipiendum illius habitum, ac profeſſio
nem emittendam, minimè teneantur, cũ ſuſceptio
habitus, & profeſſio ab eis emittenda, ea ipſarũ li-
terarum ſerie iniunctæ fuiſſe nõ appareant, ex qui-
bus eidem ordini, illiuſq. magiſtro, prioribus, Ba-
iuliuis, & commẽdatarijs, maxima in dies exoriun
tur incommoda, atque perturbationes, præſertim
dum eorum beneficiorũ ſtatus ponitur in incerto.
Quare nos, vt par eſt, ex debito paſtoralis officij 6
omnium Chriſti fidelium, præſertim vero eiuſdẽ
ordinis præfatarum regularium perſonarũ, pro Ie-
ſu Chriſti nomine, ac Catholicę fidei tuitione, ad
interitũ vſque iugiter laborantium commodis, &
indem-

indemnitati, quantum in nobis eſt proſpicere cu-
pientes, ſimulque de communi eiuſdem ordinis, ac
religionis bono vehementer ſoliciti, ne quid ei in-
debitè dettahatur, ſacrorum Canonum, ac decreto
rum dicti Concilij, eorumdemque ſtatutorum, &
priuilegiorum authoritati, & tenoribus innitẽtes,
eademque priuilegia, ſtatuta, & ordinationes, ac di
ctorum prædeceſſorum noſtrorum literarum teno
res, præſentibus pro expreſſis habentes, illaque om
7 nia confirmantes, & approbantes, pręſentiſque no
ſtri ſcripti patrocinio cõmunientes, ac rata, & gra-
ta habentes, ac quatenus opus ſit innouantes, & de
nouo cõcedentes, motu proprio, & ex certa noſtra
ſcientia, authoritate pręſentium declaramus, nun-
quam intentionis prędeceſſorum noſtrorum, vel
noſtræ fuiſſe, in prouiſionibus, ſiue commendis, aut
quibuſuis alijs conceſſionibus beneficiorum, ordi-
nis, & religionis huiuſmodi, ſiue illa curata, ſiue ſi-
ne cura ſint, per eoſdem prædeceſſores noſtros, vel
per nos, & eandẽ ſedem forſan, etiam cum ſimplici
derogatione priuilegiorum, & ſtabilimentorũ reli
gionis prędictæ, non tamen ſpeciali, de non ſuſci-
piendo habitum, & non emittendo profeſſionem,
mentione, ſeu per magiſtrum, conuentum, priores,
baiuliuos, ac commendatarios, vel alios, quibuſcũ-
que perſonis, cuiuſcumq. ſtatus, & dignitatis factis,
& conceſſis, tacite illos abſoluẽdi, quominus iuxta
eiuſdem ordinis ſtatuta, & priuilegia infra tempus
præfixum, habitum ſuſcipere, & profeſſionem per
fratres eiſdem ordinis, emittere debeant, regularẽ
etiam ſi hoc explicite in eorundem prędeceſſorũ,
aut noſtris literis adiectum, vel iniunctum his, ad
quorum fauorem huiuſmodi beneficia cõceſſa ex-
titerint, nequaquam fuerit. Ac quo noſtra hæc intẽ
tio ſingulis apertiuainnoteſcat, ſtatuimus, vt om-
8 nes, & ſinguli, qui vel per ſedẽ pręfatã, vel per nos,
aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ẽt
cum ſimplici derogatione priuilegiorum, ſeu per
priores, baiuliuos, ſeu commendatarios fuerint de
beneficijs huiuſmodi prouiſi, ſiue hi, quibus eadẽ
commendata, aut quomodolibet conceſſa extite-
runt, etiam ſi ſuper his in Curia, vel extra, aliqua
lis pendeat, ac de eiſdem in poſterũ, perpetuis futu
ris temporib. prouidebuntur, aut demum quibus
eadem commendabũtur, vel concedentur, etiam
per ſedem Apoſtolicam, ſi poſt ſex mẽſes à die, quo
id legitime eis indictum, atq. denuntiatum fuerit,
illico oumerandos, profeſſionem non emiſerint, &
habitum non ſuſceperint ordinis prædicti, abſque
alia deſuper facienda declaratione, & citatione,
omni, & quocumq. iure, in dictis beneficijs, vel ad
illa competeote, careant eo ipſo, ipſique, tanquam
illiciti detentores, & occupatores, & intruſi ab eiſ-
dẽ amoueantur, deque illis, tanquam de iure, & fa-
cto vacantib. magiſtrum, ac conuentum, priores,
9 Baiuliuos, & commendatarios, & alios, ad quos ſpe
ctat libere prouidere, ac de illis, iuxta magiſtri, &
religionis præfatæ ſtabilimenta, & conſuetudines
exequi poſſe, eorumq. poſſeſſores ab eorundẽ be-
neficiorum poſſeſſione, vel potius detentione, &
occupatione amouendos eſſe, prout nos, in dictũ
caſum, & euentum amouemus, ac regulis de anna-
li, & triennali poſſeſſore, & alijs priuilegijs, reme-
dijsq. quibuſcumq. etiam in corpore iuris clauſis,
quibus diutini beneficiorum poſſeſſores vtuntur,
potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere non
poſſe, quauis etiam longiſſimi temporis præſcri-
ptione minime obſtante, verum eoſdẽ, pro amotis,
& expulſis habendos eſſe, & cenſeri, amotiſque, &
expulſis, actionẽ ſpolij, nec vnde vi, nec aliud quod
uis remedium poſſeſſorium, ſiue petitorium com-
petere, ſeu deſuper propterea agere non valere. Et
10 quo facilius, ſi qui ad præſens reperiũtur quomo-

dolibet prouiſi, de beneficijs à prioratib. baiuliua-
tibus, & commendis huiuſmodi dependentib. ſeu
ad illorum collationem, prouiſionem, præſentatio-
nem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantib.
etiam habitum dictæ religionis non ſuſceperũt, ad
habitus ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſ-
ſionem inducantur, eiſdem prioribus Baiuliuis, &
commeodatarijs, licentiam, & facultatem concedi
mus, ipſis condonandi, & relaxãdi eorũ ſpolia, quæ
ad dictos priores, Baiuliuos, & cõmendatarios ſpe-
ctant: ita vt de illis diſponere poſſint, tam in vita,
quam in mortis articulo, condonationemq. ac re-
laxationem huiuſmodi eiuſdem roboris, ac momẽ
ti eſſe, ac ſi ab eadem ſede emanaſſent. Nec non fę.
recor. Pij Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri, lite-
ris inhærentes, illaſque approbantes, & confirman 11
tes, omnes, & ſingulas perſonas in dicti ordinis be-
neficijs, quomodolibet exiſtentes, à ſeminarijs cle-
ricorum in qualibet ciuitate, iuxta dicti Concilij
decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum, ſubſi-
dij, & aliorum onerum contributione, totaliter exi
mimus, & liberamus, ac liberos, & exẽptos eſſe vo-
lumus. Sicque in præmiſſis, omnib. & ſingulis per
quoſcumq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam
cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac dicti or-
dinis apud nos, dictamq. ſedẽ protectores, & alios
S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet,
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere,
irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo-
quam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter
contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis 12
filijs, in Regnis Hiſpaniarũ, & Neapolitano noſtris
& ſedis Apoſtolicæ, pro tempore exiſtentibus, nun
cijs, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, ge-
nerali Auditori, & quibuſcumq. conſeruatoribus,
per eoſdẽ magiſtrum, & Baiuliuos, priores, & com
mendatarios, iuxta formam priuilegiorum ordinis
prædicti, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ele-
ctis, & eligendis, per præſentes, motu ſimili mandã
mus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe,
vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis con-
tenta quæcumq. vbi, & quando opus fuerit, ac quo
ties pro parte magiſtri, & conuentus, ſiue priorum
Baiuliuorum, præceptorum, & cõmendatariorum
præfatorum, & aliarum perſonarum, & poſſeſſorũ
præfatorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publican
tes, illiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præ-
ſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eos, præ
miſſis omnib. & ſingulis, iuxta præſentium continõ
tiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere, non per
mittentes eos deſuper à quoquam, quomodolibet
indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & re
belles, & præmiſſis non parentes, per oportuna iu-
ris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cen-
ſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpo
ſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib. cõ-
mendis, & prouiſionibus, aliiſque diſpoſitionibus,
vel conceſſionibus, quibuſcumque verborum for-
mulis illa conceſſa fuerint, ac fœl. record. Boniſa-
cij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, &
Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo nõ
vltra tres, aliquis authoritate præſentium, ad iudi-
cium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & or
dinationibus Apoſtolicis, contrarijs quibuſcumq.
aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apo-
ſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi,
vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſto
licas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de ver
bo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentio-
nem. Decernentes præſentibus, & in eis contentis
omnibus, per quaſuis literarum conceſſiones,

prouiſiones, & alias quaslibet diſpoſitiones, aliter quàm, vt præmittitur, per nos, vel eandem ſedẽ factas, vel fortè quomodolibet faciendas, aut concedendas, etiam motu proprio, & ex certa ſciẽtia, derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, cuiuſcumque tenoris, & formæ emanauerint, & cum quibuſcumque decretis, & clauſulis, etiam derogatoriarũ derogatoriis, fortioribus. & inſolitis, etiam ſi cauſas quaſcumque legitimas, & fauorabiles continerẽt, quinimò per præſentes, illis omnib. expreſſe derogamus, earum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, præſentibus ſemper in ſuo robore permanſuris, niſi harum tenor, de verbo, ad verbum, in illis eſſet inſertus, & magiſtri, & conuentus cõſenſus accederet. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Martij, 1580. Pont. noſtri, ao. 8.

Bulla XV.

Pro ordine Præmonſtratenſi.

SVMMARIVM.

Confirmantur priuilegia huius ordinis, quatenus ſunt in vſu, & non ſunt alias reuocata.

Vide in 1. to. qq. reg. q. 8.

GRegorius XIII. Ad perpetuam rei memoriã. Romanus Pontifex, ſuper vniuerſam Dei Eccleſiã conſtitutus, pro incumbẽti Apoſtolicæ ſeruitutis munere, ad cuiuſlibet piè, & ſanctè inſtituti ordinis conſeruationem, & augmentũ, libenter intendit, illumq. priuilegijs, & gratijs illuſtrat, vt ſub eo militantes monachi, & religioſi, in his, quæ ſũt ſunt inſtituti adimplendis, promptiores reddantur, & aliàs ordo ipſe, optata ſuſcipiat incremẽta. Sanè dilecti filij Prouincialis, Abbates, Diffinitores, Magiſtri, Priores, & Canonici regulares totius prouinciæ ordinis Præmonſtraten. Regnorũ Hiſpaniç, nobis nuper exponi fecerũt, quod cum alias fel. reco. Vrban. IIII. Clemens VI. & VII. & quã plurimi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, tam ordinis Præmonſtraten. in vniuerſum, quàm dictç prouinciæ nominatim, ac omnibus, & ſingulis illorum vtriuſq. ſexus monaſterijs, domibus, Eccleſijs, conuentibus, collegijs, pijs, & charitatiuis locis, rebus bonis, Abbatiq. generali, ac prouinciali, & alijs Abbatibus particularibus, necnon definitoribus, viſitatorib. conſiliarijs, capitulis generalibus, prouincialibus, & particularib. ſeu intermedijs, definitorijs, magiſtris, prioribus, officialib. miniſtris, & omnibus alijs eorum ſuperiorib. tam coniunctim, quã diuiſim, etiam motu proprio, & de Apoſtolicç poteſtatis plenitudine, ſiue intuitu, aut per viam communicationis, & extenſionis, & alias quomodolibet, diuerſa priuilegia, gratias, & indulta, aliaſque gratias, ſpirituales, & temporales conceſſerunt, fecerunt, & ordinauerunt, prout in diuerſis prædeceſſorum prædictorum literis, plenius continetur, Cum autẽ firmiora ſint ea, quæ ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate communita, cupiunt prædicti prouincialis, Abbates, definitores, magiſtri, priores, & aliæ vtriuſq. ſexus dictæ prouinciæ Præmõſtraten. Regnorum Hiſpaniæ perſonæ, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, per nos cõfirmari, & approbari. Quare pro parte dictorum prouincialis, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes prouinciam prædictam dicti ordinis Præmonſtratenſi, eiuſq. monaſteria, & loca religioſa, Abbateſque, & Canonicos, & alias regulares perſonas, in eadem prouincia gratum Altiſſimo famulatum, ſub ſuaui religionis iugo exhibentes, illamq. & illos benigni fauoris patrocinio confouere, ac ſpecialib. gratijs proſequi volentes, ac prædictarum gratiarum, conceſſionum, facultatum, priuilegiorum, indultorũ, exemptionum, & immunitatum, ac communicationũ, eidem ordini Præmonſtraten. in vniuerſum, ac prædictæ prouinciæ ordinis Præmonſtr. ſigillatim per prędictos, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, conceſſorum tenores, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, eundemq. prouincialem, Abbates, definitores, Magiſtros, canonicos, & alias regulares perſonas vtriuſque ſexus dictæ prouinciæ, vniuerſos, & ſingulos à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, & effectum præſentium duntaxat conſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta oĩa, & ſingula, per prædictos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, cum omnibus in illis contentis clauſulis, & decretis, quibuſcumq. ſint concepta verborum formis, & tenoribus, etiam ſi talia ſint, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed notã exigerent magis ſpecialem, ac pręſentibus de verbo ad verbum inſerẽda forent, quatenus tamẽ ſint in vſu, nec ſint reuocata, ac etiam ſacri œcumenici Conc. Triden. decretis, minimè contraria exiſtant, auctoritate Apoſtolica, tenore pręſentiũ perpetuo approbamus, & confirmamus, & illis omnibus, & ſingulis, perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus, omneſq. & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint, ſupplemus, ſicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, Nuncioſque ſedis Apoſtolicæ, ſublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, decernimus. Quocirca, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Burgen. & Epiſcopis Salmantin. Segouien. & Ciuitaten. & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præſentes literas, & in eis cõtenta quæcũque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prouincialis, & Abbatum, priorum, aliorumq. ſuperiorum prædictorũ, aut canonicorum, vel alicuius eorum, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eoſdem prænominatos, vniuerſos, & ſingulos, præmiſſorũ effectu, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quocumq. quauis auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, & cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedijs, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionib. ac ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & con-

ſuetu-

ſuetudinibus. Quibus omnib. etiam ſi de illis, illorumque totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & de verbo ad verbum, expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ insererẽtur præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earondem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius ex ſcribis prædictorum Abbatum, aut Prælatorum, vel notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius ex prædictis monaſteriis, aut perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadẽ, quæ præſentib. ipſis fides vbique adhiberi debeat. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Sept. 1572. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

1 *Decernit, ne ordinis regimen ſecularib commendetur, ſed tantum ipſius ordinis profeſſis, quibus plena quantum ad hoc concedit facultatem.*

2 *Confirmat huius ordinis priuilegia, dummodo non ſint alias reuocata.*

Dilecto filio, Ioanni Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Lauden. diœceſis.

Gregorius XIII Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Quam grata Altiſſimo fuerit, Præmonſtraten. ordinis inſtitutio, ille ipſe declarauit, qui ipſius ordinis primordia, tot religionis, & doctrinæ monimentis illuſtrauit, ſalutaribuſq. à Deo diſciplinæ, & ſanctitatis exemplis, ad tantã exceſſit amplitudinẽ, vt ex loco Præmonſtrat. vbi ipſius prima poſitio fuerit, ſtatim in præcipuas Chriſtiani orbis prouincias, tot monaſteria, & alia ſummæ pietatis, & religionis Domicilia diſſeminata, ꝓpagauit. Romani certè Põtifices noſtri prædeceſſores, ordinem ipſum ſibi valde probatũ, & apprimè commendatũ, plurimis priuilegijs, & gratijs decorarunt, & nos ad vniuerſalis eccleſiæ regimen, diuina prouidẽtia, licet impares aſſumpti ſimili paterni animi propenſionem erga ipſum ordinẽ, æquè retinuimus, vt nihil prætermitteremos, dum illius ſtatus, multis in regionib. labefactus, atque cõſumptus, omni noſtra ope, & præſidio, priſtino ſuo candori reddi, & ad primæuæ ſpeciem religionis adduci poſſet. Quocirca monaſterio Pręmõſtratenſi, quod pridem ſecularib. perſonis, graui ipſius, vt euentus probauit, ordinis incõmodo, commendari conſueuit, certo modo vacanti iam tunc illi, te bene de ipſo ordine promeritum, ob eximiã tuam doctrinam, & probitatem, ac regulariũ inſtitutorum peritiam, in patrẽ Abbatem præficimus, illud ſeparantes, quod re ipſa demum compertum lætamur nulla in re, quæ ad huius ordinis (cuius caput eſt) dignitatẽ pertineret, te in eo munere ex cõmuni vtilitate gerendo defuturum, nunc autem, cum tu, pro ea obeunda, quæ potiſſima eiuſdẽ muneris tui pars exiſtit, ad regularem antiquam diſciplinam, ex priorum temporum calamitate, inclinatam, & affectã fulciendam, & vbiq. reſtituendã in tantas omnes tui ordinis prouincias, & monaſteria, & loca regularia, & ſingula, quoad fieri potuerit, peragere, & viſitare, illorumq. ſtatum penitus noſcere, & explorare conſtitueris. Nos etiã religioſam diligentiam, ſolicitudinemq. laudabilem tuã, in qua de ipſius ordinis incolumitate, plurimũ cõfidimus confouere, ac ipſius ordinis, nobis, & ſedi

Vide in to. 1. qq. re. q. art. 7. & artic. 8.

Vide de eõ ſr. priu. in to. 1. qq. re gu. q. 8.

Apoſtolicæ immediatè ſubiecti reformationi, his præſertim moribus, & temporib. conſulere cupientes, tibi, vt omnia, & ſingula quorumcumque Regnorum, prouinciarum, & locorũ monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, tam virorũ, quã mulierum, necnon Eccleſias. & parochiales, vicarias, vel alio quouis modo nuncuparas, prouincias, & capitula, & alia quæcumq. ordinis Præmonſtraten. loca regularia, & exempta, vel quocumq. alio priuilegio, etiam Apoſtolica auctoritate eis cõceſſo, ſuffulta, ac dilectos filios, Abbates, priores, necnon Abbatiſſas, prioriſſas, præpoſitos, eorumq. cõuentus, & loca, Rectores, & quaſcumq. perſonas, quandocumq. id agere conſtitueris, iuxta regulæ, & ordinationis Præmõſtrat. illiuſq. generalium capitulorũ definitiones, & priuilegia, ac indulta Apoſtolica, eidẽ ordini, & tibi, ac protempore exiſtenti, Abbati monaſterij S. Ioannis prædicti conceſſa, ac ſacri Conc. Trident. decreta, viſitare, & in illorum ſtatu, formam, regulam, inſtituta, regimen, & adminiſtrationem, ſtatuta, conſuetudines, necnon diuinorum officiorũ, ac ceremoniarum ipſius ordinis, antiquos, & olim inſtitutos, ritus, & vſus, qui vnius modi, vbiq. eſſe debent, mores quoque, & diſciplinam, tam coniunctim, quam diuiſim, ac tam in capite, quam in membris, diligenter inquirere, ipſiuſq. antiquæ regularis diſciplinæ, & ſacrorum Canonum, & generalium conciliorũ, & S. Petrum, & capitulorum prædictorum traditionib. & ordinationibus, dictiſq. Concil. Trident. decretis inhærendo, prout occaſio, rerumque qualitas tulerit, & exegerit, quæcumq. ad præmiſſorum omnium reſtitutionem, mutationem, correctionem, emendationem, reuocationem, confirmationem, ſeu reintegrationem, quomodolibet pertinentia, & inde dependentia, necnon regularia inſtituta huiuſmodi, illorumq. obſeruationem, & diſciplinam, ac mores huiuſmodi, ſicubi illi exceſſerint, aut labefacti, vel immuniti fuerint, iuxta formã capitulorum, & antiquorum ſtatutorum dicti ordinis, priuilegia quoque Apoſtolica, eidem ordini conceſſa prædicta, & generalium, præſertim Tridentini, Conciliorum prædictorum determinationes, vti æquum expedire cognoueris, & reformare, mutare, corrigere, emendare, reuocare, confirmare, reſtituere, & reintegrare, ac in præmiſſis, & circa, vel aduerſus illa, innocata, & attentata quæcumq. caſſare, & annullare, necnon abuſus quoſcumq. tollere, ipſaſque perſonas quaſcumq. etiam exemptas ad antiquum, & religioſum vitæ modũ reducere, ac quidquid inde ſtatueris, & ordinaueris, perpetuo obſeruari facere, contra inobediẽtes, & contumaces quoſcũque, etiã ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ac illos canonicarum ſanctionum, etiam excõmunicationis, & alijs Eccleſiaſticis cenſuris, & beneficiorum ſuorum ſuſpẽſiuis, & priuatiuis pœnis, quacumque poſtpoſita appellatione, punire, & coercere, necnon ad hoc auxiliũ brachij ſecularis vbicumq. opus fuerit inuocare, cæteraq. alia in prædictis, & circa ea neceſſaria, & opportuna facere, & exequi, liberè, & licitè, valeas, plenam, & omnimodam auctoritatem prædictam, tenore præſentium, facultatem cõcedimus. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus per quoſcumq. ſcienter, vel ignoranter, quacumque auctoritate contigerit attentari. Non obſtant. fœl. rec. Bonifacij Papæ Octaui prędeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis de duabus dictis, aliiſque conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, cõuentuũ, prouinciarum, locorũ, & ordinis prædictorũ, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. declarationib. inhibitioni-

bus, & decretis, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, conuentib. prouincijs, locis, ordinis, ſuperioribus, & perſonis, ac etiam noſtris, & ſedis Apoſtolicę, etiam de latere legatis, nontijs, & ordinarijs, locorum, ac quibuſcũque alijs, per quoſcumq. Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & prædictam ſedem, ſub quibuſcumq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantib. & aliis decretis, in genere, & in ſpecie, & motu proprio, & conſiſtorialiter, aut aliis quomodolibet, & ex quibuſcumque, & vrgentibus, vrgentiſſimis, & neceſſarijs cauſis quandocumque, ac quomodocumq. & quotieſcũque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpeciali, de illis eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, vel alia quæuis expreſſio habẽda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, necnon modos, & formas, ac decreta in illis appoſita, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectũ omnium præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Maij, 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Ioanni de Pricetis, Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Laudunen. diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt per ſolicitudinem officij noſtri, ad debitum perducatur effectũ. Sanè ſicut tu, qui totius ordinis Præmonſtratenſ. caput, & reformator generalis, ad præſens apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus exiſtis, nobis nuper exhibuiſti, dum fœl. recorda. Honorius Secundus, & Honorius Tertius, ac Honorius Quartus, necnõ Adrianus Secundus, Adrianus Quartus, Alexander III. Alexander IIII. Alexander V. Innocentius II. Innocentius III. Innocentius IIII. Innocentius V. Lucius Tertius, Bonifacius Octauus, Clemens Tertius, Clemens Quintus, Clemens Sextus, Clemens Septimus, Gregorius Octauus, Gregorius Nonus, Gregorius Decimus, Ioãnes XXII. Ioannes XXIII. Nicolaus IV. Nicolaus V. Vrbanus III. Vrbanus IV. Vrbanus V. Cæleſtinus Secundus, Sixtus Quartus, Pius Secundus, & Iulius Secundus. Nonnullique alij Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa priuilegia, indulta, exemptiones, cõceſſiones, iuriſdictiones, & iura, dicto ordini, & præfato, cæteriſque monaſterijs, ac prioribus, & alijs locis ordinis huiuſmodi, illorum Abbatibus, priorib. conuẽtibus, ac perſonis conceſſerunt, quæ tam tuo, quam eorum nominibus, à nobis, Apoſtolico petijſtis munimine roborari. Nos igitur, tuis in hac parte iuſtis poſtulationib. grato conuenientes aſſenſu, priuilegia, indulta, exemptiones, conceſſiones, & iura prędicta, necnon parochiales Eccleſias, & alia beneficia Eccleſiaſtica, monaſterijs, & prioratibus ipſis, ac monaſteriorum, & prioratuum eorundem Abbatialibus, & conuentualibus menſis, canonicè vnita, annexa, & incorporata, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs Chriſti fidelibus, ſibi, & alijs Abbatibus, prioribus, & perſonis rationabiliter indultas, quatenus ſint in vſu, & decretis Concilij Tridentini non repugnẽt, nec concordatas cum nationibus, & ſede Apoſtolica obſint, nec reſeruationes, aut affectiones Apoſtolicas impediant, ſibi, & eiſdem Abbatibus, priorib. monaſterijs, conuentib. locis, & perſonis, Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi. 1578. nonis Maij, Pontif. noſtri, anno 6.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Præcipit, vt feſtum Sancti Norberti, ſexta die Iunij, cum duplici, & octauis celebretur.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Immenſæ diuinæ ſapientiæ altitudõ, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, dignata eſt olim per Prophetã reuelare, Deũ laudari velle in ſanctis ſuis, quod nos ad Sanctorũ memoriam, debita ſolemnitate celebrandum, eo magis inuitat: quia dum eorum merita recenſentur virtutum quoque exempla fidelibus ad imitandũ proponuntur, vt per eã gradientib. ipſi pariter ad cœleſtem Beatitudinem eorum Sanctorum ſuffragijs adiuti, facilius valeant peruenire. Quapropter nos, qui fide dignorum, præcipuè dilectorũ filiorũ Philippi, tituli Sancti Sixti presbyteri Cardinalis Boncompagni nuncupati, maioris Pœnitentiarij noſtri, & Præmonſtrat. ordinis protectoris, ac Ioãnis Abbatis monaſterij Præmonſtraten. Laudunen. diœc. relationib. intelleximus, quod præfatus ordo à Beato Norberto eximiæ ſanctitatis viro, qui etiã Eccleſiæ Magdeburgen. præfuit, iã ſupra quadragentos annos fundatus, & inſtitutus fuit, dignum, quin potius debitum reputamus, quod B. ipſe Norbertus in veneratione, ac honore habeatur in terris, qui nunc honoratur in cęlis, & cuius vita bene placens Deo, plurimis claruit miraculis, ſicut fide digna grauium Auctorum, monumenta teſtantur, Ioanni Abbati, ac vniuerſo ordini præfatis, vt erga patrem ſuum, gratos, & deuotos filios ſe valeãt exhibere in perpetuũ, vt feſtum ipſius S. Norberti cõfeſſoris, atq. Pontificis, die ſexta Iunij, qua idem Sanctus Norbertus, ex hac vita migrauit, ad cælum cum ſua octaua, officio duplici de vno cõfeſſore, ac Pontifice, in omnib. & ſingulis dicti ordinis monaſterijs, Eccleſijs, & locis anniuerſaria ſolemnitate, in perpetuũ celebrare, ac eiuſdem Sancti commemorationem, quandocumque aliæ conſuetæ commemorationes ex monaſtico dicti ordinis inſtituto vel ritu fieri debẽt, facere, necnon præfatum Sanctum Norbertum, qui in plurib. Martyrologijs vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis, in ipſa ſexta die Iunij deſcriptus, & annotatus reperitur, in Kalendario eiuſdem ordinis tantum, ſub eodem die ſexto Iunij profecto duplici, cum ſua octaua deſcribere, & adnotare, liberè, & licitè valeant, per præſentes cõcedimus. Sicque ab omnib. præfati ordinis vtriuſque ſexus regularib. perſonis, pro tempore exiſtentib. perpetuo obſeruari debere, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium mandamus, ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis, & eius monaſteriorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentiũ tranſumptis,

De indultis pro celebratione feſtorum.

Vide in 2. to. qq. 10 q. 68. per tot.

Digitized by Google

ſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti ordinis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdẽ præſentib. adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginã noſtræ conceſſionis, mãdati, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum, anno Incar. Domini. 1582. 5. Kalen. Auguſti, Pont. noſtri, anno 11.

Pro Societate Ieſu.

Bulla XVIII.

Facultas conſeruatores iudices aſſumendi in quibuſcumque cauſis.

S V M M A R I V M.

1 *Conſeruatores iudices eligere poſſunt Societatis tum religioſi, tum familiares clerici.*
2 *Conſeruatores in moleſtiis, & damnis datis religioſis, ſummarie procedant, in aliis vero, prout rerũ qualitas exegerit.*
3 *Conſeruatorum facultas maxima.*
4 *Vbi Conſeruatoria per quaſcumque alias derogationes non cenſetur derogatum.*
5 *Quilibet conſeruator poteſt proſequi articulum per alium inchoatum.*

Vide in 10. 1.qq.re.q. 61. per totũ quæſt.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Aequum reputamus, & rationi conſonum, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet (eius ſuperueniente obitu) literæ Apoſtolicę deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudũ ſiquidem fœlicis record. Pio Papa V. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum præpoſiti generalis, & religioſorum Societatis Ieſu expoſito, quod cum dicta Societas, benedicente Domino, longe lateque eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militãtiſque Eccleſiæ profectum, in dies augeretur, & propter diuerſa bona temporalia, quæ collegia ſcholarium, ſub eorum cura inſtituta poſſidebant, conſeruanda, & recuperãda, lites, aliaque forenſia, frequenter ſubire neceſſario cogerentur, exindeq. fieret, vt eius perſonæ, quæ animarũ ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valde diſſonabant, euitare cupiebant, ab earum miniſterio, non ſine animi ſui dolore, cum animarum huiuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem prædeceſſori, pro parte eorundem præpoſiti generalis, & religioſorum, aſſerentium eorũ bona à quorumcumque locorum ordinariorum iuriſdictione, libera, & exempta, ac ſub Romani Põtificis, & ſedis Apoſtolicæ protectione, aliàs recepta fuiſſe, humiliter ſupplicando, vt eorũ quieti more Pij patris, ac aliàs in præmiſſis opportunè conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaretur idem prędeceſſor, qui ad gratos Deo, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipulicæ, vtiles, & neceſſarios fructus, quos Societatis prædictæ perſonæ, in vinea Domini ſemper proferebant debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea cõcederet, per quæ ipſi, eorumq. res à noxijs, iuſtitiæ miniſterio præſeruarentur, eoſdẽ præpoſitum generalem, & religioſos, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorũ duntaxat conſequendum, abſoluens, & abſolutos fore cenſemus, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, ſub Dat. videlicet 8. Kalend. Iunij, Pont. ſui, anno 3. eidem Societati, ſingulisq; illius perſonis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis, tam ciuilib. quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti, rei forent, ipſi cõtra quaſcumque communitates, & collegia huiuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, necnon alias perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere cõſeruatores, & iudices ordinarios, indulſit. Ipſis vero ſic electis, vel duob. aut vni eorum, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, etiamſi extra loca, in quibus conſeruatores, & iudices deputati forent, eidem Societati, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, collegiaque huiuſmodi, ſuper terris locis, domibus, poſſeſſionibus, & iuribus, necnon fructibus, cenſibus, reditibus, & prouentibus, ac quibuſcumq. alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati, tam Apoſtolica, quam ordinaria, & aliàs ritè regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuiſim ſpectantibus, à quibuſcumq. perſonis, tam ſæcularib. quam Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate, & ſuperioritate fungentibus, quoquomodo indebitè moleſtari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari facerent, qui cũ ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionũ, iurium, & bonorum, mobilium, & immobiliũ, redituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcumq. bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum, eis tunc, & pro tempore conceſſorũ, obſeruatione, necnon de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis, damnis, tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout eorũ qualitas exegiſſet, iuſtitiæ complemẽtum, occupatores, ſeu detẽtores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, etiãſi aliàs, quàm vt præfertur, qualificati exiſterẽt, quãdocumq. & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica, per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſq. ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eos, quos ſentẽtias, cenſuras, & pœnas per eoſdem conſeruatores, ſeu iudices, pro tẽpore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet, eas incurriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggrauarẽt, inuocato etiam auxilium brachij ſecularis inuocarent, commiſit, & mandauit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem per eos ſuper his habendam, ipſis conſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos literæ tunc deſuper cõficiendæ cõcernerent, pro tẽpore morati contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, iudicibus, & conſeruatorib. huiuſmodi, monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quib. eſſet veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorũ, & inhibitorum notitiam, peruenire valerent, faciendi, necnon eiſdem occupatorib. detentoribus

modum ſtatuti perpetui, ac iniri, & ſtipulari cõtractus, ac aliàs, ſub quibuſcunq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarũ derogatorijs, alijſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, & in ſpecie, etiã ab immemorabili tempore, quomodolibet cõceſſis, approbatis, & innouatis, ac etiã vſu receptis, ac quocunq. tempore factis, & promulgatis, & quibuſcũq. alijs indulgentijs, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus, quorumcunq. tenorum exiſtant, per quæ præſentib. non expreſſa, aut omninò non inſerta, effectus earum impediri valeat quõlibet, vel differri, & de quibus quorumq. totis tenoribus, habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis quæ omnia cõtra earundem præſentium tenorem, nolumus cuiquã in aliquo ſuffragari, contrarijs quibuſcunq. aut ſi commendatarijs, & perſonis prædictis, vel quibuſuis alijs, cõmuniter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem.

20 Poſtremò volumus, vt lapſis ſtatim duobus menſibus à publicatione prædicta, literæ prædictæ: ita vnumquemq. ſupradictorum arctent, ac ſi ſingulatim intimatæ fuiſſent, earumq. exempla etiam impreſſa notarij publici manu, & prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata, eandem illam prorſus fidem, vbique locorum, in iudicio, & extra illud faciant, quã ipſæmet præſentes facerent, exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, cõfirmationis, ſuppletionis, perfectionis, cõmiſſionis, ſtatuti, diſtinctionis, diſmembrationis, diuiſionis, applicationis, appropriationis, decretorũ, aggregationis, cõceſſionum, indulti, exemptionis, liberationis, ſuſceptionis, tributionis, præcepti, & voluntatum infringere, &c. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Inca. Dominicę, 1579. Kal. Nouemb. Pont. noſtri, anno 8.

Bulla XIII.

Confirmatio exemptionum, indulgentiarum, ac priuilegiorum congregationis S. Hieronymi Ieſuatorum.

GRegorius Papa XIII. ad futuram rei memoriam. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem. Spectatus, qui in caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ præceptis, diligenter, & exactè cuſtodiendis, in vobis elucet, religionis zelus, quo duce, cæleſtis beatitudinis aſſidua contemplatione, ſiue corporis afflictione, ſiue orationis ſanctę ſtudio, cõtra humani generis aduerſarium, vos communitis, nos inducunt vt his, quæ à prædeceſſoribus noſtris ad veſtræ congregationis decus, commodum, & ornamentum, ac animarum ſalutem cõceſſa ſunt, Apoſtolicæ firmitatis robur adijciamus, aliaſq. deſuper diſponamus, prout in Domino conſpicimus expedire. Dudum ſiquidem fœ. re. Martinus Papa Quintus prædeceſſor noſter, veſtræ congregationis, qui tunc eſſent, & in poſterum forent, perſonas, oratoria, domos, atque loca conſtructa, & conſtruẽda, vbicunq. forent conſtituta, cum perſonis, iurib. & pertinentijs, necnon poſſeſſionibus, rebus, & bonis; ſub ſedis Apoſtolicæ protectione ſuſcepit. Ac deinde piæ memoriæ, Eugenius Papa Quartus, Nicolaus Quintus, Pius ſecundus, Sixtus Quartus, Innocentius Octauus, Alexander Sextus, Iulius Secũdus, Leo Decimus, Adrianus etiam Sextus, Clemẽs Septimus, Paulus Tertius, & Iulius etiam Tertius, ac Paulus Quartus, & Pius Quartus, & forſan alij Romani Põtifices prædeceſſores noſtri, cõgregationis eiuſdem, vtriuſq. ſexus perſonas varijs indulgentijs, & plenarijs, ac peccatorũ remiſſionib. & facultatib. priuilegijs, immunitatib. exemptionib. libertatib. & gratijs, tàm ſpiritualib. quã temporalib. etiã per ſolã ſignaturam, & viuæ vocis oraculo, ac aliàs per literas ſub plumbo, & ſub annulo Piſcatoris cõceſſas, in genere, vel in ſpecie, tã principaliter eidẽ cõgregationi, quã per viã communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, tam in mari magno nuncupatis, quàm alijs literis quibuſcunque, tàm mendicantium ordinibus conceſſorum, contentis ornarunt, & decorarunt, ac locupletarunt, illaque antea conceſſa confirmarunt, & approbarũt, ac perpetua roboris firmitate conſiſtere voluerũt. Necnon vltimo loco, recolendæ memoriæ, Pius Quintus, etiam prædeceſſor noſter, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, immunitates, exẽptiones, gratias, libertates, indulta, tàm tunc per ipſum, quã quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, quomodolibet mendicantibus ordinis conceſſa, ad vos, veſtramq. congregationem, fratres, domos, Eccleſias, & loca quæcunque, quò ad ea, quæ veſtræ regulæ, & modo viuendi non repugnarent, extendit, & ampliauit, voſque verè mendicantes, & ſub mendicãtium ordinibus eſſe, & comprehendi debere, necnõ omnia, & ſingula Conc. Trid. decreta, pro mendicantibus huiuſmodi declarata, & modificata, etiã pro veſtra cõgregatione huiuſmodi, declarauit, & modificatus fuit, & aliàs, prout in ſingulis prædictorum prædeceſſorum literis deſuper confectis plenius cõtinetur. Cũ autem ea maiorem vim, & robur obtinere noſcãtur, quæ ſæpius fuerint authoritate noſtra cõmunita, ac pro parte veſtra, qui prædicta authoritate noſtra, cõmuniri, & approbari, mirum in modum deſideratis, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis petitiones veſtras ad exauditionis noſtræ gratiam admittere, vobiſque ſatisfacere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur vos, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, priuilegiorum, facultatum, exemptionum, immunitatum, indultorum, & cuiuſuis generis gratiarum, per dictos, & quoſcunque alios Romanos Pontifices, quibuſuis, etiam ſpecialibus rationibus conceſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, omnia, & ſingula priuilegia, facultates, gratias, exemptiones, immunitates, libertates, indulgentias, ac peccatorum remiſſiones (citrà tamen clauſulam porrigendi manus adiutrices) & conceſſiones, etiam per vos ſufficienti ad id facultates ſuffultos, ad veſtræ congregationis aggregatos, infraternatos, nuncupatos, extenſas, ac indulta ſupradicta quomodocunque, & qualitercunque conceſſa, & approbata (quatenus ſint in vſu, ac ſacris canonibus, & Concilio Tridentino non contraria) ex certa noſtra ſcientia, denuò in perpetuum, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illoſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, præſentiſque ſcripti patrocinio communimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quã facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus. Decernentes præſentes literas, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, indulgentiarum, conceſſionum, & aliorum quorumcunque, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſerique debere, ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed eaſdem validas ſemper, & efficaces exiſtere, ac vobis, & veſtræ congregationi

Vide in s. to. 99 reg. 54. ar. 4.

in

in perpetuum ſuffragari, nec ad probandum omnis, & ſingula præmiſſa, alterius probationis adminiculum requiri. Verum eandem, in iudicio, & extra, abũdè fidem facere: ſicque, & non aliter, in pręmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, quauis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales (ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate) iudicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus, Patriarchæ Venetiarum, & Archiepiſcopo Mediolanenſi, ac Epiſcopo Bononienſi, ſiue eorum in ſpiritualibus, vicariis generalibus, per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte veſtra, aut alicuius ea vobis, & pro tempore dictæ congregationis fratribus, nunc, & in futurum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant authoritate noſtra, vos, & pro tempore dictę congregationis fratres, & alios quoſcumque, confirmatione, approbatione, ſuppletione, decreto, aliiſque præmiſſis, iuxta præſentium continentiã, & tenorem, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes vos, & veſtræ congregationis pro tempore fratres, per quoſcumque indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, & in iis, quæ præmiſſa concernunt, non parentes, per opportuna iuris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo: necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac ſimilis memoriæ Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo quis, vigore pręſentium, vltra tres dietas, ad iudicium non trahatur, ac quibuſuis aliis Apoſtolicis necnon in prouincialib. & ſynodalibus cõciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus, necnõ dictæ cõgregationis, & ordini Sancti Hieronymi, ac regulæ Sancti Auguſtini, ſub qua militatis, necnon aliorum, tam mendicantium, quam non mẽdicantium ordinum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem, vel alicui eorum, ſub quibuſcumq. tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex ſimili ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, etiam ſi de illis, illorũque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, non autẽ per clauſulas generales, idem importantes, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, quæ dicti prædeceſſores in eorum literis voluerunt nõ obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas ad quæcumq. loca ad quæ neceſſe fuerit, deferri, volumus præſentiũ exẽplis, etiam impreſſis, manu notarij publici ſubſcriptis, ac dictæ congregationis, aut alicuius eiuſdem congregationis ſuperioris, ſigillo munitis, eandem fidem in iudicio, & extra adhiberi, quæ præſentib. exhibitis, vel oſtenſis, vbiq. locorum, & gentium haberetur. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Febr. 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Bulla XIV.

Confirmatio priuilegiorum militiæ, & hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolimitani.

SVMMARIVM.

1 *Pius Quartus confirmauit, & ampliauit priuilegia hoſpitalis religionis S. Ioannis Hieroſolymitani.*
2 *Clemens Septimus decreuit poſſidentes beneficia religionis, & pẽſionarios, infra ſex mẽſes habitũ ſuſcipere, & profeſſionẽ emittere, alias illa vacarent, vt in dicta Pii IV. cõſtitutione, circa mediũ.*
3 *Paulus Tertius declarauit capellanos huius ordinis, de eius Eccleſiis prouideri, non obſtante, quod presbyteris ſæcularibus cõferri ſolitum fuerit, vt habes in eadem conſtitutione, poſt medium.*
4 *Pius Quartus decreuit magnum magiſtrum, conuentum, priores, & præceptores, eſſe vere ordinarios, infra limites ſuarum iuriſdictionum, vt in eadem conſtitutione, poſt medium.*
5 *Paulus Quartus (cuius conſtitutionem iſtam hic nõ habes) confirmauit priuilegium, prioris, & cõmẽdatariorum, prouidendi de beneficiis à ſuis commendis dependentibus, & confirmauit decretũ, quod beneficia huius ordinis, aliis quam fratrib. ordinis profeſſis non conferuntur.*
6 *Hic vero Pontifex dictas conceſſiones prædeceſſorũ confirmat.*
7 *Declarat etiam nunquam intentionis ſuæ, ac prædeceſſorũ fuiſſe, in conceſſionib. beneficiorum huius religionis, etiã cum ſimplici derogatione ſtabilimentorũ, & priuilegiorũ, religioni factis, abſoluere à ſuſceptione habitus, & profeſſionis emiſſione.*
8 *Imo ſic prouiſos, & de cætero prouidendos, decreuit infra ſex menſes profeſſionem emittere, & habitum ſuſcipere debere.*
9 *Inobedientibuſque pœnas expreſſas imponit.*
10 *Inobedientes autem, ſcilicet iam prouiſi, ſpolia condonari poſſe declarat per priores, & commendatarios ad quos ſpectant.*
11 *Confirmat etiam quo exemptionem à decimis, & aliis oneribus, conceſſionem Pii Quinti.*
12 *Deputatio, & facultates executorum huius conſtitutionis, & conſeruationis huius ordinis.*

GRegorius Papa Decimuſtertius, ad perpetuã rei memoriam. Quo magis, ac firmius hoſpitalis ſancti Ioannis, Hieroſolimitani ordinis, ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, & nobis acceptiſſimo, ac de Chriſtiano nomine: fideique Catholicæ defenſione optime merito, illiuſq. magno magiſtro, pręceptoribus, & commendatariis, hactenus per ſedẽ Apoſtolicam conceſſa priuilegia præſeruẽtur, paterno, quo eundem ordinem complectimur affectu, æquum eſt prouidere, dudum ſiquidem, fœlicis recordat. Pius Papa Quartus prædeceſſor noſter, dũ fauore eiuſdem hoſpitalis, & religionis priuilegia eidem antea conceſſa confirmauit, atque approbauit, vel etiam ampliauit, animaduertens piæ memoriæ Clementem Papam Septimum, etiam prædeceſſorẽ noſtrum ſtatuiſſe, quod omnes, & ſinguli baiuliuatũ, prioratuum præceptoriatũ, domorum, &

beneficiorum, in vim collationom eis factarũ poſ-
ſeſſores, ſæculares, aut alterius ordinis regulares,
ſeu penſiones, ſuper illorum fructib. reddi ibus, &
prouentib. huiuſmodi, eatenus etiam per ſedem eã
dem reſeruatas, percipientes, illas, & illa infra ſex
menſes à die intimationis dictarum literarum in
manib. magiſtri, & conuentus prædictorum iuxta
formam ſtabilimentorum dictæ religionis dimitte
re, & transferre, ſeu illarũ caſſationi conſentire te-
nerentur, alioquin beneficia, & pẽſiones huiuſmo-
di, niſi illa poſſidentes, & illas percipientes, infra
dictum tempus habitum ſuſciperent, & profeſſio-
2 nem regularẽ ipſius emitterẽt religionis, lapſis tẽ
ſib. ipſis vacarent, ac caſſæ, & extinctæ eſſent, & eſſe
cenſerentur, eo ipſo. Ac deinde recolendæ memo-
riæ Paulũ Papam III. etiã prędeceſſorẽ noſtrum, vt
magiſter, & ſinguli priores, baioliui, præceptores,
milites, & fratres hoſpitalis huiuſmodi pro eorum
libito, parochiales, ac etiã ſine cura Eccleſias, vel
earũ vicarios, ſeu capellanias perpetuas, aut capel-
3 las, vel altaria, ſeu alia beneficia ſimplicia ad eorũ
collationem, præſentationẽ, electionẽ, ſeu quamuis
aliam diſpoſitionẽ, ratione prioratuũ, baioliuatuũ,
præceptoriarum, etiã camerarũ magiſtralium nun
cupatarũ, hoſpitalium, domorũ, & aliorũ beneficio
rum dicti hoſpitalis, per eos pro tẽpore obtentorũ,
de iure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, aut pri-
uilegio, vel alias quomodolibet ſpectantia, & perti
nentia ab ipſis baiuliois, præceptoriis, domib. ho-
ſpitalib. & alijs beneficijs dependentia, ſeu illis an-
nexa, quæ dudum forſan fratrib. ſaltim capellanis
eiuſdẽ hoſpitalis, & ab eiſdẽ magiſtro, priorib. baiu
liuis, ac præceptoribus, & alijs prædictis cõferebã-
tur, à longo tamen, & forſan longiſſimo tẽpore ci-
tra, de cuius initio memoria hominũ fortè non exi
ſtebat per ipſos, magiſtrũ, præceptores, baiuliuos,
priores, milites, & fratres, per abuſum, aut ex defe-
ctu huiuſmodi capellanorũ, vel aliarum perſonarũ
eiuſdẽ hoſpitalis, ad id idonearũ, clericis, ſeu preſ-
byteris ſecularib. collata, aut conferri, & per ipſos
presbyteros, vel clericos ſæculares obtineri ſolita,
etiam fratrib. huiuſmodi, præſertim capellanis nũ-
cupatis, qoi vt aſſeritur, à presbyteris, ſeu clericis,
niſi quoad geſtationẽ Crucis, vel habitus dicti ho-
ſpitalis ad pectus, nõ differebãt, imo priuilegiis, cle
ricorũ ſæcularium, iuxta forſan eorũ priuilegia, & cõ
ſuetudines gaudere ſolebant, ſi ad id alias idonei,
& habiles reperirentur cõferre, ac aliàs de illis pro
uidere, & diſponere, ipſiq. fratres, quib. beneficia
huiuſmodi conferri contigerit, illa ſi ſibi aliàs cano
nicè cooferentur, aut ipſi eligerẽtur, præſentaren-
tur, vel alias aſſumerentur ad illa, & inſtituerentur
in eis, recipere, & in titulũ, etiã quo ad viuerant, re
tinere reſpectiuè, liberè, & licitè valerent, ſtatuta,
& ordinationes extendiſſe, & ampliauiſſe, eiſq. de-
ſuper indulſiſſe: idẽ Pius IIII. conceſſiones, & priui
4 legia dictorũ prædeceſſorũ confirmans, ipſos ma-
giſtrum, conuentũ, necnon priorem Eccleſiæ, alioſ
que priores, & præceptores, intra limites ſuarũ iu-
riſdictionom, & adminiſtrationũ, veros ordinarios,
iuxta formã ſuorum ſtabilimentorũ, & priuilegio-
rum exiſtere, & eſſe cenſeri decreuit, ac beneficia
Eccleſiaſtica ad præſentationẽ, ſeu collationum ba
iuliuorum, priorũ, & præceptorum hoſpitalis hu-
iuſmodi ſuffragari debere: ita quod presbyteri ſæ-
culares, illa tunc tẽporis in commendam, ſeu aliàs
quomodolibet obtinentes, commendæ huiuſmodi
cedere, aut illa alias admittere non poſſent, niſi de
cõſenſu eorũ, ad quos præſentatio, ſeu collatio ſpe-
ctaret, & in fauorẽ dicti hoſpitalis, ſeu perſonarũ,
quæ habitũ per fratres capellanos eiuſdẽ hoſpita-
lis deferri ſolitum ſuſciperent, & profeſſionẽ per
eos emitti ſolitam, emitterẽt, nec illa deinceps ipſi,
niſi infra ſex menſes à die intimationis habitum ip-
ſius religionis ſuſcepiſſent, & regularem profeſſio-
nem, infra alios ſex mẽſes emiſiſſent, poſſidere poſ-
ſent, & ſi ſecus fieret, aut ceſſionem, ſeu reſignatio
nem huiuſmodi, aut de dicti ordinis beneficijs, et
in manib. ſuis, in futurum fieri contingeret, huiuſ-
modi ceſſiones, reſignationes, & prouiſiones nul-
lius eſſent roboris, vel momenti, niſi in illis expreſ-
ſe diceretur, & de conſenſu magni magiſtri, & de il
lis, iuxta formam priuilegiorũ dictæ religionis pro
uiderentur, inter ſtatuta, etiam eiuſdem religionis,
per fœl. memoriæ, Paulum Papam Quartum ſimi-
liter prædeceſſorem noſtrum approbata, & confir-
mata, ita cautum reperitur Priores in ſuis cameris,
prioratib. Baiuliui, & commendatarij in ſuis com-
mendis habent prouiſionem, vel præſentationem
beneficiorum Eccleſiaſticorũ, cum cura animarũ, 5
vel ſine à ſuis commendis dependentem, niſi id, pri
uilegio, vel conſuetudine, ad alios pertineat. Item
frater Claudius de la Seragle magiſter, ſtatuit, vt
omnia beneficia Eccleſiaſtica eiuſdẽ ordinis, quo-
rum collatio, aut præſentiatio ad dictum ordinem
pertinet, nollis conferrentur, aut nulli ad ea præſen
tarentur, niſi eſſent fratres ipſum ordinem expreſſe
profeſſi, & alias, prout in eiuſdem Pij Quarti præ-
deceſſoris præfati literis, ac ſtatutis, & ſtabilimẽtis,
vel priuilegijs dicti hoſpitalis, plenius continetur.
Quæ omnia, cum diſpoſitione iuris communis ma
ximè congruunt, tum authoritati Sacroſancti Cõ-
cilij Trident. nituntur. Verum, cum ſicut accepi-
mus, clerici ſæculares poſſeſſores, cum cura, & ſine
cura beneficiorum eorundem, ad collationem, pro
uiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quãuis
aliam diſpoſitionem priorum, Baiuliuorum, com-
mendatariorum, & poſſeſſorum aliorum dicte reli
gionis bonorum iure, eorumdem prioratuom, baiu
liuatuum, commẽdatarum, & aliorum bonorũ eiuſ-
dem religionis habitum ſuſcipere, & profeſſionẽ
regularem, prout in eadem religione conſueuit e-
mittere negligant, ac recuſent, in ſtatutorum eiuſ-
dem religionis contemptum, ac iuris communis
diſpoſitioni, & Concilij præfati decretis, priuile-
gijs, quæ ab hac ſancta ſede Apoſtolica, vt præmit
titur, conceſſis, contraueniendo, ac prætẽdant eiuſ-
dem Pij Quarti prædeceſſoris ooſtri mentis, & in-
tentionis non fuiſſe ad habitus ſuſceptionẽ, & pro-
feſſionis emiſſionem eos teneri, qui poſt ab eodem
prædeceſſore obtentam priuilegiorum confirma-
tionem, & ampliationem de eiſdem, ſiue ſimilibus
beneficijs, conceſſiones fieri quomodocumq. ob-
tinuerunt, cum de illis, qui tuoc temporis in com-
mẽdam, ſeu alias obtinerent, eundem Pium Quar-
tuoi prædeceſſorem, ſub iſto verbo, ad præſens, ſta
tuiſſe duntaxat prætẽdatur, allegantes, quod com-
mendæ, prouiſiones, ſiue alias quomodocumque
conceſſiones, de ſimilib. beneficijs, eiſdem factæ,
poſt datam dicti Pij Quarti prædeceſſoris literarũ,
ſiue mẽtio fiat, ſiue retineatur, beneficia eſſe dictæ
religionis, ſunt loco abſolutionis, & derogationis
tacitę ſtatutorum, & priuilegiorum eiuſdẽ ordinis:
ita vt ad ſuſcipiendum illius habitum, ac profeſſio
nem emittendam, minimè teneantur, cũ ſuſceptio
habitus, & profeſſio ab eis emittenda, ex ipſatũ li-
terarum ſerie iniunctæ fuiſſe nõ appareant, ex qui-
bus eidem ordini, illiuſq. magiſtro, prioribus, Ba-
iuliuis, & commẽdatarijs, maxima in dies exoriun
tur incommoda, atque perturbationes, præſertim
dum eorum beneficiorũ ſtatus ponitur in incerto.
Quare nos, vt par eſt, ex debito paſtoralis officij 6
omnium Chriſti fidelium, præſertim vero eiuſdẽ
ordinis præfatarum regularium perſonarũ, pro Ie-
ſu Chriſti nomine, ac Catholicę fidei tuitione, ad
interitũ vſque iugiter laborantium commodis, &
indem-

Google

indemnitati, quantum in nobis eſt proſpicere cu-
pientes, ſimulque de communi eiuſdem ordinis, ac
religionis bono vehementer ſoliciti, ne quid ei in-
debitè detrahatur, ſacrorum Canonum, ac decreto
rum dicti Concilij, eorumdemque ſtatutorum, &
priuilegiorum authoritati, & tenoribus innitētes,
eademque priuilegia, ſtatuta, & ordinationes, ac di
ctorum prædeceſſorum noſtrorum literarum teno
res, præſentibus pro expreſſis habentes, illaque om
7 nia confirmantes, & approbantes, præſentiſque no
ſtri ſcripti patrocinio cōmunientes, ac rata, & gra-
ta habentes, ac quatenus opus ſit innouantes, & de
nouo cōcedentes, motu proprio, & ex certa noſtra
ſcientia, authoritate præſentium declaramus, nun-
quam intentionis prædeceſſorum noſtrorum, vel
noſtræ fuiſſe, in prouiſionibus, ſiue commendis, aut
quibuſuis alijs conceſſionibus beneficiorum, ordi-
nis, & religionis huiuſmodi, ſiue illa curata, ſiue ſi-
ne cura ſint, per eoſdem prædeceſſores noſtros, vel
per nos, & eandē ſedem forſan, etiam cum ſimplici
derogatione priuilegiorum, & ſtabilimentorū reli
gionis prædictæ, non tamen ſpeciali, de non ſuſci-
piendo habitum, & non emittendo profeſſionem,
mentione, ſeu per magiſtrum, conuentum, priores,
baiuliuos, ac commendatarios, vel alios, quibuſcū-
que perſonis, cuiuſcumq. ſtatus, & dignitatis factis,
& conceſſis, tacite illos abſoluēdi, quominus iuxta
eiuſdem ordinis ſtatuta, & priuilegia infra tempus
præfixum, habitum ſuſcipere, & profeſſionem per
fratres eiſdem ordinis, emittere debeant, regularē
etiam ſi hoc explicite in eorundem prædeceſſorū,
aut noſtris literis adiectum, vel iniunctum his, ad
quorum fauorem huiuſmodi beneficia cōceſſa ex-
titerint, nequaquam fuerit. Ac quo noſtra hæc intē
tio ſingulis apertius innoteſcat, ſtatuimus, vt om-
8 nes, & ſinguli, qui vel per ſedē præfatā, vel per nos,
aut Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ēt
cum ſimplici derogatione priuilegiorum, ſeu per
priores, baiuliuos, ſeu commendatarios fuerint de
beneficijs huiuſmodi prouiſi, ſiue hi, quibus eadē
commendata, aut quomodolibet conceſſa extite-
runt, etiam ſi ſuper his in Curia, vel extra, aliqua
lis pendeat, ac de eiſdem in poſterū, perpetuis futu
ris temporib. prouidebuntur, aut demum quibus
eadem commendabūtur, vel concedentur, etiam
per ſedem Apoſtolicam, ſi poſt ſex mēſes à die, quo
id legitime eis indictum, atq. denuntiatum fuerit,
illico numerandos, profeſſionem non emiſerint, &
habitum non ſuſceperint ordinis prædicti, abſque
alia deſuper facienda declaratione, & citatione,
omni, & quocumq. iure, in dictis beneficijs, vel ad
illa competente, careant eo ipſo, ipſique, tanquam
illiciti detentores, & occupatores, & intruſi ab eiſ-
dē amoueantur, deque illis, tanquam de iure, & fa-
cto vacantib. magiſtrum, ac conuentum, priores,
9 Baiuliuos, & commendatarios, & alios, ad quos ſpe
ctat libere prouidere, ac de illis, iuxta magiſtri, &
religionis præfatæ ſtabilimenta, & conſuetudines
exequi poſſe, eorumq. poſſeſſores ab eorundē be-
neficiorum poſſeſſione, vel potius detentione, &
occupatione amouendos eſſe, prout nos, in dictū
caſum, & euentum amouemus, ac regulis de anna-
li, & triennali poſſeſſore, & alijs priuilegijs, reme-
dijsq. quibuſcumq. etiam in corpore iuris clauſis,
quibus diutini beneficiorum poſſeſſores vtuntur,
potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere non
poſſe, quauis etiam longiſſimi temporis præſcri-
ptione minime obſtante, verum eoſdē, pro amotis,
& expulſis habendos eſſe, & cenſeri, amotiſque, &
expulſis, actionē ſpolij, nec vnde vi, nec aliud quod
uis remedium poſſeſſorium, ſiue petitorium com-
petere, ſeu deſuper propterea agere non valere. Et
10 quo facilius, ſi qui ad præſens reperiūtur quomo-
dolibet prouiſi, de beneficijs à prioratib. baiuliua-
tibus, & commendis huiuſmodi dependentib. ſeu
ad illorum collationem, prouiſionem, præſentatio-
nem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem ſpectantib.
etiam habitum dictæ religionis non ſuſceperūt, ad
habitus ipſius ſuſceptionem, & profeſſionis emiſ-
ſionem inducantur, eiſdem prioribus Baiuliuis, &
commendatarijs, licentiam, & facultatem concedi
mus, ipſis condonandi, & relaxādi eorū ſpolia, quæ
ad dictos priores, Baiuliuos, & cōmendatarios ſpe-
ctant: ita vt de illis diſponere poſſint, tam in vita,
quam in mortis articulo, condonationemq. ac re-
laxationem huiuſmodi eiuſdem roboris, ac momē
ti eſſe, ac ſi ab eadem ſede emanaſſent. Nec non fę.
recor. Pij Papæ V. etiam prædeceſſoris noſtri, lite-
ris inhærentes, illaſque approbantes, & confirman 11
tes, omnes, & ſingulas perſonas in dicti ordinis be-
neficijs, quomodolibet exiſtentes, à ſeminarijs cle-
ricorum in qualibet ciuitate, iuxta dicti Concilij
decreta erecti, ſeu erigendi, ac decimarum, ſubſi-
dij, & aliorum onerum contributione, totaliter exi
mimus, & liberamus, ac liberos, & exēptos eſſe vo-
lumus. Sicque in præmiſſis, omnib. & ſingulis per
quoſcumq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam
cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac dicti or-
dinis apud nos, dictamq. ſedē protectores, & alios
S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet,
quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,
& authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere,
irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quo-
quam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter
contigerit attentari, decernimus. Quocirca dilectis 12
filijs, in Regnis Hiſpaniarū, & Neapolitano noſtris
& ſedis Apoſtolicæ, pro tempore exiſtentibus, nun
cijs, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, ge-
nerali Auditori, & quibuſcumq. conſeruatoribus,
per eoſdē magiſtrum, & Baiuliuos, priores, & com
mendatarios, iuxta formam priuilegiorum ordinis
prædicti, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ele-
ctis, & eligendis, per præſentes, motu ſimili mandā
mus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe,
vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis con-
tenta quæcumq. vbi, & quando opus fuerit, ac quo
ties pro parte magiſtri, & conuentus, ſiue priorum
Baiuliuorum, præceptorum, & cōmendatariorum
præfatorum, & aliarum perſonarum, & poſſeſſorū
præfatorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publican
tes, illiſque in præmiſſis, efficacis defenſionis præ-
ſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, eos, præ
miſſis omnib. & ſingulis, iuxta præſentium continō
tiam, & tenorem, pacificè frui, & gaudere, non per
mittentes eos deſuper à quoquam, quomodolibet
indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & re
belles, & præmiſſis non parentes, per opportuna iu-
ris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cen-
ſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpo
ſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus
fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantib. cō-
mendis, & prouiſionibus, aliiſque diſpoſitionibus,
vel conceſſionibus, quibuſcumque verborum for-
mulis illa conceſſa fuerint, ac fœl. record. Bonifa-
cij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, de vna, &
Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo nō
vltra tres, aliquis authoritate præſentium, ad iudi-
cium non trahatur, aliiſque conſtitutionibus, & or
dinationibus Apoſtolicis, contrarijs quibuſcumq.
aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apo-
ſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi,
vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſto
licas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de ver
bo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentio-
nem. Decernentes præſentibus, & in eis contentis
omnibus, per quaſuis literarum conceſſiones,

prouiſiones, & alias quaſlibet diſpoſitiones, aliter quàm, vt præmittitur, per nos, vel eandem ſedẽ factas, vel fortè quomodolibet faciendas, aut concedendas, etiam motu proprio, & ex certa ſciẽtia, derogari non poſſe, nec derogatum cenſeri, cuiuſcumque tenoris, & formæ emanauerint, & cum quibuſcumque decretis, & clauſulis, etiam derogatoriarũ derogatoriis, fortiorib. & inſolitis, etiam ſi cauſas quaſcumque legitimas, & fauorabiles continerẽt, quinimò per præſentes, illis omnib. expreſſe derogamus, earum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, præſentibus ſemper in ſuo robore permanſuris, niſi harum tenor, de verbo, ad verbum, in illis eſſet inſertus, & magiſtri, & conuentus cõſenſus accederet. Volumus autem, quod præſentium trãſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 23. Martij, 1580. Pont. noſtri, an. 8.

Bulla XV.

Pro ordine Præmonſtratenſi.

S V M M A R I V M.

Confirmantur priuilegia huius ordinis, quatenus ſunt in vſu, & non ſunt alias reuocata.

Vide in 1. to. qq. reg. q. 8.

GRegorius XIII. Ad perpetuam rei memoriã. Romanus Pontifex, ſuper vniuerſam Dei Eccleſiã conſtitutos, pro incumbẽti Apoſtolicæ ſeruitutis munere, ad cuiuſlibet piè, & ſanctè inſtituti ordinis conſeruationem, & augmentũ, libenter intendit, illumq. priuilegijs, & gratijs illuſtrat, vt ſub eo militantes monachi, & religioſi, in his, quæ ſui ſunt inſtituti adimplendis, promptiores reddantur, & aliàs ordo ipſe, optata ſuſcipiat incremẽta. Sanè dilecti filij Prouincialis, Abbates, Diffinitores, Magiſtri, Priores, & Canonici regulares totius prouinciæ ordinis Præmonſtraten. Regnorũ Hiſpaniæ, nobis nuper exponi fecerũt, quod cum alias fœl. reco. Vrban. IIII. Clemens VI. & VII. & quã plurimi alij Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, tam ordinis Præmonſtraten. in vniuerſum, quàm dictæ prouinciæ nominatim, ac omnibus, & ſingulis illorum vtriuſq. ſexus monaſterijs, domibus, Eccleſijs, conuentibus, collegijs, pijs, & charitatiuis locis, rebus, bonis, Abbatiq. generali, ac prouinciali, & alijs Abbatibus particularibus, necnon definitoribus, viſitatorib. conſiliarijs, capitulis generalibus, prouincialibus, & particularib. ſeu intermedijs, definitorijs, magiſtris, prioribus, officialib. miniſtris, & omnibus alijs eorum ſuperiorib. tam coniunctim, quã diuiſim, etiam motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſiue intuitu, aut per viam communicationis, & extenſionis, & alias quomodolibet, diuerſa priuilegia, gratias, & indulta, aliaſque gratias, ſpirituales, & temporales conceſſerunt, fecerunt, & ordinauerunt, prout in diuerſis prædeceſſorum prædictorum literis, plenius continetur. Cum autẽ firmiora ſint ea, quæ ſæpius fuerint Apoſtolica auctoritate communita, cupiunt prædicti prouincialis, Abbates, definitores, magiſtri, priores, & aliæ vtriuſq. ſexus dictæ prouinciæ Præmõſtraten. Regnorum Hiſpaniæ perſonæ, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, per nos cõfirmari, & approbari. Quare pro parte dictorum prouincialis, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur attendentes prouinciam prædictam dicti ordinis Præmonſtratenſi, eiuſq. monaſteria, & loca religioſa, Abbateſque, & Canonicos, & alias regulares perſonas, in eadem prouincia gratum Altiſſimo famulatum, ſub ſuaui religionis iugo exhibentes, illamq. & illos benigni fauoris patrocinio confouere, ac ſpecialib. gratijs proſequi volentes, ac prædictarum gratiarum, conceſſionum, facultatum, priuilegiorum, indultorũ, exemptionum, & immunitatum, ac communicationũ, eidem ordini Præmonſtraten. in vniuerſum, ac prædictæ prouinciæ ordinis Præmonſtr. ſigillatim per prædictos, & alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, conceſſorum tenores, præſentib. pro ſufficienter expreſſis habentes, eundemq. prouincialem, Abbates, definitores, Magiſtros, canonicos, & alias regulares perſonas vtriuſque ſexus dictæ prouinciæ, vniuerſos, & ſingulos à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, & effectum præſentium duntaxat conſequendum, harũ ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, prædicta oĩa, & ſingula, per prædictos Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, cum omnibus in illis contentis clauſulis, & decretis, quibuſcumq. ſint concepta verborum formis, & tenoribus, etiam ſi talia ſint, quæ ſub generali verborum ſignificatione non venirent, ſed notã exigerent magis ſpecialem, ac præſentibus de verbo ad verbum inſerẽda forent, quatenus tamẽ ſint in vſu, nec ſint reuocata, ac etiam ſacri œcumenici Conc. Triden. decretis, minimè contraria exiſtant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ perpetuo approbamus, & confirmamus, & illis omnibus, & ſingulis, perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ confirmationis robur adijcimus, omneſq. & ſingulos tam iuris, quàm facti defectus, ſi qui interuenerint, ſupplemus, ſicque per quoſcumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, Nuncioſque ſedis Apoſtolicæ, ſublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, decernimus. Quocirca, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopo Burgen. & Epiſcopis Salmantin. Segouien. & Ciuitaten. & curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præſentes literas, & in eis cõtenta quæcũque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte prouincialis, & Abbatum, priorum, aliorumq. ſuperiorum prædictorũ, aut canonicorum, vel alicuius eorum, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eoſdem prænominatos, vniuerſos, & ſingulos, præmiſſorũ effectu, pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quocumq. quauis auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, & cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis, & conſtitutionib. ac ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & con-

ſuetu-

ſuetudinibus. Quibus omnib. etiam ſi de illis, illorumque totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & de verbo ad verbum, expreſſa mentio habenda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ insererẽtur præſentib. pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius ex ſcribis prædictorum Abbatum, aut Prælatorum, vel notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius ex prædictis monaſteriis, aut perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadẽ, quæ præſentib. ipſis fides vbique adhiberi debeat. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Sept. 1572. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

1 *Decernit, ne ordinis regimen ſecularib commendetur, ſed tantum ipſius ordinis profeſſis, quibus plena quantum ad hoc concedit facultatem.*

2 *Confirmat huius ordinis priuilegia, dummodo non ſint alias reuocata.*

Dilecto filio, Ioanni Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Lauden. diœceſis.

GRegorius XIII Dilecte fili Salutem, & Apoſtolicã benedictionem. Quam grata Altiſſimo fuerit, Præmonſtraten. ordinis inſtitutio, ille ipſe declarauit, qui ipſius ordinis primordia, tot religionis, & doctrinæ monimentis illuſtrauit, ſalutaribuſq. à Deo diſciplinæ, & ſanctitatis exemplis, ad tantã excesſit amplitudinẽ, vt ex loco Præmonſtrat. vbi ipſius prima poſitio fuerit, ſtatim in præcipuas Chriſtiani orbis prouincias, tot monaſteria, & alia ſummæ pietatis, & religionis Domicilia diſſeminata, ppagauit. Romani certè Põtifices noſtri prædeceſſores, ordinem ipſum ſibi valde probatũ, & apprimè commendatũ, plurimis priuilegijs, & gratijs decorarunt, & nos ad vniuerſalis eccleſiæ regimen, diuina prouidẽtia, licet impares aſſumpti ſimili paterni animi propenſionem erga ipſum ordinẽ, æquè retinuimus, vt nihil prætermitteremus, dum illius ſtatus, multis in regionib. labefactus, atque cõſumptus, omni noſtra ope, & præſidio, priſtino ſuo candori reddi, & ad primæuæ ſpeciem religionis adduci poſſet. Quocirca monaſterio Prẽmõſtratenſi, quod pridem ſecularib. perſonis, graui ipſius, vt euentus probauit, ordinis incõmodo, commendari conſueuit, certo modo vocanti iam tunc illi, te bene de ipſo ordine promeritum, ob eximiã tuam doctrinam, & probitatem, ac regulariũ inſtitutorum peritiam, in patrẽ Abbatem præficimus, illud ſeparantes, quod re ipſa demum compertum lætamur nulla in re, quæ ad huius ordinis (cuius caput eſt) dignitatẽ pertineret, te in eo munere ex cõmuni vtilitate gerendo defuturum, nunc autem, cum tu, pro ea obeunda, quæ potiſſima eiuſdẽ muneris tui pars exiſtit, ad regularem antiquam diſciplinam, ea priorum temporum calamitate, inclinatam, & affectã fulciendam, & vbiq. reſtituendã in tantas omnes tui ordinis prouincias, & monaſteria, & loca regularia, & ſingula, quoad fieri poterit, peragere, & viſitare, illorumq. ſtatum penitus noſcere, & explorare conſtitueris. Nos etiã religioſam diligentiam, ſolicitudinemq. laudabilem tuã, in qua de ipſius ordinis incolumitate, plurimũ cõfidimus confouere, ac ipſius ordinis, nobis, & ſedi

Vide in to. 1. qq. re. q. art. 7. & artic. 8.

Vide de eõ ſr. priu. in to. 1. qq. regu. q. 8.

Apoſtolicæ immediatè ſubiecti reformationi, his præſertim moribus, & temporib. conſulere cupientes, tibi, vt omnia, & ſingula quorumcumque Regnorum, prouinciarum, & locorũ monaſteria, prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, tam virorũ, quã mulierum, necnon Eccleſias, & parochiales, vicarias, vel alio quouis modo nuncupatas, prouincias, & capitula, & alia quæcumq. ordinis Præmonſtraten. loca regularia, & exempta, vel quocumq. alio priuilegio, etiam Apoſtolica auctoritate eis cõceſſo, ſuffulta, ac dilectos filios, Abbates, priores, necnon Abbatiſſas, prioriſſas, præpoſitos, eorumq. cõuentus, & loca, Rectores, & quaſcumq. perſonas, quandocumq. id agere conſtitueris, iuxta regulæ, & ordinationis Præmõſtrat. illiuſq. generalium capitulorũ definitiones, & priuilegia, ac indulta Apoſtolica, eidẽ ordini, & tibi, ac pro tempore exiſtenti, Abbati monaſterij S. Ioannis prædicti conceſſa, ac ſacri Conc. Trident. decreta, viſitare, & in illorum ſtatu, formam, regulam, inſtituta, regimen, & adminiſtrationem, ſtatuta, conſuetudines, necnon diuinorum officiorũ, ac ceremoniarum ipſius ordinis, antiquos, & olim inſtitutos, ritus, & vſus, qui vnius modi, vbiq. eſſe debent, mores quoque, & diſciplinam, iam coniunctim, quam diuiſim, ac tam in capite, quam in membris, diligenter inquirere, ipſiuſq. antiquæ regularis diſciplinæ, & ſacrorum Canonum, & generalium conciliorũ, & S. Petrum, & capitulorum prædictorum traditionib. & ordinationibus, dictiſq. Concil. Trident. decretis inhærendo, prout occaſio, rerumque qualitas tulerit, & exegerit, quæcumq. ad præmiſſorum omnium reſtitutionem, mutationem, correctionem, emendationem, reuocationem, confirmationem, ſeu reintegrationem, quomodolibet pertinentia, & inde dependentia, necnon regularia inſtituta huiuſmodi, illorumq. obſeruationem, & diſciplinam, ac mores huiuſmodi, ſicubi illi exceſſerint, aut labefacti, vel immutati fuerint, iuxta formã capitulorum, & antiquorum ſtatutorum dicti ordinis, priuilegia quoque Apoſtolica, eidem ordini conceſſa prædicta, & generalium, præſertim Tridentini, Conciliorum prædictorum determinationes, vti æquum expedire cognoueris, & reformare, mutare, corrigere, emendare, reuocare, confirmare, reſtituere, & reintegrare, ac in præmiſſis, & circa, vel aduerſus illa, innouata, & attentata quæcumq. caſſare, & annullare, necnon abuſus quoſcumq. tollere, ipſaſque perſonas quaſcumq. etiam exemptas ad antiquum, & religioſum vitæ modũ reducere, ac quidquid inde ſtatueris, & ordinaueris, perpetuo obſeruari facere, contra inobediẽtes, & contumaces quoſcũque, etiã ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ac illos canonicarum ſanctionum, etiam excõmunicationis, & alijs Eccleſiaſticis cenſuris, & beneficiorum ſuorum ſuſpẽſiuis, & priuatiuis pœnis, quacumque poſtpoſita appellatione, punire, & coercere, necnon ad hoc auxiliũ brachij ſecularis vbicumq. opus fuerit inuocare, cæteraq. alia in prædictis, & circa ea neceſſaria, & oportuna facere, & exequi, liberè, & licitè, valeas, plenam, & omnimodam auctoritatem prædictam, tenore præſentium, facultatem cõcedimus. Decernentes irritum, & inane, quicquid ſecus per quoſcumq. ſcienter, vel ignoranter, quacumque auctoritate contigerit attentari. Non obſtant. fœl. rec. Bonifacij Papæ Octaui prędeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, aliiſque conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, necnon monaſteriorum, cõuentuũ, prouinciarum, locorũ, & ordinis prædictorũ, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. declarationib. inhibitionibus,

bus, & decretis, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, conuentib. prouincijs, locis, ordinis, ſuperioribus, & perſonis, ac etiam noſtris, & ſedis Apoſtolicę, etiam de latere legatis, nuntijs, & ordinatijs, locorum, ac quibuſcũque alijs, per quoſcumq. Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & prædictam ſedem, ſub quibuſcumq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantib. & aliis decretis, in genere, & in ſpecie, & motu proprio, & conſiſtorialiter, aut aliis quomodolibet, & ex quibuſcumque, & vrgentibus, vrgentiſſimis, & neceſſariis cauſis quandocumque, ac quomodocumq. & quotieſcũque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpeciali, de illis eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, vel alia quæuis expreſſio habẽda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, necnon modos, & formas, ac decreta in illis appoſita, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectũ omnium præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Maij, 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Ioanni de Pricetis, Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Laudunen. diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt per ſolicitudinem officij noſtri, ad debitum perducatur effectũ. Sanè ſicut tu, qui totius ordinis Præmonſtratenſ. caput, & reformator generalis, ad præſens apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus exiſtis, nobis nuper exhibuiſti, dum fœl. recorda. Honorius Secundus, & Honorius Tertius, ac Honorius Quartus, necnõ Adrianus Secundus, Adrianus Quartus, Alexander III. Alexander IIII. Alexander V. Innocentius II. Innocentius III. Innocentius IIII. Innocentius V. Lucius Tertius, Bonifacius Octauus, Clemens Tertius, Clemens Quintus, Clemens Sextus, Clemens Septimus, Gregorius Octauus, Gregorius Nonus, Gregorius Decimus, Ioãnes XXII. Ioannes XXIII. Nicolaus IV. Nicolaus V. Vrbanus III. Vrbanus IV. Vrbanus V. Cæleſtinus Secundus, Sixtus Quartus, Pius Secundus, & Iulius Secundus. Nonnullique alij Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa priuilegia, indulta, exemptiones, cõceſſiones, iuriſdictiones, & iura, dicto ordini, & præfato, cæteriſque monaſterijs, ac prioribus, & alijs locis ordinis huiuſmodi, illorum Abbatibus, priorib. conuẽtibus, ac perſonis conceſſerunt, quæ tam tuo, quam eorum nominibus, à nobis, Apoſtolico petijſtis munimine roborari. Nos igitur, tuis in hac parte iuſtis poſtulationib. grato conuenientes aſſenſu, priuilegia, indulta, exemptiones, conceſſiones, & iura prędicta, necnon parochiales Eccleſias, & alia beneficia Eccleſiaſtica, monaſterijs, & prioratibus ipſis, ac monaſteriorum, & prioratuum eorundem Abbatialibus, & conuentualibus menſis, canonicè vnita, annexa, & incorporata, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs Chriſti fidelibus, ſibi, & alijs Abbatibus, prioribus, & perſonis rationabiliter indultas, quatenus ſint in vſu, & decretis Concilij Tridentini non repugnẽt, nec concordatas cum nationibus, & ſede Apoſtolica obſint, nec reſeruationes, aut affectiones Apoſtolicas impediant, ſibi, & eiſdem Abbatibus, priorib. monaſterijs, conuentib. locis, & perſonis, Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi. 1578. nonis Maij, Pontif. noſtri, anno 6.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Præcipit, vt feſtum Sancti Norberti, ſexta die Iunii, cum duplici, & octauis celebretur.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Immenſæ diuinæ ſapientiæ altitudo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, dignata eſt olim per Prophetã reuelare, Deũ laudari velle in ſanctis ſuis, quod nos ad Sanctorũ memoriam, debita ſolemnitate celebrandum, eo magis inuitat: quia dum eorum merita recenſentur virtutum quoque exempla fidelibus ad imitandũ proponuntur, vt per ea gradientib. ipſi pariter ad cœleſtem Beatitudinem eorum Sanctorum ſuffragijs adiuti, facilius valeant peruenire. Quapropter nos, qui fide dignorum, præcipuè dilectorũ filiorũ Philippi, tituli Sancti Sixti presbyteri Cardinalis Boncompagni nuncupati, maioris Pœnitentiarij noſtri, & Præmonſtrat. ordinis protectoris, ac Ioãnis Abbatis monaſterij Præmonſtraten. Laudunen. diœc. relationib. intelleximus, quod præfatus ordo à Beato Norberto eximiæ ſanctitatis viro, qui etiã Eccleſiæ Magdeburgen. præfuit, iã ſupra quadragentos annos fundatus, & inſtitutus fuit, dignum, quin potius debitum reputamus, quod B. ipſe Norbertus in veneratione, ac honore habeatur in terris, qui nunc honoratur in cęlis, & cuius vita bene placens Deo, plurimis claruit miraculis, ſicut fide digna grauium Auctorum, monumenta teſtantur, Ioanni Abbati, ac vniuerſo ordini præfatis, vt erga patrem ſuum, gratos, & deuotos filios ſe valeãt exhibere in perpetuũ, vt feſtum ipſius S. Norberti cõfeſſoris, atq. Pontificis, die ſexta Iunij, qua idem Sanctus Norbertus, ex hac vita migrauit, ad cælum cum ſua octaua ſiue officio duplici de vno cõfeſſore, ac Pontifice, in omnib. & ſingulis dicti ordinis monaſterijs, Eccleſijs, & locis anniuerſaria ſolemnitate, in perpetuũ celebrare, ac eiuſdem Sancti commemorationem, quandocumque aliæ conſuetæ commemorationes ex monaſtico dicti ordinis inſtituto vel ritu fieri debẽt, facere, necnon præfatum Sanctum Norbertum, qui in plurib. Martyrologijs vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis, in ipſa ſexta die Iunij deſcriptus, & annotatus reperitur, in Kalendario eiuſdem ordinis tantum, ſub eodem die ſexto Iunij profecto duplici, cum ſua octaua deſcribere, & adnotare, liberè, & licitè valeant, per præſentes cõcedimus. Sicque ab omnib. præfati ordinis vtriuſque ſexus regularib. perſonis, pro tempore exiſtentib. perpetuo obſeruari debere, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium mandamus, ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis, & eius monaſteriorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentiũ tran-

De indulſ- tis pro celebratione feſtorum. Vide in 2. 10. qq. ra. q. 68. per tot.

ſumptis,

Digitized by Google

ſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti ordinis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdẽ præſentib. adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginã noſtræ conceſſionis, mãdati, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum, anno Incar. Domin. 1582. 5. Kalen. Auguſti, Pont. noſtr. anno 11.

Pro Societate Ieſu.

Bulla XVIII.

Facultas conſeruatores iudices aſſumendi in quibuſcumque cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores iudices eligere poſſunt Societatis tum religioſi, tum familiares clerici.*
2 *Conſeruatores in moleſtiis, & damnis datis religioſis, ſummarie procedant, in aliis vero, prout rerũ qualitas exegerit.*
3 *Conſeruatorum facultas maxima.*
4 *Vbi Conſeruatoria per quaſcumque alias derogationes non cenſetur derogatum.*
5 *Quilibet conſeruator poteſt proſequi articulum per alium inchoatum.*

Vide in re. 2.49.ve.q. 65. per totã quaſt. GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Aequum reputamus, & rationi conſonum, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet (eius ſuperueniente obitu) literæ Apoſtolicę deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudũ ſiquidem fœlicis record. Pio Papa V. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum præpoſiti generalis, & religioſorum Societatis Ieſu expoſito, quod cum dicta Societas, benedicente Domino, longe lateque eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militãtiſque Eccleſiæ profectum, in dies augeretur, & propter diuerſa bona temporalia, quæ collegia ſcholarium, ſub eorum cura inſtituta poſſidebant, conſeruanda, & recuperãda, lites, aliaque forenſia, frequenter ſubire neceſſario cogeretur, exindeq. fieret, vt eius perſonæ, quæ animarũ ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valde diſſonabant, euitare cupiebant, ab earum miniſterio, non ſine animi ſui dolore, cum animarum huiuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem prædeceſſori, pro parte eorundem præpoſiti generalis, & religioſorum, aſſerentium eorũ bona à quorumcumque locorum ordinariorum iuriſdictione, libera, & exempta, ac ſub Romani Põtificis, & ſedis Apoſtolicæ protectione, aliàs recepta fuiſſe, humiliter ſupplicando, vt eorũ quieti more Pij patris, ac aliàs in præmiſſis oportunè conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaretur. idem prędeceſſor, qui ad gratos Deo, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, vtiles, & neceſſarios fructus, quos Societatis prædictæ perſonæ, in vinea Domini ſemper proferebant debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea cõcederet, per quæ ipſi, eorumq. res à noxijs, iuſtitiæ miniſterio præſeruarentur, eoſdẽ præpoſitum generalem, & religioſos, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorũ duntaxat conſequendum, abſoluens, & abſolutos fore cenſemus, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, ſub Dat. videlicet 8. Kalend. Iunij, Pont. ſui, anno 3. eidem Societati, ſingulíſq; illius perſonis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis, tam ciuilib. quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti, rei forent, ipſi cõtra quaſcumque communitates, & collegia huiuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, necnon alias perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere cõſeruatores, & iudices ordinarios, indulſit. Ipſis vero ſic electis, vel duob. aut vni eorum, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, etiamſi extra loca, in quibus conſeruatores, & iudices deputati forent, eidem Societati, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, collegiaque huiuſmodi, ſuper terris locis, domibus, poſſeſſionibus, & iuribus, necnon fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuſcumq. alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati, tam Apoſtolica, quam ordinaria, & aliàs ritè regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuiſim ſpectantibus, à quibuſcumq. perſonis, tam ſæcularib. quam Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate, & ſuperioritate fungentibus, quoquomodo indebitè moleſtari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari facerent, qui cũ ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionũ, iurium, & bonorum, mobilium, & immobiliũ, redituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcumq. bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum, eis tunc, & pro tempore conceſſorũ, obſeruatione, necnon de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis, damnis, tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout eorũ qualitas exegiſſet, iuſtitiæ complemẽtum, occupatores, ſeu detẽtores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, etiãſi aliàs, quàm vt præfertur, qualificati exiſterẽt, quãdocumq. & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica, per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſq. ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eos, quos ſentẽtias, cenſuras, & pœnas per eoſdem conſeruatores, ſeu iudices, pro tẽpore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet, eas incurriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggrauarẽt, necnon auxilium brachij ſecularis inuocarent, commiſit, & mandauit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem per eos ſuper his habendam, ipſis conſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos literæ tunc deſuper cõficiendæ cõcernerent, pro tẽpore morari contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, iudicibus, & conſeruatorib. huiuſmodi, monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quib. eſſet veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorũ, & inhibitorum notitiam, peruenire valerent, faciendi, necnon eiſdem occupatorib. deten-

toribus, præſumptorib. moleſtatoribus, iniuriatoribus, contradictorib. & rebellibus, etiam ſub cēſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs, eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibuſuis inhibitionib. eis pro tempore, etiam prætextu quarumcumque literarum conſeruatoriarum, ſeu priuilegiorū Apoſtolicorū, quibuſlibet conceſſorum, & concedendorum, pro tēpore factis, non obſtantibus eorum iuriſdictionē, liberè exercendi, loca ad quæ eos declinare contigerit, & in quibus ſcienter ſtare permiſſi forent, eccleſiaſtico interdicto ſubijciendi, plenam, & liberam facultatem conceſſit. Ac monitiones, requiſitiones, inhibitiones, & citationes ſic factas, perinde ipſos monitos, requiſitos, inhibitos & citatos arctarent, ac ſi eis perſonaliter factæ, inſinuatæ, & intimatę forēt. Ac tunc deſuper coaficiēdis literis, & in eis contentis diſpoſitionibus, per quaſcumque derogationes, in quibuſuis alijs literis Apoſtolicis, gratiā, vel iuſtitiā, & mixtim cōuenientibus, per eundem prædeceſſorem, & ſedem Apoſtolicam, etiam cum derogatoriarū derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & per quas earundem literarum tunc deſuper conficiendarum tenor, acſi de verbo ad verbū, in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur, quibuſcūque perſonis, ſeu in eorum fauorem, etiā motu proprio, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſas, & factas, ac faciendas, & cōcedendas, nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earundem tunc deſuper conficiendarum literarum, de verbo ad verbū, nihil penitus omiſſo, foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta huiuſmodi, per trinas diſtinctas literas, eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus, eidem Societati intimata, & inſinuata foret, & quod aliter earundem literarum tunc deſuper cōficiendarum, pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur. Quodq. quilibet iudicum, & conſeruatorum præfatorum valeret proſequi articulū, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo foret canonico impedimento præpeditus, quodque cuilibet conſeruatorum, & iudicum eorundem, ab eadem die octauo Kalen. Iunij, eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis, cæptis, & non cæptis, tunc præſentibus, & futuris, perpetua poteſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaq. firmitate, poſſent in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis, tunc præſentibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula corā eis cæpta fuiſſent, & eorum, cuiuſlibet ipſorum iuriſdictio de præmiſſis omnib. & ſingulis, per citationem, vel modum alium, perpetuata legitimè extitiſſet, ſicq. per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, & cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: ac ex tunc, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decreuit. Non obſtantibus piæ memoriæ, Bonifacij Papę VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauebatur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocaretur, ſeu ne iudices, à ſede prędicta deputati, extra ciuitatem, vel diœceſim, in quibus deputati forent, contra quoſcumq. procedere præſumerent: & de duabus dietis in Concilio Generali ædita, dummodò nō vltra tres dietas aliquis, vigore earundem literarum tūc deſuper conficiendarum, extraheretur, & quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in prouincialib. & ſynodalibus Concilijs ęditis, generalib. vel ſpecialibus cōſtitutionibus, & ordinationib. ac quibuſuis, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis Regib. Ducibus, Comitibus, cæteriſq. cuiuſcumque dignitatis, qualitatis, & præeminentiæ, ac ordinis, etiam mendicantium, & conditionis exiſtentibus perſonis, in genere, vel in ſpecie, ac cū quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficaciorib. & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, quomodolibet, etiam iteratis vicib. conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnib. idem Pius prædeceſſor, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſeruāda foret: tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, pro ſufficiēter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permāſuris, ea vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogauit, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Voluit inſuper idem Pius prædeceſſor, quod literarum tunc deſuper conficiendarum tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in dignatione Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadē prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalib. literis adhiberetur, ſi forēt exhibitæ, vel oſtēſę. Ne autē de abſolutione, indulto, & alijs præmiſſis, pro eo, quod ſuper illis, ipſius Pij prædeceſſoris eius ſuperueniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſaq. Societas illorū fruſtretur effectum, volumus, & ſimiliter Apoſtolica authoritate decernimus, quod indultū, & alia præmiſſa, perinde à dicto die 8. Kal. Iunij ſuū ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis, ipſius Pij prædeceſſoris literæ confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodq. præſentes literæ ad probandum plenè abſolutionem, indultū, & alia præmiſſa, vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Pauli, Apoſtolorū eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ, 1572. 8. Kalē. Iunij, Pontif. noſtri anno 1.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Facultas medendi, circa aduſtionem, & inciſionem, &c. pro medicina peritis.

GRegorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Vnigeniti Dei filij Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti vices, licet immeriti, gerentes in terris, animarum ſalutem, quibus poſſumus, medijs, ſedulo procuramus. Cum itaque, ſicut experientia compertum eſt, Chriſti fideles, ad religionē, & pietatem plurimum moueantur, ſi ſpirituales, & religioſas perſonas, in ipſos, & alios, charitatis officia, non ſolum ad animarum, ſed etiam corporum ſalutem, exercere experiātur. In Societate autem Ieſu, ſicut accepimus, non deſint aliqui religioſi medicinæ periti, quorum opera, maximè in regionib. Medicorum penuria laborantib. dum ſæpe ad infirmis ſpiritualia exhibendum, officia, & animos iuuādas vocantur, etiā ægris corporibus curandis, poſſet eſſe *Vide in 2. to. 99 20. 4. 101 art. 3.*

ſet eſſe perutilis,& id pietatis opos , in animarum
quoque,non modicam ædificationem, & Omnipo
tentis Dei laudem redundaret . Vt igitur religioſi
præfati id,abſque aliquarum cenſurarum,ſeu pęna
rum incurſu,& conſcientiæ ſcrupulo, valeant exer
cere ; Omnibus,& ſingulis præfatæ Societatis Ieſu
religioſis,Medicinæ peritis,nunc,vel in futurũ pro
tempore exiſtentibus,vt de ſuorum ſuperiorum li-
centia,quibuſcumq. perſonis infirmis,ſiue illæ eiuſ
dem Societatis religioſi,ſiue extranei , & ſæculares
fuerint,abſq. aliquo conſcientiæ ſcrupulo, aut ali-
quarum cenſurarum,& ſententiarum Eccleſiaſtica
rum, vel aliarum pœnarũ incurſu,citrà tamen adu-
ſtionem,& inciſionem per ſe ipſos faciendam, me-
dici, liberè,& licitè valeant, Apoſtolica auctorita-
te,tenore præſentium,quando tamen medici ſecu-
lares commode haberi non poſſunt , indulgemus,
& ad id licentiam , & facultatem eis concedimus,
& impartimur. Non obſtantibus quibuſuis conſti-
tutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ
Societatis iuramento , confirmatione Apoſtolica ,
vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & con-
ſuetudinibus , cæteriſq. contrariis quibuſcumque .
Dat.Romæ, apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,
die 11.Februarij,anno 1576. Pont.noſtri,anno 4.

Bulla X X.

Facultas alienandi in euidẽtem vtilitatem, iuxta Societatis conſtitutiones.

S V M M A R I V M.

1 *Generali, informatione accepta , quæcumque bona domorum, & Collegiorum in euidentem eorum vtilitatem alienare poteſt.*
2 *In Emphyteuſim ad tres generationes tantum, poteſt fieri alienatio.*
3 *Generalis extra Europam contractuum confirmationes committere poteſt .*
4 *Contractus ſic factis,ex nunc auctoritate Apoſtolica approbantur .*
5 *Contrahentes ad contractuũ obſeruationẽ tenentur ,*
6 *Iudices pro horum conſeruatione deputantur.*

Vide in 1. to.qq.regu. q.27.per to tam q.

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei me-
moriam, Apoſtolicæ ſedis circunſpecta beni-
gnitas,in quarumuis religionum, præſertim earũ,
quæ Gregi Dominico inuigilant, ac prædicationi-
bus, & lectionibus, tum humanis, tum ſacris inſi-
ſtunt,commodis,& vtilitatibus conſequendis,pro-
uidentiæ ſuæ auctoritatem interponit.& quãtũ po
teſt fauore proſequitur.Sanè dilectus filius, Euerar
dus Mercurianus , præpoſitus generalis Societatis
Ieſu,nobis nuper exponi fecit,quod cum literis , tã
fœ.re.Pauli III. quàm piæ memoriæ, Iulij etiã III.
Rom.Pont.prædeceſſorum noſtrorum,in fauorem
dictæ Societatis emanatis, & per dictorum Pontifi
cum ſucceſſores , & nos reſpectiuè confirmatis , ac
eiuſdem ſocietatis conſtitutionibus,omnimoda col
legiorum illius , ac etiam temporalium bonorũ ad
ipſa collegia ſpectantium gubernatio , ad pro tem-
pore exiſtentem, prępoſitum generalem, vel ipſam
Societatem,ita tamen,quod in ipſius præpoſiti,aut
profeſſæ Societatis,vel alios,quàm ipſorũ collegio
rum vſus,bona huiuſmodi expendi,aut diſtrahi nõ
poſſint,ſed in ſtudentium vtilitatem ſic cõuerti, vt
illis dictis bonis abuti non valeant,ſpectare,& per-
tinere dignoſcatur:indeq. fiat,vt collegia ipſa capi
tulariter nullo modo congregentur , ſed oĩs facul-
tas celebrandi contractus, prout per eaſdem conſti
tutiones, ac etiam primam ipſius Societatis genera
liter habitam cõgregationem,ſtabilitum, & decla-
ratum fuit, penes eundem præpoſitum pro tempo-
re exiſtẽtem reſideat . Cumq. etiam dicta Societas,
quæ ordo Mendicans exiſtit, aliorum ordinũ Men
dicantium ſuper cõtractibus ineundis à ſede Apo-
ſtolica conceſſis priuilegiis gaudeant:Noſq. eidem
Euerardo præpoſito,& Societati,vt interuenienti-
bus illis duntaxat,qui more Societatis prædictæ, &
ſecundum eius conſtitutiones,& ſtatuta, regimen,
& adminiſtrationem domorum,& collegiorum iu-
uare,& promouere ſolent,ſeruato in eiuſmodi con
gregationibus peculiari, ac proprio dictæ Societa-
tis procedendi modo, priuilegiis illis vtẽdi, necnõ
contractus ineundi, licentiam, & facultatem con-
ceſſerimus, prout in ſingulis literis Apoſtolicis de-
ſuper cõfectis,plenius cõtinetur . Tamen,quia nec
modus ille,quis ſit,nec oẽs,per quos præpoſitus ge
neralis facultatem hmõi alioquin exercere poteſt,
in dictis noſtris literis ſatis expreſſi fuere. Ac etiã,
quia eidem Societati, priuilegiis,& literis Apoſto-
licis hmõi, tum quod variis literis,& munimentis
cõceſſa ſunt,vti,& illa ad ſingulos contractus incun
dos afferre diſpendioſum moleſtumq. exiſtit, tum
quod in nonnullis regionibus,emphyteuſes ad tres
vitas cõcedi ſolent,nec particulares homines , illas
ad breuius tempus accipere facilè adducuntur . Et
propterea,ac etiam,ex eo,quod nonnunquam pro
collegiorum ipſorum, necnõ domorum probatio-
nis,vel aliorum locorum eiuſdem Societatis neceſ-
ſitate,bona huiuſmodi, locare, alienare,permuta-
re,vel in emphyteuſim,ſeu libellum dare expedit;
ac quandoq. contingit,vt conditio ſemel oblata,ſi
prætermittatur,non paruam afferat iacturam, pro
parte dicti Euerardi prępoſiti,nobis fuit humiliter
ſupplicatum, vt præmiſſa omnia plenius declarare,
& aliàs in eiſdẽ opportunè prouidere, de benignita-
te Apoſtolica dignaremur . Nos igitur,qui opera-
rios in vinea Domini , præſertim pondus diei , &
æſtus ſuſtinentes,ſincero proſequimur affectu, no-
ſtrarum , ac eorundem prædeceſſorum noſtrorum
literarum,necnon Societatis prædictæ, conſtitutio
num,aliorumque præmiſſorum tenores, præſenti-
bus pro expreſſis habẽtes, & eundem præpoſitum,
ac dictæ ſocietatis ſingulares perſonas, à quibuſuis
excommunicationis,ſuſpẽſionis,& interdicti,aliiſ-
que Eccleſiaſticis ſententiis,cenſuris,& pœnis à iu-
re,vel ab homine quauis occaſione,vel cauſa latis,
ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt , ad effe-
ctum pręſentium duntaxat conſequendum,harum
ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes,hmõi
ſupplicationibus inclinati,eiuſdem ſocietati,ac ge-
nerali præpoſito moderno,& pro tempore exiſten
ti, vt ex nunc de cætero perpetuis temporibus ; in-
formatione de cõtractibus ineundis per literas, vel
aliàs,prout ipſe generalis ſtatuerit , à ſubordinatis
localibus præpoſitis,vel Rectoribus,aut præfectis,
ſeu eorum vices gerẽtibus,vel à prouincialibus,ſeu
viſitatoribus,aut Cõmiſſariis, vel ab aliis ſibi benè
viſis , auditis iuxta eorum inſtitutum cõſultoribus,
accepta quęcumque domorum,tum profeſſarum;
tum probationis collegiorum , & aliorum locorũ
eiuſdem Societatis vbilibet conſiſtentium,bona ſta
bilia,& immobilia,ſeu quaſi ſtabilia,necnon,& pre
cioſa mobilia, cuiuſcumque qualitatis, & quantita
tis,ac valoris,& in quocumq. loco poſita , pro pre-
tio, & ſub pactis, conditionibus, modis, & formis
hinc inde conueniendis , in euidentem tamen do-
morum,& collegiorum huiuſmodi vtilitatem,per
ſe,vel alium,ſeu alios, vendere,alienare,permuta-
re,ac ẽt in Emphyteuſim,ſeu libellum ad tres gene
rationes,vel nominationes tantum,ſeu ad aliud lõ-
gum tempus , pro affictu ſibi bene viſo concedere,
abſque alia à nobis,vel ſucceſſoribus noſtris Rom.
Pont.pro tempore exiſtentibus, aut ſede prædicta,
vel

vel illius de latere legatis,ſeu Nontiis,aut etiam lo
corum ordinariis petenda,vel obtinenda licentia,
ſeu confirmatione,liberè, & licitè poſſit, & valeat,
concedimus,& indulgemus. Ita tamen,quod ſi ex
eiuſdem generalis præpoſiti facultate, pro rerum
exigentia opus ſit,in Europæ videlicet prouinciis,
ante datam eidem præpoſito informationem, con-
tractus alienationom fieri, dominiũ nihilominus,
& poſſeſſio bonorum quorumuis, ſuper quibus cõ-
tractus huiuſmodi initi fuerint,penes domos, colle
gia,ac loca prædicta,donec ipſe generalis rem con
firmauerit,aot ſuum conſenſum deſuper præſtite-
rit,remaneat,ac remanere intelligatur.In Indiis ve
rò,& aliis extra Europam regionibus, contractuũ
huiuſmodi confirmatio,ipſis prouincialibus,aut vi
ceprouincialibus viſitatoribus, ſeu Commiſſarijs,
ſimili per eos informatione accepta, committi poſ
ſit ab ipſo generali præpoſito,aliàs,& in euentũ,in.
quem ordo ſupra ſcriptus non fuerit obſeruatus,
venditio,alienatio,permutatio,locatio,& cõceſſio,
ac contractus,necnõ inde ſequuta quæcumque,nul
la,& inoalida,nulliuſq. roboris, ac moinẽti exiſtãt.
Ac ita in præmiſſis,ſic perpetuò declaramus,& de-
cernimus. Et nihilominus ex nonc, prout ex tonc,
& è contra,poſtquã venditiones,alienationes, per-
murationes.locationes,conceſſiones,ac contractus
pro tpe,vt præmittitur,facti,& per dictum præpo
ſitum generalẽ approbati, & ratificati fuerint, ſeu
cõſenſus eiuſdem præpoſiti generalis interuenerit,
eaſdem venditiones, alienationes, permutationes,
locationes,conceſſiones, & contractus, & inde ſe-
quuta quæcumque,necnon inſtrumenta,& ſcriptu
ras deſuper pro tempore confectas, Apoſtolica au-
ctoritate approbamus,& cõfirmamus,ac perpetuę
firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus: om-
neſque,& ſingulos,tam iuris, quam facti defectus,
ſi qui forſan interoenerint,quomodolibet in eiſdẽ,
ſupplemus.Decernentes ea omnia,abſq. alia deſu-
per ordinaria,vel Apoſtolica, aut alia authoritate,
ſeu de ſedis Apoſtolicæ commiſſione faciendo exa-
mine,ac præſentes,& in eis contenta validas,& effi
caces,validaque.& efficacia,perpetuò fore, necnõ
ab omnibus obſeruari debere,ipſoſque contrahen
tes ad contractuum, & ſtipulatarum conoentionũ
obſeruationem,omninò teneri,ac ſuper præmiſſis,
& inde ſequutis qoibuſcumque, per quoſcumque
quauis auctoritate, quomodolibet moleſtari, vel
impediri non poſſe.Necnon irritũ,& inane,ſi ſecùs
ſuper his à quoquam,quauis aothoritate, ſcienter,
vel ignoranter cõtigerit attentari.Quocirca, vene-
rabilibus fratribus, Patriarchis,Archiepiſcopis, &
Epiſcopis, ac dilectis filiis, eorum in ſpiritualibus
vicariis,aut officialibus generalibus, & curiæ cau-
ſarũ cameræ Apoſtolicæ,generali Anditori, necnõ
Abbatibus,Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archi-
diaconis,Canonicis,& capitulis,ac aliis,ad quos id
quomodolibet ſpectat,& io futurum ſpectabit, per
eaſdem præſentes cõmittimus,& mandamus qua-
tenùs ipſi,vel duo,aut vnus eorum, per ſe,vel aliũ,
ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæ-
cumque,vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro
parte generalis Præpoſiti,vel aliarum perſonarum
eiuſdem Societatis,aut alicuius eorũ,ſuper his fue-
rint requiſiti,ſolemniter publicantes,eiſque,& eo-
rum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præ
ſidio aſſiſtentes,faciant eaſdem præſentes, & in eis
contenta quæcumqoe,ab omnibus, quos illa cõcer
nunt integrè,& inuiolabiliter obſeruari. Non per-
mittentes eos, aut eorum aliquem deſuper,contra
earundem pręſentium tenorem,quomodolibet in-
debitè moleſtari. Contradictores quoslibet,& re-
belles per ſententias, cenſuras,& pęnas Eccleſiaſti-
cas,aliaque oportuna iuris,& facti remedia, ap pel-
latione poſtpoſita compeſceodò, legitimiſq. ſuper
his habendis ſeruatis proceſſibus,ſententias, cenſu
ras, & pœnas ipſas ẽt iteratis vicibus aggrauando,
inuocato etiã ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij
ſecularibus. Non obſtantibus fœ.re.Boniſ.VIII.de
vna,& in Cõcilio generali edita, de duabus dietis,
dummodò vltra tres dietas quis vigore præſentiũ
ad iudicium nõ trahatur,& piæ memoriæ Symma-
chi,ac Pauli II.prædeceſſorum noſtrorũ, de rebus
Eccleſiæ non alienandis,vel alienatis recuperãdis,
aliiſq. conſtitotionibus,& ordinationibus Apoſto-
licis,necnon qnibuſuis, etiam iuramento, cõfirma-
tione Apoſtolica, vel quaois firmitate alia robora-
tis.ſtatutis,& cooſuetudinibus,prioilegiis quoqoe,
indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis,ſub quibuſ
cumque tenoribus, & formis,ac cum quibuſuis, &
derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciori-
bus,& inſolitis clauſulis,ac irritantibus,& aliis de-
cretis,in genere,vel in ſpecie,etiam motu proprio,
ac aliàs quomodolibet,etiam iteratis vicibus cõceſ
ſis,approbatis,& innouatis.Quibus omnibus,& ſin
gulis,etiamſi de illis,ac totis eorum tenoribus,ſpe-
cialis,ſpecifica,indiuidua, & expreſſa mentio habẽ
da,aut aliqoa alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda
eſſet,tenores huiuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum
insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſ-
ſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris,
hac vice dontaxat, ſpecialiter, & expreſsè deroga-
mus:Cæteriſq. contrariis qoiboſcumqoe, ſeu ſi ali-
quibus communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede
indultum,quod interdici,ſuſpendi, vel excommu-
nicari non poſſint,per literas Apoſtolicas nõ facien
tes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbũ, de
indulto hoiuſmodi mentionem. Volumus autem,
quod earundem præſentiom tranſumptis,manu ali
cuius Notarij publici ſobſcriptis,& ſigillo alicuius
perſonæ,in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę,ſeo &
ipſius Præpoſiti Societatis,munitis, eadem prorſus
fides in iudicio,& extra adhibeatur, qoæ ipſis ori-
ginalibus literis adhiberetor,ſi forent exhibitæ,vel
oſtenſæ, Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annolo Pi
ſcatoris,dje 18.Decemb.1576.Pont.noſtri,anno 5.

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Derogatio capit. nuper. de decimis, anno MDLXXVIII.

GRegorios Papa XIII.Ad perpetuã rei memo-
riã. Paſtoralis officij cura nobis, meritis licèt *Vide in ſ. 10. 99. reg. ſ. 40. per totam.*
imparibus,ea alto cõmiſſs,nos admonet, vt noſtræ
prooiſionis efficiatur miniſterio, qood ea,quæ re-
ligioſis quibuslibet, præſertim ſub ſacratiſſimi no-
minis Ieſu,totius humani generis Redemptoris ve
xillo,ad illius honorem, & gloriam, proximorum-
que ſpiritualem profectum,ac orthodoxę fidei de-
fenſionem,& propagationem in terris militãribus,
ab Apoſtolica ſede prouide conceſſa reperiuntor,
ſublatis qnibuslibet impedimentis,ſuos, vt par eſt,
debitos effectus, perpetuis futuris temporibus ſor-
tiãtur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus
filius, Euerardus Mercurianus Præpoſitus genera-
lis Societatis Ieſu,quod licèt aliàs fœ.re. Paulus Pa
pa III.prædeceſſor noſter, volens dictam Societa-
tem, per eum Apoſtolica authoritate inſtitutam,&
approbatam,illiuſq. Socios fauore proſequi gratię
ſpecialis, inter alia eidem Societati, & ſocijs,dicta
auctoritate conceſſit,ac indulſit,vt de ijs,qoę in or-
namentis, aut pro eis, ſeu libris, fabrica, luminari-
bus, vel victu, aut indomentis eorum, necnon an-
nuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem

aliquæ Domus ipſius Societatis obligatæ forſan exiſtebant, ac de domibus, & collegiis, eorumque prædiis, hortis, & aliis locis eidem ſociis, iuxta eorum viuendi inſtitutum habere conceſſis, aut de ijs, quæ pro huiuſmodi rebus, domibus, Collegiis, prædiis, locis, & hortis emendis per quaſcumq. perſonas pro tpe legari, aut relinqui cõtigeret, & aliis bonis quibuſcumq. per dictam Societatẽ, & illius collegia poſſeſſis, & obtentis, aliquam decimam ẽt Papalem ſoluere, ſeu Canonicam portionem exhibere, aut ad præſtationem procurationum legatorum dictæ ſedis, vel Nuntiorum ipſius, ſeu ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, vel ſubſidiorum, ſeu prouiſionum quorumcumq. minimè tenerentur, nec ad id per literas ſedis, vel legatorum, ſeu Nuntiorum, aut diœceſanorum prædictorum cuiuſcumq. tenoris forent, nullo vnquã tpe compelli poſſent, niſi ipſæ literæ Apoſtolicæ, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & conceſſione hmõi, ac de eorum ordine, mentionẽ facerent. Et ſi forſè p ipſum prædeceſſorem, vel dictam ſedem de pijs legatis, diſpoſitis, & relictis, in genere, vel ſpecie, decima, vel altera portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel non piç cauſæ, quomodolibet eatenùs conceſſa eſſet, vel illam in poſterũ concedi, ſeu ſolui, aut dari, mandari contingeret, ſocios prædictos, aut illorum domos, & bona quæcumque, necnõ eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſionibus & mandatis hmõi decreuerit, & voluerit minimè comprehendi, niſi de ipſis, ac ſuis decreto, & voluntate huiuſmodi, non per clauſulas Generales idem importantes, ſed vera, expreſſa, & ſpecifica mentio fieret in eiſdem. Et ſucceſſiuè piæ memoriæ, Pius Papa IIII. ẽt prædeceſſor noſter, exemptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli prædeceſſoris deſuper confectas, necnon inde ſequuta quæcumque, per ſuas literas, ex certa ſcientia confirmauerit, approbauerit, & ẽt plenariè innouauerit, ac pro potiori cautela, vniuerſam ſocietatem prædictam, omniaque, & ſingula illius, Domos ẽt probationis, & collegia vbilibet cõſiſtentia, præſentia, & futura, eorumq. perſonas, fructus, redditus, & prouentus, ẽt bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium quorumcumque, illis pro tpe vnitorum, aliaſq. res, & bona quæcumque, à quibuſuis decimis, ẽt Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, ſubſidiis etiam Charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, ẽt pro expeditione cõtra infideles, defenſione patriæ, ac aliàs quomodolibet, ẽt ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorũ Principum inſtantiam, pro tempore impoſitis, etiã ſi in illorũ impoſitione caueretur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam aduerſus illa, ſuffragaretur. Ita quod Societas, eiuſque domus, ẽt probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, ſemper ab illis, abſq. declaratione deſuper facienda, excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuò liberauerit, & exemerit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum hmõi, plenius cõtinetur. Nihilominus, quia in illis nulla de conſtitutione recolendæ memoriæ Innocentij Papæ III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, in Cõcilio Generali ſuper decimis edita, quæ incipit, *Nuper*, expreſſa, & ſpecifica mẽtio facta, nec eis ſpecialiter, & expreſſè derogatũ fuit, idem Præpoſitus dubitat, ſingulas literas prædictas de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque Domibus, collegiis, & perſonis prædictis, minus vtiles reddi, aut illa ſuper exemptione hmõi moleſtari, vel perturbari poſſe tpe procedẽte. Nos igitur, qui votiuum ipſius ſocietatis profectum ſyncero paternæ Charitatis affectu, libenter proſequimur, eidem Societati, Illiuſq. Domibus, etiam probationis, collegiis, & perſonis, ne propterea dictarum literarũ fruſtrentur effectu, opportunè prouidere volentes, ipſumq. Præpoſitum, & ſingulares perſonas Societatis hmõi, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſoris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literatũ prædictarum, veriores tenores, ac quarumcumque litium, & cauſarum, ſuper præmiſſis iam forſan motarum, ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum, præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habẽtes, ipſius præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, volumus, ac ſocietati, illiuſq. Domibus, ẽt probationum, collegiis, & perſonis prædictis, eadẽ authoritate concedimus, quod ſingulæ literæ prædictæ, cum exemptionibus, cæteriſq. omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, proceſſuſq. habiti per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque, valeant, plenamq. roboris firmitatẽ obtineãt, & eis quibus conceſſæ exiſtunt, perpetuò ſuffragentur in oĩbus, & per oĩa, perinde, ac ſi in illis de conſtitutione Innocentij prędeceſſoris, & ſeu Concilij generalis huiuſmodi, ſpecifica, & expreſſa mentio facta, eiq. ſpecialiter, & expreſſè derogatũ fuiſſet; prout nos eidem conſtitutioni, ad effectum præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſè harum ſerie derogamus, decernentes itaq. in quibuſcumq. cauſis pendentibus, & futuris, per quoſcumq. Iudices, & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, iudicari, & definiri debere, irritum quoq; & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus litis pẽdentiis, ſi quæ ſint, & aliis præmiſſis, ac Innocentij prædeceſſoris noſtri, ſeu generalis concilij hmõi, aliiſq. Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conſiliis editis, generalibus, vel ſpecialibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiã impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu etiam, pro tempore exiſtẽtis, Pr poſiti generalis dictæ ſocietatis munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbicumq. adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Ianuarij, 1578. Pontific. noſtri, anno 6.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia plenaria ſemel in anno in Eccleſiis Societatis,*
2 *Facultas celebrandi, per horam ante Auroram.*
3 *Conferendi gradus, ẽt per Studiorum Præfectum, ac concurrendi cum vniuerſitatum lectoribus.*
4 *In collegijs ſocietatis poſſunt lectores etiam in vniuerſitatibus publicè legere.*

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Quanta in Vinea Domini fructuoſa opera, ſocietas Ieſu quotidie, verbo, & exemplo in populo Chriſtiano attulerit, continuoſq. labores, quos pro diuini nominis gloria, & exaltatione fidei catholicę, presbyteri dictæ

Digitized by Google

ctæ ſocietatis ſupportent, cordi noſtro prouenit ſatisfactio. Ac propterea dignum cenſentes, vt ipſam Societatem, eiuſq. in odorem ſuauitatis Altiſſimo deſeruientes, ſpecialibus fauorib. proſequamur, illaq. ſibi fauorabiliter concedamus, per quæ societas ipſa, ad animarum auxilium fideliter in Domino pcedere valeat. Sanè pro parte dilecti filij, Euerardi Mercuriani Præpoſiti Generalis prædictæ ſocietatis, nuper exhibita petitio continebat. Quod aliàs fœl. rec. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, inter cæteras gratias eidem Societati cōceſſas, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ſeu ſtatutis à iure temporibus, firmum confitendi propoſitum habentibus, qui aliquam Eccleſiam, aut alium piū locum dictæ ſocietatis, ſemel ſingulis annis, præter annum Iubilei, in die per pro tempore exiſtentem eiuſdem ſocietatis præpoſitum eligendo, à primis veſperis, vſq. ad occaſum ſolis eiuſdem diei excluſiuè, deuotè, viſitauerint, ac inibi orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitarent, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiā, & remiſſionem in forma Iubilei. Et deinde ex certis tunc expreſſis cauſis, presbyteris eiuſdem ſocietatis, vt miſſas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam poſt meridiem, quando, & quoties, ſtante legitimo impedimento, tunc, & pro tempore exiſtenti eiuſdem Societatis Præpoſito, id neceſſarium, vel aliàs in Domino expedire viſum foret celebrare. Ac poſtmodum piæ memoriȩ, Iulius Papa Tertius, etiam prædeceſſor noſter, collegiis eiuſdem ſocietatis, tam in vniuerſitatibus ſtudiorum Generalium, quàm extra illas cōſiſtētibus, vt ſcholares dictæ Societatis, ab illius Generali, vel de eius licentia à quouis alio ex Præpoſitis, vel Rectoribus collegiorum hujuſmodi, accitis ſibi duobus, vel tribus Doctorib. ad quoſcumque Baccalaureatus, aut Magiſterij, licentiaturæ, & doctoratus, gradus promoueri, ac ſtudij generalis vniuerſitatum, priuilegiis, indultis, prærogatiuis, & aliis gratiis quomodolibet, non ſolum ad inſtar, ſed pariformiter, & æquè principaliter gaudere, liberè, & licitè poſſent, & valerent, ſub certis modo, & forma concesserunt Et ſucceſſiuè recolēdæ piæ memoriȩ, Pius Papa Quartus, ſimiliter prædeceſſor noſter, dictam promouendi cōceſſionem, ad Scholares pauperes externos, qui in Collegiis eiſdem in quib. ordinariæ Artium liberalium, & Theologiȩ lectiones haberentur, lectiones eaſdem frequentarent, & ēt, ad diuites, in Vniuerſitatibus, tametſi illarum officiales eos promouere recuſarent, aliàs per examinatores Societatis huiuſmodi, idoneos repertos, & ſolutis per diuites iuribus ſuis eiſdem vniuerſitatibus, expendit, & ampliauit. Prærerea ſanctȩ memoriæ Pius Papa V. pariter prædeceſſor noſter, vt præceptores dictæ Societatis in ſuis collegiis, etiam in locis, vbi vniuerſitates, vt præfertur, exiſterēt, ſuas lectiones, dummodò per duas, de mane & per vnā, de ſero, horas, cum lectorib. Vniuerſitatū huiuſmodi non concurrerent, publicè legere, ac eorum auditores in quibuslibet Vniuerſitatibus, ad gradus admittere poſſent, decreuit, & declarauit, prout in ſingulis eorundem prædeceſſorum, deſuper confectis literis plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem petitio, ſubiungebat, idem Euerardus præpoſitus cupiat, indulgentiam huiuſmodi, quam pluribus pro quibuslibet dictæ ſocietatis Eccleſiis conceſſam fuiſſe, iudicatum, extitit: cuius quidem vſu, ſi pro vnica tantum Eccleſia quolibet anno eſſet futurus, ratò admodū cuilibet dictæ ſocietatis Eccleſiæ, ob magnam illius Eccleſiatū, Deo benedicēte, multiplicationem, vſque modo per diuerſas totius orbis Chriſtiani partes factam, id cōtingere poſſet ſicuti è conuerſo eo maiori pietate, ac deuotionis feruore Chriſti fideles, per eūdem Chriſtianum orbem, ad pœnitentiæ, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramenta frequentanda, Chriſto propitio accederent, quo maioribus, & frequentioribus, in ſingulis eiuſdem ſocietatis Eccleſiis, quolibet anno, ad id à nobis, ſanctaq. ſede Apoſtolica gratiis, & indulgentiis ſe inuitari cognoſcerent eiſdem Chriſti fidelibus, in qualibet dictæ ſocietatis Eccleſia ſuffragari. Ac etiam eiſdem presbyteris, propter itinerum, & alia impedimenta, quæ frequenter eueniunt, facultate celebrandi miſſas, etiam per horam ante auroram, & infra horam poſt meridiem, vti licere, necnon conceſſionem promouendi ad quoſcumq. gradus, ad Collegij cuiuslibet prȩfectum ſtudiorū, in quo Philoſophiæ, vel Theologiæ lectiones ordinariæ habentur, extendi, necnon lectores dictæ ſocietatis, in illi⁹ Collegiis, vbi vniuerſitates fuerint, ſtudiorum generalium, dummodò de mane, per vnam, & de ſero, per aliam, horas, cum aliis vniuerſitatum lectoribus præfatis, qui hoc poſtulauerint, non concurrant, publicè legere poſſe. Quare pro parte dicti Euerardi Præpoſiti, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui perſonarum quarumlibet, præſertim Deo famulantium, votis, quantum cum Deo poſſumus, libenter annuimus. Euerardum præpoſitum præfatum à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, ac ſingularum literarum præfatarū tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod prædicta indulgentia, omnibus, & ſingulis vtriuſq. ſexus Chriſti fidelibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ cibo refectis, qui Circunciſionis Dominicæ, vel alio per præfatum Euerardū Præpoſitum, ſeu viſitandi loci ſuperiorē, ſemel pro ſemper, nominando die quamlibet, ex dictæ ſocietatis Eccleſijs, ſeu capellis, aut piis locis, vbicūq. ſocietatis hmōi Religioſos habitare cōtigerit, dūmodò ipſi plures eiuſdem Societatis Eccleſiæ in eadē ciuitate, terra, vel loco fuerint, vna tantum ex eis, ad id, per illius Generalem Præpoſitum ſtatuatur, annis ſingulis, deuotè viſitauerint, & inibi quinquies orationem Dominicam, & totidem ſalutationem Angelicam recitauerint, vel aliàs ad Deum orationes pro Sanctæ matris Eccleſiæ exaltatione, fideiq. Catholicæ incremento effuderint, & aliàs, iuxta illius continentiam, & tenorem ſuffragetur. Necnon presbyteris Societatis huiuſmodi, vt miſſas per horam ante auroram, & infra horam, poſt meridiem itineris, vel alterius legitimi impedimenti cauſa, de ipſius Euerardi, & pro tempore exiſtentis Præpoſiti Generalis, vel cuiuſuis alterius, ad id ab eo deputati licentia, celebrare valeant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpeciali gratia indulgemus. Et inſuper facultatem præfatam promouendi ad gradus in philoſophia, vel Theologia, ad cuiuſlibet dictæ Societatis collegij ſtudiorum, in quo artium, vel Theologiæ facultatis huiuſmodi, pro tēpore legentur, præfectum, & aliàs in omnibus, & per omnia, iuxta literarum præfatarum tenores, auctoritate, & tenore prædictis, extendimus, & ampliamus. Ac etiam, quod lectores dictȩ ſocietatis, in illis Collegiis, in locis, vbi vniuerſitates ſunt ſtudiorum Generalium, dummodò mane per vnam, & de ſero, per aliam, horas, cum aliis Vniuerſitatū huiuſmodi lectoribus, qui id poſtulauerint nō concurrant,

1 *Vide in 2. to. qq. reg. q. 81. cum ſeqq in quibus agitur de indulg.*

2 *Vide in 2. to. qq. regu. q. 42. ar. 2.*

3 *Vide in 2. to. qq. reg. q. 40. ar. 5. & 6.*

4 *Vide in 2. to. qq. reg. q. 130. art. fin.*

currant, publicè legere poſſint, & valeant. Reliquis omnibus, in eiſdem literis contentis, in ſuo robore, & ſtatu permanſuris, eiſdem authoritate, & tenoac, etiam de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus. Sicque per quoſcumq. Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicaodi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere. Ac quidquid ſecùs, ſuper his, à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentaxi contigerit, irritum, & inane decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopo Valentin. & Pariſien. ac Salamantioen. Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vous eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Euerardi Prępoſiti, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, authoritate noſtra, eaſdem præſentes, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos ipſæ coocernũt, illis pacificè gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris remedia, authoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, ſententias, cenſuras, & pœoas iocurriſſe declarando, necnon eas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantibus piæ memoriæ, Bonifacij Papæ VIII. et prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, nequis extra ſuã ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnã dietam, à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium vocetur, ſeu ne Iudices à ſede prædicta deputati, extrà ciuitatem, vel diœceſim, io qoib. deputati fuerint, per quoſcumq. pcedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſis eorondem, trahere præſumant: Et de duabus dietis in Concilio Generali ędita, dũmodo vltra tres dietas aliquis, authoritate præſentium, ad iudicium noo trahatur, & aliis conſtitutionibus, & ordinatiounb. Apoſtolicis, necnon omoibus illis, quæ dicti prædeceſſores in ſingulis eorum literis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliqnibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, qood interdici, ſuſpendi, vel excommuuicari non poſſiot, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmudi mentionem. Cæterum, quia difficile foret, eaſdem pręſentes literas, ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret, deferri, volumus, & ſimiliter authoritate Apoſtolica decernimus, quod ipſarum præſentium trãſumptis, etiam impreſſis, manu vnius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ io digoitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, & habeatur, quæ adhiberetur, & haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolotionis, iodultorum, extenſionis, ampliationis, cõceſſionis, decretorum, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſorum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anoo Incarnationis Dominicæ, 1578. Nonas Maij. Pontific. noſtri, anno 6.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

Facultas aperiendi literas ſacræ Pœnitentiariæ.

Dilecto filio Clandio Aquauiuæ Præpoſito Generali Societatis Ieſu.

GRegorius Papa XIII. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi oobis nuper feciſti, quod aliàs quondam Alexander Frumentus, tunc officij ſacræ Pęnitentiariæ Regens, dilectis filiis presbyteris ſocietatis Ieſu, cui præeſſe dignoſceris, etiã ſi nullo Magiſterij in ſacra Theologia, & doctoratus io iure Canooico gradibus inſigniti eſſent, aliàs tamen idooeis, & approbatis, ipſius ſocietatis confeſſariis, vt quaſcumq. obſignatas, etiam Magiſtris io Theologia, vel iure Canonico Doctoribus, directas, in furo conſcieotię, eiuſdẽ ſacræ Pœniteotiariæ literas apetire, & abſolutionis beneficium, iuxtà illarum diſpoſitiooem, impẽdere poſſent, & valerẽt, verbotenus conceſſit, eaq. facultate ipſi presbyteri hactenus vſi ſunt. Cũ itaq. ipſius ſocietatis religioſi, ad huiuſmodi gradus, niſi pro neceſſitate ſcholarum ſuarum promoueri non ſoleant, pœnitẽtes etiam ad ipſos presbyteros cum ſuis literis abſolutionem in dies recurrãt, & importunè obſecrent, oportunè etiam eos iuuari conuenit. Nos idcircò, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, presbyteris ſocietatis huiuſmodi per te, vel tibi ſubordinatos illius ſuperiores, de tua licentia deſignandis, & ab Ordinariis locorum approbatis, vel approbandis, etiam ſi Magiſterij, vel Doctoratus, aut aliis gradibus inſigniti oon ſint, literas huiuſmodi apetiendi, confeſſionibuſque fidelium ad ipſos recurrentium auditis, & impoſita ſalutari in illis expreſſa, vel de iure infligenda pœnitentia, abſoluendi, ac in foro, conſcientiæ, quaſcumque ſibi verbo, vel ſcriptis, commiſſas abſolutiooes, diſpenſationes, & pœnitentiarum iniunctiones, excipiendi, exequendi, & limitandi, facultatem tenore præſentium, concedimus, & impartimur. Non obſtantibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo tuo, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Aprilis, 1582. Pontifi. noſtri, anno 10.

Vide in 1. 10. qq. regu. q. 63. ar. 8.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

Conceditur Præpoſito generali vt de eius licentia Societatis Religioſi etiam profeſſi ad quoſuis alios regulares ordines tranſire valeant.

GRegorius Papa Decimus tertius, Ad futuram rei memoriam. Cum aliàs fœl. rec. Paulus Papa Tertius, Societati Ieſu, inter alia, conceſſerit, vt eorum nemo, ſiue profeſſus, ſiue ſcholaris, ſiue coadiutor ex dicta ſocietate egrediens, ad alium, quã ad Carthuſiẽſium ordinem, niſi de expreſſa Romani Põtificis, vel præpoſiti generalis dictæ ſocietatis licentia, ſe conferret. Itemque Pius Papa Quartus, voluerit, vt ne quis prędictorum, ab eadem ſocietate, prætextu cuiuſuis indulti, vel quæſito colore melioris vitæ, vel ſtrictioris obſeruantiæ, etiam ad Mendicantium, vel Ciſtercienſium, ſeu Sancti Benedicti,

Vide in 1. 10. qq. reg. q. 52. per totam.

bus, & decretis, priuilegijs quoq. indultis & literis Apoſtolicis, eiſdem monaſterijs, conuentib. prouincijs, locis, ordinis, ſuperioribus, & perſonis, ac etiam noſtris, & ſedis Apoſtolicę, etiam de latere legatis, nuntijs, & ordinarijs, locorum, ac quibuſcũque alijs, per quoſcumq. Rom. Pont. prædeceſſores noſtros, ac nos, & prædictam ſedem, ſub quibuſcumq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantib. & aliis decretis, in genere, & in ſpecie, & motu proprio, & conſiſtorialitee, aut aliis quomodolibet, & ex quibuſcumque, & vrgentibus, vrgentiſſimis, & neceſſarijs cauſis quaodocumque, ac quomodocumq. & quotieſcũque conceſſis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnib. etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione ſpeciali, de illis eorumq. totis tenotibus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, vel alia quæuis expreſſio habẽda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, necnon modos, & formas, ac decreta in illis appoſita, pro ſufficienter expreſſis habentes, ad effectũ omnium præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpẽdi, vel excommunicati nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Maij, 1578. Pont. noſtri, anno 6.

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio, Ioanni de Pricetis, Abbati monaſterij S. Ioannis Præmonſtrat. Laudunen. diœceſis. Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur, quod iuſtum eſt, & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, vt per ſolicitudinem officij noſtri, ad debitum perducatur effectũ. Sanè ſicut tu, qui totius ordinis Præmonſtratenſ. caput, & reformator generalis, ad præſens apud ſedem Apoſtolicam conſtitutus exiſtis, nobis nuper exhibuiſti, dum fœl. recorda. Honorius Secundus, & Hoorius Tertius, ac Honorius Quartus, necnõ Adrianus Secundus, Adrianus Quartus, Alexander III. Alexander IIII. Alexander V. Innocentius II. Innocentius III. Innocentius IIII. Innocentius V. Lucius Tertius, Bonifacius Octauus, Clemens Tertius, Clemens Quintus, Clemens Sextus, Clemens Septimus, Gregorius Octauus, Gregorius Nonus, Gregorius Decimus, Ioãnes XXII. Ioannes XXIII. Nicolaus IV. Nicolaus V. Vrbanus III. Vrbanus IV. Vrbanus V. Cæleſtinus Secundus, Sixtus Quartus, Pius Secundus, & Iulius Secundus. Nonnullique alij Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa priuilegia, indulta, exemptiones, cõceſſiones, iuriſdictiones, & iura, dicto ordini, & præfato, cæteriſque monaſterijs, ac prioribus, & alijs locis ordinis huiuſmodi, illorum Abbatibus, priorib. conuẽtibus, ac perſonis conceſſerunt, quæ tam tuo, quam eorum nominibus, à nobis, Apoſtolico petijſtis munimine roborari. Nos igitur, tuis in hac parte iuſtis poſtulationib. grato conuenientes aſſenſu, priuilegia, indulta, exemptiones, conceſſiones, & iura prędicta, necnon parochiales Eccleſias, & alia beneficia Eccleſiaſtica, monaſterijs, & prioratibus ipſis, ac monaſteriorum, & prioratuum eorundem Abbatialibus, & conuentualibus menſis, canonicè vnita, annexa, & incorporata, necnon libertates, & exẽptiones ſecularium exactionum ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, & alijs Chriſti fidelibus, ſibi, & alijs Abbatibus, prioribus, & perſonis rationabiliter indultas, quatenus ſint in vſu, & decretis Concilij Tridentini non repugnẽt, nec concordatas cum nationibus, & ſede Apoſtolica obſint, nec reſeruationes, aut affectiones Apoſtolicas impediant, ſibi, & eiſdem Abbatibus, priorib. monaſterijs, conuentib. locis, & perſonis, Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communicationis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi. 1578. nonis Maij, Pontif. noſtri, anno 6.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Præcipit, vt feſtum Sancti Norberti, ſexta die Iunij, cum duplici, & octauis celebretur.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Immenſæ diuinæ ſapientiæ altitudo, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, dignata eſt olim per Prophetã reuelare, Deũ laudari velle in ſanctis ſuis, quod nos ad Sanctorũ memoriam, debita ſolemnitate celebrandum, eo magis inuitat: quia dum eorum merita recenſentur virtutum quoque exempla fidelibus ad imitandũ proponuntur, vt per ea gradientib. ipſi pariter ad cœleſtem Beatitudinem eorum Sanctorum ſuffragijs adiuti, facilius valeant peruenire. Quapropter nos, qui fide dignorum, præcipuè dilectorũ filiorũ Philippi, tituli Sancti Sixti presbyteri Cardinalis Boncompagni nuncupati, maioris Pœnitentiarij noſtri, & Præmonſtrat. ordinis protectoris, ac Ioãnis Abbatis monaſterij Præmonſtraten. Laudunen. diœc. relationib. intelleximus, quod præfatus ordo à Beato Norberto eximiæ ſanctitatis viro, qui etiã Eccleſiæ Magdeburgen. præfuit, iã ſupra quadragentos annos fundatus, & inſtitutus fuit, dignum, quin potius debitum reputamus, quod B. ipſe Norbertus in veneratione, ac honore habeatur in terris, qui nunc honoratur in cęlis, & cuius vita bene placens Deo, plurimis claruit miraculis, ſicut fide digna grauium Auctorum, monumenta teſtantur, Ioanni Abbati, ac vniuerſo ordini præfatis, vt erga patrem ſuum, gratos, & deuotos filios ſe valeãt exhibere in perpetuũ, vt feſtum ipſius S. Norberti cõfeſſoris, atq. Pontificis, die ſexta Iunij, qua idem Sanctus Norbertus, ex hac vita migrauit, ad cælum cum ſua octaua officio duplici de vno cõfeſſore, ac Pontifice, in omnib. & ſingulis dicti ordinis monaſterijs, Eccleſijs, & locis anniuerſaria ſolemnitate, in perpetuũ celebrare, ac eiuſdem Sancti commemorationem, quandocumque aliæ conſuetæ commemorationes ex monaſtico dicti ordinis inſtituto vel ritu fieri debẽt, facere, necnon præfatum Sanctum Norbertum, qui in plurib. Martyrologijs vſu Catholicæ Eccleſiæ receptis, in ipſa ſexta die Iunij deſcriptus, & annotatus reperitur, in Kalendario eiuſdem ordinis tantum, ſub eodem die ſexto Iunij profecto duplici, cum ſua octaua deſcribere, & adnotare, liberè, & licitè valeant, per præſentes cõcedimus. Sicque ab omnib. præfati ordinis vtriuſque ſexus regularib. perſonis, pro tempore exiſtentib. perpetuo obſeruari debere, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium mandamus, ſtatuimus, & ordinamus. Non obſtantib. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis, & eius monaſteriorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentiũ tranſumptis,

De indulſ. ijs pro celebratione feſtorum. Vide in 2. to. qq. 20. q. 68. per tot.

Digitized by Google

ſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti ordinis, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadẽ prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ iiſdẽ præſentib. adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hanc paginã noſtræ conceſſionis, mãdati, ſtatuti, ordinationis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Marcum, anno Incar. Domin. 1582. 5. Kalen. Auguſti, Pont. noſtr. anno 11.

Pro Societate Ieſu.

Bulla XVIII.

Facultas conſeruatores iudices aſſumendi in quibuſcumque cauſis.

S V M M A R I V M.

1 *Conſeruatores iudices eligere poſſunt Societatis tum religioſi, tum familiares clerici.*
2 *Conſeruatores in moleſtiis, & damnis datis religioſis, ſummarie procedant, in aliis vero, prout rerũ qualitas exegerit.*
3 *Conſeruatorum facultas maxima.*
4 *Vbi Conſeruatoria per quaſcumque alias derogationes non cenſetur derogatum.*
5 *Quilibet conſeruator poteſt proſequi articulum per alium inchoatum.*

Vide in to. 2. 49. ve. q. 61. per totã quaſ. GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Aequum reputamus, & rationi conſonum, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet (eius ſuperueniente obitu) literæ Apoſtolicę deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum. Dudũ ſiquidem fœlicis record. Pio Papa V. prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum præpoſiti generalis, & religioſorum Societatis Ieſu expoſito, quod cum dicta Societas, benedicente Domino, lõge lateque eſſet propagata, ac ad Dei laudem, & honorem, militãtiſque Eccleſiæ profectum, in dies augeretur, & propter diuerſa bona temporalia, quæ collegia ſcholarium, ſub eorum cura inſtituta poſſidebant, conſeruanda, & recuperãda, lites, aliaque forenſia, frequenter ſubire neceſſario cogerentur; exindeq. fieret, vt eius perſonæ, quæ animarũ ſaluti implicitæ litium anfractus, qui ab eorum inſtitutis valde diſſonabant, euitare cupiebant, ab earum miniſterio, non ſine animi ſui dolore, cum animarum huiuſmodi diſpendio diſtraherentur, & eidem prædeceſſori, pro parte eorundem præpoſiti generalis, & religioſorum, aſſerentium eorũ bona à quorumcumque locorum ordinariorum iuriſdictione, libera, & exempta, ac ſub Romani Põtificis, & ſedis Apoſtolicæ protectione, aliàs recepta fuiſſe, humiliter ſupplicando, vt eorũ quieti more Pij patris, ac aliàs in præmiſſis oportunè conſulere, de benignitate Apoſtolica dignaretur idem prędeceſſor, qui ad gratos Deo, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipulicæ, vtiles, & neceſſarios fructus, quos Societatis prædictæ perſonæ, in vinea Domini ſemper proferebant debitum reſpectum habebat, facere nullo modo poterat, quin ipſis ea cõcederet, per quæ ipſi, eorumq. res à noxijs, iuſtitiæ miniſterio præſeruarentur, eoſdẽ præpoſitum generalem, & religioſos, ac eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtebant, ad effectum infraſcriptorũ duntaxat conſequendum, abſoluens, & abſolutos fore cenſemus, huiuſmodi ſuplicationib. inclinati, ſub Dat. videlicet 8. Kalend. Iunij, Pont. ſui, anno 3. eidem Societati, ſinguliſq; illius perſonis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen inſignitis, vt in quibuſcumque cauſis, tam ciuilib. quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conuenti, rei forent, ipſi cõtra quaſcumque communitates, & collegia huiuſmodi, omnes, & ſingulos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ac Abbates, necnon alias perſonas, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum vicarios in ſpiritualibus, & officiales generales vbilibet conſtitutos, in ſuos poſſent aſſumere cõſeruatores, & iudices ordinarios, indulſit. Ipſis vero ſic electis, vel duob. aut vni eorum, vt per ſe, vel alium, ſeu alios, etiamſi extra loca, in quibus conſeruatores, & iudices deputati forent, eidem Societati, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permitterent Societatem, collegiaque huiuſmodi, ſuper terris locis, domibus, poſſeſſionibus, & iuribus, necnon fructibus, cenſibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuſcumq. alijs bonis, mobilibus, & immobilibus, ſpiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegiis, & indultis, eis, & dictæ Societati, tam Apoſtolica, quam ordinaria, & aliàs ritè regia auctoritatibus conceſſis, & aliis rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuiſim ſpectantibus, à quibuſcumq. perſonis, tam ſæcularib. quam Eccleſiaſticis, ac quacumque auctoritate, & ſuperioritate fungentibus, quoquomodo indebitè moleſtari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari facerent, qui cũ ab eiſdem Societate, aut perſonis, vel procuratoribus ſuis, ſeu aliquo ex eis, forent requiſiti ſuper reſtitutione locorum, terrarum, domorum, poſſeſſionũ, iurium, & bonorum, mobilium, & immobiliũ, redituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcumq. bonorum, necnon priuilegiorum, & indultorum, eis tunc, & pro tempore conceſſorũ, obſeruatione, necnon de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis, damnis, tunc præſentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout eorũ qualitas exegiſſet, iuſtitiæ complemẽtum, occupatores, ſeu detẽtores, præſumptores, & iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet, & rebelles, etiãſi aliàs, quàm vt præfertur, qualificati exiſterẽt, quãdocumq. & quotieſcumque expediſſet, auctoritate Apoſtolica, per ſentẽtias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: legitimiſq. ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eos, quos ſentẽtias, cenſuras, & pœnas per eoſdem conſeruatores, ſeu iudices, pro tẽpore latas, incurriſſe, eis conſtitiſſet, eas incurriſſe declararent, & quoties opus fuiſſet, etiam iteratis vicibus aggrauarẽt, necnon auxilium brachij ſecularis inuocarent, commiſit, & mandauit. Ac inſuper ſi per ſummariam informationem per eos ſuper his habendam, ipſis conſtitiſſet, quod ad loca, in quibus occupatores, præſumptores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, ac alios, quos literæ tunc deſuper cõficiendæ cõcernerent, pro tẽpore morari contigiſſet, pro monitionibus, & inhibitionibus ipſis, ac citationibus eis faciendis, tutus non pateret acceſſus, iudicibus, & conſeruatorib. huiuſmodi, monitiones, & citationes præfatas, ac inhibitiones quaſlibet, per edicta publica locis publicis affigenda, de quib. eſſet veriſimilis coniectura, quod ad ipſorum monitorum, citatorũ, & inhibitorum notitiam, peruenire valerent, faciendi, necnon eiſdem occupatorib. deten-

toribus, præſumptorib. moleſtatoribus, Iniuriatoribus, contradictorib. & rebellibus, etiam ſub cēſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniarijs, eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibuſuis inhibitionib. eis pro tempore, etiam prætextu quarumcumque literarum conſeruatoriarum, ſeu priuilegiorū Apoſtolicorū, quibuſlibet conceſſorum, & concedendorum, pro tēpore factis, non obſtantibus eorum iuriſdictionē, liberè exercendi, loca ad quæ eos declinare contigerit, & in quibus ſcienter ſtate permiſſi forent, eccleſiaſtico interdicto ſubijciendi, plenam, & liberam facultatem conceſſit. Ac monitiones, requiſitiones, inhibitiones, & citationes ſic factas, perinde ipſos monitos, requiſitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac ſi eis perſonaliter factæ, inſinuatæ, & intimatę forēt. Ac tunc deſuper conficiēdis literis, & in eis contentis diſpoſitionibus, per quaſcumque derogationes, in quibuſuis alijs literis Apoſtolicis, gratiā, vel iuſtitiā, & mixtim cōuenientibus, per eundem prædeceſſorem, & ſedem Apoſtolicam, etiam cum derogatoriarū derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & per quas earundem literarum tunc deſuper conficiendarum tenor, acſi de verbo ad verbū, in eis inſertus foret, pro expreſſo haberetur, quibuſcū que perſonis, ſeu in eorum fauorem, etiā motu proprio, & ex certa ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſas, & factas, ac faciendas, & cōcedendas, nullatenus derogatum cenſeretur, aut derogari poſſet, niſi tenor earundem tunc deſuper conficiendarum literarum, de verbo ad verbū, nihil penitus omiſſo, foret in illis inſertus, & derogatio pro tempore facta huiuſmodi, per trinas diſtinctas literas, eundem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus, eidem Societati Intimata, & inſinoata foret, & quod aliter earundem literarum tunc deſuper cōficiendarum, pro tempore factæ derogationes nemini ſuffragarentur. Quodq. quilibet iudicum, & conſeruatorum præfatorom valeret proſequi articulū, etiam per alium inchoatum, quāmuis idem inchoans nullo foret canonico impedimento præpeditus, quodque cuilibet conſeruatorum, & iudicum eorundem, ab eadem die octauo Kalen. Iunij, eſſet in præmiſſis omnibus, ac eorum ſingulis, cæptis, & non cæptis, tunc præſentibus, & futuris, perpetua potaſtas, & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eaq. firmitate, poſſent in præmiſſis omnibus cæptis, & non cæptis, tunc præſensibus, & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula corā eis cæpta fuiſſent, & eorum, cuiuſlibet ipſorum iuriſdictio de pręmiſſis omnib. & ſingulis, per citationem, vel modum alium, perpetuata legitimè extitiſſet, ſicq. per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, & cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicādi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere: ac ex tunc, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentati contigerit, irritum, & inane decreuit. Non obſtantibus piæ memoriæ, Bonifacij Papę VIII. etiam prædeceſſoris noſtri, qua cauebatur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium euocaretor, ſeu ne iudices, à ſede prędicta deputati, extra ciuitatem, vel diœceſim, io quibus deputati forent, contra quoſcumq. procedere præſumerent: & de duabus dietis in Concilio Generali ædita, dummodò nō vltra tres dietas aliquis, vigore earundem literarum tūc deſuper conficiendarum, extraheretur, & quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in prouincialib. & ſynodalibus Concilijs editis, generalib. vel ſpecialibus cōſtitutionibus, & ordinationib. ac quibuſuis, iuramēto, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſuis Regib. Ducibus, Comitibus, cæteriſq. cuiuſcumque dignitatis, qualitatis, & præeminentiæ, ac ordinis, etiam mendicantium, & conditionis exiſtentibus perſonis, in genere, vel in ſpecie, ac cū quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficaciorib. & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, quomodolibet, etiam iteratis vicib. conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnib. idem Pius prædeceſſor, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſeruāda foret: tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, pro ſufficiēter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permāſuris, ea vice dontaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogauit, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Voluit inſuper idem Pius prædeceſſor, quod literarum tunc deſuper conficiendarum tranſumptis, manu alicoius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicoius perſonæ in dignatione Eccleſiaſtica conſtitutæ, monitis, eadē prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalib. literis adhiberetur, ſi forēt exhibitæ, vel oſtēſę. Ne autē de abſolutione, indulto, & alijs præmiſſis, pro eo, quod ſuper illis, ipſius Pij prædeceſſoris eius ſuperueniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſaq. Societas illorū fruſtretur effectum, volumus, & ſimiliter Apoſtolica aothoritate decernimus, quod indultū, & alia præmiſſa, perinde à dicto die 8. Kal. Iunij ſuū ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis, ipſius Pij prædeceſſoris literæ confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodq. præſentes literæ ad probandum plenè abſolutionem, indultū, & alia præmiſſa, vbique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationē Omnipotentis Dei, & B. Petri, & Paoli, Apoſtolorū eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ, 1572. 8. Kalē. Iunij, Pontiſ. noſtri anno 1.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Facultas medendi, circa aduſtionem, & inciſionem, & c. pro medicina peritis.

GRegorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Vnigenitj Dei filij Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti vices, licet immeriti, gerentes in tertis animarum ſalutem, quibus poſſumus, medijs, ſedulo procuramus. Cum itaque, ſicut experientia compertum eſt, Chriſti fideles, ad religionē, & pietatem plurimum moueantur, ſi ſpirituales, & religioſas perſonas, in ipſos, & alios, charitatis officia, non ſolum ad animarum, ſed etiam corporum ſalutem, exercere experiātur. In Societate autem Ieſu, ſicut accepimus, non deſint aliqui religioſi medicinæ periti, quorum opera, maximè in regionib. Medicorum penuria laborantib., dum ſæpe ad infirmis ſpiritualia exhibendum, officia, & animos iuuādas vocantur, etiā ægris corporibus curandis, poſ- *Vide in 2. 10. qq. 20. 4. 101. art. 3.*

ſet eſſe perutilis, & id pietatis opus, in animarum quoque, non modicam ædificationem, & Omnipotentis Dei laudem redundaret. Vt igitur religioſi præfati id, abſque aliquarum cenſurarum, ſeu pœnarum incurſu, & conſcientiæ ſcrupulo, valeant exercere; Omnibus, & ſingulis præfatæ Societatis Ieſu religioſis, Medicinæ peritis, nunc, vel in futurū pro tempore exiſtentibus, vt de ſuorum ſuperiorum licentia, quibuſcumq. perſonis infirmis, ſiue illæ eiuſdem Societatis religioſi, ſiue extranei, & ſæculares fuerint, abſq. aliquo conſcientiæ ſcrupulo, aut aliquarum cenſurarum, & ſententiarum Eccleſiaſticarum, vel aliarum pœnarū incurſu, citrà tamen aduſtionem, & inciſionem per ſe ipſos faciendam, medici, liberè, & licitè valeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, quando tamen medici ſeculares commode haberi non poſſunt, indulgemus, & ad id licentiam, & facultatem eis concedimus, & impartimur. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ Societatis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Februarij, anno 1576. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XX.

Facultas alienandi in euidētem vtilitatem, iuxta Societatis conſtitutiones.

SVMMARIVM.

1 *Generali, informatione accepta, quæcumque bona domorum, & Collegiorum in euidentem eorum vtilitatem alienare poteſt.*
2 *In Emphyteuſim ad tres generationes tantum, poteſt fieri alienatio.*
3 *Generalis extra Europam contractuum confirmationes committere poteſt.*
4 *Contractus ſic factis, ex nunc auctoritate Apoſtolica approbantur.*
5 *Contrahentes ad contractuū obſeruationē tenentur.*
6 *Iudices pro horum conſeruatione deputantur.*

Vide in 1. 20. q. 9. regu. 9. 17. par. to. tom. 9.

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam, Apoſtolicæ ſedis circunſpecta benignitas, in quarumuis religionum, præſertim earū, quæ Gregi Dominico inuigilant, ac prædicationibus, & lectionibus, tum humanis, tum ſacris inſiſtunt, commodis, & vtilitatibus conſequendis, prouidentiæ ſuæ auctoritatem interponit & quāto poteſt fauore proſequitur. Sanè dilectus filius, Euerardus Mercurianus, præpoſitus generalis Societatis Ieſu, nobis nuper exponi fecit, quod cum literis, tā fœ. re. Pauli III. quàm piæ memoriæ, Iulij etiā III. Rom. Pont. prædeceſſorum noſtrorum, in fauorem dictæ Societatis emanatis, & per dictorum Pontificum ſucceſſores, & nos reſpectiuè confirmatis, ac eiuſdem ſocietatis conſtitutionibus, omnimoda collegiorum illius, ac etiam temporalium bonorū ad ipſa collegia ſpectantium gubernatio, ad pro tempore exiſtentem, præpoſitum generalem, vel ipſam Societatem, ita tamen, quod in ipſius præpoſiti, aut profeſſæ Societatis, vel alios, quàm ipſorū collegiorum vſus, bona huiuſmodi expendi, aut diſtrahi nō poſſint, ſed in ſtudentium vtilitatem ſic cōuerti, vt illis dictis bonis abuti non valeant, ſpectare, & pertinere dignoſcatur: indeq. fiat, vt collegia ipſa capitulariter nullo modo congregentur, ſed oīs facultas celebrandi contractus, prout per eaſdem conſtitutiones, ac etiam primam ipſius Societatis generaliter habitam cōgregationem, ſtabilitum, & declaratum fuit, penes eundem præpoſitum pro tempore exiſtētem reſideat. Cumq. etiam dicta Societas, quæ ordo Mendicans exiſtit, al· ‹um ordinū Mendicantium ſuper cōtractibus ineundis à ſede Apoſtolica conceſſis priuilegiis gaudeant; Noſq. eidem Euerardo præpoſito, & Societati, vt interuenientibus illis duntaxat, qui n ore S'cietaris prædictæ, & ſecundum eius conſtitutiones, & ſtatuta, regimen, & adminiſtrationem domorum, & collegiorum iuuare, & promouere ſolent, ſeruato in eiuſmodi congregationibus peculiari, ac proprio dictæ Societatis procedendi modo, priuilegiis illis vtēdi, necnō contractus ineundi, licentiam, & facultatem conceſſerimus, prout in ſingulis literis Apoſtolicis deſuper cōfectis, plenius cōtinetur. Tamen, quia nec modus ille, quis ſit, nec oēs, per quos præpoſitus generalis facultatem hmōi alioquin exercere poteſt, in dictis noſtris literis ſatis expreſſi fuere. Ac etiā, quia eidem Societati, priuilegiis, & literis Apoſtolicis hmōi, tum quod variis literis, & munimentis cōceſſa ſunt, vti, & illa ad ſingulos contractus ineundos afferre diſpendioſum moleſtumq. exiſtit, tum quod in nonnullis regionibus, emphyteuſes ad tres vitas cōcedi ſolent, nec particulares homines, illas ad breuius tempus accipere facilè adducuntur. Et propterea, ac etiam, ex eo, quod nonnunquam pro collegiorum ipſorum, necnō domorum probationis, vel aliorum locorum eiuſdem Societatis neceſſitate, bona huiuſmodi, locare, alienare, permutare, vel in emphyteuſim, ſeu libellum dare expedit; ac quandoq. contingit, vt conditio ſemel oblata, ſi prætermittatur, non paruam afferat iacturam, pro parte dicti Euerardi præpoſiti, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt præmiſſa omnia plenius declarare, & aliàs in eiſdē opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui operarios in vinea Domini, præſertim pondus diei, & æſtus ſuſtinentes, ſincero proſequimur affectu, noſtrarum, ac eorundem prædeceſſorum noſtrorum literarum, necnon Societatis prædictæ, conſtitutionum, aliorumque præmiſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis habētes, & eundem præpoſitum, ac dictæ ſocietatis ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpēſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, hmōi ſupplicationibus inclinati, eiuſdem ſocietati, ac generali præpoſito moderno, & pro tempore exiſtenti, vt ex nunc de cætero perpetuis temporibus; informatione de cōtractibus ineundis per literas, vel aliàs, prout ipſe generalis ſtatuerit, à ſubordinatis localibus præpoſitis, vel Rectoribus, aut præfectis, ſeu eorum vices gerētibus, vel à prouincialibus, ſeu viſitatoribus aut Cōmiſſariis, vel ab aliis ſibi benè viſis, auditis iuxta eorum inſtitutum cōſultoribus, accepta quæcumque domorum, tum profeſſarum, tum probationis collegiorum, & aliorum locorū eiuſdem Societatis vbilibet conſiſtentium, bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia, necnon, & precioſa mobilia, cuiuſcumque qualitatis, & quantitatis, ac valoris, & in quocumq. loco poſita, pro pretio, & ſub pactis, conditionibus, modis, & formis hinc inde conueniendis, in euidentem tamen domorum, & collegiorum huiuſmodi vtilitatem, per ſe, vel alium, ſeu alios, vendere, alienare, permutare, ac ēt in Emphyteuſim, ſeu libellum ad tres generationes, vel nominationes tantum, ſeu ad aliud lōgum tempus, pro affectu ſibi bene viſo concedere, abſque aliis à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris Rom. Pont. pro tempore exiſtentibus, aut ſede prædicta,

vel

vel illius de latere legatis, ſeu Nuntiis, aut etiam locorum ordinariis petenda, vel obtinenda licentia, ſeu confirmatione, liberè, & licitè poſſit, & valeat, concedimus, & indulgemus. Ita tamen, quod ſi ex eiuſdem generalis præpoſiti facultate, pro rerum exigentia opus ſit, in Europæ videlicet prouinciis, ante datam eidem præpoſito informationem, contractus alienationum fieri, dominiũ nihilominus, & poſſeſſio bonorum quorumuis, ſuper quibus cõtractus huiuſmodi initi fuerint, penes domos, collegia, ac loca prædicta, donec ipſe generalis rem confirmauerit, aut ſuum conſenſum deſuper præſtiterit, remaneat, ac remanere intelligatur. In Indiis verò, & aliis extra Europam regionibus, contractuũ huiuſmodi confirmatio, ipſis prouincialibus, aut viceprouincialibus viſitatoribus, ſeu Commiſſarijs, ſimili per eos informatione accepta, committi poſſit ab ipſo generali præpoſito, aliàs, & in euentũ, in quem ordo ſupra ſcriptus non fuerit obſeruatus, venditio, alienatio, permutatio, locatio, & cõceſſio, ac contractus, necnõ inde ſequuta quæcumque, nulla, & inualida, nulliuſq. roboris, ac momẽti exiſtãt. Ac ita in præmiſſis, ſic perpetuò declaramus, & decernimus. Et nihilominus ex nunc, prout ex tunc, & è contra, poſtquã venditiones, alienationes, permutationes, locationes, conceſſiones, ac contractus pro tpe, vt præmittitur, facti, & per dictum præpoſitum generalẽ approbati, & ratificati fuerint, ſeu cõſenſus eiuſdem præpoſiti generalis interuenerit, eaſdem venditiones, alienationes, permutationes, locationes, conceſſiones, & contractus, & inde ſequuta quæcumque, necnon inſtrumenta, & ſcripturas deſuper pro tempore confectas, Apoſtolica auctoritate approbamus, & cõfirmamus, ac perpetuę firmitatis robur obtinere debere ſtatuimus: omneſque, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui forſan interuenerint, quomodolibet in eiſdẽ, ſupplemus. Decernentes ea omnia, abſq. alia deſuper ordinaria, vel Apoſtolica, aut alia authoritate, ſeu de ſedis Apoſtolicæ commiſſione faciendo examine, ac præſentes, & in eis contenta validas, & efficaces, validaque. & efficacia, perpetuò fore, necnõ ab omnibus obſeruari debere, ipſoſque contrahentes ad contractuum, & ſtipulatarum conuentionũ obſeruationem, omninò teneri, ac ſuper præmiſſis, & inde ſequutis quibuſcumque, per quoſcumque quauis auctoritate, quomodolibet moleſtari, vel impediri non poſſe. Necnon irritũ, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter cõtigerit attentari. Quocirca, venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis, eorum in ſpiritualibus vicariis, aut officialibus generalibus, & curiæ cauſarũ cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, necnõ Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & capitulis, ac aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & in futurum ſpectabit, per eaſdem præſentes cõmittimus, & mandamus quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte generalis Præpoſiti, vel aliarum perſonarum eiuſdem Societatis, aut alicuius eorũ, ſuper his fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum cuilibet in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque, ab omnibus, quos illa cõcernunt integrè, & inuiolabiliter obſeruari. Non permittentes eos, aut eorum aliquem deſuper, contra earundem præſentium tenorem, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſq. ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiã iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularibus. Non obſtantibus fœ.rc. Boniſ. VIII. de vna, & in Cõcilio generali edita, de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas quis vigore præſentiũ ad iudicium nõ trahatur, & piæ memoriæ Symmachi, ac Pauli II. prædeceſſorum noſtrorũ, de rebus Eccleſiæ non alienandis, vel alienatis recuperãdis, aliiſq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſuis, etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, & derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, ac aliàs quomodolibet, etiam iteratis vicibus cõceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, ac totis eorum tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, indiuidua, & expreſſa mentio habẽda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus: Cæteriſq. contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas nõ facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę, ſeu etiam ipſius Præpoſiti Societatis, munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Decemb. 1576. Pont. noſtri, anno 5.

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Derogatio capit. nuper. de decimis, anno MDLXXVIII.

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuã rei memoriã. Paſtoralis officij cura nobis, meritis licèt imparibus, ex alto cõmiſſa, nos admonet, vt noſtræ prouiſionis efficiatur miniſterio, quod ea, quæ religioſis quibuslibet, præſertim ſub ſacratiſſimi nominis Ieſu, totius humani generis Redemptoris vexillo, ad illius honorem, & gloriam, proximorumque ſpiritualem profectum, ac orthodoxę fidei defenſionem, & propagationem in terris militãtibus, ab Apoſtolica ſede prouide conceſſa reperiuntur, ſublatis quibuslibet impedimentis, ſuos, vt par eſt, debitos effectus, perpetuis futuris temporibus ſortiãtur. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit dilectus filius, Euerardus Mercurianus Præpoſitus generalis Societatis Ieſu, quod licèt aliàs fœ.re. Paulus Papa III. prædeceſſor noſter, volens dictam ſocietatem, per eum Apoſtolica authoritate inſtitutam, & approbatam, illiuſq. Socios fauore proſequi gratię ſpecialis, inter alia eidem Societati, & ſocijs, dicta auctoritate conceſſit, ac indulſit, vt de ijs, quę in ornamentis, aut pro eis, ſeu libris, fabrica, luminaribus, vel victu, aut indumentis eorum, necnon annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem

Vide in 5. to. 99. reg. 9. 44. per totam.

aliquæ

Digitized by Google

aliquæ Domus ipſius Societatis obligatæ forſan exiſtebant, ac de domibus, & collegiis, eorumque prædiis, hortis, & aliis locis eidem ſociis, iuxta eorum viuendi inſtitutum habere conceſſis, aut de ijs, quæ pro huiuſmodi rebus, domibus, Collegiis, prædiis, locis, & hortis emendis per quaſcumq. perſonas pro tpe legari, aut relinqui cõtigeret, & aliis bonis quibuſcumq. per dictam Societatẽ, & illius collegia poſſeſſis, & obtentis, aliquam decimam ẽt Papalem ſoluere, ſeu Canonicam portionem exhibere, aut ad præſtationem procurationum legatorum dictæ ſedis, vel Nuntiorum ipſius, ſeu ordinariorum locorum, aut exactionum, collectarum, vel ſubſidiorum, ſeu prouiſionum quorumcumq. minimè tenerentur, nec ad id per literas ſedis, vel legatorum, ſeu Nuntiorum, aut diœceſanorum prædictorum cuiuſcumq. tenoris forent, nullo vnquã tpe compelli poſſent, niſi ipſæ literæ Apoſtolicæ, plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & conceſſione hmõi, ac de eorum ordine, mentionẽ facerent. Et ſi fortè p ipſum prædeceſſorem, vel dictam ſedem de pijs legatis, diſpoſitis, & relictis, in genere, vel ſpecie, decima, vel altera portio, ſeu quarta, alteri piæ, vel non piæ cauſæ, quomodolibet eatenùs conceſſa eſſet, vel illam in poſterũ concedi, ſeu ſolui, aut dari, mandari contingeret, ſocios prædictos, aut illorum domos, & bona quæcumque, necnõ eis legata, & relicta, aut aliàs in eorum fauorem diſpoſita, in conceſſionibus & mandatis hmõi decreuerit, & voluerit minimè comprehendi, niſi de ipſis, ac ſuis decreto, & voluntate huiuſmodi, non per clauſulas Generales idem importantes, ſed vera, expreſſa, & ſpecifica mentio fieret in eiſdem. Et ſucceſſiuè piæ memoriæ, Pius Papa IIII. ẽt prædeceſſor noſter, exemptionem, ac cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis literas ipſius Pauli prædeceſſoris deſuper confectas, necnon inde ſequuta quæcumque, per ſuas literas, ex certa ſcientia confirmauerit, approbauerit, & ẽt plenariè innouauerit, ac pro potiori cautela, vniuerſam ſocietatem prædictam, omniaque, & ſingula illius, Domos ẽt probationis, & collegia vbilibet cõſiſtentia, præſentia, & futura, eorumq. perſonas, fructus, redditus, & prouentus, ẽt bonorum Eccleſiaſticorum, ſæcularium, & regularium quorumcumque, illis pro tpe vnitorum, aliaſq. res, & bona quæcumque, à quibuſuis decimis, ẽt Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, ſubſidiis etiam Charitatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, ẽt pro expeditione cõtra infideles, defenſione patriæ, ac aliàs quomodolibet, ẽt ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorũ Principum inſtantiam, pro tempore impoſitis, etiã ſi in illorũ impoſitione caueretur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam aduerſus illa, ſuffragaretur. Ita quod Societas, eiuſque domus, ẽt probationis, Collegia, fructus, res, & bona præfata, ſemper ab illis, abſq. declaratione deſuper facienda, excepta eſſent, & eſſe cenſerentur, perpetuò liberauerit, & exemerit, prout in ſingulis literis prædeceſſorum hmõi, plenius cõtinetur. Nihilominus, quia in illis nulla de conſtitutione recolendæ memoriæ Innocentij Papæ III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, in Cõcilio Generali ſuper decimis edita, quæ incipit, *Nuper*, expreſſa, & ſpecifica mẽtio facta, nec eis ſpecialiter, & expreſſè derogatũ fuit, idem Præpoſitus dubitat, ſingulas literas prædictas de ſubreptionis, ſeu nullitatis vitio notari, ac Societati, illiuſque Domibus, collegiis, & perſonis prædictis, minus vtiles reddi, aut illa ſuper exemptione hmõi moleſtari, vel perturbari poſſe tp[~] procedẽ[~]e. Nos igitur, qui votiuum ipſius ſocietatis profectum ſyncero paternæ Charitatis affectu, libenter proſequimur, eidem Societati, illiuſq. Domibus, etiam probationis, collegiis, & perſonis, ne propterea dictarum literarũ fruſtrentur effectu, opportunè prouidere volentes, ipſumq. Præpoſitum, & ſingulares perſonas Societatis hmõi, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq. Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, necnon ſingularum literarũ prædictarum, veriores tenores, ac quarumcumque litium, & cauſarum, ſuper præmiſſis iam forſan motarum, ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitigantium, ac titulos, & iura eorum, præſentibus pro ſufficiẽter expreſſis habẽtes, ipſius præpoſiti ſupplicationibus in hac parte inclinati, volumus, ac ſocietati, illiuſq. Domibus, ẽt probationum, collegiis, & perſonis prædictis, eadẽ authoritate concedimus, quod ſingulæ literæ prædictæ, cum exemptionibus, cæteriſq. omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decreta, proceſſuſq. habiti per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque, valeant, plenamq. roboris firmitatẽ obtineãt, & eis quibus conceſſæ exiſtunt, perpetuò ſuffragentur in oĩbus, & per oĩa, perinde, ac ſi in illis de conſtitutione Innocentij prædeceſſoris, & ſeu Concilij generalis huiuſmodi, ſpecifica, & expreſſa mentio facta, eiq. ſpecialiter, & expreſsè derogatũ fuiſſet; prout nos eidem conſtitutioni, ad effectum præmiſſorum, ſpecialiter, & expreſsè harum ſerie derogamus, decernentes itaq. in quibuſcumq. cauſis pendentibus, & futuris, per quoſcumq. Iudices, & commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, iudicari, & definiri debere, irritum quoq;, & inane, quicquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obſtantibus litis pẽdentiis, ſi quæ ſint, & aliis præmiſſis, ac Innocentij prædeceſſoris noſtri, ſeu generalis concilij hmõi, aliiſq. Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Conſiliis editis, generalibus, vel ſpecialibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in ſingulis literis prædictis expreſſum fuit non obſtare, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiã impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu etiam, pro tempore exiſtẽtis, Pr[æ]poſiti generalis dictæ ſocietatis munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbicumq. adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Ianuarij, 1578. Pontific. noſtri, anno 6.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia plenaria ſemel in anno in Eccleſiis Societatis.*
2 *Facultas celebrandi, per horam ante Auroram.*
3 *Conferendi gradus, ẽt per ſtudiorum Præfectum, ac concurrendi cum vniuerſitatum lectoribus.*
4 *In collegijs ſocietatis poſſunt lectores etiam in vniuerſitatibus publicè legere.*

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Quanta in Vinea Domini fructuoſa opera, ſocietas Ieſu quotidie, verbo, & exemplo in populo Chriſtiano attulerit, continuoſq. labores, quos pro diuini nominis gloria, & exaltatione fidei catholicæ, presbyteri dictæ

Digitized by Google

currant, publicè legere poſſint, & valeant. Reliquis omnibus, in eiſdem literis contentis, in ſuo robore, & ſtatu permanſuris, eiſdem aothoritate, & tenore, etiam de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus. Sicque per quoſcumq. Iudices, & Commiſſarios, quauis authoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet, quaois aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere. Ac quidquid ſecùs, ſuper his, à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopo Valentin. & Pariſien. ac Salamantinen. Epiſcopis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Euerardi Prępoſiti, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, authoritate noſtra, eaſdem præſentes, & in eis contenta huiuſmodi firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos ipſæ concernũt, illis pacificè gaudere. Non permittentes eos deſuper per quoſcumque, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opoττuna iuris remedia, aothoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, illos, ſententias, cenſuras, & pœnas incurriſſe declarando, necnon eas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantibus piæ memoriæ, Bonifacij Papæ VIII. ét prædeceſſoris noſtri, qua cauetur, nequis extra ſuã ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnã dietam, à fine ſuæ diœceſis, ad iudicium vocetur, ſeu ne Iudices à ſede prædicta deputati, extrà ciuitatem, vel diœceſim, in quib. deputati fuerint, per quoſcumq. ꝓcedere, aut alij, vel aliis vices ſuas committere, ſeu aliquos vltra vnam dietam à fine diœceſis eorundem, trahere præſumant. Et de duabus dietis in Concilio Generali ędita, dũmodo vltra tres dietas aliquis, authoritate præſentium, ad iudicium non trahatur, & aliis conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores in ſingulis eorum literis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile foret, eaſdem pręſentes literas, ad ſingula loca, in quibus de eis fides forſan facienda foret, deferri, volumus, & ſimiliter authoritate Apoſtolica decernimus, quod ipſarum præſentium trãſumptis, etiam impreſſis, manu vnius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illod adhibeatur, & habeatur, quæ adhiberetur, & haberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, indultorum, extenſionis, ampliationis, cõceſſionis, decretorum, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1578. Nonas Maij. Pontific. noſtri, anno 6.

Bulla XXIII.

S V M M A R I V M.

Facultas aperiendi literas ſacræ Pœnitentiariæ.

Dilecto filio Claudio Aquauiuæ Præpoſito Generali Societatis Ieſu.

Gregorius Papa XIII. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod aliàs quondam Alexander Frumentus, tunc officij ſacræ Pęnitentiariæ Regens, dilectis filiis presbyteris ſocietatis Ieſu, cui præeſſe dignoſceris, etiã ſi nullo Magiſterij in ſacra Theologia, & doctoratus in iure Canonico gradibus inſigniti eſſent, aliàs tamen idoneis, & approbatis, ipſius ſocietatis confeſſariis, vt quaſcumq. obſignatas, etiam Magiſtris in Theologia, vel iure Canonico Doctoribus, directas, in foro conſcientię, eiuſdẽ ſacræ Pœnitentiariæ literas aperire, & abſolutionis beneficium, iuxtà illarum diſpoſitionem, impẽdere poſſent, & valerẽt, verbotenus conceſſit, eaq. facultate ipſi presbyteri hactenus vſi ſunt. Cũ itaq. ipſius ſocietatis religioſi, ad huiuſmodi gradus, niſi pro neceſſitate ſcholarum ſuarum promoueri non ſoleant, pœnitẽtes etiam ad ipſos presbyteros cum ſuis literis abſolutionem in dies recurrãt, & importunè obſecrent, oportunè etiam eos iuuari conuenit. Nos idcircò, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, presbyteris ſocietatis huiuſmodi per te, vel tibi ſubordinatos illius ſuperiores, de tua licentia deſignandis, & ab Ordinariis locorum approbatis, vel approbandis, etiam ſi Magiſterij, vel Doctoratus, aut aliis gradibus inſigniti non ſint, literas huiuſmodi aperiendi, confeſſionibuſque fidelium ad ipſos recurrentium auditis, & impoſita ſalutari in illis expreſſa, vel de iure iniungenda pœnitentia, abſoluendi, ac in foro, conſcientiæ, quaſcumque ſibi verbo, vel ſcriptis, commiſſas abſolutiones, diſpenſationes, & pœnitentiarum iniunctiones, excipiendi, exequendi, & limitandi facultatem tenore præſentium, concedimus, & impartimur. Non obſtantibus, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod pr ſentium tranſumptis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo tuo, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Aprilis, 1582. Pontifi. noſtri, anno 10. *Vide in 1. to. 99. regu. 9. 63. ar. 8.*

Bulla XXIV.

S V M M A R I V M.

Conceditur Præpoſito generali vt de eius licentia Societatis Religioſi etiam profeſſi ad quoſuis alios regulares ordines tranſire valeant.

Gregorius Papa Decimus tertius, Ad futuram rei memoriam. Cum aliàs fœl. rec. Paulus Papa Tertius, Societati Ieſu, inter alia, conceſſerit, vt eorum nemo, ſiue profeſſus, ſiue ſcholaris, ſiue coadiutor ex dicta ſocietate egrediens, ad alium, quã ad Carthuſiẽſium ordinem, niſi de expreſſa Romani Põtificis, vel præpoſiti generalis dictæ ſocietatis licentia, ſe conferret. Itemque Pius Papa Quartus, voluerit, vt ne quis prędictorum, ab eadem ſocietate, prætexto cuiuſuis indulti, vel quæſito colore melioris vitæ, vel ſtrictioris obſeruantiæ, etiam ad Mendicantium, vel Ciſtercienſium, ſeu Sancti Benedicti, *Vide in 1. to. 99. reg. 9. 52. per totam.*

nedicti, aut aliorum Monachorum ordinem (Car-
thuſienſi excepto) tranſire poſſit; dubitate cõtingit,
An præpoſitus pro tempore exiſtens, valeat etiam
profeſſos, ex cauſis id exigentibus, ab ipſa Societa-
te emittere, aut eis ſic emiſſis, liberum ſit, de eius li
centia, ſe ad quemuis alium Mendicantium, vel nõ
Mendicantium ordinem transferre: Nos re perpen
ſa, atque diligenter examinata, Societatis ipſius pu
ritati, atque incremento, emiſſorumque pro tempo
re ſaluti, cõſulere volentes, ſtatuimus, vt deinceps,
in perpetuum, liceat dicto præpoſito, quos iudi-
cauerit ab ipſa Societate emittere, eoſque de ipſius
præpoſiti licentia, non tantum ad Carthuſienſium,
ſed ad quemuis alium Mendicantium, vel nõ Men
dicantium, paris, laxioris, aut arctioris obſeruantię
ordinem, per ipſum præpoſitum, illis præſcriben-
dum, de cõſenſu tamen ſuperiorum loci illius, quo
deſtinabuntur, demigrare; in eiſque profeſſionem
per illius loci Monachos, alioſque regulares eiuſdē
emitti ſolitam, emittere, habitumque ſuſcipere, &
conſueta vti eorum diſciplina, Ipſis inhibentes ſub
excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ne quid
contra pręſentium tenorem, quomodolibet audeat
attentare. Non obſtantibus omnibus, ijs, quæ dicti
Pontifices voluerunt non obſtare, cæteriſque con-
trariis quibuſcumque, præſentis autem gratiæ com
municationem, omnibus aliis, etiam qui ſua priuile
gia cum prædicta ſocietate copioſè participãt, par-
ticipareque poterunt, quomodolibet in futurum,
fieri omoinò prohibemus. Cæterum, quia difficilę
eſſet, præſentes quocumque illis opus erit, deferre,
volumus, vt præſentium tranſumptis, manu Nota-
rij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignita-
te Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu etiam dicti Præpoſi-
ti munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra
illud adhibeatur, qui ipſis præſentib. adhiberetur,
ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Tuſculi, ſub
annulo Piſcatoris, die 22. Septembris, 1582. Ponti-
ficatus noſtri, anno 11.

Bulla XXV.

SVMMARIVM.

Facultas Societatis Ieſu denuò conceditur, Ordines à quocumque Antiſtite ſuſcipiendi, idque etiam extra tempora, non ſeruatis interſtitijs, &c.

GRegorius Papa XIII. ſeruus ſeruorũ Dei. Ad
futuram rei memoriam, Pium, & vtile ſocieta
tis Ieſu inſtitutum nõ patitur, certa quædam ab ijs,
Vide in 3. ro. qq. reg. q. 23. ar. 5. & ar. 8 & q. 24. ar. 8. & 2. qui ſub eius vexillo, atque diſciplina ſalutari mili-
tant, obiri, quæ in ſacris ineundis generaliter præ-
ſcribuntur. Quocirca cum dictæ ſocietatis, ac diſci
plinæ alumni, nulli Eccleſiæ, nullive loco certo mã
cipati ſint, vt ibi permaneant, ſed veluti viatores,
omni tempore parati, expectanteſque diem, & ho-
ram, qua, vel ad extremas orbis regiones, cum ve-
nit vſus emittantur, vbi quiſq. pro captu ſuo, & iux
ta datam ſibi à Domino ſapientiam, ſe ſe in vinea
Domini excolẽda exerceat, eiuſq. rei cauſa fœ. rec.
Paulus Papa III. Præpoſito eiuſdem ſocietatis, con
ceſſerit, vt idoneos, & comprobatos ab ipſa ſocieta
te, quibuſcumque mallet Catholicis Antiſtitibus,
gratiam, & communionem ſedis Apoſtolicæ habẽ-
tibus, præſentare poſſet, qui illos ſic præſentatos,
abſque vlla promiſſione, vel obligatione, ad ordi-
nes huiuſmodi promouerent. Nonnulli tamen An-
tiſtites, poſt Cõcilij Tridentini decreta, eos ſic præ
ſentatos, prius in cuiuſque tam Minorum, quàm ſa
crorũ huiuſmodi præſcripto munere exercitatos,
temporum determinatorum, poſt ſuſceptos, præ-
ſcriptum finem, antequam ad ſuperiores ordines
aſcendant, omninò expectandum, eoſque in eorun
dem ordinum functionibus, choriq. officiis plenè
inſtructos, & denique ſuper eorundem vita, mori-
bus, ætate, & natalibus, ad parochi inquiſitionem,
aut aliàs teſtimonium, & certa alia requiſita haben
da eſſe contendunt, quamuis non niſi ad eoſdem or
dines ſuſcipiendos, numeris alioqui omnibus ido-
nei dimittantur. Nos his incommodis, quorum in
nobis eſt, occurrere volentes, omnibus Epiſcopis,
& aliis Antiſtitibus, præſentibus, & futuris, in per-
petuum præcipimus, atque interdicimus, ne ab hu
iuſmodi promouendis, qui licentiam à Præpoſito
Generali dictæ ſocietatis pro tempore exiſtẽte, vel
ab eo delegatis habuerint, quicquam edictorũ re-
quirant, vel exigant, ſed ipſos, etiam abſq. vlla fun-
ctione in ordinibus ipſis, interſtitiorumque ad illos
ſuſcipiendos obſeruatione, aut inquiſitione de can-
tus, officijs, & ceremonijs Eccleſiaſticis idoneitate,
proprij ordinarij licentia, & aliis in aliis requiſitis,
ad minores, ac etiam extra tempora à iure ſtatuta,
tribuſque Dominicis, vel aliis feſtis diebus, etiam
continuis, ad ſacros & presbyteratus ordines pro-
moueant, ac ſi illi, omnib. requiſitis præditi eſſent.
Nos enim illis, ordines omnes prædictos ſic ſuſci-
piendi, ac prædictis Antiſtitibus eos ipſis conferen
di facultatem tribuimus. Non obſtantibus præmiſ-
ſis, ac cõſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis,
cæteriſque contrariis quibuſcumque Præſentis au-
tem gratiæ communicationem, omnibus aliis, etiã
qui ſua priuilegia cum ipſa ſocietate copioſè parti-
cipant, participareque poterunt, quomodolibet in
futurum fieri omninò prohibemus. Cæterum, quia
difficilè eſſet præſentes, quocumque illis opus erit
deferre, volumus, vt eorundem pręſentium trãſum
ptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo
perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu
etiam dicti Præpoſiti munitis, eadem prorſus fides
in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipſis præ-
ſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtẽſæ.
Dat. Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Septem
bris, 1582. Pontificatus noſtri, anno 11.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

Societatis Ieſu, inſtitutum, priuilegia, & cõſtitutiones confirmantur; & eos omnes, qui per actũ nouitiatus tria vota emiſerint, tametſi ſimplicia, verè, & propriè religioſos eſſe declaratur.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Ad *Vide in 3. ro. qq. reg. q. 8. & q. 5. art. 4. & 5.*
perpetuam rei memoriam. Quantò fructuo-
ſius in colenda Domini vinea ſe exercet veneran-
da Ieſu Societas, digniſque æterna mercede opera-
riis abundare conatur, tantò propenſius contendi-
mus, eam Religioſamque ſubinde, quàm inſtituit
prolem, vnde tota Reſpublica Chriſtiana vbiq. ſu-
bleuatur, proſequi, & confouere: ſimulq. omnia re
mouere, quibus, & ſpiritualis eorum profectus re-
tardari, & Charitatis feruor, qui ab eiſdem in rege-
neratas precioſo Domini noſtri, Ieſu Chriſti ſangui
ne animas ſe diffundit, alicubi frigeſcere, aut in lu-
bricum defluere poſſet. Cum enim ſicut iuxta di-
ctæ ſocietatis conſtitutiones, & laudabile inſtitutũ
à fœ. re. Paulo III & Iulio etiam Tertio, confirma-
tum, ac etiam à Paulo IIII. Romanis Pontificibus
prædeceſſoribus noſtris diligentiſſimè examinatũ,
& à Concil. Trid. commendatum; Societas ipſa, nõ
ſolum profeſſis, & Nouitiis, ſicut, & regulares or-
dines conſtet, ſed varij in eadem ſocietate Religio
ſarum perſonarum gradus ſint, in quibus ſinguli,
iuxta commiſſas cuique à magno Patre familias,
talenti

Digitized by Google

ſalenti menſoram, & Præpoſitorum ſuorũ directionem, Altiſſimo famulantor. Sicut enim finis dictæ ſocietatis eſt fidei propagatio, & deſenſio, animarumque in vita, & doctrina Chriſtiana progreſſus: ita etiam gratiæ eius vocationis propriom eſt, diuerſa loca ex Romani Pontificis, ac Præpoſiti Generalis eiuſdem ſocietatis directione peragrare, vitamque in quauis mundi parte agere, vbi laborioſam eorum operam, & induſtriam fructuoſam, copioſiores ſaluandarum animarum prouentus, ad Dei æterni gloriam conſequi poſſe ſperantur. Ad quem finem Spiritus Sanctus, qui bonæ memoriæ Ignatium Loyolam ipſius ſocietatis inſtitutorem, eiuſque ſocios excitauit, media etiam preclara, maximeque oportuna huius ſedis miniſterio eis tribuit, atque confirmauit, publicarum ſcilicet prædicationem verbi Dei, miniſterij cuiuſcumque, ſpiritualiumque exercitiorum, & Charitatis operũ, Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentorum adminiſtrationis, ac frequentis vſus. Ad quæ pro dignitate exequenda, & ad difficultates ſuperãdas ſubeundaque pericula, quibus dictæ ſocietatis Religioſi, in huiuſmodi excurſionibus, & miniſterijs exponũtur, cum hæc magnum, tùm virtutis, tum deuotionis præſidium poſtulent, ſtatutum eſt, vt & Nouitij in Societate prædicta per biennij ſpatium probentur, & qui expleto Nouitiatu, literis operam dederint, illorum ſtudiis abſolutis, tertium etiam annũ probationis, in humilitatis exercitiis expendant, vt ſi qua in re, vel huius virtutis amor, vel pietas, ac deuotionis feruor, per literarum occupationem diſtractos fuerit, per earundem virtutum frequentiorem exercitationem, & diuinæ gratiæ ardentiorem inuocationem, reſtaurentur, qui enim profeſſionẽ emittere debent, eos vocatio hæc, viros in vitæ puritate, ac literis conſpicuos, diuturniſque, & diligẽtiſſimis experimẽtis probatos, eoſque Sacerdotes, & in verbi Dei, ac Sacramentorum adminiſtratione, diu, multumque verſatos exigit, vt & conſtitutionibus dictæ ſocietatis, & à Summis Pontificibus eſt decretum, ſed neque omnes ad eandem profeſſionem idonei eſſe poſſunt, neque qui temporis progreſſu futuri ſunt, tales euadere, aut cognoſci, ſine longa exercitatione, atque experimento. Quæ propter Societatis corpus, in ſua membra, ordinem, & gradus idem Ignatius diuino inſtinctu, ita duxit diſponẽdum, vt biennio Nouitiatus abſoluto, omnes, qui in ſocietate perſeuerare voluerint, tria vota, ſubſtantialia quidẽ, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, ſimplicia tamen, emittere debeant, ac Nouitij eſſe deſinant, quibus votis emiſſis in corpus eiuſdem ſocietatis cooptati, & quantum ex parte ipſorum perpetuò obligati remanẽt. Quod ſi iniuſſi diſcedant, apoſtaſiæ notam, & excommunicationis, ac alias, quibus ipſi profeſſi ſubiacent, pœnas incurrunt, quamuis rationabili ex cauſa, iuxta Conſtitutiones eaſdem, ab ipſo Præpoſito Generali dimitti, & votis huiuſmodi liberari poſſint. Quæ omnia ipſis, primo ingreſſu, per aliquot dies, in ſeparata habitatione conſtitutis, antequam ad aliorum Nouitiorum communem conuictum admittantur, in ipſius ſocietatis Priuilegiis, conſtitutionibus, & regulis conſideranda traduntur, Biennio itaque Nouitiatus cõpleto, & emiſſis votis ſimplicibus, vna eſt omnibus omninò viuendi, & obediendi ratio, debentque omnes in communi viuere, ac in omnibus obedire, non ſecus ij, qui profeſſionem non emiſerunt, quàm Profeſſi. Quod verò ad paupertatem attinet, quamuis bonorum ſuorum ius, atque dominium, iuſtas ob cauſas, pro ſuperiorum arbitratu, ad tempus retinere valeant, vt in pios vſus, iuxtà Euangelicum conſilium, diſtribuantur, in illorum tamen vſu, Religioſam Paupertatem ſeruant, nec vlla re, tanquam propria, & ſine ſuperioris facultate vti poſſunt. Peractis igitur huiuſmodi probationibus, & experimentis, cum dictæ ſocietati fuerit per ea in Domino ſatisfactum, quos idem præpoſitus Generalis idoneos iudicat, eos, vel ad profeſſionem per vota ſolemnia, vel ad gradus coadiutorũ formatorum ſpiritualium, ſi Sacerdotes, vel temporalium, ſi laici ſint, per vota eadem publicè emiſſa, quamuis non ſolemnia, iuxta conſtitutiones admitti. Quibus emiſſis, eo ipſo, nihil omninò proprij amplius, vel domi, vel foris habere poſſunt, fiuntque incapaces cuiuſuis hæreditariæ ſucceſſionis, nec propter emiſſa huiuſmodi vota publica, aut per mortem ab inteſtato, in illorum, ſicuti nec in Profeſſorum bonis, Domus illa, aut Eccleſia, vel collegium dictæ Societatis ſuccedere poteſt. Et licèt eos, qui poſt biennium Nouitiatus emenſum, dicta tria vota ſimplicia, ſicuti ab hac ſede probata ſunt, emittẽtes, & extra Nouitiorum numerũ habiti, ac in corpus ipſius ſocietatis cooptati, illiuſq. meritorum, & priuilegiorum, nõ ſecùs, atq. ipſi Profeſſi, ex prædictæ ſedis diſpoſitione participes effecti, quique quantum in eis eſt, & profeſſionem emittere parati, ſi ipſe Præpoſitus Generalis id iudicauerit, & in perpetuum Dei ſeruitio cõſecrati, ac ſua ſorte, prout illorum laudabile inſtitutum exigit, contenti, ac denique excommunicationis, & aliis apoſtatarum pœnis ſubiecti ſunt, verè, & propriè Religioſos eſſe compertum ſit, nõnullorum tamen animos, qui pij alioqui, & vtiles operarij exiſtunt, ſolicitari, & affligi interdum contingit, quaſi non ſint religioſi, eo quod non ſint profeſſi. Nec etiam deſint, qui religionis prætextu, transfigurantur ſe Satanã in Angelum lucis, non ſolùm ea occaſione inquieti ſunt, ſed ẽt aliorum pacem, & vocationem diſturbare, eoſq. in fraudem, & defectionem deducere conãtur, vnde grauiſſima poſſet hæc religio, tãtoperè vtilis, & vbique ab omnibus expetita, concipere detrimẽta. Nos conſiderantes diuinæ ſapientiæ, atq. prouidentiæ Theſauros, pro temporum neceſſitate, varia, & inter ſe diſſimilia, eademque ſalubria ordinum inſtituta, in Eccleſia ſua produxiſſe, & nunc maximè (vt, fęliciſſimi toto orbe ſucceſſus teſtantur) mirificos in agro Domini fructus, hoc peculiari dictæ ſocietatis inſtituto, proferri: quare ad ſubmouenda circunſtantia huiuſmodi pericula, eamq. in ſyncera vocatione ſua continendam, partes noſtras adhibendas decreuimus, vt præciſis huiuſmodi perturbationum cauſis, Religio ipſa, quæ in propagandã Religionem Chriſtianã, emẽdandoſq. in ea mores, corde, animo, viribuſq. omnibus, ſine intermiſſione inſiſtit, votiuo munere perfruatur: Motu proprio, certaq. ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, laudabile huiuſmodi inſtitutum, ac prædicta, cæteraque omnia dictæ Societatis priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, tam à prædictis, quam aliis prædeceſſoribus noſtris, & ẽt à nobis conceſſa, conſtitutiones quoque, & ſtatuta, qualiacumq. ſint, ea oĩa; ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habẽtes, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ſupplentes oẽs iuris, & facti defectus, ſiqui interuenerint prædictis conſtitutionibus, & ſtatutis, ac decernentes ex nũc irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ad hæc dictam ſocietatem firmo declarationis præſidio communire volentes, ſtatuimus, ac etiam decernimus, non modo eos, qui in Coadiutorum formatorum, ſiue ſpiritualium, ſiue temporalium gradus, & miniſteria admittũtur, ſed ẽt alios omnes, & quoſcumque, qui in ipſa ſocietate admiſſi, biennio probationis à

qooque

Digitized by Google

quoque peracto, tria vota prędicta, tametſi ſimplicia, emiſerint, emittentque in futurum, verè, & proprię Religioſos fuiſſe, & eſſe, & vbique ſemper, & ab omnibus cenſeri, & nominari debere, ac ſi in Profeſſorum prædictorum numerum aſcripti fuiſſent. Præcipimuſque, & interdicimus, ne quiſquam ſcrupulum de hoc, cuiquam inijcere, neve illud in cõtrouerſiam, dubium, vel ſuſpicionem ponere audeat quoquomodo. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ ſocietatis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Secretarij dictæ ſocietatis, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis eiuſdẽ Societatis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem omninò fides adhibeatur, in iudicio, & extrà illud, quæ literis ipſis originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, conſtitutionis, ſuppletionis, decretorum, ſtatuti, præcepti, interdicti, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, 1582. Februarij, Pontificatus noſtri, anno 11.

Bulla XXVII.

SVMMARIVM.

Nulli de ſocietate licet ad Carthuſiam ſecundò tranſire, niſi de licentia Præpoſiti Generalis.

Dilecto filio, Claudio Aquauiuæ, Præpoſito Generali Societatis Ieſu.

Vide in to. 3.99. regu. 9.14.

GRegorius Papa Decimus tertius. Dilecti fili; ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſti, quod aliàs, poſt quam fęl. rec. Pius Papa IIII. prædeceſſor noſter ſtatuiſſet, ac pręcepiſſet, ne vlli ex ſocietatis Ieſu Religioſis, poſt emiſſa vota ſecundum illius conſtitutiones, ſiue profeſſus, ſiue ſcholaris, ſiue coadiutor ille foret, ab eadem ſocietate exire, aut recedere, nec ad quemuis alium etiam mendicantium ordinem (Carthuſienſium ordine duntaxat excepto) abſque expreſſa ſui ſuperioris licentia, ad id ab eo ſpecialiter obtẽta, ſe transferre, vel etiam per ſuperiores ordinum huiuſmodi, eorum quempiam admitti liceret, ſub pœna excommunicationis, tam per recipiẽtes, quàm per ipſos receptos, aut recedentes, ipſo facto incurrenda, quodque nihilominus ſecùs facta, nõ tenerent, & nullius exiſterent efficaciæ, vel momenti, & inſuper, vt qui pro tempore ab ipſa ſocietate, ad præfatum Carthuſienſium, vel de ſuperioris licentia ad alium ordinem trãſire vellent, ad Carthuſienſium videlicet intra tres menſes à die, quo ab ipſa ſocietate receſſiſſent, ad alium verò ordinem, infra tempus eis à dicto ſuperiore præfigẽdum accedere, & actualiter ingredi, vbi ſi permanere nollent, aut nõ poſſunt, abſque vlla mora, ad dictam ſocietatẽ regredi, ſub præfata excommunicationis latæ ſententiæ pœna, teneãtur: quam tam ipſi Religioſi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, etiam incurrerent. Succeſſiuè piæ memoriæ Pius Papa Quintus, etiam prædeceſſor noſter Præpoſito Generali pro tempore exiſtẽti, eiuſdem Societatis, viuæ vocis oraculo cõceſſit, vt ſi quis ex dicta ſocietate, ad Carthuſien. ordinẽ, iuxta Pij Quarti indultũ huiuſmodi, trãſire vellet, ſi vel non ingrederetur, vel non admitteretur, vel non perſeueraret, ad eandem ſocietatem redire teneretur, nec ei amplius ab ipſa ſocietate ad eũdem Carthuſien. ordinem, abſq. ipſius Præpoſiti Generalis, licentia, tranſire liceret. Verum tamen cũ poſterioris Pij Quinti facultatis vſus, eidẽ Præpoſito difficilior interdum reddatur, quod literarũ Apoſtolicarum præſidio, fretus non ſit, ideo tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, conceſſionem, & facultatem huiuſmodi tibi, & pro tempore exiſtenti, Præpoſito Generali prædicto, tenore præſentiũ confirmamus, eaq. omnia ſicut ſupra dicta ſunt, vobis concedimus, eamq. etiam, quoad præterita valere decernimus, ac ſi literæ Apoſtolicæ ſuper conceſſione Pij Quinti prædeceſſoris huiuſmodi, tunc confectæ fuiſſent. Qui ſecùs fecerit in excommunicationis, & alias Apoſtatarum cẽſuras, & pœnas, eo ipſo incurrat, à quibus nõ niſi à nobis, vel à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, vel à dictæ Societatis Generali Præpoſito, abſolutionem valeat obtinere non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq. contrariis quibuſcumque. Præſentis autem gratiæ communicationem omnibus aliis, etiam qui ſua priuilegia cũ ipſa ſocietate copioſè participant, participareq. poterũt quomodolibet in futurum, fieri omninò prohibemus. Volumus inſuper, vt præſentium trãſumptis etiam impreſſis, manu Secretarij dictæ ſocietatis, vel Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis eiuſdem ſocietatis, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem omninò fides habeatur in iudicio, & extrà illud, quæ literis ipſis originalib. haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtẽſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Octobris, 1584.

Bulla XXVIII.

SVMMARIVM.

Facultatem prædicãdi olim conceſſam fuiſſe etiam de ſocietate, qui nondum ad ſacros ordines promoti eſſent declaratur, eademque de nouo conceditur.

Dilectis filijs Præpoſito, & Religioſis Societatis Ieſu.

GRegorius Papa Decimus tertius. Dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Vigore priuilegij veſtræ ſocietati à fœl. recor. Paulo Papa III. prædeceſſore noſtro conceſſi, vt veſtrum quiſque idoneus, & à Præpoſito pro tempore exiſtente eiuſdem ſocietatis deputatus, verbum Dei publicè prædicare, & qui ex vobis Presbyteri fuerint, quorumcumque vtriuſque ſexus Chriſti fidelium confeſſiones audire poſſint, ex illo conceſſionis huiuſmodi tempore, etiam ſcholares, & alij Religioſi veſtri ſacris ordinibus non initiati, aliàs tamen idonei ad prædicandum verbum Dei, paſſim, & vbique mittuntur. Verum quia nonnullis dubitatio curioſius ſucceſſit, an dictum priuilegium prædicandi, etiam eos comprehendat, qui ad ordines ipſos nondum aſcenderunt. Nos quemcumq. hoc ſcrupulo eximere volentes, præſentium authoritate declaramus, ac etiam decernimus, veſtrum vnicuique etiam ad ſacros ordines prædictos non promotos, prædicationis munus, in vim priuilegij huiuſmodi exercere potuiſſe, & poſſe. Vobis inſuper concedentes, vt etiam clerici veſtri, prima tantùm tonſura inſigniti, prout hucuſque fecerũt, valeant deinceps ipſum Dei verbum, vbique populo prædicare, diſtrictius inhibentes vniuerſis, & ſingulis locorum ordinariis, & quibuſuis aliis, quacumque dignitate, & authoritate fungentibus, ne

Hoc non eſt priuileg. vo patet ex tra ditis in noſtra ſum. confeſ. 2.10. ca. de lec Predicadores.

quemquam

quemquam veſtrum, quouis prætextu, præmiſſorũ
occaſione impedire, vel moleſtare audeãt quoquo
modo. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Generali
bus, & Prouincialibus Concilijs editis, Generalib.
vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus
cæterisq; cõtrarijs quibuſcunque. Volumus autẽ,
vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu
Notarij publici, ſeu Secretarij ſocietatis ſubſcriptis
& ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſti-
tutæ, ſeu etiam dictæ ſocietatis Præpoſiti Genera-
lis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quę ip
ſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel
oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo
Piſcatoris, die 20. Nouemb. 1584. Pont. noſtri, an. 3.

Bulla XXIX.

Breue confirmationis Priuilegiorum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, per S. D. N. Gregoriũ, Diuina Prouidentia Papam XIII. factæ etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs ordinib. mendicantibus, & non mendicantibus.

SVMMARIVM.

1 *Confirmantur priuilegia Sanctiſſimæ Trinitatis.*
2 *Communicantur ordini Sanctiſſimæ Trinitatis priuilegia mendicantium.*
3 *Priuilegia conceſſa domibus, & locis huius religionis, extenduntur ad domos loca recipienda.*
4 *Ponitur clauſula non obſtant.*

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei me-
moriam. Regimini militantis Eccleſiæ (diſpo
nente Domino) præſidentes, circa ſtatum fidelium
quorumlibet præſertim Religioſorum ſtudio piæ
vitæ vacantium, proſperè dirigendum, attentius co
gitamus, & eos, vt quietius vota ſua Domino per-
ſoluere poſſint, eorumque loca, & domos, benignis
fauoribus confouemus, ac his, quæ propterea per
prædeceſſores noſtros prouidè conceſſa fuiſſe di-
gnoſcuntur, vt firmiora perſiſtant, cum à nobis pe-
titur Apoſtolici muniminis præſidium propenſius
impartimur. Dudum ſiquidem (ſicut accepimus)
ſe. re. Innocentius III. Honorius etiam III. Grego
rius nonus, Cæleſtinus IIII. Innocentius etiã Quar-
tus, Alexander Tertius, Vrbanus Quartus, Clemens
Quartus, Gregorius X. Clemens V. Clemens VI. In
nocentius etiam VI. Vrbanus V. Gregorius XI. Vr-
banus VI. Aleaander V. Eugenius Quartus, Sixtus
Quartus, Innocentius Octauus, Alexander VI. Iu-
lius Secundus, Leo X. Adrianus VI. Clemens VII.
Paulus Tertius, Iulius etiam Tertius, Paulus IIII.
Pius etiam Quartus, ac Pius Quintus prędeceſſores
noſtri Ordini Sanctiſſimę Trinitatis Redemptio-
nis Captiuorum, Miniſtro Generali, & alijs fratrib.
eorumq; Eccleſijs, domibus, & conuentibus, non-
nullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccato-
rum remiſſiones, abſolutiones etiam plenarias, li-
bertates, facultates, prærogatiuas, fauores, immuni
tates, exemptiones, declarationes, facultates, diuer-
ſaq. alia priuilegia, & indulta, tàm ſpiritualia, quã
temporalia, etiam per ſolam ſignaturam, aut viuæ
vocis oraculo, tàm pro foro cõſcientiæ, quàm pro
foro fori, in genere, & ſpecie, etiam per modum cõ
municationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, etiã
cum alijs quibuſcunque ordinibus mendicantib. &
non mendicantibus conceſſerunt, aut iam conceſſa
confirmarunt, & approbarunt, prout in ſingulis cõ
ceſſionibus, & literis ipſorum prædeceſſorum de-
ſuper confectis plenius continetur. Cum autem, ſi-
cut dilectus filius Bernardus modernus Miniſter
Generalis præfati ordinis Sãctiſſimæ Trinitatis Re
demptionis Captiuorum nobis nuper exponi fecit,
ea firmiora cenſeri, quæ ſedis Apoſtolicæ confirma
tione ſæpius roborantur, ideo nobis ipſe Miniſter
Generalis humiliter ſupplicari fecit, vt prædictis
gratijs, conceſſionibus, & priuilegijs, alijſque præ-
miſſis, & in dictis prædeceſſorum literis, contẽtis,
noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſque in
præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate A-
poſtolica dignaremur. Nos igitur ad vberes fru-
ctus, quos ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptio
nis Captiuorum huiuſmodi, in agro militantis Ec-
cleſiæ producere non ceſſat, debitum reſpectum
habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,
præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, im-
munitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas,
fauores, conſeruationes, declarationes, facultates,
diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgen-
tias, & indulta, ſpiritualia, & temporalia, etiam per
modum communicationis, & extenſionis inter ſe,
& cum alijs ordinibus Mendicantibus, & non men
dicantibus eiſdem Miniſtro Generali, ac alijs fra-
tribus, Eccleſijs, domibus, conuentibus, & locis di-
cti ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptio-
nis Captiuorum, einſdemque ordinis monialium,
ſeu ſororum monaſterijs, ſeu domibus, & Eccleſijs,
ac ipſis Monialibus, ſeu ſororibus, & locis eorum
quibuſcunque, in genere, & ſpecie, etiam per ſo-
lam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præ-
fertur, aut aliàs, tàm per præfatos, & alios quoſcun
que Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,
ac nos, & ſedem præfatam, quàm per Imperatores,
Reges, & alios Principes, ſub quacunque forma, &
expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis
vicibus approbata, necnon cum omnibus, & ſingu-
lis in eis contentis clauſulis, decretis, & declaratio
nibus, ſingulas deſuper confectas literas, & in eis
contenta, & inde ſecuta quæcunque, illorum om-
nium tenores, & formas datas, effectus, & decreta
in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſere-
rentur, præſentibus ſufficienter expreſſis haben-
tes, dicta auctoritate Apoſtolica, ac poteſtatis pleni 1
tudine, quatenùs ſint in vſu, & Sacris Canonibus, &
decretis Sacri Concilij Tridentini non aduerſen-
tur, approbamus, & confirmamus perpetuamque
roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari,

Vide in 1. 10. qq. reg. q. 8.

necnon in ipſis, Miniſtro generali, & fratribus, mo
nialibus, ſororibus, eorumq. Eccleſijs, domibus,
monaſterijs, & locis præfatis: vt illis omnibus (&
præcipuè Caſtellæ, & Legionis Prouinciarum ſpe-
cialiter) ac etiam per modum communicationis,
& extenſionis huiuſmodi, ac aliàs quomodolibet
conceſſis, ſuffragari, illiſque frui, vti, & gaudere,
quando, ac quotiens opus fuerit, poſſe, & debere,
in iudicio, & extrà, ac etiam in foro conſcientiæ,
in omnibus, & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & ex-

De communicat. priuileg. Vide in 10. 1. qq. re. q. 51. artic. 10. & in 1. 10. qq. re q. 51. per totam.

preſſè eiſdem Miniſtro generali, fratribus, monia-
libus, ſiue ſororibus, Eccleſijs, domibus, ſeu mona- 2
ſterijs, conuentibus, & locis præfatis, conceſſa fuiſ-
ſent, decernimus. Necnon priuilegia, immunita-
tes, indulgentias, facultates, libertates, indulta, exẽ-
ptiones, fauores, & gratias huiuſmodi, modo, &
forma, quibus confirmata à nobis ſunt, ad domos,
& loca quæcunque dicti ordinis Sanctiſſimæ Tri- 3
nitatis Redemptionis Captiuorum hactenùs rece-
pta, & in poſterum recipienda, extendimus, &
ampliamus. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſ-
uis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtoli-
cis, etiam generalis Concilij Lateranenſis, vltimò
celebrati, ac ordinum prędictorum iuramento, cõ-

firmanone Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnon omnibus illis, quæ ſinguli prædeceſſores prædicti, in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Cæterum, quia difficile foret præſentes literas, ad quæcunq; loca, vbi illæ neceſſariæ forent, deferri volumus, & prædicta authoritate Apoſtolica decernimus, quod earundem literarum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati Ecclesiaſtici, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus in iudicio, & extrà fides adhibeatur plenaria, ac illis ſtetur in omnibus, & per omnia, ſicut originalibus ipſis literis adhiberetur, & ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Nouemb. 1575. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XXX.

SVMMARIVM.

Bulla confirmationis, ac Breuium Apoſtolicorum, à S.D.N. Gregorio Papa XIII. Conceſſa Generali Miniſtro, & fratribus ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum à fœ. rec. Innocentio Tertio, nutu Diuino inſtituti, in ſancta Lateranenſi Baſilica, anno 1. in die Diuæ Agnetis ſecundo. 1498.

IN nomine ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli, hoc præſens publicũ trãſumpti inſtrumentum viſuri, lecturi pariter, & audituri, Quod nos Alexander Riarius Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia, Patriarcha Alexandrinus, S.D.N. Papæ, eiuſque Camerarij, necnon curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generalis auditor, Romanæq; curiæ iudex ordinarius, ſententiarum quoquè, & cenſurarum in eadem Romana curia, & extrà eam latarum, & promulgatarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcunq. vniuerſalis, & merus executor, ab eodem S.D.N. Papa ſpecialiter deputatus, ac vtriuſq. ſanctitatis ſuæ ſignaturæ referendarius, Vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas confirmationis priuilegiorum S.D.N. Gregorij Papæ XIII. ſub plumbo legitimè expeditas, ſub Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub anno Incarnationis Dominicæ, 1575. Nonis Aprilis, Pont. ſui, anno 3. Necnon tria breuia Apoſtolica eiuſdem S. D.N. Gregorij Papæ XIII. ſub annolo Piſcatoris, die 8. Iulij, 1575. Pont. ſui, anno 4. Huiuſmodi ſub tenore, videlicet.

GRegorius Papa Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Bernardo generali miniſtro omnis ſanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionẽ. Cum à nobis petitur, quod iuſtum, & honeſtũ eſt, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſolicitudinem offici noſtri, ad debitum perducatur effectum. Ea propter (dilectæ in Domino fili) iuſtis tuis poſtulationibus, grato concurrentes aſſenſo, omnia, & ſingula priuilegia, gratias, libertates, immunitates, exemptiones, & indulta à fœ. rec. Innocentio III. ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis (nutu Diuino) inſtitutore, Honorio III. Alexandro IIII. Vrbano IIII. Vrbano V. Eugenio IIII. Clemẽte VI. Sixto Quarto, Innocentio Octauo, Leone X. Clemente Septimo, Paulo Tertio, Paulo Quarto, Pio Quarto, Pio V. & alijs prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, dicto ordini conceſſa, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac alijs Chriſti fidelib. tibi, & eidem ordini, ac illius fratribus rationabiliter indultas, quatenùs ſint in vſu, & decretis Conc. Trid. non repugnent, tibi. & ordini, ac fratribus huiuſmodi authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotẽtis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurum. Dat Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Dominicæ, 1575. Nonis Aprilis, Pont. noſtri, anno 3. I. Branchæ locus 4. plumbi, tenor verò dictorum trium Breuium ſequitur, & eſt talis videlicet.

Bulla XXXI.

SVMMARIVM.

Ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque prælatos, vt in eleemoſynis petendis, fauorem, & gratiam concedant fratribus ſanctiſſimæ Trinitatis, & vt attentius moneant ſuper hæc omnia ſubditis ſuis.

GRegorius Papa Decimus Tertius, venerabilibus fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filijs, Abbatibus, Prioribus, & alijs Eccleſiarum prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum (iuxtà verbum Apoſtoli) bonũ operari teneamur ad omnes, circa defenſionem, & prouiſionẽ illorum præſertim operam adhibere tenemur, qui operib. pietatis inſiſtunt, & compatiuntur proximorum laboribus, & ærumnis, Inde eſt, quod cum dilecti filij, Bernardus generalis miniſter, & fratres ordinis Sãctæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ſe receptioni pauperum, infirmorum conſolationi, & redemptioni expoſuerint Captiuorum, vniuerſitatẽ veſtram monemus attentius, & hortamur, quatenus eos, & domum illorum recomendatam habentes, & defendentes à malignorum incurſu, parochianos veſtros, vt eis de bonis ſibi à Deo collatis eleemoſynas largiantur, & beneficijs illorum charitatis propoſito auxilium conferant opportunum, moneatis attentius, & efficacibus hortationibus inducatis, Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis mano alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo miniſtri generalis, dicti ordinis, ſeu alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbiq. adhibeatur, quæ eiſdem originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Iunij, 1575. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XXXII.

SVMMARIVM.

Vniuerſis Chriſticolis loquitur, & maximè hortatur eos, vt conferant ſuas pias eleemoſynas fratribus pro redemptione, & non ſolum concedit licentiam, ſed plurimum commendat.

GRegorius Papa XIII. vniuerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutẽ, & Apoſtolicã benedictionẽ. Cum (vt ait Apoſtolus) bonũ operari teneamur, ad oẽs circa defenſionẽ, & prouiſionẽ illorũ præſertim operã adhibere tenemur, qui operib. pietatis inſiſtũt, & cõpatiunt, proximorũ laborib. & ærũnis, inde eſt, Quod

cum

cum dilectus filius Bernardus generalis miniſter, & fratrea ordinis S. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, de vniuerſis, quæ nunc poſſident, & in futurum (dante Domino poterunt adipiſci) iuxtà eorũ inſtituta, tres diſpoſuerint facere portionea, de quarum duabus hoſpitalitati deſeruiant, & captiui de tertia redimantur, & opera iſta (filij) noſtrorum laudum præconis non requirant, quæ in tantum teſtimonium veritatis commendantur in Euágelio, vt pro ipſis Regnum æternum ea facientibus promittatur. Vniuerſitatem veſtram monemus attentè, & hortamur, quatenùs eis, de bonis vobis à bonorum omnium largitore collatis, cum ad vos venerint veſtras eleemoſynas petituri, ſubuenire curetis. Vt munificentia bonorũ veſtrorum adiuti, quę inceperunt opera pietatis, plenius valeát exercere. Et vos, per hæc, & alia bona, quæ (Dño inſpirante) feceritis in retributione iuſtorum, æternæ retributionis pręmium obtinere poſſitis: Volumus autem, quod præſentium tráſumptis, ét imprȩſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigilli miniſtri generalis dicti ordinis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutę munitis, eadem prorſus fides vbiq; adhibeatur, quę eiſdem originalib. literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Iunij, 1575. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XXXIII.

SVMMARIVM.

Directa regibus cunctis, & Principibus, Dominis temporalibus, quo magnoperè illos ſuadet, & tamen ſuarum eleemoſynarum fratribus conferre ad redemptionem, & illos recommiſſos in omnibus habere.

GRegorius Papa XIII. vniuerſis, & ſingulis Regibus, Comitibus, Vicecomitibus, & alijs terrarum Principibus, ad quos literæ iſtę peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum (iuxtà verbum Apoſtoli) bonum operari teneamur ad omnes, circa defenſionem, & prouiſionem illorum præſertim operã adhibere tenemur, qui operibus pietatis inſiſtunt, & cõpatiuntur proximorum laborib. & ærumnis. Inde eſt, quod cum dilecti filij Bernardus generalis miniſter, & fratres ordinis S. Trinitatis Redemptionis Captiuorum ſe receptioni pauperum, infirmorum cõſolationi, ac Redemptioni expoſuerint captiuorum, monemus vniuerſitatẽ veſtrã, & hortamur in Domino, quatenùs eos, & domum illorum recomendatã habentes, & defendentes à malignorum incurſu, eis fauorem veſtrum, & gratiã liberaliter impẽdatis, & nullis eos affligi moleſtijs, nullis ſinatis exactionibus prægrauari. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiã impræſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo miniſtri generalis dicti ordinis, ſeu alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbiq. adhibeatur, quę eiſdem originalib. literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Iunij, 1575. Pont. noſtri, anno 4. Quib. quidẽ literis Apoſtolicis diligẽt et inſpectis, illas omni ſuſpicione carere inuenimus, ad requiſitionem, & inſtantiam dicti venerabilis Bernardi generalis miniſtri, ordinis S. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, per Notarium noſtrum infraſcriptum, illas exemplari, & tranſumi, ac in publicam tranſumpti formam redigi mandamus. Decernentes & volentes, vt huic præſenti tranſumpto publico, ſine exemplo, plena fides deinceps adhibeatur vbilibet, in locis omnibus, & ſingulis, quibus fuerit oportunum, ipſumque tranſumptum fidem faciat, ac illi ſtetur, ac ſi dictæ literæ, vt ſupra extractæ productæ apparerent. Quibus omnibus, & ſingulis, authoritatem noſtram iudiciariam interpoſuimus, & decretum. In quorum omnium præmiſſorum fidem, præſentes exinde fieri, & per Notarium noſtrum ſubſcribi, ſigillique noſtri (quo in ſimilibus vtimur) iuſſimus appenſione muniri. Dat. Romæ, in ædibus noſtris, ſub anno à Nati. Domini, 1575. indictione 3. die verò 27. menſis Iunij, Pontif. S.D.N. Domini Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno 4.

Ego Gaſpar Raldetus publicus Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius de præmiſſis omnibus rogatus, ideo ea ſignaui, & ſubſcripſi in fidem requiſitus.

Factum, tranſcriptum, ſiue extractum, atque correctum, collatumq. fuit hoc præſens publicum authenticum tranſumpti inſtrumentum præinſertarum bullarum, ac breuium Apoſtolicorum, de mandato præfati Domini iudicis Apoſtolici conſeruatoris, die, menſe, anno, & loco ſupradictis, teſtibus eiſdem, Martino de vibe, Ioanne Barba, & Alphonſo Monteſino, reſidentibus in hac ciuitate Burgenſi. Qui quidem Dominus Apoſtolicus iudex, ſuam authoritatem, & decretum, ad omnia interponens, propria manu ſubſcripſit. Et quia ego ſupradictus, Petrus de Sanctillana Apoſtolica authoritate notarius, & ſecretarius dicti monaſterij S. Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum collationi, correctioni, & emendationi præfatorum priuilegiorum, & ſcripturarum, vnà cum ſupradictis teſtibus interfui: ideo hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum manu aliena fideliter ſcriptum, & impreſſum mandato præfati illuſtris domini licentiati, Domini Andreæ de la Cadena, iudicis Apoſtolici conſeruatoris electi dicto monaſterio ſubſcripſi, ac ſubſignaui, ad inſtãtiam, & requiſitionem eiuſdem R.P.F. Gundiſalui Alonſo procuratoris antedicti. Quod quidem ſcriptum, impreſſum, vſq. adhûc locum patet in viginti, & vno folijs. In quorum fidẽ, & teſtimonium veritatis, rogatus, & requiſitus.

Bulla XXXIIII.

SVMMARIVM.

Pro militijs ſancti Iacobi de Spatha, & de Auis, vt habeant communicationem omnium priuilegiorũ, & indultorum conceſſorum, & concedendorum militijs S. Iacobi Calatraua, & Alcantara, Regnorũ Legionis, & Caſtellæ.

GRegorius XIII. ad perpetuam rei memoriã. Ex Apoſtolicæ ſedis, in qua meritis licèt inſufficientibus, diuina diſponente clementia, conſtituti ſumus, benignitate procedit, vt ſuper eis, quæ perſonis ſub regulari habitu contra Chriſti nominis æmulos, pro orthodoxæ fidei ampliatione, & conſeruatione continuè militantibus per eiuſdem ſedis clementiã circunſpectam, pro tempore cõceſſa reperiuntur, an ad alias eiuſdem profeſſionis extendantur perſonas, ambiguitatis ſcrupulos pro tẽpore exercentes, declarationis noſtræ miniſterio dilucidemus, ac in his officij noſtri partes fauorabiliter impartimur. Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex illuſtris, qui militiarum S. Iacobi de Spatha S. Auguſtini, & de Auis Ciſtertienſis ordinum, Regni Portugalliæ manus magiſter, ſeu perpetuus adminiſtrator, per ſedem Apoſtolicam deputatus exi-

Digitized by Google

ſtit, tam ſuo, quã dilectorum filiorum magiſtrorũ conoentus, priorum, cõmendatorum, præceptorũ, fratrum, militum, & aliorum religioſorum, ac perſonarum militiarum prædictarum nominibus, nobis nuper exponi fecit. quod licèt ex diuerſis Romanorum Pontificum, & præſertim fel. re. Nicolai Quinti, & Iulij II. & Paulij III. prædeceſſorum noſtrorum, priuilegijs, & conceſſionibus prædictę militiæ, in eodem Regno aduerſus Maoros, alioſq. fidei Catholicæ hoſtes, antiquitus per ſedem prædictam inſtitutæ ſalubriter illarum, quæ tunc, & pro tempore exiſtentes magiſtros, ſeu adminiſtratores, conoentus, priores, commendatores, præceptores, fratres, & milites, eorunq; ſinguli, necnon perſonæ, & loca, domus, ac Eccleſię militiarum earundẽ, perpetuis futuris temporibus, omnibus, & ſingulis priuilegijs, prærogatiuis, cõceſſionibus, indultis, libertatibus, cõſeruatorijs, indulgentijs, exemptionibus, honorib. literis Apoſtolicis, & alijs gratijs, miniſtris, ſeu adminiſtratoribus, conuentibus prioribus, commendatarijs, præceptoribus, fratribus, & militibus eiuſdem S. Iacobi, & de Calatraua, ac de Alcantara militiarum, in Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum in genere, quouis modo ab iſtis Romanis Pontificibus, & ſede prædicta cõceſſis, & in poſterum concedendis, ac qoibus illi vtebantur, potiebantur, & gaudebant, ac vti, potiri, & gaudere poſſent qoomodolibet in futurum vti, potiri, & gaudere, ac ſi eis in genere conceſſa fuiſſent, & loco iudicum, in literis Apoſtolicis Regnorum Caſtellæ, & Legionis militijs huiuſmodi, pro tẽpore conceſſis deputatorum, alios iudices in dignitate tamen Eccleſiaſtica ſimiliter conſtitutos, in dicto Regno Portugalliæ, qui eandem poteſtatem haberent, quam iudices in eiſdem literis deputati habebant, ſeu habere poſſent, quomodolibet in futurum deputare, liberè, & licitè poſſint, & valeant, nihilominus, ac nimium forſan ſcrupoloſis locorum ordinarijs eiuſdem Regni Portugalliæ, certis prætenſionibus dubitari contingit, an literæ per pię memoriæ Pium Papam V. etiam prædeceſſorem noſtrum, ſub datis videlicet, 5. Idus Ianuar. Pont. ſui anno 1. procurante Chriſtianiſſimo filio Philippo Rege Catholico. qui militiarum in Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum huiuſmodi perpetuus adminiſtrator per eandem ſedem deputatus exiſtit, conceſſæ, priuilegiorum, indultorum, conſeruatoriarum, & aliarum gratiarum ipſis militijs Regnorũ Caſtellę, & Legionis conceſſarum, prædictorum præſeruatione, & innouatione à militijs Regni Portugalliæ, & Sebaſtiano Regi, ac pro tempore exiſtentib. magnis magiſtris, conuentibus, prioribus, commendatoribus, præceptoribus, fratribus, militibus, perſonis, Eccleſijs, domibus, locis, bonis, poſſeſſionib. iuribus, & iuriſdictionibus militiarum Regni Portugalliæ huiuſmodi, ſuffragari, & illis gaudere poſſint, vel debeant, & exinde effectus literarum Pij prædeceſſoris huiuſmodi, quod ad Regni Portugalliæ militias, illarumq; ſingulas perſonas prędictas frequenter impeditur, & retardatur, militiæq. Regni Portugalliæ, & illarum perſonæ huiuſmodi, ſæpenumero grauamina, iniurias, & incommoda ſuſtinent in earum detrimentum, ac priuilegiorum, indultorum, & facultatum ſibi cõceſſarum ceſſationem, Cum autẽ, ſicuti eadem petitio ſubiungebat, magiſtri, conuentus, priores, commendatarij, præceptores, fratres, milites, & aliæ perſonæ eiuſdem S. Iacobi de Spatha, ſiue in Legionis, Caſtellæ, & Aragonum, ſiue in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis conſtituti, ſiue eiuſdem profeſſionis exiſtãt, & ſub eiſdem regularibus inſtitutis militent, neque alia inter eos differentia, quã quod in diuerſis Regnis cõſiſtunt, forè dignoſcãtur, ac præmiſſis in fauorem ipſius militiæ de Spatha, & de Auis, in genere cõceſſis appareant, & neutiquã cõueniens videatur, vt militiæ prædictæ, etiãſi in diuerſis Regnis inſtitutæ, diuerſo iure fulciri, aut inniti debeãt, præſertim qood illæ ſemper, in omnibus & per omnia per alios Romanos Pontifices prædictos æquiparatæ fuerint, ac propterea idem Sebaſtianus Rex, nominibus prædictis, nobis humiliter ſupplicari fecerit, quatenus ambiguitatis prædictæ ſcrupulis, antequã altius irrepãt, ac iurgiorum, & litigiorum materiã parturiãt, declarationis noſtræ miniſterio ſubmouere & aliàs in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui præter cõmune debitum, quo ex Apoſtolatus officio cæteris fidelibus debitores exiſtimus, militias Regni Portugalliæ, illarumque perſonas hmôi eò ſpecialius paterna dilectione cõplectimur, quo pro tuitione prædictæ fidei, eiuſq. propagatione, atq. præſidio, cõtra immaniſſimos Chriſti nõis hoſtes, Mauros, ſ, & alias barbaras nationes, cum proprij effuſione cruoris, & vitę periculo cõtinuè decertari, facti euidentia cognoſcimus, eundẽ Sebaſtianum Regem à qoiboſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis, ſententijs cenſuris, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat cõſequendũ, harum ſerie abſoluendũ, & abſolutũ fore cenſentes huiuſmodi ſupplicatibnibus inclinati, eorundẽ Nicolai, Iuli, & Pauli prędeceſſorum prædictorũ, veſtigijs inhærentes, omnemq. dubitationẽ in præmiſſis remouere volentes, necnõ omnium, & ſingulorum priuilegiorum, conceſſionum, indultorum, conſeruatoriarum, & aliarum gratiarum per quoſcunque Romanos Pootifices prædeceſſores noſtros, & ſedem prædictam, eiſdem militijs, tàm in Legioois, & Caſtellę, quam Portugalliæ Regnis prędictis inſtitutis, illarumq; magnis magiſtris, ſeu adminiſtratoribus, cõuentibus, prioribus, commẽdatoribus, pręceptoribus, fratribus, militib. & perſonis prædictis, ac deſuper confectarum, & dictarũ Pij prædeceſſoris literarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, prærogatiuas, immunitates, exemptiones, libertates, facultates, indulgentias, cõſeruatorias, indulta, & alias gratias, militijs Caſtellæ, & Legionis Regnorum hmôi, ac prædicto Philippo Regi, & pro tempore exiſtentibus adminiſtratoribus, conuentibus, prioribus, cõmendatoribus, præceptoribus, fratribus, militib. & alijs perſonis, Eccleſijs, Domibus, locis, bonis, poſſeſſionibus, iuribus, iuriſdictionibus militiarũ Caſtellæ, & Legionis Regnis inſtitutarum huiuſmodi, per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem eandem hactenus quomodolibet, tàm in genere, quàm in ſpecie conceſſa, & in poſterum concedenda, eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa ſunt, & in poſterum concedentur, ad militias Regni Portugalliæ, ac Sebaſtianum Regem, & pro tempore exiſtentes magnos magiſtros, ſeu adminiſtratores, conuentus, priores, commendatores, præceptores, fratres, milites, perſonas Eccleſiaſticas, domos, loca, bona, poſſeſſiones, iura, iuriſdictiones militiarum, in Regno Portugalliæ inſtitutarum huiuſmodi, extendi, & illa eis in omnibus, & per omnia, ac pariformiter, & æquè principaliter, abſq. vlla prorſus differentia, acſi militijs Regni Portugalliæ, & Sebaſtiano Regi, ac pro tẽpore exiſtentib. magnis magiſtris, ſeu adminiſtratoribus, conuentibus, prioribus, commendatoribus, præceptoribus, fratribus, militibus, perſonis, & Eccleſiis, domibus, locis, poſſeſſionib. iuribus, iuriſdictionibus militiarum Regni Portu-

gallię

galliæ huiuſmodi, ſpecificè, & expreſſè cōceſſa fuiſſent, & concederentur perpetuò ſuffragari, ac illis vti, potiri, necnon loco iudicum, in priuilegijs, & alijs literis Apoſtolicis Regnorum Caſtellæ, & Legionia militijs huiuſmodi, pro tempore conceſſis deputatorum, dilectos filios, capellanum maiorē prædicti Regis, & ſucceſſorum Regum Portugalliæ, Archidiaconos de Oliuenca, Bracharenſis, & Eborenſis Eccleſiarum, nunc, & pro tēpore exiſtentes in dicto Regno Portugalliæ, qui eādem poteſtatem habent, quam iudices, in eiſdē literis, & priuilegijs deputati habent, ſeu habere poterunt quolibet in futurum, deputatos eſſe, ne deſuper, per prædictos ordinarios, ſeu alios cuiuſcunq; ſtatus, gradus, conditionis, ordinis, præeminentiæ, & qualitatis exiſtentes, & Cardinalatus honore fulgētes, moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſe, ipſaſq. militias Regni Portugalliæ, illarumque ſingulares perſonas, in eodē ſtatu, quo militiæ Regnorum Caſtellæ, & Legionis, illarumq. perſonæ huiuſmodi quomodolibet exiſtunt, & pro tempore reperiuntur, & perpetuò conſeruari debere, & ita intentionis prædeceſſorū prædictorum fuiſſe, & etiam noſtræ eſſe, & perpetuò fore; authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, & declaramus, & nihilominus pro potiori cautela, eadem omnia, & ſingula priuilegia, & prærogatiuas, exemptiones, facultates, indulgentias, conſeruatorias, indulta, & alias gratias, eiſdem modo, & forma, quib. militijs Caſtellæ, ac Legionis regnorum, earunq. ſuperioribus, & perſonis hmōi, vt præfertur, cōceſſa ſunt, & in poſterum cōcedentur; & militias Regni Portugalliæ, illarumq. ſuperiores, & perſonas hmōi, ſimiliter perpetuò extendimus, illorumq. eis, authoritate, & tenore prædictis, modo tamen, & forma in literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi cōtentis, cōcedimus, & indulgemus, decernentes præſentes literas, nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiā alio defectu notari, vel impugnari poſſe, nec illas, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionib. cōprehendi. Sicq; per quoſcunq. iudices, & commiſſarios quauis authoritate fungentes, & S.R.E. Cardinales, ac cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca, venerabili fratri Epiſcopo Amerienſi, & dilectis filijs, capellano maiori prædicti Sebaſtiani Regis moderno, & pro tēpore exiſtēti, ac Archidiacono Eborēſi, per Apoſtolica Scripta mādamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliū, ſeu alios, præſentes literas, & in eis cōtenta, quęcunq. vbi, & qñ opus fuerit, ac quoties pro parte prædicti Regis moderni, & pro tempore exiſtentis magni magiſtri, ſeu adminiſtratoris conuentuum, priorum, cōmendatorum, præceptorum, fratrum, militum, perſonarum, Eccleſiarum, domorum, locorum, bonorum, poſſeſſionum, iurium, iuriſdictionum militiæ Regni Portugalliæ hmōi, ſeu alicuius eorum, deſuper requiſiti fuerint, ſolemniter publicationem, aiſq. in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciāt authoritate noſtra, literas hmōi, & in eis cōtenta quæcunq. firmiter obſeruari, ac ſingulos, quos eædem literæ concernunt, illis pacificè gaudere, nō permittāt eos deſuper, per quoſcunq. quomodolibet indebitè moleſtari, cōtradictores per cenſurā Eccleſiaſticā, appellatione poſtpoſita cōpeſcendo. Non obſtātib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac militiarum prædictarum iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. ſtabilimentis, vſib. & naturis, necnō quibuſuis declarationib. inhibitionib. & decretis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunq. tenorib. & formis, ac cum quibuſuis, etiā derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficaciorib. & inſolitis clauſulis, necnō irritantib. & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, & motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiā cōſiſtorialiter, ac aliàs quolibet cōceſſis, approbatis, & innouatis. Quib. omnib. etiā ſi de illis, eorumq. totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, nō autem per clauſulas generales idem importātes, mētio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruāda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forēt, præſentib. pro ſufficienter expreſſis, ac inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permāſuris; hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq. cōtrarijs quibuſcūq. Volumus autem, quod priuilegiorum, indultorum, & aliarum gratiarum præfatarum, ac etiā præſentium literarum trāſumptis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cōſtitutæ munitis, plena, & integra, ac eadē fides prorſus adhibeatur, in iudicio, & extra, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi originaliter forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Iunij, 1576. Pontificatus noſtri, anno quarto.

Bulla XXXV.

SVMMARIVM.

Breue ſanctiſſimi Domini noſtri Gregorij Decimitertij, in quo derogatur, quod motu proprio fœ.re. Pius Papa V. decreuerat aduerſus conſuetudinem, definitiones, & priuilegia ordinis S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ conceſſa, quibus huiuſmodi ordinum perſonæ viuntur ad teſtandum, & ad libitum de bonis ſuis diſponendum ex regula, & ordinis priuilegiorum permiſſione.

GRegorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis prouidentiæ, & benignitatis propriū eſt, vbi æquitas ſuadet, ac Catholicorum Regum vota expoſcunt, quæ generaliter à prædeceſſorib. ſuis ſtatuta ſunt moderari, illaque interdum tollere, quæ facultatem teſtādi, & diſponendi de bonis, quæ ſub regulari habitu militarum degentes perſonæ poſſident adimunt. Licet. n. fœ.re. Pius V. prædeceſſor noſter, per ſuam perpetuò valituram conſtitutionem, inter alia, omnes, & quaſcunque licentias, & facultates teſtandi, & aliàs quomodolibet diſponendi, & ad certam, & quantumuis modicum ſummam, & quantitatem de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe mouentibus inter alios ad magiſtros, priores, præceptores, milites, fratres, & perſonas militiarū, & hoſpitalium, videlicet S. Iacobi de Spatha, de Calatraua, & Alcantara militiarum Hiſpaniarum, ratione præceptoriarum, hoſpitalium, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, etiā ſæcularium, & aliorum ordinum regularium, ac penſionum, ac fructuum quorumcunq. prouenientium, necnon facta vſque tunc, nō tñ effectum ſortita, vigore licentiarum, & facultatum prędictarum, teſtamenta, & alias diſpoſitiones huiuſmodi, etiam per eaſdem literas & fa- *Vide in 3. to.qq re.q. 63.ar.7.*

Tom.2.Priuil.Apoſt. Gg 3 culta-

cultates, diſponeretur, quod dimidia, vel alia pars rerum, & bonorum prædictorum, militijs, hoſpitalib. domib. & locis vnde illa prouenerint, vel alijs pijs locis relinquerentur, reuocauerit, & aboleuerit, decernens teſtamenta, donationes, & alias diſpoſitiones, quæ prætextu priuilegiorum, facultatum, diſpenſationum, & indultorum prędictorum, ſic reuocatorum, ac cōtra dictarum literarum tenorē, per quæcunq; etiā Apoſtolica authoritate fieri, vel factas, proſequi cōtigerit, tāquam ſubreptitiè extortas, nullius prorſus roboris, vel momenti eſſe, nec per eas ius, aut titulum etiam coloratum, cuiq; acquiri poſſe, & aliàs, prout in eiuſdem prędeceſſoris noſtri literis, latius explicatur. Nihilominus chariſſimus in Chriſto filius noſter, Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus S. Iacobi de Spatha Calatrauæ, & Alcātaræ militiarum perpetuus adminiſtrator, Apoſtolica authoritate deputatus, animaduertens pleroſq. ex militib. militiarum prædictarum, pro fide Catholica tuenda, & cōſeruanda, arma inducere, & ei rei plerunq; perpetuam operam (vt veros Chriſti athletas decet) nauare, alios verò grauibus negotijs pertractandis eſſe diſtentos, & ex earūdem militiarum ſtabilimentis, aut etiam Apoſtolicis indultis, liberè vxores ducere poſſe, & in habitu militari quandam religioſorum imaginem referre, nihilq. hominibus, præſertim militibus prædictis, gratius euenire poſſe, intelligens, quàm vt libera ſit eis de bonis, quæ viuentes poſſidēt, tam in vltima voluntate (quando amplius velle nō poſſunt) quàm aliàs diſponendi tributa poteſtas. Propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt ex cōſueta ſedis Apoſtolicę benignitate, oportunè circa pręmiſſa prouidere dignaremur. Nos igitur commodis militum militiarum prædictarum, quibus idem Philippus Rex præeſt, cōſulere, ac Philippi Regis voluntati, hac in parte ſatisfacere volentes, conſtitutioniſq. prædictæ ſeriem, ac ſi de verbo ad verbū inſereretur, præſentibus pro expreſſa habentes, illā necnon illius omnes effectus, quò ad hoc, vt S. Iacobi de Spatha, de Alcantara, & Calatraua prioribus, præceptoribus, & alijs ipſarum militiarum obtinētibus beneficia, & quouis nomine nuncupatis militibus, quæcunq. licentiæ, & facultates teſtandi, & aliàs quomodolibet diſponendi de rebus, fructib. & rebus immobilibus, mobilibus, & ſe mouentib. vt præfertur, ſuffragentur, eædemq. licentiæ, & facultates in poſterum valeant, ac perpetuam roboris firmitatem obtineant, ſuoſq. effectus plenè ſortiantur penitùs, & omninò, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium tollimus, & abolemus. Necnon teſtamenta, & alias diſpoſitiones, in vim licentiarū, facultatum, & conſuetudinum prædictarum, iam condita, diſpoſita, & ordinata, quæ prædicta ædita conſtitutione, iuxta teſtatoris, vel diſponentis volūtatem, effectum minimè ſortiri potuerunt, & quorum cauſa adhuc integra eſt, vt medio hoc tempore nihil noui acciderit aduerſus eiuſdem cōſtitutionis diſpoſitionem, omniaq. & ſingula, quæ in ea cōtinentur, in vſum, in quem antequam dicti prædeceſſoris conſtitutio prædicta ædita fuiſſet, quomolibet erant, ſtatum, reſtituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, ſuoſque plenarios, & integros effectus, impedimentis omnibus ſublatis, quæ ex dicta conſtitutione prouenerint, ſortiri debere, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, omneſq. & ſingulos earundem trium militiarum militibus, præſentib. & futuris, teſtādi, & aliàs diſponendi de bonis prędictis, cōceſſas facultates, & cōſuetudines, propotiori cautela approbamus, & firmamus, illiſq. perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ſicq. in præmiſſis omnib. & ſingulis, per quoſcunq. iudices ordinarios earundē militiarum, & delegatos, & quoſcunq. alios, etiā cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbiq. iudicari, & diffiniri debere, irritumq. & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Nō obſtantibus præmiſſis, alijſq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, tàm per dictum, quā per quoſcunque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, ſub quibuſcunq. tenorib. ac formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarū derogatorijs, aliiſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, etiā motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis. Quibus omnibus, etiam ſi de eis, eorunq. totis tenorib. ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua mentio, aut quæuis alia expreſſio exhibenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, contrarijs quibuſcunque, &c. Dat. Romæ, apud D. Petrum, die 6. Octobris, 1576. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XXXVI.

SVMMARIVM.

Quod deſcendentes à Iudæis, Sarracenis, aut hæreticis, qui poſt baptiſmum ſuſceptum à fide receſſerunt, & per tribunal Eccleſiaſticum fuerunt conuicti, non admittantur ad religionem Minimorum.

GRegorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Muneris noſtri eſſe putamus, ſedulò, ac diligenter omnia curare, quæ religionum cōſeruationi, earumque profeſſorum quieti, ac tranquillitati conferant, illamq. in primis curam ſuſcipere, vt ijs, quæ materiā ſcandali præbere poſſunt, quā primum via pręcludatur. Cum itaque, ſicut nuper accepimus, ſtatutis in capitulo generali ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula ęditis caueatur, vt nullus de genere Iudæorum, aut Mahumetanorum, in eum ordinem recipiātur, ac vt nouitius, tā ad habitum, quā ad profeſſionem admittendus interrogetur à prælato, an ex huiuſmodi deſcēdat, qui ſi negatiuè reſponderit, recipiatur, pręmiſſa etiam prius proteſtatione, quod quotieſcunque poſtea inuentum fuerit, eum ex tali genere originem ducere, profeſſio ab eo facta erit nulla ex parte religionis, quod non mediocrediter ordinis tranquillitati, & multis, qui ex huiuſmodi genus ducunt, perturbationem attulit. Nos, qui deſideranter in votis gerimus, vt præfatus ordo, noſtris proſperetur temporib. & materia ſcandali penitùs ſucciſa, radicituſq. euulſa, longius propellatur, poſtquam præfatorum, qui ex genere Iudęorū, & Mahumetanorum originem trahunt, & ſcientes, vel ignorātes ſe ex huiuſmodi genere oriūdos eſſe, profeſſionem in dicto ordine emiſerunt ſtatui, & quieti nuper cum de eorum profeſſionis validitate, & ſtatu conſulti eſſemus, viuæ vocis oraculo ſufficienter, ſatis, ſuperq. prouidimus, attendentes leges, & ſtatuta, non ideo debere fieri, vt per ea ſcandala gignantur, & publica præſertim animarum tranquillitas perturbetur, aut commoueatur, ſed potius ad ea tollenda, & ipſam communem quietem augendam, ac propterea ſtatuta prędicta, quò ad ea tantū, in quibus pręſentibus noſtris literis aduerſant, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium abrogātes, & abolentes, & ex nunc in poſterum nullius roboris, vel momēti fore decernētes, Motu proprio,

&

& ex certa noſtra ſcientia, volumus, ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero in nouitijs recipiendis ad ordinem præfatum S. Frãciſci de Paula, fiat inquiſitio de morib. & vita eorum, & de progenitorum ſuorum defectu, volẽtes, quod ijs qui ex Iudæorũ, vel Mabumetanorum genere deſcendunt, cũ poſt ſuſceptum ab eis baptiſma, Græci, & Iudæi diſtinctio eſſe nõ debeat, nullatenus defectus generis huiuſmodi, quo minus in ordinem prędictum recipiãtur, & ad cõſequendas in dicto ordine dignitates, gradus, & officia religionis, nocere poſſit, vel debeat. Quantum verò attinet ad filios, & deſcendentes hæreticorum, præcipimus, vt deſcendentes talium cõuerſorum, & Eccleſiæ vnitati reſtitutorum, pariter minimè circa pręmiſſa, quidquã obſtet. Quo ad illos verò, qui ex Iudæis (ex eo, ꝙ poſt baptiſma ab eis ſuſceptum, iterum à fide Catholica defecerunt) per ſententiã in foro Eccleſiaſtico latã dãnatis, Mahometanis, itẽ & hæreticis ſimiliter dãnatis, viuis, vel defunctis, vel quorũ oſſa, vel ſtatuæ cõbuſtæ ſunt, originẽ ducunt per lineã paternã, vel maternã, vſq; ad quartã generationem incluſiuè, in ordinem ipſum recipi, & admitti nõ poſſe, & idem in his profeſſorib. eiuſdem ordinis, qui ad ſacros, ẽt presbyteratus ordines, admittuntur, ſeruari decernimus, nõ obſtãtib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis, ac priuatis, & quibuſuis alijs dicti ordinis Generalib. vel Prouincialib. capitulis æditis, tã generaliter de vniuerſo, quã ſpecialiter de ſingulis eiuſdem ordinis domib. vel conuentib. ſeu monaſterijs diſponentib. iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides vbiq. adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 1. Auguſti, 1583. Pont. noſtri, anno 12.

Bulla XXXVII.

SVMMARIVM.

Gregorij Papæ Decimi tertij conſtitutio, de eleemoſynis monialibus praſtandis.

In hac bulla multa ſtatuuntur, & declarantur, quæ Pius Quintus per alias bullas ſuas, voluit obſeruari, & remedium pro neceſſitate monialium adhibetur, & declaratur, qui tenentur contribuere pro tali neceſſitate ſubleuanda, & præcipitur clauſura conuerſis profeſſis, & determinatur, non licere monialibus habere oſtium, per quod ex monaſterio poſſit intrare in ipſarum Eccleſiam exteriorem.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 44. ar. 3. & 4. & q. 45. ar. 1.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriã. Deo ſacris Virginibus, quæ contemptis ſæculi illecebris, diuinis ſe obſequijs manciparunt, æquiſſimum eſt, præcipua quadam à nobis, ac ſingulari ſolicitudine prouideri, tum vt ab eis omnia, quæ ſanctum ipſarum propoſitum impedire poſſent, remoueãtur, tùm etiam vt eis in cultu Dei caſtè, ac religioſè permanentib. quæ ad victum neceſſaria ſunt, ſubminiſtrentur. Et quidem poſt ſacri Concilij Tridentini decretum, quo conſtitutio fœ. re. Bonifacij Papæ Octaui prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: periculoſo, renouatur, prohibens, ne aut ipſis monialibus ex monaſterijs ſuis egredi, aut vlli cuiuſcunque ſexus, aut ordinis perſonæ ad eas ingredi liceat. Et præterea vniuerſis Epiſcopis præcipitur, vt in omnibus mona-

ſterijs, ſibi ſubiectis, in alijs verò ſedis Apoſtolicæ authoritate clauſuram ſancti monialium, vbi violata diligenter reſtitui, vbi verò inuiolata, conſeruari maximè procurent. Pię memoriæ Pius Papa V. etiam prædeceſſor noſter, victui quoque, & neceſſitatibus ipſarum proſpicere cupiens, cum ſuperiora illa approbaſſet, atq. innouaſſet, eademq. omnia ẽt in monialibus quarumcunq. militiarum, etiã Hieroſolimytanæ, omnibuſq. alijs, tacitè, vel expręſſè religionem profeſſis, quocunq. nomine cenſerentur, locum habere decreuiſſet, ne illæ quicquã detrimenti in neceſſitatib. ſuis hac occaſione paterentur, etiam præcepit locorum ordinarijs, & ſuperioribus earum, vt fidelium eleemoſynas per conuerſas non profeſſas, vel profeſſas quidem, ſed ætati ſaltem quadraginta annorum, & iã pridem cõuerſas, quæ in domib. contiguis, extra tamen monaſteriũ degerent, colligendas curarent. Ita tamen, vt prædictæ cõuerſæ, neq. clauſurã aliarum monialium, niſi in caſib. permiſſis ingrederẽtur, nec ex illis ipſis habitationibus ſuis, ad tales eleemoſynas colligendas, ſine permiſſis ordinariorũ, aut ſuperiorũ ſuorũ exire poſſent. Quod ſine hoc quidem ſufficere videretur, idem Pius prædeceſſor mandauit ipſis ordinarijs, & ſuperioribus, vt negotium darent aliquibus perſonis pijs tales eleemoſynas colligendi, aliꝗque arbitratu ſuo proſpicerent, quæ ad ſubleuandã monialium inopiam, expedire iudicarent. Cum autem, ſicut accepimus, multæ moniales, etiam quæ tertiariæ vocãtur, ſub ſolemni religionis voto, perpetuaq́. clauſura degentes, aliæque talibus literis comprehenſæ, & in ipſa clauſura permanẽtes, multis præterea ad ſe ſuſtentandas neceſſarijs egeant, neque vſque ad hoc tempus, vllo ſufficienti remedio, earum neceſſitatibus ſubuentum ſit, quin etiã aliæ tertiariæ, citra vllum ſolemne hucuſque votũ viuant, quæ ad ſuas, ſuorumvè domos, neutiquam reditutæ eſſent, ſed ſub ſolemni religionis voto, & clauſura prædictis permanerent, ſi earum congruę ſuſtentationi prouideretur. Nos, qui illas neceſſarijs rebus deſtitui nolumus, certioreſque facti ſumus in multis ciuitatibus, oppidis, villis, aut alijs locis, collegijs, confraternitatib. & alijs locis pijs, etiam quæ à priuatis hominibus, tùm Eccleſiaſticis, tũ laicis, multas, ac diuerſas eleemoſynas Chriſti pauperibus erogari, conſiderantes in eiuſmodi perſonas, vel in primis exercendam eſſe charitatẽ, quæ voluntaria paupertate ſuſcepta, at omni hominum commercio ſegregatæ, Deo ſeruiunt, & aſſiduis precibus, iram ipſius, ob peccata concepta à populo Chriſtiano, deprecantur. Illud quoquè cogitantes, ſi eis ad tales eleemoſynas petendas, ad loca prædicta conferre ſe liceret, vix fore, vt prædicta monaſteria, Eccleſiæ, loca, ac perſonæ, eis ſingulis non tantum ſaltem tribuerent, quantum ſingulis alijs pauperibus eodem concurrentibus ſolent, vniuerſo illi Deo deuotarum mulierum generi, de oportunæ, ac ſufficientis ſubuentionis auxilio prouidere cupientes, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, vt omnes, & quicunque Patriarchæ, primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Eccleſiarum prælati, necnon Abbates, Priores, præpoſiti, & alij Eccleſias patriarchales, primatiales, metropolitanas, cathedrales, & alias Eccleſias, necnõ monaſteria, prioratus, præpoſituras, canonicatus, præbẽdas, dignitates perſonatus, adminiſtrationes, officia, cæteraq́. beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & S. Benedicti, S. Auguſtini Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Præmõſtratenſium, Carthuſienſium, Camaldulenſium, S. Baſilij Caſinẽſium, aliàs S. Iuſtinæ Montis Oliueti, ſancti Saluatoris, ac Lateranenſis, & cruciferorũ, ſeu fratrũ S. Hieronymi, necnon Prędicato-

rũ, Minorum, Minſmorum, & Carmelitarum, Eremitarum eiuſdem S. Auguſtini, ſeruorum B. Mariæ, S. Claræ, & quorumcunq; aliorum, tã virorum quã mulierum, etiã mendicantium ordinum, & cõgregationum, & militiarum regularia, etiã de iure patronatus laicorum, etiã nobilium, Ducum, Regum, & aliorum Principũ, eſiſtentis, in titulum, cõmendã, adminiſtrationem, & aliàs, quomodocunq; obtinentes. Necnõ Rectores, gubernatores, cõfratres, adminiſtratores, cæteriq. omnes, qui ratione illorum, necnõ capitulorum conuentuum, menſarum, hoſpitalium etiam laicorum, & per laicos adminiſtrari ſolitorum, Chriſti fidelium confraternitatum ſcholarum collegiorum, ac aliorum piorum locorum, quocunq. nomine nuncupatorum, & in quibuſuis mundi partibus conſiſtentium, quæ ſingulis annis, menſibus, hebdomadis, vel diebus ex Eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac cõgregationum, hoſpitalium, cõfraternitatum, ſcholarum, collegiorũ, priorum, & aliorum locorum prædictorum, fructibus, redditib. & prouẽtib. pauperib. Chriſti aliquas eleemoſynas in pane, frumento, farina, vino, edulijs pecunia, ſeu alijs ad victum, vel veſtitum pertinentibus, etiã ad ſupplicationem, & preces, & per cedulas, & bolentina, aut aliàs diſtribuere, & elargiri, ab immemorabili tempore, cõſueuerunt, aut alio quocunque iure tenentur, ex dictis fructib. redditib. & prouẽtib. & quò ad hoſpitalia prædicta, ex ijs, quæ ſeruata in illis actuali hoſpitalite ſuperſunt, ſeu ſuperetint, necnon quæcunq; perſonæ particulares, etiã laicæ, vniuerſitates etiã laicorum, quæ teſtamento, vltima voluntate, vel alia diſpoſitione, etiã inter viuos, aliquales tales eleemoſynas facere tenentur, dimidiam partem omnium, & quorumcunq. eleemoſynarum, & largitionum huiuſmodi, quocunq. nomine nuncupatarum, quocunq. tempore, & modo diſtribui ſolitarum, etiam ſi ſpeciali nota dignæ, & ſecundum pias defunctorum, aut aliorum voluntates, ſub certa forma ab eis in teſtamento, vel alia quacunq. diſpoſitione diſtribuendæ ſint, dummodò non in certas perſonas, nec ad certos vſus pios à qua victus, & alimenta pauperum diſtribuantur, quibuſlibet prædictarum monialium, etiã tertiariarum, ſub ſolenni religionis voto, & perpetua clauſura, de cætero viuentib. & in terris, & locis, quorum pauperib. huiuſmodi eleemoſynæ diſtribuuntur, cõſiſtentibus verè, & realiter, & cum effectu, & abſq. vlla eleemoſynarum, & largitionum huiuſmodi petitione, exactione, & cõquiſitione, aut alia deſuper à nobis expectata iuſſione, aut mentis noſtræ declaratione, aut quibuſuis mora, ſubterfugio, ac exceptione ceſſantibus, & eiectis, dare, atque diſtribuere omninò teneantur, & quam dimidiam partem nos illis applicamus. Vt autem præmiſſa omnia cum charitate, & pietate procedant, & efficaciter ſuum effectum ſortiantur, vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum ordinarijs, per Apoſtolica ſcripta mandamus, vt quiſque per ſe, vel alium, ſeu alios, ad præſentium executionem, in ſuis ciuitatibus, & diœceſibus procedens, ab Eccleſijs, monaſterijs, hoſpitalibus, confraternitatibus, ſcholis, collegijs, locis, & Eccleſiaſticis, ac laicis perſonis prædictis, etiam quomodolibet exemptis, dimidium eleemoſynarum huiuſmodi exigant, ac pro portione, vt ordinarijs ipſis locorum, æquum eſſe videbitur, ſingulis pauperũ monialium etiam tertiariarum monaſterijs huiuſmodi ſuarum ciuitatum, & diœceſum, etiam ſi alij ſuperioribus ſubiectæ ſint, cum effectu diſtribuãt. Nos enim eiſdem locorum ordinarijs, etiam tanquàm Apoſtolicæ ſedis delegatis, aut cuilibet illorum, tã per ſe, quàm alium, vel alios, præmiſſa faciendi, ac etiam contradictores quoſlibet, & rebelles per pœnas pecuniarias eorundem ordinariorum, & cuiuſlibet illorum arbitrio infligendas, & applicandas, ac in ſubſidium, ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq. opportuna iuris, & facti remedia, quacunque appellatione poſtpoſita, reſpectiuè compeſcendo, auxiliumque brachij ſæcularis, inuocandi, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & opportuna faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, plenã, & liberã facultatem, & authoritatẽ cõcedimus, & impartimur. Inſuper, quia valdè rationi cõſonum eſt, vt etiam ij, qui ipſis monialibus, etiam tertiarijs indigentibus præfatis, conſanguinitate aliqua ſunt coniuncti, aliquod in præmiſſis ſubſidium conferant, cum ratio ſanguinis, & debitum charitatis, & honeſtatis id expoſtulet, ſingulis locorum ordinarijs committimus, vt omni eos officio, & diligẽtia monere, eiſque perſuadere ſtudeant, parentes verò, & fratres, ac alios, ad quos illas, ſi in ſæculo permãſiſſent, dotare pertinebat, vel ad quos, bona, & ſucceſſiones deuenerunt, & qui ſi eas nuptui tradidiſſent, multo amplius, quã ingredientib. monaſterium dediſſent, vel qui, ſi eas nunc domi retinerent, vel ſi ad illorum domos redirent, eas alere tenerentur, quibuſcunq. vijs ipſis benè viſis inducãt, vt monialibus, etiã tertiarijs prædictis, iuxtà eorum facultates, charitatiuè ſubueniant, ſcituri, id ſibi &̃ ad animarum ſalutem plurimùm profuturum. Cæterum, quod attinet ad cõuerſas profeſſas, quas prædictos Pius prædeceſſor per prædictas literas, ſub certis conditionibus, ibi contentis, permiſit poſſe manere extrà monaſteria pro colligendis eleemoſynis, eiſdem locorũ ordinarijs iniungimus, vt quibus monaſterijs prædictarum monialium quotidianis laboribus computatis, ſupradicta, vel alia qualibet ratione, de ſufficienti ſubuentione, & ſuſtentatione prouiſum eſſe cognouerit, eaſdem conuerſas ſub eadem clauſura, cum alijs monialibus reducãt, neque à ſuis monaſterijs amplius exire permittant. Conuerſas verò non profeſſas, & profiteri nolentes, dimiſſo habitu, domum remittant, neque alias in futurum, niſi profeſſionem ſuo tempore emiſſuras, atque ſub perpetua clauſura manſuras in monaſteria huiuſmodi recipi permittant. Quod autem idem Pius prædeceſſor ſtatuit, de cætero nullas alias conuerſas profeſſas recipi amplius, etiam de conſenſu ſuorum ſuperiorum poſſe; ita eſſe intelligendum declaramus, præter illas conuerſas, quæ extra monaſterium in domibus contiguis degerent. Eleemoſynarum verò prædictarum contributionem, & applicationem durare, & valere decernimus, ac ſuos effectus ad plenum ſortiri debere, donec numerus monialium etiam, tertiariarum huiuſmodi (quem per ipſos locorum ordinarios, etiam in monaſterijs ab eorum cura, & regimine, quomodocunque exemptis, cum illarum ſuperiorum interuentu, ſtabiliri, & ordinari, neque ſupra illarum numerum alias recipi poſſe, etiam de conſenſu ſuperiorum ſuorum, volumus, & mandamus) ita imminutus fuerit, vt reliquæ moniales, & tertiariæ, ex proprijs redditibus monaſteriorum ipſorum, vel conſuetis eleemoſynis, ſe commodè ſuſtentare queant, ſuper quo eorundem ordinariorum conſcientiam oneramus, vt decedentibus ſingulis ex tribus earumdem monialium partibus, tertiæ quoquè earundem eleemoſynarum partis diſtributio, & ſic ſucceſſiuè in totum extinguatur, atque in priſtinum ſtatum ſub debitis, aut ſolitis oneribus ſepertantur, & remaneant. Declaramus præterea nullis monialibus etiam tertiarijs, licere habere oſtiũ, per quod ex monaſterio introire poſſit in ipſarum monialiũ Eccleſiã exteriorẽ, in quã ſæcularibus, ad miſſas, & diuina officia, patere ſolet acceſſus, ſed

omninò

omnino muro obſtruendũ, neque itidem licere monialibus etiam tertiariis egredi à ianua monaſterij, quæ eſt pro clauſura ipſius monaſterij, etiã ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, qua patere ſolet aditus ſæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, ſeu loca colloquiis deſtinata, quæ vulgo parlatoria vocantur, vel ad pulſandum ipſam ianuam clauſuræ, quæ loca, cum ſaltem pro cauſis prædictis patere ſoleant ſæcularibus, extra clauſuram cenſeri debet, etiam quo tempore clauſa ſunt. Inſuper quoſcumque Dominos, & Magiſtratus tẽporales in Domino hortamur, monemus, & requirimus, vt ad omnem ipſorum ordinariorum, aut ipſorũ petitionẽ, vel ſimplicem requiſitionem, illis in præmiſſis aſſiſtentes, omnem oportunũ fauorem, & auxiliũ præſtent, & exhibeãt. Ipſis denique Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis præcipimus, & mãdamus, vt has preſentes noſtras literas, quarũ tranſumptis etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem vbique fidem in iudicio, & extra adhiberi debere volumus, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, ſinguli in ſua ciuitate, & diœceſi publicent, ac publicari, eaſque iuxta earum continentiã, & tenorẽ vna cum prædictis, ac aliis prædicti Pij Quinti, & aliorũ prædeceſſorum noſtrorum literis, & conſtitutionibus, & iuſſionibus, pro integra clauſuræ inſtauratione, cuſtodia, & firmitate ædicia, inuiolabiliter obſeruent, & obſeruari faciant, nõ obſtantibus teſtatorũ, & aliorum voluntatibus, ac fundationibus, & Bonifacij prædicti, de vna, & Concilij generalis de duabus, non tamen tribus dietis, ac quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſuis, Eccleſiarum, monaſteriorum, & illorum ordinum, Hoſpitalium, Militiarum, confraternitatum, collegiorum, & aliorum piorum locorum prædictorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiã immemorabilibus, priuilegiis quoque, indultis, exemptionibus, libertatibus, gratiis, & literis Apoſtolicis Eccleſiis, monaſteriis, & ordinibus, Hoſpitalibus cõfraternitatibus, collegiis, & Piis locis, ac eorum ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliiſque efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, alias quomodolibet conceſſis confirmatis, approbatis, & pluries innouatis, etiãſi in eis caueatur expreſſe, quod illis, niſi ſub certa ibi expreſſa forma, aut alias, derogari non poſſit. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idẽ importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi ſupradictis, vel quibuſuis aliis, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, Nulli ergo liceat omnino hominum hãc paginam noſtræ ordinationis, ſtatuti, applicationis, cõceſſionis, impartitionis, Cõmiſſionis, iniunctionis, declarationis, decreti, voluntatis, onerationis, hortationis, monitionis, requiſitionis, præcepti, mandatorum, & derogationis, infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, anno Incar. Domi, 1572. 3. Kal. Ianuarij, Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XXXVIII.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Gregorii Papæ Decimi tertii, reductio literarum, & conſtitutionum fæ. re. Pii Papæ V. pro Mendicantibus, & aliis regularibus contra locorum ordinarios, ad terminos iuris communis, & decretorum Concilii Tridentini.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In tanta rerum, & negotiorum mole, qua Romanus Pontifex ex omnibus mũdi partibus aſſidue premitur, vix vitari poteſt, ne aliqua interdum exiliant, quibus poſtea recognitis, neceſſe eſt moderationis remedium adhibere. Cum itaque alias fœl. rec. Pius Papa Quintus prædeceſſor noſter, auditis grauaminibus, quæ fratribus ordinum Mendicantium, ab ordinariis locorum, & parochialium Eccleſiarum Rectoribus, multis modis inferri dicebantur, ſuper ſacris audiẽdis, pœnitentiis iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Miſſarum, cura animarum, Sacramentorum adminiſtratione, ſepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, eleemoſynis, collectionibus, aliiſque huiuſmodi iuribus, necnon decimis, & diuerſis oneribus, ac etiam ſuper ſtato, & regimine ſanctimonialium ipſis fratribus ſubiectarum, formatione proceſſuum, cenſurarum publicatione, proceſſionibus, præcedentia, locorum acquiſitione, cæteriſque aliis rebus tunc expreſſis, multa per quaſdam ſuas literas pro dictis fratribus non modo ſtatuerit, ſed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant, ad hæc pertinentia declarauerit, multaque præterea priuilegia eodem decimo ſeptimo Kalendas Iunij, Pontificatus ſui, anno ſecundo. Et deinde ea omnia diuerſis aliis ordinibus, & congregationibus regulariũ non mendicantium, etiam per modum cõmunicationis, conceſſerit. Poſtea per quandam ſuam conſtitutionem de vicariis perpetuis, in parochialibus Eccleſiis, vnitis, per ordinarios locorum inſtituendis, & portione illarum vicariis aſſignanda editam, aliam ſuper cõſtitutione fratrum eorundem, ad exercitium curæ animarum, in eis parochialibus Eccleſiis, quæ domibus, & locis ſuis vnitæ ſunt, decreuerit. Demum animaduerſo, quod ea omnia multis dubitationib. inuoluta, magniſque difficultatibus obſtructa, multas, magnaſque diſſenſiones, altercationes, & lites inter prædictos locorum ordinarios, & fratrum ipſorum ordines, non ſine graui diuini cultus, & animarum detrimento, ac populorum ſcandalo concitauerunt, contra, ac ipſe ſperabat, & præter ſuam expectationem, vt qui interdum conquereretur, multa aliter alioque ſenſu à ſe prolata fuiſſe, quam literis expreſſa eſſent, Cupiens his mederi incommodis primum illa omnia, quæ regularibus aliorũ ordinum, quam Mendicantium cõmunicauerat, & ſecundum præmiſſa conceſſerat, Motu proprio reſtrinxerit, deinde plenius prouidere volens prioribus literis à ſe, quo ad ipſos Mendicantes magna in parte moderatis, omnes, & quaſcumque literas, quæ de illis ordinibus, & congregationibus, extra Mendicantium ordines de obſeruantia nũcupatos, emanauerant, omnino aboleuerit, cauſas iam de his etiam in Romana curia pendentes, ad ſe auocãdo, lites extinguẽdo, ac formatos ſuper illis proceſſus, lataſque ſententias annullando, quemadmodũ aliis

Vide de intellectu, in 10. 1. qq. re. q. 8. ar. 9 & q. 44. ar. 3. iuxta fi. & d3 10 q. 11. ar. 6 iuxta fi. & q. 74 art. 16.

ſuis

ſuis literis in regiſtro proxime compertis, nūquam tamen publicatis, plenius continetur. Poſtremo circa confeſſariorum regularium, etiam Mendicantiū approbationem, iuxta Concilij prædicti decretum faciēdam etiam, lectores in Theologia graduatos, & certos alios tunc expreſſos, comprehēdi debere declarauerit. Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici literarum, & conſtitutionum editione, procedit, præſentibus, & futuris diſcriminibus occurrere volentes, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine ſtatuimus, & ordinamus, de prædictis, & aliis omnibus literis, & conſtitutionibus, quæ ab eodem prædeceſſore, eiſdem de rebus, pro quorumcumque regularium, etiam Mēdicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuſcūq; in eis contētis, eam deinceps diſpoſitionē, atq; deciſionem pro ſubiecta materia futurā eſſe, quæ ſiue ex iure veteri, ſiue ex ſacri dicti Cōcilij decretis, ſiue alias legitime ante dictarum literarum, & conſtitutionum editionem, & ſi ipſæ non emanaſſent, futura fuiſſet, ad quā diſpoſitionem, & deciſionem, ſuumque priſtinum ſtatum, & integrum, ac terminū, illa omnia reducimus. Quin etiam tollimus, & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnō prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcumque alia, ipſis literis, & cōſtitutionibus appoſita, & alias eorum occaſione, vel cauſa facta, his noſtro ſtatuto, ordinationi, & reductioni aduerſantia, quibuſcūque illa ſint concepta formulis, ac præſeruationibus, declarationibus, modificationibus, reſtrictionibus, mentis atteſtationib. derogatoriarū derogatoriis, aliiſq. fortiſſimis, efficaciſſimis, & īuiolabilib. clauſulis, ēt motu proprio, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & ex certa ſcientia, etiam pro conſeruatione ſtatus regularis, & ex quibuſcumque aliis vrgentiſſimis cauſis, quotieſcumque roborata. Decernentes illa omnia, pro nullis, & infectis haberi, omneſque ſupradictos, illarum vſus commodo, & effectu carere. Ac omnes lites, & controuerſias, quæ coram quibuſuis iudicibus, ſiue ordinariis, ſiue commiſſariis, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditoribus, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, etiam de latere legatis, prædictarum literarum, & conſtitutionum occaſione, ſuper præmiſſis iam motæ ſunt, nec dum deciſæ, & finitæ, vel etiam quæ iam deciderunt, ſi modo tractum habeant ſucceſſiuum, eaſque rurſus, & inter quoſcumque excitari in poſterū contingat, ſecundum prædictam diſpoſitionē, nec aliter decidendas, futura vero dubia, difficultates, quandocumque, & vbicumque orientur, ad nos, & ſedem Apoſtolicam, vbi & cætera, quæ ad decreta dicti Concilij pertinent, quotidie declarantur, omnino referenda eſſe. Necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus itaque in virtute ſanctæ obedientiæ, præſentes ab omnibus vbique Epiſcopis, & locorum ordinariis, necnō Eccleſiarum prælatis, Rectoribus, fratribuſque prędictis, ac cæteris, ad quos pertinet, ſemper inuiolata obſeruari. Necnon obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnō Eccleſiarum, monaſteriorum, conuentuum, domorum, locorum, & ordinum quorumcumque, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alis roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiā Maremagnum, & Bulla Aurea nuncupatis, dictis Eccleſiis, ordinibus, & congregationibus quomodolibet conceſſis, & confirmatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpeſica, expreſſa, & indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque cōtrariis quibuſcumque. Vt autem præſentes omnibus plenius innoteſcant, volumus earum exempla fieri, & etiam imprimi, illiſque Notarij publici manu, & Curiæ Eccleſiaſticæ, vel prælati, aut perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, eandem illam prorſus fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ ordinationis, ſtatuti, reductionis, ablationis, abrogationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi, 1573. Kalendis, Martij, Pont noſtri, anno 1.

Bulla XXXIX.

Bulla Gregorij decimitertij pro proceſſione in feſto Corporis Chriſti facienda, in Dominica infra octauam eiuſdem feſtiuitatis, in quacumque Eccleſia ſæculari, & regulari.

SVMMARIVM.

Decernit Summus Pontifex, vt omnibus liceat in Dominica, & in quocumque die octauo Corporis Chriſti, proceſſiones in honorem huius feſtiuitatis ſolemniter facere.

GRegorius Papa Decimus tertius. Ad perpetuā rei memoriam. Cum interdum contingat Romanum Pontificem, aliquas conceſſiones, & gratias elargiri, quas poſtmodum experientia rerum magiſtra docet, in alterius præiudicium reſultare, mirū nemini videri debet, ſi tandem præiudicio cognito gratiæ ipſæ ſic conceſſæ, in melius reformentur, prout, & populi deuotio expoſcit, ac rerum, & temporum qualitate penſata, conſpicitur in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem fœ. re. Pio Papæ Quinto prædeceſſori noſtro, pro parte dilecti Ioannis Gallo ordinis Prędicatorum, & Theologię profeſſoris expoſito, quod licet in omnibus fere conuentibus prouinciæ Hiſpaniæ ordinis prædicti ſolemniter fieri conſueuiſſet proceſſio ſanctiſſimi Sacramenti Corporis Chriſti, die Dominica infra octauam illius feſtiuitatis, idque ab immemorabili cōſuetudine, propterea quod dicti ordinis religio, vtpote à Beato Thoma de Aquino docta peculiarē ſemper geſſerat deuotionem erga Sanctiſſimam Eucharistiam, vnde cum magno apparatu, & frequentia populi eadem feſtiuitas à fratribus ordinis huiuſmodi celebrari ſolebat. Nihilominus ante aliquot annos aliqui alij partium illarū religioſi, præſertim in ciuitate Salmantina continebant eiſdem die, & hora feſtiuitatum, ſeu proceſſionem huiuſmodi celebrare, populum ad ſe trahentes, & ornamenta, quæ ipſis fratribus ordinis huiuſmodi concedi ſolebant conquirentes, vnde, & populi deuotio minuebatur, & aliquando viri timorati videntes religioſos pro huiuſmodi rebus inter ſe contendere, offendebantur, eiuſdem Ioannis ſupplicationibus inclinatus, eidem ordini Prædicatorum, vt in omnibus, & ſingulis ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, tam dictæ prouinciæ, quam extra, & alij *Vide inu. 1. qq. reg. 68. art. 1.*

vbi-

vbilibet, in quibus ab immemorabili conſuetudine fratres dicti ordinis proceſſionem huiuſmodi dicta die Dominica, infra octauã eiuſdem Corporis Chriſti, ſolemniter celebrari ſoliti fuerant, eiſdem fratribus ordinis Prædicatorum dumtaxat, eadem die Dominica, ſolemnem proceſſionem eiuſdem Corporis Chriſti celebrare liceret, ita, vt nulli ſuper eo, illos impedire, ſeu eodem tempore, vel die eandẽ proceſſionem facere poſſent, & deberent, perpetuo conceſſit, & indulſit, ac aliis prædictis deſuper diſtrictius inhibuit, aliaque fecit, prout in dictis literis plenius continetur. Nos tamen attendentes id, non ſine diuini cultus diminutione eſſe aliquo modo poſſe, cum omnes ad vnam, & eandem dumtaxat Eccleſiam confluentes, in ea commode recipi, ſicque proceſſioni huiuſmodi intereſſe nequeant, præter id, quod inibi ſæpe contingit, vt propter populi frequentiam, ſic confluentem, varia ſcandala, & iurgia oriantur, & populus ipſe ſpiritualia venerationis Sacramenti huiuſmodi multiplici fructu priuetur. Neque propterea diutius diſcuſſa, honeſtum eſſe cenſentes literis prædictis modum aliquẽ præbere, illarum, & tenorem, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſertus foret, pro plene, & ſufficienter expreſſo habentes, motu proprio, non ad alicuius nobis, ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſciẽtis, noſtris vniuerſis, & ſingulis, clero, & clericis, ac perſonis Eccleſiaſticis, tam ſecularibus, quam quorumuis ordinum, religionum, & militiarum regularib. vt literis Pij prædeceſſoris huiuſmodi non obſtantibus, liceat ipſis, tam die ipſa Dominica infra octauas Corporis Chriſti quam alius totius octauæ prędictæ diebus, proceſſiones ſuas celebrare, nec ſuper eo, tam ab ordinis Prædicatorum huiuſmodi, quã aliis quibuſcumque perſonis, etiam prædictarum, aut quarumuis aliarum literarum, priuilegiorum, vel conceſſionum prætextu, ſeu alias quomodolibet, moleſtari, inquietari, vel perturbari, nec etiam aliquibus cenſuris, vel pœnis, etiam Eccleſiaſticis innodati, ſeu illas incurrere poſſint, tenore præſentium concedimus, & permittimus, & nihilominus, pro potiori præmiſſorum cautela, literas Pij prædeceſſoris huiuſmodi, harum ſerie penitus, & omnino, quo ad effectum prohibitionis celebrandi proceſſiones huiuſmodi, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu euacuamus, & tanquã tales minime attendi, vel eiſdem fratribus Prædicatoribus ſuffragari poſſe volumus, diſtrictius inhibẽtes eiſdem fratribus ordinis Prædicatorum, & quibuſuis aliis perſonis cuiuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ, necnon ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque arbitrio noſtro moderandis, infligendis pœnis, ne contra præſentium literarum tenorem, venire, aut ſupraſcriptos, vel quoſcumque alios, quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, quominus præmiſſa libere fieri poſſint, per ſe, vel alium, ſeu alios, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, quouis quæſito colore, vel ingenio impedire audeant, vel præſumant, decernentes quoque, præſentes literas nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod intereſſe habentes, vocati non fuerint, notati, impugnari, inualidari ad terminus iuris reduci nullatenus poſſe, minuſque, ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de nouo conceſſas eſſe, ſicque ab omnibus cẽſeri, & ita per quoſcumque iudices, Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus, vniuerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis, cæteris locorum ordinariis, necnon illorum, & eorum vicariis, ſeu officialibus, in ſpiritualibus, & cuilibet ipſorum in ſolidum, motu ſimili per præſentes committimus, & mãdamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quęcumque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte alicuius, ſeu aliquorum, & quorumcumque in præmiſſis intereſſe habentis, vel habentium fuerint requiſiti, ſolemniter publicari, eiſque in pręmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, quos illa concernunt, inuiolabiliter obſeruari, ac prædictos intereſſe habentes, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos deſuper prędictos fratres ordinis Prædicatorum, vel eorum conſeruatores, iudices, defenſores, ſeu protectores, aut quoſcumque alios, quauis auctoritate, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſitã cõpeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas, ẽt iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Nõ obſtantib. literis prædeceſſoris huiuſmodi, cũ inde ſequutis, & aliis prædictis, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dũmodo vltra tres dietas, quis vigore præſentiũ, ad iudicium non extrahatur, & aliis Apoſtolicis, necnon in prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus cõſtitutionibus, ac quibuſuis etiam dicti ordinis Prædicatorum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem ordini, illiuſque ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſuis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, cõfirmatis approbatis, & innouatis, & Bulla Aurea, ac Mare-magnum nuncupatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alia in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ad effectũ prędictum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrariis quibuſcumque, aut ſi fratribus ordinis Prædicatorum, eorumque conſeruatoribus, cæteriſque prædictis, & quibuſuis aliis, communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultũ, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionẽ. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas, ad ſingula quæque loca, in quibus publicatio huiuſmodi facienda erit, deferri. Volumus & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, & manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo

ali-

alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Martij, 1573 Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XL.

Habetur authentica in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

S V M M A R I V M.

Reuocat ſummus Pontifex omnes facultatas ingrediēdi manaſteria monialium, præter quam conceſſas fundatricibus, dotatricibus, altricibus & cōiugibus, earumque filiabus marchionum, Comitum, Ducū, & ſuperiorum Principum.

LVdouicus Taberna, Dei, & Apoſtolicę ſedis gratia, Epiſcopus Laudenſis, Sāctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Gregorij diuina prouidentia, Papæ Decimi tertij, & eiuſdem ſedis in Hiſpaniarum Regnis, cum poteſtate legati de latere Nuncius. Cum ſanctitas ſua quaſdam, in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris, literas ediderit, tenoris ſubſequentis,

GRegorius Papa Decimus tertius. Ad perpetuā rei memoriam. Quæ Sanctimonialiū quietem, & tranquillitatem perturbare, illarumq; mentes à ſpiritualibus ſtudiis auocare noſcuntur, noſtra nos decet conſideratione amouere. Cū igitur, poſt Tridentini Concilij decretum, de non ingrediendo monialium monaſteria, & reuocationem à nobis factam, omnium, & quarumcumque licentiarū, ingrediendi monaſteria, domos, & loca monialium quorumuis ordinum, quibuſcumque, & quorūuis contemplatione, ſe quomodocumque conceſſarū, importunis multorum precibus, aliquas huiuſmodi licentiarum (præſertim in Hiſpaniarum Regnis) reſtituerimus, alias quoque noue conceſſerimus: quarum cauſa (vt piorum virorum relatione intelleximus) & ex frequentibus ſæcularium mulierum viſitationibus, & colloquiis, deuotio in dictis monaſteriis, & locis reſpecit, debitaque in clauſtris miniſteria paulatim remittuntur. Quare nos, his incommodis prouidere volētes, auctoritate præſentiū reuocamus, & abolemus omnes, & quaſcumq; licentias, facultates, & indulta ingrediendi monaſteria, domos, & loca monialium in dictis Regnis, & Dominiis cōſiſtentia, cuiuſcumque ſtatus, & conditionis mulieribus. (Præterquam ipſorum monaſteriorū, domorum, & locorū fundatricibus aut dotatricibus, ſeu altricibus, necnon Marchionum, Comitum, Ducū, & ſuperioris gradus Principum coniugibus, eorūque filiabus) etiam conſideratione, intuitu, cōtemplatione, ſupplicatione, vel ad inſtantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia cōceſſa, reſtituta, & innouata, quibuſcumque concepta formulis, necnon reuocatiuis, annullatiuis, reſtrictiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum derogatiuis, irritatiuis, aliiſque clauſulis, & decretis cōmunita. Caſſamuſq; & annullamus literas omnes deſuper confectas, necnon proceſſus habitos per eaſdē, & inde omne ſequutū, ac præcipimus, & interdicimus eiſdem mulieribus, facultates, & indulta huiuſmodi habentibus, ne illorum prætextu, monaſteria, domos, & loca prædicta amplius ingredi, Abbatiſſis vero, ac prioriſſis, & aliis præſidentibus dictorū monaſteriorum, domorum, & locorum, earumq; ſuperioribus & perſonis, ne eas illa deinceps ingredi permittant, Qui ſecus fecerint excommunicationis ſententiam incurrant. à qua nemo, niſi in mortis articulo cōſtitutus, ab alio, quam à Romano Pontifice, abſolutionis beneficium valeat obtinere. Ac præterea ſuperiores prædicti id permittentes, ſint obtētis omnibus beneficiis, dignitatibus, & officiis priuati. & ad futura inhabiles eo ipſo. Non obſtantib. præmiſſis, necnon priuilegiis, exemptionibus, & indultis Apoſtolicis quibuſuis, conceſſis, cōfirmatis, & innouatis, contrariis quibuſcumque, aut ſi præfatis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim, ab Apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpēdi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Cæterum, quia difficile nimis eſſet, præſentes literas ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarij publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud, vbique locorum adhiberi, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris die 8. Sept. 1584. P. N. anno 13.

Vide in to. 1. qq. re. q. 47. ar. 3.

Bulla XLI.

S V M M A R I V M.

S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. reuocatio omniū licētiarū ingrediendi monaſteria monialiū, & virorū, & prohibitio ne habentes licentias ab Epiſcopis, vel ſuperioribus in caſib. neceſſariis, ingrediantur monaſteria monialium, niſi vrgentibus neceſſitatibus.

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Vbi gratiæ, & indulta ab hac ſede conceſſa, ſucceſſu temporis incōmodum afferre noſcuntur, expedit illa ſalubri præſidentis conſilio ſubmoueri. Proinde ſanctimonialiū quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia, quæ illas à ſpiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, pericula, & ſcandala ab eis remouere cupientes, auctoritate præſentiū, reuocamus, & abolemus omnes, & quaſcumque licentias, ac facultates ingrediendi monaſteria, domos, & loca monialium, ac etiam virorum quorūuis ordinum quibuſuis etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, Duciſſis, & aliis cuiuſcumque ſtatus, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quaſcumque licentias ingrediendi monaſteria domos, & loca ipſarum ſanctimonialium, quibuſcumque viris etiam eiuſdem ſtatus, & dignitatis, tam à prædeceſſorib. noſtris, quam etiam à nobis, & ſedis Apoſtolicæ legatis, aut aliis, ex quibuſuis, quantumcumque vrgētibus cauſis, ſub quibuſcumque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, reuocatoriarum reſtitutoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel ſupplicationem, conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas, Caſſamuſque, & annullamus literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eaſdem. Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, ſuper qua, à nemine, niſi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) abſolutionis beneficium poſſint impartiri, ne ipſarum licentiarum prætextu, monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant, Abbatiſſis vero, necnon Abbatibus, conuentibus, ac aliis monaſteriorum vtriuſq; ſexus

Vide in to. 1. qq. re. q. 47. art. 1.

ſuperioribus,& perſonis,quocumq; nomine vocétur,diſtricte præcipimus,ſub eadem excommunicationis pœna,necnon priuationis dignitatum, beneficiorum,& officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa,& alia in poſterum obtinēda,ne in monaſteria domos,& loca ſua quęquam, prætextu huiuſmodi licentiarum,& facultatum,ingredi faciant, vel permittant.Quin etiam ſub eiſdem pœnis,ipſo facto incurrendis prohibemus,atque interdicimus, omnibus,& quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus,ac etiam ordinum quorumcumque, etiā mendicantium regularibus, ne prætexto licentiarū ab Epiſcopis,vel ſuperioribus, quibus illas concedendi,in caſibus neceſſariis tantum, ex decreto Cōcilij Tridentini tribuitur, ne monaſteria ipſa monialium pro libito, ſed neceſſitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi,neve moniales ſub eiſdem pęnis illos aliter admittere præſumant. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,monaſteriorumque, & ordinum prædictorum iuramento cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis, & conſuetudinibus,priuilegiis quoque,exemptionibus, & indultis Apoſtolicis,illis,eorumque ſuperioribus pręd ictis,ac aliis quibuſcumque,per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos, & dictam ſedem,ſub quibuſcumque tenoribus,& formis,ac cū quibuſuis clauſulis,& decretis, cōceſſis, & cōfirmatis,ac etiā iteratis vicibus innouatis,quibus omnibus,eorum tenores,periode, ac ſi de verbo ad verbum infererentur,præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat,ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcūque.Quoniam autem difficile eſſet, præſentes literas ad omnia loca præferri,volumus earum exemplis,etiā impreſſis,manu Notarij publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ,munitis,eandē fidem in iudicio,& extra illud,vbiq; locorū adhiberi,quæ adhiberetur præſentibus, ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ.Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtræ reuocationis, abolitionis,caſſationis,annullationis,inhibitionis,pręcepti, prohibitionis,interdicti,derogationis, & voluntatis infringere,&c.Dat.Romæ,apud S.Petrum, anno Incar.Domi.1575.Idibus Iunij,Pōt,noſtri,an.4.

Bulla XLII.

S V M M A R I V M.

S.D.N.D.Gregorij Papæ XIII.declaratio ſuper facultate quam habent ordinarij,& alij monialium ſuperiores,ingrediendi earum monaſteria.

GRegorius Papa XIII.ad futuram rei memoriam.Dubiis,quæ emergunt,declarationis remediū expedit adhibere. Cū igitur ſuper eo, quod optima primum ratione Concilium ſanxit Tridentinum,deinde in conſtitutione fœlicis recordationis Pij Papæ V.prædeceſſoris noſtri,Nonis Iulij,Pōtificatus ſui,anno tertio, atque item noſtra Idibus Iunij Pontificatus noſtri,anno quarto, editis, fuit prouiſum,ne cui in poſterum,niſi in caſibus neceſſariis,ſepta monaſteriorum monialium ingrediendi concederetur licentia,à nonnullis dubitatū fuiſſe ſciamus,circa perſonas,quæ alterius ad id, licentia non indigent, ſed ſui auctoritate officij nitūtur, an liceat eis pro libito ſuæ voluntatis, huiuſmodi ſepta ingredi,vel potius ſeruare debeant ipſi quoque regulam,à Concilio præſcriptam. Nos omnis hæſitationis materiam tollere,& viam ſcādalis pręcidere,ac ſanctimonialium quieti conſulere volentes,harum tenore, auctoritate Apoſtolica declaramus,prælatos omnes,tam ſæculares, quam regulares,quibus cura, & regimen monaſteriorū monialium,quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa,ingrediendi monaſteria prædicta, ita demum vti poſſe,ſi id faciant in caſibus neceſſariis, & à paucis,iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitari.Quocirca vniuerſos,& ſingulos, Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos,necnon quorumuis ordinū Abbates, præpoſitos,priores,miniſtros,& alios quoſcumque ſuperiores regulares ſerio monemus,vt facultate huiuſmodi,qui etiam habent eam,præterquam in caſibus,(vt præfertur)neceſſariis, neutiquam vtantur, Quod ſi contra fecerint,eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus,atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint,eos prima vice, qua contra fecerint, ingreſſu Eccleſiæ interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali,& à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto,abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere,regulares vero,omni miniſterio,ac officio priuatos,excommunicationi ſimiliter ſubiacere.Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in generalib. & prouincialibus Concilij editis,generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus,& ordinationibus,priuilegiis quoque,indultis,& literis Apoſtolicis,quibuſuis Eccleſiis,earumque prælatis, aut ordinib.in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis,ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarū derogatoriis,aliiſque fortioribus,efficacioribus,& inſolitis clauſulis,necnon irritātibus decretis, quouismodo conceſſis,approbatis,& innouatis, etiāſi illis caueretur expreſſe, quod nemo interdici, ſuſpendi,vel excommunicari poſſet, per literas Apoſtolicas,non facientes plenam, & expreſſam de indulto huiuſmodi mentionem, quibus, eorumque totis tenoribus,perinde, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus,ſpecialiter,& expreſſe derogamus,cæteris contrariis quibuſcumque, Cum vero difficile eſſet,præſentes, ad ſingula loca præferri,volumus earum exemplis,etiā impreſſis, manuque Notarij publici,ac ſigillo perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eandem fidē in iudicio, & extra illud, vbique locorum haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus,ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ.Dat.Romæ,apud S.Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 23,Decem.1581.Pōt.noſtri,an.10,

Bulla XLIII.

Indultum Gregorij Papæ XIII.conceſſum congregationi S.Benedicti Valliſoletani,anno Domini.Incar.1580.

S V M M A R I V M.

1 *Omnes perſonæ congregationis,& eius ſeruitores,ac fratres,& ſorores eiuſdem,ſingulis noctibus conſcientias proprias examinantes, ac de commiſſis peccatis dolentes,& veniam petentes cum propoſito ea confitendi,& ter Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, pro fœlici ſtatu Eccleſiæ recitantes,vnum annum,& vnam Quadragenam,de ſibi iniunctis pœnitentiis conſequantur.*

2 *Iiſdem pœnitentibus,& confeſſis,ac ſacra Euchariſtia refectis ſingulis menſibus,ſi ter Pater Noſter, & Aue Maria poſtea recitauerint,conceditur plenaria indulgentia omnium peccatorum, eademque conceditur eiſdem,in articulo mortis ter nomen Ieſu voce,vel ſi non potuerint,ſaltem in corde inuocauerint.*

3 *Et vt quoties tres Miſſæ pro anima cuiuſcumq; ex pra-*

*prædictis in charitate migrante celebreutur, à purga
torii pœnis liberetur.*
4 *Statuitur, vt in ſingulis monaſteriis, ſingulis diebus
poſt Miſſam conuentualem, recitetur genibus flexis
oratio, Salue Regina, cum tribus orationibus, Conce
de nos, &c. pro Eccleſiæ neceſſitatibus, & dictæ con-
gregationis conſeruatione.*

GRegorius Papa XIII. Ad perpetuam rei me-
moriam, Quo fideliũ animarum ſaluti ſedulo
couſulimus, ac in eorundem fideliũ pectoribus de-
uotionem, per orationẽ, & exactum examen pro-
priæ conſcientiæ, excitamus, eo magis, quæ curę Pa
ſtoralis officij noſtri imminent, exequimur. Preci-
bus igitur dilecti filij generalis congregationis Sã-
cti Benedicti, Hiſpaniarum, & ipſius congregatio-
nis, nobis hac in parte horrectis, excitati, de Omni-
potentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, &
Pauli, Apoſtolorum eius, confiſi, omnibus & ſingu
lis dictæ congregationis Abbatibus, Abbatiſſis, Mo
nachis, & Monialibus, cõuerſis, ſeu donatis, Noui-
tiis, ac iis, qui in Monaſteriis dictæ congregationis
deſeruierint, necnon aliis, quos fratres, & ſorores
vocant, qui admiſſi ſunt, & in poſterum admittẽtur
ad participationem orationum, ac ſuffragiorũ, nec
non reliquorum bonorum operum, quæ in ipſa con
gregatione, pro tempore ad diuini nominis gloriã
fiunt, qui ſingulis noctibus proprias conſcientias e-
1 xaminantes, ac peccata ſua agnoſcentes, de commiſ
ſis per eos ab intimis doluerint, ac à Deo propterea
veniam humiliter petierint, animo gerentes propo
ſitum firmum illa ſtatuto tempore cõfitendi, ac ter
orationem Dominicam, & ter ſalutationem Ange
licam pro Romani Pontificis, ac Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ fęlici ſtatu, recitauerint, vnum annum, &
vnam quadragenam de eis iniunctis, ſeu alias quo-
modolibet debitis pęnitẽtiis, miſericorditer in Do
2 mino relaxamus. Necnon quilibet ex prædictis, qui
vere pęnitens, & confeſſus, ſemel ſingulis mẽſibus,
poſt ſumptũ per eum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sa
cramentum, ter orationem Dominicam, & toties ſa
lutationem Angelicam deuote ſupradicta ratione
recitauerint, ac in articulo mortis conſtitutus, no-
men Ieſus ter voce, vel ſaltem corde, cum ore non
potuerit, inuocauerit, plenariam omnium peccato-
rũ ſuorum indulgentiam, & remiſſionem, Apoſtoli
ca auctoritate, tenore præſentium elargimur. Cõce
3 dimus quoque, vt quoties tres Miſſæ pro anima ali
cuius ex prædictis, quæ Deo in charitate coniũcta,
ab hac luce migrauerit, celebrabuntur, ipſa de the
ſauro Eccleſiæ indulgentiam conſequatur, quate-
nus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatiſſimæ Vir-
ginis Mariæ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolo
rum prædictorum, aliorumque omnium Sanctorũ
meritis ſuffragãtibus, à purgatorij pœnis liberetur.
4 Statuimus quoq; vt laudes glorioſiſſimę Virginis ra
ferre, lingua nũquã eſſet humana, in ſingulis mona
ſteriis monachorũ, ſeu monialiũ dictæ congregatio
nis, poſt miſſam conuentualem, ſtatim vnoquoque
die recitari genibus flexis orationem, quæ incipit,
Salue Regina, cum tribus aliis orationibus, videli-
cet, concede nos famulos tuos, interceſſio nos, quæ
ſumus Domine, & Eccleſiæ tuę, pro neceſſitatibus
eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & dictæ cõgre
gationis conſeruatione. Et quia difficile foret, præ-
ſentes literas, ad ſingula quæque loca, vbi illis opus
fuerit, deferri, volumus, quod earum tranſumptis,
manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo
perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, mu-
nitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis ori
ginalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtẽſę.
Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris,
die 27. Ianuarij, 1580. Pont. noſtri, anno 8.

Viuæ vocis oracula.

Pro Monialibus.

IVlius Feltrius de Ruuere, miſeratione Domini
Epiſcopus præneſtinus, Sanctæ Romanæ Eccleſię
Cardinalis Vrbin. & totius ordinis B. Franciſci pro
tector, gubernator, & correctnr. Cum Reuerendus
pater Commiſſarius generalis familiæ Ciſmonta-
næ fratrum Minorum de obſeruantia, exhibuiſſet
Sanctiſſimo Domino noſtro Gregorio, diuina pro-
uidentia Papæ XIII. quandã cedulã cõtinentẽ nõ
nullas gratias alias à fœ. re. Pio V. vt aſſerebat con-
ceſſas, partim Reuerendiſſimo patri Miniſtro ge-
nerali, partim vero ipſi Commiſſario, in fauorem
ordinis præfati de obſeruantia, eique ſubiectorum,
& humiliter ſupplicaſſet ſanctitatẽ ſuam, vt digna-
retur eas omnes confirmare, ampliare, & declarare
vt ſequitur, cuius quidem, cedulæ tenor talis eſt vi
delicet: gratiæ conceſſæ à ſanctitate fœl. rec. Pij V.
partim miniſtro generali, & partim Commiſſario
generali ordinis fratrum Minorum de obſeruãtia,
quæ vt confirmentur à veſtra ſanctitate, humiliter
ſupplicantur.
Conceſſæ miniſtro generali ſunt videlicet, in pri 1
mis, Auctoritas abſoluendi fratres, & ſorores noſtrę
curæ commiſſos, ab omnibus caſibus ſuæ ſanctitatis
reſeruatis.
Item auctoritas abſoluendi ab omni irregularita 2
te, prætetquam de illa, quæ incurritur ex homici-
dio voluntario.
Item, quod moniales prouectæ ætatis, quæ præ- 3
ſenectutis infirmitate, vel caligantibus ex ſenio ocu
lis, non poſſunt ſatis commode dicere diuinum of-
ficium ſecundum nouum breuiarium, poſſint illud
celebrare ſecundum formam antiqui breuiarij, dũ
modo in choro monaſteriorum celebretur, ſecun-
dum ordinem noui breuiarij, quod conceſſit viuæ
vocis oraculo.
Item, quod fratres, qui per ignorantiam pecca- 4
runt introducendo mulieres in monaſteria, ſeu cœ
nobia noſtra, contra motum proprium ſuper hoc
factum, poſſint reſtitui ad actus legitimos, quia re-
mittitur illis, quod deliquerint de præterito.
Commiſſario generali conceſſit, quod cũ aliqui
conuentus noſtri, præſertim ex illis, qui fuerunt A- 5
madeorum, & Clarenorum, habent vineas intra ſe-
pta conuentuum, ex quibus colligũt ſingulis annis
vinum, quod non videtur conuenire puritati regu-
gulę, & profeſſionis noſtræ, poſſimus illas tenere,
& illis vti, pro ſerenitate conſcientiæ, quia ſic diſpẽ
ſauit, & benigne conceſſit.
Item, quod ſyndicus, ſeu procurator noſter ſecu-
laris, poſſit vendere fęnum, quod colligitur in pra-
tis noſtris, & conuertere pretium in alias res, conuẽ
tibus, & fratribus neceſſarias.
Item, quod cõfeſſores monialium tertij ordinis,
in diebus Natiuitatis Domini, Paſchatis, & Pente- 6
coſtes, poſſint ingredi monaſteria ipſarum monia-
lium, ibique in interiori Eccleſia, celebrare miſſas,
& monialibus Sanctiſſimum Sacramentum mini-
ſtrare, in illis dumtaxat monaſteriis, quæ non ha-
bent locum commodum ad recipiendum dictum
ſacramentum, & donec aptetur locus, ad id mini-
ſterium idoneus, ſeu feneſtella.
Itẽ, quod liceat mulieribus ſecularibus, honeſtis
tamen, ingredi primam portam dictorum monaſte 7
riorum, ibique inter primam portam, quæ eſt ſecus
iam, & ſecundam, qua intratur in clauſtrũ, tractare
negotia ad inuicem, de ſuis laboribus, & aliis rebus
neceſſariis.
Cũ ampliatione, per confeſſores monialium ter- 8
tij ordinis, nõ ſolum in feſtiuitatibus prædictis, ſed
etiam

Digitized by Google

etiam ſemel in menſe, ingredi poſſint monaſteria, & interiores Eccleſias ad allegatum effectum, & quod idem liceret etiam vbi eſſet feneſtrella ad recipiendũ Sanctiſſimum Sacramentũ, ſed ad minus apta iudicio miniſtri, vel Commiſſarij prædictarũ, donec melius aptetur, & cum declaratione, quod Commiſſarius generalis eandem facultatem in præmiſſis, & eorũ quilibet, quã ipſe generalis miniſter obtinet. De quibus, confirmatione, ampliatione, & declaratione, ne aliquãdo dubitare cõtingat, ex auctoritate nobis à præfato Sãctiſſimo Domino, viuæ vocis oraculo attributa, fidem facimus indubiã per præſentes, quas ad huiuſmodi effectum propria manu noſtra, ac ſecretarij noſtri infra ſcripti ſubſcriptas, noſtrique ſoliti ſigilli impreſſione communitas fieri iuſſimus. Dat. Rom. ex ædibus noſtris, die 15. Maij, 1573.

Proponuntur quædam declarationes illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper Concilium Tridentinum pro regularibus.

Super Seſſione. 23. de reformatione Cap. 8.

Ibi, temporibus, &c. priuilegium ſuſcipiendi ordines extra tẽpora per hoc decretũ non eſt ſublatũ.

Ibi, ordinentur, &c. De omnibus ordinibus tã ſacris quam minoribus intelligẽdũ, Gregorius XIII. ſtatuit, quod regulares ſuſcipientes ordines ſacros ab Epiſcopis, in quorum diœceſibus ſunt monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, vel dimiſſorias ab eis accipiant, iuxta hoc decretum. De mandato S. D. N. Sixti V. auditi fuerunt procuratores ordinum ſuper declaratione à fœ. re. Gregorio XIII. & ex ſententia congregationis edita, quod regulares teneãtur ſuſcipere ordines ſacros, vel dimiſſorias ab Epiſcopis, in quorum diœceſibus ſunt monaſteria, in quibus ipſi tunc degunt, idem Sanctiſſimus ex ſententia congregationis dixit regulares poſſe cõcedere dimiſſorias ad Epiſcopum diœceſanum, qui ſi abfuerit ad quemcumque, dũmodo ab eo Epiſcopo, qui ordines cõtulerit examinetur quoad doctrinã.

Super eadem Seſſ. Cap. 5.

Sanctiſſimus Dominus noſter, Gregorius XIII. declarauit tempore Iubilei, poſſe omnes regulares confiteri peccata ſua ſacerdotibus approbatis ab ordinario, ad audiendas confeſſiones, in bulla enim non fit mentio, niſi de ordinario eorum, qui audiũt confeſſiones, non autẽ de ordinario pœnitentium.

An prælati regulares, ſiue alij religioſorum confeſſores, poſſint audire cõfeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, aut alias deſeruiunt in eorum monaſteriis, abſque licentia, ſeu approbatione Epiſcoporum, de quo in hoc capitulo. Congregatio Concilij cenſuit audire poſſe confeſſiones ſecularium, qui ſunt de familia, & continui Commenſales, non item eorum, qui deſeruiunt in eorum monaſteriis.

SIXTVS PAPA V.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Conceſſio, & declaratio pro fratribus ordinis Minorũ Sancti Franciſci de obſeruantia, vt libere, & licite retinere valeant omnes Eccleſias, & Conuentus, quos vbique terrarũ poſſident, cum omnibus iuribus, & indulgentiis conceſſis, dũmodo ordinariorum conſenſum habeant, quoad eos dũtaxat Conuentus, quos poſſident à decem annis circa.

SIxtus Papa Quintus. Dilecte fili, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut nobis nuper expoſuiſti, tu annis proxime lapſis, pro iniuncto tibi Miniſteriatus tui Generalis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia onere, omnes, & ſingulas præfati ordinis prouincias, tam in Italia, quam extra eam exiſtentes viſitaueris, multaſque domos, Eccleſias & loca ordinis præfati ab eorũ Miniſtris, cuſtodibus ſeu Guardianis, & fratribus retineri repereris, abſque eo, quod ipſi Miniſtri, ſeu Guardiani, & fratres de aliquarum Eccleſiarum, & domorum, ac locorum huiuſmodi titulo, ſeu conceſſione à Sede Apoſtolica, vel alias legitime habita, & facta docere valeant, cum dictæ conceſſiones, aut non obtentæ, vel non expeditæ, ſeu dictarũ domorum, Miniſtrorum, Guardianorum, ſeu cuſtodum in curia, ſiue etiam ob bella, aut depopulationes, vel alios caſus ſiniſtros, aut alias deperditæ ſint, quãuis domus, & Eccleſiæ, ac loca prædicta ab eorum Miniſtris, ſiue Guardianis, & fratribus bona fide, ac pacifice, & quiete poſſideantur. Tuque nobis humiliter ſupplicaſti, vt potiori pro dictorum Miniſtrorũ cuſtodum, ſiue Guardianorum, & fratrum conſcientiarum ſecuritate, & cautela, tibi, dictiſque Miniſtris, cuſtodib. ſiue Guardianis, & fratribus, in præmiſſis de aliquo oportuno noſtro, & ſedis Apoſtolicæ remedio prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, pro noſtri Paſtoralis officij munere, tuiſque ſupplicationibus in hac parte inclinati, in præmiſſis oportune prouidere, dictarumque domorum, & Eccleſiarum, ac locorum qualitates, & quantitates, aliaque neceſſaria exprimenda hic pro plene, & ſufficienter expreſſis habere volentes, teque, ac dictos Miniſtros, Guardianos, ſeu cuſtodes, & fratres à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, tibique, ac cæteris Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis, & fratribus dicti ordinis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, vt quæcumque loca, domos, & Eccleſias, quæ vos in hanc vſque diem, in quibuſcumque mundi partibus, ac etiam inſulis, & regnis nouis Indiarum, Occidentaliũ, & Orientalium quomodolibet, ea videlicet, quæ à decem annis ſupra, quæ vero à decem annis citra, de conſenſu ordinariorum poſſidetis, libere, & licite, ac abſque aliquo conſcientiarum veſtrarum ſcrupulo, aut cenſurarum, & pœnarum incurſu: etiamſi de illorum conceſſionibus à Sede Apoſtolica, vel alias quomodolibet factis, ac fieri neceſſariis, nullibi, vt præmittitur, appareat, perpetuo retinere, & poſſidere, ac in eorum quieta, & pacifica poſſeſſione remanere, illamque in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi antequam loca, domos, & Eccleſias huiuſmodi, & eorum ſingula recepta fuiſſent, de illa recipiendis, competens, & ſufficiens facultas à Sede Apoſtolica, & locorum ordinariis, in quorum ciuitatibus, & diœceſibus conſiſtunt, obtenta fuiſſent, continuare valeatis, Apoſtolica authoritate, præſentium tenore concedimus: Necnon Eccleſiis, domibus, & locis prædictis, illorumque Miniſtris, Guardianis, ſeu cuſtodibus, & fratribus, nũc, & pro tempore exiſtentibus, vt omnibus, & ſingulis priuilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionib. prærogatiuis, antelationibus, præeminẽtiis, indultis, fauoribus, gratiis, conceſſionibus, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, & relaxationibus, quibus aliæ dicti ordinis Eccleſiæ, domus, & loca, quæ à principio de eius ſedis Apoſtolicæ, & ordinariorum locorum licentia, recepta, & ædificata fuerũt

eorūq; miniſtri, guardiani, ſeu cuſtodes, & fratres, & aliæ pſonę, tā de iure, vſu, cōſuetudine, priuilegio, & cōceſſione, q̄alias quolibet, ī genere, vel ī ſpecie vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterūt quomodolibet in futurum, ipſi ſimiliter, ac pariformiter, & ſine vlla penitus differētia, vti, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, indulgemus. Decernentes inſuperre, ac miniſtros, cuſtodes, ſeu guardianos, & fratres Eccleſiarum, domorum, & locorum prædictorū de cętero, ad docendum de facultate, ſiue licentia recipiendi Eccleſias, domos, & loca prædicta ab eadē ſede, & locorum ordinarijs obtenta, alias quam per præſentium oſtenſionem, quam vbique, tam in iudicio, quam extra, præterquam quoad docendū de dicto conſenſu ordinariorum, in his, quæ poſſidentis à decem annis citra, ſufficere volumus pro ſufficiēti, & plena probatione omnium, & quorumcumque neceſſario probandorum, ad effectum conſequendi præmiſſa, hisque omnibus plenarie fruēdi, minimè teneri, nec obligatos exiſtere, ſicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam Palatij Apoſtolici cauſarū Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, diffiniendi, & interpretandi facultate, iudicari, diffiniri, & interpretari debere, ac quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac fœ. re. Bonifacij Papæ octaui prædeceſſoris noſtri, de nouis locis per Mendicantes, abſque dictæ ſedis licentia non recipiendis, & quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium trāſumptis, ſeu copiis, in opere nouo, de omnibus domibus, Eccleſiis, & locis prædicti ordinis, eaque cōcernentibus prope diē, te authore, in Typographia Romana, dilecti filij, Dominici Baſæ cudendo, aut etiam ſeparatim imprimendis, ſub ſcriptis, & ſigillo officij generalatus, ſeu commiſſariatus huiuſmodi munitis, eadem prorſus vbique fides, tam in iudicio, quam extra, dictis in dicto opere, ac ſeparatim imprimendis adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhibitæ, & oſtenſæ forēt. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub Annolo Piſcatoris. Die 3. Sept. 1586. Pont. noſtri, anno. 2.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Indulgentia plenaria pro omnibus Monialibus monaſteriorum Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, ordiniſque Sancti Franciſci de obſeruātia, & pro omnibus Chriſti fidelibus, Eccleſias dictorum Monaſteriorum viſitantibus in ipſo feſto conceptionis.

EXpoſitum nobis noper fuit, pro parte dilecti filij Franciſci Genzagæ Miniſtri Generalis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, quod, cum quam plura monialium monaſteria Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, in orbe Chriſtiano ædificata reperiantur, quorum moniales ſub Regula Pręfati ordinis, ac gubernio, & adminiſtratione illius ſuperiorum degunt, noſque indulgētiam plenariam, & omnium peccatorum remiſſionem viſitantibus Eccleſias domorum dicti ordinis, vbique gentium conſiſtentes, in ſingulis feſtiuitatibus Sanctorum, eiuſdem ordinis perpetuo conceſſerimus, cupiatq; indulgentiam præfatam, etiam quoad viſitantes eccleſias monaſteriorum monialium eiuſdem Conceptionis Beatæ Mariæ, vbiqueterrarum, nūc, & pro tempore exiſtentiū, per nos etiā perpetuo extendi, & ampliari. Quare pro eiuſdem Miniſtri generalis parte, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ei in præmiſſis oportone prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos dictarū Indulgētiarū & deſuper in forma Breuis, vel ſub plumbo expeditarum literarū tenores, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, huiuſmodi ſopplicationib. inclinati, ac vt Eccleſiæ monaſteriorum monialiū, congruis frequenter honoribus, & à Chriſti fidelibus iugiter venerentur, ipſique Chriſti fideles eo libentius, deuotionis cauſa confluant, quo exinde dono cæleſtis gratiæ cōſpexerint ſe eſſe refectos vberius omnibus, & ſingulis dictorū monaſteriorū monialibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus: ac oībus, & ſingulis alijs Chriſti fidelib. vtriuſq; ſexus, vere pęnitentibus, & confeſſis, qui ſingulas, ſeu quālibet Eccleſiarū, monaſteriorum monialium huiuſmodi, in feſto Conceptionis eiuſdem Beatæ Marię, à primis Veſperis, vſque ad occaſum ſolis eiuſdem feſti, annis ſingulis deuote viſitauerint, & inibi pro pace inter Chriſtianos Principes conſeruanda, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſumque extirpatione, pias ad Deū præces fuderint, ſi eo die ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentū ſumpſerint, dictam indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum ſuorum remiſſionem, quoad eos omnes, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, extendimus, & ampliamus, & ſeu de nouo etiā perpetuo illis omnibus concedimus, & elargimur. Non obſtātibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac præſertim de indulgentijs ad inſtar non concedendis, cæteriſque contrarijs quibuſcumq;. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 18. Octob. 1586. Pont. noſtri, anno 2.

Vide in to. 2. qq. reg. 78. ar. 4.

Bulla Tertia.

Confirmatio ordinis fratrū Minorum Conuentualium reformatorum Sancti Franciſci, cum habitus deſignatione, & indulgentiarum, ac priuilegiorum conceſſione, & aliis declarationibus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa huius confirmationis.*
2 *Confirmatio ordinis reformatorum, eorumque reformationis.*
3 *Reformati ſub obedientia protectoris Generalis procuratoriſque, & prouincialium exiſtant.*
4 *Cuſtodis prouincia reſidentia.*
5 *Reformati in Capitulis Cōuentualium interſint, faciantq; congregationem vocalium reformatorū, cui Capitulo præſidens aſſiſtat, cuſtodemque ex reformatis eligat.*
6 *Cuſtodis officium, & authoritas.*
7 *Priuilegiis, gratiis, & indulgentiis Conuentualium ipſi reformati potiuntur.*
8 *Syndicum pro ſæcularibus negotiis agēdis, reformati deputare poſſunt.*
9 *Habitumque hic deſignatum geſtare debeant.*
10 *Super Conuentibus receptis, & recipiendis, dictique habitus delatione, aliiſque præmiſſis moleſtari nequeant.*
11 *Fratres Conuentuales de eorum Generalis licentia, alios vero nequaquam recipiant, iuxta conſtitutionem Pii Quinti.*
12 *Cū Conuentualibus ad proceſſiones incedant, ab illiſque ſe nūquam ſeparare, nec alios protectores, vel prouinciales, quam Conuentualiū habere poſſint.*
13 *Hæc conſtitutio reformatis ſub Conuentualiū obedientia viuentibus, ſolummodo ſuffragatur.*

Sixtus

Digitized by Google

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolici muneris ſollicitudo Diuina diſpenſatione nobis licet immerentibus delegata, indeſinenter requirit, vt circa ſtatum Religioſarum perſonarum quarumlibet, illarum præſertim, quæ ex ſingulari deuotionis feruore, ſub ſtrictiori Religionis iugo, gratum Deo famulatum præſtare affectant, & continuo inſiſtunt, aſſiduamentis cogitatione inuigilantes ad ea, per quæ Regularis vitæ inſtitutum in melius dirigetur, ipſæque perſonæ Religioſæ in huiuſmodi eatũ laudabili inſtituto, ſemoto quocumque perturbationis, & moleſtiæ obſtaculo, quiete, ac tranquillitatis amænitate perſeuerare valeant, propenſius intendamus, ac in his officij noſtri partes libenter interponamus, prout vndique debitè penſatis circunſtãtijs, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè exhibitæ nobis nuper pro parte dilectorum filiorum fratrum Minorum conuentualium reformatorum Sancti Franciſci, petitio cõtinebat, quod annis iam pluribus retroactis, nonnulli ordinẽ fratrum Minorum Sancti Franciſci, iam tunc expreſſe profeſſi, ſtrictioris Religionis iugulum ſubire, ac eiuſdem Sancti Franciſci Regulam, inſtitutumque pium, ac ſanctum exactius ſequi, atque imitari, & ſub illis magis gratum Deo famulatum exhibere peroptantes, cœperunt ſe ipſos, iuxta eandem Regulam paulatim reformare, nonnullaſque domos, conuentus, & loca in prouincia Marchiæ Anconitanę, in Etruria, ac in Neapolitano, & Sicilię regnis,
1 in quibus ipſam Regulam ſeruare, & ſecundum illam viuere poſſent, aquiſiuerunt, & acceptarunt: licet autem in dominibus, & locis huiuſmodi, ſub obedientia protectoris, & ſuperiorum ordinis fratrum Minorum huiuſmodi Conuentualium viuãt, nec ideo ab aliquo potuiſſent, nec poſſint, vel debuiſſent, aut debeant ſuper ſic reformato viuendi modo, per quemquam moleſtari, vel impediri, nihilominus in quibuſdam locis, & potiſſimum in prædicto Siciliæ regno aliquid locorum ordinarij ſub prætextu, quod hæc fratrum reformatorum cõgregatio noua, ac nequaquam à Sede Apoſtolica approbata exiſteret: permiſerunt quidem ipſos fratres reformatos, Eccleſias, & loca fabricari facere & acquireret, ſed poſtea eos, illis de facto ſpoliarunt Alij verò in alijs locis, eoſdẽ ſuper habitu ipſorum, & ſeu alias, ac ſuper alijs moleſtarũt, & inquietarunt. Cũ autem, ſicut eadem petitio ſubiũgebat, dicti fratres reformati, prouide, & ne ipſos, eorũq; congregationem ſuper præmiſſis cõtingat vlterius inquietari, vtque præſens reformatio magis ſtabilita, non ſolum manuteneatur, ſed etiam incrementũ accipiat, ſpeciali noſtro, & ſedis prædictæ priuilegio, vt infra, dilectis filijs, Protectore, & Magiſtro Generali dicti ordinis, in hoc etiam conſentientibus præfulciri deſiderent, ac pro parte eorumdem fratrum reformatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis opportune prouidere, ac eos in huiuſmodi pio, & laudabili propoſito, cõfouere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

2 Nos igitur, qui perſonas deuotas, præſertim vero eas, quæ relicto mundo, Chriſtũ ſecutæ ſunt, ſpecialib. libẽter proſequimur fauoribus, eoſdẽ fratres reformatos, ac illorũ ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis, ſententijs, cẽſuris, & pęnis, à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſiquibos, quomodolibet innodati exiſtant, ad effectũ præſentium duntaxat conſequendũ, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, reformationẽ prædictã, vbicũque locorũ cęptam, & introductã, ac in dies introducendam, ac pro ea, & illius felici, & proſpera directione facta ſtatura, & ordinationes, cũ inde ſecutis quibuſcumque, ſicuti pie, ac Sanctè ſancita, & or-
3 nata ſunt, authoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ perpetuò confirmamus, & approbamus: illaq. omnia per locorũ ordinarios, & alios, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurũ, inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, omneſque, & ſingulos, tam iuris, quã facti, ac ſolemnitatũ, etiam ſubſtãtialium defectus, ſiqui forſan quomodolibet, interuenerint in eiſdẽ, aut eorũ aliquo, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis ſupplemus. Et nihilominus eiſdẽ fratribus reformatis, quod nunc, ac deinceps in perpetuũ ipſi, ac eorum Congregatio, tam in prędictis, quam quibuſuis alijs regnis, & mundi partibus fratres Minores Conuentuales reformati nuncupari, & pro talibus haberi, & reputari, necnon ſe ipſos ita vbilibet, & ĩ quibuſuis actibus publicis, & priuatis vocare, & inſcribere, & ſecundũ verã Beati Franciſci Regulam, Apoſtolico more in communi ſubditorũ filiorũ manu, & pro tempore exiſtentium dicti ordinis fratrum Minorũ Conuentualiũ protectorũ, & magiſtorum, ac procuratorũ Generalium, & Miniſtrorum prouincialium, viuere, exceptis duntaxat domibus, & Cõuentibus vrbis, & Ciuitatis Neapolitanæ, quæ ſub obedientia Miniſtri & in eius abſentia, procuratoris generalis ordinis, vt par eſt, degerere, & ſubeſſe tantum intelligãtur.

Cuſtodeſque prouinciæ in eis reſidere debeant,
4 etiam ſi aliqui Eremiticaui, aliqui ſub obedientia fratrum Minorum de obſeruãtia, nunçupatorũ, alij vero tãquã Tertiarij aut alias aliam vi ã duxerint, ſeque voto vitæ Quadrageſimalis obligauerint, ac etiamſi poſtea aboliti fuerint, à quibus omnibus votis, & profeſſionibus, quatenus opus ſit eos, & illorum ſingulos, plenarie abſoluimus, & liberamus, ac habilitamus, plenarieque abſolutos, & habilitatos eſſe decernimus.

5 Ac quod quicumque ipſorum fratrum reformatorum vocati in quocumque, prouincia, capitulo, ſeu congregatione prouinciali dicti ordinis fratrũ Conuentualium interſint, in quo particularis fiat congregatio diuerſorum vocalium reformatorũ, & ĩ ea præſidẽs ipſius capituli exiſtat, ac præſideat, ibidemque cuſtodẽ reformatum inter ipſos eligat.

Cuius officium per annum tantum duret, quiq; viſitandi, corrigendi, incarcerandi, puniendi, priuãdi, collocandi, & deponendi, ſiue diſlocandi, necnõ reformandi, ac primas cauſas cognoſcendi, ſicut cognoſcit Prouincialis, dummodo ab ipſo prouinciali non præueniatur, & ab ipſo, eiuſque decretis, ac ſententijs ad ipſum prouincialem Conuentualium relinquatur recurſus, & appellatio, qui, vel quæ nunquam impediri queat, quoties opportunũ fuerit, ſed tantum in eos poſſit prouincialis prædictus, quantum in Conuentuales de iure, more, laudabilique conſuetudine, poteſt, & debet.

Et inſuper eorumdẽ fratrum reformatorum qui
7 libet, necnon quæcumque domus, Eccleſiæ, & loca ipſorum omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, prærogatiuis, conceſſionibus, facultatib. indultis, indulgentijs, ſtationibus, cœteriſque gratiis, tam temporalibus, quam ſpiritualib. quibus domus, & Eccleſiæ dictorum fratrũ Conuẽtualium, eorumque Guardiani, & fratres de iure, vſu, & conſuetudine, vel priuilegio, aut alias quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter, & ſine differentia, dummodo contra puritatem Regulæ eiuſdem Beati Franciſci non ſint, nec ei in aliquo derogent, ſed conſeruationem, & augmentum dictæ reformationis concernant, vti, frui, potiri, & gaudere poſſint, in quolibet actu.

Itidem, vt in quolibet eorum conuentu, ſeu domo Syndicum, iuxta ordinationem fęlicis recordationis Nicolai Papæ Tertij prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc factam cui per Prouincialem, cuſtodem ac Guardianum loci cum alijs fratribus, negotia ſæcularia domus, ſeu conuentus, ac computa rationum reuidenda, expenſæ faciendæ, prouiſiones neceſſariæ pro alimentis, veſtimentiſque, & conſtructiones, reparationes conuentuum, ne committent habitũ, etiam quãtumuis rudem, vilem pannorũ, ſiue nouũ, ſiue veterem, ac de ſaccis etiam repeciatũ, & reſarcitum (non enim habitus exquiſitus in qualitate, vel quantitate decet fratrem reformatũ) coloris terrei, ſeu cineritij, ac capuciũ, ſeu ſcapulariũ in capite rotũdum, & à tunica diuiſim geſtare, ac vbilibet deferre, nudiſque pedibus, aut ſuppoſitis ſoleis, ſiue (vt vocant) ſandalijs incedere, libere, & li
9 citè valeant, ac etiam debeant.

Necnon, quod ab ordinarijs locorum quorum-
10 cùmque regnorum, & mundi partiũ, in quibus pro tempore domus, ſeu conuentus, & loca habuerint, ac introducti fuerint, aut etiam quibuſcumque alijs perſonis, ſuperioribus, & prælatis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtentibus, in hac ſuper iã fabricatis, ac receptis, & acceptis, quã deinceps quandocumque, & vbicumque (de ordinariorum locorum licentia) fabricandis, recipiendis, & acceptandis per eos, ac eis oblatis, & donatis domibus, conuentibus, Eccleſiis, ac locis, illorumque vſu, habitatione, ac retentione, liberis, quietis, & pacificis (dummodò tamen de licentia expreſſa Miniſtri Generalis pro tempore exiſtentis dictorũ fratrum conuentualium, ac capitulo Prouinciali ſic determinante) domos, & loca huiuſmodi receperint, & acceptauerint, habituſque delatione, & alijs præmiſſis quouis modo, aut quæſito colore, publice vel occulte, directè vel indirectè vllatenus vnquam moleſtari, perturbari, vel inquietari.

11 Neque item ipſi fratres Reformati aliquos alios
12 fratres alterius cuiuſque ordinis Sancti Franciſci de obſeruantia, ac Capucinorum, aut aliorum ordinum, iuxta literas fœlicis recordationis Pii Papæ Quinti, etiam prędeceſſoris noſtri, in forma Breuis, ſub die prima Decembris, Milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo nono, Pontificatus ſui, anno quarto, emanatas, ſed tantum conuentuales, & cum expreſſa ad hoc habita Miniſtri Generalis ipſorum conuentualium licentia, recipere, minuſque ſic inter reformatos ex conuentualibus recepti, profeſſionem alio tempore, vel anticipato, vel non expleto anno vel ante annũ ſextum decimũ, vel datis, vel intimatis terminis profeſſionis faciendæ, & hoc etiam in publica Eccleſia, capitulo, vel refectorio, prout ipſi cõuentuales emittunt, ac non niſi iuxta veram, & puram regulam Beati Franciſci prædictam, emittere. Neque poſtquam ad reformatos ea cõuentualibus ſic tranſiuerint, ad dictos cõuẽtuales inde reuerti: quin etiam prædicti fratres reformati ex ſecularibus nullos, niſi qui bonæ vitæ, & famæ, priuſquã in ipſa congregatione reformatorum recipiantur, probati fuerint, ac habita prius à prouinciali dictorum fratrum conuentualium licentia, quam nec
13 goardiani, cuſtodes, vel commiſſarij quicunque dare poſſint, in fratres reformatos recipere queãt, Demum, quod ipſi fratres reformati, & eorum congregatio dictis fratribus conuentualibus, ac cum illis ita vniti ſint, & eſſe cenſeantur, vt nullo vnquam tempore liceat illis alios protectores generales, vel prouinciales, quàm dictorum cõuentualium habere, nec in proceſſionibus, & alijs actibus aliam, quã conuentualiũ Crucem ſequi, vel deferre, niſi forte ipſi fratres reformati in aliquo loco fuerint, in quo non adſunt conuentuales, quo caſu Reformati per ſe ipſos ire, ac incidere; ſub excommunicationis pęna ſe ſe à conuentualibus vnquam ſeparare, aut ſegregare vllo modo, vlloue tempore valeant. Pręſẽ
tes quoque, & deſuper conficiendæ literæ, toti & 14
ſoli congregationi Reformatorum ſub obedientia Conuentualium, in omnibus prouinciis viuentium ſuffragentur, ac conceſſæ intelligantur, illaſque per quoſcumque vniformiter, etiam ſi aliqui hactenus in quacumque prouincia priuilegium aliquod, aut facultatem particularem à nobis, & aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, quomodolibet impetrauerint, obſeruari debeant, authoritate, & tenore prędictis, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus. Ac etiam ita ſtatuimus, & ordinamus eaſdem præſentes literas nullo vnquam tẽpore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis, vel quouis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari nullatenus vnquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſq; effectus ſortiri debere, nec ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpẽſionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſcumque literas, vel conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per nos, & ſucceſſores noſtros prædictos, etiã motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de prædictæ poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialiter, necnon ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cũ quibuſuis clauſulis pro tempore factis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, necnon quoties illas reuocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeu eis derogari contigerit, toties in priſtinũ ſtatũ, etiã ſub data poſteriorũ reſtitutas, & plenarie reintegratas, & de nouo conceſſas eſſe, & cenſeri; ſicque etiã per quoſcũque iudices, Cõmiſſarios, & delegatus, ac cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores, & Sãctæ Romanę Eccleſiæ Cardinales, necnon quoſuis alios Eccleſiarũ prælatos, ac iudices, tam Eccleſiaſticos, quam ſeculares, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Dat. Romę, apud S. Marcum, anno incarnat. Domin. 1582, Idibus octobris, Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Quarta.

SVMMARIVM.

Sancti Bonauenturæ Seraphici Doctoris Epiſcopi Cardinalis Albanenſis, inter eximios, egregios Sanctos Catholicæ Eccleſiæ Doctores annumeratio cum indulgentiarum elargitione pro illius feſtiuitate, decimaquarta Iulij ſub duplicis officij ritu celebranda.

Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Vniuerſis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis aliarum Eccleſiarum prælatis, per vniuerſum terrarum orbem conſtitutis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Triumphantis Hieruſalem gloriam ſempiternã, & ſanctorum cum Chriſto feliciſſimè regnantium, nunquam marceſcẽtes coronas, cum gaudio, admirans ſancta Mater Eccleſia, adhuc in terris militãs, *1. Tim. 4.*
ad eandem verò iuſtitiæ coronam feſtinans, Deum *Pſal. 67.*
in ſanctis ſuis mirabilem prædicare non ceſſat. Nec verò inſignes tantum victorias, & pręclara ſanctorum merita, eximiis celebrat, ſed eoſdẽ ſanctos, *Ioan. 12.*
quos Deus mirificè honorificat, ipſa quoque piè veneratur, ac colit; quorum nimirum prędicatione

ſultarique doctrina inſtituta, ſanguine fundata, il-
luſtribus Charitatis operibus, atque exemplis edu
cata, feruentibus illorum apud Deum præcibus,
quotidiè adiuuatur. Quam ob rem debitis etiam,
congruiſque honoribus vnicuique Sanctorum ſi-
gillatim tribuendis, ad cæleſtis illius Hierarchiæ,
vbi oīa in Charitate perfecta, ordinata ſunt, normā
atque imaginem ſe ſe conformare (quantum qui-
dem in huius prætereuntis mundi exilio licet) ma-
Ioan. 14. xime ſtudet: Nam quemadmodum in magna illa
ſummi Patris familias, boniſque omnibus cumula
ta domo manſiones multę ſunt, & beatæ illę animę
mira quadam varietate vnius gloriæ beatitudine
Apoc. 21. perfruuntur, ſic Catholica Eccleſia, quæ Cæleſtis
Cant. 6. illius effigies eſt (vt caſtrorum acies ordinata) in
veneratione Sanctis Dei adhibenda, ſacros illos or
dines, Diuino illuſtrata lumine, agnoſcit, atque di-
ſtinguit. Itaque dum glorioſum Apoſtolorum Cho
rum, dum Prophetarum laudabilem numerum,
dum fortiſſimorum Martyrum laudat exercitum,
cæteriſque ſanctis, ſuo loco, & ordine ritè honores
defert, in vno Charitas ſpiritu, & conſimili piæ de
uotionis affectu multipliciter exultat Inter illos ve
Ephes. 4. ro beatiſſimos ſanctorum choros, quorum memo-
ria à cunctis fidelibus Religioſo cultu, merito ce-
lebratur, inſigni ſplendore elucet, ſanctorum Do-
ctorum ordo à Paulo Apoſtolo deſerte numera-
tus, cum ait, & ipſe dedit quoſdam quidem Apo-
Matth. 20 ſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios vero Euan
Eccleſ. 24. geliſtas, alios autem paſtores, & Doctores, quos vi
neæ ſuæ ſtrenuos, fideleſq. cultores, atque opera-
Matth. 5. rios conſtituit, ad conſummationem ſanctorum in
opus miniſterij, in ædificationē Corporis Chriſti,
Hi ſunt, de quib. diuina ſapientia clamat: qui eluci
dant me, vitam æternam habebunt, de illis Ange-
lus apud Danielem loquitur: qui autē docti fuerint
fulgebunt quaſi ſplēdor firmamenti, & ad iuſtitiā
erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æterni-
tates. Eos denique ſaluator ipſe Chriſtus Dominus
inſigni illo elogio ornauit, qui fecerit, & docuerit,
hic magnus vocabitur in regno cælorum. Cum au
tem omnibus temporibus ſacrorum Doctorum
ſtudium, & doctrina in Eccleſia Dei vtilis, & ſalu-
taris fuit, tum maximè fructuoſam, & planè neceſ
ſariam eſſe res ipſa demonſtrauit, cum perſecuto-
rum Chriſtiani nominis horribili furore repreſſo,
in ipſa Eccleſiæ pace teterrima hæreſum bella, ve-
hementius excitata ſunt, tunc enim hæreticorum
doli, & fallaciæ, qui Diabolo inſtigante in agro Do
mini zizania ſuper ſeminare non intermittunt, Do
Greg. lib. 9. ctorum cura, & diligentia detectæ, & peſtiferi, ac
c. 7. Mora. deteſtabiles erroresq. gladio ſpiritus amputati, &
Catholicæ veritatis vi, ſacris Doctoribus admini-
ſtris mendacium proſtratum: Quare iure optimo
Hyadum ſtellarum nomine ſancti Doctores in Ec-
cleſia deſignantur, qui perfrigida hyeme, & longis
infidelitatis noctibus expletis & perſecutionis tē-
peſtate ſedata, tunc clariores Sanctæ Eccleſiæ exor
ti ſunt, cum veritatis Sol per corda fidelium altius
caleſceret, & tanquam nouo fidei vere lucidior
Eccl. 39. annus aperiretur Iam vero inter eos, quos Domi-
nus Magnus, Spiritu intelligentiæ replere voluit,
quique tanquam imbres eloquia ſuæ ſapientiæ in
Sixtus. 4. ſ Eccleſia Dei emiſerunt, merito numeratur ſanctus
Bulla Ca- Bonauentura Confeſſor, & Pontifex, & in eadem
noniz. Catholica Eccleſia Doctor eximius, quem fœlicis
recorda. Sixtus Papa Quartus prædeceſſor noſter,
ob admirabilem vitę ſanctitatem, & præexcellen-
tem doctrinam in ſanctorum numerum adſcripſit.
Is enim Balneorgij in Etruria natus (vt piæ matris
voto ſatisfaceret) adoleſcens Seraphicam Sancti
Franciſci Religionem eſt ingreſſus, per cuius veſti
gia recentia adhuc nouus Chriſti miles humiliter,

& conſtanter ſaluberrimam Regularium obſeruā
tiam inſtitutorū, tanto animi ardore, tantaque cor
dis auiditate auſit, vt ſumma in eo ſanctitas appare
ret, ac vitæ innocentia, & caſtitate, ſancta humili-
tate, patientia, manſuetudine, terrenarum rerum
deſpicientia, cæleſtium deſiderio, omnib. & exem-
plo, & admirationi eſſet, tanta quoque ſpiritus dul
cedine, & Diuini amoris feruore inflammatus, in
Deum rapiebatur, vt iam in cellam vinariam ſpōſi
introductus, & vino optimo charitatis ebrius, Ieſū
Chriſtum Crucifixum, & patiētem vtique intueri,
& in eius vulneribus habitare videretur. Ad hanc
vero eximiam vitæ ſanctitatē, vir Dei magnam prę
ſtantis doctrinæ laudem adiunxit, Deo ita diſponē
te, vt ad eius gloriam, & Eccleſiæ vtilitatem, nō ſo-
lum exemplo, ſed verbo, & eruditione magnopere
proficeret, Itaque cum in ſacrarum literarū ſtudio
Sanctorum patrum lectione, & ſcholaſticæ Theo- *Eccl. 10.*
logiæ pernéceſſaria diſciplina, Alexādro de Ales *Rom. 5.*
Magiſtro, inſigni illius ætatis Theologo diligentiſ
ſime verſaretur, breui temporis ſpatio, excellentis
īgenij bonitate, aſſiduo labore, & (quod caput eſt)
gratia Spiritus Sancti, qui vas aūt in honorē electi,
omni ex parte formabat, tantos progreſſus fecit, &
ad tātā doctrinę perfectionē peruenit, vt Doctoris,
& Magiſtri inſignib, in celeberrimo Pariſiēſi Gym 2
naſio ſolemni more decoratus, ſacram Theologiā
ibidem publicè profeſſus ſit. Tantā vero laudē in
interpretandi munere, & in vniuerſæ Theologiæ
ſcientia eſt conſecutus, vt viri doctiſſimi, eius do-
ctrinam, & eruditionem admirarentur. Et quidem
multiplices ſancti viri lucubrationes, & præclara
ſcripta, quæ adhuc magna Eccleſiæ vtilitate, & nō
mediocri Dei beneficio extant, quæque, & no-
ſtrę, & ſuperiorum ętatum viri eruditi, multo cum
fructu ſemper legerunt, & magnopere comproba-
runt, quantus ille in Theologia fuerit, ſatis decla-
rant. Ea enim Diuini ingenij ſui monimenta poſte-
ris reliquit, quibus perdifficiles, & multis obſcuri-
tatibus inuolutæ quęſtiones, magna optimorum ar
gumentorum copia, via, & ordine enucleatè, ac di
lucidè explicantur, fidei Catholicæ veritas illuſtra
tur, pernicioſi errores, & prophanæ hęreſes profli-
gantur, & piæ fidelium mentes ad Dei amorem, &
cæleſtis patriæ deſiderium admirabiliter inflam-
mantur. Fuit enim in Sancto Bonauētura id præci-
puum, & ſingulare, vt non ſolum argumentandi
ſubtilitate, docendi facilitate, definiendi ſolertia
præſtaret, ſed Diuina quadam animos promouen-
di vi excelleret: ſic enim ſcribendo cum ſumma e-
ruditione parem pietatis ardorem coniungit, vt le
ctorem docendo moueat, & in intimos animi re-
ceſſus illabatur, ac denique Seraphicis quibuſdam
aculeis, cor compungat, & mira deuotionis dulce-
dine perfundat, quam ſane gratiam in eius ore, &
calamo diffuſam admirans prædeceſſor noſter Six *Matth. 25.*
tus Quartus Pontifex, illud dicere non dubitauit,
Spiritus Sanctum in eo locutum videri: Cum igi-
tur ſeruo fideli tam multa, & præclara, à Domino
talenta eſſent credita, vt illis ad fratrum vtilitatem
exercendis, & negotiandis, cæleſtis gratiæ Theſau
ros amplificaret Diuino conſilio, & ſummo totius
ſui ordinis conſenſu, Romæ miniſter generalis ſep
timus poſt beatum Franciſcum eſt factus quo, in of
ficij munere, non ſolum prudentiam, vigilantiam, 3
ſolicitudinem pręſtitit, ſed tanto fraternæ charita-
tis ardore exarſit, tantaque Chriſtianæ humilitatis
demiſſione fratribus inſeruiuit, vt in eo illud Salua
toris agnoſceretur: qui maior eſt in vobis, ſit veſter
miniſter, Quin & piæ memoriæ prædeceſſor noſter
Clemens Papa Quartus, qui ſanctum virum valde 4
dilexit, & eius doctrina mirifice eſt delectatus, vt
tam excellens virtus, & prudentia, ad multorum

vtilitatem, latiori in campo excurreret, inſignem
Ebotacenſem Archicpiſcopatum ei obtulit. Ille ve
to cum ſe à Seraphicæ paupertatis cõplexu, dinelli
non facilè pateretur, oblatam dignitatem modeſte
atque humiliter recuſauit. Cæterum cum Grego-
rius Decimus Summus Pontifex, ob grauiſſimas
Reipublicæ Chriſtianæ cauſas, conclium generale
Lugdunum indixiſſet, viroſq. Sanctitate, doctrina,
ſapientia præſtantes perquireret, quorum forti, &
fideli opera ad rei maximæ tractationem, atq. ex-
plicationem vteretur, duo in primis clariſſima il-
lius ætatis lumina, è duobus floientiſſimis ordinib,
Prædicatorum, & Minorum delegit Sãctos, Tho-
mam, & Bonauenturam, quos ad ſe ire iuſſit: ſed cũ
alter in ipſo itinere in morbum incidiſſet, atque ad
gloriæ coronam feliciter euolaſſet, Sanctus Bona-
uentura Lugdunum profectus, humaniſſime exce-
ptus eſt à Romano Pontifice Gregorio, qui in eius
virtute, & ſapientia ita acquieſcebat, vt Concilij
recte dirigendi, & adminiſtrandi partes ei præci-
puè tribuendas eſſe decerneret. Quare ex publica
Eccleſiæ vtilitate, & neceſſitate, vt maiori cum di-
gnitate, & authoritate concilij, rebus, non ſolũ in-
tereſſet, ſed præeſſet, ſtatuit lucernam ardentem
& lucentem ſupra excelſum candelabrum ponere,
Matt. 5. vt in domo Dei magis luceret. Itaque Sanctum Bo
nauenturam nullus honores appetentem, fugien-
tem potius, ſed Chriſti vicario obtemperantem,
nulloſque pro Eccleſia labores ſubire recuſantem,
tanquam in totius orbis terræ theatro in ſacrum
Cardinalium collegium, & in Epiſcoporum ordi-
nem ſtatim cooptauit, nam Eccleſiæ Albanenſi il-
lum præfecit, qui honos antiquioribus presbyteris
Cardinalibus tribui ſolet. Qua ille ampliſſima di-
6 gnitate actus, vniuerſam in Dei gloriam, & Eccle-
ſiæ vtilitatẽ contulit. Et enim in rebus Cõcilij ar-
duis, operá egregiam præſtitit, Catholicã fidem cõ
ſtantiſſime defendit, prauas opiniones acerrimè re
futauit, eiuſdemq. prudentia, doctrina, Sanctitate,
orationibus Gregorij Põtificis Paſtoralis ſolicitu-
do tantopere adiuta eſt. vt ſublato per Dei miſeri-
cordiam ſchiſmatis diſſidio, Michael Palæologus
Græcorum Imperator, orientaleſq. nationes ad A-
poſtolicæ Sedis obedientiam, vnitatem, commu-
nionemq. redierint: ac denique dignus habitus eſt,
7 quem Græci Eutychij nomine appellarent. Meri-
to igitur cũ paulo poſt, in eodẽ Cõcilio fortiſſimus
athleta, ex huius vitæ peregrinatione, ad cæleſtem
patriam emigraſſet, omnes eius mortem doluerũt,
omnes communem iacturam deplorarunt, omnes
illius funus lacrimis, & laudibus, ſed vnus præter
cæteros, viri ſanctiſſimi vitam integerrimè actam,
mores probatiſſimos, labores permultos pro Eccle
ſia ſuſceptos, doctrinam in illo ipſo Concilio ſpe-
ctatam, inſigni laudatione veriſſimè celebrauit. Is
fuit piæ memoriæ, Petrus Cardinalis à Tarantaſia,
vir eruditione, & Chriſtiana eloquentia præſtans,
qui poſtea ad Pontificatus faſtigium euectus, Inno
centius Papa Quintus, eſt appellatus. Ipſe vero Sũ-
mus Pontifex, Gregorius X. ex intimi animi ſenſi-
bus amiſſum fratrem, adiutorem, & conſiliarium,
fideliſſimum dolens, palam grauibus verbis teſtifi-
catus eſt, Catholicam Eccleſiam, quæ ex tanti viri
Pſal. 111. pietate, & doctrina, fructus vberrimos acceperat,
magnam illius morte iacturam feciſſe. Sed vere à
Pſal. 67. Spiritu ſancto dictum eſt, in memoria æterna erit
Mar. 16. iuſtus: nã qui in vita illuſtris fuerat, multo poſt mor
Exo. 8. Eſa. tem factus eſt illuſtrior Deo, qui admirabilis, & glo
118. rioſus eſt in ſanctus ſuis, ſignis complurib. ac prodi
gijs, & miraculis maximè inſignibus ſerui ſui ſan-
8 ctitatem comprobante, Quorum miraculorum fa-
ma cum apud omnes percrebreſceret, idem Sixtus
prædeceſſor noſter, è ſublimi ſedis Apoſtolicæ ſpe-
culo ea adſpiciens digitũ Dei, qui facit mirabilia
magna ſolus, ibi plane eſſe intellexit; Itaque ſponte
ſua, & claræ memoriæ Federico Romanorum Im-
peratore, regibus publicis, ducibus, ciuitatibuſque
rebus permultis vehementer requirentibus, ac om
nium ferè fidelium conſenſu efflagitante, de viro
præſtantiſſimo Bonauentura Epiſcopo Cardinali,
in Sanctos referendo, Pontifice Romano, dignam
cognitionem ſuſcepit: ſumma igitur cura, & diligẽ
tia, vitæ illius eximia ſanctitate, & miraculorum ve
ritate examinata, atque comperta, omnibus deni-
que, quæ ad eãdem rem pertinebant, ritè, recteq.
actis ad Dei gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ exalta
tionẽ pro ſua ſumma, eique à Deo, in Beato Petro
Apoſtolo tradita poteſtate, eundem Beatum Bona
uenturam de fratrum ſuorum S. Romanæ Eccleſię
Cardinalium, & prælatorum omnium conſenſu, in
ſanctos retulit, & in ſanctorum Confeſſorũ, Pontifi
cum Doctorum numerum adſcripſit, atque aggre
gauit, eiuſque feſtum, anniuerſarium diem, ſecun-
da menſis Iulij Dominica die celebrari, officiũque
de eo, veluti de Confeſſore Pontifice Doctore, in
Vniuerſa Eccleſia recitari iuſſit: Aliis item decre-
tis adiectis, quæ eiuſdem Sixti literis plenius conti
nentur. Et quãuis glorioſus hic Doctor, ſanctus Bo
nauẽtura, & in Eccleſia Catholica celeberrimus ſit,
& in cœlo maxime reſplendeat, vbi corona illa eſt
coronatus, quam repromiſit Deus diligentibus ſe, Iaco. 1.
nec vlla humana re indigeat, qui bonus illis cum Iſai. 64.
Chriſto perfruitur, quæ nec oculus vidit, nec in cor 1. Cor. 2. 8.
hominis aſcenderunt; vrget nos tamen Charitas 2. Cõtin. 5.
Chriſti, & ardens quidam deuotionis affectus, quo
erga eum ab ineũte fere ætate perpetuo exarſimus
vt de eius ſanctitate, & doctrina, magiſque propa-
ganda, atque illuſtranda (quantum cum Domino
poſſumus) cogitemus. Mouemur quidẽ, vt pareſt,
ſancta cum eo communione ſeraphicæ Religionis
noſtræ, in qua educati, & tot annis verſati ſumus, &
cui tanquam matri optime meritæ, omnia pietatis,
& grati animi monumenta præſtare debemus, ſed
multo magis mouent nos, Dei gloria, Paſtorale of-
ficium quod gerimus, viri Sanctiſſimi pro Eccleſia
Dei tot ſuſcepti labores, tot illuſtria merita, tanta
cũ Rom. Eccleſia coniunctio, in cuius ampliſſimo
ordine, & ſenatu, ſumma cum laude conſedit, De-
nique mouet nos Eccleſiæ vniuerſalis vtilitas, quæ
ex tanti Doctoris eruditione ſemper maior, & vbe
rior capi poteſt, præſertim cum hereticorum inſi-
diæ, & Diabolicæ machinationes, quibus ſacram
Theologiam, quæ ſcholaſtica appellatur, hoc lu-
ctuoſo ſæculo oppugnant vehementiſſime nos ma
gnopere admoneant eandem Theologiam, qua ni-
hil Eccleſiæ Dei fructuoſius omni ſtudio retinea-
mus, illuſtremus, propagemus. Diuino enim illius Eccleſ. c. 2.
munere, qui ſolus dat ſpiritum ſcientiæ, & ſapien- Iſai. 12.
tiæ, & intellectus, quique Eccleſiam ſuam per ſęcu
lorũ ætates (prout opus eſt) nouis beneficiis, nouis
præſidiis inſtruit, connenta eſt à maiorib, noſtris ſa
pientiſſimis viris, Theologia ſcholaſtica, quam duo
potiſſimum glorioſi Doctores, Angelicus ſanctus
Thomas, & Seraphicus Sãctus Bonauentura, clariſ
ſimi huius facultatis profeſſores, & primi inter eos,
qui in ſanctorum numerum relati ſunt excellenti
ingenio, aſſiduo ſtudio, magnis laborib. & vigiliis
excoluerunt, atq. ornarunt, eamque optimè diſpo-
ſitam, multiſque modis præclarę explicatam, poſte
ris tradiderũt, & huius quidem tam ſalutaris ſcien-
tiæ cognitio, & exercitatio, quæ ab vberrimis Diui
narum literarũ, ſummorum Pontificum, ſanctorũ
Patrum, & Cõciliorum fontibus dimanat, ſemper
certe maximum Eccleſiæ adiumentum afferre po-
tuit, ſiue ad ſcripturas ipſas vere, & ſane intelligen
das, & interpretãdas, ſiue ad Patres ſecutius, & vti-
lius

Digitized by Google

lius perlegendos,& explicandos,ſine ad varios er-
rores,& hęreſes detegendas,& refellendas.His ve
rò nouiſſimis diebus, quibus iam venerunt tēpora
2.Timo.3. illa periculoſa ab Apoſtolica deſcripta,& homines
blaſphemi,ſuperbi,ſeductores,proficiunt in peius,
errantes,& in errorem alios mittentes,ſane Catho
licæ fidei dogmatibus confirmandis, & hæreſibus
confutandis,pernecaſſaria eſt: & profectò rem ita
ſe habere,ipſimet veritatis inimici ſunt iudices, q-
bus Theologia ſcholaſtica maxime eſt formidolo-
ſa,qui profectò intelligunt,apta illa, & inter ſe ne-
xa rerū,& cauſarum cohærentia,illo ordine,& diſ
poſitione,tanquā militum impugnando inſtructio
ne, illis dilucidis diffinitionibus, & diſtinctionib.
illa argumentorum firmitate, & acutiſſimis diſpu-
tationibus,lucem à tenebris, verum à falſo diſtin-
gui,eorumq. mēdacia multis præſtitis,& fallacijs,
inuoluta, tanquam veſte detracta patefieri ,ac de
3.Reg.21. nudari.Quanto igitur magis illi hanc munitiſſimā
Theologiæ ſcholaſticæ arcem oppugnare, & euer
tere conantur, tanto magis nos decet hoc inuictū
fidei propugnaculum defendere,& hæreditatē pa-
trum noſtrorum cōſeruare,& tueri, & accerrimos
veritatis defenſores, meritis honorib. quantū poſ-
ſumus decorare. Quam ob rē, vt Seraphici Docto-
ris eruditio ad multorum vtilitatem latius diffun-
datur,& ex eius libris,& operib.eruditi,& ſtudio-
ſi viri copioſiores,ſuauioreſque fructus in dies ca-
piant,quod ad ipſius ſancti, quanquā in cęlo beatiſ
ſimi,Gloriā aliquam facere non eſt dubitandū, pri
mum quidem in alma vrbe noſtra, in hac Baſilica
ſanctorum duodecim Apoſtolorū, Sancti Bonauē-
turæ nomine collegium inſtituimus, in quo ex hu-
ius præcipuè eximij, deuotiq. Doctoris operib. &
Cōmentarijs ſacra Theologia publicè explicetur,
deinde etiam opera illius omnia,quæ inueniri po-
tuerunt partim nondom ædita,noſtraq. authorita-
te,& impenſis,vndiq. conquiſita,partim iā euulga
ta ſimul, omnia decedenti forma, & quam emen-
datiſſimè imprimi,& è Typographia noſtra Vatica
11 na,in lucem emitti curamus.Quod autē ab ipſo Pō
tificatus noſtri initio,Deo (vt pie credimus) inſpi-
rante,conſtanter propoſuimus ſancti huius Docto
ris nomen,& merita glorioſa,pro viribus celebra-
re,fideliumque erga eum venerationem augere,&
amplificare, ſanè ad id quoq. non mediocriter ex
citati ſumus,exemplo ſanctę memoriæ Pij Papę V.
12 prædeceſſoris noſtri,de Chriſtiana Republica op-
timè meriti, & quem vt parentem adhuc reuere-
mur,& colimus; Is enim Religioſa pietate, & ſin-
gulari deuotione permotus, qua afficiebatur erga
Sanctum Thomam de Aquino ordinis ſui decus,&
Eccleſiæ Catholicæ ornamentum, cupiens eodem
modo eundem Sanctum,ob eius præſtantiſſima in
Eccleſiam Catholicā merita, congruis honoribus
exornare, præter alia, hoc iuſſit, & decreuit,vt il-
lius feſtus dies quotannis duplicis officij ritu ad
inſtar Sanctorū quatuor Eccleſiæ Doctorū, perpe-
tuo celebraretur quod,& ſancto Bonauenturæ Do
ctori eximio tribui debere, æquū profectò exiſti-
mamus,cū tam multa inter eos virtutis,ſanctitatis,
doctrinæ,meritorū coniunctio,& ſimilitudo inter
Apoca.11. cedat. Hi.n.ſunt duæ oliuæ, & duo candelabra in
Matth.5. Domo Dei lucentia, qui, & charitatis pinguedine,
& ſcientiæ luce, totā Eccleſiam Dei colluſtrant.Hi
ſingulari Dei prouidentia eodē tempore,tanquam
duæ ſtellæ exorientes ex duab.clariſſimis Regula-
rium ordinū familiis prodierunt, quæ Sanctæ Ec-
cleſiæ ad Catholicā Religionē propagandā, maxi-
mè vtiles,& ad omnes labores, & pericula pro or-
thodoxa fide ſubeunda, parati ſemper exiſtunt,ex
quibus tanquā ex fertili,& bene culto ſolo, quoti-
diè per Dei gratiā fęcundæ, & fructuoſæ plātæ pro
Toin.2.priu.Apoſt.

creantur,hoc eſt,viri doctrina, & ſanctitate pręſtā
tes,qui Petri nauiculæ tot fluctib. agitatæ, & Ro-
mano Pontifici eius clauū, non ſine magna ſolicitu
dine tenenti,fortem,& fidelem, operā nauant. Hi
duo ſancti,cū eſſent coæui,iiſdem ſtudijs dediti,cō
diſcipuli,ſimul magiſtri,pari ratione àGregorio X.
ſummo Pontifice (cum ambo ad Conciliū euocarē
tur) honorari,& in huius vitæ peregrinatione fra-
terna Charitate,ſpirituali familiaritate,ſanctorum
laborum ſocietate,valde coniuncti fuerunt, & de-
nique pari greſſu,ad Cæleſtē patriam commigran-
tes,pariter fęlices,& glorioſi illa ſempiterna Beati
tudine perfruuntur,vbi eodē,charitatis affectu,vt
pie credimus, pro nobis in hac lachrimarum valle
laborantibus orant,diuinamq. opem implorant,vt
merito idem Sixtus IV.hos duos Sanctos per ſimi *Six.4.I Bul*
les,& quaſi geminos in Chriſto fratres agnoſcens, *la canoniz.*
ſtatuerit Sanctum Bonauenturam conſimili vene-
rationis,& honoris prærogatiua,atq Sanctū Tho-
mam,decorandum eſſe.Quod igitur à nobis,& Se
raphici ordinis charitas, & S.Bonauenturæ meri-
torum magnitudo,& Catholicæ Eccleſię, cuius gu
bernacula nobis licet immeritis à Deo commiſſa
ſunt,vtilitas,& ędificatio requirit:habita ſuper his
omnib. cum Venerabilibus fratrib. noſtris. S.R.E.
Cardinalibus deliberatione matura, de eorundem
conſilio, & vnanimi conſenſu, & ex certa noſtra
ſcientia, ac de attributæ nobis Apoſtolicæ poteſta-
tis plenitudine,hac noſtra perpetua valitura conſti
tutione, doctrinam ipſius Sancti Bonauenturæ à ſu
pradictis prædeceſſoribus noſtris, Clemente Quar
to, Gregorio Decimo,& Sixto Quarto, laudatā in *Conc.Flor.*
Concilio Lugdunenſi maximè ſpectatam in Florē- *ſeſ.10 Six.*
tino etiam, ad res difficiles explicandas adhibitā, *4. in Bulla*
grauiſſimorum virorum auctoritate teſtificatam, *canoniz.*
& cōmendatam, & eximio Eccleſiæ Doctore di-
gnā, nos quoq plurimū in Domino laudamus, &
commendamus, ac literas eiuſdem Sixti Quarti,
quas pro expreſſis,hoc loco haberi volumus, exce 13
pta eius ordinatione, de feſto S. Bonauenturæ,ſe-
cunda Dominica Iulij celebranda, harum tenore
approbantes,& innouantes,ipſum Sanctū Bonauē
turam,inter Sanctorum Doctorum conſortio,ab eo
dem Sixto Quarto adſcriptū, & commemoratum
authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, inter
præcipuos, & primarios, qui Theologicæ facolta-
tis magiſterio excelloerunt,habendum,ac venerā-
dum eſſe decernimus,& declaramus, atq. ob eam
cauſam ſperantes in Domino,huius Seraphici Do-
ctoris lucubrationes, ad doctrinā, & deuotionem,
quā in Clero,Populoq. Chriſtiano magnopere lu-
cere,& ardere cupimus, maximo adiumento fore,
illius libros, cōmentaria, opuſcula, opera denique
omnia, prout, ex noſtra Typographia Vaticana,
quā emendatiſſima,vt ſupra dictū eſt, emittuntur,
vt aliorū Eccleſiæ Doctorum, qui eximij ſunt,non
modo priuatim,ſed publice in Gymnaſiis, Acade-
mijs,Scholis, collegiis, lectionibus, diſputationib.
interpretationib. concionibus, Sermonib. omni-
buſque alijs Eccleſiaſticis ſtudijs, Chriſtianiſque
exercitationibus,citari,proferri,atq. (cum res po-
ſtulauerit) adhiberi volumus,& decernimus. Et ni
hilominus,vt ſapientiſſimi huius Doctoris glorio-
ſa recordatio,ſi non pro ipſius dignitate, at ſaltem
pro humana tenuitate, ob ingentia illius merita,
ardentiori ſtudio recolatur,fœl.record.prædeceſ-
ſorum noſtrorum, Bonifacij Papæ Octaui, qui de
Sanctis Quatuor Doctoribus, & prædicti Papæ *De reli. &*
Quarti, qui de prædicto Sancto Thoma eadē præ- *vener. San*
ceperunt,exemplo adducti præcipimus, vt eiuſdē *ct.in 6.*
Sancti Bonauenturæ dies feſtus in omnibus Chri-
ſtiani orbis partibus, ſub duplici officio à cunctis
perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumuis

ordinum Regularibus, tam publicè, quã priuatim,
pridie Idibus Iulij (non obſtante prædicta Sixti
Quarti ordinatione, de ſecunda Dominica. dicti
menſis) celebrati, atque in Calendariis, cum Docto
ris nomine, & feſti duplicis adiectione deſcribi, &
imprimi debeat, etiam ſi in nouiſſimis Breuiarij, &
Miſſalis Romani reformationibus, aliter diſpoſitũ
fuerit, neque ſecùs, atque à nobis, vt ſupra ordina-
tum fuit, per quoſcumque, quauis authoritate prę-
ditos cenſeri, aut interpretari poſſe decernimus.
Hortantes vniuerſos vtriuſq. ſexus Chriſti fideles
ciuitatis Balneoregij, quæ clariſſimum hoc ædidit
lumen, & illius diœceſis, vt eodem die feſto à ſerui
libus, de ſanctæ Eccleſiæ more, operibus abſtineãt,
36 Vt autem Chriſti fidelium deuotio, ad Seraphici
huius Doctoris diem feſtum colendum, eiuſque
opem piè implorandam, eò magis accendatur, quò
ea hoc cęleſtis gratiæ dono, ſe vberius conſpexe-
rint eſſe refectos, de omnipotentis Dei miſericor-
dia, ac beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius,
authoritate confiſi, omnibus vtriuſq. ſexus Chriſti
fidelibus, tam dicta ciuitate, & diœceſi Balneore-
2.Tim.4. gij, quam præclara Galliæ de vrbe Lugduno, vbi
ille bono certamine legitimè decertato, curſu con-
ſummato, fide ſeruata, ex hoc calamitoſo ſæculo ad
meritorum ſuorum præmium, & coronam in cęlũ
feliciter migrauit, in almaq. vrbe noſtra, vbi in hac
Baſilica ſanctorum duodecim Apoſtolorum colle-
gium à nobis, vt iam diximus, eſt erectum, conſtitu
tis, qui eius feſtum huiuſmodi, vt cæteras de præ-
cepto Eccleſiæ ſeruari ſolitas feſtiuitates, deuotè
colentes, verè pęnitentes, & ſacramentali peccato-
rum ſuorum confeſſione præmiſſa, eo die ſanctiſſi-
mum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plena
riam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam,
& remiſſionem, miſericorditer in Domino conce-
dimus, & elargimus. Qui verò Eccleſias fratrum
Minorum S. Franciſci, ipſo die feſto, à primis veſpe
ris, vſque ad occaſum ſolis eiuſdem diei, deuotè vi
ſitauerint, pias inibi ad Deum preces (prout ſua cui
que ſuggeret deuotio) effundentes decem annos,
& totidem quadragenas de iniunctis eis, ſeu aliàs
quomodolibet, debitis pœnitentiis, per præſentes
literas perpetuò duraturas, quas ſub quibuſcumq.
indulgẽtiarum reuocationibus, vel limitationibus,
nullo modo comprehendi volumus, miſericordi-
ter in Domino relaxamus. Quocirca, fraternitati,
& diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta man-
damus, vt præſentes literas, & in eis contenta quæ-
cumq. in ſuis quilibet prouinciis, ciuitatibus, Eccle
ſijs, & diœceſibus ſolẽniter publicari, & ab omnib,
perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumuis
ordinum regularibus, vbique locorum, & gentium
inuiolatè perpetuò obſeruari procurent Volumus
autem, vt earumdem præſentium tranſumptis, et
impreſſis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis,
& ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica
conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides vbiq. adhi
beatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent
exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò hominum liceat,
hãc paginam noſtrarum approbationis, innouatio-
nis, decretorum, declarationis, voluntatum, præce-
pti, conceſſionis, elargitionis, relaxationis, & mãda
ti infringere, &c. Dat. Romæ, apud Baſilicam ſan-
ctorum duodecim Apoſtolorum, anno Incar. Do-
min. 1587. pridie Idus Martij, Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

1.Tim.4. *Sancti Didaci de ſancto Nicolao prouinciæ Betbicæ*
Apoc.19. *Hiſpani ordinis Minorum ſancti Franciſci Cano*
Pſal.71. *nizatio, & in ſanctorum cõfeſſorum numerum, &*
Catalogum relatio, illiuſque feſti, anno quolibet, Luc.15.
die duodecimo Nouembris, celebrandi præfinitio, Philip.2.
cum officio pro eo, ſicuti pro vno confeſſore recitatio- Galat.4.
ne, ac indulgentiarum elargitione. Epheſ.2.

Cant.2.

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpe Act.20.
tuam rei memoriam. Rex Regum ante omnia ſę Mar 16.
cula Chriſtus Dominus, qui propter perditi ſalutẽ Epheſ.2.
hominis, forma ſerui accepta, in plenitudine tẽpo- Iac.3.
ris factus eſt homo; Eccleſiam vnicè dilectam, ſuo- 1.Cor.1.
que pretioſo ſanguine adquiſitam ſupra beatiſſimũ Rom 8.
Apoſtolorum principẽ Petrum, cui Petræ firmita- Iaco.2.
tem dedit in ſe ipſo ſummo angulari lapide, à Chri
ſtianæ fidei primordiis ædificauit, & vſque ad ſæcu
li conſummationem, per omnes temporũ ætates,
mirabiliter ſemper ædificat Diuinum autem huius
admirabilis ædificationis artificiũ, nec inflata mun
di ſapientia capit, nec terrena & carnalis prouiden
tia vllo modo aſſequitur, diaboli aũt aſtutia, & ſu-
perbia contremiſcit. Nimirum quemadmodum ex Pſal.11.
pauperibus, & cõtemptis plerumq. hominibus, hu Act.4.
mili, & obſcuro loco natis, nullis artibus, nulla ſciẽ 1.Pet.2.
tia inſtructis, nullo deniq. humanæ potentiæ præ-
ſidio communitis, tanquam ex abiectis, & reproba
tis lapidibus, tanta fiat moles, tam pulchra, tã orna- Matth.16.
ta, tam fortis, tam ſtabilis, in tantam demum cõſur-
gat altitudinem, vt ipſæ inferorum portæ eius ro- Iſa.55.
bur, ac firmamentum perhorteſcant. Sed viæ Dei,
non ſunt viæ hominũ, nec cogitationes eius, ſicut 1.Cor.1.
cogitationes eorum, Itaque non multi ſapientes ſe-
cundum carnem, non multi potentes, nõ multi no-
biles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt cõ-
fundat fortia: & ignobilia mundi, & cõtemptibilia
elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt de-
ſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu
eius. Sic omnipotens Deus, per ſcandalum Crucis, Galat.5.
& ſtultitiam prædicationis ſaluos fecit, credentes: 1.Cor.1.
ſic ab ipſis naſcentis Eccleſiæ initiis per ſapientem
Apoſtolorum inſantiam, & per fortiſſimam Marty 1.Cor.2.
rum infirmitatem Græcorum ſapientiã infatuauit, 2.Cor.2.
& gentium potentiam deiecit, atq. proſtrauit, Sic
deniq. per ſuccedentes ſtationes brachio fortitu- 1.Corinth.1.
dinis ſuę, depoſuit potentes de ſede, & exaltauit hu Iſa.62.
miles ſanctos ſuos. Hinc ſuperiori ſæculo, & pa- Luc.1.
trum noſtrorum valdè propinquo, ex humili fami-
lia fratrum Minorum ſancti Patris noſtri Franciſci,
humilem beatum Didacum, in Hiſpania natum, nõ
doctrina præcellentem; ſed quales primi illi noſtri
magiſtri, & principes fuerunt, ſine literis humano
ſtudio comparatis, ſed idiotam, & in ſancta religio Epheſ.2.
nis profeſſione laicam delegit, in quo oſtenderet
abundantes diuitias gratiæ: cuius admirabili vitæ
ſanctitate, & exemplo, multos ad viam ſalutis per-
duceret, & ſeneſcentem, ac penè decrepitum mun-
dum magis, magiſque coargueret: quia quod ſtul- 1.Cor.1.
tum eſt Dei, ſapiẽtius eſt hominibus, & quod infir- 2.Cor.1.
mum eſt Dei fortius eſt hominibus. Itaque pater
miſericordiarum Deus, qui facit mirabilia magna Pſal.135.
ſolus, hũc ſeruum ſuum paruulum, & demiſſum cę
leſtibus donis ſuis adeò ornauit, rantoque Spiritus Act.4.
Sancti ignè incendit, manumq. ſuam ad ſanitates,
& ſigna, & prodigia, beati Didaci meritis, cũ in eius
vita, tum poſt mortem efficienda, tã mirificè exten
dit, vt is non ſolum apud ſuos in florentiſſimis Hiſ-
paniæ Regnis notus, & clarus eſſet, ſed apud exte-
ros, etiam eius nomen, magna cũ gloria peruulga-
retur. Iuſtus enim, & miſericors Dominus ſeruos Pſal.144.
ſuos fideles, quos ante mundi conſtitutionem ele- Epheſ.1.
git, & prædeſtinauit ad vitam, non ſolum in cęlo
ſemper coronat, ſed ſæpè etiam in terra, vbi forti- 2.Tim.4.
ter, & legitimè certauerunt multo gloriæ ſplendo- 1.Pet.5.
re cumulat, atq. illuſtrat nimirum, vt præclaras il- Sopho. vlt.
las ſuas promiſſiones perſoluat. Dabo vos, inquit, Pſal.6.
nomi-

Pſal.101. nominatos, & in gloriam, & in laudem in cunctis *Act.2.&8.* populis terræ, vt ſe ipſe in ſanctis ſuis mirabilē demonſtret, & potentiam ſuam ſignis, & virtutib. declaret, vt propoſitis ſanctorū, glorioſis laboribus, & meritis, qui homines fuerū nobis ſimiles, circūdati infirmitate, ſegnitiem, & tarditatem noſtrā in *Heb.5.* via ſalutis excitet, & frigeſcētem charitatem accen *Act.14.* dat, vt hæreticorum prauitatem coerceat, peruerſi *Matt.24.* tatem confundat, dum ad ſacras eorum reliquias, *Apoc.14.* diuina virtute ægroti curantur, dæmones pelluntur: vt mortuos, qui in Domino ſunt mortui, beatos eſſe, & multo fęlicios viuere omnes intelligant. Poſtremò, vt amici Dei multo maximè honorentur, *Pſal.138.* & qui ſancti ſunt apud Deum, ſancti etiam ab hominibus habeantur, ad quorum nos opem confugientes, eoſq. piè inuocantes, eorum ſuffragiis adiuti, cęleſtem miſericordiā facilius impetremus. Meritò igitur, Beatum Didacum laudamus, quē Deus multis, & illuſtribus oſtendit miraculis prædicandum, de cuius beati viri vita, & rebus geſtis, puriſſimæ fidei integritate, morum excellenti ſanctitate, ſignorum admirabilitate, pauca quædam libenter *Pſal.50.* pro noſtro paſtorali officio populo Dei proponimus, vt laudetur Deus in ſancto ſuo, & fidelium deuotio, tanquam ſalutari quodam, & periucundo cibo nutriatur, omneſque Deo gratias agant, publico noſtro, & huius ſanctæ Apoſtolicæ ſedis teſtimonio, quæ à Spiritu Sancto gubernatur, & regitur, beati Didaci ſanctitatem, optimo iure declaratam eſſe, & promulgatam.

Natus eſt beatus Didacus, in Hiſpania, in prouincia Betbica, & in oppido, cui nomen eſt, Sanctus Nicolaus de portu, quod eſt in diœceſi Hiſpalenſi. Et is quidem, vt fœcundus ager cęleſtis gratiæ imbre *Iſa.48.* irrigatus vberes fructus citò protulit. Nam adole- *Hiere.50.* ſcens ex medio Babylonis fugiens, hoc eſt, ex laqueis, & periculis ſęculi, pęnitentis habitu indutus in propinquam ſolitariam Eccleſiam, vnà cum pio quodam ſacerdote ſpiritualis vitæ ſocio, & duce ſeceſſit, vbi nouus Chriſti miles, in huius fallacis mūdi contemptione, & oīum humanarum rerum deſpicientia, in cęleſtium contemplatione, in corpore edomando, & ſpiritui ſubiciendo, ſe aſſiduè exercens, magna cum ſuorum oppidanorum ædificatione, præclarum tyrocinium poſuit.

Tre.3. Poſt aliquot verò annos, vt ſe arctioribus vincu *Mat.11.* lis Chriſto aſtringeret, & à mundi tempeſtatibus quàm longiſſimè diſcederet, & ſub ſuaui obedientię iugo, Deo ſecurius, & fructuoſius ſeruiret in portum Seraphici Franciſci religionis confugit, eamque propè Cordubam in conuentu de Artizaſa, vt vocant, quem fratres Minores, qui nunc de obſer- *1.Cor.9.* uantia nominantur, incolunt, verbis expreſſis eſt *Phili.3.* profeſſus. Hic iam athleta Chriſti ampliſſimum virtutum ſtadium ingreſſus, tanquam obliuiſcens, quæ retrò erant, & ad ea, quæ ſunt priora ſe extendens cępit omni contentione corporis, & ſpiritus perſequi (Diuina gratia ſuffragāte) brauium ſupernæ vocationis, Summa cura, & diligentia in regulę obſeruatione verſabatur, quam in omni vita ſanctè adeo, inuiolateque ſeruauit, vt ipſe in cunctis religionis functionibus, & officiis viuens quædam, & expreſſa regula eſſe videretur.

1.Cor.3. In primis verò, quia ſapientiſſimus architectus, Spiritus Sanctus, ſublime regularis perfectionis ędificium in eo extruebat, Altiſſimum humilitatis fundamentum iecit, & vt prudens ille ædificator in Euangelio laudatus, fodit in altum, & ædificauit ſuper petram, nihil ſibi tribuens, nulli ſe anteponens, quò plura à Deo accipiebat, eò demiſſius ſe gerens, Itaque nulli tentationem procellæ, nulli ſuperbiæ, & inanis gloriæ vēto, nullę diaboli machinationes, domum illam, tam egregiè fundatam mouere, aut labefactare potuerunt. Superiorum, & prælatorum *Luc.6.* mandata, & iuſſa, tanta obedientia, tantaq. alacrita *Heb.vlt.* te exequebatur, ac ſi Deum in eis loquentē audiſ- *Luc.10.* ſet. Sanctam paupertatem Domini ſui ſponſam cha *Phili.3.* riſſimam, quàm diligentiſſimè cuſtodiebat, omnia *1.Cor.3.* arbitratus, vt ſtercora, vt Chriſtum lucriſaceret. *Pſal.34.* Cumque Satanæ aſtutias, nō ignoraret, ſed optimè *1.Pet.5.* intelligeret, infenſiſſimū humani generis aduerſarium, tanquā Leonem rabidum, & rugiētem, dies, noctesq. circuire, vt Chriſti ouiculas dilaceret, ac *Ephes.6.* deuoret, nunquam otio, aut torpori, ſe dabat, ſed ſtabat ſuccinctus lūbos ſuos, indutus loricam iuſtitiæ, galea ſalutis aſsūpta, & ſcuto fidei arrepto, in quo poſſet ignita nequiſſima hoſtis tela extinguere.

Corpus igitur, & carnem ſuam illecebrā peccati labore, ieiuniis ferè continuis, & flagellis caſtigabat, & in ſeruiturē redigebat: præcipuè verò ad excelſam illam arcem confugiebat, qua nulla fortior, nulla munitior, hoc eſt ad ſanctæ orationis præſidium, cuius alis in cęlum frequenter ſublatus, terrenorum oblitus ſuauiſſimo Dei colloquio fruebatur.

In ea igitur ſchola diuinitus eruditus vir alioqui plenè rudis, & literarum minimè ſciens admirandū in modum, de rebus diuinis loquebatur, ſenſuſque mirificos proferebat, ita vt viri eruditiſſimi, qui in ſacræ Theologiæ ſtudiis ætatem contriuerant, ſummoperè obſtupeſcerent, illudq. memorię traditum eſt, & graui teſtimonio comprobatum, doctos, & pios viros, cum abſtruſas, & perdifficiles quæſtiones ad res diuinas, animarumque ſalutem pertinētes, cum eo familiariter communicarent, id ab homine literarum experto cumulatè didiciſſe, quod in celeberrimis Academiis à magnis Doctoribus addiſcere nequiuerant.

Ille præterea orationis fructus erat vbertimus, *Pſal.20.* quod iam in benedictionibus dulcedinis præuen- *Pſal.22.* tus, & calicem illum præclarum, qui cor inebriat delibans, ardentis charitatis igne erga Deum, & proximos toto pectore æſtuebat, quare bonorum omnium authorem Deum, & Beatiſſimam Dei Genitricem ſemper Virginem humani generis aduocatam, quam ſumma deuotione ſemper coluit, non pro ſe ſolo, ſed pro omnibus hominibus & præſertim pro peccatorum emendatione, continenter, vehementiſſimeque orabat.

Pauperes verò Ieſu Chriſti, tanto affectu diligebat, tantaq. erga eos miſericordia cōmouebatur, vt omni ſtudio (quātum ei licebat) eorum inopiam, & calamitates ſubleuare ſedulo procuraret: quod ſi interdum præſtare non poſſet, vim lacrimarū profundebat, eoſq. verbis amantiſſimis conſolabatur.

Aegrotos fratres, omnib. charitatis officiis proſequebatur aſſidere ad lectum, cibum miniſtrare, vigilare totas noctes, perferre omnes moleſtias, tāta patientia, tanta humilitate, vt quorundam purulentas plagas, non ſolum medicamentis curare, ſed lingua, quoq. eas lambere, & abſtergere non abhorreret, quo in genere, eximia ſerui Dei, charitas, Romæ aliquando in Cænobio fratrum ſuorum, quod eſt ad Aram Cęli, inſigniter eluxit, nam anno quinquageſimo ſuperioris ſæculi, cū piæ memoriæ, Nicolaus Papa Quintus prædeceſſor noſter, ſacrū Iubileum de more celebraret, Romam venit Beatus Didacus, vt ſalutarem indulgentiā conſequeretur, & Beatorum Apoſtolorum ſepulchra, cęterorumque ſanctorum Martyrum illuſtres memorias religioſè veneraretur. Magna erat annonæ inopia, grauibus, & periculoſis morbis vrbs laborabat, cum Beatus Didacus, ægrotis curandis, quorum ingens erat numerus à Guardiano, ſeu cænobij præfecto, qui iam eius ſanctitatē deguſtauerat, eſt prępoſitus cuius officij munus, tam fideliter, fęliciterq. admi-

niſtrauit, vt in publicis anguſtiis omnia apud pau-
peres Chriſti abundarent, omneſq. in ſeruo Dei,
& copioſum charitatis ſpiritum, & ſingularem il-
lius apud Deum gratiam agnoſcerent.
1.Corin.6. Nec ſanè mirandũ eſt, virum Dei membris Chri
2.Cor.13. ſti fratrib. ſuis, in quibus Chriſtus ipſe ægrotabat,
tanto charitatis ſtudio inſeruiſſe, tam impigrè mi-
niſtraſſe, qui eo iam perfectionis progreſſus erat, vt
charitatem illam, qua nemo maiorem habet, ſpon-
ſo animæ ſuæ præſtare, & perſoluere concupiſce-
Joan.15. ret, & pro Chriſti nomine, & confeſſione, vitam, &
ſanguinem profundere deſideraret. Ea nimirum
eſt perfecti amoris vis, & natura, vt non facilè con-
quieſcat, ſed maiora ſemper, & maxima appetat, &
moliatur, ſemperque actuoſus, & operoſus ſit. Ita-
que cum aliquando ad inſulas Canarias miſſus eſ-
Philip.1. ſet, vt Guardiani officio in illo fratrum Minorum
Matth.10. conuentu fungeretur, ſeruus Chriſti, cui viuere
Chriſtus erat, & mori lucrum, cæpit Martyrij deſi
derio vehementer flagrare. Erat in eo, non ſolũ co-
lumbæ ſimplicitas, ſed & ſerpentis prudentia, qua-
Habacu.2. re multa cum vigilantia, & regularis diſciplinę ob-
Luc.1. ſeruantia, vir Dei in ſua cuſtodia excubabat, in om
1.Pet.5. ni ſanctitate, & iuſtitia forma factus puſilli gregis
ſui, & fidelium inſulanorũ, quib. bonus odor Chri-
ſti erat ad vitam, ita vt frequentes eum adirent, ex
eiuſq. ſpiritualibus colloquiis miram caperent cõ-
ſolationem, & voluptatem. Magnam verò exercen
dæ charitatis ſegetem in ipſis inſulis illis nactus, ſi-
mulque cõſequendi Martyrij ſpe incitatus, multos
ex Canarienſibus infideles, & impuris adhuc Ido-
lorum ſuperſtitionibus addictos verbo, exemplo,
orationibus, ad Chriſti fidem perduxit. Quo in mu
nere, dum ſtrenuè verſaretur multa illi pericula in
ea Canaria, quæ magna appellatur, diaboli inuidia
conflauit. Sæpè in capitis, & vitæ diſcrimen venit,
vt ſe ſe iam Martyrij palma potiturũ ſperaret, ſed
Deo aliter diſponente, non Martyrio animus, & vo
luntas, ſed volũtati Martyrium defuit. At certè glo
S.Cyp.Epi.9. ria non defuit, cum præclarè à Beato Martyre Cy-
priano ſcriptum ſit, ad coronam Dei promerẽdam
Pſal.7. ipſius teſtimonium ſolùm ſufficere, qui iudicaturus
eſt, qui arcana renum ſcrutatur, & cordis intuetur
1.Cor.9. occulta. Ergò, & purpuream de paſſione coronam,
aliquo modo accepit, & multas de bonis operibus
candidas reportauit, reſeruatus à Deo, vt multos
lucrifaceret.
Cant.4. Iam enim in vniuerſa Hiſpania, clariſſimum erat
Pſal.50. Beati Didaci nomen, magnamq. apud oẽs, & vene
rationem, & admirationem habebat, & tanquã An-
gelum quendam in terris agentem, ſic eum hoĩes
Matt.5. intuebantur. Nihil illo leuius, nihil manſuetus, lac,
& mel ſub lingua eius, & cor eius mundum, & ſim-
plex Chriſtiana dulcedine redundabat, oĩa in bonã
partem accipere de nemine malè iudicare: nullum
Pſal.68. aduerſus aliquem verbum acerbius immittere. Si
Joan.2. quem verò contra legem Dei, & regularem diſci-
Joan.8. plinam peccantem animaduerteret, zelo Dei incen
ſus liberè obiurgabat, nulla tamen in re, gloriam
ſuam, ſed Dei honorem, & fraternam vtilitatẽ quę-
rebat. Sique etiam, & miraculis viuentem ſeruum
ſuum illuſtrauit Deus, eiuſque excellentem fidem,
rebus mirabilibus efficiendis multipliciter patefe-
1.Cor.12. cit. Elucebat in eo ſingularis gratia curationum, ita
vt vndique ad eum eius rei cauſa, quamplurimi cõ-
fluerent; ille verò fidem, quæ per Dei dilectionem
mirifica operatur, in Domino roboratus, cum digi
tum in lampadem, quæ ante ſacram Beatiſſimæ Vir
ginis imaginem collucebat, demiſiſſet, ex eius oleo
ægrotos, ſigno Crucis obſignatos, perungebat, mul
torumq. varios languores, & morbos eiuſdẽ Cru-
cis virtute, in qua ſola gloriabatur, mirabiliter ſa-
nabat. Accidit aliquãdo, vt è cænobio, in quo erat,
ad oppidum ſancti Lucæ de Barrameda proficiſce-
retur, fratre vno comite, cumq. nullis cibariis acce-
ptis, iam ſumendi cibi tempus adueniſſet, & ex iti-
nere defeſſi eſſent, nec in proximo vico quidquam,
quo ex aliena miſericordia reficerentur, Deo ita di
ſponente, reperire potuiſſent, ad comitem ſereno
vult conuerſus, B. Didacus, eia inquit, frater in Do-
mino confidamus, ipſe nos paſcet, cum iter ſtrenuè
perſequerentur, ecce in perampla planitie candidã
mappam inter herbas, propè viam poſitam vident,
propiuſq. accedentes, album panem, piſces recen-
tes coctos, & vini vaſculum inueniunt, inſiſtunt ſer
ui Dei, & in latiſſimo campo, vnde in oẽs partes li-
ber erat proſpectus, omnia oculis perluſtrantes cir
cumſpiciunt, ſiquis fortè eo in loco prandium reli- Exo.16.
quiſſet. Deniq. id, quod erat rati, ad menſam ſibi in Pſal.77.
deſerto paratam, veri Iſraelitæ accumbunt, ac ci-
bo, & potione, ſiti, fameq. depulſa, quod ſuperfuit,
ibidem reliquerunt, Deo patri miſericordiarũ gra-
tias agentes, qui ſeruis ſuis in eo ſperantibus, eſcam
dederat in tẽpore opportuno. Quid illud, quod Hi- Pſal.144.
ſpali geſtum eſt, quam magnę fidei eſt argumentũ?
Nam cum ſeptennis puer, qui à matre vapulare ſo
litus erat, in furno in quem eius iracundiã fugiens,
ſe abdiderat, obdormiſſet, & furno ab ignara ma-
tre ſuccenſo, expergefactus clamaret, vir Dei exa-
minatam matrem, eiulatu omnia complentem, nec
quo ſe verteret ſcientem, ad maiorem Eccleſiam
ire, ibique matrem miſericordiarum deuotè orare
iuſſit, ipſa te inquit, mulier adiuuabit: cũ illa, quaſi
Dei nuncium audiuiſſet, pergeret, ipſe ad furnum
accedens puerum ex maximo periculo extractum,
paulò poſt ad idem templum adduxit, matriq. ſuæ
ſaluum, & incolumen reddidit.
Cæterùm cum iuſtus iudex, Deus Athletam ſuũ 2.Tim.4.
tot victoriis illuſtrẽ, carne, mundo, diabolo per Dei 2.Mat.25.
gratiam deuicto, corona iuſtitię, quæ illi ab omni
æternitate repoſita erat, coronare decreuiſſet, ſer-
uumq. multiplicatis talentis induſtriũ, & in pauca Gen.25.
fidelem ſupra multa cõſtituere, & in gaudiũ vellet
Dñi ſui introducere, B. Didacus in ſenectute bona,
plenus dierum, & operum bonorum, in conuentu
Complutenſi, in quo annos complures eſt cõmora
tus, in ſupremum morbum incidit, in quo incredibi
lis patiẽtiæ exemplum præbuit. Quadam aũt nocte
extra ſe raptus, ſenſu oĩ, & vitali motu amiſſo, ita
vt à medico, & qui adſtabãt, fratribus, mortuus pla
nè crederetur, tandem ſoluta extaſi, ter, aut quater
hæc verba locutus eſt. O quales flores habet Para-
diſus. In profundæ verò humilitatis, ſtatione, vſque
ad extremum vitæ ſpiritum ſeruãda, ita firmus ma-
nebat: ita nuſquam de ſuo loco decedebat, vt cum
fratres ſinguli ab eo peterent, vt pro ipſis oraret, ip
ſe è contra ſe eorum orationibus vehementer com
mendabat, vt ipſis pro eo Deum orantibus, bono-
rum operũ fructus, quẽ illi in ſanctæ religionis ob-
ſeruantia cumulauerant, ſibi quoq. à Deo cõmuni-
caretur, atq. ita miſericordiam impetraret. Poſtre-
mò cum ſe iam moriturum intelligeret, comitis il-
lius, & adiutricis fideliſſimæ, quæ illum in huius vi-
tæ peregrinatione nũquã deſeruerat, hoc eſt ſanctæ
paupertatis, ſupremo vitæ die non oblitus, ſed in
eius intimo ſinu, quã maxime fieri poſſet, ſpiritum
emittere cupiens, conuocatis fratribus, eos obnixè
rogauit, vt ſibi veſtem obſoletam, & lacerã, habi-
tumq. oĩum viliſſimũ, in quo moreretur, concede-
rent; quo impetrato, multis profuſis lachrymis ab
his, qui adſtabant, offenſionũ, atq. erratorum veniã
poſtulauit, quibus copioſè collachrymantibus, ipſe
Cruce lignea quã ad caput habebat arrepta, eamq.
amplexus, & oſculatus, vtroq. brachio in altũ forti
ter ſublato (cum tamen alterum graui apoſtemate
tumens, ac debilitatum antea mouere non potuiſ-
ſet)

Digitized by Google

ſet) oculiſq. in vitale ſignum defixis, verba illa ex
ſacro Hymno, magno affectu,magnoque pietatis
ſpiritu pronuntiauit: Dulce lignum, dulces clauos,
dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna, porta
1.Cor.2. re Regẽ Cœlorum, & Dominum, quæ cũ dixiſſet,
in ipſo ſalutiferæ crucis compleau, quam vnicè di-
lexerat, quam in corde, & corpore geſtauerat ſem-
per in qua Chriſto confixus, & mundo crucifixus,
erat, animam efflauit, & in Domino obdormiuit,
pridie Idus Nouembris, anno Domini, milleſimo
quingenteſimo ſexageſimo tertio.

Ad eius corpus (Beati Didaci morte audita) ma-
Gal.2.et 6. gni vndiq. concurſus facti illud deuote omnes cõ-
Act.7. tingere, amictus particulas præſcindere, capillos
deuotionis cauſa euellere, demum Chriſtiano ritu,
corpus honorifice humatum eſt. Hic iam ſtatim
Deus mortui ſerui ſui, cui in vita cooperatus fuerat
eximiam ſanctitatem, ſignis ſequentibus compro-
bauit. Nam corpus, quod iam humi quatriduo ſe-
pultum fuerat, iterum, non abſq. miraculi interuẽ-
tu effoſſum, non solũ integrum, incorruptumq. ap-
parauit, ſed cum per multus menſes, vt pio ſtudio
ſatisfieret, & ciuium, & aliorũ, qui ex diuerſis par-
tibus occurrebant, inſepultum iacuiſſet, non com-
putruit, nullum tetrum odorem emiſit, imo vero
1.Cor.3. corpus illud, quod viuens, Spiritus Sancti templũ
et 2.Cor.6. fuerat, odorem ſuauiſſimũ efflabat, quo omnes mi
rifice recreabantur, qui quidem; & in hodiernum
vſq. diem, ex eius ſepulchro, ſuauitee, & incũde ſpi
rans à pleriſq. ſæpe ſentitur. Illud quoq. in beati vi
ri mortuo corpore mirum acceſſit, quod eius mem
bra, & artus vitali calore deſtituti, non obriguerũt
nec duri, aut rigidi ſunt effecti, vt cadauerũ ſolent,
ſed molles erant, & flexibiles quocumq. verteren-
tur. Quocirca laudanda eſt pietas, & magnificẽtia
claræ memoriæ Henrici Quarti Caſtellæ Regis, qui
vna cum filia periculoſe ægrotans, & B. Didaci præ
cibus ſanitate impetrata, nobile ſacellum grati ani
mi ſui monumentum extruxit, ibiq. in arca ferreis
laminis diligẽter communita, Beati Didaci corpus
decenter recondi iuſſit. Ad quod quidem ſacellum
vt conſtat, non ſolum Complutenſes ciues, ſed vici
ni, & remotiores populi, atq. ex omni fere Hiſpa-
nia fideles, tanta deuotione confluunt, tã multi bea
ti illius viri opem, apud Deũ implorant, tot ibi vi-
giliæ fiunt, tot ſacrificia in eodem eius ſacello cele
brantur, tam multa, & illuſtria dona voti reddẽdi
gratia offeruntur, vt hæc de B. Didaci ſanctitate, nõ
exigui temporis, tanquam rumoris aura, ſed per
annos centum viginti, & amplius conſtans, & per-
petua fama, & opinio, tantuſq. illorum fideliũ om-
nium generum, omniũ ordinum conſenſus, magni
profecto, & illuſtris teſtimonii loco habendus ſit,
ad B. Didaci ſanctimoniam comprobandam. Verũ
tamen multis quoque poſt obitum miraculis, vir
commemorabili ſanctitate præditus, claruit. Nam
Pſalm 88. in actis tranſmiſſis cẽtum ferè, & triginta legũtur,
Act.14. Deo, qui glorificatur in Cõcilio ſanctorũ, ſignis, &
prodigijs teſtante, ſeruũ ſuum, non ſolũ mutũ, ſed
etiam ſignorum virtute, nec operibus modo pieta-
tis in vita, ſed etiã miraculorum luce, poſt mortem
clarum, & venerabilem eſſe. Durun oppidũ eſt in
Hiſpania, in diœceſi Seguntina, ex eo Catherina
Martini filia virgo, annos duodecim, nata, cũ ante
aliquot menſes ſubita vi morbi, ſurda, & muta eua-
ſiſſet, brachiis item, pedibuſq. paralyſi diſſolutis in
cedere nequieret, ad B. Didaci ſacellum delata, cũ
ibi peruigilaret, eius tacta manu, in Crucis formã
conſignata, illico, & auriũ ſenſum, & loquẽdi facul
tatem recepit, membrorumq. vſu reſtituto, totoq.
corpore confirmato libere, quo libuit, inceſſit, lau
dans, & benedicens Deum. Adoleſcens quidã erat
annorum fere viginti, Didacus de Lorca appella-
tus, filius Petri Gonzalez viri nobilis, qui Deo per
mittente, ab immundo ſpiritu, annos cõplures ve-
xabatur, miſerãdum in modum, ita vt ſæpius inter-
dum in die arreptus, & ad terrã alliſus, horribiles
corporia geſtus ageret, & veluti mortuus relinque
retur. hic ſe beato Didaco humiliter commendãs,
& in eius ſacello aliquando inuigilans, à miſerabili
vexatione omnino eſt liberatus. Cum Catherina
Bartholomæi Sanchez vxor, expleto ad pariendũ
tẽpore, parere non poſſet: fœtus enim in vtero trãſ
uerſus, alterum tantũmodo pedem eduxerat, ma-
terq. miſera, ab aurora ad veſperam in eo cruciatu
permanẽs, in ſummo vitæ diſcrimine verſaretur, &
plane morti propinqus eſſet, ſocia eius Maria Gar-
cia vxor Ioãnis Garciæ incolæ oppidi de Ambroz,
beati viri in maximis anguſtiis recordata, ad eius
opem confugit: itaq. fruſtum amictus B. Didaci, pa
rumq. pulueris è ſepulchro ſupra parturientẽ nurũ
impoſuit, quæ ſubito mortuum fœtum ædidit, ipſa
ſalus. Manſit autem mortua puellula aliquot hora
rum ſpacio, ſed eiuſdem auia Maria iã ſemel beati
viri opem in matre experta, cum pro neptis vita
tanto fidentius orare non dubitauit, quod cum de-
uote feciſſet, alterum etiam beneficiũ impetrauit,
& puella ſacro Baptiſmi fonte abluta, & geminæ vi
tæ à Deo donata, diu poſtea ſuperuixit. Illud autẽ,
quod in Maria de la Peñola Petri Hernandez Con
plutenſis filia Dei virtute, per merita B. Didaci mi-
rifice effectum eſt, notum, & valde perulgatum
in Hiſpania, multiq. qui meminerint ſuperſunt. In
uaſerat virginem horribilis, & deformiſſims Para
lyſis tanta neruorũ diſſolutione, & membrorum
luxatione, brachiis, cruri buſq. diſtortis, totoq. cor
pore conuulſo, vt non iã mulier, ſed monſtrũ eſſet,
& medici ſe nihil vnqoam tale vidiſſe profiteren-
tur, accedebant febres vehementes, & capitis dolo
res peracres, & aſſidui, quib. miſera grauiſſimè af-
flictabatur. Ea igitur ad B. Didaci corpus delata, cũ
in eius interceſſione, & Dei miſericordia cõfideret,
& ſuppliciter oraret, voti compos ab omni illa mẽ
brorum diſtorſione, & deprauatione, omniq. cor-
poris infirmitate ea liberata: quæ tanti accepti be-
neficij, non ingrata Deo, virginitatem ſuam vouit,
& ſacrarum Virginum collegio adiuncta, in mona
ſterio S. Ioannis, quod à pœnitentia nominatur, ſan
cte, & religioſe vitam duxit. Sed quod in Principe
Carolo chariſſimi in Chriſti noſtri, Philippi Hiſpa
niarum Regis Catholici primogenito filio, diuini-
tus actum eſt, magnam apud omnes famæ celebri-
tatẽ habet. Ægrotabat Compluti adoleſcens Prin-
ceps, anno humanæ ſalutis, milleſimo quingenteſi-
mo ſexageſimo ſecundo, qui cũ è ſcalis decidiſſet,
grauiſſimũ ex eo caſu, & prolapſione in capite vul
nus acceperat: omnia remedia, omnes curationes
adhibitæ, quæ humana induſtria præſtari poterant,
vt in tanto principe par erat, ſed cũ nihil humanũ
proficeret, morbuſq. magis ſemper ingraueſceret,
tamq. eius grauitati natura ſuccũberet, medici ſalu
te principis iam prorſus deſperta, certa imminẽtis
mortis horam præfiniuit, idq. regi patri, ne tã acer
bo ſpectaculo intereſſet denunciãt, cum igitur om-
nis humani adiumenti ſpes defeciſſet, ad diuinum,
quod vnum reliquum erat, præſidium confugiunt.
Itaque deuotionis ardore ſuccenſi à fratribus ſuis
Beati Didaci corpus decenter, & religioſe in prin-
cipis cubiculum afferri curant, poſt annos fere cẽ-
tum, integrum, & incorruptum, quod cũ princeps
beati viri patrocinio ſe commendans, deuotè teti-
giſſet, eo inde amoto, vidit in ſomnii quiete Beatũ
Didacum ante lectum ſtantem, & crucem arundi-
neam manu gerentem, ſeque admonentem bono
animo, vt eſſet, & in Deo confideret, fore enim, vt
ex ea ægrotatione ſanus fieret. Quare eo potiſſimũ
tempo-

Exo. 8. Luc. 11. tempore, quo medici principem moritutum prædixerant, non ſolum melius habere cæpit, ſed paulo poſt, ex omni illo vitæ diſcrimine, diuinis, ac ſupra naturam adiumentis, tã mirabiliter eſt ereptus vt digitum Dei, per meriта B. Didaci, ibi adfuiſſe omnes intelligerent. Sed præter cæteros Princeps ipſe, & Philippus pater, incredibili lætitia, tanquã rediuiui filij affectus id agnoſcere, & Deum glorificando palam profiteri cæpit.

Itaque Pius Rex, cum chariſſimi, & primogeniti filij vitam, ſumma Dei clemẽtia, per merita, & preces B. Didaci ſciret acceptam, cupereque quacumque ratione poſſet, gratiam aliquam Deo in ſancto ſuo referre, anno inſequenti, ad fœl. recorda. Pium Quartum prędeceſſorem noſtrum vna cum Principe filio, & cuncta ferè Hiſpania, literas dedit, quibus ab eo ſuppliciter petebat, vt pro ſua, & ſanctę huius Apoſtolicæ ſedis, ſumma authoritate, Beatũ Didacum, tam excellenti ſanctitate virum, & tãta miraculorum claritate illuſtrem, in ſanctorum numerum referre vellet, atque ab vniuerſa Catholica Eccleſia, pro ſancto venerandum eſſe ſtatueret.

Tam deuotis, iteratiſq. Catholici Regis, aliorũque poſtulationib. permotus, idem Pius prædeceſſor, de ijs in conſiſtorio ſuo ſecreto, referri iuſſit, & quinq. Cardinales, conſilio, doctrina præſtantes delegit, qui eiuſmodi permagni momẽti negotio præeſſent, inter quos vnus fuit, Cardinalis Alexandrinus, cuius memoria in benedictione eſt, qui poſtea Pontifex factus, Pius eius nominis Quintus, eſt appellatus. Res ſoo ordine agi cæpta eſt, ſub Pio IV. literis in Hiſpaniam tranſmiſſis, ad teſtes ex formula examinandos, actaque rite conficienda.

Cumque ipſe Pius Quartus è vita migraſſet, non deſtitit idem Philippus Rex apud ſuccedentes Pontifices ſanctæ recordationis. Pium Quintũ, & Gregorium Decimum tertium, itidem prædeceſſores noſtros, ſedolo inſtare: ſed Deo ita diſponente, quãuis pleraq. ſuperioribus aonis ſiot acta, res tamen perfici ſub illis Pontificibus, atque abſolui non potuit. Cum primum igitur humilitas noſtra, non noſtria meritis, ſed diuinæ clementiæ abundantia, in excelſa Apoſtolicæ ſolicitudinis ſpecula, his difficillimis temporibus eſt conſtituta, ſtatim idem Philippos Rex, nulla ex parte reſtincto, & refrigerato fidei ſuæ zelo, nobis per dilectum filium nobilẽ virum, Heoricum de Guzman Comitẽ de Oliuares, ſuum apud nos, & ſedem Apoſtolicam oratorẽ, magnopere ſupplicandum curauit, vt poſtea quam ea fere omnia, quæ ad acta, & proceſſum B. Didaci pertinebant, ex buius ſanctæ ſedis præſcripto, confecta erant, nos, quibus vniuerſalis Eccleſiæ cura eſſet credita, & ad quos ſolos, eius rei iudiciũ pertineret, tam pio, & tam ab eius maieſtate, totaque Hiſpania exoptato operi, quod eſt de eodem Beato Didaco ſanctorum Cathalogo adſcribendo, ſupremam manum imponere vellemus.

Et nos quidem Regis ipſius religioſum ſtudium & perſeuerantẽ hac in re ſedulitatẽ commẽdantes, cupiebamus eius piæ petitioni, quantũ cum Domino liceret, ſatisfacere: tamen pro noſtro paſtoralis muneris officio ſtatuebamus, in re tam graui nulla præptopera feſtinatione vtẽdũ, ſed omnia ex Eccleſiaſtica diſciplina, ex maiorũ noſtrorum ſaluberrimis inſtitutis, ex Apoſtolicę ſedis circomſpectione, diligentiſſimè agenda eſſe. Itaq. duobus antiquiorib. cauſarum palatij noſtri auditorib. doctrina, & rerum vſu præſtantibus ipſis ferè primis Pontificatus noſtri dieb. mandauimus, vt acta omnia, totumque proceſſum, ſumma cũ diligentia perlegerent, & examinarent, quo illi in munere, menſes cõplures, ſedulo, accurrateq. verſati, copioſam relationẽ omnium, ſuamque ſententiam nobis ſcripto tradiderunt. Cum autem Cardinales omnes ab eodem Pio Quarto huic negotio olim præpoſiti, viam eſſent vniuerſæ carnis ingreſſi, nos primo anni ſuperiotis menſe, in cooſiſtorio noſtro ſecreto alios in eotũ locum ſuffecimus, pietate, prudentia, eruditione, fide, nobis probatos, adhuc autem, & numero plures prioribus, vt in graui cauſa, prudenti multorum grauium virorum iudicio adhibito, cuncta exquiſitius diſcuterentur. Hi vero fuere more maiorum. ex tribus ordinibus dilecti venerabiles fratres Epiſcopi, Alexãder Hoſtienſis Farneſius, Marcus Antonius Præneſtinus Columna, & dilecti filij noſtri Frater Michael Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam Alexandrinus, Iulius Antonius Sancti Bartholomæi, io inſula Sanctæ Seuerinæ, Antonius Sãctorum Ioannis, & Pauli Garrafa, Frater Conſtantius Sancti Petri in monte Aureo titulorum presbyter Sarnanus, Ferdinandus Sanctæ Mariæ in via lata de Medicis, & Hieronymus Sãctæ Mariæ in Coſmedin Diaconi Matthæus nuncupatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quibus commiſimus, vt pro rei grauitate, proque ea, quæ Deo cordiũ ſcrutatori, & nobis quoq. in eiuſmodi publico munero obeundo à primariis Eccleſiæ membris, fidelitas, & diligentia deberetur acta, de fides integritate, vita, moribus, & miraculis Beati Didaci, & auditorũ noctrorum relationem, quanta maxima fieri poſſet diligentia, inſpicerent, & expenderent, atq. ad nos opottuno tempore referrent, vt diuina Spiritus Sancti gratia illuſtrati, de ipſorum, & cæterorum fratrum noſtrorum conſilio, quæ Dei glorię, qui iuſtitia, & veritas eſt, conſentanea forent, deliberare poſſemus. Multis igitor elapſis menſibus, cum interea Cardioales ipſi frequenter congregarentur, acta, proceſſus, rerum geſtarum ſeriem, teſtes, ſingula deniq. ad ſacrorum Canonũ præſcriptũ, mature, & accurate conſiderarent, examinarent, atq. inter ſe conferrent, viros etiam ſacræ Theologiæ, & pontificij iuris ſcientia peritiſſimos, in conſilium adhiberent. Cum iam omnia parata eſſe intelligeremus, ſecretum cooſiſtorium de more conuocari iuſſimus, in quo Venerabilis frater noſter, Marcus Antonius Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, ſuo, & collegarum, qui ibidem aſſidebant, nomine, graui, & accommodata oratione, de omnibus fideliter nobis retulit: quibus explicaris ad extremum dixit quando quidem B. Didaci fidei integritas, egregię virtutes, præclara, & inſignia miracula optime eſſent cõprobata, ſe, & collegas ſuos vnanimes in eã ſententiam veniſſe (ſi ita nobis videretur) vlterius nos progredi, & beatũ illum virũ in Sanctorum numero poſſe adſcribere, quorũ cum ſententia, etiã cæteri fratres noſtri Cardinales, cũ à ſingulis graues ſuæ dictæ eſſent, ad vnum omnes conſenſerũt.

Quæ cum audiremus, gaudens erat cor noſtrum in Domino, quod beati ſerui ſui gloriam quotidie magis patefaceret, omniaq. ipſo benedicente procederent. Quare in tam ſancto, pioq. opere, nihil omnino neceſſariæ diligentiæ prætermittentes ex more, inſtitutoque maiorũ decreuimus, vt ad vlteriora procederetur, ac diebus aliquod interpoſitis, publicũ cõſiſtorium indiximus, in quo præter Cardinales, etiam Patriarchę, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & pręlati omnes, ac familiares noſtri de more interfuernot. In eo vero dilectus filius, Pompeius Arigonius Romanns Aulę noſtræ cõſiſtorialis aduocatus diſcretã orationem habuit de vitæ ſanctitate, reb. geſtis, & miraculis B. Didaci, & denique Catholici Regis, totiuſque Hiſpaniæ nomine, vt eundẽ Beatũ Didacum tantis meritis illuſtrem ſanctorum numero aggregaremus, nobis humiliter ſupplicauit. Gaudebamus etiam hoc loco in Domino, in cuius manu cor Regis eſt, & quocumque voluerit, inclinat illud,

illud. Etenim planè videbamus. non ſine diuino inſtinctu fieri, quod Catholicus Rex, cui multorum Regnorum grauiſſima adminiſtratio à Deo eſt tradita, quiq. tot curarum onere præmitur, tanto ardore in hoc B. Didaci negotio abſoluendo, verſaretur, vt in magnis temporum difficultatib. ſe, ſuaq. regna apud Deum noui patroni ſuffragijs, & pie. & prædeoier communiter. Quare reſpondimus, Philippi Regis Catholici, de B. Didaco noſtra, & Apoſtolicæ ſedis anthoritate, in ſanctis adſcribendo, tã diuturnam, & perſeuerantem poſtulationẽ dignã eſſe, ſingulari eius pietate, dignam perpetuo Catholicæ religionis propagãda ſtudio: lętari nos, & Deo gratias agere, quod beatos ſeruos ſuos, quos in cœlis coronat, à noſtra quoque tenuitate in terris honorari velit, eoſque nobis ad auxilium, & exemplũ proponat, & nos quidẽ, ad pium eius deſiderium explendum propenſiores eſſe, facere tamen rei grauiſſimæ magnitudinẽ, vt regia petitione adhuc cũ fratribus noſtris Cardinalibus, & Epiſcopis, etiam atque etiam deliberandum cenſeremus Quare eoſdem fratres hortati ſumus, vt omnia, quæ ad hanc cauſam pertinerent, diligentiſſimè conſiderarent, quodque nos ipſi iam pridem faciebamus, Deum magnopere orarẽt, vt corda noſtra ſuo lumine colluſtraret tamque hanc actionem, ad ſui gloriam, & eccleſiæ vtilitatem diſponeret, & dirigeret. Hæc cũ eſſent acta, alterum item conſiſtorium ſecretũ indiximus, in eoq. etiã Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, in Romana Curia præſentes, pronotarios quoq, noſtros, qui ex numero dicũtur, & Rotæ auditores intereſſe iuſſimus. Tum nos ipſi, de ſacroſancta huius Apoſtolicæ ſedis, in qua Dei prouidentia, deq. Spiritus Sancti ſingulari patrocinio, atque infallibili aſſiſtentia à Deo, in omnibus verbis ſuis fideli promiſſa, vſque ad conſummationẽ ſæcu li perpetuo affutura, quib. gubernatur ea diximus, quæ cauſæ, & temporis ratio potiſſimum, requirere videbitur. Demũ à fratrib. noſtris petiuimus, vt quoniam alias ſtatutum eſſet, vt ad vlteriora in hoc negotio procederetur, nunc præciſe, & expreſſe dicerent, an ex ijs ſctis, quæ ipſi viderant, & audiuerant, B. Didacus eſſet canonizãdus. Igitur à Sanctæ R. E. Cardinalibus primum, deinde à Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis pie, grauiter, & erudite ſententijs dictis, omnes vnanimes id ipſum ſentientes, dixerunt ſibi videri ex ijs, quæ mature ipſi hac de re viderant, & audiuerant B. Didacum à nobis merito inter ſanctos eſſe adſcribendum.

Deo autem, qui in domo ſua fratres in vnũ habitare facit, gratias agentes de tanta fratrũ noſtrorũ conſeſſione, quodque ad ſeruum, & amicum ſuum, quantum nobis licet honorandum, corda noſtra impelleret, & illuſtraret, cum per eius gratiam hucuſque, omnia rite, atque ordine acta eſſent, quod reliquum erat, diem canonizationis præſtituimus, ad ſextum nonas Iulij, quo die memoria viſitationis B. Mariæ ſemper Virginis ad Sãctam Eliſabeth, pie ab Eccleſia recolitur, vt eiuſdem humani generis aduocatæ patrocinio, tandẽ pium hoc opus, prỏſperè, & ſalutariter à nobis abſolueretur. Fratres interea noſtros hortati ſumus, vt inter medio tempore vna nobiſcum precibus, eleemoſynis (quas nos, & libenter, & pie erogauimus, quemadmodum, & Regis nomine ab ipſo oratore factum fuit) ieiunijs ſacrificijs, Dei auxiliũ inuocare non ceſſarent. Ia igitur dies feſtus viſitationis, id eſt hodiernus, cũ aduenisſet, nos, & fratres noſtri Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, ſacris veſtib. induti, inchoato per nos ipſos, in noſtra Pontificia capella, Hymno, Aue Maris Stella, cantorumq. choro proſequente, vt ipſa, quæ mater eſt gratiæ, nobis præiret, & præluceret, cæteris etiam Romanæ Curiæ prælatis, & officialibus, familiaribuſque noſtris, ac vniuerſo regulari, & ſæculari, clero, longo, deuotoque ordine progredientibus, omnes ſimul, accẽſos (Ioan. 1.) cereos, in manibus geſtantes in eius honorem, qui eſt lux vera, gloria, & ſplendor ſanctorum, ex palatio noſtro Apoſtolico ſolẽniter proceſſimus ad antiquiſſimam, & religioſiſſimam Baſilicam Principis Apoſtolorum, in cuius medio per amplum ſuggeſtum Regio ſumptu extructum erat, paratumque Altare, ad Sacrã Pontificalẽ Miſſam celebrandam, totaq. templi facies in communi Eccleſiæ lætitia hilaris, & Pontificio apparatu decenter ornata, omniaq. ſpiritualib. Canticis perſonabant, funalia, & faces circumquaq. ardebant, & vexilla appenſa, in quib. Beati viri imago expreſſa erat, qui corpore erecto depictus, dextera manu coronã Beatiſſimæ Dei genitricis, ſiniſtra Crucẽ inuictiſſimã gerit, & intuetur, cuius nimirum auxilio hoſtes teterrimos carnem, mundum, & diabolum ſuperauit. Hic nos in maxima fidelis populi, totiuſque adſtantis Cleri frequentia, cœleſtis illius, & triumphantis Hieruſalem effigiem quandam, nobis ante oculos proponentes, & quantum in hac lacrimarum, valle licet, intuentes, conſcenſis, gradibus, in ſuggeſtu ante altare orauimus, mox in ſublimi Apoſtolico throno conſidentes fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epiſcopos, omnes ſacris veſtibus ornatos, & paratos, nobis obedientiam de more præſtãtes, excepimus. Tũc dilectus filius noſter, Petrus tituli S. Hieronymi Illiricorum presbyter Cardinalis Deza Hiſpanus, Catholici Regis Philippi, totiuſq. Hiſpaniæ nomine ſemel, iterum, & tertio ſuppliciter, & inſtantiſſime à nobis petijt, vt B. Didacum in ſanctorum numerũ adſcriberemus, noſq. ad ſingulas eius petitiones, Regis pietate, & beati viri meritis collaudatis, ſemper tamen per diſtincta interualla, noſtras, totiuſque cleri, & populi orationes, Litanias, & ſacros Hymnos interpoſuimus, Demum cum iam nihil omnino ex his, quæ à maioribus, pie, ſancteque ſunt hoc de genere inſtituta, eſſet prætermiſſum, imo potius matura deliberatio, ſummaq. diligentia abundantius adhibita, inuocato Sancto Creatore ſpiritu, cuius conſilio, & (1. Tim. 3.) ſapientia Sancta Eccleſia columna, & firmamentũ veritatis regitur, eiuſque numen ſæpe à nobis ex in (Gal. 4.) timo corde, multis etiam lachrimis imploratũ præ (Hebr. 12.) ſens adeſſe non dubitantes. Ad honorem Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ad exaltationem ſupernæ, & triumphantis Hieruſalem matris noſtræ, ad exaltationẽ Catholicæ fidei, & Chriſtianæ religionis augmentũ, authoritate eiuſdẽ Sanctæ Trinitatis, Beatorum Apoſtolorũ, Petri, & Pauli, ac noſtra, de venerabilium fratrum noſtrorũ S. R. E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporũ in Romana curia exiſtentium conſilio, & vnanimi conſenſu, beatum fratrem Didacum, de S. Nicolao, prouinciæ Bethicæ Hiſpanum, ordinem Minorum S. Franciſci expreſſe profeſſum, ſepultumque Compluti, in Eccleſia fratrum eiuſdem ordinis, de cuius fidei puritate, excellentia vitæ, & miraculorum in vita, & poſt mortem claritate, nobis pleniſſimè cõſtat, in ſanctorum confeſſorum numerum, & Catalogum, adſcribendum eſſe decreuimus, & adſcribimus, prout per præſentes decernimus, & adſcribimus, eumque, vt ſanctum, ab hominib. venerandũ eſſe mandamus: Statuentes, vt ab vniuerſali Eccleſia, anno quolibet, die 12. Nouemb. feſtum ipſius, & officium, ſicuti pro vno ſancto confeſſore tantum, ad formam in rubricis Romani Breuiarij præſcriptã deuote celebretur, quodq. in eius honorẽ Eccleſiæ, & altaria, in quib. Deo ſacrificia offerantur, erigi, & fundari poſſe, eademq. authoritate, omnibus

bus vere pœnitentib. & confeſſis, qui ſingulis annis eodem die feſto ſupradictam Eccleſiam oppidi Cõplutenſis, Toletanæ diœceſis, vbi ipſius corpus requieſcit, necnon altaria, & Eccleſias, quæ in eius honorem conſtructæ erunt, deuote viſitauerint, eaſdem indulgentias, priuilegia, & gratias cõceſſimus, & elargiti ſumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti ordinis ſanctorum Eccleſijs conceſſæ ſunt.

Quibus omnibus, quæ ad S. Didaci canonizationem pertinebant, abſolutis, ac laudis, & gratiarum actionis, Hymno Deo decantato, eiuſq. auxilio, per B. Didaci preces peculiari oratione, quã nos clara voce pronunciauimus, implorato tandem, eodẽ in loco, & altari, Miſſam ſolemnem de Beatiſſimę ſemper Virginis viſitatione, cum B. Didaci cõmemoratione, nos ipſi celebrauimus, fidelibuſque, qui tam piæ, & religioſæ actioni, & ſacroſancto ſacrificio de more interfuerant, ad Dei, & ſancti ſui gloriã, & laudem, plenariam indulgentiam conceſſimus.

Omnes igitur Deum Cœli benedicamus, & coram omnibus viuẽtibus confiteamur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, agnoſcamuſq. non ſine magna Dei prouidentia factum eſſe, vt hiſce Chriſtianæ Reipublicæ temporib. quibus maximè multiplici ſanctorũ ſuffragio indigemus, nouus hic ſuffragator, & patronus fideli populo tribueretur. Et nos quoque, qui in hac paſtorali ſtatione, in qua nos Deus collocauit, de vniuerſi gregis Domini ſalute anxij, dies, noctesq. peruigilamus, Dei erga nos, ſingularem clementiã agnoſcimus, qui poſt tot annos, poſt tot beatiſſimos Pontifices prædeceſſores noſtros, à nobis humilib. huius magni operis abſolutionem reſeruauerit, qui cum ſancto ſuo eiuſdẽ ſeraphicæ religionis cõmunione conſociati ſumus. Quamobrem eundem patrem miſericordiarũ, qui humiles exaltat, humiliter deprecemur, vt per merita, & interceſſionem S. Didaci Eccleſiæ ſuæ pacẽ, & tranquillitatem, Regib. & Principibus Chriſtianis, vnionem, vitam, & fœlicitatẽ, miſeris, & obcæcatis hęreticis, lucẽ Catholicæ veritatis largiatur.

Cæterum, quia nimis difficile foret, pręſentes noſtros originales literas, ad ſingula, vbi opus eſſet deferri, volumus, vt earũ tranſumptis, et impreſſis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis, eadẽ, quæ ipſis præſentib. fides vbique adhibeatur. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hãc paginam noſtrorũ decreti, adſcriptionis, mandati, ſtatuti, conceſſionis, elargitionis, & voluntatis infringere, Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domin. 1588. 6. Nonas Iulij, Pont. noſtri, anno 4.

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Breue Sixti Quinti, quod officiũ miniſtri generalis, à Pio Quinto extenſum per octo annos, reducatur in perpetuum ad ſexennium, ſicut antea in ordine Minorum.

SIxtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Circumſpecti Romani Pontificis prouidentia, nonnunquam ea, quæ cæteris ſuadentib. cauſis, per eius prædeceſſores geſta ſunt, ex alijs minus rationabilib. cauſis alterat, & ad primæuum ſuum ſtatũ reducit, prout in Domino conſpicit expedire. Sane piæ memoriæ, Pius Papa V. prædeceſſor noſter, inter alia ſtatuit, & ordinauit, quod officium miniſtri generalis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum, per octo annos extenderetur, prout in literis dicti prædeceſſoris deſuper confectis plenius continetur. Nos attendentes huic ordini, cuius inſtituta regularia dum in minoribus eſ- *Vide in 10.*
ſemus, per quinquaginta annos, vel circa amplexi *1.qq.10.q.*
fuiſſemus, optimè conuenire, ad euitanda ſcanda- *16.ar.1.&*
la, & abſurda, quæ ad id ante hac orta fuiſſe dignoſcuntur, vt officium prædictum ad primæuum ſuũ ſtatum reducatur, & ad ſexennium tantum duret, prout etiam complures Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, in diuerſis eorum literis obſeruari voluerunt, & motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatum, & ordinationem ipſius prædeceſſoris, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, & annullamus, & irritamus, ipſius officium miniſtri generalis ad primæuum ſtatum reducimus, & ſtatuimus, ita vt illud, ad quod hac præſentium hebdomada electio perſonæ ipſius ordinis in capitulo generali fiet, tam hac vice, quam perpetuis futuris temporibus, ad ſexennium tantum duret, & durare debeat, & illo elapſo ceſſare cenſeatur. Quo circa, omnibus, & ſingulis dicti ordinis profeſſoribus huic negotio incumbentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & excommunicationis ſententia, eo ipſo contra facientes incurrenda, præcipimus, quatenus ſinguli quoq. ſexennio ad noui miniſtri generalis dicti ordinis electionem, quibuſcumque rebus poſthabitis procedant, nec ipſi, ſeu tunc exiſtentis miniſtri generalis, aut quiuis alius quacumque dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgens, ipſius ordinis protector, quacumq. de cauſa, etiam vrgentiſſima, confirmationem, ſeu extenſionem dicti officij in aliud, etiam breuiſſimum tempus à Romanis Pontificib. ſucceſſoribus noſtris, & ſede Apoſtolica petere, & obtenta, vti audeant, vel pręſumant, ita vt elapſo dicto ſexennio, præfatum officium miniſtri generalis ipſo iure vacet, & vacare cẽſeatur. Decernentes aliter factas electiones, & confirmationes, nullas, & irritas, nulliuſq. roboris, vel momenti fore, & eſſe. Non obſtantib. præmiſſis, & cõſtitutionibus, & ordinibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis in contrariũ quomodolibet cõceſſis, cõfirmatis, & innouatis. Quibus omnib. illorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permãſuris, hac vice dũtaxat, ſpecialiter expreſſe derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumque, Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 10. menſis Maij, 1587. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla Septima.

SVMMARIVM.

Breue apud Sixti Quinti, in quo confirmat ſtatutum capituli generalis determinando, quod Abbatiſſæ ſint triennales, & quod electiones fiant per vota ſecreta.

SIxtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Et communis cura paſtoralis officij, nobis licet immeritis, diuinitus iniũcti, & peculiaris noſtra deuotio, quã gerimus erga B. Franciſcum, eiuſq. familiam vniuerſam, in quã iam idem à teneris annis aſcribi voluimus, ac adeo fratrum eiuſdem ordinis Minorum, qui de obſeruantia dicũtur, pietas, & Eccleſię Dei vtilis, & fructuoſa opera, quã aſſiduè pręſtant, iure optimo nos inducunt, vt ea, quę pro ipſorum religioſorum bono regimine, ſalubriter ſtatu-
ta fuiſſe dicũtur, libenter noſtra auctoritate inter- *Vide in 1.*
poſita, roboremus. Cũ itaq. in capitulo generali di- *10.qq.10.q.*
ctorum fratrum ordinis Minorum de obſeruantia *16.ar.3.*
nuncupatorum, in hac alma vrbe noſtra, in domo

B.Ma-

B. Mariæ de Aracæli nuper celebrato, ijdem profeſſores dicti ordinis, de vniuerſi Chriſtiani orbis partib. & prouincijs, conuocatis omnib. ijs, qui huiuſmodi capitulo potuerunt, voluerunt, & dederunt intereſſe, inſimul legitimè congregati, præſidente in eo, auctoritate noſtra, dilecto filio noſtro, Ferdinãdo S. Mariæ in Via lata diacono Cardinali de Medicis nuncupato, eiuſq. ordinis, apud nos, & ſedẽ Apoſtolicã protectore. Nonnulla ſpiritualem profectum, & quietẽ, ac proſperũ incrementũ eiuſdẽ ordinis, non modo quoad fratres, ſed ẽt quoad moniales S. Claræ, vel etiam alterius ordinis, quæ ſub ipſorũ cura, & regimine degunt, matura deliberatione præhabita, ſtatuerunt, & ordinauerũt, prout in tabula eiuſdẽ capituli generalis, ſiue alijs ſcripturis deſuper confectis, plenius continetur. Nos ſtatuta, & ordinationes huiuſmodi, ac prout illa cõcernũt, omnia, & quæcumq. in ſcripturis illis contenta, quorum tenores præſentib. haberi volumus pro expreſſis, quatenus licita, & honeſta ſunt, & ſacris canonib. & præſertim Conc. Trid. decretis nõ aduerſantur, ac dummodo Abbatiſſæ, vel aliæ præfectæ quorumcumq. monaſteriorum monialiũ, ipſorum fratrum curæ commiſſarum ad ſummũ, triẽnales ſint, & ſuis officiis elapſo triennio perfunctę, in quibuſuis prouincijs, non per bienniũ tantũ iuxta decretum in generali capitulo Pariſienſi eiuſdẽ ordinis editum, ſed ſaltẽ per triennium integrum à die finiti ſui officij adminiſtrationis numerandũ nullum Abbatiſſatus, ſeu præfectæ monaſteriorũ, aut aliud officium, nec aliam poteſtatem, neque auctoritatem, in eis obtinere, & exercere poſſint, aut debeant, necnon omnes electiones ſuperiorũ, aut officialiũ per ipſos faciendæ, ſemper fiant per ſchedulas obſignatas, ita vt ſuffragia, ſeu vota, ac ipſorũ eligentiũ nomina, omnino ſint ſecreta, & occulta, & nunquam publicẽtur, ac peracto ſcrutinio, ſchedulæ, & omnia huiuſmodi ſcripta, coram omnibus vocalibus illico comburãtur, eadẽ auctoritate Apoſtolica, tenore præſentiũ, perpetuo approbamus, & confirmamus, illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq. pręſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, necnõ omnes, & quoſcumq. iuris, & facti ẽt ſubſtãtiales defectus, ſi qui interuenerint in eiſdẽ ſupplemus, & quidquid in illis cõtinetur, de nouo, quatenus opus ſit, per præſentes ſtatuimus, & ordinamus, atq. illa eadẽ, ab omnib. & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurũ, perpetuo & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, decernẽtes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus dicti ordinis Minorum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegiiſq; indultis, & literis Apoſtolicis, eidem ordini, illiuſque ſuperioribus prouinciis domibus, collegiis, monaſteriis, conuentibus, ac perſonis ſingularibus vtriuſq; ſexus, quomodolibet cõceſſis, approbatis & innouatis, quib. omnib. illorũ tenores, pro plenè, & ſufficiẽter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, & ad effectum præſentiũ duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumq. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, Die 29. Iulij 1587. Pont. noſtri, ano. 3.

Vide in 2. 10.qq.10.q. 55.ar.8.

Bulla VIII.

Pro Erectione confraternitatis chordigerorum in Eccleſijs fratrum Minorum.

Habetur in authenticata in Conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

SVMMARIVM.

1 *Hæc archiconfraternitas inſtituta eſt in conuentu S. Franciſci Aſſiſijs, cum indulgentia plenaria conceſſa chordigeris in prima die ingreſſus, & in articulo mortis.*
2 *Conceditur licentia fundandi confraternitates chordigerorũ in omnib. Eccleſiis ordinis Minorũ.*
3 *Conceduntur archiconfraternitati, & confratrib. chordigerorũ, omnes gratiæ, & indulgentiæ ſpirituales, quæ fratribus Minoribus ſunt indultæ.*
4 *Confratribus intereſſentibus proceſſionib. fieri ſolitis ſingulis menſibus indulgentia plenaria, aliis autem non confratribus, centum dies indulgentiæ conceduntur.*
5 *Indulgentiæ conceduntur confratribus communicãtibus, & dum in piis operibus exercentur.*
6 *Per modum ſuffragii poſſunt eas animabus purgatorii applicare.*

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Diuinæ Charitatis altitudo eminentiſſima, & ſummi amoris Seraphici inexhauſta bonitas, quæ ab æterno, & ante mundi cõſtitutionem, in charitate perpetua dilexit nos, ac vt nos ſibi obſtringeret in funiculis Adæ, ideſt naturæ, gratiæ, & gloriæ ſe trahere voluit, videns protoplaſti culpa peccatorum funibus circumplexos, & ad ſe clamantes propitius eſto, forti, & funiculo hęreditatis tuæ, & vinctos ſuos nõ deſpexit, ſed in fortitudine educendos de mendicitate, & ferro dijudicans in funiculis ſecũdi Adæ (inquit) traham eos. Et vt inſolubilius noſmet ſibi vinceret, tenaciuſque obſtringeret, filium ſuum Redemptorem noſtrum (cuius diuina diſponente gratia, meritis licet imparibus, in ſacroſancta Eccleſia vices gerimus) filium Adæ factum, quaſi funiculum diuinitate, anima, & carne contextum, ac de cęlis ad terras protẽſum, iuſtitiæ cingulo, in omni vita ſua ad lũbos præcinctũ ſuamet ſolius interius charitate vinctũ, licet funib. impiorum pro ſua voluntate ligatũ, vſq. ad mortẽ crucis tradidit, & traxit: vt ſic nobis victis, & in peccatorũ funibus vinctis fieret ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Licet autẽ tantæ charitatis ardor inextinguibilis eſſe debuiſſet, refrixit tamen, vnde frigeſcente mundo & in funiculis Adæ (quæ ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcẽtia oculorũ, & ſuperbia vitæ) denuo conſtricto, ad denuo inflãmãda corda noſtra, pater miſericordiarum, & ſummũ famulũ ſuum B. Franciſcũ miſit, & in larga benedictione dulcedinis præuenit, vt non modo virtutum prærogatiuis, & meritis celebrem fecerit, ſed in carne ipſius, ſacra Chriſti ſtigmata renouauerit, & mira crucis myſteria ligamina, & paupertatẽ multiformiter in eo ad viuũ demonſtrauerit adeo, vt vice Chriſtus Franciſco inferre poſſit, ſemitam meã, & funiculũ meum inueſtigaſti, & omnes vias meas vias præuidiſti. Vnde, & factũ eſt, vt meritis dicti B. Franciſci Sacroſancta Mater Eccleſia fœtu nouę prolis amplificata, ac Sanctorũ eius inſtituti meritis, virtutib. exemplis, & miraculis aucta, nec non quã plurimis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Cardinalib. Regibus, & Summis Pontificib. decorata, non poſſit ad eius deuotionis, & imitationis ſectanda veſtigia, non eſſe perpenſa. Nos pariter, quia à teneris annis ſingularẽ erga eũdem B. Franciſcũ (gloria noſtra,) ſemper geſſimus deuotionis affectũ, & in dies ſemper accreuit, & mire accreſcit. & cuius cinguli, & amictus inſtituti, & ordinis pro Dei gratia, & noſtra voluntate pro poſ-

Vide in 2. 10.qq.10.q. a.58.ar.5.

ſe imi-

ſe imitatores.alumni,& ſerui fuimus,ac fuiſſe glo-
riamur,conſiderantes populorum deuotionem,&
propenſionem erga tantum virum,& quo deuotio
nis affectu æmuletur, & paſſim anhelet plebs om-
nis geſtamen ſaltem funiculi eius,& quaſi non con
tenta, quod tot, tantique vtriuſq. ſexus Chriſti fi-
deles ad inſtituta trium ordinum ipſius, ob deuo-
tionem ad tantum patrem,relicto mundo,tranſie-
tint,totam velit in S Franciſci imitatione,deuotio-
ne,& amore immergere: idcirco cum pro aliquali
repenſione amoris noſtri erga tantum patrem,nu
per ad ampliorem decorẽ inſignis, & celebris Ec-
cleſiæ domus eius S.Franciſci Aſſiſien.ordinis fra-
trum Minorum conuentualium nuncupatorum,in
qua quidẽ Eccleſia, ſub illius altari maiori corpus
eiuſdem S.Franciſci requieſcit, ad diuini cultus,&
piorum operum augmentum, ipſiuſq. S.Franciſci
honorẽ, & venerationem, ac animarum Chriſti fi-
delium ſalutem, vnã archiconfraternitatem vtriuſ
que ſexus fideliũ,qui chordam per fratres dicti or-
dinis geſtari ſolitam,ex illorũ deuotione à ſuperio
rib.eiuſdem ordinis cinctam, & ſuſceptam defer-
rent,& illa cingentur ſub eiuſdem S.Frãciſci inuo-
catione in ipſa Eccleſia,& ad dictũ altare,Motu ꝓ
prio erexerimus,& inſtituerimus,ac vt confratres
chordigeri dictæ cõfraternitatis,ad pia opera exer
cẽda propenſiores redderẽtur, & ad Eccleſiam,&
altare huiuſmodi deuotionis cauſa confluerent, eiſ
dẽ vtriuſq. ſexus fidelibus,vere pœnitentib.& con
feſſis dictã chordã, quæ prius à ſuperioribus dicti
ordinis benedici debeat,ad reuerentiã,& memoriã
eiuſdẽ S.Frãciſci gerentibus,ſacraq, communione
refectis, archiconfraternitatẽ ipſam ingredientib.
prima die illorũ ingreſſus, ac in mortis articulo ip
ſorũ nomen Ieſu,ore,vel corde inuocantib.ac etiã
verè pœnitentib.& cõfeſſis,plenariã omniũ pecca-
torum ſuorũ indulgentiam,& remiſſionẽ,per alias
noſtras literas cõceſſerimus,necnõ dilecto filio Cle
menti Bontadoſio moderno, & pro tẽpore exiſten
2 ti dicti ordinis Minorum generali, vt quaſcumque
confraternitates vtriuſque ſexus Chriſti fidelium
chordigerorum huiuſmodi,in quibuſcumq. Eccle
ſijs domorum ordinum fratrum,tam Minorum cõ
uentualium, quam de obſeruantia, & Capucinorũ
nuncupatorum vbicumque, & in quibuſcumque
mundi partibus erigere,& inſtituere, illaque poſt-
quam erecta fuerint, præfatæ archicõfraternitati,
cum omnibus,& ſingulis indulgentijs, & peccato-
rum remiſſionibus, & relaxationibus aggregare,ip
ſaſque indulgentias confratribus illarum commu-
nicare,& concedere valeret, plenam, & omnimo-
dam facultatem, & auctoritatem cõceſſerimus eaſ
demq. confraternitates erigendus, ex tunc, prout
ex ea die,& econtra,dictæ cõfraternitati aggrega-
uerimus,& indulgentias huiuſmodi cõfratribus il-
larum communicauerimus.atque literas prędictas
nullo vnquam tempore,de ſubreptionis,vel obre-
ptionis,aut nullitatis vitio,vel intentionis ſeu quo-
uis alio defectu notari,impugnari, retractari, aut
reuocari vllatenus poſſe,ſed ſemper validas,& effi
caces futuras,ſuoſq.effectus planarios ſortiri debe
re decreuerimus,& alias, prout in dictis literis ple
nius continetur. Ne autem de præmiſſorum validi
tate vllo vnquam tempore dubitari contingat, no
ſtram denuo in præmiſſis auctoritatem interpone
re,ipſiuſq. archicõfraternitatis auctoritatẽ extẽde
re ac pium dictorum confratrum chordigerorum
propoſitum,amplius promouere, eoſque ſpiritua-
libus muneribus,indulgentijs videlicet, & pecca-
torum remiſſionibus proſequi cupientes,ſupplica-
tionibus dicti Clementis hac in parte inclinati in-
ſtitutionem huiuſmodi,auctoritate apoſtolice præ
fata tenore præſentiũ perpetuo approbauerimus,

& confirmauerimus,ſupplentes omnes,& ſingulos
tam iuris,quàm facti defectus, ſi qui interuenerint
in eiſdem,ipſam archiconfraternitatẽ in caput om
nium confraternitatum chordigerorum huiuſmo-
di vbilibet inſtitutarũ, & inſtituendarum etiã per-
petuo,auctoritate,& tenore pręmiſſis erexerimus,
& inſtituerimus,omneſq. & ſingulas indulgentias,
& peccatorum remiſſiones, & relaxationes religio 3
ni,& ordini fratrum Minorũ huiuſmodi,per quoſ
cumq.Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,
& nos,conceſſas, quoad eas duntaxat, quæ hacte-
nus non ſunt reuocatæ,nec ſub vllis reuocationib.
comprehenſæ,eiſdem,auctoritate,& tenore ſimili-
ter perpetuo approbaueribus, & cõfirmauerimus,
ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur
adiecerimus,illaſque archiconfraternitati,& con-
fratribus chordigerorum huiuſmodi, ſub eiſdem
modo,& forma,quibus illæ religioni, & fratribus
præfatis conceſſæ fuerũt dummodo,vt præfertur,
non fuerint reuocatæ, etiam perpetuo conceſſeri-
mus,cõmunicauerimus,& elargiri fuerimus. Nec- 4
non de Omnipotẽtis Dei Miſericordia, & Beato-
rum, Petri, & Pauli Apoſtolorum eius,auctoritate
confiſi vtriuſq. ſexus confratribus chordigerorum
huiuſmodi, præter indulgentias religioni pręfatæ
conceſſas in mortis articulo, necnon quoties pro-
ceſſionibus archiconfraternitatis chordigerorum
huiuſmodi,ſingulis mẽſib.fieri ſolitis.interfuerint,
eiſdem quidem confratribus plenariam omnium
peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionẽ
perpetuo cõceſſerimus.Alijs vero non confratrib.
qui proceſſionibus huiuſmodi interfuerint, centũ
annis de iniunctis eis, vel alias quomodolibet de-
bitis pœnitentiis,miſericorditer in Domino relaxa
uerimus. Ac præfatis confratribus, qui alijs dictæ
confraternitatis,proceſſionibus,aut dum B.Marię, 5
vel quoduis aliud diuinum officium,per ipſos cõ-
fratres chordigeros recitabitur, interfuerint, ac
quoties Sanctiſſimum Chriſti Corpus, dum infir-
mis defertur, vel defunctum ad ſepulturam aſſo-
ciauerint, aut alicui miſerabili perſonæ ſubuene-
rint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu
aliquod horum fecerint,toties centum dies de in-
iunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitẽ 6
tiis, etiam miſericorditer in Domino relaxaueri-
mus eiſdẽ confratribus chordigeris, vt indulgen-
tias,& peccatorum remiſſiones præfatas, per mo-
dum ſuffragij pro fidelib. qui in gratia Dei deceſſe
rint,conſequi,& impartiri valeant, conceſſerimus.
Vt facilius his ſpecialibus gratiis, omnes Chriſti fi-
deles in diuerſis orbis terræ partibus exiſtẽtes, gau
dere poſſint, & dum copioſis eleemoſynarum lar-
gitionibus fratres Minores de obſeruantia, maxi-
mo deuotionis affectu quotidie alunt, ab eiſdẽ ſpi-
ritualia beneficia in ſignũ gratitudinis recipere va
leant, ſupplicationibus dilecti Franciſci à Toloſa
miniſtri generalis fratrum Minorum de obſeruan-
tia hac in parte inclinati, eidem Franciſco à Tolo-
ſa,ac etiã Thomæ de Maſſa Commiſſario generali
pro familia Ciſmontana, necnõ pro tempore exi-
ſtentibus,generali, & Cõmiſſario generali eorun-
dẽ fratrum Minorũ de obſeruantia,cõcedimus fa-
cultatem, & authoritatẽ miniſtro generali in toto
ordine fratrum Minorum de obſeruãtia,Commiſ-
ſario autem generali,in illa familia,cuius fuerit,vbi
non ſunt eiuſdem ordinis fratrum Minorum con-
uẽtualiũ confraternitates iam erectæ, vel eorundẽ
Minorum conuentualium monaſteria, inſtituendi
cõfraternitates chordigerorum,in omnibus, & ſin
gulis conuentibus fratrum ſuorum, & conceden-
di,& communicandi omnes, & ſingulas indulgen
tias,peccatorum remiſſiones,& relaxationes, atq;
tandem omnes fauores, & gratias, quæ prædictæ
con-

confraternitati cooceſſæ ſunt, & in futurum concedentur. Volumus autem, vt chordam S. Franciſci ordinis, quam confratres vtriuſque ſexus geſtare debent, ſuperiores fratrum Minorum de obſeruãtia beoedicant, intelligendo per ſuperiores etiam guardianos, & præſidentes. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de indulgentiis, ad inſtar non concedendis, & quibuſuis aliis conſtitutionibus, & ordinationibos Apoſtolicis, cæteriſque cõtrariis quibuſcumque, præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicuius notarij ſubſcriptis, & ſigillo pro tempore exiſtentis miniſtri, vel Commiſſarij generalis ordinis fratrum Minorum de obſeruantia huiuſmodi, vel alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ aut canonici alicuius cathedralis Eccleſiæ munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur vbiq. locorũ, & gentium, in iudicio, & extra quę ipſis originalib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ Dat. Romæ, apud S Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 29. Auguſti, 1587. Pont. noſtri, anno. 3.

Hinc eſt, quod nos huiuſmodi veſtro pio deſiderio annuere volentes, ac cupientes, quod veſtra erga eundem ſanctum deuotio, magis, magiſq. augeatur, auctoritate nobis per præinſertas literas demãdata, ad Omnipotentis Dei, eiuſque glorioſiſſimæ genetricis Virginis Mariæ, ac ipſius B. Franciſci, totiuſque curiæ cœleſtis laudem, gloriam, & honorem, vobis plenam facultatẽ impartimur, & elargimur, vt cõfraternitatem prædictam chordigerorũ in dicta Eccleſia erigere, & inſtituere poſſitis: Nũcque pro tunc, quando dicta confraternitas erecta, & inſtituta fuerit, concedimus eidem veſtrę cõfraternitati, vobiſq. & vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus dictæ ſocietatis pro tempore exiſtentib. confratribus, omnes, & ſingulas indulgentias, peccatorum remiſſiones, & relaxationes, ac eodem omnes fauores, & gratias, cęteraq. priuilegia, & indulta, quæ præfatæ archiconfraternitati cõceſſę ſunt, & in futurum concedentur, gratioſe, & libenter per præſentes concedimus, communicamus, & elargimur. Quocirca, vos, & veſtrum ſingulos, ac pro tẽpore exiſtentes dictæ veſtræ confraternitatis confratres paternè monemus, hortamur, ac in Domino requirimus, quatenus ad ipſius Sancti hoootem dictã chordam noſtro exemplo deferentes prædicta, aliaq. charitatis, & pietatis opera facere, ſedulo curatis, & in illis vos exerceatis, vt per huiuſmodi operum exercitium, vnigenitus Dei filius, intercedente eodem B. Franciſco, vobis, & ſingulis veſtræ ſocietatis confratrib. donec tempus bene viuendi, conſtantiam perſeuerandi, & in hora tranſitus veſtri, & cuiuſlibet confratrum prædictorum, ſic tueatur, & protegat, vt capite ſerpentis obtrito, ad æternæ vitæ hæreditatem, valeatis fęliciter peruenire: in quorum omnium, & ſingulorũ fidem, pręſentes literas, manu noſtra ſignatas, per infraſcriptum notariũ, ad hoc ſpecialiter deputatum ſubſcriptas, ac ſigillo noſtri officij, muniri fecimus. Datum, &c.

Bulla IX.

SVMMARIVM.

Conceſſio Sixti Quinti, quod fratres, & moniales ordinis Minorum de obſeruantia, in feſtiuitate Conceptionis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, officium eiuſdem recitare poſſint per totam octauam.

SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriã. Ineffabilia Beatæ, & glorioſa, ſemperq. Virginis Dei genitricis Mariæ meritorum inſignia, deuotæ conſiderationis indagine perſcrutantes, & intra mentis noſtræ arcana reuoluentes, quod ipſa ex caſtiſſimo vtero ſuo, prout noſtrę conditionis ſtatus, & neceſſitas exigebat, humani generis edidit Saluatorem, apud quem, tanquã pia mater, ſedulas pro noſtræ fragilitatis expiatione, preces effundere nũquam ceſſat, dignum profecto ſeu potius debitum reputamus, vt fidelium vota, in ipſius B. Virginis laudẽ, & honorẽ edita, ad exauditionis gratiã libenter admittamus. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit, dilectus filius miniſter generalis ordinis fratrum Minorum S. Franciſci de obſeruantia nuncupatorum, tam ſuo, quàm fratrum dicti ordinis nominib. quod cum omnes dicti ordinis vtriuſque ſexus perſonæ, ex ipſius ordinis inſtituto, puriſſimam ipſius Dei genitricis Conceptionem deuotiſſimè celebrare, ac illam condignis laudibus, & honoribus extollere, ac fidelib. prædicare, & explanare, ipſiuſq. feſtum maxima reuerentia venerari conſueuerint, cupiantque pro maiori eorum ſpirituali conſolatione ipſius Cooceptionis officium in choro, per totam octauã, vt in feſtiuitatibus Natiuitatis, & Aſſumptionis eiuſdem Beatæ Virginis, ipſi fratres conſueuerunt recitare, propterea nobis humiliter ſupplicari fecerint, eorum pio, & deuoto deſiderio annuere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos tã pium, & laudabile propoſitum, ad eiuſdem B. Virginis laudem, & honorem fouere volentes, ipſorumq. miniſtri, & fratrũ, atque etiam monialium, erga hanc ſacratiſſimã Virginem deuotionis affectum, plurium in Domino commendantes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, hac noſtra præſenti conſtitutione, perpetuo eiſdem miniſtro, ac fratribus, & monialibus concedimus, quod omnes & ſinguli monaſteriorum, & domorum quarumlibet, tam virorum, quam mulierũ per vniuerſum orbem conſiſtentium dicti ordinis fratres, & moniales, officium Conceptionis eiuſdẽ B. Mariæ, per totam eius octauam, ad inſtar officij in Natiuitatis eiuſdem B. Mariæ feſtiuitate, recitari ſoliti, tam in choro, quam extra chorum, recitare poſſint, & valeant, volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius notarij publici, vel ſuperioris dicti ordinis ſubſcriptis, & ſigillo ipſius ordinis, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadẽ prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 30. Martij, 1588. Pontif. noſtri, anno 3.

Bulla X.

SVMMARIVM.

Breue Sixti Quinti, in quo concedit fratrib. Minoribus, & monialibus Sanctæ Claræ, & Conceptionis, & tertiariis, vt poſſint cum octaua feſtum Beati Didaci celebrare.

SIxtus Quintus. Ad perpetuam rei memoriam, Glorioſus Deus in ſanctis ſuis, in eorũ veneratione eo iucundius lætatur, quo ipſi per quã plurima pietatis opera, & virtutis ſigna, quibus claruerunt inter ſanctos ſuos meruerunt connumerari, Cum itaque nos nuper Sanctum Didacum ordinis fratrum Minorum de obſeruantia nuncupatorum ſanctitate vitę, & morum nitore, tam admirãdum, quam venerandum, ac etiam miraculis clarum, numero ſanctorum retulerimus, eiuſq. diem feſtum, *Vide in 8.*
Die duodecimo Nouembr anniuerſario honore, *10.99.10.9.*
in Eccleſia Dei celebrari indulſerimus, conueniãt- *68. art. 4.*
que, vt huius ordinis profeſſores hunc ſanctum celebriori memoria venerẽtur. Nos motu proprio, & ex cer-

ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod omnes, & ſinguli profeſſores dicti ordinis, ac moniales, & ſorores S. Claræ, & Conceptionis, quam tertiariæ in congregatione ſub obedientia eorundem fratrum Minorum de obſeruantia viuẽtes, in ſuis quiſq. videlicet Eccleſiis, in quibuſcumq. mundi partibus exiſtentib feſtum huius S. Didaci, ſub duplici officio, in Regnis vero Hiſpaniarum, etiam illius octauam, quemadmodũ feſta aliorum dicti ordinis ſanctorum, celebrare poſſint, Apoſtolica auctoritate, tenore pręſentium, concedimus, & indulgemus, ita quod feſtum San. Martini Papæ, & Martyris, quod dicta die occurrit, transferatur in primam diem immediatẽ ſequẽtem, ſimili feſto non impeditam. Et quia difficile foret, has literas ad ſingula quæque orbis terrarum loca peruenire. Volumus, & decernimus, quod earum exemplis etiã impreſſis, & manu alicuius publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius prælati munitis, eadẽ prorſus fides adhibeatur, quæ pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 16. Nouemb. 1588. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla XI.

SVMMARIVM.

1 *Sixtus Quintus, erigit de nouo prouinciam Sancti Gregorii.*

2 *Huic prouinciæ communicat priuilegia aliarum prouinciarum.*

3 *Prouincialis huius prouinciæ poteſt erigere domos in quibuſcumque terris, & etiam in Regno China exceptis quibuſdam.*

4 *Prouincialis præfatus poteſt determinare duas feſtiuitates, in quibus vtriuſque ſexus fideles indulgẽtiam plenariam conſequantur.*

SIxtus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Dum vberes fructus, quos religioſæ perſonæ, præſertim vero fratres Minores de obſeruantia Diſcalciati nuncupati, cuſtodiæ S. Gregorij, in inſulis Philippinis Indiarũ Occidentaliũ, quaſi in agro Dominico ſeduli operarij, ad Dei gloriam, & ſpiritualem ſalutem populorũ, in remotiſſimis terris degentium, & magno à nobis locorum interuallo diſiunctorũ, aſſiduè ſua induſtria, Deo iuuante, colligunt, conuertimus oculos noſtrę mentis, dignũ, quin potius debitũ reputamus, vt ad eorũ commodum, & propagationẽ Apoſtolici fauoris gratiã benignè impartiamur, eoſq. amplioribus priuilegijs decoremus, præſertim cum id à nobis pijs Catholicorum Regnũ votis poſtuletur. Sane chariſſimus in Chriſto filius noſter, Philippus Hiſpaniarũ Rex Catholicus, tam ſuo, quàm dilectorum filiorum cuſtodis, & aliorum fratrũ cuſtodiæ S. Gregorij, in inſulis prædictis, nominib. nobis expoſuit, quod alias fratres prouinciæ S. Ioſephi eiuſdem ordinis, in Regnis Hiſpaniarum inſtitutæ, à qua cuſtodia Sancti Gregorij prædicta pendebat, in capitulo nuper in oppido de Cadahalſo, Toletanæ diœceſis, prouidè conſiderantes, ſe non poſſe huiuſmodi cuſtodiam ſine notabili ſua diminutione ſuſtinere, propter cõtinuas fratrum miſſiones, quas ferè annuatim facere cogebantur, nec religionẽ in illis partib. propagari, aut nouas domos, aut cõuentus fundari, & inſtitui poſſe, niſi cuſtodia ipſa in prouinciam erigeretur, decreuerũt, nobis humiliter ſupplicare, quatenus cuſtodiam pręductã, prouinciæ nomine decorare, aliaſq. in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui etiam ex dilecti filij Franciſci Gonzaga, miniſtri generalis totius ordinis de obſeruantia inſinuatiõne accepimus, propter huiuſmodi erectionẽ nulli præiudicium inferri, ac cuſtodiæ prædictæ patres, ſub debita regulari obſeruãtia, magno cum fructu gratum Deo famulatũ præſtare, eos condignis fauoribus exornare volentes, necnon Miniſtrum, & fratres prædictos, & eorum quemlibet à quibuſuis excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdicti, alijſq. Eccleſiaſticis, cẽſuris, & pęnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quib. quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat cõſequendum, harum ſerie abſoluẽtes, & abſolutos fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, cuſtodiã S. Gregorij prædictam in prouinciã Diſcalciatorum S. Gregorij in inſulis Philippinis de cætero nuncupandam, ita quod deinceps per vnum miniſtrum prouinciale, ab ipſius prouinciæ fratrib. in eorũ capitulo prouinciali, ad inſtar aliarũ prouinciarũ eiuſdem ordinis eligendum, ſub obedientia tamẽ miniſtri generalis totius ordinis fratrum de obſeruantia prædictorum, ad Cõmiſſarij generalis Indiarum in curia Regis prædicti pro tempore reſidentis, atque eorum Commiſſariorum, ad prædictã prouinciam ſpecialiter deputatorum, ſeu deputandorũ, prout ſunt, & aliæ earundem partium prouinciæ, regi, & gubernari debeat, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, dictæq. ſic erectę prouinciç, illiuſq. pro tempore exiſtenti, prouinciali miniſtro, & ſingulis fratrib. vt omnibus, & quibuſcũque priuilegiis, facultatibus, immunitatibus, & exẽptionibus, libertatibus, fauoribus, gratiis, & indulgentiis etiam ſpiritualibus, quibus cæteræ dicti ordinis prouinciæ hactenus vbilibet inſtitutæ, & exiſtẽtes, earumque miniſtri prouinciales, & ſinguli fratres, tam de iure, quam conſuetudine, aut alias quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, vti, potiri, & gaudere, liberè, & licitè valeãt, auctoritate, & tenore pręſentiũ, concedimus, & elargimur. Decernentes cuſtodiam pręductam, in prouinciam ſic erectam, pro tali habere, & vt præfertur regi, & gubernari deinceps debere, necnon pro tempore exiſtenti, dictæ prouinciæ S. Gregorij miniſtro prouinciali, vt tam in ipſis inſulis Philippinis, quã in aliis quibuſuis terris, & locis Indiarum pręductarum, ac Regnorum de la China nuncupatorum, in quibus conuerſio Gentilium ad fidem Catholicã commodè curari, & tractari poterit, nouas domos, & conuentus pro fratrib. dicti ordinis recipiendis, ad Dei laudem, & gloriam, noſtra, aut Romani Pontificis, vel ordinario locorum, aut cuiuſuis alterius licentia minimè requiſita, fundare, & inſtituere, eoſque ad habitandũ recipere, & fratres in illis introducere, liberè, & licitè valeat, facultatem, auctoritate, & tenore ſimilib. impartimur: ita tamen, vt miniſter prouincialis prouinciæ noviter erectæ huiuſmodi à fundatione, & inſtitutione nouarum domorum, in conuento in Malaca, & de Sian, ac de Cochinchinę Regnis, ſiue prouincijs, & eorum Dominijs, necnon terris illis, & locis, ad quę dudum, dictus Franciſcus generalis miniſter, quoſdam alios fratres, etiam Minores de obſeruantia, prouinciç Portugalliç, ſeu cuſtodiæ S. Thomæ in Indijs Orientalibus inſtitutæ, pro erigenda alia cuſtodia, in poſterioribus Regnis, ſeu prouincijs, ac eorum Dominiis prædictis, cum ſuis patẽtibus literis deſtinauit, cuius commiſſio, & auctoritas ſalua ſit, & eſſe cenſeatur, omninò abſtineat, necnon in domib. & conuentib. in ciuitate Malaca, aut locis prædictis iam fundatis, & inſtitutis, vel cum fratrib. & perſonis in illis degentib. ſe vllatenus intromittat, aliamvè in eas & eos iuriſdictionẽ, & ſuperioritatem exercere pręſumat. Pręterea, vniuerſis, & ſingulis vtriuſ

que

Digitized by Google

que ſexus Chriſti fidelibus, vere pęnitẽtibus, & cõfeſſis, ac Sãctiſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto refectis, qui aliquã ex Eccleſiis prouinciæ prædictæ erectis, ſeu erigendis, in duabus anni feſtiuitatibus, per prouincialem pro tempore ſpecificandis. à primis veſperis, vſque ad occaſum ſolis earundem feſtiuitatũ, ſingulis annis, perpetuis futuris tẽporibus, deuote viſitauerint & inibi pro Chriſtianorum Principum concordia, Gentilium conuerſione, hæreſum extirpatione, ſanctæq; matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quoties id fecerint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorũ indulgẽtiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur: necnon præſentes literas, vllo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiã alio defectu etiam ex eo, quod alias prouincia, illiuſq; fratres vocati nõ fuerint, aut erectio huiuſmodi extra generale capitulũ ſui ordinis facta fuerit, notari, impugnari, vel alias inualidari nullatenus poſſe. Sicque per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, aut cauſarũ palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi, facultate, & authoritate, iudicari debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter, contigerit attentari. Non obſtante fœ. re. Greg. Papæ X. in generali Concilio Lugdunenſi edita, qua expreſſe cauetur, ne cuiuſuis ordinis Mendicãtes, domos ad habitandum recipere valeant de nouo, abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ac aliis diuerſorum Romanorum Pontificum noſtrorum prædeceſſorum, quod regulares dicti & cuiuſuis ordinis in partibus huiuſmodi trãſmarinis, pręſertim Indiarum pro tempore degentes, ſub obedientia miniſtrorum prouinciarum citeriorum omnino ſubſint, ac reliquis Apoſtolicis, necnõ in aliis, etiam generalibus, ſeu prouincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus cõſtitutionibus, & ordinationibus, etiam iuramento, & confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinib. priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidẽ ordini, illiuſque prouinciis antiquitus erectis, necnõ ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis, etiam derogatoriarũ derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, & de fratrũ noſtrorum cõſilio, quomodolibet in genere, vel in ſpecie conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, etiam de non erigendo cuſtodiam, in prouinciã niſi certum, & determinatum domorum, ſeu conuentuum numerum contineat. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu quæuis alia expreſſio, vel exquiſita forma, ad hoc ſeruãda foret, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruanda, inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcũque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Nouemb. 1587. Pont. noſtri, anno 2.

Bulla XII.

SVMMARIVM.

1 *Sixtus Quintus benedicit fratribus euntib. ad partes infidelium, pro eorũ conuerſione, & in die ingreſſus in Indiis, & in articulo mortis in itinere, plenariam indulgentiam impartitur.*

2 *Indulgentias etiam concedit vtriuſque ſexus fidelib. qui aliquam Eccleſiarum prædictorum fratrum viſitauerint, & Hoſpitalis Sãctæ Annæ in Manilia Eccleſiam, in vna trium feſtiuitatum viſitauerint, & in die ſecunda Auguſti.*

3 *Indulgentiam etiam concedit viſitantibus eius tria altaria in ſecunda, quarta, & ſexta feria Quadrageſimæ.*

4 *Indulgentiam etiam concedit adiuuãtibus opera exemplo aut verbo conuerſionem infidelium.*

SIxtus Papa Quintus, vniuerſis Chriſti fidelibus, præſentes literas inſpecturis. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. De ſalute gregis Dominici, pro paſtorali nobis diuinitus cura, ſolicite cogitantes, religioſos illos, qui ſolicitudinem noſtram adiuuantes, in conuertendis ad Domini noſtri Ieſu Chriſti fidem gentibus, piam, & efficacem operam impendere non deſiſtunt, ſpiritualibus muneribus, libenter proſequimur, vt eo libentius in tam pio inſtituto perſeuerantes, tandem poſt huius vitæ curriculum, tanquam ſerui boni, & fideles, in gaudia cæleſtia ab ipſo Omnipotenti Domino recipi mereamur. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecti filij fratres Diſcalciati de obſeruantia, prouinciæ Sancti Gregorij, in Indiis, & inſulis Philippinis, in Gentilium conuerſione maxime laborent, & Sancti Spiritus gratia multum proficiant. Nos eorum pia ſtudia, pio intimo cordis affectu complectentes, illoſque ſpiritualibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, vniuerſis, & ſingulis dictis ordinis religioſis, qui pro Chriſti amore, & obedientiæ merito, conuerſioni huiuſmodi gentilium, in dictis Indiarum 1 partibus procurandæ, ſe accinxerint, Apoſtolica benedictione benedicimus, necnon ipſis, tam die, quo in ipſas Indias peruenerint, ſi confeſſione præuia, ſanctiſſimam communionem ſumpſerint, necnõ in mortis articulo, ſi contriti, & confeſſi, aut cum propoſito confitendi, in itinere, ſeu in ipſa conuerſione deceſſerint plenariam omnium peccatorum ſuorũ indulgentiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Præterea omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, 2 vere pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui aliquam Eccleſiarum, aut domorũ dictorum religioſorum, in Indiis prædictis conſiſtentium, die ſecunda Auguſti, necnon iis, qui Eccleſiam, ſub inuocatione Sanctæ Annæ Hoſpitalis Indorũ, in ciuitate Manilia, à fratribus Diſcalciatis Sancti Ioſephi fundatis, in quo, vt accepimus, & anima, & corpore, ſumma cum charitate curantur, in vna feſtiuitatum infraſcriptarũ, videlicet, Epiphaniæ, Conceptionis Beatæ Mariæ, omniũ ſanctorum à primis veſperis, vſque ad occaſum ſolis dierũ huiuſmodi, ſingulis annis, deuote viſitauerint, & ibidẽ pro fidelium conuerſione, Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deũ preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam pariter omniũ peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionẽ, miſericorditer in Domino concedimus, & elargi- 3 mur. Inſuper, vt fidelium deuotio erga Eccleſiã dicti Hoſpitalis, in dies magis augeatur, ipſis fidelib. qui ſingulis ſecundis, quartis, & ſextis feriis Quadrageſimæ, tria altaria Eccleſiæ Sanctæ Annæ prædictæ, aut vnum, ſi plura non adſint, deuote viſitauerint, & ibi prout vnicuique deuotio dictauerit, orauerint, quoties id egerint, centum dies, necnon benefactoribus, & curam infirmorum gerentibus, ac illis, qui ex propria voluntate dicto Hoſpitali, ſeu pauperibus in illis degentibus, interuenerint, quoties aliquod pij operis circa præmiſſa exercuerint,

De aliquibus pro conuerſione infideliũ Indiarũ, vide in 10. ſ. qq 10. q. 31. ab ar. 3. cũ ſeqq. & q. 31. & q. 16 ar. 12. & 2. 10. qq. 10. q. 99. & in 3. 10. q. 19. ar. 7. & q 32. ar. 4.

toties viginti quinque, de iniũctis eis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus. Denique omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui fauorem, & auxilium religioſis prædictis, & aliis miniſtris ſacri Euangelij, illos ab vna parte ad aliam, ad quam à ſuis ſuperiorib. miſſi fuerint, ducendo, aut alias quomodolibet circa miniſterium conuerſionis præſtiterint, necnõ iis, qui Indos ab iniuriis, & vexationibus eis illatis, defenderint, ac qui eis bona exempla præbuerint, viginti quinque annos, & totidem quadragenas, de eiſdem pœnitentiis, miſericorditer in Domino relaxamus, præſentibus ad viginti annos, ab earum publicatione computandos, duntaxat valituris. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 8. Nouemb. 1576. Pont. noſtri, anno 2.

Bulla XIII.

SVMMARIVM.

Reuocatio licentiarum ingrediẽdi Monaſteria, & inibi permanendi, mulieribus ſæcularibus conceſſarũ.

Sixtus Papa Quintus. Ad futuram rei memoriã. Sanctimonialium, quæ relicto ſæculo, Dei obſequio ſe dedicarunt, quieti conſulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religioſum earum propoſitum impediunt, curam noſtram libenter intendimus. Quoniam itaque, ſicuti experientia hactenus compertum eſt, & quotidie comperitur, licentiæ ingrediendi monaſteria monialium Regnorum Hiſpaniarum, & inibi manendi, mulieribus ſæcularibus conceſſæ, regularem dictarum monialium quietẽ, & tranquillitatem perturbare, multaque, & grauia incommoda, afferre cõſueuerunt. Nos huic rei prouidere volentes, Motu proprio, & ex noſtra certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulas licentias ingrediendi monaſteria monialium dictorum Regnorum, & ibi permanendi ad tempus, mulieribus cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentibus, etiam Comitiſſis, Marchioniſſis, & Duciſſis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque fortioribus, & efficacioribus, ac inſolitis clauſulis, nec non irritantibus decretis, à ſede Apoſtolica, & nobis conceſſas, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium reuocamus, caſſamus, irritamus, ac reuocatas, caſſas, & irritas eſſe decernimus. Diſtricte prohibentes mulieribus prædictis, licentias huiuſmodi prætendentibus, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, poſtquã harum literarum notitiam habuerint, à qua non poſſint niſi à nobis, ſeu Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus, abſolui, præter quam in mortis articulo, ne monaſteria prædicta ingredi, aut inibi manere, ſeu ſtare audeant, ſeu præſumant. Ipſorum vero monaſteriorũ Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac ſuperioribus, ſub eadem, ac priuationis ſuorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinẽda, ipſo facto, ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, ſeu admittere, vel iam admiſſas quoquo modo retinere audeant, ſeu præſumant. Quocirca dilecto filio noſtro, & dictæ ſedis in Regnis Hiſpaniarum prædictis, pro tempore exiſtẽti, Nuntio, ac dictorum monaſteriorum prælatis, & ſuperioribus, per præſentes mandamus, quatenus præſentes literas publicari, & præmiſſa omnia obſeruari faciant. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per prædictas, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcẽdo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumq; . Quia vero difficile foret, has literas ad omnia loca deferri, volumus, quod earum transſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcat. die 5. Ianuarij, 1589. Pont. noſtri, an. 4.

Bulla XIV.

SVMMARIVM.

Confirmatio, & innouatio omnium priuilegiorum fratrum Minorum de obſeruantia, quos vocant, Monialiumque Sanctæ Claræ, necnon de Pœnitentia nũcupatorum ordinibus per Summos Pontifices conceſſorum, nouiter per Sanctiſſimum Dominum noſtrum Sixtum huius nominis Quintum, facta fœliciter incepit.

Sixtus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Etſi Mendicantium ordines, & præſertim ſacer ordo Fratrum Minorum de obſeruantia, qui ſedulo ad vineam Domini Sabbaoth, Dei gratia, ordo ipſe magnos probitatis, & doctrinæ, ac animarum ſaluis fructus, ſemper olim attulerit: & quotidie afferre ſumma diligentia conatur, in eaque immenſum exhibere, non ceſſat famulatum, ſummo ſemper ſtudio (etiam cum in minoribus conſtituti eſſemus) amplexi fuimus. Ad ſummi tamen Apoſtolatus apicem (meritis licet imparibus) diuina fauente clementia aſſumpti, dum id mente recolimus, facere non poſſumus, quin eundem ordinem de obſeruantia, propenſiori charitate, & paterno affectu amplectamur, ac eumde pro ſuis ſanctis ſtudiis, honeſtiſque laboribus, ac pro animarũ ſalute, ab Apoſtolica ſede (cuius continue, pacem, & dignitatem ordo ipſe de obſeruantia fortiter tutatus eſt) tam ſpiritualia, quam temporalia ſubſidia, ornamentaque acceperint, & accipient, quibus, & ſancta ſua officia, ac vitam ſuam regularẽ, facilius, atque expeditius exequi, & tranſigere poſſint, & cæteræ religioſæ perſonæ, ordineſque alij, exemplo ipſorum promptiores, alacrioreſque ad ſua officia perſoluenda reddantur. Sane pro parte dilectorum filiorum Frãciſci à Tholoſa, miniſtri Generalis, & Thomæ de Maſſa, Cõmiſſarij generalis Ciſmontanæ familiæ prædicti ordinis de obſeruãtia, nobis nuper expoſitum fuit, quod cum ex ipſius ſedis prouiſione, ac benigna dignatione prouenire dignoſcatur, vt Romanus Pontifex, quandoq; prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificũ geſta innouet, ac Apoſtolica auctoritate, innouata, & reſtaurata muniat, & fulciat, & in priſtinum ſtatum reponat, ac reducat, necnon propterea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, nonnullas gratias, conceſſiones, indulgentias, peccatorum remiſſiones, abſolutiones etiam plenarias, libertates, prærogatiuas, fauores immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia priuilegia, & indulta, tam prædictis fratrum Minorũ, quam Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato ordinibus, illorumque ſuperioribus fratribus, monialibus, & ſororibus, ac vtriuſque ſexus perſonis, & monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcumque dictorum ordinum, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in genere, vel in ſpecie,

etiam

Digitized by Google

etiam per modum communicationis, ſiue extenſionis priuilegiorum, alijs ordinibus, eorumque domibus, & Eccleſijs, & vtriuſque ſexus perſonis ordinum mendicantium exiſten. conceſſorum conceſſerunt, aut iam conceſſa confirmarunt, & approbarunt, prout in ſingulis conceſſionibus, declarationibus, & literis eorundem prædeceſſorum expeditis, plenius dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, illaque ſæpius Apoſtolica auctoritate prædicta, munita exiſtunt, maiorem obtineant roboris firmitatem, pro parte eorundem Franciſci, & Thomæ nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt prædictis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, fauoribus, conſeruatorijs, declarationibus, facultatibus, diſpenſationibus, gratijs, conceſſionibus, indulgentijs, & indultis, pro illorum obſeruantia, noſtræ approbationis robur adijcere, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis, præſertim illis, qui ſub ſuaui religionis iugo, diuinis laudibus, & Chriſtianæ religionis augmento, incumbentium perſonarum, tranquillitati, & commoditati conſulimus, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur oportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quæcumque præmiſſa, ac omnia, & ſingula alia priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, fauores conſeruatorias, declarationes, facultates, diſpenſationes, gratias, conceſſiones, indulgentias, & indulta, ſpiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extenſionis inter ſe, & cum alijs ordinibus, Mendicantibus, & non Mendicantibus eiuſdem fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, & de pœnitentia tertio ordini, etiam in congregatione, ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum ordinis Minorum regularis obſeruantiæ huiuſmodi obedientia degentibus, ipſorumque ſuperiorum fratribus, monialibus, ſororibus, ac vtriuſque ſexus, etiam ſingularibus perſonis, necnon monaſterijs, Domibus, Eccleſijs, & locis quibuſcumque, in genere, & in ſpecie, etiam per ſolam ſignaturam, etiam viuæ vocis oraculo, vt præfertur, aut alias per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prædictam, ſub quacumque forma, & expreſſione verborum, conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon omnibus, & ſingulis in eis forſan contentis clauſulis, decretis, declarationibus quibuſcumque, ac ſingulas deſuper, etiam pluribus vicibus, confectas literas, & in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas datas, effectas, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus, & in ſuis eſſent inſerta, pro ſufficienter expreſſis habentes, dicta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, ex certa ſcientia, in his omnibus, in quibus decretis Concilij Tridentini non aduerſentur, approbamus, & confirmamus, ac innouamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari, necnon ordinibus fratrum Minorum regularis obſeruantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato, etiam in congregatione ſub obedientia fratrum Minorum de obſeruantia huiuſmodi degen. Superioribus fratribus, monialibus, etiam tertiarijs nuncupatis, ſororibus, perſonis, monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis prædictis etiam per modum communicationis, & extenſionis huiuſmodi, ſuffragari, illiſque vti, frui, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ, in omnibus, & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe eiſdem fratrum Minorum, ac Sanctæ Claræ, & tertio de pœnitentia ordinibus

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8. ar. 3. & 4.

per nos conceſſa fuiſſent, decernimus. Supplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum etiam de iuris neceſſitate aut alias quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quoſcumque defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdẽ. Quocirca, venerabilibus fratribus Calagurritan. & Leodien. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum cameræ Apoſtolicæ, generali Auditori, per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios faciant auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, plenum eorum effectum ſortiri, illiſque, omnes quos concernunt, pacifice frui, & gaudere, non permittentes quemquam deſuper, contra præſentium tenorem, ſub quouis prætextu, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingeret, omnia ſemper in priſtinum repoui, Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quaſcumque, de quibus eis videbitur cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacumque poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, ſicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, necnon Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacij Papæ octaui, etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & in Concilio Generali, de duabus dietis editis, dummodo vltra tres dietas, aliquis præſentium vigore ad iudicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis conſtitutionibus, ac Prouincialibus, ac capitularibus, ſtatutis & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Breuis, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem prædictam, etiam motu proprio, ac ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis, reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, aliiſque efficacioribus efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus derogamus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Verũ, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus foret opus eſſet deferri, volumus, & pariter Apoſtolica auctori-

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8. ar. 15.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8. ar. 12.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 11. art. 8.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8. ar. 11.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 8. ar. 3. vbi agitur de cõfer. motu proprio & ex certa ſcientia.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 9. ar. 6.

Vide in 1. 10. qq. 10. q. 9. ar. 6.

tate decernimus, quod illarum tranſumptis, manu alicuius ex Secretariis cuiuſuis prædictorum præfatorum Generalium, & ſuorum ſucceſſorũ, aut Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo officij alterius eorũdem, aut alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ Eccleſiaſticæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 3. Octob. 1587. Pont. noſtri, an. 3.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Pro inſtitutione Commiſſarii Generalis Indiarum, & quod vocem habent in Capitulo Generali.

SIxtus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ad regendos fratres Minores de obſeruantia degẽtes in partibus Indiarum, ſiue totius noui orbis, chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ditioni ſubiectarũ, præter duos commiſſarios vndecim miniſtros prouinciales, & duos cuſtodes, qui totidem prouinciis illarum partium præſunt, etiam vnus cõmiſſarius Generalis deputari ſoleat, ſecundum ſtatuta in congregatione Toletana inſtituta, qui ſupremã in omnes perſonas regulares dicti ordinis, in illis regionibus, poteſtatẽ habeat, & licet in capitulis Generalibus eiuſdem ordinis, quæ pro tempore celebrantur, præfatum commiſſarium Generalẽ pro tẽpore exiſtentem intereſſe deceat, ac eius præſentia, ex eo quod de rebus, & negotiis, deque ſtatu, & indigentiis ipſius ordinis plene inſtructus, & informatus eſſe ſolet, ſit admodum fructuoſa, & quodam modo neceſſaria, vocem tamen actiuam, & paſſiuã in dicto capitulo generali iuxta literas fęlicis recordationis, Leonis Papæ Decimi, noſtri prædeceſſoris, & forſan alia ipſius ordinis ſtatuta minime habeat, non mediocriter expedire, & rationi conſonũ eſſe iudicauimus, vt quoniam ex miniſtris prouincialibus, & cuſtodibus, quam plures, ob locorum interuallum, ac diſtantiam, ad capitula generalia accedere nõ poſſunt, & plerumque eorum aliquis deeſt, ſaltẽ Cõmiſſario Generali præfato, vox actiua, & paſſiua concedatur, præſertim cum hoc ipſum valde gratum, & acceptum præfato Philippo Regi fore exiſtimemus, ac tam Vltramontani, quam Ciſmontani fratres, communiter in hoc concurrant. Quare nos, bono regimini eiuſdem ordinis conſulere volentes, ac de religionis zelo, aliiſque probitatis, & virtutum meritis dilecti filij Hieronymi de Guzman, moderni Commiſſarij, plurimum in Domino cõfiſi motu proprio, tam eidem Hieronymo, quam cuius alteri pro tempore futuro Cõmiſſario Generali dicti ordinis, in partibus prædictis, vt ĩ generali, in domo B. Mariæ de Aracæli de vrbe, congregato capitulo, & quibuſlibet aliis capitulis Generalibus congregationis, & in omnibus actib. eorum capitularibus, quæ in futurum vbilibet in locis celebrabuntur, in electione generalis miniſtri, & alias, in omnibus, ac per omnia, vocem actiuam, & paſſiuam, tenore præſentium perpetuo cõcedimus, & indulgemus, decernẽtes præfatum Hieronymũ, & pro tempore exiſtentem commiſſarium generalem, ad vocem actiuam, & paſſiuam, & locũ huiuſmodi per eos, ad quos ſpectat, omni, & quacumque cõtradictione, appellatione, ac recurſu remotis, recipi & admitti debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper iis à quoquam, quauis authoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus dicti Leonis prædeceſſoris, literis Apoſtolicis eidem ordini, ac illius ſuperioribus, ac perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiã ſi pro illorum ſufficiẽti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores, huiuſmodi pro expreſſis, ac de verbo ad verbũ inſertis habentes, ad effectum præſentium dũtaxat lariſſime derogamus. Cæteriſque contrariis quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 15. Maij. 1587. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Indulgentia plenaria pro feſtiuitatibus ſanctorum ordinis Minorum.

SIxtus Papa Quintus, Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à primæua inſtitutione regulæ Beati Franciſci, tam ob illius, & Sanctorum Antonij de Padua, Ludouici Epiſcopi, & confeſſoris, Bonauenturæ, & Bernardini, necnõ Diuæ Claræ, aliorumque eiuſdem ordinis ſequacium ſanctitatem, & miraculorum multitudinem, quam etiam, ob multorum ipſius Religionis ſummorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum merita, ingens vbique Chriſti fidelium multitudo, ſingularẽ erga quemcumque dictorum Sanctorum gerat deuotionis affectum. Nos vt ipſorum fidelium deuotio huiuſmodi, non modo conſeruetur, ſed in dies magis augeatur, animarumque ſaluti vberius cõſulatur, precibus etiam dilecti filij Clementis Bontadoſij ordinis fratrum Minorum conuentualiũ, Magiſtri, Generalis, ſuper hoc nobis humiliter porrectis inclinati, tam omnibus, & ſingulis dicti ordinis Minorum Conuentualium, Capuccinorum, & de obſeruantia nuncupatorum fratribus, & monialib. quam cæteris vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui vere pœnitentes, & confeſſi, ac Sanctiſſima Communione refecti, diebus feſtis Sanctorum Frãciſci, Antonij de Padua, Bonauẽturæ, Ludouici Epiſcopi & confeſſoris, ac Bernardini prædictorum eorumdem fratrum Minorum conuentualium, Capucinorum, & de obſeruantiæ, necnon die feſtiuitatis Sanctæ Claræ Monialium dicti ordinis Monaſteriorũ, vbilibet conſtitutorum Eccleſias, tam erectas, quã erigendas, vel earum aliquam, à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis eorumdem dierum, ſingulis annis deuote viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, & ſanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deũ preces effuderint, quo die præfatorum id egerint plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgẽtiam, & remiſſionem, miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur, præſentibus, perpetuis futuris temporibus valituris. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Vt autem præſentes literæ ad ipſorum Chriſti fidelium notitiam facilius, citiuſque perueniant, volumus, quod earum exemplis etiam impreſſis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romę, apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris die vigeſimo octauo Septembris, Milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Pont. noſtri, anno 1.

Bulla

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Fratres Capuccini de cætero non recipiant, neque retineant fratres de obſeruantia, neque fratres de obſeruantia ad Capuccinos ſe transferant, ſine ſpeciali licentia Romani Pontificis, vel generalis, ſeu Prouincialium Miniſtrorum de obſeruantia.

SIxtus Papa Quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Pro ea, quam præcipuã gerimus erga ſanctum Franciſcum deuotione, illius familiã vniuerſam, paterno amore complectentes. ea ſtudemus de medio tollere, quæ diſſidij inter ipſos religioſos eius regulam ſectantes, occaſionem præbent, aut iis qni leuitate animi, minus conſtantes perſiſtuot in obedientia, cui ſe ipſos dicauerunt, ab ea ſe ſubtrahendi viam aperiunt. Sane iã pridem fœlicis recotdationis, Paulus Papa Tertius, & Iulius etiam Tertius, Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, inſtis de cauſis adducti, prohibuerunt, ne vllo modo fratres de obſeruãtia, ſine ſuorum generalium, vel prouincialium licentia in ſcriptis habita, ad congregationem Capuccinorum ſe transferre, ſine ab ipſis Capuccinis recipi, aut in illorum domibus retineri, poſſent, vel deberẽt, certis etiam grauioribus pęnis adiectis, pro vt in illorum literis plenius cõtinetur. Quare nos quoque eorundem prædeceſſorum exẽpla ſecuti, toto negotio cum quibuſdam ex venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus communicato, ac diligenter conſiderato, literarum huiuſmodi tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, de eorundem Cardinalium conſilio, etiam de nouo, auctoritate Apoſtolica per præſentes diſtrictius incerdicimus, tam ipſis Capuccinis, ne quemquã eoruodem fratrum de obſeruaoria, poſt emiſsã profeſſionem regularem, iuxta inſtituta einſdem ordinis de obſeruantia, ad eos quouis habitu, & quacumque de cauſa tranſeuntem: ſine noſtra, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis licentia ſpeciali, per literas Apoſtolicas expreſſam, & in ſpecie, non antem per clauſulas generales idem importantes, præſentis prohibitionis mentionem, & derogationem continentes, aut eorumdem generalis, vel prouincialium miniſtrorum fratrum de obſeruantia, licentia in ſcriptis, vt præfertur, obtenta, admittere, recipere, & retinere: quam fratribus de obſeruantia prædictis, ne quiſquam eorum ad congregationem Capuccinorum ſine huiuſmodi licentia ſe transferre in futurum præſumat. In ſingulos vero Capuccinorũ ſuperiores, Prouinciales Miniſtros, domorum Guardianos, Vicarios, ſeu Præſidentes, necnon ipſos fratres de obſeruantia, qui in præmiſſis quoquomodo contrauenerint, excõmunicationis ſententiam ferimus: eoſque omnibus, & quibuſcũque dignitatibus, adminiſtrationibus, & officiis per eos pro tempore obtentis, auctoritate præſentium priuamus, & ad futura, & quoſcumque actus legitimos exercendos inhabiles eſſe volumus eo ipſo. Decernentes receptiones, admiſſiones, & retentiones quaſcumque de illis, ex quauis cauſa, ſine dicta licentia faciendas, nulla omnioo firmitate ſubſiſtere, neminemque penitus vlli voto, aut promiſſioni etiã iuramento, aliaue ſolemnitate roboratis, obligare poſſe. Præſenteſque literas, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intẽtionis noſtræ, vel quouis alio defectu notari, ſeu impugnari, aut ſub prætexta, quod contra alias Apoſtolicas, ac Canonicas Sanctiones, iam pridẽ vſu receptas (quod ſcilicet vnicuique regulari ad arctiorem regulã, & religionem tranſeunti petita dũtaxat, ac etiam non obtẽta ſuperiorum licentia, trãſitus libere, & licite) reuocari, aut inualidari, ac ad terminos iuris reduci nõ poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere. Sicq; in præmiſſis vniuerſis, & ſingulis per quoſcumque iudices, & Commiſſarios ordinarios, & delegatos, ac S.R.E. Cardinales, ac cauſarum Palatij Apoſtolici Anditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretãdi facultate. & authoritate, indicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes Vniuerſis, & ſingulis locorum ordinariis, vt quando, vbi, & quoties opus fuerit, ac pro parte alicuius ex fratribus de obſeruantia huiuſmodi fuerint requiſiti, præſentes literas ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittant quemquam ex prædictis, ſiqui forſan in poſterum ſe de facto transferre præſumpſerint contra earũdem præſentium continentiam, & tenorem, in aliqua domo, ſeu loco ipſorum Capuccinorum admitti, recipi, & retineri. Contradictores quoslibet, & rebelles, eiſq; auxilium, conſilium, vel fauorem, directe, vel indirecte, quomodolibet præſtantes, per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas. aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, & cenſuras ipſas etiam iteratis vicib. aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Cõciliis etiam Generalibus, editis, ac ordinis, & congregationis Capuccinorum prædictorum iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, necnõ facultatibus, diſpenſationibus, & indultis ipſi congregationi Capuccinorum, eorumq; ſuperioribus, & perſonis, aut domib. quibuſcumq; recipiendi, vel retinẽdi fratres de obſeruãtia, etiam ſuorũ ſuperiorum licentia petita dũtaxat, & non obtenta, aut nõ petita tranſeuntes, tam expreſſe, & principaliter, quã per communicationem ad inſtar aliorum ordinum, & congregationum, quorum gratiarum, & indultorũ ipſi forſan Capuccini participes effecti ſunt, etiam ſi pariformiter, & æque principaliter, ipſa communicatio, & extenſio facta fuerit per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores aut ſucceſſores noſtros, etiã motu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac de eorũdem Cardinalium conſilio pro tempore, conceſſis, approbatis, innouatis: quæ omnia, ac deſuper confectas literas, proceſſuſque habitos per eaſdẽ, quatenus præmiſſis ĩ aliquo aduerſantur, abrogamus, caſſamus, & annullamus. Aut ſi ipſis Capuccinis, eorũq; Prælatis, & ſuperioribus, vel quibuſuis aliis, cõiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit ſede indultũ, quod literis reuocatoriis: ſub quacũq; formula editis, nullatenus, vel niſi modis, & formis in huiuſmodi indultis cõtẽtis, parere, & ob nõ paritionem aliquas ſnĩas, cẽſuras, & pœnas incurrere, aut alias interdici, ſuſpẽdi, vel excõicari nõ poſſint per literas Apoſtolicas nõ facientes plenã, & expreſsã, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionẽ, ẽt quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, exẽptionib. & literis Apoſtolicis, Generalib. vel ſpecialibus, ẽt motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ſimilibus, cõceſſis, quorũcumq; tenorum exiſtant, per quæ præſentibus nõ expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earũ impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Quæ omnia volumus nemini cõtra prædicta in aliquo ſuffragari. Cæteriſq; contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publi

ci ſubſcriptis,& alicuius Prælati Eccleſiaſtici,eiuſq;
Curiæ ſigillo obſignatis,eadem fides vbique in iu-
dicio.& extra illud habeatur,quæ eiſdem præſenti
bus adhiberetur,ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ.Da-
tum Romæ,apud Sanctum Petrum,ſub annulo Pi-
ſcatoris, die vigeſimo octauo Ianuarij,Milleſimo
quingenteſimo octuageſimo ſexto,Pōt.noſtri,an.1,

Bulla XVIII.

SVMMARIVM,

Confirmatio quarumcumque gratiarum, immunitatum, & priuilegiorum Sancti Ioannis Hieroſolymitani.

SIxtus Papa Quintus,Ad perpetuam rei memo-
riam.Etſi ex noſtri Paſtoralis officij debito, ſub
Religionis habitu Domino famulantibus, quibuſli
bet,in his præcipue, per quæ eorum profectibus
conſulatur, nos fauorabiles, & benignos eſſe de-
ceat, fratrum tamen Hoſpitalis Sancti Ioannis Hie
roſolymitani,qui Crucis mirificæ ſuſcepto ſignacu
lo,circa fidei Orthodoxæ,tuitionem nullis labori-
bus,nullisve corporum parcendo periculis, contra
Chriſti nominis hoſtes continue pugnare non for-
midant,religionem floridam paternis contemplan
tes affectibus,ea quæ eis, pro eorum proſpero ſta-
tu,commodo, & quiete per Romanos Pontifices
prodenter conceſſa reperimus,vt illibata,firmaque
perpetuo ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ
munimine roboramus. Cum itaque, ſicut accepi-
mus,licet alias felicis recordationis,Leo Decimus,
1 Clemens Septimus,Paulus Tertius, Pius Quartus,
& Pius Quintus, Romani Pōtifices prædeceſſores,
noſtri,inter alia priuilegia, & indulta dilectis filiis,
Magiſtro, & conuentui Hoſpitalis Sancti Ioannis
Hieroſolymitani,à ſede Apoſtolica conceſſa, eun-
dem,& pro tempore exiſtentem Magiſtrum,Baiu-
liuos,Caſtellanum Empoſtæ,priores,præceptores,
milites, aliaſque perſonas hoſpitalis huiuſmodi,
necnon eorum ſubditos,vaſallos,colonos, & ſerui
tores,ac alios in eorum obſequiis,& dicti Hoſpita-
lis beneficiis,quomodolibet nuncupatis exiſtentes
etiam presbyteros curam animarum exercentes,
quandiu illam exercent.& in illorum obſequis fo-
rent,illorumque animalia,prædia,domos,molendi
na,& bona quæcumque,quæ obtinebant,& in po-
ſterum obtinerent,& poſſiderent,à ſolutione, & e-
xactione,decimarum,cenſuum,iurium etiam ſyno
dalium,& canonicarum portionum,ſeu charitatiui
ſubſidij,aut iucundi aduentus,ſeu quartæ,aut alias
quomodolibet,aut aliorum quorumcumque one-
rum,ſub certis modo,& forma exemerint, & libe-
rauerint,prout in diuerſis ipſorum prædeceſſorum
deſuper confectis literis,plenius continetur. Et li-
cet ipſi milites, & aliæ perſonæ prædictæ non de-
buiſſent,neque deberent à quoquam contra dicto
rum priuilegiorum tenorem, & formam moleſta-
ri,perturbari,vel inquietari,cum ipſi non modo eo
rum facultatibus,& fortunis, verum etiam ſangui-
ni,& vitæ pro tuitione fidei Catholicæ non parcāt,
nihilominus diuerſi locorum ordinarij,&parochia
2 lium Eccleſiarum rectores, ac multæ capitulares
perſonæ,id ſibi omnino,iuxta Sacri Concilij Tridē
tini decreta,licere aſſerentes,eoſdem magiſtrū,Ba-
iuliuos,& Caſtellanum Empoſtæ,priores, præcep-
tores,militea,& perſonas,diuerſis oneribus,contra
eorum priuilegia prægrauare,illoſque ad decimas,
cenſus,ſubſidia etiam charitatiua,congruas portio
nes,iocundum aduentū,paſtor bonus,aut alias nun
cupata onera,etiā iura ſynodalia cogere præſumāt,
in graue ipſius Hoſpitalis detrimentū,& grauamē,

Nos igitur attendentes Hoſpitalis prædicti multa
eſſe in fidem Catholicam & Sedem Apoſtolicā me
rita,nobis,& venerabilibus fratrib. noſtris, S.R.E.
Cardinalibus,nō incognita:Magiſtrum, Baiuliuos,
Caſtellanū Empoſtæ,præceptores,milites, fratres,
& eorum ſingulos,& ſingulares dicti hoſpitalis per
ſonas,à quibuſuis excommunicationis,ſuſpēſionis,
& interdicti,aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœ-
nis,à iure,vel ab homine,quauis occaſione,vel cau
ſa latis,ſi quibus quomodolibet innodati exiſtūt,ad
effectum præſentiū duntaxat conſequendū, harum
ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cēſentes, necnō
omniū,& ſingulorū priuilegiorū,indultorū, facul-
tatum,exēptionum,immunitatū,libertatum, & gra
tiarum,per præfatos, & alios Romanos Pontifices
quoſcumque, prædeceſſores noſtros, ac Sedem A-
poſtolicam,hoſpitali,illiuſque magiſtro, Conuen-
tui,& fratribus,militibus,aliiſque perſonis præfa-
tis,hactenus conceſſorum,ac literarū deſuper con
fectarum tenores,præſentibus pro expreſſis haben
tes. Motu proprio,non ad Magiſtri, & conuentus
hoſpitalis huiuſmodi, aut alicuius alterius ſuper
hoc pro eis,nobis oblatæ petitionis inſtantiam,ſed
ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, &
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,omnia,& ſingu-
la priuilegia,indulta,facultates,exemptiones, im-
munitates,libertates,& alias gratias,eiſdem Magi
ſtro,& Conuentui,quomodolibet conceſſa,Apoſto
lica authoritate,tenore præſentium confirmamus,
& approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis
firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos
tam iuris,quam facti defectus, ſiqui forſan interue
nerint in eiſdem,ſupplemus. Decernentes præſen- 3
tes literas nullo vnquam tempore, de ſubreptio-
nis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ,
vel quopiam alio defectu,etiam ex eo,quod loco-
rum ordinarij vocati non fuerint,notari,impugna- 4
ri,vel inualidari minimè poſſe,minuſque, ſub qui-
buſcumque ſimilium, vel diſſimiliū gratiarū reuo-
cationibus,limitationibus,reſtrictionibus, & dero-
gationibus,comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis
exceptas,& quoties illa emanabunt, toties in priſti
num ſtatum reſtitutas,repoſitas, & reintegratas eſ
ſe.Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcum-
que iudices, & Commiſſarios quauis authoritate
fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolic. Au-
ditores ac S.R.E. Cardinales,ſublata eis,& eorum
cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi
facultate,& authoritate,iudicari, & diffiniri debe-
re,ac irritum,& inane,ſi ſecus ſuper his à quoquā,
quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari. Quocirca,dilectis filiis, in regnis
Hiſpaniarum, & Neapolitano noſtris, & ſedis A-
poſtolicæ, pro tempore exiſtentibus nunciis, aut
Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, generali Au
ditori,per præſentes motu ſimili mandamus; qua-
tenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum, per ſe,vel aliū,
ſeu alios,præſentes literas, & in eis contenta quæ-
cumque,vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro
parte eorumdem Magiſtri, & Conuentus fuerint
requiſiti,ſolemniter publicantes,eiſque in præmiſ-
ſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant
authoritate noſtra,eoſdem Magiſtrum,& conuen-
tum,confirmatione,approbatione,adiectione, ſup
pletione,decreto,& aliis præmiſſis,pacifice frui, v-
ti,& gaudere,non permittentes eos per ordinarios
præfatos,aut quoſcumque alios, cōtra præſentium
tenorē,quomodolibet moleſtari,perturbari,aut in
quietari:Contradictores quoslibet,& rebelles,per
ſententias,cenſuras,& pœnas Eccleſiaſticas,appel-
latione poſtpoſita compeſcēdo,ac legitimis,ſuper,
habendis,ſeruatis proceſſibus,ſententias, cenſuras,
& pœnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illaſq;
etiam

etiam iteratis vicibus aggrauando interdictumque Eccleſiaſticũ apponendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularibus. Non obſtã tibus piæ me. Bonifacij Papæ octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij Generalis, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis authoritate præſentium, ad Iudiciũ non extrahatur: ac aliis quibuſuis Apoſtolicis, necnon Prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetodinibus, priuilegiis quoque, indultis & literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis, etiam præfatis locorum ordinariis, ſub quibuſcũque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu, & ſcientia, ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, & de fratrum noſtrorũ conſilio, in contrarium quomodolibet cõceſſis, cõfirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenorib. ſpecifica, expreſſa, & iodiuidua mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habẽda, aut aliqua alia forma ad hoc ſeruanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti foret, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permãſuris, hac vice dũtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus, cõmuniter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultũ, quod interdici, ſuſpendive, excõmunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes, plenã, & expreſſam, ac de verbo ad verbũ, de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quod fœlic. recor. Pij Quinti 22. ſemptembris, anno ſexto, ac Gregorij Tertij decimi, prædeceſſorum noſtrorum literis ſub annolo Piſcatoris, 25. Nouembris, anno nono pontificatus ſui, expeditis, in ſuo robore, & efficacia permanentibus, præſentes literæ non comprehendant, neque Eccleſias, neque perſonas in his, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilij Tridẽtini huiuſmodi omnino ſeruari. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Martij, 1586. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Approbatio, & confirmatio ſocietatis, Miniſtrantiũ infirmis Hoſpitalium, & aliorum locorum, Romæ nuper inſtituta, cum licentia colligẽdi eleemoſynas.

Sixtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriã. Ex omnibus Chriſtianæ charitatis officiis, quibus æterna ſalus, per gratiam Dei comparatur, illa Redemptori noſtro Ieſu Chriſto, vel maxime placere credimus, per quæ pauperes Chriſti infirmi, & in hoſpitalibus exiſtentes, in neceſſitatibus ſuis ſpiritualibus, & corporalibus adiuuantur. Quod genus officij, dilectus filius, Camillus de Leliis, Theatinæ diœceſis, & alij eius ſocij, quam Deo gratum, & ſaluti animarum neceſſarium eſſe intelligentes, hiſce diebus erga pauperes Chriſti, in hoſpitalibus vrbis noſtræ, nõ minori affectu, quam mater, erga quem vnice educauit filium, demonſtrarunt, & quotidie hos, modo cum omni, qua decet manſuetudine, & Charitate, ad patientiam, alios, ad Sacramentorum Eccleſiaſticorum ſuſceptionem, cõmonendo, alios in articulo mortis conſtitutos, conſolando, & denique ad bene moriendũ, die, noctuque hortãdo, demonſtrare non ceſſant, idemque præſtare intendũt, tẽpore etiam (quod abſit peſtilentiæ) Hi itaq; Camillus, & ſocij in ſimul, & in cõmuni ſub paupertate, caſtitate, & obedientia, ita tamen, vt voto adſtricti non ſint viuere, & Altiſſimo, ac eius pauperib. famulari proponentes, vnam inter ſe ſocietatẽ, ſeu Congregationem, ſub vocabulo, ſeu nomine, Miniſtrantium infirmis, cuius principale inſtitutũ eſt, ſpeciali quodam Charitatis feruore infirmis prędictis inſeruire, ſub noſtro, & ſedis Apoſtolicæ beneplacito inierunt, ſperãtes ex hoc, multis incommodis, & periculis, in quæ ſæpe numero dicti infirmi, ob defectum talium miniſtrorum inciderunt, obuiam iri, ac ſalutem animæ, & corporis, multaque Chriſti fidelibus commoda parari. Nos eorum ſupplicationibus inclinati, ac de huiuſmodi pio propoſito, & viuendi modo, quo ipſi intendũt vti, plene etiam ex relatione dilectorum filiorum noſtrorum Sanctę Romanæ Eccleſię Cardinalium, ſuper 4
conſultatione, & cauſis Epiſcoporum, ac Regularium, ac viſitatione Apoſtolica deputatorum inſormati, & certa noſtra ſcientia, congregationem ſub vocabulo, ſeu nomine ſocietatis Miniſtrantium infirmis, per vnum maiorem Miniſtrum, ſeu ſuperiorem (qui presbyter eſſe, ac per eandem Congregationem de triennio in triennium, per maiorem partem ſuffragiorum, eligi debeat) regendam, & gubernandam, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus; ſupplentes omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſiqui interuenerint in eiſdem. Et quia dicta Congregatio, proprietate rerum temporalium 5
carere inſtituit. Nos pariter Camillo, & præfatis, ac pro tempore exiſtentibus ipſius Congregationis ſociis, & aliis ab eis deputatis, & deputandis, quod eleemoſynas vbicumque, præterquam intra Eccleſias, monaſteria, & loca pia colligere, ac in dictæ congregationis communes vſus conuertere, Vicarij vrbis, ſeu cuiuſuis alterius licentia deſuper minime requiſita, dictaque pietatis opera, erga quoſcũque infirmos in quibuſcumque hoſpitalibus, ſeu aliis dictæ vrbis locis, à dictorum hoſpitalium, ſeu locorum prędictis, vel adminiſtratoribus vocati, ſeu de eorum licentia, vel conſenſu exercere, ipſeque ſuperior, vel maior miniſter, qui (vt præfertur) presbyter eſſe debet, & alij eiuſdẽ congregationis presbyteri, dummodo alias ſint idonei, & ab vrbis Vicario approbati, infirmorum, & ægrotantium in dictis hoſpitalibus, & locis exiſtentium, confeſſiones audire (ſine præiudicio eorumdem Hoſpitalium, aut locorum, vel eorum officialium, ſeu adminiſtratorum) libere, & licite valeant, tenore præſentium, facultatem concedimus, & indulgemus. Ita tamen, vt tam ſuperior, quam alij dictæ cõgregationis ſocij, ipſius congregationis ſtatuta, & ordinationes iã factas, & pro tempore faciendas (dummodo illa, quandiu ab Apoſtolica ſede approbata nõ fuerint, per ipſius congregationis protectorem reuiſa, & approbata ſint) in communi, ex piorum dictis eleemoſynis viuant. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decimo octauo Martij, Milleſimo quingenteſimo octoageſimo ſextu, Pontificatus noſtri, anno primo.

Bulla XX.

SVMMARIVM.

Confirmatio gratiarum, Indulgentiarum, exemptionum, & priuilegiorum ordinis Carthuſienſis.

Sixtus Papa V. Ad perpetuam rei memoriã. Pro
noſtra propenſa charitate,& paterno affectu er
ga ſacrũ Carthoſienſiũ ordinẽ,quẽ virtus Altiſſimi
ad laudẽ ſui nominis,iã ſupra quingentos annos,in
Eccleſia Militanti cõſtituit,volentes illius profeſſo
res non minoribus fauoribus Apoſtolicis proſequi
quã fecerunt alij Romani Põtifices prædeceſſores
noſtri,humilibus ſupplicationibus dilecti filij Igna
tij Pirrhoni eiuſdẽ ordinis, & domus Carthuſiæ
Beatæ Mariæ,& omniũ Angelorũ, & Martyrũ Dei
1 de vrbe Prioris,nomine dilecti itidẽ filij,Hierony-
mi Mercãtis,Prioris maioris Carthuſiæ, ac Mini-
ſtri Generalis,ipſius ordinis,in hoc nobis porrectis
benigne annuẽtes,omnia,& ſingula priuilegia,præ
rogatiuas,fauores,diſpẽſationes,facultates, cõceſ-
ſiones,immunitates,libertates,exẽptiones,cõſerua
torias,peccatorum remiſſiones,etiã plenarias,gra-
tias,cæteraq; indulta,ſpiritualia,& tẽporalia, ac li-
teras,& alia quæcũq; documenta, ẽt per ſolã ſignatu-
rã,aut viuæ vocis oraculo deſuper cõfecta, ordini
præfato Carthuſienſi,illiuſq; tã virorũ, quã mulie-
rũ Eccleſiis,domibus, & locis, necnon Prioribus,
Prioriſſis,& aliis ſuperiorib. Religioſis,Monachis,
conuerſis,Monialibus,donatis,Nouitiis,ſeruitorib.
familiaribus,agricolis,& perſonis quibuſcũq; nũc,
& pro tẽpore exiſtentibus,illorũque bonis,& reb.
per quoſcumq; Romanos Põtifices prædeceſſores
noſtros,& ſedẽ Apoſtolicã,motu proprio, ſeu alias
quouis modo, ſiue cauſa,cõiunctim,vel diuiſim,tã
in ſpecie,quã in genere,etiã per modũ declaratio-
nis,cõicationis,& extenſionis,actiue, vel paſſiue in
ter ſe,aut cũ aliis quibuſuis ordinibus regularibus,
ſub quauis verborũ forma,& expreſſione, etiã ite-
ratis vicibus cõceſſa, approbata,& innouata,illorũ
omniũ,& ſingulorũ,etiãſi talia continerent,quæ nõ
generali ſermone cõprehenderentur, ſed ſpecialẽ,
ac indiuiduã mentionẽ requirerent,tenores, & ef-
fectus,ac ſi de verbo ad verbũ infererentur, & ſpe
cifice hic enarrarentur,pro plene,& ſufficienter ex
preſſis habẽtes,in his oĩbus [quibus decretis ſacri
œcumenici Conc. Trid. non repugnãt, Apoſtolica
2 auctoritate,ex certa ſcientia noſtra, harũ ſerie ap-
probamus,confirmamus,& præſentis ſcripti patro
cinio cõimus,ac illis perpetuæ firmitatis robur adii
cimus,atque inuiolabiliter obſeruari: necnõ omni
bus,& ſingulis,quos cõcernere quomodolibet poſ
ſunt perpetuo ſuffragari debere,eiſq;,quod nulla-
tenus derogari poſſit;ſupplẽtes omnes, & ſingulos
iuris,& facti,ac ſolennitatũ, ẽt de iuris neceſſitate,
aut alias quomodolibet requiſitatũ, forſan omiſſa-
rũ,& alios quoſcũq; defectus,ſiqui forſan interue-
nerint in eiſdẽ;Sicque per quoſcumque iudices,&
Commiſſarios,etiã Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Car
dinales,ac cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores,in
quauis cauſa,& inſtantia,ſublata eis,& eorum cuili
bet quauis aliter iudicandi,& interpretandi facul
tate,iudicari,ac definiri debere. Et ſi ſecus ſuper his
à quoquam,quauis authoritate,ſciẽter,vel ignorã
ter attentari contigerit,irritum, & inane decerni-
mus. Mandantes huius ordinis,Sanctæ Romanæ Ec
cleſiæ apud nos,& ſedẽ Apoſtolicã Cardinali Pro-
tectori, ſeu viceprotectori pro tempore exiſtenti,
curiæque cauſarum cameræ Apoſtolicæ generali
Auditori,ac omnibus,& ſingulis,tam Metropolita
narũ,quam Cathedraliũ Eccleſiarũ Epiſcopis, Ca-
nonicis,aliiſq; perſonis in dignitate Eccleſiaſtica,
& vbique locorum conſtitutis, corã quibus prædi
ctorum priuilegiorum literæ,vel illorum authẽti-
cum tranſumptũ præſentari cõtigerit, vt ipſi duo,
aut vnus eorum,per ſe,vel aliũ, aut alios eidẽ Car-
thuſienſi ordini, illiuſque Eccleſiis,domibus, Mini
ſtro generali,Prioribus,Prioriſſis,Monachis,cõuer
ſis,Monialibus,donatis, Nouitiis,ſeruitorib. fami-
liaribus,& aliis perſonis,& vtriuſq; ſexus Religio-
ſis,boniſque,& rebus eorum,tam in genere,quam
in ſpecie, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes,
faciant illos,illas,ac illa,quos,quas,& quæ, vt præ-
fertur,concernunt,priuilegiis, immunitatibus, in-
dultis,cæteriſq; prædictis,ac illorũ præſenti confir
matione,approbatione,adiectione,decreto,& aliis
noſtris huiuſmodi,tacite,vel expreſſe cõtentis, pa
cifice vti,frui, & gaudere: Non permittentes per
quemquam,quauis authoritate fungẽtem,tempo-
rali,vel ſpirituali deſuper, indebite moleſtari, ſub
quouis defectu,& cauſa, etiam defectu intentionis
noſtræ:contradictores, & rebelles quoſcumq; per
cenſuras Eccleſiaſticas,& pecuniarias pœnas, ac a-
lia iuris opportuna remedia, apellatione poſtpoſita
compeſcendo,illaſque incidiſſe declarando, ac le-
gitimis ſuper his habendis,ſeruatis proceſſibus,cẽ
ſuras,& pœnas antedictas etiam iteratis vicibus ag
grauando,inuocato quoque ad id,ſi opus fuerit,au
xilio brachij ſæcularis. Non obſtãtibus præmiſſis,
& de duabus,non tamen tribus dietis,necnon aliis,
tam Apoſtolicis,quam in quibuſuis generalib. Pro
uincialibus,Synodalibuſve Conciliis,æditis conſti-
tutionibus,& ordinationibus,ſtatutis quoque, vſi-
bus,naturis,& conſuetudinibus,etiam iuramento,
cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia
roboratis:priuilegiis inſuper,indultis, & literis A-
poſtolicis à quibuſuis Romanis Pontificibus præ-
deceſſoribus noſtris,& ſede Apoſtolica, etiã in for-
ma Breuis, de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ,
motu proprio,& ex certa ſciẽtia, ac per modũ le-
gis,& ſtatuti perpetui,ſimilium, vel diſſimiliũ gra-
tiarum,& priuilegiorum reuocatoriis, limitatiuis,
declaratiuis,annullatiuis,mentis atteſtatiuis, dero-
gatoriarum derogatoriis,cum quibuſuis efficacio-
ribus,efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, & decre-
tis,etiam irritantibus quomodolibet, etiam itera-
tis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis, ac
omnibus,quæ ipſi prædeceſſores noſtri,eorum lite
ris non obſtare voluerunt. Quibus omnibus,& ſin
gulis, etiamſi de illis, eorumq; totis tenoribus,ſpe-
cialis ſpecifica,& expreſſa,& indiuidua, ac de ver-
bo ad verbum, non autem per clauſulas generales
idẽ importantes,mentio, ſeu quæuis alia expreſſio
habenda, aut forma exquiſita ad hoc ſeruanda fo-
ret,etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis
nullatenus,aut niſi ſub certo modo,& forma,dero
gari poſſit; tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad
verbum,nihil penitus omiſſo, & forma in illis tra-
dita obſeruata,inſerti forent, præſentibus pro ſuffi
cienter expreſſis,& inſertis habentes,latiſſime, mo
to,ſcientia,& authoritate ſimilibus derogamus, &
cæteris contrariis quibuſcumque. Cæterum, quia
difficile eſſet,has noſtras literas ad ſingula loca de-
ferri, volumus pariter, & Apoſtolica authoritate
ſtatuimus,qđ illarũ exẽplis,ẽt impreſſis ſigillo dicti
Card. protectoris,ſeu viceprotectoris,vel alicuius
curiæ Eccleſiaſticæ,atq. notarij publici ſubſcriptio
ne munitis,eadẽ prorſus fides,in iudicio, & extra,
vbique adhibeatur,quæ huiuſmodi originalib. no-
ſtris literis adhiberetur,ſi forent exhibitæ, vel oſtẽ
ſæ. Dat. Romæ,apud S. Petrum, ſub annulo Piſcato
ris,die 3. Nouemb. 1588. Pont. noſtri,anno 4.

Bulla XXI.

Pro congregatione Sancti Bene dicti Portugalliæ.

SVMMARIVM.

1 *Sixtus Papa Quintus, narratis breuiter literis Pii V. confirmat omnia contenta in literis dicti Pii V. & de nouo concedit.*

2 Ti-

2 *Titulum Abbatiarum perpetuarum extinguit, vnit monaſteria Congregationi, quam literis præfatis non erant nominata.*
3 *Quod monachi apprehendant poſſeſſionem monaſteriorum ſine præiudicio obtinentium, quoad temporalia.*
4 *Concedit facultatem transferendi monaſteria in alia loca, cum monachis, & ornamentis.*
5 *Concedit etiam omnia, & ſingula priuilegia Congregationum Sācti Hieronymi Caſſinenſis, Valliſoleti, & Ciſtercienſis.*
6 *Deputat iudices, qui aſſiſtant, & obſeruent omnia contenta in prædictis literis.*

Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium, nos inducit, vt votis catholicorum Principum, per quæ perſonarū Religioſarum, ſub ſuaui religionis iugo, Altiſſimo famulantium, indemnitatibus, ac commoditatibus ſalubriter valeat prouideri, libenter annuimus: eaque fauoribus proſequimur oportunis. Sanè pro parte Chariſſimi in Chriſto filij noſtri, Philippi Hiſpaniarum, ac Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Catholici, nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod aliàs, poſtquam fœ. re. Pius Papa Quintus prædeceſſor noſter, claræ memoriæ Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis, ſupplicationibus inclinatus, Vnam congregationem omnium, & ſingulorum monaſteriorum monachorum ordinis S. Benedicti in Regno Portugalliæ conſiſtentium, quæ de iure patronatus, ipſius Sebaſtiani Regis exiſtebant, ſub inuocatione eidem Sebaſtiano Regi benè viſa, & per quoſdam tunc expreſſos religioſos viros, ſeu eorum alterum Reformandorum, ad inſtar Caſtellæ, ſeu S. Iuſtinæ Paduanenſis, vel Caſſinenſis congregationum, Apoſtolica auctoritate, p quaſdam erexerat, ſeu inſtituerat, illiq; ſic erectæ, & inſtitutæ, omnia, & ſingula dicti ordinis virorū monaſteria, in dicto Regno conſiſtentia, & de iure patronatus huiuſmodi exiſtentia, quæcunq. quotcunq. & qualiacunq. eſſent, ac per quoſcunq. etiā S.R.E. Cardinales, etiā legatos de latere, in titulū, commendam, & adminiſtrationem, aut aliàs obtinerentur, etiāſi actu, tunc quouis modo vacarent, ac tanto tempore vacauiſſent, quod eorum prouiſio iuxtà Lateranenſis ſtatuta concili, aut alias canonicas Sanctiones, ad ſedem Apoſtolicam legitimè deuoluta exiſterent, cum illorum Priorib. ac cōuentibus, monachis quibuſcunq. ſub certis modo, & forma, etiam tunc expreſſis, ſubiecerat, & ſuppoſuerat, ac eidem ſic erectæ congregationi incorporauerat, & aggregauerat, aliaq. deſuper ſtatuerat, & ordinauerat: cum idem Sebaſtianus Rex, vt tunc aſſerebat, non ſperaret reformationem dictorū monaſteriorum, abſq. maxima difficultate exequi poſſe, ſi monaſteria ipſa, per commendatarios, aut Adminiſtratores, ſeu Abbates perpetuos regerentur, prout eatenùs fieri conſueuerat, prædictus prædeceſſor, eiuſdem Sebaſtiani Regis ſupplicationibus tunc inclinatus, per alias ſuas literas, quod S. Martini de Tibaens, & S. Andreæ de Rendufe, ac S. Romani de Neyua, tunc Abbatum regimine deſtituta, & B. Mariæ de Pombeyro, ac eiuſdem B. Mariæ de Caruoeyro, necnon S. Ioannis de Arnoya, & S. Saluatoris de Trauāca, & eiuſdem S. Saluatoris de Palma, necnon ſimiliter S. Saluatoris de Pazo de Souſa, ac eiuſdem B Mariæ de Buſtello, & S. Tyrſi de Riuaduue, necnō S. Ioannis de Alpendorada, Bracharenſis, & Portugalenſis reſpectiuè diœceſis, & alia quæcunque, tunc Abbatum regimine minimè deſtituta, etiam forſan commendata, vel in adminiſtrationem, vel aliàs conceſſa monaſteria, ordinis huiuſmodi, etiam ſi de illis conſiſtorialiter diſponi conſueuiſſet, aut deberet: cum primum illa per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamuis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem, illa tunc obtinentium, ſimili regimine deſtitui, vel illorum Triennales in capitulo Generali ipſius Congregationis per pro tempore exiſtentes Abbatem Generalem nuncupandum, ac alios Abbates, diffinitores, Viſitatores, ac alios ipſius ordinis monachos, & perſonas, qui capitulo generali, de iure, vel cōſuetudine, aut aliàs, iuxtà prędictarum Congregationum ſtatuta, interuenire ſolent, eligēdos, abſq. alia, quàm à generali eiuſdem congregationis Abbate, deſuper petenda, vel obtinenda confirmatione, regi. & gubernari deberent: quodq. de cætero, prædicta cōgregatio vni Abbati generali nuncupando, ſingulis triennijs eligendo, ad inſtar congregationum prædictarum, omninò ſubeſſet, perpetuò ſtatuit, & ordinauit, & nihilo minus ex tunc, nomen, & titulum perpetui Abbatis, in ſingulis monaſterijs prædictis, Ita quod de cætero, perpetui Abbates denominari, ſeu cenſeri, ipſaque monaſteria alicui perſonæ, in titulum, commendam, vel adminiſtrationem perpetuas, conferri non poſſent, ac quæcunque, collationes, prouiſiones, commendæ, vel adminiſtrationes, & aliæ quęuis diſpoſitiones, de illis aliàs, quàm vt præfertur, factæ, nullæ, irritæ, & inanes, eo ipſo eſſent, & eſſe cenſerentur, etiam perpetuò ſuppræſſit, & extinxit: necnon monaſteria ipſa, ad triennalitatem, abſque tamen illa, tunc in titulum commendam, adminiſtrationem, aut aliàs quomodolibet obtinendum præiudicio reduxit: necnon quod de cætero, monaſterijs præfatis, etiam apud ſedem prædictam vacantibus, & tàm propterea diſpoſitionis ſuæ, quàm etiam ratione quarumcunq. perſonarū, S.R.E. Cardinalium, aut aliàs reſeruatis, non niſi per electionem huiuſmodi, ſinuglis triennijs faciēdam, diſponi vllatenùs poſſit, etiamſi de eis, aliter quam per electionem huiuſmodi, pro tempore diſpoſitum foret, ſeu qui ad illam pro tempore electi extitiſſent, electionem ſuam ad eius vitam, ſeu ad aliud tempus vltrà triennium à prædeceſſore, ſeu à ſede prædictis, confirmari, aut aliàs de illis ſibi prouideri, vel diſponi obtinerent, ſeu ſi prædeceſſor, vel ſedes huiuſmodi, aut illius legati, vel nuntij, de eiuſdem monaſterijs quomodolibet, etiam per ceſſionem in dicti prædeceſſoris, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manibus, ſpontè factam, vacantibus, alicui perſonæ, quouis modo prouidere, ſeu aliquem coadiutorem pro tempore, exiſtentibus ipſorum monaſteriorum Abbatibus in regimine, & adminiſtratione illorum deputaret, tunc, & eo caſu electiones, confirmationes, prouiſiones, coadiutorum deputationes, ac quęlibet alię ipſorum monaſteriorum diſpoſitiones, nullę, irritę, & inanes, nulliuſq. roboris, vel momenti eſſent, & eſſe cenſerentur, & nihilominus illis non obſtantibus, Generales, & alij Abbates definitores, & aliæ perſonæ huiuſmodi, dicto termino elapſo, ad illorum electionem procedere poſſent, & deberent, & vt id facilius ſubſequi poſſet, omnes, & ſingulas prouiſiones, & præfectiones, de quibuſuis perſonis, eiſdem monaſterijs: necnon quaſcunque ſuppræſſiones, extinctiones, vniones, coadiutorum deputationes, & alias gratias de illis in poſterum, per ipſum prædeceſſorem, ſeu ſucceſſores ſuos Romanos Pōtifices, aut Sedem huiuſmodi faciendas, nullas, & inualidas eſſe, nulliuſque roboris, vel momenti fore, perſonaſque illas in titulum, commendam, & adminiſtrationem, aut aliàs, tunc obtinentes, illorum regimini, & adminiſtrationi, niſi ad effectum præmiſſorum, cedere non poſſe. Et ſi illi quouis modo cederent, eo ipſo, Generalem, & alios Abbates difinitores,

Vide in 5. to. 99. re. q. 36. per totum.

finitores, & alias perſonas præfatas, ad electionem prædictam omninò procedere poſſe, & debere, monaſteriaque præfata, ſub Generalibus, vel ſpecialibus reſeruationibus, aut Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, ſub decretis minimè comprehendi poſſe, vel debere, ac vltimò, dictas literas nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis ſuæ, vel quouis alio defectu, etiam ex eo, quod ius in dictis monaſterijs habentes, vocati non fuerant, ac præmiſſis non conſenſerant, aliovè quocunque capite impugnari, inualidari, aut in ius vel controuerſiam, quacunque ratione, vel cauſa vocari, ſeu reſtitutionem in integrum, reductionẽ ad terminos iuris, ſeu quoduis aliud iuris, vel gratiæ remedium, contra illa impetrari, aut alio, vel alijs impetratis, ſiue etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſis, vti poſſe, cauſamque, vel cauſas, propter quas ipſæ literæ ab eo emanauerant, coram quocunque iudice, etiam delegato verificari: nec ob id virib. carere, aut per obreptionẽ, vel ſubreptionẽ obtẽtas præſumi, minuſq. Sebaſtianũ Regẽ prædictum, ad verificandum gratiam huiuſmodi teneri, nec ſub quibuſcunq. reuocationib. modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, alijſq. contrarijs diſpoſitionibus, ſimilium, vel diſſimiliũ gratiarum, tam per eum, quam etiam ſucceſſores ſuos prædictos quomodolibet, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis pro tempore factis, quorumcunq. tenorum exiſterent, includi. Sed illis non obſtantib. in ſuis robore, vigore, & efficacia exiſtere, & quoties illæ emanarent, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, reſtitutas, & plenariè reintegratas, etiã ſub Dat. per præfatum Sebaſtianum, & pro tempore exiſtentem Portugalliæ Regem, eligenda, de nouo conceſſas eſſe, ac incommutabilis voluntatis, & intentionis ſuæ fuiſſe, & ad hoc, vt perpetua firmitate ſubſiſterent, vim validi, & efficacis contractus inter ſe, & ſedem prædictam, ac Sebaſtianum, & ſucceſſores ſuos Portugalliæ Reges prædictos, habere decreuit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiongebat, dictæ poſteriores literæ, quoad nulla ex monaſterijs in illis expræſſis, ſuum ſortitę fint effectũ, illarumq́. vigore, aliqua ex monaſterijs, ſub dicta congregatione comprehenſis, per Abbates triennales in Capitulo Generali eiuſdem Congregationis, ſingulis trieonijs electos, hodie guberoentur, & exinde in dicta Coogregatione copioſius religioſorum virorum numerus excreuit, qui ſub religionis iugo, & reformata monaſtica vita gratum Altiſſimo præſtant obſequiom, ex quo vberiores fructus in agro Domini proueniunt, cum populi Chriſtiani illarum partium ſpirituali conſolatione. Quia tamen, ſuperueniente obitu dicti prædeceſſoris, piæ memoriæ, Gregorius Papa XIII. etiam prędeceſſor noſter, per quandam eius conſtitutionem, in craſtinum ſuæ aſſumptionis ad Summi Apoſtolatus apicem æditam, & in Cancellaria Apoſtolica publicatam, ſuppręſſiones, & extinctiones monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, eatenùs effectum non ſortitas, primò, & deinde per alias ſuas ſpeciales, in forma breuis literas, dicti Sebaſtiani Regis nomine obtentas, & poſtremò nos per quandam noſtram conſtitutionem, per nos in craſtinum aſſumptionis noſtræ ad ſummum Apoſtolatus apicem æditam, & in cancellaria prædicta, etiam publicatam ſimiles ſuppręſſiones, & extinctiones, quæ eatenùs ſuum non ſortitæ fuerãt effectum, reuocauimus: nonnulla alia ſub dicta congregatione compræhenſa monaſteria, ſub regimine, & adminiſtratione Abbatum, ſeu commendatariorum perpetuorum, adhuc remanſerint, ipſiq́ue Abbates, ſeu commendatarij perpetui, fructus, redditus & prouentus mẽſatũ abbatialiũ ipſorũ monaſteriorum pro eorum libito conſumũt, & religioſis in eis degentib. neceſſaria ad communem vitam in regulari obſeruantia ducendam, nõ ſolum minimè ſubminiſtrare, ſed etiam, quod dolendũ eſt, ædificia monaſteriorum eorumdem reſtaurare, ac ornamenta Eccleſiaſtica ad diuinum cultum neceſſaria, prout deceret, dare negligũt: quo fit, vt in reliquis monaſterijs huiuſmodi, regularis obſeruantia commodè introduci, aut conſeruari nequeat, in monaſteriorum, & ordinis huiuſmodi, non modicum detrimentum. Quare, vt incommodo huiuſmodi, & alijs præmiſſis facilius occurri poſſit, dictus Philippus Rex, eorundem monaſteriorum patronus, illorum proſperum, & ſalubrem ſtatum, ac in illis regularis obſeruantiæ augmentum, ſingulari affectũ deſiderans, nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus dictorum monaſteriorum indemnitatibus conſulere, ac vltimò dictas Pij prædeceſſoris literas, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, ab earum data confirmare, & approbare, aliaſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. *Vide in 3. to. qq. ro. q. 8. ar. 5.* Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod perens beneficia Eccleſiaſtica alijs vniri, tenerẽtur exprimere verum aonuum valorem, ſecundum communem æſtimationem etiam beneficij, coi aliud vniri peteretur, alioquin vnio nõ valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, eundem Philippum Regem à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, vel pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes & abſolutum fore cenſentes, necnon verum, & vltimum ſingulorum monaſteriorum præfatorũ vocationis modum, etiamſi ex illo, quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa reſultet, illorumque ſituationes denominationes, inuocationes, & diæceſes, eorumque fructuum, reditunm, & prouentuum, veros annuos valores, etiam iuxtà illorum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxationẽ, necnon ſingularum literarum præfatarum, ac inde ſecutorum quorumcunq. tenores, præſentibus pro expræſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, vltimò dictas Pij prædeceſſoris literas, cum ſtatuto, ordinatione, ſuppræſſione, extinctione, reductione, indultis, & cõceſſionibus, ac omibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & derogatiooib. necnon proceſſus habitos, vel habendos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcunq. ab earundem data, ac dictam congregationem, illiuſq. generalẽ, & Abbates alios, definitores, viſitatores, & alias perſonas prædictas, quò ad ipſarum literarum effectũ conſequendum, aduerſus prædictas, & alias quaſcũque conſtitutiones, illarum reuocatorias, ſeu moderatorias in priſtinum, & in eum, in quo antequã cõſtitutiones, & literæ prædictæ emanarent, & perinde, ac ſi nunquam emanaſſent, quomodolibet erat ſtatutum, in omnibus, & per omnia, ex certa noſtra ſcientia, Apoſtolica authoritate, tenore præſentiũ reſtituimus, reponimus, ac plenariè, & plenariſſimè reintegramus. *De confirmatione priuilegia. Vide in 1. to. qq. reg. q. 8.* Et nihilominus ex nunc, tã B. Mariæ de Põbeyro, & S. Ioãnis de Alpendorada, ac S. Saluatoris de Palma, necnõ de Gamfei, ad præſens Abbatum regimine deſtituta, quàm S. Tyrſi de Ribadaue, S. Michaelis de Buſtello, S. Ioannis de Arnoia, ac B. Mariæ de Caruoyero prædicta, necnõ S. Claudij de Cucugaens, & de Cabauis, & de Miranda, & Dasga eiuſdem ordinis monaſteria, quorũ, &

& illis forſan annexorum, fructus, redditus, & prouentus, ſex millium ducatorum auri de camera ſecundum cõem æſtimationem, valorem annuum, vt dictus Philippus Rex aſſerit, non excedunt, & quæ de iure patronatus dicti Philippi Regis, vt aſſerit exiſtunt, adhuc ipſo regimine forſan nõ deſtituta, etiã forſan cõmendata, aut in adminiſtrationẽ, vel aliàs quõlibet cõceſſa, etiãſi de illis cõſiſtorialiter diſponi cõſueuerit ſeu debeat: cum primum illa per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quãuis aliã dimiſſionem, vel amiſſionem, illa ad pręſens obtinentium, ſimili regimine deſtitui, vel illorum cõmendas, vel adminiſtrationes, vel cõceſſiones hmõi ceſſare contigerit: etiãſi actu nunc eodem regimine deſtituta ſint, aut illorum cõmendæ, vel adminiſtrationes, & conceſſiones huiuſmodi ceſſent, aut illa alio quouis modo, etiã apud ſedem Apoſtolicã vacent, per Abbates triennales, vt pręfertur eligẽdos, abſq; vlla alia, quàm vt permittitur, deſuper petenda, & obtinenda confirmatione, regi, & gubernari debere, modo & forma præmiſſis, ex certa ſcientia, de authoritate, & tenore præmiſſis, etiã perpetuò ſtatuimus, & ordinamus, necnõ ex nunc, nomen, & titulum perpetui Abbatis, ſine tñ præiudicio, quò ad temporalia illa ad præſens obtinentium, in ſingulis monaſterijs prædicti, modo, & forma in dictis literis cõtentis, authoritate, & ſcientia ſimilib. ſimiliter ppetuò ſupprimimus, & extinguimus.

Vide in 2. 10. qq. re. q. 56. ar. 1.

Et inſuper cõgregationis ſic erectæ, illiuſq. gñali, & illius Abbatib, definitorib. viſitatorib. & alijs perſonis prædictis, quæ ex nunc, tã ſecũdo dictarum literarum, quam pręſentium vigore, ſingulorum, & quorumcunq, aliorum monaſteriorum prædictorum, corporalẽ, realem, & actualem poſſeſſionem, ſine tñ illa ad pſens obtinentium, præiudicio, liberè apprehendere & perpetuò retinere, illaq;, iuxtà prædictæ cõgregationis regularia inſtituta, regere, gubernare, & reformare, illorumq. fructus, redditus, & prouentus, in cõgregationis & monaſteriorum eorundem, ac religioſorum in illis degentium, vſus, & vtilitatem cõuertere, diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licẽtia deſuper minimè requiſita: quodq. Abbas gñalis dictæ cõgregationis, qui pro tpe fuerit, cũ conſilio, & aſſenſu capituli gñalis, illa ex monaſterijs prędictis, quæ in locis incõmodis, & minus populis reperiuntur, ad cõmodiora loca, vbi monachorũ doctrina, & vitæ exemplum, populo Chr̃iano magis vtilis futura ſit, & fructuoſa, propria authoritate ordinariorum locorum, vel cuiuſuis alterius licentia minimè requiſita, cum eorum monachis, & ſupellectilib. paramentis, & ornamentis, alijſq. rebus neceſſarijs trãsferre, & mutare, ac ſeu fructus, redditus, & prouentus eorundem monaſteriorum, ſeu cuiuſlibet eorum, vel illorum partem, generalis, & capituli prædictorum arbitrio, alij. ſeu alijs eiuſdẽ cõgregationis monaſterijs magis indigentib. perpetuò, vel ad tps, ẽt renitentib. Abbatib. monaſteriorum eorundem, & quibuſuis alijs perſonis applicare, & aſſignare, prouiſo tñ, quod animarum cura, pſonarum ſecularium, incumbens abbatib. & conuentib. monaſteriorum trãsferendorum hmõi, in eccleſijs eorũ nullatenus negligatur, ſed per monachos dictæ cõgregationis regulares, vel pręsbyteros ſæculares idoneos, & ab ordinarijs approbãdos laudabiliter exerceatur, liberè, & licitè valeãt, plenã, & liberã Apoſt. authoritate, eorundem tenore pręſentium, licentiã cõcedimus, & facultatem.

De reformatione. Vide in 2. 10 qq. re. q. 73. ab ar. 2. & 3. 10. qq. re. q. 47 per tot. qu.

Vide in 2. 10. qq. re. q. 43. ar. 4.

Vide in 10. 2. qq. re. q. 43. ar. 7.

Decernentes reſtitutionem, repoſitionem, reintegrationẽ pręfatas, ſtatutumq. ordinationem, ſuppræſſionẽ, extinctionem, & cõceſſionem, poſteriores hmõi, de ſubreptionis, obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quouis alio defectu, etiã quod ius habẽtes in ipſis monaſterijs, vocati nõ fuerint, ac aliàs, eiſdẽ modo, & forma, quib. Pius prædeceſſor prædicta decreuit, nec ſub quibuſcunque ſimilib. vel diſſimilib. reuocationib. modificationib & alijs cõtrarijs diſpoſitionib. per nos, & ſucceſſores noſtros quõlibet, ac cum quibuſuis, etiã derogatoriarum derogatorijs, alijſq efficaciorib, & inſolitis clauſulis, irritãtibuſq. & alijs decretis pro tempore factis, includi, ſed ſemper ab illis exceptas fore, & eſſe, ac ĩ ſuis robore, & efficacia permanere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas, ſub dat, per eãdem congregationem, aut Philippum Regem, & ſucceſſores ſuos eligẽdos, & denuò cõceſſas fore, & eſſe, & ad hoc, vt perpetui roboris firmitate ſubſiſtãt, vim validi, & efficacis cõtractus inter ſedem prædictã, ac Philippũ Regẽ, & ſucceſſores ſuos pręedictos habere.

Vide in 1. 10. qq. re. q. 56. artic. 1. & 2.

Vide de cõmunicatione priuilegiorum in 10. 1. qq. re. q. 51. & vide in 3. 10. q. 51. per totam quaſt.

Pręterea eidẽ cõgregationi, ac omnib. & ſingulis illius monaſterijs, priorib. & alijs regularib. locis, tã præſentib. quã futuris, eorumq. generali, & alijs Abbatib. diffinitorib. viſitatorib. ſuperioribus monachis, religioſis, nouitijs, conuerſis, & cæteris perſonis, nunc, & pro tempore exiſtentib. vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, exẽptionib. libertatib. prærogatiuis, antelationib. fauorib. præeminentijs, indultis, licentijs, ſtationib. declarationib. facultatib. cõceſſionib. indulgentijs, etiã plenarijs, & peccatorum remiſſionib, ac relaxationib, alijſq. vniuerſis, & ſingulis gratijs, ſpiritualib. & tẽporalib. S. Hierony. & S. Bernardi, aliàs Ciſtercien. ordinis, necnon Caſſinen. & Valliſoleti, dicti ordinis S. Benedicti, cõgregationib. huiuſmodi per vniuerſum orbem conſtitutis, ac cuiuſlibet eiuſdem cõgregationis S. Benedicti, dicti Regni Portugallię monaſterijs, ſeu illarum eccleſijs, & regularib. locis, eorumq. generalib. & alijs Abbatib, diffinitoribus, viſitatorib, ſuperiorib. cõuentib. monachis, religioſis, nouitijs, cõuerſis, familiarib. ac perſonis ac illorum intuitu, & cõtemplatione, per quoſcunque prædeceſſores noſtros, ac etiã nos, & ſucceſſores noſtros Romanos Põtifices, ac ſedem prędictã, ac etiã Imperatores, Reges, ac alios Principes, & quemcũque, ſeu quoſcunq. alios, ſub quacunq. forma, & verborũ expræſſione, ac quauis tã Apoſtolica, quã ordinaria, vel alia authoritate, necnõ, tã in genere, quã in ſpecie, & particulariter, & tã per modum cõmunicationis, extenſionis, & ampliationis, quã ſimplicis, & indiuiduæ, ac particularis, & ſpecialis conceſſionis, etiã motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & deniq. alias quõlibet cõceſſis hactenus, ac etiã iteratis vicibus cõfirmatis, & approbatis, ac in poſterum pro tẽpore cõcedendis, cõfirmandis, approbãdis, etiãſi talia forent, quæ ſpecialem eorum requirãt mentionẽ, ac quibus illa, & illi quomodolibet vtuntur, potiũtur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, illorum omnium, ac literarum, & aliarum ſcripturarum deſuper quomodolibet cõfectarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, tã cõiunctim, quàm diuiſim, nõ ſolùm ad eorum inſtar, ſed ęque principaliter, & pariformiter, in omnibus, & per omnia, & abſq. vlla penitus differentia, perinde, ac ſi illis, & eorum cuilibet, ſpecialiter, & expreſſè, ac nominatim, & ſpecificè conceſſa fuiſſent, vti, potiri & gaudere, liberè, & licitè valeãt, authoritate, & tenore præmiſſis, perpetuò concedimus, & indulgemus: illaq. & illas eis perpetuò communicamus, & ad ipſam cõgregationem, vt præfertur erectam, illiuſq. monaſteria, & Eccleſias, prioratus, & alia loca, necnon generalem, & alios Abbates, diffinitores, & alias perſonas præfatas, eorumq. ſingulos, perpetuò extendimus, & ampliamus: ac cõceſſa, cõmunica-

municata,& extenſa, ac ampliata perpetuò eſſe, ac cenſeri: eiſq. & eorum cuilibet ſuffragari debere: necnõ præſentes literas, validas, & efficaces exiſtere,& fore, ſuoſq. plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ſicq. in præmiſſis, ab omnib. cenſeri, & ita per quoſcunq. iudices,& cõmiſſarios, & cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, et legatos de latere, ſublata eis, & eorũ cuilibet, quauis aliter iudicãdi,& interpretãdi facultate,& authoritate, vbiq. iudicari,& diffiniri debere, ac irritum,& inane decernimus, ſi ſecùs ſuper his à quoquã, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoráter cõtigerit attentari. Quocirca dilectis filijs, Bracharenſis,& Portugalenſis Decanis,& Colimbrienſis Eccleſiarũ ſcholaſtico, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, ac in eis cõtenta quæcunq. vbi,& quando opus fuerit, & quoties requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, faciãt authoritate noſtra, præmiſſa omnia ſeruari, contradictores quoſlibet,& rebelles,& præmiſſis non parẽtes, per ſententias, cenſuras,& pęnas Eccleſiaſticas, aliaq. oportuna iuris,& facti remedia, appellatione poſtpoſita cõpeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſib. illos, ſententias, cenſuras & pęnas hmõi incurriſſe, declarando: inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantib. Rec. memoriæ Bonifacij Papæ VIII. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, de vna,& cõcilij generalis, de duab. dietis, dummodò quis, vigore præſentium, ad iudicium vltrà tres dietas nõ trahatur, ac noſtra voluntate pręfata, necnõ omnibus, quæ dictus Pius prædeceſſor, voluit nõ obſtare, ac cõſtitutionib. ſeu reuocationib. ac alijs præmiſſis, & noſtra de nõ cõcedendis indulgentijs ad inſtar, & alijs Cãcellariæ Apoſtolicæ regularis, alijſque Apoſtolicis, necnõ in alijs, vniuerſalib. & generalibus cõſtitutionib. ordinationib. necnõ monaſteriorum,& ordinis hmõi iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis,& cõſuetudinib. cõuentib. priorib. ſuperiorib.& perſonis, in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſuis tenorib.& formis,& quibuſuis clauſulis, & formis, etiã derogatoriarum derogatorijs, ac irritantib.& alijs decretis, etiam motu, ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſimilib. per quoſcunq. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiã motu ſimili,& cõſiſtorialiter in cõtrarium, etiã pluries, & iteratis vicib. cõceſſis, vel cõfirmatis, & innouatis, etiã mari magno, bulla aurea, aut aliàs nuncupatis. Quib. omnib. etiãſi de illis, eorumq. totis tenorib. ſpecialis,& ſpecifica, expræſſa,& indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importãtes, mentio, ſeu quæuis alia expræſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruãda foret, illis aliàs in ſuo robore permãſuris, hac vice duntaxat, derogamus, contrarijs quibuſcunq. aut ſi aliquib. cõiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam,& expræſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem. Nulli ergò omninò hominũ liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionum, decretorum, indulti, communicationis, extenſionis ampliationis, mandati,& derogationis infringere,&c. Dat. Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1587. 7. Kalen. Decembris Pont. noſtri, anno 3. Pro reuerendiſſimo D. Summatore. A. Iuſtus. A. de Alexijs loco plumbi à tergo regiſtrata, apud Thomam Secretarium.

Vide de cõſeruatoribus in to. 1. qq. regu. q. 65.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

Sixtus Papa V. ordinat, quod regulares, & vicarij Eccleſiarum monaſterijs unitarum in vacatione prædictarum Eccleſiarum, non vocentur ad concurſum per edicta, ſed ſolum approbentur ab ordinarijs.

SIxtus Papa V. ad futurã rei memoriã. Ex iniũcto nobis deſuper, Apoſtolicæ ſeruitutis officio, ad ea, quæ pro Eccleſiaſticarum, præſertim regulariũ perſonarum quiete, & trãquillitate, ſtatuta,& declarata ſunt, fouenda,& quãtum in nobis eſt, cõſeruãda, libenter intendimus, vt omnium querelarũ, & litium occaſionib. amputatis, liberius creatori noſtro, iuxta laudabilia eorum ſtatuta famulentur. Nuper ſiquidem, pro parte dilectorum filiorum, generalis, Abbatum,& aliorum ſuperiorum, cõgregationis ordinis S. Benedicti, in Portugalliæ,& Algarbiorum Regnis Apoſtolica authoritate inſtituta, nobis expoſitum fuit, Quod licèt aliàs per dilectos filios noſtros, S.R.E. Cardinales, ſuper declaratione,& interpretatione decretorum Conc. Tri. deputatos, in eorum congregatione fuerit declaratum, parochialium Eccleſiarum,& regularium beneficiorum, quibus animarum cura incumbit, necnon vicariarum etiam perpetuarum monaſterijs, et alijs regularibus locis, etiam perpetuò vnitarum, quæ regularibus perſonis conferri, ſiue per ſæculares presbyteros, & perpetuos vicarios regi, & gubernari conſueuerunt, vacatione pro tempore occurrente, minimè licere locorum ordinarijs ædicta proponere,& examen per concurſum, iuxta Cõcilij Decretum, ſeſſione 24. cap. 18. facere: ſed ſatis tunc eſſe, vt regulares quidem perſonæ, Eccleſijs prædictis præficiendæ à dictis locorum ordinarijs examinentur,& approbentur, ſæculares verò in vicarijs,& alijs beneficijs prædictis inſtituendi, à ſuperioribus regularibus prædictis nominentur: examen autem,& approbationem, ad dictos tantùm ordinarios, iuxtà fœ. re. Pij Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, conſtitutionem pertinere: nihilominus nonnulli ex dictorum locorum ordinarijs præfatorum regnorum declarationi huiuſmodi minimè, vt par eſſet acquieſcentes, & decretorum dicti Cõcili, verba, ad eorum ſenſum, & voluntatem trahẽtes, Abbates,& alios dictæ congregationis ſuperiores, in præmiſſis inquietare, & deſuper moleſtare, ac eorum iuribus priuare non verentur. Quare nos, honeſtis,& iuſtis huiuſmodi precibus inclinati, oportunum præmiſſis remedium adhibere volentes, declarationi prædictæ inhærentes, eamque harum ſerie approbantes, & confirmantes, omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis,& alijs locorum ordinarijs, in Regnis prædictis conſiſtentibus, præcipimus,& mandamus, vt parochialibus,& alijs Eccleſijs, in quibus per dictæ congregationis fratres animarum cura exercetur,& vicarijs etiam perpetuis parochialium Eccleſiarum, in quibus pro earum cura ſæculares clerici deputari conſueuerunt monaſterijs, & alijs locis congregationis eiuſdem perpetuò vnitis pro tempore vacantibus ædicta proponere & concurſum iuxtà dictum Concilij decretum, quod de ſæcularibus Eccleſijs tantùm intelligendum eſt, minimè de cætero facere præſumant, ſed regulares ordinis, & congregationis præfatæ, ac ſæculares clericos ab eiuſdem congregationis Abbatibus, & alijs dictorum monaſteriorum ſuperioribus, iuxtà dictam conſtitutionem Pij V. debito tempore nominandos, ſi ab ipſis idonei reperti fuerint, abſque ædictis, & aliorum concurſu, in parochialibus Eccleſijs,& vicarijs præfatis admittãt

Vide in to. 1. qq. re. q. 36. ar. 2.

&

Digitized by Google

& inſtituant, prout nos admittendos, inſtituendos eſſe, decernimus, & ſtatuimus. Inſuper etiam volumus, & iuxtà eiuſdem Concilij diſpoſitionem, & mentem, ſtatuimus. & mãdamus, quod in parochialium Eccleſiarum, & beneficiorum, curam animarum habentium, quæ de eiuſdem ordinis, & cõgregationis, iure patronatus Eccleſiaſtico extiterint, & ſæcularibus clericis conferri conſueuerunt, earum vacatione, quandocunque occurrent, quamuis per dictos Epiſcopos ad concurſum, & examen admitti poſſint, alij vltrà eos, qui per eiuſdem congregationis Abbates, & alios ſuperiores patronos erunt nominati, nequeat tamen per eoſdem Epiſcopos, ſi ad eos inſtitutio, & non ad alium pertineat, inſtitui, & ordinari, niſi illi tantùm, qui inter approbatos, & ab examinatoribus, idoneos repertos, ab eiuſdem ordinis, & congregationis prælatis patronis, digniores, & magis idonei iudicati, & pro inſtitutione recipienda, eiſdem Epiſcopis præſentati fuerint. Quod ſi inſtitutio, non ab ipſis Epiſcopis, ſed ab alijs fuerit facienda, tuncquidem ſoli Epiſcopi, ex dignis, digniorem eligere debeant, ſed non ante, ab eo, ad quem ſpectat, inſtitui poſſint, quã ab eiſdem patronis, ei fuerint præſentati: ſicq. in præmiſſis per eoſdem, & alios quoſcunq; iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, & S. R. E. Cardinales, in quauis cauſa, & inſtãtia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, & diffiniri debere: irritum quoq;. & inane, quicquid ſecùs ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis conſtitutionibus, ac ordinationibus Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & Synodalibus Concilij æditis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & monaſteriorum præfatorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica roboratis, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis in contrarium quomodolibet cõceſſis, approbatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 17. Feb. 1588. Pont. noſtri, anno tertio.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

Sixtus Papa V. Declarat inter priuilegia conceſſa congregationi S. Benedicti, etiam includi conſeruatorias conceſſas alijs congregationib. & de nouo concedit, ac ſi dicta congregationi à principio eſſent directa.

Vide Communicationem priuilegiorum, in 10. 1. qq. 10. q. 11. & in 3. 10. qu. 11.

SIxtus Papa V. ad futuram rei memoriam. Regularium perſonarum quieti cõſulere cupiẽtes, ad ea remouenda, quæ religioſum earum propoſitum impedire quomodolibet poſſent, quãntum in nobis eſt, libenter annuimus. Aliàs ſiquidem cõgregationis S. Benedicti, in Regno Portugalliæ à fel. re: Pio Papa V. prædeceſſore noſtro erectæ, ac omnibus, & ſingulis illius monaſterijs, prioratibus, & alijs regularibus locis, eorumque generali, Abbatibus, diffinitoribus, viſitatoribus, ſuperioribus, monachis, religioſis, nouitijs, conuerſis, & cæteris perſonis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, omnia, & ſingula priuilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogatiuas, antelationes, fauores, præeminentias, indulta, licentias, facultates, conceſſiones, indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, ac relaxationes, aliaſq. vniuerſas, & ſingulas gratias, ſpirituales, & temporales, cõgregationibus S. Hieronymi, & S. Bernardi, aliàs Ciſtercienſis ordinis, necnõ Caſſinenſis, & Valliſoleti dicti ordinis S. Benedicti, per vniuerſum orbem cõſtitutis, tã Apoſtolica, quã ordinaria, aut alia quauis authoritate qũolibet cõceſſas, ac quib. S. Hieronymi, S. Bernardi, ac S. Benedicti Caſſinenſis, & Valliſoleti cõgregationes præfatæ, qũolibet vtuntur, potiuntur, & gaudẽt, per alias noſtras literas perpetuo cõceſſimus: illaq. & illas primò dictæ cõgregationi, illius monaſterijs, locis, & perſonis præfatis, perpetuò cõmunicauimus, & ad eãdem cõgregationem, illiuſq. monaſteria, loca, & perſonas huiuſmodi, extendimus, prout in dictis literis plenius cõtinetur. Cum autẽ, ſicut exponi nobis nuper fecit, dilectus filius modernus generalis, primò dictæ cõgregationis à nonnullis dubitetur, an vigore conceſſionis, communicationis, & extenſionis, præfatarum, cõceſſæ, communicatæ, ac extenſæ, etiam cenſeantur, literæ conſeruatoriæ ad fauorem dictarum congregationum S. Hieronymi, S. Bernardi, aliàs Ciſtercienſis, & S. Benedicti Caſſinenſis, & Valliſoleti ordinum, ſede Apoſtolica emanatæ, ac gratiæ, facultates, prærogatiuæ, ac aliæ in eiſdem literis conſeruatorijs cõpræhenſa. Nos omnem in præmiſſis, dubitandi materiam, de medio tollere volentes, ac tenores priuilegiorum, & literarum cõſeruatoriarum præfatarum, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expræſſis, & inſertis habentes, dicti moderni generalis, hac in parte ſupplicationibus, nobis humiliter porrectis, inclinati, Apoſtolica authoritate, tenore præſentiũ decernimus, & declaramus, ſub conceſſione, communicatione, & extenſione, ac literis præfatis compræhendi, & conceſſas cenſeri debere, omnes, & quaſcunque gratias, facultates, immunitates, & prærogatiuas, dicti S. Hieronymi, S. Bernardi, aliàs Ciſtercienſis, S. Benedicti, Caſſinenſis, & Valliſoleti, per vniuerſum orbem cõgregationibus, etiam in literis conſeruatorijs, per dictos Romanos Pontifices quomodolibet conceſſas, & in poſterum cõcedendas, ac literas cõſeruatorias præfatas, & in eis cõtenta quæcunq. iuxta S. Conc. Trid. decreta, ita vt primò dicta congregatio S. Benedicti, in dicto Regno Portugalliæ erecta, illiuſq. monaſteria, loca, generalis, Abbates, definitores, ſuperiores, conuentus, monachi, religioſi, nouitij, cõuerſi, ac cæteræ perſonæ præfatæ, eiſdem facultatib. & literis cõſeruatorijs frui, potiri, & gaudere poſſint: perinde, ac ſi in prima dicta cõceſſione, cõicatione, & extenſione, nominatim cõpræhenſa, ac eis æquè principaliter, & pariformiter literæ cõſeruatoriæ præfatæ cõceſſæ, & ſpecialiter directæ fuiſſent, ac ad eorundẽ inſtantiã emanaſſent: quas nihilominus, pro potiori cautela, quatenùs opus ſit, ad primò dictã cõgregationem, illiuſq. monaſteria, loca, & perſonas huiuſmodi, etiam de nouo, perpetuò extendimus, & ampliamus, ſicq. per quoſcunq. iudices, ordinarios, & delegatos, quauis authoritate fungentes, etiam cauſarũ Palatij Apoſtolici auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere: necnõ quidquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter cõtigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſcunque alijs conſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis conſeruatorijs ac noſtris literis præfatis, cõceſſa ſunt non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die nona Aprilis, 1588. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla

Bulla XXIIII.

SVMMARIVM.

Sixtus Papa V. ordinat, quod parochiales Eccleſiæ, quæ per monachos ordinis S. Benedicti ſolitæ ſunt curari, ad nutum ipſorum de cætero per presbyteros ſeculares, vel etiam per monachos, ad nutum remouibiles curentur, conſtitutos eis ſalario decente, reliqui vero fructus in vſus monachorum conuertantur,

Vide in re. 1.99. re.9. 35. ar.2.

SIxtus Papa V. ad futuram rei memoriam. Expoſuit ſiquidem nobis nuper fecerunt, dilecti filij, generalis, & alij Abbates congregationis S. Benedicti, ordinis eiuſdem S. Benedicti Regnorum Portugalliæ, quod cum ipſa congregatio poſſideat plures paruchiales Eccleſias, ſeu Eccleſiæ ipſæ eiuſdẽ congregationis membra exiſtant, vel ab ea, tàm iure vnionis, quã vigore iuris patronatus, aut aliàs quomodolibet dependeant, quarum cura animarũ illis incumbens, per monachos dictæ congregationis ad vitam exerceri conſueuit. Quo ſit, vt monachi, qui ſub clauſura, ac ſuorum ſuperiorum correctione, & obedientia viuere deberent, contra diſciplinam regularem, ac nouam dictæ congregationis reformationem, coguntur extrà eorum monaſteria, ac eorum ſuperiorum obedientiam penès eaſdem Eccleſias, pro huiuſmodi curæ exercitio reſidere, & in libertate ſeculari viuere, in maximũ regularis obſeruantiæ detrimentum, & ſcandalũ plurimorum. Vnde ſi ad ipſam curam exercendam aliqui presbyteri ſæculares à locorum ordinarijs approbati, ſeu etiã ipſi monachi cum aliquo ſalario, ex fructibus ipſarum Eccleſiarum perſoluendo per generalem, vel alios Abbates, & ſuperiores ad eorũ nutum ponendi, & amouendi deputarentur, ac reſiduum ex eiſdem fructibus dictarum Eccleſiarum, in monaſteriorum, quorũ dictæ Eccleſiæ exiſtunt, ſeu à quib. dependent, illiuſq. monachorum vſus, & vtilitatem, arbitrio Abbatum ipſorum monaſteriorum conuerterentur, ex hoc profectò regularis obſeruãtia ipſius cõgregationis, & noua reformatio multo melius obſeruarentur, ac ipſorum monaſteriorum ſubuentioni cõſuleretur. Quare pro parte generalis, ac aliorum Abbatum præfatorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illis, vt presbyteros ſæculares, ſeu etiã ipſius congregationis monachos, ad nutum amouibiles, pro huiuſmodi curæ exercitio, deputare poſſint, licentiam, & facultatem cõcedere, ac aliàs in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, qđ ex nunc de cætero, perpetuis futuris temporib. in dictis Eccleſijs, dictæ congregationis monachi ad vitam minimè inſtituantur, ſed Generalis, vel alij Abbates, & ſuperiores occurrente dictarum Eccleſiarum vacatione, & etiam ex nunc, ſi eis videbitur, monachos in dictis Eccleſijs inſtitutos amouendo, ad ipſam curã eiſdem Eccleſijs, vt præfertur, incũbentem exercendam, presbyteros ſæculares, ab ordinarijs tamen locorum approbatos, ſeu etiã ipſius congregationis monachos, ad ipſorum Generalis, vel aliorum Abbatum, & ſuperiorum nutum ponẽdos & amouendos, cum aliquo ſalario eiuſdẽ, vnà cum ordinarijs locorum benè viſo, & ex fructibus dictarum Eccleſiarum perſoluendo, conſtituere, & deputare; reſiduum verò fructuum dictarum Eccleſiarum in monaſteriorum, quorum dictæ Eccleſiæ exiſtunt, ſeu à quibus, vt præfertur, dependent, illiuſq. monachorum vſus, & vtilitatem cõuertere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, volumus, ſtatuimus, ac decernimus, illiſque plenam ad id licentiam, facultatem, & poteſtatem, & authoritatem cõcedimus, & impartimur. Necnõ præſentes literas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſq. plenarios effectus ſortiri debere: ſicq. in præmiſſis omnibus cenſeri, & ita per quoſcunq. iudices, & commiſſarios, & cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, vbique iudicari, diffiniri debere, irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filijs, Bracharenſis, & Portugalenſis Eccleſiarũ Decanis, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel ambo, aut vnus eorum, per ſe, vel aliũ, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, vbi, & quando opus fuerit, & quoties requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, faciãt authoritate noſtra, præmiſſa omnia obſeruari, cõtradictores quoſlibet, & rebelles, & præmiſſis nõ parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas hmõi incurriſſe declarando, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantib. quibuſuis inſtitutionib. & prouiſionib. ordinariorum, de iure, vel cõſuetudine; & literis patentib. de dictis Eccleſijs ad fauorem ipſorum monachorum, etiã ad eorum vitã factis, ac quibuſuis facultatibus inſtituendi ad vitã, ĩ dictis Eccleſijs, tã monachos, quã alios quoſcunq. necnon regula, de iure quæſito nõ tollẽdo, & quibuſuis alijs Apoſtolicis conſtitutionib. & ordinationibus, ac cõgregationis, monaſteriorum, & ordinis præfatorũ, etiã iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, tã congregationi, monaſterijs, & ordini præfatis, illiuſq. monachis, quã locorum ordinarijs, & quibuſuis alijs perſonis, quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſolis, & decretis, in cõtrarium præmiſſorum quõlibet cõceſſis, confirmatis, & innouatis. Quib. omnib. & ſingulis, etiã ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumq. totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, idẽ importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, adhoc ſeruãda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentib. pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes: illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 13. Iulij, 1588. Pont. noſtri, anno quarto.

Bulla XXV.

Sixti Quinti Romani Pontificis, ad inſtantiam fratrum Diſcalciatorum ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, pro celebratione feſtiuitatum ſpecialium prędicti ordinis,

SVMMARIVM.

1 *Facultas recitandi diuinum officium, ſecundum ritum, & vſum Breuiarij Romani, ex decreto ſacroſancti Conc. Trid. reformati, & Pij V. iuſſu editi, fratribus diſcalciatis, in priuilegio immediatè præcedenti, ſuper conceſſa recenſetur.*

2 *Quaſdam ſpeciales feſtiuitates, in honorem B. Mariæ, & aliorum ſanctorum, poſſe celebrare, prædictis fratribus indulgetur, ſeruata tamen forma in bo-*

tis

ris Canonicis recitandis, ac etiam in celebratione Miſſarum quarum libello dictarum feſtiuitatum, per quoſdam (eorum ibi expreſſis nominibus) Cardinales correcto, & approbato continetur.

DIlectis filijs profeſſoribus ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, prouinciæ, ſeu congregationis regularis obſeruantiæ diſcalciatorum nuncupatæ,

SIxtus Papa V. dilecti filij, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Eximium, quod in vobis elucet pietatis ſtudium, & præcipua obſeruantia regularis diſciplinæ, qua veſtrã cõgregationem ad Dei gloriã, communemq; Chriſtiani populi vtilitatem, in dies magis florere intelligimus, nos inducunt, vt cum multa ad eandem congregationem fęliciter regendã nuper à nobis ſtatuta fuerint, nunc quoq; in honorem ſanctorum, quos ipſa cõgregatio (quaſi in eorum clientelam recepta) iã pridem, ſingulari quadã deuotione colit, pijs veſtris petitionibus libenter annuamus. Dudum ſiquidẽ, per alias noſtras literas cõceſſimus inter cætera, & indulſimus vobis ac vniuerſis & ſingulis perſonis vtriuſq; ſexus veſtræ prouinciæ, vt horas Canonicas diurnas, ſecundum vſum, & ritum Romanæ Eccleſiæ, & breuiarij Romani, ex decreto Conc. Trid. reformati, & ſæ. re. Pij Papæ V, prædeceſſoris noſtri iuſſu, nouiſſimè æditi, tàm communiter, quã diuiſim, etiã in ſingulis veſtris oratorijs, monaſterijs, & domibus, dicere, & recitare licitè poſſitis. Et nihilominus præcepto, atq; obligationi plenè ſatisfactũ per vos foret, neque vlterius ad ſequẽdum in huiuſmodi officijs morẽ veſtri ordinis, teneremini, prout in eiſdem literis latius cõtinetur. Quo quidem noſtro indulto vtẽtes, iam (ſicut nobis exponi curaſtis) eiuſdem Romanæ Eccleſiæ ritum, in diuinis officijs ſeruatis, ſed quia veteris iam diu viget in veſtro ordine, laudabilis cõſuetudo, dies feſtos in honorem B. Mariæ, & quorundã ſanctorum ſolemniter celebrãdi, adeo nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt religioſum iſtud inſtitutum, authoritate Apoſtolica cõ

Vide in 3. to. qq. re. q. 89. ar. 5.

probare dignaremur. Nos itaq; veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, atq; adeò vniuerſis & ſingulis fratribus, ac monialib. veſtrę cõgregationis, pro tẽpore exiſtentibus in quibuſuis domib. monaſterijs, collegijs, & locis dictæ cõgregationis, tã publicè, quàm priuatim, cõiter, vel diuiſim, officium prædictorũ feſtorum vbique recitare, & ſic recitando obligationi ſatisfacere, liberè, & licitè poſſitis, dummodò tàm in Miſſa, quã in recitandis horis Canonicis, Diurnis, & Nocturnis, modum, ac formã deſcriptam in quaterno, ſeu libello, per dilectos filios noſtros Antonium ſanctorum Ioannis, & Pauli Carrafam, & Vincentium, S. Mariæ in via militorum, presbyteros Cardinales, montis Regalis nuncupatos, de mãdato noſtro reuiſo, correcto, & approbato in hoc obſeruetis, & nihil penitus addatis, aut minuatis, plenã, & liberam licentiam, & facultatẽ, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium cõcedimus. Non obſtantibus dicti Pij prædeceſſoris, ſuper reformatione, & approbatione noui Miſſalis, & breuiarij Romani, ac prædictis noſtris literis, necnon alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, veſtriq; ordinis iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, quodq; huiuſmodi dies feſti, in nouiſſimo Kalẽdario Romano deſcripta nõ ſint, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq. Dat. Romę, apud S. Petrũ, ſub annulo piſcatoris, die 27. Iunij, 1587. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XXVI.

S V M M A R I V M.

1 *Approbat, & confirmat Romanus Pontifices, laudabilem fratrum Diſcalceatorum conſuetudinem, Miſſam de Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, ſingulis ferijs quintis (feſto nouem lectionum nõ impedito) celebrandi, quos etiam, vt in partibus præſertim vicinis hæreticorum, & in Indijs, ſuis prædicationibus, populos ad huius ſacramẽti deuotionem, diligenter curent allicere, hortatur.*

2 *Quibuſcunque perſonis, qui in Eccleſijs prædictorũ fratrum, ſingulis quintis ferijs interfuerint Miſſæ, aut prædicationi, vel lectioni verbi Dei, centum, illi verò qui ibidem ad orandum acceſſerint & qui confeſſi, ibi Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, alias indulgentias elargitur.*

3 *Alias indulgentias concedit ſalutantibus, alias dicendo, laudetur Ieſus Chriſtus, & qui ſalutationi reſpõderint, in ſecula, vel, Amen, aut ſemper, & alias, illis, qui nomen Ieſus, vel Mariæ reuerenter nominauerint, & plenariam indulgentiam, in articulo mortis dicentibus nomen Ieſus, ſi habuerint conſuetudinem in vita ſic ſalutandi.*

4 *Qui Litanias nominis Ieſu, vel B. Mariæ recitauerint, aliquas indulgentias concedit, quas indulget his, qui in ſuis prædicationibus ad huiuſmodi exhortauerint, aut ad ſalutationes præfatas incitauerit.*

SIxtus Papa V. ad perpetuam rei memoriam. Redditurí de commiſſo nobis grege Dominico, in extremo iudicio rationem, ſummis, vt tenemur affectibus, ſingulos Chriſti fideles, quos hoſtis humani generis à iuſtitiæ limitibus, ſæpè diuertit, noſtro pijſſimo Redemptori, ab omni labe mundatos reſtituere, eoſque ſibi acceptabiles, & bonorum operũ efficere cupimus ſectatores, vt per grata, & accepta Deo opera illius qui miſericordiarũ pater eſt, gratiam, & miſericordiam valeant facilius reperire, & nos in ipſa ratione reddenda, diuinæ iuſtitiæ poſſimus euadere vltionem. Cum itaque (ſicut accepimus) dilecti filij, fratres ordinis glorioſiſſimæ Dei genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli, congregationis diſcalciatorum, mentes Chriſti fidelium in his, quæ ad finem, & ſanctiſſimorum ſacramentorum vſum, & frequentiam ſpectant, pręſertim degentium in partibus vicinis hęreticorum confirmare, & conſolidare, ac ſingulis quintis ferijs, feſto nouem lectionum vacantibus, Miſſam de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramẽto, vel de feſto, aut feria celebrare ſolent. Nos hanc cæptam laudabilem, & ſalutiferam cõſuetudinem, Apoſtolicæ authoritate, tenore præſentium approbantes, & cõfirmantes, monemus, & hortamur in Domino fratres diſcalciatos prædictos, & vbique, præſertim in partibus vicinis dictorum hæreticorum, & in Indijs eãdem conſuetudinem proſequentes, ſuis prædicationibus, populo ad fidem, deuotionem, & frequẽtem vſum huius ſacroſancti Sacramenti allicere, & inuitare diligenter curent. Vt autem fratres prædicti libentius præmiſſa peragant, & Chriſti fideles illis interſint, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ, conſpexerint ſe vberius eſſe refectos, de omnipotẽtis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi, fratribus diſcalciatis, & Chriſti fidelib. prædictis, qui in illorum Eccleſijs, & præfatis quintis ferijs, Miſſæ centum, qui verò prædicationi, aut lectioni verbi Dei interfuerit, alijs centum, necnõ, qui ad orandum acceſſerint in ſtrim, quinquaginta dies, qui denique confeſſi eo die ibi communicauerint, tres annos, & totidẽ quadragenas, de eis iniunctis, ſeu aliàs quomodolibet debitis

1 (beside "nos in ipſa ratione reddenda")

Vide in 10. 1. qq. re. q. 42. art. 16. in qua ſimile, & maius priuilegium fratribus Minorib. traditur conceſſum,

2

debitis pęnitentijs, miſericorditer in Domino rela xamus. Et quia non eſt aliud nomen ſub cælo, in
3 quo nos oportet ſaluos fieri, niſi nomen Ieſu, idcircò, omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui hoc modo ſalutauerint alios, nempè ſiu vulgari, ſeu Latino ſermone, laudetur Ieſus Chriſtus. & his, qui ſic reſponderint, in ſęcula, vel Amen, aut ſemper vtriſque, tàm ſalutantibus, quàm reſpondentibus, quinquaginta, vbicunque id factum fuerit, qui autem nomen Ieſu ore nominauerint reuerenter, vel nomen Mariæ, viginti quinque dies, qui verò in mortis articulo ore, vel corde (ſi ore non potuerint) idẽ nomen inuocauerint, dummodò ante habuerint cõſuetudinem ſic ſalutandi, vel nominandi, idem nomen Ieſu, plenariam omnium peccatorum ſuorum
4 indulgentiã, & remiſſionem. Quiq; litanias eiuſdẽ ſanctiſſimi nominis nominauerint, trecentos, qui litanias eiuſdem B. Virginis Mariæ ducentos, necnõ prædicatoribus. verbi Dei, qui inter prædicandũ adhunc modum ſalutãdi, inuocãdi, vel recitandi, ſeu nominandi nomẽ Ieſu. & Mariæ, auditores monuerint, & quicunq. hãc ſalutationis formã vſui eſſe curauerint, eaſdem indulgentias, ac peccatorum remiſſiones cõſequantur, authoritate, & tenore pręmiſſis cõcedimus, & elargimur. Volumus autem, vt prædictæ litaniæ nominis Ieſu, & B. Mariæ, iuxtà morem, & cõſuetudinem in Romana Curia, & domo B. Mariæ Virginis vſitatum recitentur, quod indultum extendatur etiã ad Indos, vbi eſt eadem neceſſitas. Decernentes præſentes literas, nullo vnquã tempore per quaſcunq. alias literas Apoſtolicas reuocari, ſuſpendi, aut limitari, ſeu illis derogari poſſe. Et ſi illis aliquãdo derogari, aut ſuſpendi, vel reuocari, aut limitari cõtigerit, in genere, vel in ſpecie, ſtatim in priſtinum, & eum, in quo antea pręmiſſa erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri debere, reuocationib. ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs in cõtrarium facientibus quibuſcunque, nõ obſtantibus. Cæterum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, &
5 ſimiliter dicta authoritate decernimus, quod præſentium trãſumptis, etiã impreſſis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti ordinis, ſeu alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ cõmunitis, eadẽ prorſus fides, tã in iudicio, quàm extrà illud adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Iulij. 1587. Pont. noſtri, anno 3.

ALiqua conceſſit Sixtus V. circa ſanctos ordinum, ſcilicet circa feſtiuitates D. Antonij ordinis Minorum, & S. Petri Martyris, ordinis Prædicatorum, & S. Nicolai de Tolentino, Eremitarum D. Auguſtini, & circa alios ſanctos diuerſorum ordinum, ſed quia de his latè egimus in ſecundo tomo quæſtionum Regularium, q. 68. ideò conſultò ea omnia omitto.

GREGORIVS PAPA DECIMVS QVARTVS.

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

Quod commiſſarij generales Indiarum, durent vſque ad aduentum nouorum commiſſariorum, & non ſtatim, quod finitur officium generalis ordinis Minorum.

GRegorius Papa Decimus quartus, ad perpetuam rei memoriam. Religioſorũ quorumcunq. proſpero regimini, vt in humilitatis ſpiritus, debitum Altiſſimo famulatum, quietè, & pacificè, vt decet, exhibeant, vt quã tum cum Domino poſſumus, conſulere ſtudemus. Nuper ſiquidem expoſuit nobis nuper dilectus filius, Franciſcus de Toloſa miniſter generalis fratrũ Minorum S. Frãciſci de obſeruãtia, quod cũ ex veteri ipſius ordinis cõſuetudine à miniſtro generali pro tempore, deputari ſoleant cõmiſſarij generales eiuſdem ordinis, in Indijs Occidentalib. & Orientalibus, qui ordinis hmõi gubernium in illis partibus, vſq. ad nouorum commiſſariorum aduentum gerãt, ſed quia contin ſæpè, vt cum ipſi miniſtri, officium ſuum cõpleuerint, fratres illarum partiũ, ipſis cõmiſſarijs obedire recuſent, allegantes ipſorũ vnà cum ipſius miniſtri, ceſſare ſuperioritatem, vnde multa quandoq; ſcãdala ſuboriri ſolent, quib. ipſe Franciſcus obuiã iri cupiens, nobis humiliter ſupplicari fecit, vt noſtrã in præmiſſis authoritatẽ interponere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui religioſis obedientiã, quã deuouerunt, violari vllo prætextu, fas eſſe nõ cenſemus, huiuſmodi ſupplicationib. inclinati, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & decernimus. cõmiſſariorum ſic pro tempore, in illis partib. deputatorum, à generali miniſtro ſuperioritatem, vſq. ad nouorum cõmiſſariorum, ad illas partes aduentum, perdurare, ipſarumq. partiũ fratres, & religioſos dicti ordinis quoſcunque, toto eo temporis ſpatio, obedientiã, & reuerentiã, conſuetas, exhibere debere, nec ab illa, pędicto, nec ab illo, quocunq. prætextu exemptos eſſe, ipſoſq. cõmiſſarios illos viſitare, corrigere, reformare, atque ad obedientiã præſtandã recuſantes, pęnis Eccleſiaſticis, & alijs opportunis remedijs iuxtà ordinis ipſius cõſtitutiones, coercere poſſe, ac debere, ſicque per quoſcunq. miniſtros, & ſuperiores eiuſdem ordinis, alioſq. iudices ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, & authoritate, vbiq. iudicari, & definiri debere. Irritum quoq. & inane, quid quid ſecùs ſuper his, à quoquã quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nõ obſtantibus cõſtitutionibus, & ordinationib. Apoſtolicis, ac prædicti ordinis ſtatutis, & cõſuetudinib. et iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eidem ordini, illiuſq. ſuperioribus, & perſonis, in genere, & in ſpecie, quomodolibet cõceſſis, approbatis. & innouatis. Quibus omnibus illorum tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſq. cõtrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 25. Aprilis 1591. Pont. noſtri, anno 1.

Bulla Secunda.

Qua ſocietatis Ieſu inſtitutum, & ratio gubernandi confirmantur, & ne quid contra hæc à quoquam tentetur, grauiter interdicitur.

SVMMARIVM.

1 *Societas commendatur.*
2 *Regulares ordines, eiſdem modis creſcere debent, quibus fundati ſunt.*
3 *Summorum Pontificum inſtituti ſocietatis approbationes.*

4 Impu-

4 *Impugnantium inuenta, & præſumptiones.*
5 *Quædam in dubium vocata.*
6 *Ratio gubernandi in ſocietate.*
7 *Primaria quædam electiones in congregatione fiũt.*
8 *Graduum diſcretio, ac officiorum diſtributio, eſt in manu præpoſiti.*
9 *In ſimplicibus ſocietatis votis, nec contractus vitioſe claudicat, nec iniuſtitia vlla interdicit.*
10 *Noua inſtitutio, conſtitutionum, ac præmiſſorũ omnium, & priuilegiorum ſocietatis confirmatio.*
11 *In congregationibus procedatur, iuxta conſtitutiones, & decreta.*
12 *Superiorum electio tota ſit penes præpoſitum.*
13 *Nouitij ad ſocietatem, & ad ſcholaſticorum vota, per ſuperiores ſunt admittendi.*
14 *Graduum diſcretio, ac in eo adiutorum formatorũ, & profeſſorum promotio, ſit in manu præpoſiti.*
15 *Tempus promotionis ad huiuſmodi gradus non ſit determinatum.*
16 *Qui nam ſint ad profeſſionem admittendi.*
17 *Promoueri non debent, niſi cum ſocietati fuerit ab eis plenè ſatisfactum.*
18 *Omnes authoritas, omneſque facultates præpoſito conceſſa, inuiolata conſeruentur.*
19 *Formam iudiciariam, in dimiſſionibus ſeruandum non eſſe.*
20 *Omnes facultates, ad correctionem, & punitionem alijs ordinibus conceſſa, ſocietati, eiuſque præpoſito conceduntur.*
21 *Nomen ſocietatis Ieſu, eſſe retinendum.*
22 *Societatis religioſos, emiſſis votis ſimplicibus: ad ſacros ordines promoueri poſſe.*
23 *Ad nullum alium ordinem (Carthuſienſium excepto) eis tranſire licet.*
24 *Ad ſacerdotium, vel ad profeſſionem, aut cuiuſuis gradus mutationem aſpirare debere.*
25 *Poteſtatem admittendi, tanquam rem magni momenti, ad ſocietatis conſeruationem eſſe omnino retinendam.*
26 *Perturbatorum audacia.*
27 *Præcipitur omnibus in virtute ſancta obedientia.*
28 *Regularibus verò, etiam ſub excommunicationis latæ ſententia, inhabilitatis, ac vocis actiua, & paſſiua priuationis, pœnis, eo ipſo incurrendis.*
29 *Ne ſocietatis Inſtitutum, conſtitutiones, aut decreta, vel ex ijs, aut illa concernẽtibus, quippiam impugnent, vel alterari curent.*
30 *Aut contra, vel præter ea agant, vel quippiam vlli alij alterandum, præter quam Romano Pontifici, idque immediatè, vel per legatum, aut ſocietatis, vel præpoſito proponant.*
31 *Innouantur pœna conſtit. fe. re. Gregorii Decimi tertii, omniaque in ea contenta confirmantur.*
32 *Præſentes de ſurreptionis vitio notari non poſſe.*
33 *Nec ſub quibuſuis reuocationibus comprehendi.*
34 *Sic iudicari debere.*
35 *Mandatur ordinariis, vt curent præſentes literas ab omnibus obſeruari.*
36 *Non obſtant.*
37 *Præſens conceſſio non communicatur.*
38 *Tranſumptis habeatur fides.*

GRegorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorũ Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Eccleſiæ Catholicæ, cui Deo auctore præſumus decor, atque vtilitas poſtulat, vt cum omnibus illius membris fouẽdis, atque ornandis, aſſiduè nobis laborandum ſit, in illa tamen, præcipuam vigilantiæ noſtræ partẽ, impendere debeamus, quæ non modo ipſa per ſe, robur, ac pulchritudinem corpori huic myſtico afferunt, ſed cæteras etiam eiuſdem partes, vel diſruptas conſolidare, vel integras cuſtodire, vel fœdatas eluere, etque etiam ornare valeãt. Inter hac au-

tem, quem locũ obtineant religioſi ordines, præſertim verò, qui proximorum vtilitati deſeruiunt, non obſcurè perſpicimus, cum & ſuperiora tempora, & præſentia diligenter attendimus. In his verò religio Societatis Ieſu, quam nouiſſimis hiſce diebus,
diuina prouidentia excitauit, adeò ſtrenuè laborauit, ac ſine intermiſſione laborat, vt illius, vel turbationẽ, & infirmitatẽ, ad commune Eccleſiæ damnũ vel pacem, atque integritatẽ, ad eiuſdẽ vtilitatem, maximè pertinere putemus. Et quoniã, neque tranquillitati, neq; firmitati huiuſmodi ordinum, proſpectũ eſſe poterit, niſi eorum inſtituta firmiter inconcuſſa ſeruentur, iiſdemque modis fœliciter progrediantur, & creſcant, quibus à fundatoribus, Domino inſpirante, atque hac ſancta ſede approbãte,
primum fundari ſunt, neceſſariũ duximus, ea, quæ ab Ignatio, huius ordinis fundatore, ordinata, & à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, circa eiuſdem Societatis inſtitutum ſancita ſunt, Apoſtolicæ firmitatis munimine denuo roborare. Quã
nis enim præfatę Societatis inſtitutum, iam inde ab eius primordijs, fuerit per fœlicis recordationis, Paulum III. & Iulium etiam Tertium, Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, approbatum, & à fęlicis recordationis, Gregorio XIII. etiam prædeceſſore noſtro, primò per eius quaſdam literas, ſub Dat. Kalen. Februarij, Pontificat. eius, anno vndecimo. Deinde copioſius, per conſtitutionem, quæ incipit, aſcendente Domino, confirmatum, nihilominus tamen, non idcirco defuerunt, qui adhuc ſub zeli, & boni ſpecie, aliqua ex ijs, quæ in dictis Pontificiis approbationibus, & confirmationibus continentur, & alia etiam, quæ ad inſtitutum, & rationem gubernandi, dictæ Societatis pertinet, varijs modis impugnare. Quin etiam apud piæ memoriæ, Sixtum Papam Quintum, prædeceſſorem item noſtrum, oblatis libellis, & varijs excogitatis modis, traducere, & calumniari, atque, vt ea, quæ conſultiſſime ſancita erant infringerentur, conari
veriti non fuerint, inſtantes ſcilicet, vt res, & negocia Societatis, non per ſuperiores, vt hactenus iuxta illius conſtitutiones, & Apoſtolica diplomata factum eſt, ſed per capitula, ſeu congregationes definiantur: vt electiones tam prouincialium, quã ſuperiorum localium, non à Præpoſito generali, iuxta huiuſmodi conſtitutiones, ac diplomata, ſed in capitulis eiſdem fiant. Vt nouitij in ſocietatem, & ad vota Scholaſticorum, peracto bienoio nouitiatus, in capitulis eiſdem admittantur. Vt profeſſioni certum, ac præfiſum tempus ſtatuatur, quo eo acto, per ſuffragia congregationis, religioſi huiuſmodi ad profeſſionem admittantur: vt qui iuxta inſtitutum, ac formulam ipſam votorum, quam vouerunt, ſanctæque huius ſedis approbationem à
Societate dimittũtur, non niſi ordinarij iudicij forma ſeruata, dimmittantur. Illa etiam in controuerſiam, & e ſamen eodem tempore adducta fuere, nẽpe, Nomẽ ipſum Societatis Ieſu, quod non eſſet ita deinceps vocanda, religioſos non profeſſos, nõ debere ad ſacros ordines promoueri: huiuſmodi religioſos non eſſe prohibendos, quin ad alios regulares ordines tranſire, ſimiliter nec laicos, vt ad ſacerdotium, nec alios non profeſſos, vt ad profeſſionẽ, aut ad gradus mutationem aſpirare poſſint: facultatem præterea, eos qui profeſſi non eſſent, dimittendi, non probari. Quibus, & huiuſmodi aliis nouis impugnantium inuentis, ſi aditus pateret, vniuerſa Societatis ſtructura labefactaretur, atque conuelleretur. Nos igitur huiuſmodi impugnationibus diligenter conſideratis, & perpenſo circa reliqua, quæ in controuerſiam, & examẽ deducta fuerant, nonnullorũ venerabiliũ fratrũ noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinaliũ iudicio, qui

ex mandato eiuſdem Sixti prędeceſſoris, illi accura
te diſcuſſeraot, & examinauerant. Simol etiam per-
peodentes primũ quidẽ, quod modus ille, res, & oe
gotia per capitola definiendi, optimũ Societatis or
dinẽ, ac vniuerſam guberoandi rationem, prorſus
5 euerteret, illam enim Ignatius fundator, quamuis
6 ſuperiorũ conſiliũ, prudentiamque, ac rerũ experiẽ
tiam, adiuuare, & promouere curauerit, adhibitis
ſcilicet etiam, tam generali præpoſito, quã ſingulis
alijs ſuperioribus, tum prouincialibus, tũ localibus
ſuis, & ſelectioribus, conſiliarijs, atque admonitori
bus, monarchicã tamen, & in diffinitionibus, vnius
ſuperioris arbitrio contentaoı eſſe decreuit. Dein-
7 de, quod ratio capitulariũ electionum, maxima ipſi
Societati afferret incommoda. In qualibet electio-
nes quædam primariæ, cuiuſmodi ſunt generalis
præpoſiti, ac illius aſſiſteniũ, & admonitoris in ge-
neralibus coogregationibus, in prouincialibus ve-
ro, tam eorum, qui generalem præpoſitum eligere,
vel generali ipſi coogregationi cum iure ſuffragij
intereſſe, quam procuraroreın etiam, qui ẽ ſingulis
prouincijs, quolibet triẽnio, io vrbem ad procura-
torom congregationem mittũtur, & eiuſmodi quæ
dam aliæ electiones, per ſecreta ſcrutinia, & deci-
ſioa ſuffragia fiant. Io reliquis nihilominus, proprij
cuiuſque gradus iodicium, & officiorum diſcretio,
ac diſtributio, iuxta coottitutiones eaſdem, & Apo
8 ſtulica diplomata, ipſius inſtituti confirmatio præ-
dictorum Pauli Tertij, ac Iulij etiam Tertij, præde
ceſſorum noſtrorum, tota eſt in ipſius præpoſiti ge
neralis manu. Quam prępoſiti generalis, ac reliquo
rum illi ſubordinarorum ſuperiorum auctoritatem
noonulli impugnatores multis modis contrahere,
ac eneruare reo tatunt. Denique, quod in ipſorum
dimiſſionibus, qui inxta formulam votorũ ſimpli-
cium, io conſtitutionibus expreſſam vouerũt, quoſ-
que in Societate retinere non expedit, ne cootra-
ctus vitioſe claudicet, nec vlla alia ioteruenint inio-
9 ſtitia. Conſiderantes inſuper, quod io regularis di-
Vide in 1. ſciplinæ, ac ſpiritualis perfectionis, non exiguũ de-
10.qq.10.q. trimentum, totiuſque ordinis perturbatiooẽ maxi
3.ar.4. mam, atque perniciem vergeret, ſi ea, quæ à funda
toribus ſanctè ſtatuta ſunt, atque ab vniocrſo ipſo
ordine ſæpius in illius generalibus congregationi-
bus recepta, & approbata, & quod præcipuum eſt,
ab hac Sancta ſede ſancita, & confirmata ſunt, non
ſolum motari, ſed quocumque prætextu impugna-
ri, ac labefactari contingat. Omni nobis ſtudio cu-
randum eſſe duximus eiuſmodi nouitatibus, ac te-
merarijs impugnantium præſumptionibus omnẽ
aditum præcludere, ac Societatis indemnitati pro-
ſpicere, vt hac ratione Societas ipſa, noſtro, & Apo
ſtolicæ ſedis præſidio munita, atque io ſui inſtituti
puritate, & regularis diſciplinæ integritate, quiete,
ac pace cõſeruata, vberiores in dies fructus in agro
Domioi peragat, ipſo Domino adjuuante, alacriter
10 & abſque impedimento proferre. Motu igitur pro
prio, & ea certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ
poteſtatis plenitudioe laudabile ipſius Societatis
inſtitutum, conſtitotioneſque omnes, ac ſtatuta, &
decreta, & quæ illud coocernunt, præmiſſa omnia,
& ſingula, prædictaque, ac quæcumqoe alia eius
priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates,
grarias, & indulta, à prædictis, ſeu etiam ab alijs
prædeceſſoribus noſtris, etiam per communicatio-
nem cõceſſa, qoaliacumque illa, ac ſi verbo ad ver-
bum præſentibus insererentur pro expreſſis habẽ-
11 tes, tenore præſentium approbamus, & confirma-
mus, ſupplentes omnes, iuris, ac facti defectus, ſi
qui interuenerunt in eiſdem. Et nihilominus hac
noſtra perpetuo valitura conſtitutione, motu, ſcien
tia, & poteſtatis pleoitudine ſimilibus, ſtatuimus, &
decernimus, & ordinamus, vt in Societatis pradi-
ctæ congregationibus quibuſcumque eo prorſos
modo procedatur, atque ea tantum tractentur, &
definiantur, quæ in conſtitutionibus, ac congrega-
tionum geueralium decretis, ſtatotum iam eſt, vel
in poſterum ſtatuetur, vt in eiſdem congregationi- 12
bus tractentur, & definiantur. Electio verò ſupe-
riorum, tam prouincialium, quam viſitatorũ, & quo
rumcumque localium, tota ſit penes præpoſitũ ge-
neralem iuxtà conſtitutiones eaſdem, prout penes
ipſom eſſe, & conſeruari diſtrictè pręcipimus, cum
poteſtate illorum facultatem reuocandi, reſtringen
di, & etiam augendi, ac adminiſtrationis rationem
ab illis exigendi, & eoſdem ab officio remouendi,
prout in Domino iudicauerit expedire. Nouitios 13
etiam tam in eorum admiſſione ad Societatẽ, quã
ad Scholaſticorum vota poſt bieonium nouitiatus,
iuxta Societatis morem, per ſuperiores admitten-
dos eſſe; graduum etiam diſcretio, & iudicium, ac
coadiutorum, tam ſpiritualium, quam temporaliũ,
ſimulque, & profeſſorum promotio iuxta huiuſ- 14
modi conſtitutiones, ſimiliter ſit in maou præpoſi-
ti generalis. Tempus autem promotioois ad huiuſ-
modi gradus, nullo modo volumus certum, ſeu de 15
terminatum eſſe, ſed conſtitutiones, ac diplomata
prædicta, hac etiã io parte omnino obſeruari volu-
mus, & mandamus, quæ ſtatuuot ſelectos tantũ ſpi-
ritus, & doctrinæ viros, & multum, diuque exerci- 16
tatos, ac in variis probationibus virtutis, & abnega
tionis ſui ipſorum, cum omnium ædificatione, & ſa
tisfactione, ſatis cogoitos, ad profeſſiooem eſſe ad-
mittendos, & denique non oiſi cum Societati, vel 17
eius præpoſito generali fuerit ab eis pleoe in Do-
mino ſatiſfactũ. Omnis vero auctoritas, omnes de-
nique facultates per dictæ Societatis conſtitutio- 18
nes, & Apoſtolica diplomata præpoſito generali cõ
ceſſæ, tam in ijs, quę ipſe per ſe exercere debet, quã
in communicatione prouincialibus, & viſitatorib.
ac aliis quibuſcumque ſuperioribus per ipſum fa-
cienda, integre, & inuiolatè cõſeruentur; quoniam
vt ratio ipſa docet, & Igoatius fundator prudenter
animaduertit, ad hoc, vt ſocietas benè gubernetur,
valde expedit, vt præpoſitus generalis omnem ha-
beat io ea auctoritatem, ad ædificatiooem, ex qua
præter cætera quamplorima illud ſequetur cõmo-
di, vt vniuerſus ordo ad monarchicam, gubernatio
nem cõpoſitus maximè ſeruetur vnitus, ipſioſque
membra per voiuerſum orbem diſperſa, per omni
modam hanc ſubordinationem ſuo capiti colliga-
ta promptius, atque facilius, à ſummo capite Chri-
ſti in terris vicario, ad varias functiones, iuxta eorũ
pecoliarem vocationẽ, ac ſpeciale votũ dirigi, atq;
moueri poſſint. Qnod vero attinet ad dimiſſionem
declaramus formã iudiciariam adhibeodam non 19
eſſe, ſed modum in conſtitutionibus præſcriptũ, &
hactenus in ipſa Societate ſeruatum, de cætero ſer-
uari volumus, nempe, vt etiam ſioe aliquo proceſſu
tela, aut ordine iudiciario, ac nullis terminis, etiam
ſubſtaotialibos ſeruatis, ſola facti veritate inſpecta,
culpæ, vel rationabilis cauſæ tantum ratione habi-
ta, ac perſonarum, aliarumqoe circunſtantiarũ, qua
rũ conſideratio ſit cũ claritate, & prudentia coniũ
cta, pcedi poſſit, auctoritate prędicta declaramus,
& decernimus. Quin etiã omnes facultates, omnem
que iuriſdictionẽ, quod ad ſubditorum correctio- 20
nem & punitionem pertinet, quibuſcũq. ordinib.
eorumque generalibus hactenus conceſſas, oon ad
inſtar, ſed æque principaliter ipſi Societati, eiuſque
præpoſito generali cõcedimus, & elargimur. Quo
vero ad reliqua, quæ in controuerſiã vocata erant,
ſic ſtatuimus: Nomẽ Societatis Ieſu, quo laudabilis
hic ordo naſcens, à ſede Apoſtolica nominatus eſt, 25
& hactenus inſigoitus, perpetuis futuri tempori-
bus, in ea retinendum eſſe, ac religioſos huiuſmodi

poſt

22 poſt emiſſa vota,etſi ſimplicia,ad ſacros etiam preſ
byteratus ordines iuxtà Summorũ Pontificũ con-
ceſſiones promoueri poſſe, eiſdemque emiſſis hu-
23 iuſmodi votis,ad quemuis alium ordinem Mendi-
cantium,vel non Mendicantium (Carthuſienſiũ dũ
taxat excepto) tranſire minimè licere. Laicos, vel
24 alios non ſacerdotes,ad ſacerdotium, vel eoſdem,
aut qui ſacerdotes ſunt,ad profeſſionem,aut cuiuſ-
uis alterius gradus mutationem,aſpirare non debe
25 re,Poteſtatem quoque à Societate dimittẽdi quoſ-
uis non profeſſos,ab hac ſede Apoſtolica ſæpius ap
probatam,eoſque ab omni obligatione votorũ iux
tà conſtitutiones,& diplomata huiuſmodi emiſſo-
rum,per dimiſſionem ipſam,per quam vota prædi-
cta ceſſant,liberandi,tanquam rem magni momen
ti ad Societatis puritatem, & conſeruationem re-
tinendam omnino ratam intactam,& illibatam eſ-
ſe volumus. Et vt perturbatorum & contradicentiũ
26 audacia coerceatur,ac ne ipſi, vel pernicioſo eorũ
exemplo,alij in poſterũ,quæ ab hac Apoſtolica ſe-
de,ſemel ſtabilita ſunt, præcipue circa regularium
ordinum inſtitutionem,& confirmationem,in qui-
bus alioquin,ad eandem ſedem tantum manus ap
ponere ſpectat, impugnare, aut eneruare impunè
præſumant, aut vllo modo valeant, præcipimus in
virtute ſanctæ obedientiæ, vniuerſis,& ſingulis per
ſonis,tam ſecularibus,quam quorumuis ordinũ re
gularibus,cuiuſcũque ſtatus,gradus,& præminen-
27 tiæ exiſtant,etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcop. Pa-
triarchali,aut alia maiori Eccleſiaſtica dignitate,
ſeu Cardinalatus honore,vel mundana quauis au-
ctoritate,ſeu excellentia præfulgeant: ipſis verò re
28 gularibus etiam dictæ ſocietatis religioſis,ſub pœ-
nis excommunicationis latæ ſententiæ,necnõ inha
bilitatis ad quæuis officia,& dignitates,vociſq. tam
actiuæ,quam paſſiuæ priuationis eo ipſo,abſque a-
lia declaratione incurrendis, quarum abſolutionẽ
nobis,ac ſucceſſoribus noſtris dũtaxat reſeruamus,
ne dictæ Societatis inſtitutum conſtitutiones, aut
29 decreta,vel ex eis quippiam,aut ex præmiſſis om-
nibus articulum quemlibet,vel aliud quid,ſupradi
cta concernens,maioris boni,aut zeli , ſeu quouis
alio quæſito colore,aut prætextu,directe,vel indire
ctè impugnari,vel immutari , alterari,aut formam
aliam,ſeu rationem circa ea induci curare, aut con
tra,vel præterea,ſeu quæuis alia ipſius inſtituti ſub
ſtantialia agere,vel quippiam vlli alij,præterquam
30 nobis,aut Romano Pontifici pro tempore exiſten-
ti,idque immediatè, vel per noſtrum,aut Sedis A-
poſtolicæ legatum,ſeu Nuntium , vel ipſius Socie-
tatis generali congregatione,aut præpoſito genera
li,addendum,minuendum,aut immutandum , ſiue
alterandum , proponere quoquomodo audeant,
vel præſumant. Pœnas denique omnes, in Grego-
31 rij Decimi tertii prædeceſſoris prædicti conſtitu-
tione (Aſcendente Domino) contentas , ac con-
ſtitutionem eãdem , cum omnibus,& ſingulis in ea
contentis,ac ſi ea omnia ad verbum præſentibus
infererentur,per præſentes approbamus, & inno-
uamus . Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula,
32 necnon præſentes,ac in eis contenta quæcumque,
nullo vnquam tempore,etiam ex eo,quod intereſ-
ſe forſan habentes,ad id vocati nõ fuerint, vel alio
quocumque prætextu,& ex quauis cauſa,quãtum-
uis vrgenti,legitima , & rationabili, de ſubreptio-
nis , vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ,
vel alio quouis defectu notari, impugnari, inuali-
dari,retractari,annullari,reuocari,ad viam iuris re
duci,in dubium, vel controuerſiam reuocari, aut
aduerſus illa, quodcumque iuris, facti, vel gratiæ
remedium impetrari poſſe, vel debere. Nec ſub
quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum re-
33 uocationibus,ſuſpẽſionib. limitationibus,modifica
tionibus,derogationibus,aut alijs contrarijs diſpo
ſitionibus,cõprehendi,ſed ab illis ſemper excepta;
& quoties emanabunt, toties in priſtinum locum,
in quo antea quomodolibet erant,ſtatum reſtituta,
repoſita,& plenariè redintegrata,ac de nouo etiã,
ſub Dat. per Societatem,illiuſque præpoſitum ge-
neralem,& alios ſuperiores prædictos,quandocum
que eligenda,de nouo conceſſa,ac etiam confirma
ta & approbata,validaque , efficacia, & illibata,et
abſque eo,quod deſuper à dicta ſede,illorum vlte
rior reſtitutio, reualidatio , confirmatio, ſeu noua
rio conceſſio,impetrãda ſit,fore,& eſſe , ſuoſq. ple-
narios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac
eaſdem præſentes literas,ad probandum plenè om
nia,& ſingula præmiſſa ſufficere,nec ad id alterius
probationis adminiculum requiri. Sicque in præ-
miſſis omnibus,& ſingulis, per quoſcumque iudi-
cés,& Commiſſarios,etiam cauſarum palatij Apo
ſtolici Auditores,S.R.E. Cardinales, etiam delate- 34
re legatos,in quauis cauſa,& inſtantia, ſublata eis,
& eorum cuilibet,quauis aliter iudicandi,& inter-
pretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & de-
finiri debere. Necnon irritum & inane,quicquid
ſecus ſuper his,a quoquam,quauis auctoritate,ſcië
ter, vel ignoranter, contigerit attentari . Man-
dantes vniuerſis,& ſingulis Patriarchis, Archiepi-
ſcopis,Epiſcopis,ac cæteris Eccleſiarum, & loco-
rum etiam regularium Prælatis,per vniuerſum or- 35
bem conſtitutis, vt præſentes literas, in ſuis quiſ-
que Eccleſijs, prouincijs, ciuitatibus, diœceſibus,
& iuriſdictionibus,ab omnibus inuiolatè obſerua-
ri: Quin etiam præpoſitum,ac perſonas Societa-
tis huiuſmodi defendant, eoſque præmiſſis omni-
bus,& ſingulis pacificè frui faciant,& gaudere, nõ
permittentes ipſos, per quoſcumque quomodoli-
bet moleſtari,contradictores per cenſuras Eccleſia
ſticas,& alia iuris,& facti remedia opportuna,appel
latione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato ad hoc
(ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non ob-
ſtantibus,tam ipſius Sixti prædeceſſoris,ſuper mo- 36
do, & forma admittendi nouitios ad religionem,
quam alijs quibuſuis conſtitutionibus Apoſtolicis,
& decretis,per eundem, vel quoslibet alios præde
ceſſores noſtros,etiam viuæ vocis oraculo,aut alias
quomodolibet æditis, ac etiam aliorum ordinum
iuramento,confirmatione Apoſtolica , vel quauis
firmitate alia roboratis,ſtatutis, & conſuetudinib.
priuilegijs quoque , indultis, & literis Apoſtolicis
quibuſcumque,huiuſmodi ordinibus, vniuerſitati
bus,locis,aut perſonis,per quoſcumque Romanos
Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos, & ſedem
prædictam etiam Motu proprio, & ex certa ſcien-
tia,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,& cum
quibuſuis irritatiuis,annullatiuis,caſſatiuis,reuoca
tiuis,modificatiuis , præſeruatiuis, exceptiuis,de-
claratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum
derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis
clauſulis,irritantibuſque,& alijs decretis,in gene-
re,vel in ſpecie,ac alias quomodolibet, etiam plu-
ries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus
omnibus,& ſingulis,etiamſi in eis caueatur expreſ-
ſe,quod illis nullatenus,aut non niſi ſub certis mo-
do, & forma in illis expreſſis, derogari poſſit,pro
illorum ſufficienti derogatione,de illis, eorumque
totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa
mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma,
ad hoc ſeruanda foret, tenores huiuſmodi, præſen-
tibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias
in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpe-
cialiter,& expreſſe derogamus, contrarijs quibuſ-
cumque. Aut ſi aliquibus communiter,vel diuiſim
ab eadem ſede ſit indultum, quod interdici, ſu- 37
ſpendi,vel excommunicari non poſſint, per literas

Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum,de indulto huiuſmodi mentionem. Præſentis autem conſtitutionis, & gratiæ communicationem,omnibus alijs,qui ſupra priuilegia cum ipſa Societate copioſe participant,participareque poterunt quomodolibet in futurum,fie-
38 ri omnino prohibemus.Cœterum volumus,vt præſentium tranſumptis,etiam impreſſis, manu ſecretarij dictæ Societatis,vel notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo præpoſiti generalis eiuſdem Societatis,vel alterius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem omnino fides adhibeatur, in iudicio,& extra illud,quæ literis ipſis originalibus haberetur,ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat,hanc paginam noſtræ approbationis,confirmationis,ſuppletionis, ſtatuti,ordinationis,decretorum,conceſſionis,elargitionis,præcepti,reſeruationis,innouationis, mandati, declarationis,derogationis,prohibitionis,& volūtatis infringere,&c. Datum Romæ,apud S. Petrū, anno Incarnation. Domi. 1591. Quarto Kal. Iulij, Pontific. noſtri, anno 1.

Bulla Tertia,

SVMMARIVM.

Gregorij Papæ Decimi Quarti,Confirmationis,& extenſionis priuilegiorum aliorum ordinum, pro congregatione regularibus obſeruantiæ Sancti Bernardi Regnorum Hiſpaniæ,1591,

GRegorius Papa Decimus quartus. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex, Religioſorum congregationibus, illarumque perſonis,præſertim ſub regulari obſeruantia,& reformatione Altiſſimo famulantium,à ſede Apoſtolica cōceſſa priuilegia,nedum confirmare,& approbare, ſed & alia,aliorum ordinum regularibus perſonis, & pijs locis conceſſa,ad eos quandoque extendere,& ampliare conſueuit,prout eorundem religioſorum vota expoſcunt,& ipſe conſpicit in Domino,ſalubriter expedire. Sanè dilecti filij Generalis reformator, Abbates, priores,& Monachi totius congregationis,regularis obſeruantiæ Sancti Bernardi,ordinis Ciſtercienſis Regnorum Hiſpaniæ, nobis nuper exponi fecerunt, Quod cum alias per fœlicis recordationis,Martinum Quintum, Eugenium quartum,nonnulloſque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſeu ſedem præfatam,diuerſa priuilegia,gratias,& indulta, tam eidē ordini Ciſtercienſi,quam dictæ congregationi, eorumque monaſterijs,domibus,perſonis,& locis,generaliter,ſpecialiter,ac particulariter conceſſa, ſeu forſan per eoſdem,& nouiſſime per piæ memoriæ, Sixtum Papam Quintum prædeceſſorem noſtrum confirmata,& approbata,ac innouata, & extenſa, ſeu ampliata fuerint,prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis,plenius continetur. Cum autem firmius ſubſiſtant ea,quæ ſæpius fuerint, Apoſtolico munimine roborata:Cupiunt recipi,Generalis,Abbates,Priores,ac aliæ vtriuſque ſexus dictæ congregationis perſonæ,pro illarum ſubſiſtentia firmiori,per nos confirmari,& approbari,necnon pro ipſorum,Generalis,& perſonarum regularium eiuſdem Congregationis,conſolatione, & Religionis augmento, quæcumque tam eidem Ciſtercienſi, quam quibuſuis alijs ſimilium,vel diſſimilium ordinibus,& Religionibus,eorumque Congregationibus,Monaſterijs,Domibus,Eccleſijs,pijs,ac charitatiuis locis,illorumque,quibuſuis Superioribus, ac vtriuſque ſexus Regularibus perſonis, conceſſa priuilegia,facultates,& indulta quæcumque, & qualiacumque ſint, ad præfatam Congregationem Regularis obſeruantiæ Sancti Bernardi, illiuſque Monaſteria,& quaſcumque vtriuſque ſexus regulares perſonas,extendi, illaſque, & illa eis communicari. Quare pro parte dictorum Generalis Reformatoris,Definitorum,Conſiliariorum, Viſitatorum, Abbatum, & aliarum dictarum perſonarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere,aliaſque in præmiſſis oportunè prouidere,de benignitate Apoſtolica dignaremur, Nos, qui Regularium votis,præſertim Religionis augmentum concernentibus, libenter annuimus, eaque fauoribus proſequimur oportunis,ſingulorū priuilegiorum,gratiarum,& indultorum, ac deſuper confectarum literarum huiuſmodi tenores,præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, necnon Generalem,Reformatorem,Definitores, Conſiliarios,Viſitatores,Abbates,Priores, Monachos, eorumque vtriuſque ſexus, ſingulares perſonas, à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis, & interdicti,alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis,à iure,vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis,ſi quibus quomodolibet, innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula, cuiuſuis generis priuilegia, prærogatiuas,conceſſiones, facultates, exemptiones,libertates,conſeruatorias,immunitates, & indulta,abſolutiones,diſpenſationes, ac peccatorum remiſſiones,Indulgentias etiam plenarias cæteraſque gratias, ſpirituales, & temporales,etiam per modum communicationis,& extenſionis, dicto ordini Ciſtercien. ac huiuſmodi Congregationi,illorumque vtriuſque ſexus Monaſterijs,domib. Conuentibus,Eccleſijs,Collegijs,pijs,ac charitatiuis locis,rebus,& bonis,necnon eorum Abbatibus, Generalibus,eorumque Capitulis,Definitoribus Cōſiliarijs, Viſitatoribus, Abbatibus, etiam quatuor primis,Prioribus,Officialibus,Miniſtris, ac omnibus alijs eorum Superioribus,Prælatis, Monachis, Monialibus,& illorum vtriuſque ſexus ſingularib. perſonis,in genere,& in ſpecie,ac tam coniunctim, quam diuiſim,aut alias per præfatos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,& nos,ſedemque Apoſtolicam, eiuſque Legatos,& Nuntios,ſub quibuſcumque tenorib.& formis,etiam ad quorumuis inſtantiam, quomodolibet conceſſa,ſeu communicata, & extenſa,necnon deſuper confectas literas, & ſcripturas quaſcumque,cum omnib.& ſingulis clauſulis in eis contentis,quatenus ſint in vſu,& decretis Concilij Tridētini non aduerſentur,Apoſtolica auctoritate, & ex noſtra certa ſcientia,tenore præſentium,perpetuò approbamus, & confirmamus,illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, ac omnes,& ſingulos,tam iuris,quam facti, ac ſolemnitatum quatumcumque,quomodolibet omiſſarum defectus,ſi qui forſan interuenerunt in eiſdem,ſupplemus,& pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula in eiſdem contenta, & comprehenſa cum illarum extenſionibus,communicationibus, & ampliationibus eidem Congregationi Sancti Bernardi,ac ſingulis eius Monaſterijs,Domibus,locis,eorumque Superioribus,& vtriuſque ſexus regularibus perſonis, de nouo concedimus, & de vno eorum Monaſterio, ad aliud concedendo, ſine vlla differentia extendimus. Et inſuper hoc,ſingularem reformationem, & obſeruantiam dictæ Congregationis,in eiſdem Monaſteriis inſtitutam, & conſeruatam,eoſdem, amplioribus fauoribus condecorare volentes. Omnia,& ſingula priuilegia, prærogatiuas,conceſſiones,appellationes,fauores,facul-

tates,

Digitized by Google

tates, declarationes, abſolutiones, relaxationes, diſpenſationes, ſtationes, Indulgentias etiam plenarias, ac peccatorum remiſſiones, conſeruatorias, immunitates, exemptiones, libertates, præeminentias, & indulta, cuiuſuis generis exiſtentia, cæteraſque gratias, ſpirituales, & temporales, tam eidem Ciſtercienſi, eiuſque Abbati, & Capitulo, etiam Generali, ac quibuſuis illius Monaſteriorum Abbatibus, etiam quatuor primis de Firmitate, Pontiniaco, Claraualle, & Morimundo, quam etiam Sancti Benedicti, ac quibuſuis aliis, ſimilium, & diſſimilium ordinibus, & Religionibus, ſub quibuſuis Regulis, Conſtitutionibus, aut ordinationibus degentibus, ſeu militantibus, & quibuſuis illarum reſpectiuè Congregationibus, Militiis, eorumque profeſſoribus, ac vtriuſque ſexus eorum Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, necnon collegijs, vniuerſitatibus, confraternitatibus, piis, ac charitatiuis locis, eorumque in quibuſuis feſtiuitatum, ac aliis dieb. Eccleſias viſitantibus, ac eorundem religionum generalibus, Præſidentibus, & quibuſuis ſuperioribus Prælatis, ac capitulis, etiam generalibus, prouincialibus, ſeu intermediis, eorumque Definitoriis, Abbatibus, prioribus, Definitoribus, Conſiliariis, & quibuſuis officialibus, rectoribus, miniſtris, Monachis, Nouitiis, Monialibus, fratribus, conuerſis, confratribus, procuratoribus, familiaribus, benefactoribus, ac eorum vtriuſque ſexus, quibuſuis regularibus perſonis, tam in vrbe, quam in quibuſcunque mundi partibus conſiſtentia, ſeu conſiſtentibus, etiam illorum intuitu, aut alias quomodolibet conceſſa, quibus de iure, vſu, & conſuetudine, vel priuilegio, ſeu conſtitutione Apoſtolica, vel Imperiali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, in genere, vel in ſpecie, ac tam coniunctim, quam diuiſim, etiam per ſolam ſignaturam, vel viuæ vocis oraculo, aut per viam communicationis, & extenſionis, & Motu proprio, aut alias quomodolibet, vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, quorum tenores, præſentibus haberi volumus pro expræſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, etiamſi talia ſint, vel forent, quæ ſpecialem, & indiuiduam requirerent mentionem, & ſeu particularem inſertionem, ad primò dictam congregationem regularis obſeruantiæ Sancti Bernardi, ac ſingula illius, tam virorum, quam mulierum monaſteria, illorumque quoſcumque ſuperiores, Prælatos, & vtriuſque ſexus quaſcumque ſuperiores, Prælatos, & vtriuſque ſexus quaſcumque regulares, & ſingulares perſonas, ita quod dicta congregatio Sancti Bernardi, ac vtriuſque ſexus eius monaſteria, prioratus, grangias, domos, Eccleſias, collegia, pia, & charitatiua loca, Sanctorumque feſtiuitates, conuentus, & capitula, etiam generalia, particularia, vel intermedia, Generaliſque reformator, Definitores, conſiliarij, viſitatores, Abbates, Abbatiſſæ, priores, & quicumque alii ſuperiores, officiales, & miniſtri, monachi, moniales, nouitii, fratres, conuerſi, donati, oblati, Commiſſi, Familiares, confratres, procuratores, ac negotiorum geſtores, Benefactores, & aliæ ſingulares vtriuſque ſexus, regulares perſonæ, ac eorum res, & bona, ſub eorum cura, & ſecundum eiuſdem congregationis inſtituta, nunc, & pro tempore viuentes, & exiſtentes, præmiſſis omnibus, & ſingulis æquè pariformiter reſpectiuè, & abſque vlla penitus differẽtia, ſingula ſingulis concernentia, perinde, ac ſi ea omnia, illis, & eorum ſingulis, principaliter, & expreſſe, & non ad inſtar conceſſa fuiſſent, ac ſi in eis, talis ordo, & congregatio Sancti Bernardi primò dicta, illiuſque capitula, monaſteria, Eccleſiæ, dictique ſuperiores, Prælati, ac vtriuſque ſexus dictæ perſonæ, res, & bona, expræſſa, & prænominata fuiſſent, & eſſent, ac ſi pro, & in fauorem eorumdem à Sede Apoſtolica à principio emanaſſent, & fuiſſent immediatè conceſſa, in quantum eidem congregationi expediat, eiuſque gubernio, conſtitutionibus, & diffinitionibus non aduerſentur, vti, frui, & gaudere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis, concedimus, & indulgemus, illaque omnia, & ſingula eis, & eorum cuilibet, eiſdem, auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò extendimus, eiſque communicamus. Decernen. præſentes literas nullo vnquam tempore, quouis quæſito colore, vel ingenio, de ſurreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio defectu notari, argui, vel impugnari poſſe, neque ſub quibuſuis ſimilium gratiarum, reuocationibus, limitationibus, & ſuſpenſionibus, aut contrarijs diſpoſitionibus pro tempore emanandis, minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validum ſtatum, etiam ſub Data, per ſuperiores dictæ congregationis Sancti Bernardi eligenda, reſtitutas, & de nouo conceſſas fore, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & inuiolabiliter obſeruari. Sicque, & non aliter per quoſcumque iudices, quauis auctoritate fungen. etiam locorum ordinarios, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, ſedis Apoſtolicæ Nuncios, & cauſarum Apoſtolici auditores. Sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Irritũ quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate fungente, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus, venerabilibus fratribus noſtris, Toletan. & Burgen. Archiepiſcopis, necnon dilectis filiis, Salmantin. Vniuerſitatis Scholaſtico, & Abbatibus monaſteriorum Sancti Martini Compoſtellan. & Sãcti Vincentii Oueten. diæceſ. ordinis Sancti Benedicti, ac curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, per preſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte generalis reformatoris, Abbatum, priorum, & monachorum præfatorum, aut alicuius eorum, fuerint requiſiti, ſolẽniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quęcumque, inuiolabiliter obſeruari, ac plenũ effectũ ſortiri, necnon generalem, Abbates, priores, & monachos, alioſque pędictos, & eorũ ſingulos, oĩbus præmiſſis frui, & gaudere. Non permittẽtes eos, & eorũ quemlibet deſuper, contra pręſentium tenorẽ ſub quouis pretextu, vel ſubreptionis, ſeu obreptionis, aut nullitatis vitio, vel defectu intentionis noſtrę, per quoſcumque quomodolibet moleſtari, perturbari, vel impediri, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacunque poſtpoſita compeſcẽdo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, & de non expedien. literis ſuper Indulgentijs ad inſtar, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna, & Concilij generalis ædita, de duabus dietis, alijſque Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſynodalibus Cõciliis ęditis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quorumuis ordinum, Congregationibus Monaſteriorum, & Regulariũ locorum præfatorũ, etiã iuramento, confirmatione

Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, declarationibus, & inhibitionibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam legatis, Nuntijs, & ordininariis, ac ordinibus præfatis, eorũque ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiã in fundatione, vel dotatione obtentis, ac cum quibuſuis, etiam annullatiuis, caſſatiuis, & infectiuis, declaratiuis, exceptiuis, modificatiuis, mentis atteſtatiuis, & etiam communicationis prohibitiuis, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis irritantibus, ac etiam derogatoriarum derogatoriis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine, ac alias quomodolibet, per prædeceſſores noſtros, & nos, ſedemque Apoſtolicam, Motu ſimili, & conſiſtorialiter, aut alias in contrarium præmiſſorum, quomodolibet pro tempore conceſſis, confirmatis, iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorumque omnium, & ſingulorum tenoribus, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, & non per clauſulas generales idẽ importantes, præſentibus pro ſufficienter expræſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, harum ſerie, ſpecialiter & expræſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadem ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expræſsã, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mẽtionem. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impræſſis, manu alicuius ex ſcribis prædictorum Abbatum, aut Prælatorum aut Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius monaſterij dictæ congregationis Sancti Bernardi, aut alterius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur in iudicio, & extra illud, ac vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, & oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 28. Iunij, 1591. Pontific. noſtri, anno 1.

Quędã conſtitutio extat Gregorii Decimi quarti, moderatoria conſtitutionum Sixti Quinti, circa illegitimos, quorũ tenores, vide in to. 3. qq. regu. q. 54. in fine quęſtionis, quędam autem alię diſponentes de corrigiatis S. Auguſtini, habentur in to. 2. qq. q. 58. art. 2. in qua quęſtione ponitur cõſtitutio q̃dã Gregorii Decimi tertii, de corrigiatis diſponens.

CLEMENS PAPA OCTAVVS.

1 Sequuntur aliqua viuæ vocis oracula, & breuia, cõtenta in libro ordinis, qui habetur in conuentu noſtro Aracœli, Romæ, in primo regiſtro noſtræ familiæ Vltramontanæ Hiſpaniarum.

IN hoc primo regiſtro fol. 303. continetur
quoddam breue Clem. Papæ VIII. pro ſe-
minarij prouinciarum Frandriæ, & Ger-
maniæ erectione, in conuentu Sancti Frã-
ciſci Tornacenſis, prouinciæ Sancti Andræ, eximẽs
illum à ſuperioritate Miniſtri prouincialis, & ſubij-
2 ciens immediatè Domino Papæ, & Apoſtolicæ ſe-
di, necnon protectori, ac miniſtro generali ordinis,
incipit, *Romanus Pontifex*, Datum Romæ, decimo-
ſexto Iunii, anno Domini, 1592. Pont. ſui, anno 1.

In eodem primo regiſtro, folio 304. continetur breue, de modo eligendi viſitatorem generalem, cæteroſque patres fratrum Sancti Franciſci de pœnitentia, incipit, *Decet Romanum Pontificem*. Datũ Romæ, vigeſimo nono Iulij, anno Domini, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, Pontificatus Domini Papæ Clementis octaui, anno 4.

In ſecundo regiſtro huius libri continentur pri-
mo, in folio ſexto, patentes literæ Domini Cardi-
nalis Matthæi protectoris, qui Dominus protector
declarat, & pręcipit, quod fratres tertij ordinis Por
tugalliæ, non ſint ſubditi miniſtro prouinciali ob-
ſeruantiæ, ſed ſuo prouinciali tertii ordinis, ſint ve-
ri ſubditi miniſtro generali, ac Commiſſario gene-
rali ordinis, & Commiſſario generali Nationali
Portugalliæ, vel eorum Commiſſarijs, delegatis
ſpecialiter, incipiunt, *Hieronymus miſeratione di-
uina*. Datum Romæ, anno Domini, Milleſimo
quingenteſimo nonageſimo quarto, trigeſima die 3
Septembris, Pontificatus D. Papæ, Clementis octa-
ui, anno tertio.

In eodem regiſtro ſecundo, folio ſeptimo, continentur aliæ patentes literæ Domini Cardinalis protectoris, circa fratres tertij ordinis Portugallię, quod etiam Commiſſarius generalis Vltramontanus, poſſit nominare Commiſſarium nationis Portugalliæ ſuper prædictos fratres tertii ordinis, ſicut poteſt Generalis miniſter, incipiunt, *Hieronymus miſeratione diuina*. Datum Romæ, anno Dominis, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, decimo nono Aprilis, Pontificatus Clementis Papæ Octaui, anno quarto.

In eodem regiſtro, folio trigeſimo octauo, conti 4
netur quoddam breue Papæ Clementis Octaui, quo contra aliquos Germaniæ Epiſcopos decreuit, licere ſæcularibus liberè Miſſas diebus feſtis audire, in Eccleſiis Mendicantium, & eorumdem confeſſoribus poſſe peccata confiteri quolibet tempore, dummodò Euchariſtiæ Sacramentum die Paſchatis, ab eorum parocho ſumant, incipit: *Significatum fuit nobis*. Datum Romæ, vigeſimo ſecundo die Septembris, anno Domini, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus eiuſdem, anno primo, quod breue fuit directum Nuncio Apoſtolico inferioris Germaniæ.

Frater Franciſcus à Soſa, totius ordinis Minorum Generalis miniſter, & ſeruus.

FIdem facimus, & in verbo veritatis atteſtamur 5
omnibus Patrib. miniſtris, cuſtodibus, & guardianis, cæteriſque Patribus, & fratribus, noſtræ curæ commiſſis, qualiter Sanctiſſimus Dominus noſter, Dominus Clemens Papa Octauus, poſt priorẽ illam moderationem conſtitutionis à Sixto Quinto ſuper Bibliothecis æditæ, ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Matthæi noſtri ordinis protectoris, viuæ vocis oraculo factam, in qua pœnam excommunicationis latæ ſententi, appoſitam fratribus obſeruantibus contrauenientibus prædictæ conſtitutioni Apoſtolicæ, in totum ſuſtulit: noſtris etiam ſupplicationibus inclinatus, ſuæ vocis oraculo, ſecũdo moderatus eſt pręfatam conſtitutionem, remouens ab ea, omnes pœnas ibidem expræſſas, quas ligare, & compræhendere, ſua vult ſanctitas, illas ſolummodo perſonas, quæ prędictas Bibliothecas defraudare contigerit, contra quas etiam extat conſtitutio fœlicis recordationis Pij Quinti, quæ non eſt reuocata. In cuius rei teſtimoniũ, has noſtras tradimus literas, manu noſtra ſubſcriptas, maiorique officij noſtri ſigillo munitas, quarum tranſumptus, etiam impræſſis, manu, & ſigillo patrum prouincialum munitis, in ſuis prouinciis eadem fides adhibeatur, quę iis noſtris adhiberetur, ſi eſſent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum in noſtro Mediolanen. Beatę Marię Pacis conuentu die ſecundo, Octobris, Milleſimo ſexcenteſimo.

Nos

Nos Franciſcur, miſeratione diuina, tituli Sanctę Crucis in Hieruſalem, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ præsbyter Cardinalis de Anila nuncupatus, vniuerſis, & ſingulis præſentes literas inſpecturis, lecturis, pariter, & andituris, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter, die VII. menſis Decembris, anno ab orbe redempto, 1599. in ſacro Vaticano palatio, & in mei præſentia R.P.F. Ioannes Baptiſta Moles, ordinis Minorum de obſeruantia, pro Vltramontana familia, in hac Romana curia Cōmiſſarius generalis deputatus, humiliter expoſuit Sanctiſſimo in Chriſto Patri, & D. N. D. Clementi diuina prouidentia Papæ VIII. qđ dicti ſui ordinis religioſi, præcipueque Diſcalciati, in Hiſpania degentes, & commorātes, quam plures habent conuentus, in ſyluis, & extra vrbes, oppidaue conſtitutos, & ab eis nimirum diſtantes, & ſequeſtratos, ita vt fratres prædicti, cū ægra valetudine laborant ad vrbes, ſeu oppida cō duci, & in eis Xenodochis, ſeu valetudinaria ad hęc ſpecialiter deputata habere cogantur, vbi commodius à medicis viſitentur, & neceſſaria cuilibet poſſint adhiberi medicamenta, vnde infirmis, & eorū curā gerētibus, nō leue eſſet ſpirituale ſolamē, ſi inibi poſſent gaudere indulgētijs, & gratiis, quibus in ſui ordinis Sanctorū feſtiuitatibus, vel quocumque alio die potiori, quærunt religioſi in conuentibus commorantes, qui quidem præfatus, S.D.N. Papæ prædicti patris Cōmiſſarij, humili, & obnoxiæ ſupplicationi inclinatus, viuæ vocis oraculo benignè annuit conceſſit, ac indulſit, vt omnes illi religioſi Minorum de obſeruantia, qui in prædictis Xenodochijs ſeu valetudinarijs ęgroti extiterint, vel pro ægrotis curādis, fuerint à prælatis deputati, & aſſignati, eas omnes gratias, & indulgentias conſequi valeant, & poſſint, quas religioſi in conuētibus exiſtentes conſequi valerent, & poſſint, in ſuis ordinis (præfertur) ſanctorum feſtiuitatibus, ſiue quocumque alio die, dummodo in dictorum Xenodochiorum, ſeu valetudinariorum Eccleſijs, capellis, ſeu oratorijs illa omnis exequantur, quę pro prædictis gratiis, & indulgentijs conſequendis tenetur exequi, ſi indictis extiterent: aut degerent: ſimiliter &, vt religioſi præfatæ religionis, qui in dictis Xenodochijs, vel valetudinariis obierint, eiſdem gratiis, priuilegijs, & indulgentiis potiri poſſint, & valeāt, quę a Summis Pontificibus, & à ſancta ſede Apoſtolica, vſque adhuc conceſſæ ſunt, vel in poſterum cōcedentur fratribus, intra ordinis conuentus à vita decedentibus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem ac teſtimonium præmiſſorum, præſentes manu noſtra ſubſcriptas, per ſecretarium noſtrum fieri, & ſubſcribi, ac ſigillo, quo in ſimilibus vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. Dat. Romæ, in palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ. ſub anno præfatæ ſalutis, 1599. Die X. menſis Decembris, Pontificatus verò præfati S.D.N. Papæ, Clementis. VIII. anno octauo.

Ita eſt ego frat. tituli S. Crucis in Hieruſalē, Cardinalis de Auila. De mandato Illuſtriſſimi Domini mei Cardinalis, Petrus Perez de Carrion.

Decretum Sacræ Congregationis illuſtriſſimorum, ac reuerendiſſimorum D. D. S. R. E. Cardinalium, Sacroſancti Concilij Tridentini interpretum, ſuper intelligentia, & obſeruatione capituli duodecimi, verſiculo dieis etiam feſti, ſeſſione 25. de regularibus, & quædam aliæ deciſiones eiuſdem congregationis ad regulares ſpectantes.

Congregatio capituli, cenſuit. decretum capituli duodecimi, verſiculo, dies etiam feſti. ſeſſione 25. de regularibus. ita eſſe intelligendum, vt regularium ritus illis diebus feſtis ſemper permaneat, quoad miſſas celebrādas, & cęteras diuina officia, tam publicè, quam priuatim ab ipſis regularibus, in eorum Eccleſijs perſoluenda. Nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo, quidquam in contrarium eiuſdem regularibus præcipi poſſe. Quod ſi de facto præceperint, regulares neutiquā ipſis Epiſcopis obedire teneri. Verum quoad conciones, & lectiones, quas iidem regulares, ad populum habuerint, debere ſe conformare Euāgelijs, & Epiſtolis, quibus clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtis.

Congregatio item Concilii, cenſuit regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum ordinum non ſunt, tametſi decreto eiuſdem Concilij, capite 21. ſeſſione. 5. cōtra fecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantum à ſuis ſuperioribus regularibus.

Congregatio Concilii, etiam cenſuit, regulares monaſterij vltra medium milliare à ciuitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad proceſſiones.

Congregatio Concilii itidem cēſuit, Epiſcopos, aut alios locorum ordinarios vigore cuiuſuis decreti eiuſdem Concilii, nullam habere facultatem quouis tempore, in monaſteriis, domibus, & Eccleſiis regularium exemptorum, quibus nō imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, viſitandi ſacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, Altaria, & cœtera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pyxidem, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruatur.

Ad Illuſtriſſimum D. Dominium Ludouicum Fernandez de Cordoua, Epiſcopum Salmanticenſem.

ILluſtriſſime, & Reuerendiſſime Domine. Quāuis ex diſpoſitione ſacri Concilii Tridentini, nō poſſint mulieres ſæculares, ſine licentia ordinarii, monaſteria ingredi, atque tunc ex iuxta cauſa, & neceſſaria, quæ videtur conſideranda reſpectu monaſterii, non autem perſonæ mulieris ingredientis, nihilominus in diœceſi Salmantina, ex indulgentia Epiſcoporum conſueuerunt mulieres ingredi, & in monaſteriis commorari, gratia cōmoditatis, ob caſus occurrentes, vt puta litium matrimonialium, adulteriorum, ac diſſenſionū inter viros, & vxores, quibus caſibus, ſolent mulieres ſæculares ſequęſtrari apud prædicta monaſteria, cū nō reperiantur alia loca, in quib. maiori ſecuritate morari poſſint. Quapropter modernus Epiſcopus Salmantinus cupit certiorari, quid in hac re ſibi incūbat, & an prædicta liceat indulgere, iuxta diſpoſitionem Sancti Concilii, & mentem ſanctæ congregationis.

Item in monaſteriis Salmantinis conſueuit inter oſtium clauſuræ, & clauſtrum monaſterii haberi cubiculum, quo communiter mulieres ingrediuntur ad colloquēdum cum monialibus, & aliquæ Abbatiſſæ, hac via, neglexerunt clauſuræ violationem, & moniales ſe defendunt prætextu conſuetudinis, & vſus, qui cum magis abuſus videatur, & propterea à moderno Epiſcopo prohibitus omnino fuerit, q̄rit, an ſibi id licuiſſe videatur.

Ad primum, Congregatio Concilii reſpondit, nō licere vllo modo Epiſcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, vt ex cauſis ſupra narratis, monialium monaſteria ingrediantur, imo ingredientes incedere in excōmunicationem, decreto Concilii, & Summorum Pontificum conſtitu-

tionibus impoſitam,quod ſi aliquis caſus inciderit, propter quem expedire videatur concedere talem licentiam,eam omnino obtinendam eſſe à Sede Apoſtolica.

Ad ſecundum rectè feciſſe,Epiſcopum, qui huiuſmodi,ſiue egreſſum è ſeptis monaſterij, ſiue intra illud ingreſſum prohibuit,ſiquidem vtroq; caſu clauſura violabatur,ac ꝓpterea debere in poſteſũ diligenter cauere,vt talis prohibitio ſacro Concilio Tridentino,ac ſummorum Pontificum cõſtitutionibus conſentanea obſeruetur,ac ſiqui contra ſecerint,pęnis eodem Concilio, & conſtitutionib. in eo ſtatutis,ab ipſo coerceantur.Datum hac die Februarij,Milleſim ſexcenteſimo quarto.

Quædam Bulla Clementis octaui (quæ eſt reductio ad terminos iuris,& ſacrorum canonũ,vnius, ſuper qualitatibus,ac modo, & forma recipiẽdorũ religioſorum;& alterius eiuſdem Pontificis declaratoriæ,conſtitutionum fęlicis recordationis, Sixti Papæ Quinti,quoad nullitates profeſſionum ſalutis pęnis,contra ſuperiores ordinum in receptione religioſorum peccantes inflictis) non ponitur in hoc tomo,ſupra,quæ in tertio tomo,quæſtionum regularium,quæſtione 56.artic. fin.cum alijs conſtitutionibus ponitur,iterum,& explicatur.

Bulla huius Pontificis,

Pro ordine Minorum.

Bulla Prima.

SVMMARIVM.

S.D.N.D.Clementinis Papæ VIII.Confirmantis omnium Priuilegiorum Fratrum Minorum de obſeruantia, Monialiumque Sanctæ Claræ,necnon de Pœnitentia nuncupatorum Ordinibus,per Summos Põtifices conceſſorum,nunc denuò facta,anno Domini, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, ſui verò Pontificatus,ſexto.

CLemens Papa octauus. Ad perpetuã rei memoriã. Ratio Paſtoralis officij noſtri exigit,atq. efflagitat,vt quorũ Religionẽ, ac virtutẽ ſedi Apoſtolicæ,totiq.Eccleſiæ,nõ modo illuſtrẽ,& præclaram,ſed vtilem etiam,ac neceſſariã eſſe animaduertimus,eoſdem noſtri,& eiuſdem Sedis Apoſtolicæ honoribus, ac beneficijs libenter proſequamur.Cum verò & ex bonis, & commodis ſpiritualibus ordinum Mendicantium ea longè,lateque pateãt,ſemperque patuerint,quæ à ſacro Ordine fratrum Minorum de obſeruantia,ab ipſis fundatæ Religionis initijs, in omnes Chriſtianæ Reipublicæ Prouincias profluxerunt,quotidieque profluunt,& promanant, faciendum nobis eſſe ſtatuimus,vt in eodem ordine,noſtris, & ſedis Apoſtolicæ gratijs,atque muneribus honeſtando,nihil, Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, benignitate,ac ſtudio cõcedamus. Cum igitur pro parte dilecti filij,Ioannis Baptiſtæ Moles, Commiſſarij generalis in Romana Curia, Vltramontanæ familiæ prædicti ordinis de obſeruantia, nobis expoſitum fuerit,ex ipſius ſedis benigna dignatione prouenire,vt Romanus Pontifex, quandoque prædeceſſorũ ſuorũ Romanorum Pontificum geſta innouet,ac Apoſtolica auctoritate innouata,& reſtaurata muniat,& fulciat,& in priſtinum ſtatũ reponat, ac reducat: necnon propterea nonnulli Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, quaſdam gratias, conceſſiones,indulgentias, & peccatorum remiſſiones,abſolutiones etiam plenarias,libertates,prærogatiuas,fauores,immunitates,exemptiones, declarationes,facultates,multaque alia priuilegia,& indulta,tam prædictis fratrum Minorum,quam Sanctæ Claræ,ac tertio de pœnitentia nuncupato,ordinibus,illorumque ſuperioribus fratribus, monialibus,& ſororibus,ac vtriuſque ſexus perſonis,& monaſteriis,domibus Eccleſiis, & locis quibuſcũque dictorum ordinum,nunc & pro tempore exiſtentibus,in genere,vel in ſpecie,etiam per modum communicationis,ſiue extenſionis priuilegiorum, alijs ordinibus, eorumque domibus, & Eccleſijs, & vtriuſque ſexus perſonis ordinum Mendicantium, & non Mendicantium exiſtent,conceſſorum,conceſſerunt,aut iam conceſſa confirmarunt,& approbarunt,prout in ſingulis conceſſionibus, declarationibus, & literis eorumdem prædeceſſorum, expeditis,plenius dicitur contineri. Cũ autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat,illa,quæ ſæpius Apoſtolica auctoritate prædicta,munita exiſtũt,maiorẽ obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Ioannis Baptiſtæ Moles,nobis fuit humiliter ſupplicatũ,vt prędictis Priuilegiis,immunitatibus,exẽptionibus,libertatibus,fauoribus, conſeruatorijs, declarationibus,facultatibus,diſpenſationibus,gratijs,conceſſionibus,indulgentiis,& indultis, pro illorum obſeruantia, noſtræ approbationis robur adiicere, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui omnium votis,præſertimque illorum, qui ſub ſuaui Religionis iugo,diuinis laudibus,& Chriſtianæ Religionis augmento,incũbentium perſonarũ, tranquillitati,& commoditati conſulunt,libẽter annuimus,eaque fauoribus proſequimur oportunis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati,quæcumque præmiſſa,ac omnia,& ſingula alia Priuilegia, immunitates,exemptiones,libertates, prærogatiuas, fauores,cõſeruatorias,declarationes,facultates, diſpenſationes,gratias, cõceſſiones, indulgentias, & indulta,ſpiritualia,& temporia, etiam per modum communicationis,& extenſionis inter ſe, & cum aliis ordinibus,Mendicantibus,& nõ Mendicantibus eiuſdem fratrum Minorum regularis obſeruantiæ,& Sanctæ Claræ,& de pęnitentia tertio Ordinibus,etiam in Congregatione,ſub trium votorum ſubſtantialium profeſſione, & eorundem ſuperiorum ordinis Minorum regularis obſeruantię huiuſmodi obedientia degentibus,Ipſorumque ſuperiorum fratribus, monialibus,ſororibus, ac vtriuſque ſexus,etiam ſingularibus perſonis,necnon monaſteriis,domibus, Eccleſiis, & locis quibuſcumque, in genere,& in ſpecie,etiam per ſolam ſignaturam, etiã viuæ vocis oraculo,vt præfertur,aut alias, per eoſdem Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem prædictam ſub quacumque forma,& expræſſione verborum conceſſa, ac etiã iteratis vicibus approbata necnon omnibus,& ſingulis in eis forſan contentis clauſulis, decretis, & declarationibus quibuſcũque,ac ſingulas deſuper, etiam pluribus vicibus, confectas literas, & in eis contenta,& inde ſequuta quæcumque, illorũ omnium tenores,& formas datas,effectas, & decreta in illis appoſita,ac ſi de verbo ad verbũ inſerretur, & in his eſſent inſerta,præſentibus pro ſufficienter expræſſis habentes,dicta auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium, ex certa ſcientia,in his omnibus, in quibus,decretis Cõc.Tri.nõ aduerſẽtur, ſaluis etiã decretis a nobis in fauorem fratrum Reformatorũ conceſſis,approbamus,& confirmamus, ac innouamus,perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter obſeruari,necnon ordinibus fratrũ Minorum regularis obſeruantiæ,& Sanctæ, Claræ,ac tertio de pœnitentia nuncupato,etiam in congregatione,ſub obedientia fratrum Minorum de obſeruantia huiuſmodi degen. ſuperioribus,fratribus,

monia-

De confir. pri. vide in 1. to qq. re. q. 8. & de extenſione, & commun. priuil. vide in eo. 1.to. q. 50.

monialibus, etiam tertiarijs, nũcupatis, ſororibus, perſonis, monaſterijs, domibus, Eccleſijs, & locis, prædictis, etiam per modum communicationis, & extẽſionis huiuſmodi ſuffragari, illiſque frui, vti, & gaudere quãdo, & quoties opus fuerit, poſſe, & debere, in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientię, in omnibus, & per omnia, ac ſi ſpecialiter, & expreſſe eiſdem fratrũ Minorum, & S. Claræ, & Tertio de pœnitentia ordinibus, per nos conceſſa fuiſſent, decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti, ac ſolemnitatum, etiam de iuris neceſſitate, aut alias quomodolibet requiſitarum, forſan omiſſarum, & alios quoſcumq. defectus, ſiqui forſan interuenerint in eiſdem. Quocirca venerabilibus fratribus, Mantuæ, & Tuij Epiſcopus, ac dilecto filio Curiæ cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ, Generali Auditori, per eaſdem præſentes cõmittimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut vnus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, faciant auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcumq. plenum eorũ effectum ſortiri, illiſque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permittentes quemquam deſuper, contra præſentium tenorem, ſub quouis prætexto, & cauſa, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari, quinimo quidquid in cõtrarium attentari, vel fieri contingeret, omnia ſemper in priſtinum reponi. Cõtradictores quoſlibet, & rebelles, etiam per quaſcũque, de quib. eis videbitur, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris, & facti remedia, appellatione quacumque poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, ſicque per quoſcumque iudices, & commiſſarios, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, necnon Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum auditores, ſublata eis, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ, Bonifacij Papæ Octaui etiam prædeceſſoris noſtri, de vna & in concilio generali, de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis præſentium vigore ad iudicium nõ trahatur, alijſque Apoſtolicis conſtitutionibus, ac prouincialibus, & capitularibus ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, Priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis, etiam in forma Breuis per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam nos, & ſedem prædictam etiam motu proprio, ac ſcientiæ, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſuis irritatiuis, annullatiuis, caſſatiuis, etiam Priuilegiorum eorum reuocatiuis, reſtrictiuis reſeruatiuis, exceptiuis, reſtitutiuis, declaratiuis, mentis atteſtatiuis, ac derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis quomodolibet, etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idẽ importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruanda foret, etiam quod in eis caueatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut num, niſi ſub certis, modo, & forma derogari poſſit, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habẽtes, motu, ſciẽtia, & auctoritate ſimilibus derogamus, Aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim, ab eadẽ ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentionem, cæteriſque cõtrarijs quibuſcumque. Verum quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quib. fortè opus eſſet, deferri, volumus, & pariter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſumptis, manu alicuius ex ſecretarijs cuiuſuis prædictorum prælatorum generaliũ, ac Romanæ curiæ Commiſſarij. & ſuorum ſucceſſorum, aut notarij publici, ſcriptis, & ſigillo officij alterius eorundem, aut alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu curiæ Eccleſiaſticę munitis, eadem prorſus fides, in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forẽt exhibitæ, vel oſtenſæ: Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 20. Decemb. 1597. Pontificatus noſtri, anno ſexto.

Bulla Secunda.

SVMMARIVM.

Quod parochi, & clerici non poſſint petere maiorem eleemoſynam pro illis, qui apud monaſteria S. Frãciſci, in partibus Indiarum ſepeliuntur, quam pro illis, qui in parochialibus Eccleſijs eligunt ſepulturã.

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. Expoſitum nobis nuper fuit, pro parte dilectorum filiorum, Matthæi de Recalde, vice commiſſarij, nec non prouincialium totius ordinis fratrum D. Franciſci de obſeruantia Indiarum occidentalium, quod rectores parochialium Eccleſiarum Indiarum partium, iam pridem hunc abuſum introduxerunt, vt quod eleemoſynas duplo maiores ab ijs, qui in Eccleſiis domorum eiuſdem ordinis S. Franciſci de obſeruantia, quam qui in parochialis huiuſmodi ſepeliuntur, exigere præſumpſerunt, & vt dicitur in hoc ordinariorum ſuorũ, qui partem eleemoſynarum huiuſmodi percipiunt, cõſilio, & aſſenſu vtuntur. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, plerique Chriſti fideles, in dictarum domorum Eccleſiis, ob difficultatem, ius adeo oneroſum perſoluendi ſepeliri facere nõ poſſint, quo fit, vt Eccleſiæ huiuſmodi mortuorum ſepulturis, & conſequenter eleemoſynis, in dies fieri conſuetis, propemodum priuentur, idcirco pro parte eorundem Matthæi vice commiſſarij, & prouincialium, nobis humiliter ſupplicatum fuit, vt in præmiſſis opportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi abuſum omnino tollere, atque dicti ordinis commoditatibus, & prorogationi, quantumcumque in Domino poſſumus, proſpicere cupientes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ex voto venerabilium fratrum noſtrorum, S.R.E. Cardinalium, ſuper conſultationibus, & negotiis Epiſcoporum, & regularium deputatorum, omnibus, & ſingulis parochialium Eccleſiarum, vniuerſarum Indiarum occidentalium rectoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, harum ſerie interdicimus, & prohibemus, ne ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, à qua non niſi à nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtenti, præterquam in mortis articulo, abſolui poſſint, ex nunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, maiorem eleemoſynam ab iis, qui in dictarum domorum, quam parochialibus Eccleſiis huiuſmodi ſepeliuntur, quouis prætextũ, aut occaſione, etiam de conſilio, conſenſus, ſeu mãdato ſuorum ordinariorum exigere debeant, ſed præſumant. Non obſtantib. præmiſſis, ac quibuſuis conſti-

conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac Eccleſiarum, domorũ,& ordinis huiuſmodi, & iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis,ſtatutis & conſuetudinibus,priuilegiis quoque,indultis, & literis Apoſtolicis eiſdẽ Eccleſiis,domibus,& ordini,earumque rectoribus ſuperioribus,& fratribus, ac quibus aliis perſonis, in contrarium præmiſſarum quomodolibet conceſſis,confirmatis,& approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habẽtes,hac vice dumtaxat,ſpecialiter, & expreſſe derogamus,cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem,vt præſentium tranſumptis,etiam impreſſis,manu notarii publici ſubſcriptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica cõſtitutæ munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quę ipſis præſentibus haberetur,ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris,die 28.Ianuarij,anno 1604.quarto, Pontif. noſtri,anno 12.

Bulla Tertia.

S V M M A R I V M.

Concedit ſummus Pontifex omnibus fratribus ordinis S.Franciſci,necnon monialibus eidem ordini ſubiectis,licentiam liberè recitandi officium nominis Ieſu.

CLemens Papa octauus. Ad perpetuã rei memoriam. Sacratiſſimi nominis Ieſu,in quo omne genu flectitur,cęleſtium,terreſtrium,& infernorũ, deuotioni augendę,deuoto animi affectu,vt par eſt intendentes,his quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus,pro eiuſdem ſanctiſſimi nominis officii,conceſſa ſunt,libenter Apoſtolici muniminis firmitatem adiicimus. Cum præſertim piorũ principũ vota id expoſcunt,& alias in Domino conſpicimus expedire,alias ſiquidem a fęlicis recordationis Clemente Papa VII. ad perpetuam rei memoriam,Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei patris vnigeniti,qui de ſummitate Cœlorum, ad infima mundi,pro generis humani redemptione deſcendens,& humanam carnem aſſumere non abhorruit,vices(licet immeriti) geramus in terris,ſacratiſſimum nomen eius,in quo omne genu, cœleſtium,terreſtrium,& infernorum,flectitur,& preces noſtras effundi,ac nos ſaluos fieri oportet,& per quod ſęculum eſt conuerſum,ac Apoſtoli, aliique ſancti,miraculis clauerunt,celebriter venerari cupientes,ſacræ religioni deditos,qui ſingulis mundi varietatibus ſpretis, ad ipſi Chriſto deſeruiendum ſe dicarunt,& alios Chriſti fideles ad id, quibuſdã allectiuis muneribus,indulgẽtijs, & remiſſionibus inuitamus, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. Sanè ſiquidem exhibita nobis nuper, pro parte dilecti filij,Bonauenturæ Dulien.ordinis fratrum Minorum profeſſoris,petitio cõtinebat,quod licèt felic.recordat.Sixti Papæ quarti prædeceſſoris noſtri officiũ,de ipſo ſanctiſſimo nomine Ieſu, per quemdam Bernardinum de Buſtis fratrẽ dicti ordinis,dum in humanis ageret compoſitum, Apoſtolica auctoritate approbauerit,& confirmauerit, tamen illud,aut aliquod feſtum, de ipſo benedicto nomine in Eccleſia militanti nõ celebratur. Quare pro parte ipſius Bonauenturę,de generalis ſui ordinis licentia,nobis fuit humiliter ſupplicatum,quod ipſum officium in toto ordine fratrum Minorum, & ſororum S. Claræ celebrari poſſit, & debeat de cætero,de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur,ipſius Sanctiſſimi nominis Ieſu venerationẽ (prout par eſt) augere ſinceris deſiderijs affectantes,huiuſmodi ſupplicationib.inclinati,quod de cætero in toto ordine fratrum Minorum, & ſororum Sanctæ Claræ, ſingulis annis, die Decimo quarto menſis Ianuarij, feſtum,& officium prædictum duplex,maius,& ſolenne,de ipſo Sanctiſſimo nomine Ieſu celebrari debeat,Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium ſtatuimus,& ordinamus,& vt Chriſti fideles eo libentius ad dicti officij celebrationẽ accedãt,quò ex hoc ſe maiora dona ſpiritualia adipiſci poſſe cognouerint,de ipſius Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordia,ac Beatorum,Petri, & Pauli Apoſtorum eius,auctoritate confiſi,tam officium ipſum celebrantibus,quam,qui illius recitationi, & decantationi interfuerint, ac quinquies orationem Dominicam,& toties ſalutationem angelicã, pro fęlici ſtatu Romani Pontificis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,aduerſus Mahometicam,& Lutheranã perfidiam,ac vniuerſalem Principum, & aliorũ fidelium pacẽ,deuotè viſitauerint,ſimiles Indulgẽtias,& peccatorũ remiſſiones,quæ prædictis Chriſti fidelibus in officio feſti Corporis Chriſti, & per illius octauas,in Eccleſiis,in quibus celebratur intereſſentibus conceſſæ ſunt,concedimus, & elargimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſque contrariis quibuſcumque,præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis,& quia difficile foret præſentes ad ſingula loca prædicti ordinis deferre,volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus,quod præſentiũ trãſumptis,manu alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis,eadem prorſus fides adhibeatur,quę eiſdem pręſentibus adhiberetur,ſi forent exhibitæ,& oſtenſæ. Datis Bononiæ,ſub annulo Piſcatoris,die 25. Februarij, 1503. Pontificatus noſtri,anno ſeptimo. Cum autem etiam nuper officium proprium de eodem Sanctiſſimo nomine Ieſu,noſtra in congregatione Sanctorum, & per dilectum filium noſtrum Cæſarem,tituli Sanctorũ Nerei,& Archilei,presbyterum Cardinalem Baroniũ exaratum,& emendatum extiterit,Nos venerationem Sanctiſſimi nominis quotidie magis augeri,ac piis chariſſimæ in Chriſto filiæ Mariæ Romanorũ Imperatricis electæ,id humiliter expoſcẽtis, votis, benignè annuere cupientes,præinſertas Clementis VII.literas,ac Indulgentias,& alia in eis contenta, necnon officium prædictum Sanctiſſimi nominis Ieſu, vt prædicitur emendatum,Apoſtolica auctoritate,præſentium tenore,perpetuo confirmamus,& approbamus,illique cõfirmationem Apoſtolicij roboris adijcimus,ac officium prædictum emendatum,& confirmatum,die quo feſtum pręfatũ celebratur per fratres ordinis Minorum, & ſorores omnes eidem ordini ſubiectas,liberè,& licitè celebrare poſſe concedimus. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, ac omnib. illis,quæ prædictus Clemens prædeceſſor,in ſuis literis voluit non obſtare. Cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem,vt præſentium tranſũptis,& ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides illis adhibeatur,quæ adhiberetur pręſentibus ipſius. Dat.Romæ,apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatoris, die 2.Aprilis, 1598.Pontificatus noſtri,anno 7.

Vide in 10. p. 99. reg. 4. § 8. art. 2. vbi refertur aliud indultum Clementis VII. hoc eſt eodem.

Bulla Quarta.

S V M M A R I V M.

Eximens fratres Minores ab obſeruatione interdicti in feſtiuitatibus ſanctis Didaci,& portiuncula. Habetur originaliter in conuentu Sancti Franciſci Salmanticenſi.

Cle-

Vide in 10. a.99.nr.9. 812.nr.3.

CLemens Papa octauus. Ad perpetuam rei memoriam ſacræ Seraphici B. Franciſci religionis, in Sanctam Romanam Eccleſiã, merita poſcũt, vt priuilegia, & Indulta illi per ſedem Apoſtolicã conceſſa, non modo conſeruentur, ſed etiam amplientur. Cum itaque, ſicut accepimus, diuerſorum Romanorum Pontificum conceſſionib. religioni præfatæ indultum ſit, vt temporib. interdicti, quacumq. etiam Apoſtolics auctoritate appoſiti, feſta Sanctorum eiuſdem ordinis Franciſci, nimirũ Bonauenturæ Antonij de Padua, Ludouici, Bernardini, Claræ, Eliſabeth, ac martyrũ, ſolemni ritu celebrare perinde, ac ſi interdictum huiuſmodi minime appoſitum eſſet, libere poſſint, feſta vero Sancti Didaci, & Portiuonculæ, in prædicto indulto minime comprehendsntur. Nos religionem prædictã amplioribus fauoribus, & gratijs proſequi volẽtes, ac indultorum huiuſmodi, & literarum Apoſtolicarum deſuper expeditarum tenores, præſentib. pro expreſſis habentes, ſupplicationibus dictæ religionis, per dilectum filium noſtrum, Hieronymũ preſbyterum Cardinalem Mattheium, nobis ſuper hoc humiliter potrectis inclinati, religioni prædictæ vniuerſæ, ac cuicumq. ipſius ordinis, ſiue familiæ, & conuentui, vt in eorum Eccleſijs, feſta etiam prędicti S. Didaci, & Portiunculæ, temporibus interdicti ſolemniter, prout alia feſta prædicta, ac iuxta indultorum illi conceſſorum ſeriem, & tenorem, celebrare libere, & licite poſſint, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ac indults prædicta ad prædictas S. Didaci, & Portiunculæ feſtiuitates extẽdimus, & ampliamus, Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, vniuerſalibus, prouincialibus, & Synodalibus concilijs, editis, generalibus, vel ſpecialibus, necnon omnibus illis, quæ in præfatis indultis, & literis Apoſtolicis conceſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Dat. Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, die 17. octob. 1595. Pont. noſtri, anno 4.

Bulla Quinta.

SVMMARIVM.

Quod in partibus Indiarum, in ordine. Minorum nõ poſſint aſſumi ad munus Prouincialatus, & aliorũ officiorum, niſi filij, aut incorporati in illis prouincijs.

CLemens Papa octauus. Ad perpetuam rei memoriam. His quæ ad regularium perſonarũ ſtatum, & commodum prouide ſunt ordinata, cum à nobis petitur, Apoſtolicæ confirmationis robur, libenter adijcimus. Cum itaq. ſicut accepimus, dilectus filius noſter, Hieronymus tituli Sancti Pancratij presbyter Cardinalis, Matheius nuncupatus, ordinis fratrum Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia protector, ad quem nos ſupplicem libellum nobis pro parte dilectorum filiorũ miniſtrorum, prouincialium, & fratrum ordinis S. Franciſci, in partibus Indiarum occidẽtalium exiſtentium, porrectum, remiſeramus, quo quidem ſupplici libello nobis exponebatur, nonnullos Commiſſarios Generales ex Hiſpanijs, ad prædicti ordinis prouincias, in partibus Indiarum huiuſmodi proficiſcentes, maximeq. ad prouinciam Limenſem, quæ in regno del Peru ſita eſt, priuatis affectionib. motos, potiuſq. communi religionis vtilitati inſeruientes, illos, qui ſecum ex Hiſpania acceſſerant, ad miniſtratus prouincialis, & alia ordinis officia, promouere conſueuiſſe, non in modicum earundẽ prouinciarum, & præſertim Limenſis, detrimentum. Nobiſq. humiliter ſupplicabatur, vt huic malo occurrere dignaremur, maturo conſilio, & deliberatione præmiſſis, ac religionis ſeraphicæ, dictarumq. prouinciarum vtilitati, necnon religionum omniũ, & præcipue eorum, qui in remotiſſimis orbis partibus, doctrinæ, exemplariſq. vitæ ſplendore, Catholicã fidem propagare nituntur, bonori proſpicere cuidens, eiuſdemque religionis ſtatutis Generalibus inhærens, decreuerit, & ſtatuerit, vt in prouincijs eiuſdem religionis in partibus prædictis Indiarũ, & præſertim in Limenſi prouincia, adminiſtratus prouincialis, ſeu quodlibet aliud dignitatis officiũ, aſſumi non valerent alij dicti ordinis religioſi, quã illi, qui eiuſdem prouinciæ alumni eſſent, vel ad eam expreſſe, ac nominatim miſſi, ex Hiſpanijs cũ miniſtri generalis, aut commiſſarij Indiarum apud Catholici Hiſpaniarum Regis curam aſſiſtentes, literis obedientialib. in illis prouincijs incorporati fuiſſent quod ſi ſecus fieri contingeret, irritum, & inane omnino eſſet, & tam electores, promotores, & fautores, quam electos quoſlibet, priuationis ab eorum officijs, ac inhabilitatis ad ſimilia, & alia in poſterum obtinenda, pœnas, quas tunc inflixit, ipſo iure incurſuros declarauit, prout in eiſdem Hieronymi Cardinalis protectoria, patentibus literis, ſub datis die vltima Ianuarij proximè præteriti expeditis, plenius dicitur contineri. Cumque firmiora ſint ea, quæ Apoſtolicæ confirmationis robore muniuntur, propterea pro parte prouincialium, & fratrum prouinciarum prædictarum, nobis humiliter ſupplicatum fuerit, vt patentes literas prædictas confirmare, ac alias in præmiſſis oportune prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, earundem patentium literarum totum tenorem, præſentibus pro expreſſo habentes, ac miniſtros Prouinciales, & fratres dictarum prouinciarum, ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, eiuſdem Hieronymi Cardinalis protectoris, literas patentes prædictas, omniaq. & ſingula in illis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, atque inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſiqui in eiſdem interuenerint, ſupplemus, & nihilominus omnia, & ſingula præmiſſa de nouo ſtatuimus, & ordinamus ac in prouincijs prædictis obſeruari debere volumus, & mandamus, præcipientes in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis ſupradictis, eo ipſo incurrendis, tam commiſſarijs, quam alijs ſuperioribus, & fratribus, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, vt præmiſſa omnia, & ſingula inuiolate obſeruent, & obſeruari curent, & faciant. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ordinis, & prouinciarum prædictarum etiã iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinib. priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcũque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 4. Martij, 1600. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla

Digitized by Google

Bulla Sexta.

SVMMARIVM.

Inuocatio brachii ſecularis, cum mandato executiuo, contra fratres ſocietatis Ioannis Dei, & alios quoſcumque, habitum, ſeu Capuccium, per R.R. fratres ordinis Minorum, S. Franciſci nuncupatos, geſtari ſolitum (contra ſummorum pontificum conſtitutiones) temere geſtantes.

ILluſtriſſimo, & potentiſſimo Rodulpho ab Auſtria, Romanorum Imperatori electo ſemper Auguſto, & ſereniſſimo, & Catholico Hiſpaniarũ, alijſque ſereniſſimis aliorum Regnorum, Reipublicæ Chriſtianæ Regibus, rerum publicarum, & quorumcumque ſtatuum, & prouinciarum ducib. poteſtatibus, magiſtratibus, & rectoribus, eorumque illuſtriſſimis, & excellentiſſimis Dominis, proregibus, viceducibus, & gubernatorib. ac illuſtriſſimis, & reuerendiſſimis Dominis ſedis Apoſtolicæ legatis, Nuncijs, Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & alijs quibuſcumq. in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, ac illuſtriſſimis D.D. principib. Marchionibus, comitibus, Baronibus, caſtellanis, arciũ præfectis, ac quorumcumq. prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum gubernatorib. vicarijs, poteſtatibus, auditoribus, loca tenentibus. iudicib. ordinarijs, atque extraordinarijs, ac delegatis, ſubdelegatis quibuſcumque, Bariſellis quoq. executoribus, cæteriſque iuſtitiæ miniſtris quibuſcumque, quoquomodo nuncupatis, illique, vel illis, ad quẽ, vel ad quos pręſentes noſtrę literę peruenerint, per totum orbem terrarum. Cum illis Burgheſius protonotarius Apoſtolicus, vtriuſque ſignaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papę referendarius, ac eiuſdem S.D N. Papę, necnon curię cauſarum camerę Apoſtolicę, generalis auditor, Romæque curię iudex ordinarius, ſententiarum quoque, & cenſurarum, tam in Romana curia, quam extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque, Vniuerſalis, & merus executor, ab eodẽ S.D. N. Papa ſpecialiter deputatus, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis nuper coram nobis parte ad inſtãtiam R. patris, fratris Hieronymi de Politia Siculi, ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum, vicarij Generalis, & R.P.F. Bonauenturæ de Monte Regali, eiuſdem religionis procuratoris, & cõmiſſarij generalis, principalium, comparitum, & expoſitum fuiſſe, quod cum alias fœlic. record. Paulus Papa Tertius, attendens vberes fructus, quos ordo minorum in agro militantis Eccleſiæ hactenus produxerat, & in poſterum producturum, ſpe firma ſperabat, ac dignũ cenſus, vt circa ea, quæ ipſius ordinis incrementum concernebant, benignos fauores impenderet, Supplicationibus nonnullorum tunc expreſſorum fratrum dicti ordinis, inclinatus, nonnullas literas piæ memoriæ Clementis Septimi eius prædeceſſoris, nonnullas fratribus tunc expreſſis ordinis Minorũ vitam eremiticam ducere, appoſitione eiuſdem, & quantum humana patiebatur fragilitas, regulam B. Franciſci obſeruari cupientibus, conceſſas, Apoſtolica auctoritate, ex certa ſcientia ſua, approbans & confirmans, illas tunc, & pro tempore exiſtenti, Vicario generali congregationis Capuccinorum, ac ipſis congregationis fratribus (perinde, ac ſi illæ eidem congregationi, & fratribus directæ fuiſſent) quoad omnia, & ſingula in ipſis literis contenta, ſuffragari debere decreuit. Et nihilominus auctoritate, & ſcientia ſimilibus, per ſuas ſub plumbo confectas literas, nonnulla pro dictis R.R. fratrib. Capucinis ſtatuit, & ordinauit, diſtrictius inhibẽs, quibuſcumque perſonis, cuiuſcumque conditionis exiſterent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna, ex eo ipſo incurrẽda, ne habitum per eos deferri ſolitum, niſi ſub prædicti Reueren. Vicarij generalis, pro tempore exiſtentis obedientia, & cura, permanerent, geſtare quoque præſumerent, & ſucceſſiõe Sanctę etiam memorię, Pius Papa Quartus, per eius literas ſub plumbo expeditas, ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Dominicæ, Milleſimo quingẽteſimo ſexageſimo quarto, nonis Aprilis, literas prædicti Pauli Prædeceſſoris huiuſmodi, & omnia, & ſingula in eis contenta, ita quod nullus, cuiuſcumque conditionis exiſtat, non ſolum Capuccinorum habitum, iuxta prædictarum literarum Pauli prædeceſſoris tenorem, verum etiam, neque ita conſimilem, quod propter eũ poſſit credi, fratres eorum congregationis, niſi ſub prædicti eorum R.P. pro tempore exiſtentis, obedientia, & cura permaneant, ſub ſimili pœna excõmunicationis latæ ſententiæ, quoquomodo geſtare præſumant, auctoritate Apoſtolica prædicta confirmauit, ac omnia, & ſingula in eiſdem literis fęl. rec. dicti Pauli Tertij contenta prædicta, de nouo conceſſit, ac deinceps fęlicis recordationis, Gregorius Decimus tertius, per eius literas in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris expeditas, die quarto octobris, 1581. Pontificatus ſui anno decimo, ſpecialiter, & expreſſe prædictas conſtitutiones Pauli Tertij, & Pij Quarti (quoad Capuccij, & habitus fratrum Capuccinorum geſtationem) approbauit, confirmauit, & innouauit, prout in prædictorum ſummorum Pontificum literis, plenius contineri dicitur. Quodque per illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos D. D. Cardinales Sacræ regularium congregationis, vigore auctoritatis, & facultatis eiſdem à Sanctiſſimo D.N. Sixto diuina prouidentia Papa Qinto, fœlic. recordatio. per ſuas literas in forma breuis, ſub annulo Piſcatoris (vt moris eſt) legitimè expeditas, ſub Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, die decimo tertio Iunii, anno, milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo, Pontificatus ſui, anno tertio, attributæ, inſtantibus R. R. patrib. Capuccinis ſancitum, & decretũ fuit, prout in quadam papyri cedula, per illuſtriſſimum, & Reuerẽdiſſimum Cardinalem Alexandrinum ſubſcripta, & firmata, & eius ſigillo munita. & Reuerendo Patri Generali prædictæ ſocietatis Sancti Ioannis de Dios, intimata, coram nobis exhibita, tenoris ſequẽtis, videlicet: Sacra regularium congregatio, inſtantibus patribus Capuccinis, cenſuit confratres ſocietatis Ioannis Dei, nullatenus debere geſtare habitum cum Capuccio oblongo, ſiue acuto, ſed rotundo, ſub pœna carceris congregationis arbitrio, licẽtiamque propterea conceſſit fratribus Capuccinis omnes contra facientes carcerare faciendi, die decimo ſexto Ianuarij, milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo. Cardinalis Alexandrinus, Georgius Palearius ſecretarius, loco ſigilli.

Item pariter, inſtantibus eiſdem fratribus Capucinis, per eandem congregationem regularium ſancitum, decretum, & ordinatũ fuit, prout in quadam Papyri cedula, per ſecretarium dictæ congregationis, ſub die tertia Martij Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, ſub ſcripta, huiuſmodi ſub tenore, videlicet: moneantur ſub pœna priuationis Capucij, decimo tertio Martij, 1592. Georgius Palearius ſubſcripti. Et expoſito nobis pro parte, & ad inſtantiam eorundem Reuerendorum patrum Capuccinorum, videlicet Vicarij protectoris Generalium, quod aliqui ex confratribus Societatis Ioannes Dei, & forſan nonnulli alij habitum cũ Capuccio oblongo, ſiue acuto, ſiue licentia Reuerendi

Vide in to. 2. qq. re. q. 76. ar. 4.

rendi Patris Vicarij Generalis, ordinis Capuccinorum, contra formam ordinationum, & conſtitutionum præfatorum ſummorum Pontificum, in maximum animæ ipſorum contrauenientium detrimẽtum, in dedecus, & vilipendiũ ſacræ religionis Capuccinorum, & populorum ſcandalum, geſtare audent, & præſumunt. Cupienteſque præd. R.R.P.P. Vicarius, & procurator, & Commiſſarius generalis, prædictas literas Apoſtolicas, & decretum prædictæ Sacræ Congregationis, ſuum (vt par eſt) debitum ſortiri effectum, debitamq. executionem cõſequi, ad nos tanquam ſimilium executorem, recurſum habuerunt, vt in præmis, de oportuno iuris remedio prouidere, & in executionem præmiſſorum contra facientes, brachium ſeculare, & mandatum executiuum decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, & rationi conſonam, & quod iuſta petenti non eſt denegandus aſſenſus, volenteſq. mandata Apoſtolica (vt conuenit) reuerenter exequi, & ſtante monitione, ac intimatione præinſertorum decretorum, R.P. Generalis S. Ioannis de Dios, monitis, & intimatis, ac etiam in ipſis iterum citatis, ad dicen. contra præfatas literas apoſtolicas, & illarum executionem, mandatum executiuum, & brachium ſeculare, contra omnes fratres dictæ religionis, geſtantes capuccios oblongos, & acutos cõtra formam dd. decretorum, & de illis auferendo, decerni, & relaxari, comparente coram R. P. Priore Romæ, dicti ordinis Sancti Ioannis, & offerente ſe paratum vna cum alijs fratribus, pro tẽpore eius obedientiæ ſubiectis, geſtare Capuccium rotundũ, & iuxta formam modelli alias dati. Nos autẽ facta comparatione Capucij, quod ipſe Reuerendus Pater Prior, & eius ſocius geſtabãt, reperimus eſſe modelli, & formæ Datæ, & aſſignatæ, Et ſtante dicta oblatione, ac iuribus de quibus ſupra, mandatum executiuum contra omnes, & ſingulos contra faciẽtes, & in obſeruantes, Capucciumq. oblongum, & acutum nunc, & pro tempore geſtantes, decernendum, & relaxandum, duximus, decreuimus, & relaxauimus, prout decernimus, & relaxamus per præſentes: Quæ omnia, & ſingula ſupradicta, vobis, & omnibus, & ſingulis ſupradictis intimamus, inſinuamus, ac ad veſtram, & cuiuſlibet veſtrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præſentes. Quocirca vos, inuictiſſimi Romanorũ Imperatorum, & ſereniſſimos Reges, & alios dd. temporales iuriſdictiones exercẽtes, ac illuſtriſſimos D.D. legatos, in Domino attentes rogamus, & hortamur, quatenus veſtram in hac parte dexteram extendentes tã quam iuſtitiæ, & fidei zelatores, vobis vero alijs pdictis cõmittimus, & in virtute ſanctæ obediẽtiæ diſtricte præcipiendo mandamus, ſub excommunicationis, & ſuſpenſionis à diuinis pœnis, quatenus ſtatim, viſis, & receptis præſentibus, & poſtquam vigore præſentium pro parte dd. fratrum Capuccinorum, aut alicuius eorum, fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, ex parte noſtra, imo vero Apoſtolica auctoritate, omnes, & quoſcumq; confratres Societatis Ioannis Dei, & alios quoſcũque, nunc, & pro tempore contra facientes, & in quibus locis geſtantes habitum cum Capuccio oblongo, ſiue acuto, carceretis, & in carcerib. detineatis per captionem corporum, & perſonarum, ac dictorum Capucciorum ablationem, cogatis, & compellatis ad dimittendum, & relaxandum dictũ habitum cum Capuccio acuto, ſiue oblongo, & in præmiſſis non ceſſetis, neque ceſſare faciatis, donec dictum habitum dimiſerint, & habitum cum Capuccio rotundo, iuxta formam præinſertæ ſacræ cõgregationis detulerint, & omnia ſupradicta adimpleuerint, ac illis paruerint. In præmiſſis vos taliter habentes, quod nota contemptus, ſiue cõtumaciæ, vobis nullatenus adſcribatur. In quorum fidem, præſentes noſtras literas, ac alias in papyro folio impreſſas, vt in diuerſis mundi partibus trãſmitti poſſint, & per notarium noſtrum, & curiæ noſtræ infra ſcriptum ſubſcribi, ſigilloq. Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, quo in tal b. vtimur, iuſſimus, & fecimus appenſione muniri. Dat. Romæ. ſub ædibus noſtris, ſub anno Natiuitatis Domini N. Ieſu Chriſti, 1592. Indictione 5. die vero 12. menſis Maij, Ponti. ſanctiſſimi in Chriſto patris, Domini Noſtri, Domini Clementis diuina prouidentia Papæ octaui, anno primo.

Bulla VII.

S. D. N. D. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui Reductio, ad terminos iuris, & Sacrorum Canonum vnius, ſuper qualitatibus, ac modo, & forma recipiendorum Religioſorum, & alterius illius declaratoriæ conſtitutionum, fœlicis recordationis Sixti Papæ Quinti, quoad nullitates profeſſionum, ſaluis pœnis contra ſuperiores ordinum in receptione Religioſorum peccantes, inflictis.

Alia conſtitutiones Sixti V. & Gre. XIIII Cle. VIII. habet, I to. 3. qq. re q. 54. vbi in 2. impreſſione hanc cõſtitution. declaratã inuenies.

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. In ſuprema Eccleſiæ Catholicæ ſpecula, meritis licet imparibus, diuina prouidẽtia diſponente, conſtituti, omnibus incommodis, quæ in eadem Eccleſia, non ſiue fidelium animarum periculo, & detrimento oriri poſſunt, ob variam, & ſiniſtram conſtitutionum Romanorum pontificum prædeceſſorum noſtrorum, quas iuſtis de cauſis ediderunt, interpretationem. Pro noſtri Paſtoralis officij munere conamur prouidere, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum igitur fœlicis recordationis, Sixtus Papa Quintus prædeceſſor noſter, ad integritatem, & candorem in regularibus, & Religionibus ordinibus, in Eccleſia Sancta inſtitutis, retinendum, & conſeruandum, quadam ſua, quæ incipit: Cum de omnibus Eccleſiaſticis ordinibus, ſub Datum, Sexto Kalendas Decembris, Pontificatus ſui, anno tertio, nõnulla circa modum, & formam, & qualitates admittendi Religioſos ad quoſuis Regulares ordines, decreuit. Et deinde alia ſimili, quæ incipit: Ad Romanum ſpectat Pontificem, ſub Dat. duodecimo Kalend. Nouemb. Pontificatus ſui, anno 3. quædam dubia ſuper dicta priori conſtitutione exorta, declarauerit, Et præterea piæ me. Gregorius Papa XIIII. etiam prædeceſſor noſter, alia ſua, perpetuo valitura Conſtitutione, quæ incipit: Circumſpecta Romani Pontificis prouidentia, ſub Dat. idibus Martij. Pont. ſui, anno primo, reſpectiue editis, conſtitutiones Sixti prædeceſſoris ſupradictas, quoad illegitimos moderatus fuerit, prout in eiſdem Conſtitutionibus plenius continetur. Tamen quia longo vſu, & experientia compertum eſt, ex nimia facilitate, & multitudine caſuum, in quibus profeſſio à ſuſcipientibus habitum alicuius Regularis ordinis, à dicto Sixto prædeceſſore, nulla declaratur, multos hac occaſione arrepta fraudolẽter periſſe, & in dies petere, vt profeſſio, quam in aliquo Regulari ordine emiſerant, nulla declaretur, ex quo nonnulli, eorũ Regulares ordines & inſtituta ſub hoc prætextu deſeruerunt, Et idcirco pleriſq. in locis, maxima incommoda, & ſcãdala exorta fuerunt. Nos ea ſcandala, & incommoda, quantum in Domino poſſumus, remo-

Vide de intellectu in 3. to. qq. regul. q. 54.

uere,

Digitized by Google

uere, & ne in poſterum alia einſmodi hac de cauſa oriantur, oportuna ratione prouidere cupientes ſingularum Conſtitutionum prædictarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, matura ſuper his, cum venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium deputatis, conſultatione præhabita, ex illorũ ſententia, & voto Conſtitutiones prædictas Sixti prædeceſſoris quo ad eam partem, per quam eorum, qui formam in eiſdem conſtitutionib. pręſcriptam, de cætero non ſeruauerint, & quo ad alios ẽt caſus ibidem expreſſos, in quibus receptorum, in quibuſcumque etiam Mendicantium ordinib. profeſſio nulla declaratur, ad terminos iuris, & ſacrorũ canonum, perinde ac ſi prædictæ conſtitutiones in illa parte æditæ non fuiſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reducimus. Cæterum pęnas contra ſuperiores quorumcumq. ordinum, etiam Mendicantium huiuſmodi, quia in admittendis Regularibus ad habitum, & profeſſionem, earundem conſtitutionum formam non ſeruauerint, aut aliter quouis modo contrafecerint, in ipſis Conſtitutionibus inflictas ſaluas eſſe volumus, & ſtatuimus, ſicq. & non aliter, in præmiſſis omnib. & ſingulis per quoſcumq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus. Non obſtantibus præfatis Conſtitutionibus, Cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die ſecunda Aprilis, milleſimo ſexagenteſimo ſecundo, Pontificat. noſtri, anno 11.

Bulla VIII.

SVMMARIVM.

Concedit Pontifex Indulgentiam Plenariam pro anima fratris defuncti, & pro animabus parentum, & fratrum recipientium fratres Minores ad hoſpitium, dicendo pro eis miſſam defunctorum in loco vbi moritur frater, & in loco in quo morãtur filii parentum, & in loco, in quo recepti ſint, iuxta morem ordinis fratres hoſpitantes.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. De Omnium ſalute paterna charitate ſoliciti, ſpiritualia de theſauro Eccleſiæ libenter erogamus, per quæ animæ fidelium defunctorum (præſertim Religioſorum) Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Glorioſiſſimæ eius Genitricis Mariæ, ac Sanctorum omnium ſuffragia meritorum cõſequi, & illis adiutæ, ex purgatorij pœnis ad æternitatis gloriam fœliciter valeant peruenire, ſupplicationibus igitur pro parte dictorũ filiorum Miniſtri Prouincialis, & fratrum prouinciæ S. Gabrielis Hiſpaniarum ordinis S. Franciſci, Diſcalciatorum nuncupatorum, nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, authoritate confiſi concedimus, vt decedente aliquo dicti ordinis religioſo, vel alicuius religioſi parentib. vel altero ipſorum, aut perſona, quam ipſi religioſi fratrem appellant, & in quolibet loco dictę prouinciæ ad eorum receptaculum, & ſubuentionem paratam habent, ab aliquo, ſeu aliquibus eius conuentus, in quo religioſi parentes, vel alter ipſorum deceſſerit, vel perſona præfica in fratrẽ deſcripta fuerit, miſſam deſunctorũ pro anima ipſius defuncti, quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit, celebrante, ſeu celebrantibus, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ, indulgentiam conſequatur, ita vt Domini Noſtri IeſuChriſti, ac Beatiſſimę Virginis Mariæ, & Sanctorum omnium, meritis ſibi ſuffragantibus, à Purgatorij pęnis liberetur, in contrarium facientib, non obſtãtibus quibuſcumque. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, Die. 20. Iunij, 1596. Pont. noſtri, anno 5.

Vide § 2.10. qq.10.q.6.9 & hac conceſſio cõcãtur oĩbus prouincijs ordinis minorũ, prout patet, ex his, quæ habes in 3.10. qq.10.q.

Bulla IX.

SVMMARIVM.

Quod Bulla Cruciata non proficiat fratribus, pro caſibus reſeruatis.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuã rei memoriam. Romani Pontificis circumſpecta benignitas, honeſtis petentium votis, quæ perſonarum, ſub religionis iugo Altiſſimo famulantium ſtatum, & ſalubrem directionem reſpiciunt, ad exauditionis gratiam libenter admittit, & fauoribus proſequitur oportunis. Exponi nobis nuper fecit, dilectus filius, procurator generalis ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quod cũ in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & alijs priuilegijs, quæ ab Apoſtolica ſede concedi ſolent, detur facultas eligendi confeſſorem idoneum ab ordinario approbatum, qui poſſit Chriſti fideles abſoluere à caſibus ordinario reſeruatis, & à quibuſdam etiam, quę dictæ ſedi reſeruata ſunt, religioſi dicti ordinis, ſeu eorũ nonnulli, etiam ijs facultatib. vti præſumunt, & illorũ prætextu eligunt confeſſorẽ aliquando, pręter eos qui à ſuis prælatis eorum confeſſionibus deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale vergit religionis detrimentum: Quare prædictus procurator generalis, humiliter nobis ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, talem conceſſionem S. Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium, quantũ ad prædictum articulum eligendi confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum fratribus, & ſororibus monialibus ordinis prædicti, ac aliorum quorumcumque ordinum, & congregationũ cuiuſuis inſtituti mendicantium, & non mendicantium, tam prouinciæ Hiſpaniæ, quam extra eam, vbilibet locum, minimè habere, nec cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quod ijdem fratres, & moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem, diſpoſitioni ſuorum prælatorum ſubiecti ſint, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuo declaramus, eiſdem tamẽ prælatis, vt in vſu huiuſmodi poteſtatis, ſe cum ſubditis benignos, & faciles exhibeant, præcipimus, & mandamus. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſdam conſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, ac ordinis prædicti, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium trãſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ,

Datum

Datom Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatotis, vigeſima tartia, Nouemb, milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono. Pontificatus noſtri, anno octauo,

Bulla X.

S V M M A R I V M.

Declaratio, & decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri, Clementis Papæ Octaui, ſuper indulgentiis, quæ tã à ſanctitate ſua, quàm ab eius prædeceſſoribus, coronis, roſariis, calculis, ſeu granis, crucibus, & imaginibus benedictis, hactenus, & in poſterum à ſanctitate ſua concedentur.

FOrmula indolgentiarum nouiſſime à ſanctitate ſua præſcripta huiuſmodi Coronis, Roſarijs, paruis crucibus, & imaginibus, ex auro, altoq. metallo confectis, vulgo metallis appellatis, in futurum benedicẽdis, etiam principibus, vel ad aliorum inſtantiam tantum concedatur, atq. hæc vna de cætero, & non alia, ſeruetur, & retineatur. Hæc formola indulgẽtiarum ſola imprimatur, & ad omnium commodum, etiam lingoa vulgari,

Nomina vero indulgentias impetrãtium, etiam ſi Principes ſint imprimãtur. Coronę, Roſaria, grana, ſeu calcoli, cruces, & ſacræ imagines cum indulgentijs antea benedictæ, qoæ quidem in hũc vſq. diem diſtributæ ſunt, ſiue illæ à Sanctiſſimo Domino noſtro, ſiue à ſuperioribus Pontificibus ſunt cõceſſæ, non tranſeant perſonam illorum, qui eas in præſenti obtinent,

Quæ autem, vſque in hodiernum diem, effectum ſortitæ non ſunt, Id eſt, nulli hactenus diſtributæ ſunt, nemini vti benedictæ deinceps diſtribui poſſint, quod ſi de facto diſtribuantur, careant indulgentijs, iam conceſſis,

Vide in 2. ro.77.ro q. 87.art.8. De cætero indulgentiæ non concedãtur, granis, ſeu calculis, neq. etiam ſacris imaginibus, aut coronis, ſiue impreſſis, ſioe depictis, ſiue ex quouis metallo, aut gẽma cælatis, & expreſſis, ſiue in Eccleſijs publice collocandæ, ſiue priuatim habendæ ſint, ijs de quibus in formula dicitur dumtaxat exceptis,

Neque ſimiliter concedantur pro agnis cereris, ſeu Agnus Dei benedictis, vel pro quibuſuis ſacris ſeliquijs retinendis,

Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus ſeptem, ſeu nouem Eccleſias, ſeu alias Eccleſias, intra, & extra vrbem, vel eas Quadrageſimæ, & alijs anni temporibus adeuntibus, pro ſtationibus conſequẽdis, Coronis, & Roſarijs huiuſmodi benedictis amplius non concedantur.

Nec etiam indulgentiæ conceſſæ viſitantib. Eccleſiam S. Iacobi in Compoſtella, & loca terræ ſanctæ, & Hieroſalem, & Beatæ Mariæ de Laureto, & alias ſimiles Eccleſias eiſdem Coronis, & Roſarijs benedictis concedantur,

Nec item communicatio bonorum operũ, quæ à regularium, & religioſorum ordinibus, vel congregationibus, ſeu monaſterijs fiunt, Coronas, & Roſaria benedicta huiuſmodi recitantibus, concedatur.

Nec etiam eiſdem, illa, vel illas recitantib. concedatur liberatio animarum in Purgatorio exiſtentium, niſi vt in memorata formula expreſſum eſt.

Si qoando intuitu alicuiusgentis nationis, vel prouinciæ, indulgentiæ aliquæ dictas Coronas, aut Roſaria recitantibus, conceduntur, illæ ad alias gentes, nationes, vel prouincias non extendantur.

Pro populis autem remotiſſimis noui orbis, & Indiarum ad Chriſtianam fidem conuerſis, pauciores indulgentiæ, Prædicatoribus vero, qoi pro Chriſti Eoangelio in eiuſdẽ partib. & Indijs diſſeminãdo laborant ampliſſime concedantur. Corona, vel Roſario, aot grano, ſeu calculo vno, aut alia re, vna benedicta deperdita, alteram pro ea ſubrogandi facultatem neceſſe, neq. detor. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, Quinto Idus Ianuarij, anno à Natiuitate Domini 1597. Pont. vero ſanctitatis ſuæ, anno 5.

Bulla XI.

S V M M A R I V M.

Pro beatificatione Beati Ioannis de Sancto Facundo, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, & de eius officio, & Miſſa.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Beatorum virorũ, qui cum Chriſto gaudent in cælis, memoriam in terris, ad Dei gloriã, & piorum Chriſti fidelium ædificationem, propagare libenter curamus, cum præſertim Catholicorũ Regum, & piorũ Principum, & aliorũ fideliũ vota id expoſcunt, ac alias in Domino ſalubriter conſpicimus expedire, alias ſiquidẽ à nobis emanarunt literæ tenoris ſubſeqnentis, videlicet, ad perpetuã rei memoriã. Quæcumque ad diuinum cultum, & priorum Chriſti fideliom erga beatos viros, pietatẽ, & deuotionem augendum pertinent, ea libenter concedimus, ſeu alias prouidemus, prout in Domino conſpicimos expedire; ſanè poſtquã cla. me. Ferdinandus Rex Catholicus, fœl. rec. Alexandri Papæ Sixti, & eiuſdem Ferdinandi exemplum ſecutus, Carolus eius nominis Quintus, Romanorũ Imperator, Paulo Papæ III. & deinde Philippus Secũdus Hiſpaniarum, itẽ Rex Catholicus Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ac demum idem Philippus II. nobis ſupplicarunt, vt B. Ioannes à Sancto Facundo, ordinis Eremitarum S. Aoguſtini, in Hiſpaniæ Regnis, fidei zelo, vitæ ſanctimonia, miraculis claros, in Sanctorum numerũ adſcriberetor, chariſſimus in Chriſto filius noſter, Philippus III. Hiſpaniarũ, etiam Rex Catholicos, non ſolũ Regnorum, ſed paternarũ etiam virtutũ, ac pietatis præcipue hæres, negotium huius canonizationis adoptatũ finẽ perduci cupiens, ſæpius per dilectum filium nobilem virum, Antonium de Cardona, & Seſæ Ducẽ ſuum apud nos, & ſedẽ Apoſtolicã oratorem, & dilecti filij collegium maximũ, & collegiales, ac capellani, & perſonæ S. Barthol, ciuitatis Salmant, nuncupa, ex cuius gremio, & ex quorũ collegialiũ, & capellanorũ numero, dictus B. Ioan. dũ viueret, fuit per dilectum filium etiam magiſtrum Andream Fernãdez de Corduba, capellanum noſtrum, & ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditorem, eiuſq. collegij collegam, necnon dilecti filij, prior, & fratres conuentus S. Aoguſtini Salmantini, ac prouinciales & fratres eiuſdem ordinis prouinciæ Caſtellæ, per dilectum filium fratrem Alphonſum de los Rios, in ſacra Thologia Magiſtrum eiuſdem ordinis profeſſorem, & ipſorum procuratorẽ in Romana Curia exiſtentem, à nobis nouiſſime ſuppliciter petierunt, vt huic cauſæ, tam diu ſub tot Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris inchoatę, tandem aliquando finem imponerę vellemos. Noſq. in grauiſſima hac deliberatione maturo, vt decet, conſilio vtẽtes, anteqoã aliqoid in pręmiſſis ſtatuamus, proceſſum ſuper puritate vitæ, ac miraculorum veritate ipſius D. Ioannis, ab anno 1488. in ciuitate Salmantina, factum, necnon teſtes ſuper eiuſdem vita, & miraculis, anno videlicet, 1525. & deinde etiam, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo, pluries receptos, prius à dilectis filijs magiſtris,

Digitized by Google

giſtris, Hieronymo Pamphylio, & Ioanne Garcia Melino capellanis noſtris, & ſacri palatij noſtri cauſarum auditoribus, diligenter recognoſci, & examinari fecimus, & habita, ab ipſis Hieronymo, & Ioanne Garcia relatione, dictum proceſſum in forma probanti confectum fuiſſe, & teſtes rite, ac recte examinatos fuiſſe comperimus, de venerabilium fratrum noſtrorum, S.R.E. Cardinalium, ſuper ſacris ritibus deputatorum, quibus totum hoc negotium examinandum commiſimus, votoque, atque ſententia pijs eiuſdem Philippi precibus, ac collegij maximi S. Bartholomæi, & illius collegialium capellanorum, & perſonarum, necnō prioris, & fratrum conuentus S. Auguſtini Salmanticenſis, & prouincialis, ac fratrum eiuſdem ordinis prouinciæ Caſtellę prędictorum deuotioni, aliqua ex parte duximus ſatisfacien. ſupplicationibus itaque eorum nomine nobis ſuper hoc porrectis, inclinati, ipſis priori, & fratribus eiuſdem ordinis dictę prouinciæ Caſtellę, vt in eorum Eccleſia S. Auguſtini, dictę ciuitatis Salmanticenſis, in qua dictum collegium maximū, ſeu collegiales, & capellani, & perſonæ S. Bartholomæi nuncupat. quolibet anno in die obitus B. Ioannis vna cum dictis fratribus congregari, & conuenire conſueuerunt, & in qua ſimiliter dicti B. Ioannis corpus quieſcit, & magna cum veneratione, populiſque deuotione aſſeruatur officium, ac Miſſam, de communi vnius confeſſoris nō pont. de dicto B. Ioanne, iuxta rubricas breuiarij, ac Miſſalis Romani, die ſcilicet duodecimo menſis Iunij, in qua die, licet ipſe B. Ioannes, die vndecimo, eiuſdem menſis dormierit in Domino, ob feſtū B. Barnabę Apoſtoli, quod in eundem diem 11. incidit, huiuſmodi feſtum transferendum duximus, vna cum dictis collegialibus capellanis, & perſonis, dicti collegij, libere, & licitè celebrare poſſint, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdē conuentus, & ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 12. Iunij, milleſimo quingenteſimo centeſimo primo, Pont. noſtri, anno 10. Cum autem poſtea memoratus Philippus Rex Catholicus vniuerſæ ciuitatis, & Eccleſiæ Metropolitanæ, & Cathedralis Regni Caſtellæ, & Legionis, ac multi principes, & præceptores eiuſdem regni, præcipue vero nobilis vir, Franciſcus de Sandoual, Dux Lermæ, necnon prælati, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, & ſeculares, collegia, religiones, & vniuerſitas ſtudij generalis Salmanticenſis, & præcipue vniuerſis ordo Eremitarum S. Auguſtini, per literas, ſupplicas, libellos oratoreſq. & procuratores eorū reſpectiue, ac nominatim per dilectum filium nobilē virum, Antonium Sueſſæ Ducē dicti Regis Catholici, apud nos oratorem, & per magiſtrū Aloyſium de los Rios prouinciæ Caſtellæ, ordinis prædicti fratrū Eremitarum S. Auguſtini procuratorē, nobis humiliter ſupplicari fecerint, vt canonizationem, dicti B. Ioannis de ſancto Facundo, proſequi, & interim ſupradictas literas extēdere, & ampliare, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos illorum ſupplicationibus benignè annuere volentes, ex voto venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ſuper ſacris ritibus, & ceremonijs deputatorum, quibus hoc negotium examinandum, & nobis referendum commiſimus, quoſq. ſingulos dilectus filius magiſter Franciſcus Penia, capellanus noſter, & ſacri palatij Apoſtolici cauſarum auditor, de prædicti Antonij Ducis, & oratoris ordine, ac ſupradicti Philippi Regis Catholici nomine, ſuper eodem negotio diligenter informauit, præinſertas literas ad vniuerſum ordinem fratrum Eremitarum S. Auguſtini, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium extendimus, ac eiuſdem ordinis fratribus, ac monialibus vniuerſis, & ſingulis, vbique terrarum exiſtentibus, vt ſicut vigore literarū prædictarum, in monaſterio, & Eccleſia S. Auguſtini ciuitatis Salmanticenſis illius, & prouinciæ Caſtellæ fratribus, licet Miſſam, & officium de dicto B. Ioāne recitare, ita in poſterum in quacumq. domo, & Eccleſia dicti ordinis, vbique locorum publice, ac priuatim, eodem modo officium, & Miſſam de dicto B. Ioanne de ſancto Facundo recitare, de communi vnius confeſſoris nō pont. iuxta rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, non tamen ſub duplici ritu (niſi vbi corpus, vel pars inſignis reliquiarum eiuſdem B. Ioannis extiterit,) ne Dominica impediatur, cuiq. illorum liceat, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus. Non obſtantib. omnibus illis, quæ in ſupra inſertis literis volumus non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcumq. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem ipſa fides habeatur, quæ eiſdem præſentib. haberetur. Datum Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, Die 15. Octobris, 163. Pont. noſtri, anno 12.

Bulla XII.

SVMMARIVM.

Pro celebratione officij præfati ſancti, in oppido de Cea, patria eius, & in ciuitate Salmanticenſi, vbi requieſcit.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum nuper conceſſerimus, vt in vniuerſo ordine fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quotannis Miſſa, & officium de Beato Ioanne de Sancto Facundo, eiuſdem ordinis profeſſoris, iuxta rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, die duodecimo Iunij, de communi vnius confeſſoris non Pontificis prout antea pro nonnullis locis particularibus conceſſeramus, celebrari poſſet, prout in noſtris deſuper in forma breuis expeditis literis plenius continetur. Cumq. dilectus filius nobilis vir Franc. de Sandoual, Dux Lermæ, & dilecta in Chriſto filia nobilis mulier, Catherina de Zuñiga, Comitiſſa de Lemos, ob eorum erga dictū B. Ioannē deuotionis affectum, cupiant huiuſmodi Miſſam, & officium de dicto Beato Ioanne, in oppido de Sahagun, in quo idem Beatus Ioannes ortus fuit, & in oppido de Cea, patria genitricis eiuſdem Beati Ioannis, quod oppidum de Cea in dominio dicti Franciſci Ducis exiſtit, necnon in ciuitate Salmanticenſi, in qua idem Beatus Ioannes vberes in Domino fructus fecit, eodem modo, quo in Eccleſiis fratrum dicti ordinis celebrare poſſe, nobiſque propterea eorundem Franciſci Ducis, & Catherinæ Comitiſſæ nominibus, per dilectum filium Alphonſum Manrique humiliter ſupplicatum fuit, vt in præmiſſis oportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos eorum pio deſiderio benigne annuere cupientes, ac literarum noſtrarū prædictarum tenorem, præſentibus, pro expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt in Eccleſiis quibuſcumque, tam clericorum, ſecularium, quam cuiuſuis ordinis regularium, vtriuſque ſexus, Miſſa, & officium de Beato Ioanne, die ſupra dictu, eiſdem modo, & forma, quibus in Eccleſiis fratrum dicti ordinis, ex indulto noſtro Apoſtolico celebrari poſſunt, iuxta formam earundem no-

ſtrarum

ſtrarum literarum, in omnibus, & per omnia celebrari poſſit, ac huiuſmodi Miſſam, & officium in prædictis Eccleſijs celebrantes, ſatisfaciant, ac ſi Miſſam, & officium de occurrẽti, iuxtà ritum Miſſalis, & Breuiarij Romani, eo die celebrarẽt, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & indulgemus; non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quę in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſq. cõtrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Nouembr. 1603. Pontificat. noſtri, anno 12.

Bulla XIII.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis, diui: prouidentia Papæ VIII. præceptum.

SVMMARIVM.

Ne de cætero fratres S. Mariæ de Merce de nuncupati, quempiam fratrum Minorum de obſeruantia, alteriuſve ſtrictioris ordinis prædeceſſorum, quouis prætextu recipere, aut retinere præſumant.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Noper ad nos perlatum eſt, religioſos ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, prætextu cuiuſdam indulti Apoſtolici ordini antiquitus conceſſi, profeſſores ordinis fratrũ Minorum, de obſeruantia nuncupatorum, & alios regulæ ſtrictioris in eorũ ſodalitatem, ſeu domos, aut cõuentus recipere. Quare cum id ſæpius meritas pœnas eludendi cauſa fuit, & ex hoc multa ſcandala in populo generentur, & alia multa incommoda naſcantur. Nos huiuſmodi ſcandalis obuiare, & quieti religioſorum proſpicere cupientes, tenorem que dicti indulti, perinde, ac ſi de verbo ad verbũ insereretur, præſentibus, pro expreſſis habentes, de venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacri Conc. Trid. interpretum ſententia, nequis prælatorum, ſeu ſuperiorum, aut fratrum, conuentuum, ſeu domorum dicti ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, tàm in Regnis Hiſpaniarum, quàm alibi conſiſtentium quauis ille dignitate, præeminentia prærogatiua, vel munere fungatur, quemquam ordinis fratrum Minorum de obſeruantia, aut alicuius ſtrictioris regulæ, quàm ſit regula dictorum religioſorum B. Mariæ de Mercede, prætextu cuiuſcunque indulti, ſeu priuilegij Apoſtolici, recipere audeat, vel præſumat, etiam ſi habeant priuilegium, id faciendi, cauſa quarti voti, quod ipſi profeſſores ordinis B. Mariæ de Mercede huiuſmodi faciunt, Apoſtolica authoritate, tenore pręſentium diſtrictè prohibemus; declarantes regulam ſtrictiorem eſſe iudicandam alia ratione, quàm reſpectu quarti voti. Decernentes ex nunc irritũ, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obſtantibus priuilegijs, ſeu indulto huiuſmodi, quod harum ſerie, proprio motu reuocamus, & abolemus, ac quibuſuis conſtitutionibus: & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dicti ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliter in cõtrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque; volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Decembris.

Bulla XIIII.

SVMMARIVM.

Pro habitu terciariorum in Regnis Portugalliæ.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Vt ea, quæ pro religionum, & perſonarum in ipſis degentium bono, & quiete, per ipſarũ religionum ſuperiores, ſtatuta, & ordinata ſunt, firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, noſtræ confirmationis robur libenter adijcimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire. Cum igitur, ſicut accepimus, dilectus filius noſter, Hieronymus Cardinalis, Matthæius nuncupatus, ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia, ac fratrum tertij ordinis de pœnitentia nuncupati protector, corrector, & gubernator, pro maiori ipſorum fratrum de obſeruantia, & pœnitentia tranquillitate, & pace, per ſuas literas ſubdatione, anno à Natiuitate Domini noſtri, milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, die 19. menſis Aprilis, mandauerit, ſtatuerit, & ordinauerit, quod prædicti fratres tertij ordinis de pœnitentia in Regno Portugalliæ exiſtẽtes, iuxtà eorum regulam, & indulta Apoſtolica, habitum geſtare deberent, quodque talis habitus eſſet ex humili, & vili panno contextus, eo videlicet modo, vt ex quattuor partibus, lanæ naturaliter nigræ, & abſque aliqua tincturs contextæ, & vna parte lanæ, etiam naturaliter candidæ, & talis habitus fieret, & quod ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ, adderetur vna libra lanæ albæ, & aliàs, prout in ipſius Cardinalis Matthæi literis deſuper confectis, latius dicitur contineri.

Hos igitur literarum prædictarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes literas authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti, alioſq; etiam ſubſtãtiales defectus, qui in eiſdem interuenerint ſupplemus, eaſq. contra omnes, & quaſcunq. reuocationes, validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & ab omnibus, & ſingulis fratribus tertij ordinis de pęnitentia, nunc, & pro tempore exiſtentibus, & in Portugalliæ Regnis degentib. inuiolabiliter obſeruari debere decernimus. Mãdantes nihilominus, omnib. & ſingulis ipſius ordinis de pęnitentia miniſtris, & prælatis, tã præſentibus, quã futuris, in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, officiorumq. & dignitatũ, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia in poſterũ obtinenda, ipſo facto incurrendis pœnis, nè poſthac alium habitum geſtare poſſint, aut à ſuis patribus geſtari permittant, niſi ſecundum modum, &

formam ſibi in dictis literis præſcriptam, ab habitu fratrum Minorum de obſeruãtia, quò ad colorem, & formam omninò diſtinctam. Quocirca, dilectis filijs ſpoliorum, & iorium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ debitorum, in Portugalliæ, & Algarbiorũ Regnis collectori generali, ac ipſius ordinis conſeruatoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum de obſeruantia, ſeu alicuios eorũ, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis cõtenta quæcunque ſolemniter publicantes, illiſq. in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eos deſuper à quoquam, quauis authoritate, quomodo libet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas prædictas, aliaſque Eccleſiaſticas, ac alia oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis Non obſtantibus præmiſſis, alijſq. conſtitutionibua, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 27. Aprilis, 1600. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papa Octaui, quo confirmatur decretum illuſtriſſimi Domini protectoris, circa monaſteriorum monialium in Luſitania Regno conſiſtentium per procuratores exhibitum.

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam: Romanum Põtificem decet, ea quæ per regularium ſuperiores ſalubriter ordinata ſunt, libenter approbare, & ſi ipſorum ratio expoſtulat, Apoſtolicæ ſuæ confirmationis munimine roborare, prout in Domino conſpicitur ſalubriter expedire. Cum igitur à dilecto filio noſtro, Cardinale Matthæo nuncupato, vniuerſi ordinis S. Franciſci de obſeruantia protectore, correctore, & gubernatore emanarunt literæ ſubſequẽtis tenoris videlicet. Hieronymus tituli S. Pancratij, S.R.E. presbyter Cardinalis Matthæus noncpatus, totius ordinis fratrũ Minorum S. Franciſci de obſeruantia protector, corrector, & gubernator, vniuerſis, & ſingulis, literas noſtras patentes inſpecturis, lecturis pariter, & auditurís. notum facimus, qualiter ad noſtras aures nuper peruenit, nonnullorum monaſteriorum, monialium de obſeruantia Regnorum Portugalliæ procuratorias, ſiue ſactorias. ſic commiſſas eſſe aliquibus ex fratribus dictæ obſeruantiæ, vt ipſi vniuerſam curam, ſolicitudinem, & adminiſtrationem pecuniarum, bonorum, redditiium, & litium eorũdem monaſteriorum, & per ſe ipſos gerant, non ſine perſonatum ſecularium ſcandalo, ac ſuæ regulę, religionis, ac profeſſionis detrimento. Nos igitur, qui ex iniuncti nobis officij ratione, ijs omnibus, quæ contra obſeruationem regulæ Beati patris Frãciſci, ac religionis, & profeſſionis eorundem fratrũ obligationem, eſſe noſcuntur, obuiare tenemur, pręſentium noſtrarum literarum tenore decreuimus, ſtatuimuſque, & ordinamus, ac in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub excommunicationis, priuationiſque officiorum, & dignitatum, inhabilitatiſq. ad illa, & alia in poſterum obtinenda, incurrendis pęnis, mandamus modernis, & pro tempore exiſtentibus, dicti ordinis de obſeruantia, miniſtris, prouincialibus, commiſſarijs, viſitatoribus, diffinitoribus, guardianis, ſeu quibuſcunque alijs prælatis, & officialibus, ad quos id nunc ſpectat, aut pro tempore ſpectabit, vt omnes, & quoſcunque, dicti ordinis fratres, qui in dictis monaſterijs monialium, prędictas procuratorias, ſeu factorias exercent, infra triũ dierum ſpacium, à præſentatione præſentium noſtrarum literarum computandum, à dictis procuratorijs, ſiue factorijs omninò cum effectu, amoueãtur, & ad monaſteria fratrum redire, & eorum prælatis obedire faciant, & procurent, factoriaſque, & procuratorias prædictas perſonis ſæcularibus bonæ conſcientiæ, ſicut ante fiebat à monialibus committi curabunt; in quorum fidem, has noſtras patẽtes literas manu propria ſubſcripſimus, inſtituimuſque ſigillo, quo in talibus vtimur muniri, & à Secretario noſtro firmari. Dat Romæ, in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub die vltima Februarij, anno Iubilei, 1600. Nos attendentes literas prędictas, & earum obſeruationem, ad maiorem religionis perfectionem conducere maximè authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, eas perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti, alioſque, & ſubſtantiales defectus, ſi qui in illis interuenerint, ſupplemus, eaſque validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuam que roboris firmitatem obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ordinis S. Franciſci, de obſeruantia Regnorum, Portugalliæ prælatis, & ſuperioribus, nũc, & pro tempore exiſtentibus, ſub pœnis in præmiſſis literis contentis, inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis de obſeruantia, & iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literia Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorũ, quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſimaquarta Aprilis, Milleſimo ſexcenteſimo, Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papa Octaui, qua interdicitur, ne aliquis ad monaſteria monialium, ſub fratrum Sancti Franciſci de obſeruantia cura exiſtentium accedat, concionaturus, niſi ſit à dictis ordinis ſuperioribus probatus, & miſſus.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus, ex rationabilib. cauſis. pro monialium ordinis S. Franciſci de obſeruantia Regnorum Portugallię, quæ curæ, & gubernio fratrum eiuſdem ordinis ſunt ſubiectæ, quiete, & regulari obſeruantia maximè expediat, ne dictæ moniales, abſque ſuorum ſuperiorum, & illorũ ad quos ſpectat, licẽtia, quoſcunque Prædicatores, qui ex dicto ordine non fuerint, ad concionandum in earum Eccleſijs, inuitare, aut acceptare poſſint, nos in præmiſſis, quantum cũ domino poſſumus, opportunè prouidere volentes, ex voto venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalium,

nalium, ſuper cõſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum, quibuſcunq. dicti ordinis ſuperioribus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ, alijſq. arbitrio noſtro incurrendis pœnis, per præſentes mãdamus, vt ipſi oportunè prouideant. ne poſt hac, ad monaſteria monialium cõcionatores ab ipſis nõ probati, & miſſi accedant, idque ſub cenſuris, & pœnis, ipſis benè viſis prohibeant, ſuper quo plenam, & amplã illis facultatẽ tribuimus, decernentes omnes, & quaſcunque licentias, etiam à nobis, aut à ſede Apoſtolica, quomodolibet contra præſentium tenorem obtentas, nullas, & inualidas omninò fore, & eſſe, viribuſque, & effectu carere debere, ſicque, & non aliter per omnes ipſius ordinis prælatos, & ſuperiores, abbatiſſas, prioriſſas, & moniales, nunc, & pro tempore exiſtentes, ac alias quaſcunq; perſonas obſeruari, & adimpleri debere, irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his, ab ipſis, aut à quocunq;, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, nõ obſtãtibus quibuſuis cõſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis, etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet cõceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Maij, 1600. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Conſtituitur Archiepiſcopus Toletanus, qui pro tempore fuerit, vt applicet bona fratrum conuentualiũ Diui Franciſci, monaſterijs S. Claræ.

Clemens Papa VIII. Venerabilis frater, ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum fœ, re Pius Papa V. prædeceſſor noſter, ordinem fratrũ Minorum cõuentualium, in Hiſpaniarũ Regnis, & prouincijs, in perpetuum extinxit, ac eos ad regularem obſeruantiam reduxit, ac bona tàm mobilia, quàm immobilia, necnon fructus, redditus, prouentus, aliaq. iura, & emolumenta domorum eorundẽ conuentualium, & etiam fratrum tertij ordinis S. Franciſci dictorum Regnorum, & prouinciarum, quæ propter obſeruantiæ regulam, ab illis poſſideri nõ poſſent, ab eiſdem domibus perpetuò diſmẽbrauit, & ſeparauit, eademq. monaſterijs monialiũ eiuſdem, & S. Claræ ordinum, in ipſis regnis, & prouincijs conſiſtentibus, quæ bonæ memoriæ, Didacus presbyter Cardinalis Spinoſa nuncupatus, nominaret, & ſpecificaret, perpetuò applicauit, & appropriauit, prout in literis eiuſdem Pij prædeceſſoris deſuper expeditis, plenius continetur, & deinde, quia dictus Didacus Cardinalis morte præuentus, nonnulla monialium ordinum prædictorũ monaſteria nominanda, ſpecificãda, & exprimenda requirat piæ memoriæ, Gregorius Papa Tertius decimus, etiam prædeceſſor noſter, bonæ ſimiliter memoriæ, Gaſparem Cardinalem Quirogam nuncupatum, in locum dicti Didaci Cardinalis, ad hoc vt ea monaſteria, quæ ſupereſſent, nominaret, & ſpecificaret, ac cætera omnia, quæ dictus Didacus Cardinalis, vigore dictarum literarum facere poterat, & ſi non deceſſiſſet, nominare, & ſpecificare, ac facere potuiſſet, illis tamen Eccleſijs, dominijs, locis, proprietatibus, bonis, rebus, & actionibus quibuſcũque, eorundem fratrum conuentualium, de quibus aliter, & quomodocunq; ab ipſis Pio, & Gregorio

prædeceſſoribus, eo vſq. diſpoſitum eſſet, penitus exceptis, & excluſis ſubrogauit, illiq. ad hæc, liberã facultatem, & authoritatem conceſſit, prout in alijs dicti Grægorij prædeceſſoris literis etiam continetur. Cum autem, ſicut accepimus, defuncto etiam prædicto Gaſpare Cardinale, nonnulla, adhuc monaſteria ſpecificanda, & multa ex bonis, reditibus, prouentibus, iuribus, & actionibus prædictis applicanda remanſerint. Nos dicti Pij prædeceſſoris intẽtis, vt ſuum conſequantur effectum oportunè prouidere volentes, ac ſingularum literarum prædictarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus pro parte dilecti filij procuratoris generalis, eiuſdem ordinis fratrum Minorũ S. Franciſci de obſeruantia, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, te modernum, ac pro tempore exiſtentem, Archiepiſcopum Toletanum, in locũ Didaci, & Gaſparis Cardinalium prædictorum ad ea omnia, & ſingula exequenda, quæ dictus Didacus, & Gaſpar Cardinales, vigore literarum ſupradictarum, exequi facere, & ordinare poterãt, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſubſtituimus, & ſubrogamus, tibiq. eandem ad prædicta exequenda, facienda, & ordinanda, facultatem, & authoritatem, eiſdem, Didaco, & Gaſpari Cardinalibus, attributam, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores voluerunt non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Dat. Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, die 6. Octob, 1604. Pont. noſtri, anno 12,

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ Octaui, præſcriptio normæ dandi licentiam ab ordinarijs, ad ædificanda in poſterum regularium monaſteria.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ad inſtitutam regulariũ locorum, & perſonarum reformationem, promouendã, & cõſeruandam, maxima pertinet, vt in quibuſcunque domibus, & monaſterijs tãtus numerus religioſorum, qui commodè ibidem ali poſſit, cõtineatur, ac eo pariter ſpectat, vt in quibuſcunq. ciuitatib. & locis, noua domus, & monaſteria, præſertim mendicantium non erigantur, niſi in eiſdem ciuitatibus, & locis aliorum domorum, & monaſteriorũ in eis exiſtentium, habita ratione, cõmodè ſuſtentari poſſe dignoſcatur. Hac igitur nos conſideratione ducti, & in præmiſſis pro noſtro paſtorali munere oportunè prouidere volẽtes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deq. Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ex voto, etiam venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinaliũ, ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum, harum ſerie declaramus, locorum ordinarios non poſſe licentiam, ad nouos conuentus cuiuſuis, etiam mendicantium ordinis ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis, erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem ciuitatibus, & locis exiſtentium, conuentuum prioribus, ſeu procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa ſeruatis ſeruandis cognita, conſtiterit in eiſdem ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos conuentus, ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe. Si verò ab eorum in huiuſmodi cauſis ſententijs, ad nos, & Apoſtolicam ſedem prouocari, &

De ædificatione monaſteriorum. Vide in 2. to. qq. reg. q. 49.

formam ſibi in dictis literis præſcriptam, ab habitu fratrum Minorum de obſeruãtia, quò ad colorem, & formam omoinò diſtinctam. Quo circa, dilectis filijs ſpoliorum, & iurium Cameræ noſtræ Apoſtolicæ debitorum, in Portugalliæ, & Algarbiorũ Regnis collectori generali, ac ipſius ordinis conſeruatoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorũ, per ſe, vel alium, ſeu alios, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum fratrum de obſeruantia, ſeu alicuius eorũ, fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis cõtenta quæcunque ſolemniter publicantes, illiſq. in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant authoritate noſtra, præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari, non permittentes eos deſuper à quoquam, quauis authoritate, quomodo libet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per cenſuras, & pœnas prædictas, aliaſque Eccleſiaſticas, ac alia oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, alijſq. conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum, quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romę, apud S. Petrum, ſub annolo Piſcatoris, die 27. Aprilis, 1600. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XV.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papa Octaui, quo confirmatur decretum illuſtriſſimi Domini protectoris, circa monaſteriorum monialium in Luſitania Regno conſiſtentium per procuratores exhibitum.

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam: Romanum Põtificem decet, ea quæ per regularium ſuperiores ſalubriter ordinata ſunt, libenter approbare, & ſi ipſorum ratio expoſtulat, Apoſtolicæ ſuæ confirmationis munimine roborare, prout in Domino conſpicitur ſalubriter expedire. Cum igitur à dilecto filio noſtro, Cardinale Matthæo nuncupato, vniuerſi ordinis S. Franciſci de obſeruantia protectore, correctore, & gubernatore emanarunt literæ ſubſequẽtis tenoris videlicet. Hieronymus tituli S. Pancratij, S.R.E. presbyter Cardinalis Matthæus nuncpatus, totius ordinis fratrũ Minorum S. Franciſci de obſeruantia protector, corrector, & gubernator, vniuerſis, & ſingulis, literas noſtras patentes inſpecturis, lecturis pariter, & audituris. notum facimus, qualiter ad noſtras aures nuper peruenit, nonnullorum monaſteriorum, monialium de obſeruantia Regnorum Portugalliæ procuratorias, ſiue factorias, ſic commiſſas eſſe aliquibus ex fratribus dictæ obſeruantiæ, vt ipſi vniuerſam curam, ſolicitudinem, & adminiſtrationem pecuniarum, bonorum, redditum, & litium eorũdem monaſteriorum, & per ſe ipſos gerant, non ſine perſonarum ſecularium ſcandalo, ac ſuæ regulę, religionis, ac profeſſionis detrimento. Nos igitur, qui ex iniuncti nobis officij ratione, ijs omnibus, quæ contra obſeruationem regulæ Beati patris Frãciſci, ac religionis, & profeſſionis eorundem fratrũ obligationem, eſſe noſcuntur, obuiare tenemur, pręſentium noſtrarum literarum tenore decreuimus, ſtatuimuſque, & ordinamus, ac in virtute ſanctę obedientiæ, & ſub excommunicationis, priuationiſque officiorum, & dignitatum, inhabilitatiſq. ad illa, & alia in poſterum obtinenda, incurrendis pęnis, mandamus modernis, & pro tempore exiſtentibus, dicti ordinis de obſeruantia, miniſtris, prouincialibus, commiſſarijs, viſitatoribus, diffinitoribus, guardianis, ſeu quibuſcunque alijs prælatis, & officialibus, ad quos id nunc ſpectat, aut pro tempore ſpectabit, vt omnes, & quoſcunque, dicti ordinis fratres, qui in dictis monaſterijs monialium, prędictas procuratorias, ſeu factorias exercent, infra triũ dierum ſpacium, à præſentatione præſentium noſtrarum literarum computandum, à dictis procuratorijs, ſiue factorijs omninò cum effectu, amoueãtur, & ad monaſteria fratrum redire, & eorum prę latis obedire faciant, & procurent, factoriaſque, & procuratorias prædictas perſonis ſæcularibus bonæ conſcientiæ, ſicut ante fiebat à monialibus committi curabunt; in quorum fidem, has noſtras patẽtes literas manu propria ſubſcripſimus, inſtrumoſque ſigillo, quo in talibus vtimur muniri, & à Secretario noſtro firmari. Dat Romæ, in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, ſub die vltima Februarij, anno Iubilei, 1600. Nos attendentes literas prędictas, & earum obſeruationem, ad maiorem religionis perfectionem conducere maximè authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, eas perpetuò confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti, alioſque, & ſubſtantiales defectus, ſi qui in illis interuenerint, ſupplemus, eaſque validas, & efficaces fore, & eſſe, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, ac ab omnibus, & ſingulis ordinis S. Franciſci, de obſeruantia Regnorum, Portugalliæ prælatis, & ſuperioribus, nũc, & pro tempore exiſtentibus, ſub pœnis in præmiſſis literis contentis, inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis de obſeruantia, & iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorũ, quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat, Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſimaquarta Aprilis, Milleſimo ſexcenteſimo, Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XVI.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papa Octaui, qua interdicitur, ne aliquis ad monaſteria monialium, ſub fratrum Sancti Franciſci de obſeruantia cura exiſtentium accedat, concionaturus, niſi ſit à dicti ordinis ſuperioribus probatus, & miſſus.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ſicut accepimus, ex rationabilib. cauſis, pro monialium ordinis S. Franciſci de obſeruantia Regnorum Portugallię, quæ curæ, & gubernio fratrum eiuſdem ordinis ſunt ſubiectæ, quiete, & regulari obſeruantia maximè expediat, ne dictæ moniales, abſque ſuorum ſuperiorum, & illorũ ad quos ſpectat, licẽtia, quoſcunque Prædicatores, qui ex dicto ordine non fuerint, ad concionandum in earum Eccleſijs, inuitare, aut acceptare poſſint, nos in præmiſſis, quantum cũ domino poſſumus, opportunè prouidere volentes, ex voto venerabilium fratrum noſtrorum, Sanctæ Romanæ Eccleſię Cardinalium,

Digitized by Google

nalium, ſuper cõſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum, quibuſcunq. dicti ordinis ſuperioribus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub Indignationis noſtræ, alijſq. arbitrio noſtro incurrendis pœnis, per præſentes mãdamus, vt ipſi opportunè prouideant, ne poſt hac, ad monaſteria monialium cõcionatores ab ipſis nõ probati, & miſſi accedant, idque ſub cenſuris, & pœnis, ipſis benè viſis prohibeant, ſuper quo plenam, & amplã illis facultatẽ tribuimus, decernentes omnes, & quaſcunque licentias, etiam à nobis, aut à ſede Apoſtolica, quomodolibet contra præſentium tenorem obtentas, nullas, & inualidas omninò fore, & eſſe, viribuſque, & effectu carere debere, ſicque, & non aliter per omnes ipſius ordinis prælatos, & ſuperiores, abbatiſſas, prioriſſas, & moniales, nunc, & pro tempore exiſtentes, ac alias quaſcunq; perſonas obſeruari, & adimpleri debere, irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his, ab ipſis, aut à quocunq;, quauis authoritate, ſcienter, vel ignorãter contigerit attentari, nõ obſtãtibus quibuſuis cõſtitutionib. & ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius ordinis, etiam iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoquè, indultis, & literis Apoſtolicis, in contrarium præmiſſorum quomodolibet cõceſſis, confirmatis, approbatis, & innouatis, cæteriſque contrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ, apud S. Petrũ, ſub annulo Piſcatoris, die 10. Maij, 1600. Pont. noſtri, anno 9.

Bulla XVII.

SVMMARIVM.

Conſtituitur Archiepiſcopus Toletanus, qui pro tempore fuerit, vt applicet bona fratrum conuentualiũ Diui Franciſci, monaſterius S. Claræ.

CLemens Papa VIII. Venerabilis frater, ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Dudum fel. re. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, ordinem fratrũ Minorum cõuentualium, in Hiſpaniarũ Regnis, & prouincijs, in perpetuum extinxit, ac eos ad regularem obſeruantiam reduxit, ac bona tàm mobilia, quàm immobilia, necnon fructus, redditus, prouentus, aliaq. iura, & emolumenta domorum eorundẽ conuentualium, & etiam fratrum tertij ordinis S. Franciſci dictorum Regnorum, & prouinciarum, quæ propter obſeruantiæ regulam, ab illis poſſideri nõ poſſent, ab eiſdem domibus perpetuò diſmembrauit, & ſeparauit, eademq. monaſterijs monialiũ eiuſdem, & S. Claræ ordinum, in ipſis regnis, & prouincijs conſiſtentibus, quæ bonæ memoriæ, Didacus presbyter Cardinalis Spinoſa nuncupatus, nominaret, & ſpecificaret, perpetuò applicauit, & appropriauit, prout in literis eiuſdem Pij prædeceſſoris deſuper expeditis, plenius continetur, & deinde, quia dictus Didacus Cardinalis morte præuentus, nonnulla monialium ordinum prædictorũ monaſteria nominanda, ſpecificãda, & exprimenda requiſat piæ memoriæ, Gregorius Papa Tertius decimus, etiam prædeceſſor noſter, bonæ ſimiliter memoriæ, Gaſparem Cardinalem Quirogam nuncupatum, in locum dicti Didaci Cardinalis, ad hoc vt ea monaſteria, quæ ſupereſſent, nominaret, & ſpecificaret, ac cætera omnia, quæ dictus Didacus Cardinalis, vigore dictarum literarum facere poterat, & ſi nõn deceſſiſſet, nominare, & ſpecificare, ac facere potuiſſet, illis tamen Eccleſijs, dominijs, locis, proprietatibus, bonis, rebus, & actionibus quibuſcũque, eorundem fratrum conuentualium, de quibus aliter, & quomodocunq; ab ipſis Pio, & Gregorio prædeceſſoribus, eo vſq. diſpoſitum eſſet, penitus exceptis, & excluſis ſubrogauit, illiq. ad hæc, liberã facultatem, & authoritatem conceſſit, prout in alijs dicti Gregorij prædeceſſoris literis etiam continetur. Cum autem, ſicut accepimus, defuncto etiam prædicto Gaſpare Cardinale, nonnulla, adhuc monaſteria ſpecificanda, & multa ex bonis, redditibus, prouentibus, iuribus, & actionibus prædictis applicanda remanſerint. Nos dicti Pij prædeceſſoris intẽtis, vt ſuum conſequantur effectum oportunè prouidere volentes, ac ſingularum literarum prædictarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus pro parte dilecti filij procuratoris generalis, eiuſdem ordinis fratrum Minorũ S. Franciſci de obſeruantia, nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, te modernum, ac pro tempore exiſtentem, Archiepiſcopum Toletanum, in locũ Didaci, & Gaſparis Cardinalium prædictorum ad ea omnia, & ſingula exequenda, quæ dictus Didacus, & Gaſpar Cardinales, vigore literarum ſupradictarum, exequi facere, & ordinare poterãt, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium ſubſtituimus, & ſubrogamus, tibiq. eandem ad prædicta exequenda, facienda, & ordinanda, facultatem, & authoritatem, eiſdem, Didaco, & Gaſpari Cardinalibus, attributam, authoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dicti prædeceſſores voluerunt non obſtare, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Dat. Tuſculi, ſub annulo Piſcatoris, die 6, Octob, 1604. Pont. noſtri, anno 13,

Bulla XVIII.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Papæ Octaui, præſcriptio norma dandi licentiam ab ordinariis, ad ædificanda in poſterum regularium monaſteria.

De ædificatione monaſteriorum. Vide in 2. to. 99. reg. q.49.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam ad inſtitutam regularium locorum, & perſonarum reformationem, promouendã, & cõſeruandam, maxima pertinet, vt in quibuſcunque domibus, & monaſterijs tãtus numerus religioſorum, qui commodè ibidem ali poſſit, cõtineatur, ac eo pariter ſpectat, vt in quibuſcunq. ciuitatib. & locis, noua domus, & monaſteria, præſertim mendicantium non erigantur, niſi in eiſdem ciuitatibus, & locis aliorum domorum, & monaſteriorũ in eis exiſtentium, habita ratione, cõmodè ſuſtentari poſſe dignoſcatur. Hac igitur nos conſideratione ducti, & in præmiſſis pro noſtro paſtorali munere opportunè prouidere volẽtes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac matura deliberatione, deq. Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ex voto, etiam venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, ſuper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium præpoſitorum, harum ſerie declaramus, locorum ordinarios non poſſe licentiam, ad nouos conuentus cuiuſuis, etiam mendicantium ordinis ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iuriſdictioni ſubiectis, erigendos impartiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem ciuitatibus, & locis exiſtentium, conuentuum prioribus, ſeu procuratoribus, & alijs intereſſe habentibus, & cauſa ſeruatis ſeruandis cognita, conſtiterit in eiſdem ciuitatibus, & locis nouos huiuſmodi erigendos conuentus, ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe. Si verò ab eorum in huiuſmodi cauſis ſententijs, ad nos, & Apoſtolicam ſedem prouocari, &

appellari contigerit,ipſos ordinarios, tàm diu erectionem nouorum conuentuum ſuſpendere debere,quo vſq; à nobis,& Apoſtolica ſede in eadẽ cauſa pronunciatum extiterit,irritum nihilominus, & inane decernentes,quicquid ſecùs ſuper his à quoquam,quauis authoritate, ſcienter,vel ignoranter, contigerit attentari.Quocirca vniuerſis venerabilibus,fratribus noſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis,Epiſcopis, & alijs locorũ ordinarijs, per præſentes, in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mãdamus,vt præſentes noſtras literas obſeruent,& obſeruari curent, & faciãt.Non obſtãtibus quibuſuis Apoſtolicis,ac in vniuerſalib. prouincialibus,& ſynodalibus cõcilijs editis,generalibus,vel ſpecialibus,cõſtitutionibus,&ordinationibus,ac quibuſcunque ſtatutis,& cõſuetudinibus, etiam iuramento,cõfirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roborans, priuilegijs quoq; indultis,& literis Apoſtolicis, in cõtrarium premiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis,& approbatis.Quib.omnibus, & ſingulis eorum tenores, præſentib.pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter,& expreſſè derogamus,cæteriſq. cõtrarijs quibuſcunque,Volumus autem, vt præſentium tranſumptis,etiam impreſſis,manu notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur,quæ ipſis preſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat.Romæ apud S.Marcũ,ſub annulo Piſcatoris, die 23.Iulij, 1603, Pont.noſtri,anno 12.

Bulla XIX.

SVMMARIVM.

Tranſumptum Authenticum literarum Apoſtolicarum in forma breuis Sancti Domini noſtri Papæ, Clementis Octaui, pro ſacro ordine Sancti Hieronymi Hiſpaniarum.

Priuilegium confirmationis,extenſionis,& communicationis omnium priuilegiorum ipſius ordinis, de vno monaſterio ad aliud,tam in temporalib.quàm in ſpiritualibus,cæterarum verò religionum,monaſteriorum,&c.in ſpiritualibus &c.

De communicatione priuil.Vide in 20. ſ.45. ro.q.11.& in ſpeciali. ar.9.

IN nomine ſanctiſſimæ,& indiuiduæ Trinitatis, Patris,& Filij,& Spiritus Sancti, Amen. Nouerint vniuerſi, & ſinguli has præſentes noſtras literas,ſiue hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum viſuri, lecturi, pariter,& audituri,quod nos Hieronymus Epiſcopus Sabinenſis S.R.E Cardinalis Ruſticutius, ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ vicarius generalis, Romanæq. curiæ, & eius diſtrictus iudex ordinarius,&c. Vidimus,legimus,& diligenter inſpeximus literas Apoſtolicas ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ, Clementis Octaui,ſub annulo Piſcatoris,vt moris eſt,expeditas, ſub Dat.Romæ apud S.Marcum, die 25. menſis Septembris, 1601.Pont. eiuſdem ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ,anno X. Pro parte reuerendiſſimi magiſtri Domini fratris Laurentij de Vera, Abbatis perpetui,& Benedicti ordinis S.Hieronymi Hiſpaniarum, in Romana Curia procuratoris generalis,nomine reuerendiſſimi patris F.Ioannis de Yepes eiuſdem ordinis S.Hieronymi, in vniuerſis Hiſpaniarum Regnis Prioris generalis, ac totius congregationis, & ordinis præfati, coram nobis exhibitas, tenoris ſequentis,videlicet.

Clemens Papa VIII.Ad perpetuam rei memoriã. In ſupremo militantis Eccleſiæ ſolio, meritis licèt imparibus à Domino cõſtituti, inter alias grauiſſimas curas nobis aſſiduè incũbentes, nõ prætermittimus fideles quoſlibet,præſertim, ſub ſuaui religionis iugo deuotum, & ſedulum Altiſſimo in ipſius Eccleſiæ agro colendo,& vepribus expurgando,ſalutariſq. diſciplinæ ſemine inſtaurãdo, famulatum aſſiduè præſtantes facere, ac eorum priuilegia, & indulta non ſolum confirmare,ſed potius extendere,& ampliare, cum præſertim pia Catholicorum Regum vota id expoſcunt, noſque aliàs conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè chariſſimus in Chriſto filius noſter, Philippus eius nominis Tertius Hiſpaniarum Rex Catholicus, pro ſingulari,quẽ erga ordinem S.Hieronymi, ſub regula S.Auguſtini Regnorum Hiſpaniarum gerit, deuotionis affectu,tàm ſuo,quã dilectorum filiorum generalis moderatoris,ac priorum,monachorum, & fratrum eiuſdem ordinis nominibus, nobis nuper exponi fecit,quod cum diuerſi R.Põtifices,& precipuè Gregorius XI. Benedictus XIII. Eugenius IIII.Martinus V.Sixtus etiam IIII. Pius II. Paulus III.Pius ſimiliter IIII. & Sixtus etiã V. & Gregorius XIIII.Innocentiuſq. Nonus,prædeceſſores noſtri,pleraq. priuilegia,prærogatiuas, immunitates, exemptiones,libertates, conſeruatorias,& alias facultates,gratias,ac indulta,ſpiritualia,& temporalia,tã vniuerſo ordini huiuſmodi, quã plurib. eius monaſterijs,domibus,Eccleſijs,locis,cõuentibus,monachis,fratribus,monialibus, religioſis, & perſonis conceſſerint,ijdemque, & ſen alij Romani Pontifices,etiam prædeceſſores noſtri, illa omnia confirmauerint,& innouauerint,ac ad ſingula ipſius ordinis monaſteria extenderint, excommunicationis quoquè, & alijs pœnis, aduerſus illorum violatores,comminatis,& inflictis,prout in literis Apoſtolicis deſuper cõfectis plenius cõtinetur. Idem Philippus Rex,ac generalis moderator, ac priores,monachi,& religioſi præfati,vt ea omnia tantò firmius ſubſiſtant, quantò ſæpius Apoſtolicæ authoritatis robore fuerint cõmunita,illis etiã noſtræ approbationis, ac extenſionis robur adijci ſummoperè cupiunt.Ac propterea nobis, idẽ Philippus Rex, ſuo, & aliorum præfatorum nomine, nobis humiliter ſupplicari fecit, vt in præmiſſis opportunè prouidere,de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur,qui ſacrarum religionum commodis, & fœlici ſucceſſui libenter conſulimus, generalem moderatorem,necnon priores,& fratres prædictos,eorum que ſingulos,à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti,alijſque Eccleſiaſticis ſententijs,cenſuris,& pœnis à iure,vel ab homine, quauis occaſione,vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt,ad effectum præſentium duntaxat conſequendum,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fore cenſentes, necnon priuilegiorum, indultorum,immunitatum,exemptionum,libertatũ, facultatum,aliarumque gratiarum huiuſmodi, ac literarum,& aliarum ſcripturarum deſuper confectarum,& expeditarum tenores, præſentibus, pro expreſſis habentes, ipſius Philippi Regis ſupplicationibus inclinati,omnia,& ſingula priuilegia, prerogatiuas,immunitates,exemptiones,libertates,conſeruatorias, facultates,gratias, fauores, & indulta, tã ſpiritualia,quã tẽporalia,eidẽ ordini S.Hieronymi,ac omnib.& ſingulis eius monaſterijs,Eccleſijs, domibus,locis,congregationibus,capitulis,conuẽtibus,ſuperioribus,prioribus, fratribus, miniſtris, monialibus,& alijs perſonis vtriuſq. ſexus, tam per prædictos,& alios quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros,ac nos,& ſedem Apoſtolicam,illiuſque,etiam de latere legatos,& nuncios, in genere,vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia,ac de Apoſtolicę poteſtatis plenitudine,ſeu etiam ad Imperatorum, Regum, Reginarum,

rum, Ducum, & aliorum Principum, necnon generalium, priorum, & aliorum ordinis huiuſmodi ſuperiorum inſtantiam, quàm etiam ipſoſmet Imperatores, Reges, Reginas, Duces, & Principes, in genere, vel in ſpecie, etiam per modum communicationis, ſeu extenſionis inter ſe, ac cum alijs ordinib. mendicantibus, & non mendicantibus, ſub quacunque forma, & expreſſione verborum, quomodolibet cōceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, cōmunicata, & innouata, ac literas deſuper cōfectas, cum omnibus, & ſingulis in eis cōtentis clauſulis, & decretis, quatenus ſint in vſu, & decreti ſacri Cōcil. Trid. non aduerſentur, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, præſentiſq. ſcripti patrocinio communimus, illiſque omnibus, & ſingulis, perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, necnon omnes, & ſingulos, tàm iuris, quàm facti, ac ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium defectus, ſiqui interuenerint in eiſdem, ſupplemus, ac illa omnia, & ſingula, de vno ad aliud monaſterium eiuſdem ordinis, extendimus, ac adinuicem, & viciſſim cōmunicamus, perinde, ac ſi cuiq. illorum nominatim cōceſſa extitiſſent. Et vlterius, omnia, & ſingula alia, quibuſuis alijs, tā virorum, quàm mulierum ordinib. religionibus, cōgregationibus, capitulis, monaſterijs, domibus, eccleſijs, & locis, in quibuſcunq. mundi partibus conſiſtentibus, illorumque ſuperiorib. officialibus, miniſtris, monachis, fratribus, ſororibus, & perſonis quibuſcunque vtriuſque ſexus, per prędictos, aut quoſuis alios Romanos Pontifices, etiā prædeceſſores noſtros, ac nos, & ſedem prędictam, quomodolibet, tàm coniunctim, quàm diuiſim, in genere, vel in ſpecie conceſſa, approbata, & confirmata, priuilegia, gratias, & indulta ſpiritualia ſimiliter, quatenus ſint in vſu, ac decretis eiuſdem Concilij, & regularibus inſtitutis ipſius ordinis S. Hieronymi, cōtraria nō exiſtant, quorum etiā omniū, & ſingulorum, & deſuper confectarum literarum tenores, ſimiliter præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, volumus ad prædictum ordinē S. Hieronymi, ac ad omnia, & ſingula eius, tàm virorum, quàm mulierum, nunc, & pro tēpore exiſtentia, monaſteria, domos, Eccleſias, & loca, tàm hactenus erecta, quàm in poſterum erigenda, eorumque congregationis capitula, ſuperiores, officiales, miniſtros monachos, fratres, moniales, ſorores, & perſonas vtriuſque ſexus. Ita quod præmiſſis omnibus & ſingulis æquè principaliter, & pariformiter, & abſq. prorſus vlla differentia, vti, frui, potiri & gaudere, liberè, & licitè poſſint, ac debeāt, perinde, ac ſi illa omnia, ipſis, eorunq; ſingulis, ſpecialiter, & expreſſè, ac principaliter, non autem generaliter, neq; ad inſtar, cōceſſa fuiſſent, authoritate, & tenore prædictis extendimus, & ampliamus, illaq. eis communicamus. Decernentes præſentes nullo vnquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, inualidari, ſeu in ius, vel controuerſiam reuocari, ad terminos iuris reduci, aut aduerſus illas, quodcunque iuris, facti, aut gratiæ remedium impetrari poſſe, ſed ſemper, & perpetuò validas exiſtere, ſuoſq. plenarios, & integros effectus ſortiri, ac ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruari, ſicq. & nō aliter, per quoſcunque iudices, quauis authoritate fungentes, etiā cauſarum Palatij Apoſtolici auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, dictæ ſedis nūcios, vbique, & in quauis inſtantia iudicari, & diffiniri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca, omnib, noſtris, & dictæ ſedis legatis, ac nuncijs, in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ac aliàs vbilibet conſtitutis, ac quorumcunque locorum ordinarijs, necnon dilectis filijs cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, generali auditori, ac priuilegiorum ordinis S. Hieronymi huiuſmodi cōſeruatoribus, nūc, & pro tempore exiſtentibus, eorumque ſingulis, per præſentes cōmittimus, & mandamus, quatenus eaſdem præſentes, & in eis cōtenta quæcunq. vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte generalis moderatoris, procuratoris, vicarij, priorum, & aliorū ſuperiorum præfati ordinis, nunc, & pro tempore exiſtentium, ſeu alicuius eorum, deſuper fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ipſiſq. efficacis defenſionis prędidio aſſiſtentes, faciāt authoritate noſtra præſentes literas, & in eis cōtenta huiuſmodi, ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inuiolabiliter obſeruare, ipſoſq. generalem, moderatorem, vicarium, procuratorem, priores, & alios prædictos, illis omnibus, & ſingulis pacificè frui, potiri, & gaudere. Non permittentes ipſos, vel eorum quemlibet deſuper, contra earundem præſentium tenorem, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pęnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pęnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſęcularis. Nō obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de indulgentijs, & gratijs ad inſtar non cōcedendis, necnō piæ memoriæ, Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſori noſtri de vna, & in Cōcilio generali ædita de duabus dietis, dummodò vltra tres dietas aliquis, authoritate præſentium, ad iudicium nō trahat, alijſque Apoſtolicis, necnō in vniuerſalibus, prouincialibuſq; & Synodalib. Cōcilijs, editis, generalib. vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac ordinum, monaſteriorum, & locorum prædictorū etiam iuramento, cōfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinib, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eorunque ſuperioribus, & perſonis, necnon legatis, Nuntijs, & ordinarijs prædictis, ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſq. efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, aut aliàs quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorū ſufficienti derogatione, de illis, eorumq, totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habēda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſeruādo foret, illorum tenores, formas, datas, & decreta in eis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum, nil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata, inſerti forent, ēt præſentibus pro ſufficiēter expreſſis habētes, illis aliàs in ſuo robore permāſuris, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe decernimus; Necnō omnibus illis, quæ in ſingulis ſupradictorum prędeceſſorum literis expreſſia non obſtare, cæteris contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus cōmuniter, aut diuiſim, ab eadē ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenā, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi mentio-

rem inſertionem, prædictis monaſterijs ordinis Pręmonſtratenſis, tàm virorum, quàm mulierum, vt eis vti, frui, & gaudere, liberè, & licitè poſſint, & valeant, cum omnibus ſuis clauſulis, particularib. & generalibus, & derogatorijs, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, dummodò non ſint reuocata, & non aduerſentur Decretis Conc. Trid. & quatenùs etiã ſint in vſu, illaq. omnia, & ſingula, & eorum cuilibet eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuò extendimus, & cõicamus. Decernentes præſentes literas nullo vnqoã tẽpore, quouis quæſito colore, vel ingenio, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio defectu, notari, vel impugnari poſſe, atque ſub quibuſuis ſimilium gratiarum reuocationibus, limitationibus, ſuſpenſionib. aut contrarijs diſpoſitionibus pro tempore emanãdis, minimè cõprebendi, nec reuocatorijs clauſulis includi, niſi de verbo ad verbum iſtius indulti tenores, & verba inſerantur. Sicque, & non aliter per quoſcunque iudices, quauis auctoritate fulgentes, etiam locorum ordinarios, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, ſedis Apoſtolicæ Nuntios, & cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, irritum quoquè, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod earundem præſentium tranſumptis, etiã impreſſis, manu alicuius ex ſcribis prædictorũ. Abbatum, aut Prælatorum, aut Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius ſuperioris dictorum monaſteriorum, aut alterius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in iudicio, & extra illud, ac vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, Die vigeſimo Septembris, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, Pont. noſtri, anno 2.

Vide in 1. to. qq. reg. q. 11.

Bulla XXI.

SVMMARIVM.

Sanctiſſimi Domini noſtri, Domini Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui, conſtitutio moderatoria Bullæ fæ. re. Sixti Papæ V. contra clericos malè promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes.

Vide in 1. to. qq. re. q. 20. art. 13. & in to. 3. q. 23. arti. 23. ar. 8.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romanum Pontificem decet, ea quæ ab iuſtas cauſas interdum ſtatuta ſunt, cum ipſa rerum experientia ſuadet, moderari, & immutare, prout in Domino ſalubriter conſpicit expedire. Aliàs ſanè emanarunt literæ fæ. re. Sixti Papæ Quinti prædeceſſoris noſtri, contra clericos malè promotos, ac in Epiſcopos in ordinum collatione peccantes, tenoris infra ſcripti, videlicet.

Sixtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam, Sanctum, & ſalutare ſacri ordinis Sacramentum, ab ipſo Domino, & Salutare noſtro Ieſu Chriſto inſtitutum. Beatiſq; Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus, ſingulari diuinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei Omnipotentia gloriam, ſalutemque animarum, ſanctæ, ac religioſæ adminiſtrare decet, vt quæ, vel ex typo, & figura veteris legis, vel aliàs ex multa Sanctorum Patrum prouidentia, circa ordinandorum natales, ętatem vitæ, ac morum probitatem, ſanctitatẽ, ſcientiam, & alias qualitates, in ſacris ordinationibus requiſitas, per Sacros Canones, vel Apoſtolicas cõſtitutiones, aut generalium Conciliorum decreta, ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea inuiolatè obſeruentur. Nam ſi in veteri teſtamento, tàm multa de integritate, & munditia ſacerdotum, & miniſtrorum Altaris, deque eorum præſtãtia, & dignitate legimus, & de quibus dixit Dominus, per Malachiam Prophetam, labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legẽ requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt: certè multo maior ratio, & diligentia adhibenda erit, in promouendis tàm inferiorum graduum clericis, quã etiam presbyteris, qui ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterij in ędificationem Corporis Chriſti conſtituuntur, prout de his ipſis, & Diuino verbo, & Beatorum Apoſtolorum præceptis, ac ſimul Sanctorum Patrum ſtatutis, ſæpiſſimè traditum eſt. Quare nos pro ea, quæ nobis à Domino iniuncta eſt cunctarum Eccleſiarum cura, & ſolicitudo, ipſos Paſtores, & Præſules Eccleſiarum, quorum proprium munus eſt, perſonas idoneas clericali militiæ aſcribere, & ad minores, maioreſq. ordines ritę promouere, authoritate noſtra duximus admonendos, vt in exequendo hac in parte, ſuo Paſtorali officio, attentius poſt hac inuigilent Canonicas ſanctiones, vt par eſt obſeruẽt ac vt nemini detur offenſionis occaſio, ne eorũ miniſterium vituperetur, ſtudeant vitare ea omnia ſcandala, & abſurda, quæ ex vitioſa, & minus Canonica Clericorum ordinatione cernimus, cum magno animi noſtri dolore frequentius exoriri.

Cum enim multi etiam interdum inhabiles, & indigni, non vocati Sancta Dei vocatione, ſed potius Sathanæ dolis decepti, prætextu deuotionis, & pietatis, rem quidem ſacram, & diuinum munus intempeſtiuè tamen, & inordinatè affectantes, ſeu temporale aliquod commodum, aut lucrum ſibi proponentes, vel nimia ſimplicitate, & imperitia, malitiavè, aut fraude ad ſuſcipiendum clericalem characterem, alioſque ordines, ante ætatem legitimam, vel à non ſuo Epiſcopo, aut non prævio debito examine, & approbatione, ſiue aliàs minus rite, vel etiam temere ſe ingerant: debent ſane Epiſcopi paterna charitate, & prudentia eorum ſaluti, qui ſępè neſciunt quid petant, melius etiam, quã ipſimet poſtulant, & ſalubrius conſulere, nec tàm quid flagitent, quàm quid expediat, cõſiderare, ſumma vero diligentia prouidere, tum in alienæ dięceſis ſubditis ordinãdis ne quenquã promoueant ſine eorum ordinarij literis dimiſſorijs, tùm in recognoſcẽdis ipſis literis, ne falsò, aut ab aliquo, qui authoritatem illas concedendi non habeat, cõfectę ſint: tùm denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, ſcientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in ſuæ, vel alienæ diœceſis perſonis, ad clericalem honorem, & Eccleſiaſticos ordines promouendis, deſideretur eorum, quæ ex pręſcripto ſacrorum Canonum requiruntur. Vt igitur præſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam graui, & tãti momenti, culpa, aut negligentia peccauerint, ſe non modò in tremendo Dei iudicio, verùm in hoc quoque ſæculo, Romano Pontifici ſuæ villicationis rationem fore reddituros, pręſenti conſtitutione perpetuò ſtatuimus, & ordinamus. vt ſi in poſterum Antiſtes aliquis Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, vel etiã Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas, ad primã tonſuram, minoreſq. ordines ſuis ſubditis cõferendos, à ſede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcunque ſæcularem, vel cuiuſuis ordinis, aut defectu, ſeu aliàs inhabilem,

quo crimine, vitio, aut defectu, ſeu aliàs inhabilem, vel irregularem exiſtêtem, vel extrà tempora à iure ſtatuta, vel abſque veris dimiſſorijs ſui ordinarij literis, aut per ſaltum, vel furtiuè, aut quoad ſæculares, ſine titulo ſufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem per ſacri generalis Concil. Trid. decreta primæ tonſuræ, aut cuiq. ordini præſcriptam, aut non ſeruatis temporum interſtitijs, ita vt aliquis, vnico die, ſeu continuatis diebus, ad plures ordines ſacros, vel poſt vnum ordinem ſuſceptum, ſine cauſa rationabili, antequam tempus ab eodem Conc. Trid. præfixum elabatur, ad alium ordinem promoueatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico, clericali charactere nõ legitimè inſigniuerit, aut ad ordines Minores, vel ſacros, vt præfertur, vel aliàs malè promouerit, ſiue id ſcienter, ſiue ignoranter fecerit, niſi debita diligentia adhibita, iuſtus error, & probabilis facti ignorantia eũ excuſet, vt in quo deliquit, in eo puniatur, à collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, alijſque grauioribus pœnis, noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis arbitrio puniatur.

Quod ſi ſpreta huiuſmodi ſuſpenſione, & interdicto, in præmiſſis ſe temerè ingreſſerit, etiam à regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu monaſterij, & à perceptione fructuum menſæ eiuſdem, ac quorumcunq. beneficiorum, per eum in titulũ, vel commendam, ſeu aliàs obtentorum, ſuſpenſionem eo ipſo incurrat, eiuſq. interdicti, aut ſuſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem, ab alio, quàm à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, nequeat obtinere.

Et nihilominus fœ. re. Pij Secundi, & aliorũ Romanorum Pontificum, noſtrorum prædeceſſorum, qui per ſuas conſtitutiones, aut in cancellaria Apoſtolica, publicatas regulas, contra huiuſmodi clericos malè promotos, diuerſas pœnas inflixerunt, veſtigijs inhærentes, eoſdẽ clericos poſthac malè promotos, ab executione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcẽdendi ad alios ſuperiores, perpetuò ſuſpenſos declaramus, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregulares effectos, omnibus, & quibuſcunque per eos in titulum, commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, quomodocunque qualificatis, ſecularibus, vel cuiuſuis ordinis, aut militiæ regularibus, ac etiamſi ipſi clerici regulares fuerint, actiua, & paſſiua voce, ipſo facto priuamus, & ijs priuatos, atque ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda, in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus, dignitatum, officiorum, & beneficiorum huiuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem, nobis, & Apoſtolicæ ſedi perpetuò reſeruantes.

Vt autem homines, qui nimia indulgentia, & ſpe impunitatis, ac veniæ facilitate, hactenùs fuerint ad huiuſmodi facinora procliuiores, ea ſublata, & præcluſa ab his abſtineant & caueant in futurum, tam abſoluendi, quàm diſpenſandi in caſibus ſuperius expreſſis, etiam in foro cõſcientiæ, nobis, & ſucceſſoribus noſtris duntaxat, authoritate, & tenore præmiſſis, perpetuò reſeruamus poteſtatem. Inhibẽtes, ne à quoquam ſeculari, vel cuiuſuis ordinis regulari presbytero, vel Prælato, quauis auctoritate fungente, nec per quæcunq. Iubilea, & indulgentias, etiam pleniſſimas, & extraordinarias, per noſtros prædeceſſores, aut noſmetipſos, vel ſucceſſores noſtros, anno Iubilei, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ S. vel quocunque alio titulo, modo, & forma, motu proprio, & conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcunque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtãtiam, eorumq. contemplatione, & intuitu, cum quibuſuis ampliſſimis, in genere, vel in ſpecie, derogatorijs clauſulis, conceſſa, vel in poſterum cõcedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut priuilegiorum, Maremagnum, aut aliàs quomodolibet nũcupatorum, quibuſuis ordinibus, congregationib. aut perſonis regularibus, aut Epiſcopis, per decreta Concilij Tridentini, aut officio ſacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, vel minoribus, aut etiam maioribus pœnitentiarijs noſtris, & Romani Pontificis, pro tempore exiſtentis, vel aliàs quomodolibet pro tempore conceſſorum, perſonæ, ſicut præfert, delinquentes, tàm ſcilicet Antiſtites, ſeu Abbates promouentes, quàm clerici malè inſigniti, ſeu ordinati, à reatibus, & exceſſibus præfatis abſolui, præterquàm in mortis articulo, poſſint, aut debeãt, nec cum ijs ſuper irregularitate, propter præmiſſa contracta etiamſi crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat diſpenſari.

Verùm enim vero, quia grauioribus morbis fortiora ſunt adhibenda, & iuxtà perſonarum, locorum, ac temporum qualitates, leges ſunt immutandæ, pœnæque aggrauandæ, & emolliendæ, cum huiuſmodi peccatum, Sathana ſuggerente, hominumque fragilitate aſſentiẽte, videatur iam ad culmem vitiorum aſcendiſſe: & in præcipiti eſſe, Ideo vt homines, ſaltem pœnæ timore, & proprij honoris confuſione, à peccato deterreãtur, nouum huic veneno antidotum cogimur præparare. Ac propterea volumus, vt qui abſolutionem, & diſpenſationem huiuſmodi petent, ſemper quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium ſacræ pœnitentiariæ, ſed à nobis, & à pro tempore exiſtente, Romano Pontifice, in vtroque foro abſolutionem petere teneantur, alioquin ipſæ conceſſiones, & abſolutiones, etiam cum clauſula, quod præſentis conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullæ, irritæ, & inualidæ exiſtant, ac nemini penitùs ſuffragentur.

Cæterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas, ſeruatis quidem cunctis præmiſſis, & cæteris omnibus, quæ in ipſius tonſuræ, & ordinum collatione obſeruari debent, perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab ijs, quibus tonſuram, aut ordines conferret pecunia, pretio, vel præmio, ſimoniacè in futurum inſigniuerit, vel promouerit, volumus, vt præter alias cenſuras, & pœnas contra ſimoniacè ordinantes, & ordinatos à ſacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis alias inflictis, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & ſingula ſupradicta, in ſic promouentibus, & promotis locum habeant: Decernentes præſentes literas, ſub quibuſuis conceſſionibus, facultatibus, & gratijs, etiam in caſibus, quibuſcunque, ſedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis, etiam ſub nomine Iubilæi plenarij, vel Cruciatæ Sanctæ, abſoluendi facultatem, quibuſuis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus, minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, ſicque in præmiſſis, vniuerſis, & ſingulis, per quoſcunque iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quauis cauſa, & inſtantia, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid secùs ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſciẽter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtoli-

Digitized by Google

poſtolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Vt autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valuas Sancti Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de vrbe Baſilicarum, & in acie cãpi Floræ affigi, & publicari, & poſt quindecim dies qui in vrbe ſunt, qui vero extra eam, & citra mõtes intra quatuor menſes, qui demum vltra montes erunt, intra octo menſes à die publicationis huiuſmodi computan, perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent, ac earũdem præſentium literarum exemplis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eandem fidem in iudicio, & extra illud adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtri ſtatuti, ordinationis, declarationum, priuationis, reſeruationum, inhibitionis, voluntatum, decretorum, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum, Datum Romæ, apud S. Petrum. Anno Incar. Domi. 1588. Nonis Ian. Pont. noſtri, anno 4.

Nos animaduertentes in dictis literis nihil fere, quoad ea, quæ in ordinum collatione ſeruãda ſunt, diſponi, vltra id, quod in ſacris Canonibus, & in Concilij Tridentini decretis, ac aliorum Romanorum Pontificum, prædeceſſorum noſtrorum, conſtitutionibus, diſpoſitum fuit, ſed diuerſas pœnas, & cenſuras Eccleſiaſticas cõtra Epiſcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & ſimiliter contra clericos, tam ſæculares, quam cuiuſuis ordinis inſtituti, & militiæ regulares male promotos, conſtitui, abſolutionemque, & diſpenſationem ſedi Apoſtolicæ reſeruari, & alias ſicut in præfatis literis continetur, Conſiderantesque tam promouentes, quam eos, qui ad dictos ordines promouentur, ſæpe cenſuris, & pœnis huiuſmodi, ob illorum multiplicitatem, in eorum perniciem animarum, variis modis illaqueari, nonnullos ex Prælatis, & Epiſcopis, in conferendis huiuſmodi ordinibus, nimis ſcrupuloſe procedere, multoſque, metu pœnarum, & cenſurarum præfatarum, ab ordinum collatione prorſus deterreri, adeo vt clericorum, & ſacerdotum numerus propterea, aliquibus in locis valde imminutus ſit, omnium in præmiſſis ſecuritati, ac animarum ſaluti, paterna charitate proſpicere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione, ſupradictas literas, ad terminos Sacrorum Canonum, ac conſtitutionis recordationis memoriæ, Pij Papæ Secundi etiam prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Cum ex ſacrorum ordinum, ſub Datis Romæ, apud S. Petrũ, Quinto decimo Kal. Decembr. anno Incar. Domi, 1461. Pont. ſui, anno 4.

Cuius tenorem præſentibus, pro expreſſo haberi volumus, & ad diſpoſitionem decretorum Sancti Tridentini Concilij reſtringimus, & reducimus, necnon cenſuras, & pœnas in eiſdem Siſti literis cõtra quoſcumque, præterquam contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos inflictas, volumus in ſuo robore permanere, aliis etiam pœnis, & cenſuris, per eoſdem Canones, ac conſtitutionem Pij Secundi, Conciliumque Tridentinum iniunctis, ſaluis, & firmis remanentibus, moderamus, & abolemus, Decernentes ſic, & non aliter, per quoſcumque iudices, & Cõmiſſarios, quauis auctoritate fungentes, & etiã eiuſdem Romanæ Curiæ Cardinales, & cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbiq; iudicari, & deffiniri debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis alijs conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ reſtrictionis, reductionis, moderationis, reuocationis, abolitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum, Datis Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnat. Domi. 1595. Pridie, Kal. Martij, Pont. noſtri, ann. 5.

Pro congregatione Sancti Benedicti Valliſoleti.

Bulla XXII.

SVMMARIVM.

1. *Ampliſſima priuilegiorum totius congregationis cõfirmatio.*
2. *Priuilegia vni monaſterio conceſſa, ad alia ſine differentia extenduntur.*
3. *Indulta, & gratiæ ſpirituales monaſterii B. Mariæ de Monſerrato, & vniuerſæ congregationis Ciſtercienſis de obſeruantia Hiſpaniarum, & eius monaſteriorum, communicantur congregationi, eius monaſteriis, & ad loca, & perſonas ampliſſime extenduntur.*

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex religioſorum cõgregationibus, illarumque perſonis, præſertim ſub regulari obſeruantia, & reformatione Altiſſimo famulantium, à ſede Apoſtolica conceſſa priuilegia, necdum confirmare, & approbare, ſed, & alia aliorum ordinum regularibus perſonis, & piis locis cõceſſa, ad ea quandoque extendere, & ampliare conſueuit, prout eorundem religioſorum vota expoſcunt, & ipſe conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Sane dilectus filius, Abbas monaſterij Sancti Benedicti Valliſoleti Paſentin. diœceſis, & generalis totius congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniarum, nobis nuper exponi fecit. Quod cũ alias dicto monaſterio, quod eſt caput totius congregationis, & in monaſteriis ab eodem dependentibus, videlicet Beatæ Mariæ de Conſolatione extra muros camorenſ. Sancti Vincentij de Monforte Lucen. & Beatæ Mariæ de Fromeſta Palen. & ſuorum prioratuum, videlicet, Sancti Saluatoris de Chantada Lucen B. Mariæ de Algebreto Lucen. S. Romani de Ortija, zamoren. & S. Iuliani de Motsyme Compoſtellan, necnon monaſteriorum monialium, S. Quiricij, Ciſtercienſis ordinis, eidem Abbati, S. Benedicti immediate ſubiectorum, & omnibus alis monaſterijs totius religionis virorum, & mulierum de eius obſeruantia, per diuerſos Romanos Pontifices prædeceſſores, & per ſedem Apoſtolicam, diuerſa priuilegia gratiæ, & indulta, illorumque domibus, & perſonis & locis, generaliter, & ſpecialiter, & particulariter conceſſa, & per eoſdem prædeceſſores noſtros cõ

ſit-

firmata, & approbata fuerint, cupiatq; tam Abbas generalis, quã aliæ vtriuſque ſexus perſonæ ſingulorũ dictorum monaſteriorum, & prioratuum, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, noſtro etiã ſedis Apoſtolicæ patrocinio communiri, necnon pro ipſorũ Abbatis generalis, & perſonarum præfatarum conſolatione, & religionis augmento quocumque tam eidẽ ordini S. Benedicti, ac etiã monaſterio B. Mariæ de Monteſerraro eiuſdem ordinis, & congregationis, quam coogregstioui S. Bernardi ordinis Ciſtercienſis Regnorũ Hiſpaniarum, illiuſque monaſteriis, domibus, Eccleſiis, & locis piis, illiuſque ſuperioribus, ac vtriuſq; ſexus perſonis conceſſa priuilegia, facultates, & indulta quęcumque, & qualiacunq; ſint, etiam per modum extenſionis, aut communicationis ad præfatum monaſterium S. Benedicti Valliſoleti, aliaq; ſupradicta monaſteria, de eius obſeruãtia, ac illarum vtriuſque ſexus perſonas extendi, illaque, & illa eis cõicari. Quare pro eorũ parte, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportune prouidere, ac de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos qui regularium votis, præſertim religionis augmentum concernentibus, libenter annuimus, eaq; fauoribus proſequimur opportunis, prędictum Abbatem generalem, ac omnes alias, & ſingulas perſonas prędictæ congregationis, à quibuſuis excõicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; Eccleſiaſticis cenſuris, & pęnis, à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ac ſingulorũ priuilegiorum gratiarum, & indultorum huiuſmodi, ac deſuper confectarum literarum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula ſupradicta priuilegia, facultates, gratias, ſpirituales etiam per modum communicationis, & extenſionis dicto ordini S. Benedicti, ac ſupradictis monaſteriis, domibus, cõuentibus, Eccleſiis, collegiis, & piis locis, per quoſcumque Romanos Põtifices, ac nos, & ſedem Apoſtolicam, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam ad quorumuis inſtantiam, quomodolibet conceſſa, ſeu communicata, & extenſa, necnon deſuper cõfectas literas, & ſcripturas quaſcumque, quatenus ſunt in vſu, & decretis Concilij Tridentini non aduerſantur, & non ſint reuocata, Apoſtolica auctoritate, & ex noſtra certa ſcientia, tenore præſentium perpetuo approbamus, & cõfirmamus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque commiſſarum defectus, ſi qui forſan interuenerũt in eiſdem ſupplemus, & pro potiori cautela, illa omnia, & ſingula in eiſdem contenta, & comprehenſa, eidem Monaſterio S. Benedicti, ac ſingulis de eius obſeruantia, Monaſteriis, domibus, & locis concedimus, & de vno eorum monaſterio ad aliud concedendo, ſine vlla differentia extendimus. Et inſuper, ob ſingularem reformationem, & obſeruantiã in dicto monaſterio, & in illis prædictis, & de eius obſeruantia, inſtitutam, & confirmatam, eoſdem amplioribus fauoribus condecorare volentes, oĩa, & ſingula priuilegia, conceſſiones, & indulta, gratias, ſpirituales, tam monaſterio B. Mariæ de Monteſerrato, quam congregationi regularis obſeruantiæ S. Bernardi, ordinis Ciſtercienſis, Regnorum Hiſpaniæ, ac eorum monaſteriis, domibus, conuentibus, Eccleſiis, collegiis, & piis locis, conceſſa, ac quibus vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, quorum tenores præſentib. haberi volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, etiamſi talia ſint, vel forent, quæ ſpecialem, & indiuiduam requirerent mentionẽ, ſeu particularem inſertionem, prædictis monaſterio S. Benedicti, & aliis, ac ſingulis de eius obſeruantia monaſteriis, virorum, & mulierum, vt eis vti, frui, & gaudere, libere, & licite poſſint, & valeãt, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus, dummodo non ſint reuocata, & non aduerſentur decretis Concilij Tridentini, & quatenus etiã ſint in vſu, illaque omnia, & ſingula eis, & eorum cuilibet, eiſdem auctoritste, & tenore, ſimiliter perpetuo extendimus, eiſque cõmunicamus. Decernentes præſentes literas, nullo vnquam tempore, quouis quæſito colore, vel ingenio, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio defectu notari, vel impugnari poſſe, neque ſub quibuſuis ſimilium gratiarũ reuocationibus, limitationibus, & ſuſpenſionib. aut contrariis diſpoſitionibus pro tempore emanãdis, minime cõprehendi, ſicque, & non aliter per quoſcumque iudices, quauis auctoritate fungentes, etiã locorum ordinarios, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, ſedis Apoſtolicæ Nuntios, & cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod earundem præſentibus tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius ex ſcribis prætorum, Abbarum, aut prælatorum, aut notarij Apoſtolici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius ſuperioris dictorum monaſteriorum, & prioratuũ, aut alterius perſonæ, in dignitate Apoſtolica cõſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, in iudicio, & extra illud, ac vbique adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, & oſtẽſæ. Dat. Tuſculi, ſub annulo Piſcat. die 30. Septemb. 1582. Pont. ſui, anno 1.

Bulla XXIII.

SVMMARIVM.

Ampliſſima etiam confirmatio priuilegiorum totius congregationis proponitur.

CLemens Papa Octauus. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter alios religioſorum ordines, quibus fides Catholica, quaſi gemmis rutilantibus illuſtratur, ſingulari quodam ſplendore, ordo quem S. Benedictus, deſerti loca petens, vitæ ſanctimonia, & inſtitutis maximis inſtituit, refulgeat, noſtra nos decet auctoritate illius monaſteriorum, & aliorum locorum religioſorum priuilegia, vt maiorem obtineãt firmitatem, roborare, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem, vt accepimus, congregationi monachorum eiuſdem ordinis S. Benedicti de obſeruantia Hiſpaniarum, ſub perpetua clauſura degentium, eiuſdẽ monaſteriis, Eccleſiis, domibus, & locis, ac generali, & aliis Abbatibus, diffinitoribus, viſitatoribus, prioribus, monachis, monialibus, nouitiis, conuerſis, & aliis religioſis, & perſonis ipſorum monaſteriorum, prioratuum, Eccleſiarum, domorũ, & locorum, diuerſa priuilegia, immunitates, exẽptiones, indulgentiæ, gratiæ, & indulta à diuerſis Romanis Pontificibus, prædeceſſoribus noſtris, & aliis conceſſa, & confirmata fuerunt. Nos tenores huiuſmodi priuilegiorum, & indultorum perinde, ac ſi de

De confir. priu. vide in 1.10.qq. reg.q.8. & de cõmun. eorũ, vide in eod.10. 1.q.11.arti.6.

ver-

Digitized by Google

verbo ad verbum inſererentur, præſentibus, pro expreſſis, & inſertis habentes, & ſupplicationibus dilectorum filiorum generalis, & aliorum Abbatum, diffinitorum, viſitatorum, priorum, aliorumque ſuperiorum, & monachorum ipſius congregationis, hac in parte inclinati, omnia, & ſingula priuilegia, donationes, immunitates, exemptiones, libertates, indulgentias, gratiſs, & indulta eidem congregationi, eiuſque generali, & aliis Abbatibus, diffinitoribus, viſitatoribus, prioribus, monachis, monialib. aliiſque perſonis, necnon ſingulis Eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, domibus, vniuerſitatibus, collegiis & locis dictæ congregationis, per quoſuis Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, & ſedem Apoſtolicam, alias quomodolibet cõceſſa, communicata, extenſa, confirmata, approbata, & innouata Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, quatenus ſunt in vſu, & decretis ſacri Concilij Tridentini non aduerſentur, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ inuiolabilis firmitatis robur adiicimus, ac ſuos plenarios effectus ſortiri, & ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurũ, etiam perpetuo, & inuiolabiliter obſeruari debere volumus, ſicque & non aliter per quoſcumque iudices, & Commiſſarios, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicãdi, & interpretandi facultate, & auctoritate, vbique iudicari, ac diffiniri debere, irritum quoque & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Non obſtantibus Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, prouincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti ordinis iuramento, cõfirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illorum, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam derogatoriarũ derogatoriis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam motu ſimili, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, etiam conſiſtorialiter, ac aliis in contrarium conceſſis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque tenoribus totis, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac omnibus, & ſingulis, quæ dicti prædeceſſores, in eorum literis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiã impreſſis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus tam in iudicio, quam extra illud, fides adhibeatur, quæ præſentib. adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datis Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Maij, 1593. Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XXIV.

SVMMARIVM.

S.D.N. Clementis Octaui litera, Quibus Beatus Hyacintus Polonus, ordinis fratrum Prædicatorum ſanctus eſſe definitur, ſanctorumque Catalogo aſcribitur, necnon decernitur, vt ab vniuerſali Eccleſia, anno quolibet, Die decimo ſexto menſis Auguſti, feſtũ ipſius, & officium, ſicut pro vno ſancto confeſſore nõ Pontifice, ad formam in Rubricis Romani Breuiarij præſcriptam, deuote, ac ſolemniter celebretur, cũ indulgentiarum elargitione.

CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Benedictus Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui dilectam filij ſui ſponſam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiã, perpetua regit prouidẽtia, atque his luctuoſis temporibus, multis ærumnis, & calamitatibus afflictam, multiplici etiam gaudio, ex ſanctorũ ſuorum gloria conſolatur. Vere enim magna exiſtit ſpiritualis lætitiæ materia, cum Deus illuſtria ſeruorum ſuorum merita, ideo mundo manifeſtat, vt dũ illis, vbique terrarum veneratio tribuitur, Deus ipſe in ſanctis ſuis mirabilis prædicetur, nam cum aliqui ſerui Dei, excellenti vitæ ſanctitate, & miraculis inſignes, iam cum Chriſto in cœlo regnantes, in terra quoque ſumma per Romanos Pontifices auctoritate, ſancti eſſe declarantur, Rex ipſæ ſempiternæ maieſtatis, & gloriæ, in Sanctorum Cõcilio glorificatus, diuini cultus obſeruantia augetur, fideliũ pietas, & deuotio excitatur, deteſtandæ hæreſes, magis, magiſque conuincuntur, plures populo Dei ad virtutis exemplum, & ſuffragij patrocinium proponũtur, vt quod fideliter petimus, id efficacius multiplicatis interceſſoribus conſequamur. Quare magna Dei benignitate, ante paucos annos factũ eſt, vt à fœl. rec. Sixto Papæ V. prædeceſſore noſtro, ex Seraphici Beati Franciſci religione, Beatus Didacus Hiſpanus in Sanctorum numerum referretur, & nunc viciſſim, ex Beatiſſimi Patriarchæ Dominici diſciplina, B. Hyacintus Polonus, ſanctis pariter Chriſti confeſſoribus adſcribatur, nimirum, vt duo clariſſimi ordines, vnde tot pij, ac ſancti viri Catholicæ Eccleſiæ lumina prodierunt, noſtra quoque ætate, duplicato populi Chriſtiani gaudio, honore conſimili augeatur, vt duæ iſtæ lucernæ, fide, & ſignis mirabilibus luminoſæ, & charitate ardentes, ſupra excelſum candelabrum collocatæ, in domo Dei colluceant. Et nos quidem, cum multis aliis in rebus, tum in hoc etiam diuinæ gratiæ abundantiã, agnoſcimus, primum quod nos ipſos Deus, velut oculatos teſtes, in hac glorioſa cauſa eſſe voluerit, nam cum adhuc, ex numero eſſemus venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium, & Apoſtolicæ ſedis de latere legatione in Polonia fungeremur, vidimus Cracouiæ inſigni loco ſepulchrum B. Hyacinti, in quo venerandum illius corpus, in ſomno pacis requieſcit, & Regni illius erga hunc B. virum, ſingularem deuotionem perſpeximus, deinde etiã in eo diuitias bonitatis Dei prædicamus, quod ita diſpoſuerit, vt hoc ipſum, & ſalutare canonizationis B. Hyacinti negotium, ante annos quinque, & ſeptuaginta, religioſis Poloniæ Regibus, Regnique ordinibus ſupplicantibus inchoatum, & à pluribus Romani Pontificis prædeceſſoribus noſtris, variis progreſſionibus promotum, tandẽ per noſtræ humilitatis miniſterium, qui Poloniæ Regnum, peculiari paternæ dilectionis affectu cõplectimur, omni ex parte abſolueretur. Anno ſiquidẽ humanæ ſalutis, MDXV. fœ. re. Leo X. prædeceſſor noſter, ſupplicationibus record. mem. Sigiſmundi primi Poloniæ Regis, tunc in humanis agentis, de Beato Hyacinto Polono, ordinis fratrum Prædicatorum, fidei integritate, morum ſanctimonia, & miraculorum fama, in vniuerſo Poloniæ Regno percelebri, in ſanctorum numerum referendo inclinatus, Bonæ memoriæ Ioanni Epiſcopo Laudicenſi, & Iacobo Canonico Cracouienſi, vt eius vitam, & miracula diligenter inquirerent, ſuis quibuſdam literis mandauit. Qui pro ſuo Apoſtolicæ ſedi obſe-

Vide in 2. to. qq. re. q. 68. ar. 10.

pe-

perandi ſtudio, vniuerſæ illius vitæ, & miraculorũ rationes in acta retulerunt, eaque anno etiam Domini, MDXXVI. Leone prædeceſſore noſtro vita functo, ad piæ memoriæ Clementem Papam VII. prædeceſſorem noſtrum tranſmiſerunt. Quibus quidem actis diligenter perſpectis, ac etiam ipſius Sigiſmundi Regis ſupplicationibus, idem Clemens prædeceſſor adductus, dum de tota re mature decerneret, fratribus ordinis Prædicatorum dicti Regni, vt poſtridie feſtiuitatis Aſſumptionis Beatiſſimæ Dei genitricis Virginis Mariæ ſolemnitatem, atque officium, & ſacroſanctum Chriſti ſacrificiũ, in eiuſdem B. Hyacinti honorem celebrare, atque etiam imagines, & altaria illi, in omnibus Eccleſiis domorum ſuarum præfati ordinis ſtatuere poſſent, conceſſit. Et deinde præfato Sigiſmundo Rege, id etiam poſtulante, eandem conceſſionem ad omnes dicti regni Cathedrales Eccleſias, quoad uſque ad canonizationem dicti B. Hyacinthi de ẽtum eſſet, extendit. Anno ſimiliter Domini, 1539. tunc exiſtẽtes præſules eiuſdem regni in Sinodo Petri Cõuiẽſi, per eos celebrata, congregati vnanimi conſenſu, dicto Clemente prædeceſſore defuncto, per literas Sanctiſ. memor. Paulo Papæ III. ſimiliter prædeceſſori noſtro, ſupplicarunt, vt ad huiuſmodi canonizationem perficiendam, ſoam, & dictæ ſedis auctoritatem impertiretur. Quorum ſupplicationi idem Paulus prædeceſſor annuens, tribus venerabilibus fratribus ſuis, S.R.E. Cardinalibus, ordinum prioribus, negotiom Canonizationis huiuſmodi rurſus examinandum commiſit. Qui, & ipſi pro aſſiduis eiuſdem Sigiſmundi Regis, necnon prioris prouincialis dicti ordinis, in prædicto Regno tunc deputati ſupplicationibus, quibus nempe id petebãt, vt in ipſius Hyacinthi fidei ſinceritatem, vitæ ſanctitatẽ, & miracolorum, quorom in dies in dicto Regno fama augebatur, excellentiam, diligenter iterum inquireretur, ad quoſdam ipſius regni probatos viros, hoc negotium detulerunt, qui conceſſionib. Apoſtolicis ſuper ea re factis, aliis omnibus, quæ ad canonizationem prædictam pertinebant, attente conſideratis, ſingula mature examinata, in publica documenta redegerunt, denique ſumma fide collecta, ad dictam ſedem tranſmiſerunt.

Poſtmodum idem Paulus prædeceſſor, fratribus dicti ordinis eiuſdem regni, etiam conceſſit, vt ipſi officium de dicto Beato Hyacintho, ſingulis feriis, in quas nullum feſtum proprium incideret, perinde, ac ſi eſſet in Sanctorum numerum relatus, quẽadmodum de ſancto Dominico, ſingulis feriis tertiis fieri ſolebat, recitare, ac illius oſſa, & corpus exhumare, ipſumque in ſublimiorem Eccleſiæ locum transferre poſſent.

Poſtea labente anno Domini, 1583. claræ memo. Stephani Poloniæ Regis, de eadem Canonizatione apud fœ. re. Gregorium Papam XIII. pariter prędeceſſorem noſtrum, dum in humanis ageret, ſupplicatione intercedente, ac interea illo vita functo, Chri ianiſſimi in Chriſto filij noſtri, Sigiſmũdi tertij Poloniæ Regis, ac Chriſtianiſſimę etiam in Chriſto filiæ noſtræ, Annæ Poloniæ Reginæ, necnon dilectorum filiorum noſtrorum, tunc ſuorum Georgij, tituli S. Sixti de Radziuel, & Andreæ de Somlio tituli Sancti Angeli in piſcina Bartorij nuncupatorum Cardinalium, & venerabiliom fratrom noſtrorum Archiepiſcpporum, & Epiſcoporum, cæterũque totius regni prædicti ordinum ſtatus, tam Eccleſiaſtici, quam ſecularis, votis, ac precibus à fę. re. Sixto Papa V. etiam prædeceſſore noſtro, per dilectos filios Staniſlaum Reſcium, eiuſdem Sigiſmũdi Regis, apud eundem Sixtum internontium, necnõ fratrem Hippolytum Mariã Beccaria de monte Regali, magiſtrum Generalem totius ordinis prædicatorum, ac eius nomine, fratrem Bartholomæum de Miranda, tunc procuratorem generalem eiuſdem ordinis: ac demum fratrem ſeterianum Crocouienſem eiuſdem cauſę nomine prouinciæ, & regni Poloniæ, ad id conſtitutum procuratorem, ſupplicatũ fuit, vt ipſe, eundem Beatum Hyacinthum pro ſanctitatis ſuæ fama, quam miraculorum acceſſio in dies, magiſque confirmabat, in ſanctorum numerũ, veteri Romanæ Eccleſiæ ritu, & præſcripta ſolemnitate cooptare. Idem vero Sixtus prædictum proceſſum ſuper huiuſmodi re confectum, congregationi venerabilium fratrum noſtrorum, tunc ſuorũ S.R.E. Cardinalium, ſuper ſacris ritibus deputatorum, examinandum commiſit. Coram quibus idem Sigiſmundus Rex, & vniuerſi regni prædicti ſtatus Eccleſiaſticus; necnon ipſius ordinis Prædicatorũ religionis profeſſores, nonnulla ſcripturarum, atq; iurium volumina, duoque proceſſus ſuper ea re formati, exemplari protulerunt, vnum videlicet à fœ. re. Paulo Papa Quarto, etiam prædeceſſore noſtro, qui vnus ex tribus in ordine prioribus, à prædicto Paulo prædeceſſore, ad id deputatus fuerat, ſcriptarum monumẽtis depromptum, alterum vero ex ipſo Regno ſimul cum libro, tum vetuſtatis auctoritate, tum vitæ, ac miraculorum, eiuſdẽ Beati Hyacinthi, diligenti expoſitione probato allatũ eo quidem illud, ad fidem propoſitis de rebus faciẽdam firmius, quod eſſet præſtantium virorum literis obſignatum, & lõgo annorum ſpatio in Archiuo Cracouienſis conuentus eiuſdem ordinis Prædicatorũ tanta cum fidei laudẽ aſſeruatum, vt illo tanquam certi teſtis opera, ſummæ auctoritatis homines, ſemper dubiis in rebus vterentur. Cuius rei fidem, vel hoc ipſum augebat, quod alterum alteri, tum rebus, tum ſententiis omnibus, tam apte reſpondebat, vt nihil, vel ſimilib. vel congruentius excogitari poſſe videretur. Quæ quidem vniuerſa, citato eius procuratore, recognita fuerunt. Idem porro Sixtus prædeceſſor, tribus cauſarum palatij auditoribus, doctrina, & rerum vſu præſtantibus, ad hoc nominatim deputatis mandauit, vt de eiſdem illis iuribus, ac proceſſus exemplis, diligenter cognoſcerent, & conclusiones inde pro more colligerent. Qua in re, cum diu, multumque illi operam ſuã exercuiſſent, eodem Sixto, ſicut Domino placuit, viam vniuerſę carnis ingreſſo, fœlicis recordationis Gregorio Papæ decimo tertio prædeceſſori etiam noſtro ſetulerunt, prædicta iura, pleniſſimæ eſſe fidei, atque auctoritatis, proceſſumque omnem, ad canonum præſcripta eſſe cõfectum, atque ex eo, Beati Hyacinthi fidei integritatem, vitæ ſanctitatem, & miraculorũ, ex quibus octo potiſſimum cõſideranda propoſuerant, Charitatem manifeſte elucere. Qua quidẽ re, ad venerabiliom etiam fratrũ ſuorum S.R.E. Cardinalium, ſuper ſacris ritibus tunc deputatorum, Congregationem, vt, & ipſi, quid ea de re ſentirẽt, in medium afferrent, eiuſdem Gregorij iuſſu remiſſa, iidem Cardinales attente examinatis allatarum, à prædictis cauſarum auditoribus concluſionum argumentis, ac fiſci procuratore ſemper citato, atque audito, ſeruatiſque etiam ſeruandis, vnanimi conſenſu eorumdem auditorum, ſuper Scripturis, iuribus, & proceſſus exemplis exhibitis, relationem adprobarunt & rationes, quibus de illius fide, vita, & miraculis conſtaret, longe firmiſſimas eſſe iudicarunt.

Acceſſit denique, recens, & æquitatis, ac pietatis, plena poſtulatio eiuſdem Sigiſmundi tertij Regis, qui etiam Sueciæ Rex exiſtit, quique legationẽ nobis, ac ſedi Apoſtolicę obedientię pręſtandę cauſa, dilecto filio inſigni viro, Stanislao Mynſki Palatino Lencintien. apud nos, & dictam ſedem oratori ſuo, nuper delata, nihil eum à nobis hoc tempore

fla-

flagitare iuſſit, quam vt negotium iſtud, ad optatū tādem. & ſuis, & Chriſti fidelium eiuſdem Regni Poloniæ ſupplicationibus, conſentientem exitum perducamus, cuius quidem B. Hyacinthi vitæ omnis, atque rerum, quas Deus eiuſdem, tum viuentis, tū defuncti interceſſione, ac meritis geſſit narrationē hoc loco, pro noſtro munere, toti Eccleſiæ proponendum duximus, vt inde, nō ſolum ad diuinas laudes prædicandas, atque ad Chriſtianam religionē firmiori pietatis zelo conſeruandam, Chriſti fidelium animi excitentur, verum etiam eo nomine, ingentes gratiæ, ab omnibus Chriſti fidelibus Deo agantur, quod B. Hyacinthi prædicti ſanctitatem, quamquam grauibus de cauſis ante probatam, & multis miraculis illuſtrem, publica tamen ipſius ſedis, quam ſpiritus ſanctus regit, & gubernat, atque noſtra ſententia omnino confirmari hoc tempore voluerit.

Natus igitur eſt B. Hyacinthus ī Polonia, in villa quæ Camienſis appellatur, Vratis Lauienſis diœceſis, ante annum Domi. MCC. ex nobilibus, & Chriſtianis parentibus, ſed quibus vitæ, virtutum, ac miraculorum ſplendore, longe ipſe præluxit, ineuntis ætatis tempus, iis primum literis, quibus ætas illa informari ſolet, impertiuit, in quibus cum tantū profeciſſet, quantum ad altiorem diſciplinam capeſcēdam, ſatis ſibi eſſe videbatur, animū ſtatim ad Theologiæ, & iuris canonici ſtudia adiunxit, magno ſane, & admirabili cum fructu, vt qui non multo poſt Cracouienſis Eccleſiæ canonicus factus, ita inter ordinis ſui viros excelluerit, propter eximiam erudi tionem, cum præclara, & inſigni pietate coniunctā, tamque ardens lucerna, cæteros clariſſimo virtutū ſuarum lumine colluſtrare. Ab Iuone deinde Cracouienſi Epiſcopo patruo ſuo, Romam perductus eſt, vbi vna cū Ceſlao ipſius conſanguineo, & Hermano Theutonico familiari ſuo, à S. Dominico Romæ tunc degente, eiuſdem Iuonis rogatu, qui de Hyacintho, ac duobus aliis regularis vitæ ſuæ inſtituto imbuendis, cum ipſo egerat, perexiguo tēpore, omnis illius diſciplina egregie inſtructus, in eiuſdem Sancti Dominici ordinem nomen dedit, habituque de illius manibus ſuſcepto, & expreſſe illius regulam profeſſus, in Poloniam tandem cum ſociis reddit. Quo in itinere, cum vſque ad ciuitatem Frizacenſem proceſſiſſet, verbo ſimul, & exemplo tantum illic profecit, vt ipſis ſex menſibus, monaſteriū dicti ordinis, multis ibidem fratribus, & Hermano illis præpoſito relictis conſtruxerit. Inde Cracouiā reuerſus, alio ibi eiuſdē ordinis monaſterio erecto, Dominicæ religionis creſcentem paulatim familiā propagauit. Mox ad aliarum eiuſdem Poloniæ Regni prouinciarum ſalutem, cogitatione conuerſa, quatuorque aliis profeſſionis ſuæ monaſteriis, variis in locis ædificatis, omnes tum verbi Dei Prædicatione, tum vitæ ſuæ innocentia, in ſui admirationem excitauit, ſumma denique hæc eſt, quam à Sancto Dominico, eiuſdem religioſi inſtituti auctore, tamquam à puriſſimo fonte hauſerat, viuendi rationem eamdem, ipſum ad extremum vſque vitæ diē, ſancte, & religioſe ſeruaſſe. Nam ſiue Chriſtianę humilitatis ſpecies ante oculos proponatur, eo nihil erat dimiſſius, nihil modeſtius, ſiue caſtitatis, ac virginei pudoris imago pulcherrima deſideretur, illo nihil purius, nihil candidus fuit, ſi denique vere in Deum, & proximos charitatis forma exquiratur, illius charitate nihil potuit abſolutius, nihil perfectius exoptari. Quanta porro in corpore caſtigādo ac in ſeruitutem redigendo, illius fuerit ſeueritas, ſingulæ noctes iudicio fuerunt, quibus ſeſe vſq; ad ſanguinis profuſionem affligebat. Qua vero continentia, & moderatione, in victu omnino fuerit, pręter ferias ſextas Beatiſſimæ etiam Mariæ Virginis,

ſolita

& Sanctorum Apoſtolorum vigiliæ, ad vnam omnes declarant, quibus excepto pane, & aqua, nihil omnino guſtabat: diuini autem numinis propiciandi, tanta cura, tantaque ſolicitudine tenebatur, vt totas noctes in templo fundendis ad Deum precib. inſomnis perſæpe cōſumeret, & ſi quādo inedia, ac ſopore feſſis, & cadentibus mēbris, ſomnum capere cogebatur, aut ſtans, lapidi tantum altaris innixus, aut iacens humi, ſcilicet proſtratus quieſcebat. Et quoniam nihil magis, quā otiū, homini præſertim religioſo vitādum eſſe ſentiebat, idcirco quidquid temporis vacuum illi ab oratione ſupererat, id omne partim colendis ſacris ſtudiis, partim habendis concionibus, partim confeſſionibus audiendis, partim ēt ægrotis inuiſendis, partim denique Deo, & proximis ſeruiendo impendebat. Cuius quidem ſingularem ſuſceptæ vitæ rationem, qua cœleſtis potius, quam humanus vir, merito reputabatur, frequens multorum, qui ſe eius precibus, & orationi commendabant, ad eum concurſus, atque adeo noua in dies rerum ab eo geſtarum præſtantia, pręclaraque miracula minime obſcura declarant. In quibus, vt cætera, quæ innumera prope ſunt omittamus, cuiuſdam Petri, ex villa Proſſouij oriundi, reſuſcitato proponēda primū occurrit, quem rapidi fluminis impetu, ex equo deiectū, & in aquis omnino ſubmerſum, cum eius corpus altero die iam latens, inexpectato, ex ipſo flumine prodiſſet Deus, ob merita, & preces eiuſdem B. Hyacinthi, ſtatim ad vitam reuocauit.

Eiuſdem quoque ſanctimoniam, mulier quædā Iudith. nomine, egregie oſtendit, quam cum Paralyſis morbi vis, elinguem prorſus, ac mutam reddidiſſet, nullaque ratione vocem mittere vllam poſſet, tandē B. Viri interceſſione aſſecuta eſt, vt lingua, & ſermone libere vteretur. Prædicandi autem Euangelij cauſa, cum ad varia paſſim loca ſe transferret, ac propterea, ad Vandalū flumen Viſſogredū Maſſouiæ vrbem, ac redundantibus aquis prærerfluens aliquādo perueniſſet, nullo nauclero, nulloque nauigio, quo trans amnem veheretur, ad illius ripas conſpecto, diuina ope implorata, & Crucis ſigno cōmunitus, comites ad iter, per medios fluctus alacriter proſequendum hortari, hunc in modum cœpit: Eia, inquit, filij ſequimini veſtigia mea, in nomine Chriſti. Quo dicto, ſtatim in flumen, ſiccis veſtigiis ſe immiſit: verum ſociis pereuntem illum ſequi metuentibus, extenſo pallio aquam regens, Agite, inquit, filij chariſſimi, ſit iſte nobis pons Ieſu Chriſti, per quem in nomine eius tranſeamus. Itaq; flumen illud altiſſimum ſimul, ac rapidiſſimum, vna cum ſociis incolumis traiecit.

Quodam tēpore etiam, cum per agros villæ cuiuſdam diœceſis Cracoui, inopū, ac pauperrimorū hominum ſegetes iniuria grandinis, læſas paſſim, ac diſiectas videret, non prius ſibi ab oratione temperauit, quam eaſdem incolis, intactas, atque integras reddidiſſet.

Longum eſſet cæteras res ab eo, dum vixit geſtas recenſere, vt cui toto vitæ curſu nullus vnquā dies effluxerit, quo non præclara aliqua ediderit, fidei pietatis, & innocentiæ, cæterarumque omnium ſacrarum virtutum, documenta. Quo quidē vitæ genere ad quadraginta propemodum annos perducto, cum tandem cuperet diſſolui, & eſſe cum Chriſto, in vigilia feſtiuitatis Aſſumptionis Beatiſſimæ Dei genitricis, ac virginis Mariæ, fratrib. monaſterij ſanctiſſimæ Trinitatis Cracouienſis accerſitis, moriturum ſeſe diffinito die prędixit, eoſque appropinquantis ſui diſceſſus nuntio, perculſos, amantiſſime conſolatur, valere in Chriſto, Deumque in vita perpetuo timere iuſſit. Poſtridie igitur, piis, ac canonicis precibus recitatis, & ſacroſanctis Eccle-

ſię

ſiæ Sacramentis, ſumma cum veneratione perceptis, cum verſum illum, extremo iã vitæ ſpiritu protuliſſet, in manus tuas, Domine commendo ſpiritũ meum, In Domino obdormiuit, eiuſdem Domini anno MCCLV II. die 15. Auguſti.

Audita eius morte, cum magna hominum multitudo, ſiue proſequendi funeris, ſiue contingendi corporis, ſiue per eum Diuinum auxilium expetendi cauſa: ſiue alio Chriſtianæ pietatis officiu, ad Sãctiſſimæ Trinitatis Monaſterium eiuſdem ordinis Prædicatorũ, Sepulchro ipſius religioſum, ac celebre confluxiſſet, Deus in conſpectu gloria eſt mors ſanctorum eius, Zegotam quemdam nobilem Polonum, qui ex equo, quem forte agitabat miſerrime excuſſus, effractis & concuſſis totius corporis membris, ſtatim obierat, ad Beati Hyacinthi ſepulchrũ eo ipſo, quo mortuus eſt die à parentibus allatum, ob eiuſdem B. Hyacinthi merita, & preces, non ſolum in vitam denuo excitauit, verum etiam priſtinæ valetudini, & integritati ita reſtituit, vt in eo, ne minimæ quidem læſionis, reliquum vllum veſtigiũ appareret, cuius miraculi famam, alterius etiã exitus poſtea auxit: infantulus enim, quem mater mortuum ediderat, à patre, ad Beati viri tumolum tranſlatus, cum primũ is, pro filiolo vero ſe Deo pie obſtringit, magna cum omnium admiratione, viuere ſtatim cepit.

Acceſſit illud quoque admirabile ipſius, In Vrſulam quandam factum, quæ cum maximis deplorati morbi doloribus, toto biennio iactata, eo tandẽ deueniſſet, vt omnis melioris valetudinis ſpe abiecta, ipſos iam menſes duos, nullo amplius cibo, ſed aqua dumtaxat vitam tueretur. Agnete tandem filia, B. Hyacinti opem ſudpliciter implorante, optatam ſalutem recuperauit.

Poſtremo cuiuſdam Barbaræ Cracouienſis fœminæ, quæ ex partu in hydropiſim inciderat, ita vt iam de illius ſalute, ab omnibus eſſet deſperatum, valetudo nulla prorſus humana medicina, ſed vnius B. Hyacinthi, cui ſeſe commendauerat, pietate, ac meritis redintegrata, eximiam ſerui Dei ſanctitatem clare confirmauit. Quibus ſane ſignis, multiſque aliis, ad eam B. Hyacinthi ſanctitatem aperte comprobandam, pertinentibus rebus adducti, ac propterea cõſtanti omnium ordinum dicti Regni, & eiuſdem Sigiſmundi tertij Regis, ac Dominicanæ religionis petitioni, ſatisfacere cupientes, cum id maxime idem Sigiſmundus Rex, per prædictũ Staniſlaum Mynſkiſuum, apud nos oratorem, ipſe vero Dominicanus ordo, per dilectum filiũ fratrẽ Ioannem Vincentium Aſtorcienſem eiuſdem ordinis procuratorem Generalem, à nobis expoſtulauerit, vt quoniam quæcumque, ad acta, & proceſſum B Hyacinthi ſpectabant, ex huius ſanctæ ſedis præſcripto expedita, atque perfecta erant. Nos, quib. de ea re, ſtatuendi à Deo poteſtas attributa eſt, ad huiuſmodi negotium definiendum omnes auctoritatis ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, & noſtræ, partes conferremus, de eo ipſo, non prius tamen quam rebus omnibus diligenter, vt par eſt, circumſpectis, hoc tẽpore nobis decernendũ eſſe exiſtimamus. Crebris igitur, ac diuturnis ſupradictorum venerabiliũ fratrum noſtrorum, S. R. E. Cardinalium, congregationis ſacrorum rituum conſultationibus, hac ipſa de re, etiam noſtro tẽpore habitis, & proceſſu omni, ex ſacrorum Canonum præſcripto, ab eiſdem viſo, & examinato, quia etiam viris in ſacra Theologia, ac pontificio iure verſatis, in conſilium adhibitis, cum nihil tam deſiderari videretur, ſecretũ Conſiſtorium indiximus, in quo venerabilis frater noſter, Alfonſus Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Geſualdus, cum ſuo, & cæterorum Cardinalium congregationis ſacrorum rituum nomine, omnia ad cã rem ſpectantia, exacte, ac prudenter explicaſſet, id demum, in ſumma retulit, de Beati Hyacinthi fide, vita, ac miraculis, ſe, & Cardinales collegas ſuos ſẽtire, omnia probata eſſe, quæ ad Canonizationem, ex diuini iuris præſcripto pertinent, eamq; ob cauſam, poſſe Beatum illum (ſi idẽ nobis videratur) in ſanctorum numerum coopiari. Qua quidem re intellecta, vehementer in Domino lætati ſumus, ad quã augendam ſerui ſui dignitatẽ, facultas nobis hoc tẽpore ſe offerret. Nullam igitur officij partem, ad peragendum tantum negotium, prætermittẽdum nobis eſſe cenſentes, veteri Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, exemplo adducti, mandauimus, vt de re ad exitum perducẽda, pro ipſius grauitate diutius deliberetur, itaque aliquo dierũ ſpatio interiecto, publicũ conſiſtoriũ, hanc ob rem indiximus nõ modo venerabilium fratrum noſtrorum, S. R. E. Cardinalium conſenſu, ſed ẽt Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporũ, & prælatorũ, cætetorumque familiarum noſtrorum conuẽtu frequens. In quo quidem dilectus filius, Cinus Campanus cõſiſtorialis aulæ noſtræ aduocatus, res geſtas, & B. Hyacinthi virtutes, fidei ipſius ſinceritatem, vitæ Sanctitatẽ, ac miracula, oratione de more eſt complexus, ac deinde eiuſdẽ Sigiſmundi Tertij regis, totiuſq; Poloniæ Regni, ac religionis Dominicanæ nomine, vt ipſum in ſanctorum numerũ referremus ſuppliciter à nobis expoſtulauit. Quod cũ præſentes ipſi audiuiſſemus, inuſitata lætitia viſcera noſtra perfundi ſenſimus. Diuina enim volũtate eueniſſe intelligebamus, dictum Sigiſmundum Regem, cui nũc maxima duorum præſtantiũ regnorum moles incombit, ideo de B. Hyacintho inter ſanctos aggregando, incredibiliter laborare, vt noua ſibi, ſuiſque regnis firmę apud Deum interceſſionis, patrocinia compararet. Itaque reſpondimus, in tã ſolita, tamque conſtanti optimi, ac piiſſimi Regis poſtulatione, ineſſe illius eximiæ religionis ſignificationem, haud hanc animi ſui virtutem alienã, neque indignam, præſtanti eius diuini cultus amplificandi deſiderio, diximus etiam par magnæ eſſe nobis voluntati, eoq; animum noſtrũ, ad gratias Deo agendas, vehementer excitari, quod quibus ſeruis ſempiternæ beatitudinis præmia, iam diu in cœlis ſunt tributa, eoſdem etiã in terris, ab hominibus velit coli Deus, vt Chriſti fideles, vel eorum interceſſione, auxilia cęleſtia facilius promereantur, vel eorundem imitatione, expeditius ad cęleſtem, qua ipſi iam fruuntur, gloriam perducantur; ſumma deniq; reſponſionis noſtræ hæc fuit, nobis quidem eſſe conſtitutum, grauiſſimæ illius petitioni non deeſſe, cauſæ tamen magnitudinem obſtare, quominus in ſumma ipſius totiuſq; ſui Poloniæ Regni voluntate, res ipſa à nobis adhuc præſtari poſſit, vt quib. eadẽ de re, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & cæteris Epiſcopis, diligenter tractandum eſſet. Quocirca eoſdem Cardinales, & Epiſcopos, etiam, atque etiam monuimus, vt nõ ſolum quæcumq; hac ipſa in cauſa verſarentur omni ſtudio adhibito examinarent, verum etiam, coniunctis precibus, Deum deprecarentur, vt mentib. noſtris lucẽ præferret, ad ea demum agenda, quibus diuinæ illius Glorię amplitudo, & totius Eccleſiæ vtilitas augeretur. Hiſce deinde perfectis rebus, cõſiſtorium ſecretum rurſus indiximus, in quo etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, qui in vrbe erant, ac noſtri, & ſedis Apoſtolici notarij, & ſacri palatij auditores, mandato noſtro vocati adfuerunt. Tũc igitur nos, pro noſtra, & ſanctæ huius ſedis, in qua à Deo collocati ſumus, auctoritate, & poteſtate & pro ſingulari Spiritus ſancti in eãdem ſedem, cuius ipſa ineffabili prouidẽtia gubernatur præſidio, ita diximus, quæ ad rẽ propoſitã, atque ad

illius

Digitized by Google

illius temporis rationem, in primis accommodata eſſe videbantur. Poſtremo, cum eiſdem Cardinalibus, cæteriſq; Epiſcopis egimus, vt præciſe reſponderent, vtrum ex proceſſu, & ex rebus in eo cópre henſis, ac probatis, Beatus Hyacintus Canonizandus videretur. Ac primum quidem, iidem Cardinales, deinde etiam patriarchæ, ac deinceps Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ſuo quiſque ordine, concordib. ſententiis cenſuerunt, B. Hyacinthum, ex rebus, quibus omnis illius vitæ proceſſus conſtat, à nobis opſimo iure, Sanctorum numero eſſe adſcribendum, itaque, quod vnũ iam reſtabat de talibus, tamq; inter ſe conſentiẽtibus ſuffragiis, Deo bonorum omnium auctori gratias agentes, ac læti rerum, tot ab hinc annis cæptarum, fœlicem ſucceſſum, diẽ Canonizationis præfiximus, ad 15. Kal. Maij, Domini, ſcilicet in Albis, cum nimirum paſchalis ſolennitas feſtiuitate concluditur, Nouela germina ſanctitatis segenerantur, neophitorum habitus mutatur, paſchales denique, id eſt indulgentiæ, ac remiſſionis dies celebrantur, vs tot, tantiſque cœleſtibus præſidiis adiuti, melius, ac facilius noſtro munere fungeſemur. Vbi igitur ipſa Dominica in Albis, hodiernus ſcilicet dies illuxit, Nos, & iidem Cardinales, & Patriarchæ, & Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui in capellam noſtram Pontificiam, nobiſcum ad id conuenerant, ſacris veſtibus induti, Hymno, Aue maris ſtella, ad honorem B. Virginis Mariæ, cuius opẽ tũc maxime inuocandum duximus, inchoato, eodemque illo, ab eiuſdẽ Capellæ noſtræ cãtoribus, ad finem vſq; deinceps decãtaro. aliiſque etiam Romanæ curiæ prælatis, & officialibus, familiaribuſq; noſtris, vna cum cæteris totius Eccleſiaſtici ſecularis, & regularis ordinis viris, longo, pioque ordine pręeuntibus, omnes cũ ardentibus, cereis, ad illius gloriam, qui ſua luce, & ſplendore cœlos complet, ex palatio noſtro Apoſtolico, ſumma cum celebritate proceſſibus, ad baſilicam Principis Apoſtolorum, sunc magno vndique ornamentorum apparatu inſtructam, adeo, vt ſingulatẽ lætitiæ ſpeciem, omni ex parte præ ſe ferret. Suggeſtus enim loci, amplitudine inſignis, eiuſdem Regis, & Dominicani ordinis impenſis, ex tribus ibi primum eminebat, in quo altare ad ſacroſanctum miſſæ ſacrificium, ſolemni ritu à nobis celebrandũ, è religione erectum cernebatur, templi deinde parietes, inſignibus aulæis, auro, & bombyce intertextis obtecti etãt; omnes præterea interioris baſilicæ ambitus, accenſis vndique cereorum flammis collucebat, denique ſuſpenſa de sholo, ac tradibus, vexilia Beati Hyacinthi. ſanctiſſimam Dei genitricem Virginem, flexis genibus venerantes, effigiem ſpectandum proponebant. Nos igitur in eandẽ baſilicam, magna omnium ordinũ frequentia ingreſſi, atque in ea ſupernæ, & Beatæ vrbis Hieruſalem, quaſi ſub aſpectu poſitam pulchritudinem intuentes, in ſuggeſtum primum, ac deinde orandi cauſa ad altare, ac poſtremo Throni ibidem, vt moris eſt, ad dextrũ latus erecti, ſedem peruenimus, vbi eoſdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, cum ſacris veſtib. obedientiam nobis præſtantes, excipimus.

Tum idem Stanislaus præfati Sigiſmundi Regis orator, ſemel, iterum, ac tertio poſtulauit, vt Beatũ Hyacintum, in ſanctorum numerum referremus, noſq; ad ſingulas ipſius petitiones, litaniis, ac ſacris hymnis, per tria diſtincta ĩterualla recitatis, preces adiunximus. Denique omnibus rite, ac pie peractis, quæ hac in re, alij Romani Põtifices pręcedeceſſores noſtri, ſeruanda eſſe ſtatuerunt, Sanctoque ſpiritu, quo Eccleſia afflata, nunquam fallitur, multis cum precibus, inuocato ad honorem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicę, ac Chriſtianæ religionis augmẽtum, auctoritate, eiuſdem omnipotentis patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, de fratrum noſtrorum conſilio decernimus, & definimus, bo. me. Hyacinthum Polonum, ordinis fratrũ prædicatorum, Sanctum eſſe, ac Sanctorum Catalogo adſcribẽdum, ſicut per præſentes definimus, decernimus, & aſcribimus, ſtatuentes, vt ab Vniuerſali, anno quolibet, in die 16. Augusti, feſtum ipſius, & officium, ſicut pro vno Sancto confeſſore non Pontifice, ad formam in Rubricis Rom. Breuiarij præſcriptam, deuote, & ſolenniter celebretur.

Inſuper eadem auctoritate, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui annis ſingulis eodem die feſto, ad ſepulturam, in qua eius corpus requieſcit, deuote acceſſerint, necnon Eccleſias, & altaria in ipſius honorem conſtructa, deuote viſitauerint, eaſdem indulgentias, & peccatorum remiſſiones conceſſimus, & elargiri ſumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti ordinis monaſteriis, & Eccleſiis in diebus feſtis eiuſdem ordinis Sanctorum iam conceſſa ſunt. Quibus rebus, ad Sancti Hyacinthi Canonizationem neceſſariis, abſolutis, ac hymno ad laudem Dei, & gratiarum actiones decantato, ac diuina ope, per eiuſdem Sancti viri interceſſionem, deuota, ac pia præcatione, quam ipſi recitauimus implorata, tandem eodem in ſuggeſtu, & altari, miſſam ſolennem, de octaua Dominicæ reſurrectionis, cum eiuſdem Sãcti Hyacinthi commemoratione celebrauimus, & omnib. Chriſti fidelibus, qui huic Canonizationi, & miſſę interfuerant, ad laudem Dei, & ſancti ſui gloriam, plenariam peccatorum ſuorum indulgentiam conceſſimus. Quocirca omnes, Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum collaudemus, agnoſcamuſq; ſumma eius bonitate euenisse, vt in hoc perturbato rerum ſtatu, noui apud Deum interceſſores, meritis, ac precibus adiuuari valeamus. Magno quidem illud eſſe debet, ad bene ſperandum, omnibus argumento, ꝙ rem à tot Poloniæ Regibus, ipſiſque regni ordinibus iam diu expetitam, communibus priorum, ac religoſorum hominum votis, vbique optatã, à pleriſque etiam Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, ſuſceptam hoc tempore, perficiendi facultatem nobis tribuerit, itaque Deũ in ſanctis ſuis mirabilem deprecemur, vt Sancto Hyacintho ſuffraganti Eccleſiæ ſuæ pacem, & tranquillitatem, Regibus, & principibus Chriſtianis vnionem, obcæcatis hæreticis Catholicæ veritatis viam oſtendat, infeſtis infidelibus Chriſtiani nominis hoſtibus orthodoxæ fidei lucem largiatur. Cæterum, quia nimis difficile foret præſentes noſtras originales literas ad ſingula loca, vti opus eſſet, deferri, volumus, vt earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbique fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi exhibitæ, & oſtenſæ eſſent.

Nulli ergo omnino hominũ liceat, &c. Dat, Romæ, apud S. Petrum, anno Incar. Domi. 1594 3. Kal, Maij, Pont. noſtri, anno 3.

Bulla XXV,

SVMMARIVM.

S, D. N. Domini Clementis diuina Prouidentia Papa octaui, decretales literæ, quibus Beatus Raymundus Apenia fort Barcinonẽſis, ordinis prædicatorum, in Sanctorum Catalogum aſcribitur, ac decernitur, vt ab vniuerſali Eccleſia, vt Sanctus colatur, illiuſq; feſtum, & officium, ſicut pro vno confeſſore non Põtifice, ad formam in Rubricis Romani Breuiarii præſcriptam anno quolibet, die ſeptima Ianuarii celebretur, cum Indulgentiarum elargitione.

Cle-

Digitized by Google

Ephe.2. CLemens Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam. Romana Catholi
ca Eccleſia, quæ ſupra fundamentum Apoſtolorũ,
& Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chri
ſto Ieſu ædificata, Diuinitus à Spirituſancto regi-
tur, & ineffabili eius æternæ ſapientiæ prouidentia
mirabiliter gubernatur, in eadem vnitate fidei, &
Doctrinæ veritate, quam à Chriſto ſuo ſpõſo, & A-
2.Cor.1. poſtolis accepit, perpetua conſenſione perſeuerãs,
à Deo Patre Miſericordiarum, continuis gratiæ cę
leſtis benedictionibus cumulatur, ac veluti fæcũda
mater, multiplici Sanctorum prole aucta, eorumdẽ
meritis, ac virtutibus illuſtratur. Atque hanc fidei,
Catholicæ vnitatem, vnus, idẽque ſpiritus, per mul
tas gratiarum diuiſiones, in corpore Chriſti, cuius
1. Cor.12. nos membra ſumus, antea operatus eſt, & nunc etiã
Ephe.4. operatur. Et quoſdam quidem poſuit Deus in Ec-
cleſia, primum Apoſtulos, ſecũdo Prophetas, tertio
Doctores, qui vnũ Dominũ, vnam fidem, vnum ba
ptiſma prædicarunt, ac veritatem facientes in cha-
ritate, creuerũt ĩ illo per oĩa, qui eſt caput Chriſtus,
Rom.8. ex quo totũ corpus compactum, & connexum eſt,
per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecũdum
operationem in menſuram vniuſcuiuſque mẽbri.
Præcipua vero huius myſtici corporis mẽbra ſunt,
viri Sancti, quos elegit Deus, & prædeſtinauit in vi
tam, qui eandẽ fidem ſemper tenuerunt, & pro eius
defenſione legitime certantes adepti ſunt repro-
2. Timo.2. miſſiones, & in cœlis coronari meruerũt. Huius au
Heb.11. tem fidei vnitatem, in qua vnũ corpus in vno ſpiri
tu efficimur, iam inde, ab ipſius Eccleſiæ naſcentis
1.Cor.12. initio, ad hæc vſque tempora Principes, & poteſta
tes tenebrarũ, multis hæreſum procellis, ac turbini
bus, exercitatis, labefactare, & conuellere tentarũt,
Math.7. ſed diuina Chriſti ſapientia, qua Eccleſiã ſuã ſupra
Mat.16. firmam petram fundauit, aduerſus quam portæ in-
feri præualere nunquam poterunt, potenti ſua dex
tera eam ſemper defendit, & vſque ad conſumma-
tionem ſeculi conſeruabit. Atque in hoc, admirabi
Eccleſ.44. lis Dei prouidentia maxime elucet, quæ omniũ pe
ne ſeculorum ætatibus, & iis precipue temporibus,
quibus religio Catholica Tyrannorum atrocitate,
atq; hæreticorum perfidia impugnata eſt, inuictos
martyres, athletas fortiſſimos, glorioſos cõfeſſores,
& viros ſanctos, magnos in virtute, ac prudentia
præditos, aduerſus Tyrannorum ſæuitiam, atq; hæ
reticorum iniquitatem excitarit, qui ſuo ſanguine
fidẽ Chriſtianã decoratam, ac vitæ integritate, do-
ctrinis, virtutibus, & miracolis confirmatam, latiſſi
me propagarunt. Ac ſuperioribus quidem ſeculis,
Sap.6. ex glorioſi Patris Sancti Dominici familia, B. Ray-
1.Cor.1. mondos à Penia fort Barcinonẽſis extitit, qui ama-
1.Iaco.2. tor veræ ſapientiæ, quæ nunquam marceſit, ſpretis
omnib. mũdi diuitiis, diues factus eſt in gratia Dei,
1.Timot.6. quæ data eſt in Chriſto Ieſu, omni verbo, & ſciẽtia,
diues in humilitate, & virtute, diues in bonis operi
bus, in quo deniq; Deus oſtendit abundantes diui-
Epheſ.2.& tias gratiæ, & gloriæ ſuæ. Nã vocauit eum in partẽ
1. ſortis Sanctorum, & impleuit agnitione voluntatis
Lit.110.Ec ſuæ, in omni ſapientia, & intellectu ſpirituali, ita vt
cle.36. plenus Spiritu Sancto, & fide in medio Regum, &
1.Cor.2. Magnatum ſapientiam loqueretur, non ſapientiam
Matth.11. huius ſeculi, neque Principum huius ſeculi, qui de-
ſtruentur, ſed Dei ſapientiã in myſterio, quæ abſcon
2.Cor.6. dita eſt è ſapientib. huius mundi, & reuelata paruu
lis, nimirum verus Dei miniſter in paupertate, in
omni patiẽtia, in orationibus, in laboribus Dei glo
riã quęrens, ac myſterium fidei in conſcientia pura
1.Timot.3. fidelib. & infidelib. ſumma Charitate patefaciens,
per multos in cæcitate cordis à via ſalutis aberran-
tes, verbo veritatis, & innocentia vitæ, in rectã mã
datorum Dei ſemitam traduxit, & aduerſus hære-
Pſal.118. ticorum impetũ, & audaciam, ſe tanquam murum
fortiſſimum, & inexpugnabilem oppoſuit, inſuper
Deus, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, dedit ei gra- *Pſal.67.1.*
tiam curationum, ac ſanctitatẽ eius, in virtute ſpi- *Cor.12.*
ritus Sancti, per ſigna & prodigia, cum in eius vita, *1.Cor.2.*
tũ poſt obitũ ita manifeſtauit, vt eius gloria per am
pliſſima Hiſpaniarũ Regna permanarit. Hæc enim
eſt ſumma Dei benignitas, qua Sanctos ſuos, qui in *Rom.15.*
contẽptione bonorũ, in omni rerum humanarũ deſ
picientia & in cruce Chriſti Dñi noſtri gloriantes, *Galat.6.*
in hac vita, eius laudem, & honorem amplificarũt,
nunc eoſdem glorificans, à quib. ipſe honorificatus
eſt: veluti quadam viciſſitudine honoris, omniũq; *1.Reg.2.*
bonorũ felicitate, in cęlis remunerat, & tribuit eis *Iſai.56.*
nomen ſempiternũ, quod nunquã interibit, quam
ob rẽ, ad eorum virtutes imitandas, vehemẽter inci
tari debemus, cum huiuſmodi homines auerſos ab
honoribus, in tribulationibus, in anguſtiis, tantã a- *2.Cor.6.*
deptos eſſe gloriam videamus, vt ſua tenuitate, &
humilitate omnium Regũ amplitudinem, omnem *Iſai.55.*
huius mundi exi imationem, & dignitatẽ longe ſu
perarint. Nam diuerſæ ſunt viæ Dei à viis hominũ,
qui in vanis cogitationibus, & curis inanibus occu
pati loquuntur ſublimia gloriantes; Deus autem ſe *1.Reg.2.Ec*
des ducum ſuperborum deſtruxit, & ceſſare fecit *cle.10.*
memoriam eorum à terra, memoriam vero humi-
liũ ſenſu reliquit, & maximis honoribus, ampliſſi-
miſq; monumentis cõſecrauit. Quare Beatum Ray
mundum merito laudamus, & Deum in eum bene
dicimus, qui ſingularib. gratiarũ donis, & ſummis
virtutibus eum ornauit, de cuius vita, morum ſan-
ctimonia, fidei puritate, & admirabilium ſignorũ
multitudine, pauca ſolum ad communem totius Ec
cleſiæ vtilitatem proponimus, vt omnes intelligãt,
quibus tandem ille gradibus in cœlũ aſcenderint,
ac Deo gratias immortales agant, eius nomen in Ec
cleſia Dei, publico hoc noſtro, & ſedis Apoſtolicæ
decreto, numero ſanctorum fuiſſe adſcriptum.

Beatus Raymundus Barcinonenſis, ex nobili fa-
milia de Peña fort, originem duxit. Prima pueritia,
religionis Chriſtianæ rudimentis imbutus, iam ma-
gnum aliquid portendere videbatur, cum eſſet exi
mia corporis, & animi indole, & naturæ quodã in-
ſtinctu, ad virtutem, & pietatem in dies magis pro-
penderet. Adoleſcens humaniores literas tam aui-
de arripuit, vt exiguo tempore maximos progreſ-
ſus fecerit, & eas artes, quas plane didicerat, Deo
adiuuante, ſumma cum laude plurimos Barcinone
gratias docuerit. Atq; vti talentis ſibi à Domino cõ
creditis, lucrum faceret ampliſſimum, Bononiã, ve *Matth.25.*
lut ad commune bonarum artiũ domicilium, & di
ſciplinarum emporium profectus eſt, vbi tempus
ſibi ad negotiationem ſapientiæ datum, & non in-
ſumpſit in vanis, & carnalibus deſideriis, quib. ętas *Pro. 31.1.*
illa iuuenilis, à ſtudio virtutis abripi ſæpe ſolet, ſed *Pet.2.*
pietatis officiis, ac Põtifico, ciuiliq; iuri toto pecto
re incubuit, ac tandẽ Doctoris laurea, cæteriſq; do
ctrinæ inſignibus decoratis, ſacros canones publi-
ce, magna cũ hominum admiratione, abſq; vllo ſti
pendio eſt interpretatus, cui poſtea, cum ſenatus Bo
nonienſis, ob pręclarã eius eruditionem, honorariũ
ex ære publico decreuiſſet, ipſe labores ſuos Domi *Leuit.27.*
no ſanctificans, datæ ſibi à ſenatu pecuniæ, omniũ-
que rerum, quas ſua induſtria comparaſſet, Deo in
primis, ac ſuo Parocho decimas fideliter offerebat.
Quo munere docendi, cum aliquot annis egregiã
nauaſſet operã, & iam eius eruditionis fama per Ita
liam increbuiſſet, Berengarius Barcinonẽſis Epiſco
pus, eius virtutib. ac ſcientia permotus, Roma ſuã
ad Eccleſiam rediens, Bononiam iter inſtituit, vbi
B. Raymundum conuenit, ac multis, vltro, citroq;
ſermonibus habitis, Berengarius virum admiratus,
ac ſecum ipſe reputans eum ingenii Eccleſiæ ſuæ
ornamento, & vtilitati futurũ, vehementer inſtitit,

vt

vt ſecum ad Eccleſiam Barcinonenſem, vbi educatus fuerat, reuerteretur: quod tãdem, magnis ab eo precibus obtinuit, quem etiam aliquantu poſt, eiuſdem Eccleſiæ canonicatu, & quadam præpoſitura addita ornauit. Hoc beneficio, & dignitate auctus, omnibus canonicis, & vniuerſo illius ciuitatis populo, integritatis, ac doctrinæ ſplendore præfulgebat. Eratque tanta eius, in omni geſtu, motuque corporis modeſtia, & totius vitæ conſuetudine ſuauitas, vt omnium ætatum, atque ordinum homines, ĩ amorem ſui raperet, & admirationem, Deiparam Virginẽ ſingulari pietatis affectu venerabatur, eiuſque honorem, & cultũ pro virib. ſemper auxit. Nã cũ feſtos Annuntiationis eiuſdẽ Virginis dies, ea in Eccleſia minus celebris haberetur, ipſe ab epiſcopo, & capitulo impetrauit, vt duplici ritu ſolemniter perpetuo coleretur, atque ex præpoſituræ ſuæ redditib. cẽſũ annuũ attribuit Canonicis in diſtributiones erogãdũ, qui ſacris officijs eo die intereſſent.

Iſai.40. Magnã hac rõne apud omnes, auctoritatem, & Sanctitatis opinionem ſibi conciliarat, totiuſq; ciuitatis oculos, animoſq; oĩum, ac præcipue prælatorũ, & Principum in ſe conuerterat, cũ inanẽ mundi gloriam inſtar ſœni areſcentis, decuſſo flore marceſcentem, apud ſe ipſum contemnens ad ſublimiorẽ vitæ ſtatum aſpiraret. Venerant tunc in eã vrbẽ recenter, fratres ordinis Prædicatorũ, qui Apoſtolicũ in morẽ Euangelium Chriſti prædicando, populũ docebant, & ad cultum Dei, ſtudiumq; pietatis incitabant, quorũ vſu, & conſuetudine primũ delectari B. Raymundus, deinde ẽt, ad idem vitæ inſtitutũ amplectendũ, vehementer cæpit inflãmari, neq; anceps, difficiliſve cogitatio fuit: Nã inclinatum eius animũ, & in via ſalutis ambulãtẽ, ſpecioſi illi pedes *Rom.10.* euangelizantiũ pacem in montẽ Domini, perfectionis nimirũ Euangelicæ apicem, facile deduxerunt, Itaque iam matura ætate, annũ circiter quintum, ſupra quadrageſimũ agens, abdicatis honorib. ſpretiſque omnib. diuitiis, aſſumpſit pennas, vt columbę, atq; in requiem Domini euolans, in ordine fratrũ Prædicatorum, ſolẽnem profeſſionem emiſit, quod vt omnibus admirationi fuit, hominẽ genere nobilẽ, doctrina præſtantem affluentem bonis, dignitate, & fama celebrem, ſuſcepto Religioſæ vitæ inſtituto, ſpontaneam paupertatem opibus, ſuiq; contẽptum, honorib. & commodis prætuliſſe, ita eius exẽplo cõplures literati, ac ſtudiis, doctriniſque dediti, nobiles viri, eundẽ ordinẽ ſunt amplexi, ac propterea magnũ ea religio, in dicta Ciuitate ſuſcepit in- *Marc.13.1.* *cor.3.* cremẽtũ. Hic iam nouus Chriſti miles, aduerſus humani generis hoſtem, fortiter dimicare apud ſe ſtatuens, ac turrim æternæ ſalutis ædificans, vt ſapiens architectus, humilitatis religioſæ, quæ cæterarum eſt parens, cuſtoſque virtutum, fundamenta iactare decreuit, itaq. & ſi omnib. eruditione, & prudentia antecellebat, hoc tamẽ ipſo dimiſſius ſentire de ſe, aliis omnia ſibi nihil tribuere, ſingulos honore debito proſequi, deniq; libentius deliteſcere, quam in lucem prodire conſueuerat, cuius ille virtutis tenaciſſimus in omni vita fuit; & quoniam obedientia humilitatis vitæ eſt ad hanc tuendã, atq; conſeruandã exẽplo mediatoris, & Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui humiliauit ſemetipſum, factus *1.Tim. Phi lip.2.* *Prou.15.* obediens vſq. ad mortẽ, vir iuſtus die, ac nocte meditabatur obedientiã, ac ſepulto propriæ volũtatis arbitrio, mortuus huic ſæculo, vitam cũ Chriſto in Deo abſconderat, ac totus à ſuperiorũ nutu pendebat. Beatam paupertatem regni cęlorũ præmio di- *Coloſ.3.* gnã, & Chriſti ore laudatã, toto pectore amplexus eſt, ac eam veluti fraternæ pacis fundamentũ mũditiã vitæ, curarum huius mũdi abdicationem, proximã denique, & quaſi compendiatã ad Deũ viã, ſtudioſiſſime ſemper coluit, & ſemetipſum tanquã aurũ igni probatũ in camino paupertatis expurga- bat. Caſtitatis, quæ cæleſtis, & angelicus Theſaurus *Gradu.17.* eſt, amantiſſimus fuit, ac præcinctus lũbos, & lucernã boni operis in manib. habẽs, eam in fictili corporis ſui vaſe in ſanctificatione, & honore, portãs, incorruptã, & integrã, vſque ad extremũ vitæ diem *Iſai.48.2.* conſeruauit. Et qua erat in Dei matrem, & intemeratam Virginem Mariam pietate, in cuius fidem, & *1. Pet. 5.* clientelam ſe iamdiu ante contulerat, nullum fir- *Luc.12.2.* mius ad Dæmonis vires contetendas, quam eiuſdẽ *cor.4.1.* Virginis præſidium inuenire poſſe certum, explo- *Theſſa.4.* ratumque habens, eius patrocinium aſſidue inuocabat, ac tantus erat eius in oratione feruor, & perſeuerantia, vt ex variis occupationibus ſe ipſe frequẽter colligens, ſederet ſolitarius, & leuans ſuper ſe diuinæ contemplationi vacaret, in qua cęleſtes plane Spiritus hauriebat, & de fontib. Saluatoris, quas ſapientiæ ſalutaris accipiens, tanto gratiarũ imbræ *Thren 3.* oẽs vitæ ſuæ actiones irrigabat, vt flumina aquę vi- *Iſai.12.* uæ, de vẽtre eius, in aliorũ vtilitatem promanarẽt.

In pauperes, ac præcipue captiuos, dura ſeruitu- *Ioan.7.* te ab infidelib. detentos, propenſiſſimus erat, nullũque officij genus vnquam prætermiſit, quo eos liberari poſſe exiſtimaret, quorum hoc etiam maiorem curam, & ſolicitudinem gerendam eſſe cenſebat, quo in grauiori periculo Chriſtianæ fidei abiurandæ, & admittendæ ſalutis æternæ, verſarentur. Cum itaque eius hortatu, Petrus Nolaſcus, natione Gallus, cuius confeſſiones Beatus Raymundus audiebat, vir opibus florens, & inſigni pietate præditus, ad inopes, alendos, & maxime ad captiuos ex barbarorum vinculis redimẽdos, ſuas copias, & opes, magna cum alacritate, ac libenti animo conferret, egregium pij, ac liberalis animi officium pro ſua infinita bonitate, gratum Deus habuit. Nã proxima nocte inſequente, Beatiſſima Virgo Dei mater, eidem Petro, qui Sanctis meditationibus, & orationi vacans cogitabat, qua ratione, calamitatibus Chriſtianorum in captiuitate degentium, ſuccurri poſſet, ſerena fronte ſe conſpiciendam dedit, & acceptiſſimum ſibi, ac vnigenito ſuo filio fore dixit, ſi ſuum in honorem inſtitueretur ordo religioſorũ, quibus cura incũberet captiuos è tyrannide Turcarum liberandi, ac illa ipſa nocte eadem Virgo ſanctiſſima, B. Raymundo, & Iacobo primo Aragoniæ Regi apparuit, id ipſum de religioſis, admonens. Quare hi, collatis inter ſe conſiliis, & conſentientibus animis, ordinem B. Mariæ de miſericordia, ſeu de Mercede redemptionis captiuorum fundarunt, eia B. Raymundus, certas viuẽdi leges præſcripſit, ad iſtius ordinis vocationem accommodatiſſimas, quarum approbationem aliquot annis poſt, à fę. re. Gregorio nono, prædeceſſore noſtro impetrauit, & dictum Petrum, qui eidem ordini omnia ſua promptè dederat, primũ eiũ Generalẽ ordinis magiſtrũ, ſuis ipſe manibus, habitu eodem indutum creauit.

Hæc B. Raymundus, quæ ad vnius Dei gloriam, & proximi vtilitatem geſſerat, etſi occultiſſima eſſe volebat, tamen ardentem illius in egenos, Charitatem, & vitæ ſanctimoniam, iam vbique fama vulgauerat, & Sanctæ eiuſdem doctrinæ odorem manifeſtabat in omni loco. Quamobrem bo. me. Ioannes Cardinalis Epiſcopus Sabien, eruditionis, & pietatis laude clariſſimus, ab eodem Gregorio nono, prædeceſſore noſtro, in Hiſpaniam ad Crucem aduerſus Sarracenos prædicandam, aliaq; ſedis Apoſtolicę negotia pertractãda, legatus de latere miſſus, multorũ ſermonibus ſingularẽ eius integritatẽ intelligens, eum ſibi legationis accepit adiutorem.

Quo in munere Beatus Raymundus, tanta cum prudentia, tanta humilitate, & Charitate verſatus *2.Cor.2.* eſt, vt omnibus eſſet, bonus odor Chriſti ad vitam, Nam, & ſi honeſtiſſimo loco natus eſſet, & iam æta-

te prouectus, multiſque virtutibus cumulatus, magna apud omnes auctoritate polleret, in hoc tamen longinquo, & difficillimo itinere, nullis vnquã ab eo precib. obtinere potuit, vt equo veheretur, ſed verus Chriſti diſcipulus calceatus pedes, in præparationem Euangelij pacis, & aſſumpto Spiritus gladio, quod eſt verbũ Dei iter ſuis comitatus ſocijs pedibus faciebat, & Cardinalem, quo erat venturus

Ephe.6.

præueniens, quaſi viam ante faciem eius in benedictione præparans Euangelio Chriſti prædicando

Lu.c.1.

per multos, & adiuuãte Domino, ad arctam ſalutis ſemitam à via lata, & ſpatioſa traducebat, & confeſſiones audiendo à cenſuris, & à peccatorum nexibus liberabat, quodq; omnibus mirum fuit, toto illo itinere, nihil vnquam de ſolita ciborum abſtinentia, vigilijs, ieiunijs, precationibus, totiuſq; religionis ſeueritate remiſit, ſed obſeruantiſſimus cõſtitutionem ſui ordinis, ne latum quidem vnguem ab illius ſtatutis, & legibus diſcedebat. Quare ſuſcipiebant ipſum vniuerſi, colebant omnes, Ioannes Cardinalis ſummopere diligebat, qui perfunctus legatione ad vrbem rediens, cum B. Raymundum vna ſecum adducere decreuiſſet, nunquam id tamẽ ab eo potuit impetrare, ſed cum ad eundem Gregorium Nonum prædeceſſorem noſtrum, de rebus legationis referret, tamen multa, eaque præclara de huius Beati viri virtutibus dixit, vt idem Gregorius prædeceſſor illius, viuendi deſiderio incenſus, eum ad ſe confeſtim euocarit, cuius ille dicto audiens, quãquã religioſæ quietis auidiſſimus, Romã venit.

Excepit eum amanter, & benigne prædictus Gregorius prædeceſſor, ac breui perſpectis, & exploratis eius animi dotibus, ſummiſque virtutibus, capellani ſuo officio, quod tunc temporis idẽ erat, quod nunc eſt cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorũ, & pœnitentiarij dignitate ornauit, ac tanti ſemper fecit, vt non niſi adhibito eius conſilio, grauiores cauſas tractaret, quem cum etiam à ſacris ſibi cõfeſſionibus præfeciſſet is, qua erat in egenos charitate, pœnitentiæ loco illi iniungebat, vt inopũ preces, & iuſtas petitiones ſtatim audiret, eorumque negotia expediret, & quã citiſſime conficeret, quare ab eodẽ Gregorio prædeceſſores, pater pauperum eſt appellatus. Decreta Romanorum Pontificum, quo quæque tempore condita erant, diuerſis in Epiſtolis, & concilijs ſparſa, quæ obſcuritatem, & incertitudinẽ inducere videbantur, ad communem omnium, & maxime ſtudentium vtilitatem, in ordinem, & cõpendium redigi, iam diu omnibus fere placuerat, ſed tãto operi vir idoneus quærebatur, Itaque Gregorius prædeceſſor, Beatum Raymundum huic muneri aptiſſimum eſſe ratus, id oneris impoſuit, quod tandem ipſe ingenti labore trium annorum ſpatio, feliciter abſoluit, quemadmodum in ipſo decretalium proœmio, grauiſſimo eiuſdem Gregorij teſtimonio eſt comprobatum.

Hiſce lucubrationibus, & aſſiduo humilitatis ſtudio, quam diu Romæ vixit, contra otioſam mentis euagationem, & inanis gloriæ cupiditatem ſe ipſe tuebatur diligentiſſime. Quare oblatos etiam honores & ampliſſimas Eccleſiarũ Cathedras, omni conatu repudiauit. Nam cũ Gregorius Archiepiſcopatũ Tarraconenſem ei deferre decreuiſſet, id ille adeo grauiter, & moleſte tulit, vt illico febri correptus, aliquod dies ingenti corporis, animiq; dolorẽ torqueretur, Itaq; ab huiuſmodi gloria alieniſſimus omni ope contendit, vt eã à ſe dignitatẽ auerteret, quod cũ per ſe non poſſet, adhibitis, multorũ precib. & quorundã Cardinaliũ auctoritate, eiuſdẽ Gregorij prædeceſſoris animũ, ita inflexit, vt illius Eccleſiæ, onus in eũ tranſtulerit, quẽ ei muneri, B. Raymũdus aptiſſimũ eſſe iudicauit. Hac difficultate perfunctus, exultabat in Dño, ac veluti ſuo iuti redditus, gratiis Deo peractis, ad ſolitos labores ſe ſe cõtulit quorũ tandẽ magnitudine, & diuturnitate confectus, in tã grauem morbũ incidit, vt illi certam mortem medici denunciarent, niſi patriũ ſolũ repeteret, Itaq; dimiſſo confeſſarij eiuſdem Gregorij prædeceſſoris munere, & obtenta abeũdi facultate, Barcinonẽ rediit, atque ita redijt, vt eũ animi candorẽ ab omni ambitionis labe intactũ, & illæſũ, quo imbutus ad vrbẽ venerat, in patriã reportarit.

Vix ad vrbe receſſerat, cũ ſtatim ei diuinitus, per ſpiritum data eſt gratia ſanitatum, atq; operatio virtutum. Nam cum ad eum Cathaloniæ portũ, quem Foſſa vocãt, appuliſſet, aduectum ad ſe leui cimba, quendam eius loci incolam. Barcelo de Faro nuncupatum (qui dũ in menſam incumberet, adeo graui, & repẽtino correptus erat morbo, vt ſtatim omnibus orbatus ſenſibus, nulloſque clamores, neque admotos corpori ſtimulos perciperet, ſed humi iacens exanimis mortuus eſſe crederetur) beatus vir miſeratus, Deum qui diues eſt in miſericordia, ardẽtiſſime eſt deprecatus, vt ei vitam, quæ ſatis eſſet ad confiteudũ peccata, produceret: tum magna in Deũ fide nixus, infirmum proprio compellans nomine rogauit, an vellet peccatorum ſordes ſacra cõfeſſione diluere, confeſtim ille velut è ſomno excitatus, oculos ſuſtulit, receptoq; vocis vſu, id velle ſe, ac vehementer optare dixit, & confeſſione facta, atque exonerata peccatorũ conſcientia, præceptaq; abſolutione, nihil amplius elocutus, ſpiritum Deo reddidit. Id circunſtantes admirati glorificauerũt Deũ, quod talem hominibus dediſſet poteſtatem.

Ephe.2.

Atque vbi Barcinonem appulit, confirmatis paulum viribus, ſtatim ad res diuinas, & cæleſtes contemplandas animum adiecit. Eius vero Barcinonẽ aduentus ſimul, atque per Hiſpaniam innotuit, ingens hominum concurſus ad eum fieri cæptus eſt, partim viſendi gratia, partim conſulendi (nam pœnitentiarij poteſtatem, conceſſu eiuſdem Gregorij, etiam ab vrbe abſens exercebat) quo omnes conſolabatur in Domino, & ſpiritualibus monitis mirifice recreabat, eius enim ſcientia, quaſi inũdatio in omnibus abundabat, & conſilium eius, ſicut fons vitæ, ſalutem animæ plurimis afferebat. Hac autem pœnitentiarij poteſtate, quo liberius Deo, ſibiq; vacaret, ſponte ſe abdicauit, quamquam eius etiã abſentis opera, idem Gregorius prædeceſſor, cæteriq; Romani Pontifices, qui eum ſequuti ſunt prædeceſſores; item noſtri vtebantur, vt ex ipſorum literis facile conſtat, quibus ei grauiſſima negotia cõmittebant, conſcripſit etiam ſummam caſuũ conſciẽtiæ, qui ſolent in foro pœnitentiæ frequenter occurrere, magnæ doctrinæ, atq; authoritatis, & tã confeſſariis, quam confitentibus valde vtilẽ, & neceſſariã.

Eccle.21.

Dũ ſacris, & ſuauibus hiſce ſtudijs, & iuuãdi proximi occupationib. detinetur, anno humanæ ſalutis 1238. Iordanus eiuſdẽ ordinis ſecundus generalis magiſter, ex hac vita exceſſit. Quare nouo generali magiſtro deligendo, capitulũ generale Bononiæ eſt congregatũ, vbi cũ diſſidentib. ſententiis non ſatis patribus inter ſe conueniret, ad S. Dominici corpus preces indictæ ſunt, atq; inde ad ſuffragia ventum, & quib. omnibus, nullo penitus refragante, B. Raymundus abſens, generalis magiſter eſt declaratus, cuius ille rei nuntio percuſſus, atq; animo perturbatus, primũ repugnare vehemẽter cæpit: ſed pronectorib. ætate, ac ſapiẽtia patrib. Bononia Barcinonã aduentantib. qui tã omniũ, & Dei voluntate eſſe confirmarunt, ægre tandẽ acquieuit, ac magiſtratũ iniit. Itaque aliorum precibus, & authoritate victus animum ad regendam eam familiam adiecit, quã cum integro biennio ſanctiſſime, & magna cum laude adminiſtraſſet, facto ipſo poſtulãte ſuperiore anno, ex communi patrum ſententia, decreto, vt liceret

cetet magiſtru generali ufficium magiſtetij reuun
ciare,proximo in ſequente capitulo Bononiæ,item
habitu affectam ætatem,infirmamque valitudinem
incuſans,priſtinæ nimirũ quietis, vitæque priuatæ
auidiſſimus à magiſtratu mœreutibus,omnibus ſpō
te ſe abdicauit,quo veluti unere depoſito,lætus, &
alacer ad conſuetas pietatis exercitationes,& pro-
ximi ad virtutem iucirandi ſtudium,ſe quam diligē
tiſſime retulit, ac nihil vnquam antiquius habuit,
quã vt religionem Catholicam,lunge, lateque pro
pagaret,& pro virib.ab hæreſum labe vindicaret.
Quamobrem cla.mem.Iacubo Regi Aragoniç eius
nominis primo,in primis ſuaſit,vt ſacrum Inquiſi-
ſionis officium,ſuis in Regnis inſtitueret, ad hære
ſim,videlicet,quæ tunc ex nefaria Valdeſium ſecta,
receuter exutra erat,umneſque alias procul à fini-
bus eius Regni arcendas,atque hãc ob cauſam Cō-
cilio prouinciali Tarracunæ,aduerſus eoſdem ſecta
sios habito,iuſſu Ipſius Iacobi Regis interſuit.

Sub idem veru tēpus Sarraceni, qui nobiliſſimas
Hiſpaniç cioitates,& finitimas inſulas,impia ſui ge
neris ſtirpe,multo ante interfecerant,armata manu
vehementer etiam infeſtabaur,quibus vt In ſuis Re
gnis Euangelium Chriſti prædicaretur . eidem Ia-
cobo Regi autur fuit. Hunc etiam ad malorem in-
ſulam,ex Balearibus proficiſcentem,eius rogatu co
mitatus eſt, tum vt ei à ſacris confeſſionibus eſſet,
tum etiam,vt verbo Dei prædicando,fideique Ca
thollcæ miniſteriis explicandis,Hebręos,& Agare
nos,qui ibidem magno numero erant,ad Chriſtia-
nam religionem adduceret:vbi cum idem Iacobus
Rex,veſanu amure captus,cuiuſdam fœminæ con
ſuetudine vteretur,B.Raymundus.qua erat dicen-
di libertate,ac prudentia, illum blandu primũ ſer-
mone,ab ea cunatus eſt reuocare : verum vbi ſe ni-
hil proficere animaduertit,tum orare, proque ſua
in Deum fide precibus omnibus cæpit obteſtari,ne
ob exiguam corporis voluptatē male ſe ipſum per
deret:ſed neque preces quidquam pruſuere.His tũ
B. Raymundus animi dubius,& incertus quo ſe ver
teret,cunſulto tandem precibus diuiuu numine ſta
tuit,nihil grauius ſibi faciendum,quam vt ex inſula
diſcederet,ne libidinē eiuſdem Iacobi Regis, quã
ferre amplius nou poterat, prubare ſua præſentia
videretur. Itaque cum adiit,ſerioque, ac ſeuere ad
monitum ſuæ voluntatis certiorem fecit, Iacobus
vero Rex eius apud ſe retinēdi cupidus, nautas om
nes præmoneri iuſſit, atque capituli edicto prohi-
beri,ne vllus eũ traiiceret. Interim ignarus huiuſce
conſilij B.Raymundus in portum perrexit,vbi ab
omnibus nauiculatoribus communi conſenſu reiu
ctus,cognita Iacobi Regis vuluntate, in portũ Sul-
lar profectus eſt,itineris ſui comiti hoc vnũ firmiſ-
ſime aſſeuerans, ſibi æternum Regem non defutu-
rum,at cum neque in eo portu à nauris admitterc-
tur,id ſecum ipſe demiratus, hoc magna fide pru-
nunciauit, Regem quidem mortalem ita ſtatuiſſe,
ſed Regem æternum aliter prouiſurum. Itaque um
nibus in litore ſalutaris per quaſdam rupes, & præ
rupta ſaxa in mare porrecta,aliquantulum progreſ
ſus in mare deſcēdit,ac ſucium allocutus, Videbis,
inquit,quemadmodũ Deus uptimam partem pro-
uidebit. Quare fiducia plenus,expanſo ſuper aquis
pallio reductaque eius ora inſtar veli ad baculum,
quo tanquam malo vteretur,Dei opem inuocãs,ac
Mat.14. ſignu Crucis ſe moniens,relicto in inſula, ſuo modi
cæ fidei,ac dubitare ſociu, mari ſe cõmiſit, ac leui,
Pſal.8. proſperoque inſlante vento, perambulans ſemitas
maris,ac benedicēs Deum,qui dorminatur poteſta
Pſal.88. ti eius,centum ſexaginta milliaria,ſex horis cunfe-
cit,omnibuſque circum litora inſolitum nauigandi
genus admirautibus, Barcinonem appulit, vbi re-
ſumpto pallio, quod nequidē aqua perfuſum erat,

ad monaſterium ſui urdinis,ſub meridiem ſe contu
lit:quodque nou minus admirandũ eſt, ianuis clau
ſis illud ingreſſus, populi, acclamationes euitans,
ad gratias Deu peragēdas,in templũ ſeceſſit, cuius
rei fama,tutam vrbem,fineſq;illius breuis peruaſit.
Auxit etiam huius miraculi magnitudinem eiuſdē
Iacobi Regis emendariu ſubſecuta: extant autē vſ-
que in hũc diem veſtigia turris,& capellæ eo in lo-
co,ex quo in mare deſcēderat,extructæ,atq; ipſum
etiam pallium,vt continoata apud eus populos tra
ditione receptum eſt,cuius contractum multi à va
riis curporis infirmitatibus qootidie liberantur.

In procuranda Hebræurum,& Sarracenurum ſa
lute,magnu charitatis ardore ſemper incenſus fuit
omnemque operam dedit, ad eos fidei Chriſtianæ
documentis excolendos, ac pro viribus adiuuan-
dos.quod vt ei facilius eſſet,ſeminarium,iu quo nō
nulli ſui ordinis religioſi,Hebraico, & Arabicu ſer
mone erudirentur,Caſtellæ, & Aragoniæ Regum
impenſis inſtituit, quod opus toti Hiſpaniæ urna-
mētu,atque infidelibus adiumēto fuiſſe, ex eo ſatis
conſtat,quod illius upe, atque auxilio ingens eorũ
moltitudo, Chriſtianam religiunem amplexa ſit.
Neophitos non minori charitate, doctrinæ Chri-
ſtianę præceptiuuibus imbuebat, atque tã aſſiduus
erat in illis inſtituendis,vt eorum parens eſſe vide
retur,& ne allmenta iis ad vitã neceſſaria deeſſent,
vndique eleemuſynas colligabat.

De rebus dubiis ſæpe conſultus, ſingulari prudē
tia,ac diuina plane ſapientia,omnibus reſpōdebat,
atque inter cætera beneficia,quæ accepit,hoc præ-
cipue donum à Deo eſt cõſecutus,vt eos,quibus cũ
ageret,mira conſuetudinis ſuæ dulcedine, ac volu-
ptate perfunderet.Orandi,contemplandique,ſum-
mam,diuturnu vſu,adeptus eſt facultatem,nã & ſi
variis,grauibuſque neguriis detinetur, tamē vbi ſe
ad orationem cumpoſuerat,tanta ſubitu diuini ſpi
ritus ſuauitate rapiebatur, vt omnium rerum mor
taliũ cura exutus eſſe videretur, ac ſæpe intēpeſta
nocte clam, ubſeruatus eſt in ſecretiori templi re-
ceſſu,tam crebra,aliaque ſuſpiria inter orandum e-
dere,vt audlentes ad lachrimas commoueret. In di
uinis ufficiis erat aſſiduus,atque incredibilem pſal
lendo capiebat vuluptatē, ſacroſanctum Miſſæ ſa-
crificium fere quotidie celebrabat,quanta vero eſ
ſet eius in ſacrificando animi puritas,ac deuotionis
feruor, vel ex eu facile exiſtimari poteſt,quod aſtā-
tes ex eius ſolo aſpectu ad orationem incitarentur,
ac petita à Deo Patre miſericordiarum beneficia,
eius precibus impetrarent. Nam frater Martinus 2.Cor.1.
eiuſdem ordinis cunuerſus,cum antequam ſuaui ſe
Chriſti Iugu ſubiiceret, voluptatibus carnis libe-
rius indulſiſſet,ac tum earum rerum, quibus ante
aſſeuerat,recordatiune, ſuique corporis illecebris,
quaſi quibuſdam ſtimulis agitatus, mirũ in modũ
vexaretur, umnem huius tentationis propulſandæ
ſpem,in Beati Raymũdi meritis collocauit. Igitur
eius ſacrificiis ſæpe intereſſe, ac ſummis precibus à
Deo flagitare cæpit, vt tanto ſuu malu remediũ a-
liquod aſſerret, quud dum perſeueranter peteret,
quodam die ex manibus B.Raymũdi celebrãtis,ac
ſacram Hoſtiam populu uſtendentis, Chriſtus Do-
minus,ſub anguſtiſſima pueri ſpecie,clariſſima lu-
ce radiãtis,ſpectandũ ei ſe præbuit,quu viſo, tanto
eſt repente gaudiu delibutus,vt ex eo tēpore ad ex
tremũ vſq; diē,diuina gratia,& bonitate, ab omni
cõcupiſcētiæ carnis cõmotione,fuerit præſeruatus.

Com cæleſtis militiæ Angelo,tanta inerat fami-
liaritas,& amicitia,quæ maximum eſt puritatis,&
ſanctimoniæ argumentum, vt ab eo frequenter ad
orandum,à ſomno excitatus,inuitaretur.

Cibi,potuſq; parciſſimus fuit,totã enim hebdo-
madam,excepto die Dominico,ieiunabat nullum

iniquam in eo contumaciæ, vel arrogantię veſtigiũ animaduerti potuit, quinimo lenitate, ac patientia fuit maxima, & in Deum tanta charitate, vt eius amore omnia arbitratus ſit, vt ſtercora, ex qua etiã egregia illa in proximos charitax redundabat.

Phi.3. Omnibus demum virtutibus cumulatiſſimus, de-
Matth.25. uexa iam ætate, in perpetua quadam erat animi vigilia, expectans Dominũ, vt ad cæleſtes nuptias, ab eo vocaretur. Igitur annos fere centum natus, cu-
Phi.1. piens diſſolui, & eſſe cum Chriſto, in lethalem morbum incidit, atque ſacramentis omnibus rite munitus, orantibus ad lectulum fratribus, deficiente ſenſim omni vitæ ſenſu, ipſo die Epiphaniæ Barcinone obdormiuit in Dño, ſalutis humanę, an. 1275.

Vulgata eius morte, ingens hominum concurſus ad monaſterium, videndi cauſa, repente factus eſt, ac tanta fuit eius ſanctitatis apud omnes opinio, vt multi Epiſcopi, complures prælati, ac nobiles viri, clerus etiam, & populus Barcinonenſis vniuerſus, funus eius ſumma doloris ſignificatione, ſint proſecuti: communem vero illam, eius ſanctitatis famã, authoritate ſua magnopere auxerunt, Alphonſus Caſtellæ, & Iacobus Aragoniæ, Reges, qui ad eius exequias ſua præſentia cohoneſtandas, comitãtib. filiis, ac domeſticis omnibus, ſumma cum veneratione, & fama ſanctitatis, Beati huius viri conuenerunt. Itaq; corpus eius magno totius ciuitatis luctu ac principum virorũ dolore, honorifice humanarũ eſt, quod paucis annis poſt, in ſepolchrũ marmoreũ trãſlatum fuit. Barcinon. populus B. Raymũdo vita
2.Cor.1. functo, quaſi totius patriæ lumine extincto, mœrore
Pſal.93. afflictus, grauiter angebatur, atq; ob recentẽ virtutũ eius, ac beneficiorũ memoriã, eo carere, omnib. acerbiſſimũ erat, ſed pater miſericordiarũ, & Deus totius cõſolationis, qui ſecundũ multitudinẽ dolorum, conſolationibus ſuis, timentiũ ſe, corda lætificat, B. Raymundi meritis, beneficia in omnes conferendo, plebem ſuam mirifice recreauit. Nã fideliſſimi huius ſerui integritatẽ, & ſanctimoniã, multis quidem in vita miraculis claram, plurib ſignis, poſt obitum, ingẽti omnium lætitia comprobauit. Atque, vt omnes etiam intelligerent, quam Deo placita eſſet anima eius, eo ipſo tempore, quo ex hac vita migrauit ad Dominum, inſigni miraculo eſt declaratum. Erat in ea ciuitate Guillelmus de Villagarũt, qui inueteratæ corporis lepra, grauiter laborabat, neque eum fœditas morbi, dolorisue acerbitas, in publicum prodire, ſolitaſque exercitationes, & negotia obire patiebatur. Medici, adhibitis fruſtra medicamentis omnibus, deplorata re, animum deſponderant: ipſe vero, Deo ita diſponente, qui ſanctum ſuum clarificaturus erat, in ædex quaſdã, monaſterio ordinis Prædicatorum vicinas, ea ipſa nocte, qua Beatus Raymundus exceſſit è vita, diuerterat, vbi eum grauiſſimo Elephantiæ calore, torqueretur, à pio quodam viro, Bernardo de Moleodinis nuncupato, canonico Barcinonenſi, admonitus eſt, vt B. Raymundi, qui eo tempore dormierat in Domino, meritis ſe commendaret, quod ille recuperãdæ valitudinis cupidiſſimus, ſimul, atque diligẽter præſtitit, cõfeſtim omnis lepra, ex eius mẽbris collapſa eſt, ac ſanũ corpus reliquit, in cuius rei ſignũ, & accepti beneficij memoriã, idẽ Guillelmus monumento ſuſpenſo in templo, rem omnibus teſtatam eſſe voluit, & poſteritatis memoriæ commendauit.

Illud vero, maximum eſt eius ſanctitatis argumẽtum, quod mortuos etiam, ad vitam reuocarit. Nã quædam puella, Margarita nomine Ioannis Phyſici filia, quatuor, aut circiter, annos nata, diuturna febri, continuiſque alui fluxionibus exhauſta, diem obierat extremum, eamque vere mortuam eſſe pallor ipſe vultus, contractæ nares, oculi extincti, horridi dentes, cæteraque indicia confirmabant, quin, & idem Ioannes pater, medicæ artis experriſſimis, aſſeruit, omnia mortis, nulla vitæ veſtigia, in eius corpore extitiſſe, honeſta interim mulier Romea, eiuſdem Margaritæ mater, quæ paulo ante ad Beati Raymundi ſepulchrum acceſſerat, & auxiliũ ab eo, filiæque valitudinem precabatur, vbi de morte filiæ, certior à Ioanne eius marito facta eſt, ab eodẽ ſæpius domum reuocata fuit, quo illa nuncio perculſa, tanto filiæ recuperandæ deſiderio, inflammata eſt, vt neque inde ſe abituram, neque domum reuerſuram affirmaret, niſi Beati huius viri meritis, & interceſſione, Margarita eius filia, vitę reſtitueretur. Itaque lachrimis, ac lamentis omnia miſcere, & ardentius orationi inſtare, atq; à Deo, per B. viri merita, ſummis precibus flagitare cœpit, vt filiã vitæ, ſibiq; redderet, cuius perſeuerãtem, firmiſſima fide, orationem, reſpexit Deus, nec ſpreuit deprecationes eius. Nam ſub occaſum ſolis, Margarita filia, paulo poſt meridiẽ defuncta, nõ modo vitæ, ſed ẽt integre valetudini eſt penitus reſtituta, q̃ poſtridie in templũ pedeſter adiit, ad gratias, pro tãto beneficio agẽdas, & decẽ, & quatuor annos ſuperuixit.

Alteram item honeſtæ conditionis fœmina, Romea appellata, Michaelis, videlicet de Sala, hominis pij vxor, B. Raymundi opẽ experta eſt, nam cũ maturo iam fœtu, acerbiſſimis pariendi doloribus premeretur, ac infantis caput enixa, reliquo intus recluſo corpore, trib. integris diebus, ac noctib. grauiſſimo cruciatu torqueretur, nihil proprius factũ eſt, quam, vt ex hac vita decederet, nã ob languẽtis ſtomachi faſtidiũ, cibos oẽs, hauſtuſq; reſpuebat, atque à ſenſibus alienata, vociſq; vſu priuata iacebat exanimis, quo tã præſenti vxoris ſuæ periculo, prædictus Michael vehementer animo conſternatus, ad templum illico excurrit, B. Raymundi opẽ, ſubſidiumq; implorans, qui ſimul ac domum redit, Romea feliciſſimè partũ dedit, atque omni dolore eſt liberata. Prætera, iuuenis quidam continuo viginti dieb, acutiſſima febri agitatus, viribuſq; exhauſtus, in ſuperiorem ædium partẽ à ſuis delatus fuerat, vt aura puriore frueretur, animumq; relaxaret, quo ex loco, deorſum in lapides, & ſaxa cortuos, ita cõpulſus, fructuſq; membris fuit, vt immotus humi proſtratus, ab omnib. mortuus eſſe putaretur. Eo, vt fit, cũ multi videndi, & iuuandi cauſa accurriſſent, aſtantiũ quidã pulueres ex B. Raymũdi ſepulchro, deſumptos, quos religioſe, ac pie, ſecũ geſtabat, in iacentis, ac moribũdi os iniecit, colloq; appẽdit, atq; æger ille cõtinuo valetudini eſt integræ reſtitutus. Et illa quidẽ, aliaq; quam plurima, multo ante tempore contigerunt, hæc vero recentiora ſunt.

Anno 1589. dũ peſtilentia Barcinone graſſaretur, atq; ingenti hominum clade inualeſceret, quidam probus vir, Michael Amat. appellatus, peſte mortifera correptus, ac deſperata valetudine à medicis deſtitutus, ſacramentorũ, atq; extremæ vnctionis ſuſceptione, ad mortẽ ſe cõparabat, ſenſim vero per oĩa corporis mẽbra, ſerpẽte morbo, in eas redactus erat anguſtias, vt præcluſis faucibus, loqui amplius nõ poſſet. Quare intimo cordis, & animi affectu, B. Raymundũ eſt precatus, vt eã à ſe infirmitatẽ depelli, precibus ſuis impetraret, qua in oratione, B. Raymundum ſibi videre viſus eſt, atq; extenſa manu, ſe contingere, quo ex facto, ita omni repente morbo leuatus eſt, vt eodem ipſo die conualuerit.

Hoc aliquãto recentius eſt. Nã, an. 1596. pia quædã mulier, An. Beneta vocata Barcinone honeſtis parẽtib. orta, ipſo Epiphaniæ feſto, copioſo ſanguinis profluuio, in ſummũ vitæ periculũ adducta erat, neque adhibita mediocrũ remedia, ſanguinẽ vllo mõ ſiſtere poterant, neq. ipſa in proximũ diem victura putabatur. Quare eorũdẽ hortatu, cũ ſanctiſſimę Euchariſtiæ, atq. extremæ vnctionis Sacramenta, pię, & de-

& deuotè ſumpſiſſet, mortẽ expectabat. Interim, in
B. Raymundi præſidiũ, toto animo cõfugit, ac pul-
ueres, ex eius ſepulchro, ad ſe deferri, atq. in cya-
tho miſceri ſibi iuſſit, quibus epotis, melius ſe habe
re cæpit, & abſque vllo prorſus alio pharmaco, vi-
tæ diſcrimen euitauit.

Illud verò, perpetui cuiuſdã miraculi, vim obti-
net, quod ex primo eius ſepulchro, terta quædã te-
nuis, ſeu puluis ſaluberrimus enaſcitur, qui licèt ma
gna in cupia indè exportetur, nunquã tñ deficit, ac
multę, magnęq. corporis infirmitates, eo curãtur.

Anno itidem 1596. cum iudices conſtituti, ad ex
plorandas Beati huius viri reliquias, arcã, vbi erant
reconditæ, aperuiſſent, tãtus illicò odor, ex eius cor
pore, qui viuens in odorem ſuauitatis, Deo ſe cõſe-
Leuit. 8. crarat, exhalauit, vt multi, qui eò cõfluxerãt, nihil
eo percipi poſſe iucundius affirmarẽt, quinimò e-
gregius vir, Ludouicus de Claramũt, ex graui mor
bo, ſenſu odoratus à ſexdecim annis orbatus, cum
in ea hominum multitudine, videndi deſiderio inci
tatus, propius acceſſiſſet, eum &, odorẽ ſuauiſſimũ
ſenſit, quo repẽtè, ita recreatus eſt, vt lacrymas præ
gaudio continere, nec vllam vocem emittere, vllo
modo poſſet; verum tacitus apud ſe cogitans, dubi
tabat, nũm iſtius ſolummodò odoris olfactum re-
cuperaſſet, an etiam rerum aliarum, ſed domum re
uerſus, vbi ſe varios odores percipere animaduer-
tit, miraculum ſubito euulgauit. Neque vero hæc
odoris fragrantia, eo ſolum tempore, ex eius corpo
re emanauit, ſed ex aperto quodam eius ſepulchri
meatu, idem ſuauis odor quãdoque afflatur, qui ab
iis ſẽtitur, quos diuina bonitas, eo munere dignat.

His, pluribuſque aliis miraculis, quæ referre lon
gũ eſſet, corda Regũ inclinata, plurimique Eccleſia
rum Antiſtites, & Prælati. populique integri Regni
Aragoniæ, diuinitus excitati, vna voce, & conſenſu
Prou. 21. à multis Romanis Põtificibus prædeceſſoribus no-
ſtris, frequenter petierunt, vt B. Raymundus in San
ctorum numerum referretur. Et quidem, quarto
ab eius obitu, anno ſalutis, videlicet, humanæ, 1279.
Archiepiſcopus Tarraconenſis, ac decem Epiſcopi
Regni Aragonię, multique Abbates in cõcilio Pro
uinciali Tarracone congregati, literas ad fæ. re. Ni
colaũ Papam III. prædeceſſorum noſtrũ, dederunt,
quibus ſingularem eius in Deum Charitatẽ, vitæ-
que innocentiam, curam Deo, & hominibus teſtifi
cati, vt eum, præuia virtutũ, ac miraculorum eius
inſpectione, ſanctorum numero adſcribere vellet,
humiliter ſupplicarunt.

Cum autẽ ipſe Nicolaus III. prædeceſſore è vita
migraſſet, Præfati ciuitati Regni Aragoniæ, & prin
cipatus Cathaloniæ, totaq; Ciui. Barcinonen. quin,
& priores, cæterique fratres ordinis prædicatorũ,
qui eas prouincias incolebant, idem à fę. re. Bonifa
cio VIII. etiam prædeceſſore noſtro, enixe flagita-
runt, verum ipſo Bonifacio prædeceſſore, ab huma
nis etiam erepto, Concilium Prouinciale Tarraco-
ne denuo conuocatum, apud ſanct. mem. Ioannem
XXII. Prædeceſſorem etiã noſtrum, primã petitio-
nem renouauit, quo tempore frater Arnaldus Bur
guetus ordinis prædicatorũ inquiſitor, ac procura
tor à capitulo Generali ad hanc cauſam proſequen
dã inſtitutus, multos teſtes ſuper miraculis, quæ de
hoc Beato viro vulgabãtur, examinare curauit. Sed
cum per dicti Ioannis prædeceſſoris obitũ, res tran
ſigi nõ potuiſſet, cla. me. Petrus Aragonię Rex datis
à fæ. re. Clemente VI. ſimiliter prædeceſſore noſtro
literis, vehemẽter inſtitit, vt Beatus hic vir, humanis
laudibus extolleretur in terris, quem diuinæ proui
dentiæ ſublimitas, quemadmodũ in eius literis ha-
bebatur, honorare voluerat in excelſis.

Cum vero huius rei tanta ſit grauitas, & magni
tudo, vt exiguo tẽpore perfici non potuerit, omnis
huius cauſæ tractatio, vſq; ad tẽpora Sanctæ mem.
Pauli III. ſimiliter prædeceſſoris noſtri, fuit inter-
miſſa, qui tandẽ precib. bo. me. Fratris Ioãnis à To
leto, tituli S. Sixti, Cardinalis Burgen. nuncupati, in
clinatus conceſſit, vt omnibus monaſteriis, & Ec-
cleſiis ordinis prædicatorũ in Regno Aragonię exi
ſtẽtibus, ſolẽne officium, de B. Raymũdo celebrari
poſſet, interiecto autem diuturni tẽporis interuallo
cum Deus, qui eſt gloria virtutis ſanctorum, B. Ray
mundi meritis, & interceſſione, plurima in dies be
neficia, toti Hiſpanię largiretur, cla. etiã me. Philip.
II. Hiſpaniarũ Rex Catholicus, per literas, & per di
lectum filiũ nobilem virum, Antoniũ de Corduba,
& Cardona, Sueſſæ Ducẽ, ſuum apud nos, & ſedem Pſal. 88.
Apoſtolicã, oratorem ſupplicauit, vt huic cauſę, ſub
tot Romanis Põtificibus, inchoatę, ipſi vellemus fi-
nem imponere, Quo ſane pio Regis ſtudio, vehemẽ
ter ſumus recreati, nã cum ab ipſo Pontificatus no
ſtri principio, nihil magis, quã Dei gloriam, & Ca-
tholicæ religionis exaltationẽ, ſpectauerimus, gau-
debamus in Domino, cũ vtrãq; hiſce Regis ſuppli-
cationib. promoueri cerneremus. Itaq; vt religio-
ſo eius deſiderio ſatisfaceremus, venerabilib. fra-
tribus noſtris, S. R. E. Cardinalibus, congregationis
ſacrorũ rituũ iniunximus, vt acta omnia, quę prius
ac iure confecta erant, diligenter inſpicerent, & e-
xaminarent. Hic autem fuere ex triplici ordine aſ-
ſumpti, venerabiles fratres Epiſcopi, Alphõſus Ho
ſtien. Geſualdus, Inicus Aualos Portuen. de Arago-
na, Gabriel Sabien. Paleotus, & dilecti filij noſtri,
Alexander S. Mariæ Tranſtiberim Medices Frãciſ-
cus S. Petri ad vincula de Gioyoſa, Auguſtinus S.
Marci Veron. Dominicus S. Ghriſogoni Pinnellus,
Franciſcus Maria S. Mariæ in Aracæli de monte, A-
ſcanius S. Pudentianę titulorũ Presbyteri Columna
Odoardus S. Euſtachij Farneſius, Antonius Sãctorũ
quatuor coronatorũ Fachanetus Diaconi nũcupati
S. R. E. Cardinales, corã quibus rite congregatis, cũ
dilectus filius, Michael Illot ſacrę Theolog. doctor
frater eiuſdã ordinis Prædicatorũ profeſſus, ac Pro
curator legitime hac in cauſa conſtitutus, pro ſuo
munere, in quod per ſex annos continuos, diligẽter
incubuit, quaſdã ſcripturas ad hanc ipſam cauſam
ſpectãtes protuliſſet, quia tñ multæ probationes ad
di poterãt, literæ ad Archiepiſcopũ Tarraconẽſem
atque ad Barcinonen. & vice Epiſcopos, cũ oportu
na facultate miſſæ ſunt, videlicet, alias omnes ſcri-
pturas, & probationes, annis ſuperiorib. hoc in ne-
gotio factas Barcinone, extraherẽt, & eademq; age
rẽt, quæ ad hãc cauſam requiri videbãtur, omniaq;
ad nos trãſmitterent, quæ cũ eſſent omni iure cõfe-
cta, ſummaq; auctoritate firmata, & debita diligen
tia, & fide trãſmiſſa, Nos tribus viris, doctrina, & in
tegritate præſtãtib. ac vſu peritiſſimis, Seraphino,
videlicet Oliuario Razalio Decano, Petro Frãciſco
Gipſio, & Frãciſco Peniæ, cauſarũ Palatij noſtri Au
ditoribus, cõmiſimus, vt ea ſummo ſtudio, quãtaq;
poſſent diligentia, legerent, expenderent, ac totius
cauſę merita exactiſſime põderarẽt. Quo i munere,
cũ ſedulo, & accurate verſarẽtur, Philippus II. Hiſ-
paniarũ Rex Catholicus, cuius memoria in benedi
ctione ſit, magno in primis, noſtro, & totius orbis
Chriſtiani dolore, ac detrimẽto, viã vniuerſę terrę
ingreſſus eſt. Quare chariſſimus in Chriſto filius no
ſter, Philip. III. Hiſpaniarũ itẽ Rex Catholicus eius
filius, nõ modo regnorũ, verũ ẽt paternarũ virtutũ
hæres ſtatim, à primo Regni ſui exordio, vt ſe, ſua-
que oĩa in B. Raymũdi p̃ſidiũ, ac patrociniũ cõfer-
ret, literis, & p eũdẽ Antoniũ Sueſę Ducẽ Oratorẽ,
itẽ ſuũ, nobis ſupplicauit, vt in hac cauſa progredi
vellemus. Idcirco vehemẽter lætabamur, & benedi
cebamus Domino, qui pios Reges perpetuo ſuſci-
tat, ad ſanctos ſuos honorib. proſequẽdos, quos ele-

git in ædificationē Corporis Chriſti, quod eſt Eccle
ſia. Cum igitur prædicti auditores, in diſcutiendis
Ephes. 4. actis, ac vniuerſo proceſſu, diuturnā, & aſſiduam na
Coloſ. 1. uaſſent operā, nihilq; eorum, quæ ad hanc rem per
agendā pertinēt, prætermiſiſſent, omnem rei geſtę
ſeriem, ſuumq; iudicium, ſcripto nobis tradiderūt,
quorum integrā relationem, nos eiſdē Cardinalib.
congregationis ſacrorū rituū, per eoſdē auditores
tradi iuſſimus, atq; vt plurimū iudicio, tota hęc cau
ſa examinaretur, alios etiā Cardinales prioribus ad
iunximus, nimirū dilectos filios noſtros, Federicū
S. Mariæ Angelorum in Thermis Borromeū, Anto-
niū Mariā S. Agnetis ī Agone Gallū, Cæſarē ſanctiſ
ſimi Nerei, & Archillei Baroniū Siluiū S. Saluatoris
in lauro titulorū presbyteros, Antonianū, atq; An-
dreā S. Angeli in foro Piſciū Perezū diconū, S.R.E.
Cardinales, quos omnes nouimus, vt acta oīa de B.
Raymūdi puritate fidei, morū integritate, ac mira-
culorū euidētia, tanto ſtudio perpēderēt, quantū,
& re grauitas requirebat, & nos merito expectaba
mus, qui cū priuatim, multiſq. cōgregationib. inter
ſe habitis, dilecto filio Pōpeio Madella Fiſci noſtri
procuratore ſemper citato, & partes ſuas diligēter
pręſtāte, ſingula rerū, & acta oīa ſedulo examinaſ-
ſent, ac proceſſum, teſtes, inſtromēta, & huius cauſę
momēta cū auditorū ſnīis, diligenter contuliſſent,
eoq; adducta eſſent omnia, vt ad nos referri opor-
teret. Nos cōſiſtoriū ſecretū, pro more cōuocari iuſ
ſimus, in quo præfatus Alphōſus Cardinalis Geſual
dus, ſuo, & totius cōgregationis nomine, primū re-
tulit ſcripturas, proceſsū, omniaq. huius cauſæ acta
legitime cōfecta eſſe, ac maxime authoritatis, pro-
batæq. veritatis vim obtinere: deinde tota B. Ray-
mūdi vita, multiſq. miraculis enarratis, ſe, & cæte-
ros dictæ cōgregationis Cardinales, vna voce, vna
que mēte in eā ſnīam veniſſe dixit, B. Raymūdū (ſi
ita nobis videretur) poſſe Catalogo ſanctorū aggre
gari: in quorū ſnīam, cū reliqui Cardinales, ſuo quiſ
que ſuffragio, ex ordine iuiſſent, magnā animi vo-
luptatē capiebamus, quod beati huius viri ſanctita
tē in dies magis elucere videremus. Atq; vt in hoc
grauiſſimo negotio, nihil de priſtina noſtra cōſuetu
dine, ac debita diligētia remitteremus, nos ipſa acta
ſtudioſe, & accurate perlegimus, atq. eorūdē Rotę
auditorū, & venerabiliū fratrū noſtrorū S.R.E. Car
dinaliū relationem, veriſſimam eſſe comperimus.

Quare lapſis paucis poſt diebus, ex Romanorū
Pōtificū prædeceſſorū noſtrorū inſtituto cōſiſtoriū
publicum indiximus, in quo præter Cardinales, Pa
triarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, prælati noſtriq;
familiares nobis adfuerunt, ac in eo, dilectus filius
Bernard. Scotus, cōſiſtorialis Aulæ noſtræq. aduoca
tus, eximia B. Raymūdi charitate, vitæ innocētia, &
miraculis, copioſa oratione explicatis, chariſſimi in
Chriſto filij noſtri, Rodulphi Romanorū Regis il-
luſtris, in Imperatorē electi, & eiuſdē Philippi III.
Regis Hiſpaniarū Catholici, & Principatus Catalo
niæ, totiuſq. ordinis Prædicatorū noīe, B. Raymūdū
ſanctis adiungere vellemus, à nobis ſuppliciter fla
gitauit. Quæ cū audiremus, benedicebamus Domi
no, & gratias Deo agētes lætabamur pręcipue Phi
lippū III. Regē Catholicū, ī ipſo regnādi principio
hunc ſibi, ad felicē regnorū ſuorū adminiſtrationē,
patronū tanto ardore poſtulare. Itaq. reſpōdimus,
ſanctā eius petitionē, nobis eſſe gratiſſimā, & eā, ad
Dei gloriā, in primis, & cōem totius Chriſtianæ rei
publicę vtilitatem, pertinere, quod nimirum Deus
qui ſplēdor, & gloria ſanctorū eſt, in ſanctis ſuis ma
gis laudatur, & Chriſti fideles eo facilius diuinę gra
tiæ munera, auctis interceſſorib. obtinent, quo ma-
ior cultus, & honor ſanctis adhibetur. Pręterea ſin-
gularē Regis pietatē cōmēdātes, optare nos, pio e-
ius deſiderio ſatisfacere duximus: huius tñ rei tātā
eſſe grauitatē, vt maturius adhuc cū venerabilibus
fratribus noſtris, S.R.E. Cardinalibus, & cæteris E-
piſcopis, deliberandū eſſe cēſcremus. Itaq; omnes
eos in Domino hortati ſumus, vt omnia, quæ ad B.
Raymūdi vitā, & miracula ſpectarent, oī ſtudio, & *Ephe. 6.*
diligentia examinarēt: deinde orātes in ſpiritu, & ī
ipſo vigilantes, quod nos facturi eramus, Deū pręca
rētur, vt daret nobis ſpiritū ſapiētiæ, & reuelationis *Ephes. 1.*
quo hæc arcana cęleſtia, quæ ratione humana com
prehēdi nō poſſunt, cognoſceremus, & illuminaret
oculos cordis noſtri, vt quid in hac grauiſſima cau
ſa ſtatuendum eſſet, deliberare poſſemus.

His peractis, ſecretū aliud cōſiſtoriū indiximus,
coī ēt Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos,
qui tunc erant in vrbe, ac noſtros, & ſedis Apoſto-
licæ Notarios, necnō Palatij noſtri auditores, & Se
cretarios, voluimus intereſſe, in quo nos, ex gratiæ
cęleſtis abūdātia, qua noſtra tenuitas, in hac ſupre-
ma paſtorali Vigilia, domus Dei, quæ eſt Eccleſia, *1. Ioan. 3.*
Dei viui, colūna, & firmamētū veritatis cōſtituta eſt *Luc. 14.*
ea diximus, quæ ad hāc cauſam ſpectare, nobis viſa
ſunt. Deinde ab eiſdē fratribus noſtris petiuimus, vt
cōſideratis, atq; examinatis omnibus actis, id præci
ſe dicerent, quod Spiritus ſanctus eis daret, eloqui,
& an beatus Raymūdus, ſanctis adſcribēdus eſſe vi
deretur. Itaq; primū S.R.E. Cardinales, deinde Pa-
triarchę, tū Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ibidem præ
ſentes, ſuo quiſq; loco, dictis ſententiis, omnes com
muni conſenſu, ex iis, quæ in vniuerſo proceſſu ex-
plorata erant, merito à nobis B. Raymundum inter
ſanctos referendū eſſe cēſuerūt. Gratias igitur Deo
agebamus, qui fratres noſtros omnes, in vnitate ſpi *Act. 4.*
ritus, idem ſentire facit, tribuens omnibus cor vnū
& animam vnā, eoſq; monuimus, vt interim preci-
bus, ieiuniis, & eleemoſynis Dei gratiam, & auxi-
lium nobiſcum inuocarent.

Cumq; omnia iam ad præſcriptum, & normam
ſacrorum Canonū, confecta eſſent, quod ſupererat
acturi, poſt aliquot mēſes, diem canonizationis di-
ximus. 3. Kal. Maij, Dominicā videlicet ī Albis, qua
Paſchalis ſolemnitas terminatur, neophytorū habi
tus, candore animi permanente, commutatur, &
Euangelium in Eccleſia legitur, quo Chriſtus Do-
minus, poſt Reſurrectionem ad diſcipulos, ianuis
clauſis, ingreſſus, inſufflato eis Spiritu ſancto, potę-
ſtatem remittēdi, & retinēdi peccata, eſt elargitus,
in quo magna nobis lætitiæ merita oblata eſt, quia
videlicet memineramus, B. Raymundum, & ſacra
menti Pœnitentiæ miniſtrum extitiſſe, & poſt traie-
ctionis miraculum, ianuis clauſis, monaſterium ſui
ordinis Barcinone ingreſſum eſſe, deinde ēt, quod
eodem ſolēnitatis, & lętitiæ die, nos ab hinc ſeptē
annis, S. Hyacinthum Polonū eiuſdem ordinis fra-
trum Prædicatorum B. Raymundi coætaneū, in ſan
ctos retulimus, ad quā quidē animi noſtri volūtatē,
nō mediocris acceſſio facta eſt, quod hoc ipſo die,
S. Catherinæ Senenſis, ac S. Petri Martyris feſtū, in
Eccleſia ſolēniter celebretur, qui ſub eadē S. Domi
nici diſciplina, vitā ſanctiſſime traduxerunt. Quam
obrē in tam accōmodata totius Eccleſiæ, ac ſancto-
rū eiuſdem ordinis, ad hanc celeberrimā actionem
feſtiuitate, nos B. Raymondo eum honorem decer
nere ſtatuimus, qui ſanctis confeſſoribus adhibetur.

Cum igitur præſcripta Dominica in Albis, ho-
dierna ſcilicet dies, adueniſſet, nos cū venerabilib.
fratribus noſtris, S.R.E. Cardinalib. Patriarchis, Ar
chiepiſcopis, & Epiſcopis, qui in capella noſtra Pōti
ficia, hāc ob cauſam cōuenerāt veſtibus ſacris indu
ti, hymnum, Aue maris ſtella, inchoauimus, reliquū
capellæ noſtræ choro proſequente, ad B. Mariæ Vir
ginis, opem implorandam, atque ita cātantes in viis
Dominis Romanæ curiæ prælatis, officialibus, &
familiaribus noſtris, & ſeculari, ac religioſo clero,
longo

Digitized by Google

longo ordine præcedentibus, ſingulis cereos accẽſos geſtantibus, ex noſtro Palatio Apoſtolico, ad auguſtiſſimam principis Apoſtolorum Baſilicam proceſſimus, vario ornamentorũ genere inſtructã, eamque ingreſſi, ad ſanctiſſimũ Euchariſtiæ Sacramentũ genuflexi procubuimus, orantes, vt Deus hãc celeberrimã actionem, ad laudẽ, & gloriã nominis ſui dirigeret. Inde ad ſupremã Eccleſiæ partem aſcendimus, alto, & ſublimi fornice admitãdam, vbi amplum, regioq; ſumptu ſuggeſtũ, erectum erat corã altari S. Petri principis Apoſtolorum, in quo ſacrã Pontificalem Miſſam celebraturi eramus, omniaq; facibus, cereiſq; ardentib. collucebant, ac plurimæ circũ imagines B. Raymundum, erecto corpore, egregie pictũ referebant, dextera manu clauẽ in poteſtatis, atque officij pęnitentiarij memoriã, ſiniſtra librũ Doctrinæ, ac decretalium monumentũ gerentẽ, vbi ſtatim nobis in mentẽ venit, nos iiſdem, quibus B. Raymundus, capellani videlicet, ſeu cauſarũ palatij Apoſtolici auditoris munere, antequam in numerum Cardinaliũ aſſumerentur, & in ipſa Cardinalis dignitate ſummi pęnitentiarij officio, quanquã non exacte, ac perfecte, functos fuiſſe, ac propterea Deum in ſpiritu humilitatis non ſine lacrymis præcabamur, vt ſi quid iſtis in munerib. ex noſtra imbecillitate à nobis omiſſum, vel commiſſum fuiſſet, id eius bonitas, atq; clementia B. Raymundi meritis, atque interceſſione nobis condonaret. Deinde in ſuggeſtum delati, ante idem altare principis Apoſtolorum orauimus, vt ſuo nobis auxilio, præſidioque adeſſet: mox in excelſo è regione altaris throno conſidentes, eoſdem Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſacris indutos veſtibus, obedientiam nobis de more præſtantes, excepimus, tum dilectus filius noſter, Odoardus S. Euſtachij CardinalisFerneſius nuncupatus, Regni Aragoniæ protector, Catholici Regis nomine, ſemel, iterum, ac tertio ſuppliciter à nobis flagitauit, vt Beatum Raymundum in ſanctos referremus, cuius ſingulis petitionibus opportunè reſpondimus, ac per interiecta totidem interualla, Litanias, Hymnos, preceſque adiunximus.

Denique abſolutis, perfectiſq. omnibus ijs, quæ à Romanis Põtificibus, hoc in genere inſtituta sũt, communibus precibus implorata Spiritus ſancti ope, ad honorem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & religionis Chriſtianæ augmentum, auctoritate eius Sanctæ Trinitatis, Patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli, ac noſtra, de venerabilium fratrum noſtrorum, S.R.E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, in Romana curia exiſtentium, conſilio, cõmunique conſenſu, Beatum Raymundum à Penia fort, ordinum fratrum prædicatorum, expreſſè profeſſum, ac in Eccleſia ſanctæ Catharinæ eiuſdẽ ordinis Barcinone ſepultum, de cuius innocentia vitę, & miraculis, nobis planè conſtat, ſanctum eſſe diffiniuimus, ac Sanctorum confeſſorum numero, & Catalogo, ac Sanctorum confeſſorum numero, & Catalogo, adſcribẽdum eſſe decreuimus, prout per præſentes definimus, decernimus, & adſcribimus, ſtatuentes, vt ab vniuerſa Eccleſia, quolibet anno, die VII. Ianuarij, feſtũ eius, & officiũ, ſicut pro vno confeſſore non Pontifice, ad normam in Rubricis Breuiarij Romani præſcriptam; deuotè celebretur. Inſuper omnibus verè pęnitentibus, & confeſſis qui ſingulis annis, eodem die, prædictam Eccleſiam ſanctæ Catharinæ Barcinenſis, in qua corpus eius conditum eſt, piè, ac deuotè viſitauerint, eaſdẽ Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conceſſimus, & elargiti ſumus, quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ cæteris dicti ordinis Monaſterijs, & Eccleſijs, diebus feſtis Sanctorum eiuſdẽ ordini conceſſa ſunt.

Itaque omnibus, quæ ad Beati Raymundi Canonizationem ſpectabant, ritè peractis, atque hymno ad Dei laudem, & gratiarum actionem decantato, diuinaque ope S. Raymundi meritis, peculiari in eius honorem oratione, quam nos ipſi fecimus, & clara voce recitauimus, inuocata, Nos in eodem loco, & Altari Principis Apoſtolorum, Miſſam ſolennem, de octaua Dominicæ Reſurrectionis, cũ eiuſdem B. Raymundi cõmemoratione celebrauimus, omnibuſque Chriſti fidelibus, qui, & Canonizationi, & Miſſę interfuerunt, ad Dei laudem, & Sãcti ſui gloriam, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam conceſſimus. Quare Deum mirabilẽ *Pſal. 67.*
in ſanctis ſuis benedicamus, & gratias immortales ei agamus, quia ſuſcepimus miſericordiam in me- *Pſal. 47.*
dio templi eius, nouum videlicet in Eccleſia interceſſorem, cuius meritis, ac ſuffragijs in omnib. animæ, corporiſq. periculis adiuuemur. Ac ſingulari planè diuinæ prouidentiæ munere, factum eſt, vt hiſce difficillimis temporibus, quibus religio Catholica inimicorum telis aſſiduè impugnatur, hunc Patronum, & aduocatum, vniuerſi Chriſti fideles conſecuti ſint, ad Eccleſiæ pacem, in primis & tranquillitatem, ad optatam Principibus Chriſtianis cõcordiam, & hæreticis in errorum tenebris à via ſalutis errantibus, lucem veritatis impetrandam. Cęterum, quia nimis difficile foret, præſentes noſtras literas ad ſingula quæque loca deferri, volumus, vt earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu publici notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides vbique habeatur quæ hiſce præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergò hominum liceat, hanc paginam noſtrorum diffinitionis, decreti, adſcriptionis, ſtatuti, conceſſionis, elargitionis, & voluntatis infringere, &c. Dat. Romæ, apud S. Petrum anno Incarnationis Domini, 1601. 3. Kal. Maij, Pont. noſtri, anno 10.

Bulla XXVI.

SVMMARIVM.

Breue, quo poſt contradictorum iudicium, Fratres, Carmelitæ Deſcalceati à ſolutione quartæ funeralis eximuntur.

CLemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Quod ſemel ab Apoſtolica ſede, ad religioſorum fauorem definitum eſt, id nè iterum in dubium reuocetur, cum à nobis petitur opportunè prouidemus. Exponi ſiquidem nobis nuper fecit, dilectus filius procurator generalis ordinis fratrum Carmelitarum Deſcalceatorum nuncupatorum, quod aliàs, vertente controuerſia inter dilectos filios fratres, eiuſdem ordinis domus, ſeu collegij S. Ioſephi Barchinonenſis, ex vna, & dilectum filium rectorem Eccleſiæ parochialis S. Mariæ del Pino eiuſdem ciuitatis, ſuper quartæ funeralis exactione, ab ipſo rectore prętenſa, a qua præfati fratres ſeſe immunes eſſe, iam tunc aſſerebant à venerabilibus fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, ſacri Conc. Trid. interpretibus, primo declaratum extitit, monaſterij dicti ordinis decem ante annos fundata, non teneri quartam funeralem huiuſmodi ſoluere, ſi ante quadraginta annos ante confirmationem concilij, eidem ordini ab Apoſtolica ſede indultum fuerat, vt ad huiuſmodi quartæ ſolutionem minimè tenerentur, quam declarationem, nos per noſtras in hac forma breuis literas, ſub die 5. Iunij, 1595 Pont. noſtri, anno 4. confirmauimus. Poſteà di

cto

Digitized by Google

cto rectore reclamante, multaque contra dictã declarationem coràm nobis, etiam fratribus noſtris Cardinalibus, ſoper conſultationibus, & negotijs Epiſcoporum, & regularium, allegante, cauſaq. per dictos Cardinales, cum iuribus, & exemptionibus ab vtraque parte deductis, diligenter examinata, ijdem Cardinales, in decretis per proprios Cardinales Conc. Trid. concilij interpretes, perſiſtẽdum eſſe cenſuerunt, & in eorum executionem, venerabili fratri Archiepiſcopo Barchinonenſi, per eorũ literas mandarunt, vt fratres præfatos, in immunitate, & iuribus ſuis iuxtà præfata decreta tueretur, & defenderet, prout in præfatis literis dicitur contineri. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, nè præmiſſa aliquo tempore, in iudicium reuocari poſſint, ijs auctoritatis Apoſtolicæ præſidium accedere, fratres prædicti deſiderant, nobiſque propterea dictus procurator, humiliter ſupplicari fecerit, vt in præmiſſis oportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos declarationis Cardinalium interpretum concilij, ac noſtrarum, necnon etiam Cardinalium ſuper negotijs Epiſcoporum, & regulariom præpoſitarum literarum tenores, ac litis, & cauſæ huiuſmodi ſtatus, & merita, ac nomina cognomina, iudicium, & colligantium, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus inclinati, litem, & cauſam huiuſmodi perpetuò extinguimus, atque præfato rectori, & quibuſuis alijs intereſſe habentibus, vel prætendentibus, perpetuum ſuper præmiſſis, ſilentium imponimus, ac fratres præfatos, immunitate, & priuilegijs præfatis, iuxtà decretorum, & literarum præfatarum tenores, in omnib. & per omnia, pacificè frui, & gaudere debere, neque à præfato rectore, aut quibuſuis alijs deſuper moleſtari, vel perturbari poſſe, ſicque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſuper his à quoquam, quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari decernimus. Quo circà, dilecto filio Epiſcopo Barchinon. per præſentes committimus, & mandamus, vt præſentes literas, vbi, & quãdo opus fuerit, & quoties pro parte dictorum fratrum fuerit requiſitus, ſolemniter publicans, eis in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtat, atque in immunitate, & iuribus præfatis tueatur, & defendat, non permittentes eos deſuper, à dicto rectore, vel quibuſuis alijs, quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in memoratis literis noſtris, volumus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Datum Romæ, apud D. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 24. Martij, 1597. Pont. noſtri, anno 6.

Marcellus Lures Protonotarios Apoſtolicus ſanctiſſimi D.N. Papę, eiuſq́. Camerarij, necnon curiæ cauſarum cameræ Apoſtolicæ, auditor generalis, Romanæq́; curiæ iudex ordinarius, ſententiarum quoque, ac cenſurarum in eadem Romana curia, & extrà eam latarum, literarumq́. Apoſtolicarum quarumcunq́;, vniuerſalis, & merus executor, ab eodem SS. D.N. Papa, ſpecialiter deputatus, vniuerſis, & ſingulis reuerendiſſimis dominis Abbatibus, Prioribus, præpoſitis, decanis, atq. diaconis, ſcholaſticis, cantoribus, theſaurarijs, ſacriſtis, ſubcantoribus, ac tàm cathedralium, quàm collegiatarum Eccleſiarum canonicis, parochialiumq́. rectorib. ſeu habentibus curamdem, plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non curatis, vicarijs perpetuis altariſtis, cæteriſq́. presbyteris, clericis, notarijs, ac tabellionibus publicis quibuſcunq́;, illiq. vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ literæ peruenerint, ſalutem in Domino, & noſtris huiuſmodi, imò verius Apoſtolicis, firmiter obedire mãdatis. Noueritis nuper, nobis expoſitum fuiſſe, ad inſtantiam reuerendiſſimi Domini præpoſiti generalis, ac fratrum Diſcalciatorum, ordinis B. Marię Virginis de Monte Carmeli principalium, ac reuerendiſſimi prioris generalis dicti ordinis, quod cum inter fratres collegij S. Ioſephi, ordinis fratrum Diſcalciatorum Carmelitarum, ex vna, & Petrum Martir Calno, Rectorem Eccleſiæ S. Mariæ del Pino, ciuitatis Barchinonenſis, ex altera, lis exorta eſſet, pro eo, quod præfatus rector prætenderet dictos fratres Diſcalciatos (quorum domus, ſeu collegiũ intrà dictæ parochiæ limites conſtructum exiſtit) ex quibus cadaueribus, quæ ad Eccleſiam dictorũ fratrum ſepelienda ferebantur, portionẽ (quæ quarta dicitur funeralium) ſibi perſoluendam teneri, & pro ea extorquenda, varia, & exquiſita media, (nõnunquàm etiam publicè, & cum ſcandalo comitantium funus authoritate propria, & violenter omnia, quæ cum ipſo cadauere ad offerendum, patrio more portantur auferendo) perpetrare. E contrà verò fratres ſe ab ea ſolutione liberos, & immunes fore, & eſſe exiſtimantes, virtute priuilegiorum antiquorum ſuæ religionis, per plures Romanos Pontifices, præſertim Nicolaum V. Clementem IIII. & Iulium II. conceſſorum, tandemq. per S.D.N. Clementem VIII. confirmatorum, prætenderent hi, ad hoc vt præfatus rector, ſeu curatus Eccleſiæ del Pino, ab inceptis moleſtijs, & vexationibus deſiſteret, recurſum habuerunt ad tribunal noſtrum, à quo monitorium, ſub Dat. Romæ, anno à Natiuitate Domini, 1593. indictione 7. die 11. Maij. S.D.N. Clementis Papæ VIII. anno 3. Obtinuerunt contra dictum parochum de obediendo, & ſtando literis Apoſtolicis, & priuilegijs ſupradictis, ſub certis pœnis in eo contentis, quod quidem intimatum fuiſſe dicto rectori perſonaliter, etiam de ſua reſponſione, necnon de contrauentione, vt nobis diſpoſitum fuit conſtatn. Quodq. inter ea, pro parte dicti rectoris fuit etiam obtentum aliud reſcriptum S.D.N. à iuſtitiæ ſignatura emanatum, ſub Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 28. Septemb. 1593. Pont. ſui, anno 3. nulla in eo facta mentione dicti monitorij, vt huiuſmodi cauſa coram ordinario Barcinonenſi tractaretur. Fratres autem prædicti, timentes non eſſe conſecuturos iuſtitiæ complementum, ſi cauſa prædicta ageretur coràm præfato ordinario (vtpotè eius auxilio, fauore, ac etiã nõnunquam cum aſſiſtentia miniſtrorum Epiſcopalis curiæ, dictus parochus moleſtias illis fratribus inferebat) vt nobis expoſitum fuit, petierunt à S.D.N. eique humiliter ſupplicarunt, vt pro vitandis litib. & ſcandalis, necnon expenſis (quas facile ſupportare, vtpote paoperes nequibant) ſua ſanctitas dignaretur cauſam prædictam committere ſacræ Epiſcoporum, & regularium congregationi, in qua ſummariè, & abſque ſtrepitu iudicij, auditis, viſiſque rationibus partium, terminaretur, & eius decreto ſtare, & obedire, pars vtraque teneretur, id quod ſanctiſſimus, die 6. Aprilis anni ſubſequentis, 1595. benigne conceſſit. Cuius commiſſionis vigore, ſacra congregatio iuſſit, vt partes colligantes adducerent quidquid in ſuæ iuſtitiæ fauorem, dicendum, & allegandum haberent. Et pro parte dictorum fratrum, præſentata fuerunt priuilegia, tàm olim Carmelitarum ordinum, quàm nuper à S.D.N. in fauorem dictorum Diſcalciatorum conceſſa, necnon de

cre-

eretum quoddam ſacræ congregationis Concilij
Trid, in quo expreſſè declaratur, fratres prædictos
non teneri ad ſulotionem quartæ funeralium, cum
dicta religio ante quadraginta annos, ante confir-
mationem Concilij, à Nicolao V. & Iulio II. ab ea
ſolutione fuit exempta, & quia inter alia multa per
ipſum allegata, & contra dictorum ſtarrum priuile
gia, & decretum hoc vnum erat, dictos fratres, col-
legium S. Ioſephi Barcinonenſis citrà decem an-
nos, ibidem fundaſſe, neque potuiſſe præiudicare
iuſtitiæ rectoris, ſeu curati, & conſuetudini perci-
piendi, etiam ab alijs religioſis, portionem quartæ
funeralium. Propoſito dubio in ſacra congregatio-
ne illuſtriſſimorum interpretum ſacri Conc. Trid.
an prædictum collegium S. Ioſephi Barcinonenſis,
& quælibet alia monaſteria dicti ordinis fratrum
Diſcalciatorum Carmelitarum, citra annos quadra
ginta fundata, & quæ in dies conſtruunt, libere eſ-
ſent à ſolutione dictæ qoartæ funeralis, ſuppoſitis
priuilegijs prænarratis dictæ religionis, an illis non
obſtantibus tenerentur illam perſoluere. Decretũ
exijt huiuſmodi ſub tenore, vt nobis aſſertum fuit;
Congregatio Concilij cenſuit monaſteria dicti or-
dinis, quamuis decem ab hinc annis fundata, non
teneri quartam funeralem ſoluere Epiſcopo, ſi mo
dò religionis, cuius monaſteria ſunt, quadraginta
annos, ante Concilium à ſede Apoſtolica indultũ
fuerat, vt ad huiuſmodi quartæ ſolutionem mini-
mè teneretur. Quod quidem decretũ ſimiliter fuit
præſentatum coram illuſtriſſimis Dominis Cardi-
nalibus ſacræ congregationis Epiſcoporum, & re-
gularium, per quos huiuſmodi cauſa, cum iuribus,
& exemptionibus, ab vtraque parte deductis, dili
genter examinata, ſuam ſententiam, ac decretũ pro
tulerunt in hunc modum, vt nobis aſſertum fuit;
Congregatio cenſuit perſiſtendum eſſe in decretis
per ſacram congregationem illuſtriſſimorum inter
pretum ſacri Conc. Trid, & in breui per ſanctiſſi-
mum Dominum noſtrum fratribus concesſo, Pro
cuius executione dentur literæ oportunæ ad Epiſ-
copos, ſi opus fuerit 3. Decembris, 1596. Quarum
quidem literarum ad Epiſcopum Barchinonẽſem,
tranſmiſſarum in forma miſſiua, tenor de verbo ad
verbum ſic ſe habet.

A. tergo. illuſtriſſimo reuerendiſſimo Domino,
D. Epiſcopo Barchinonenſi intus verò,

Illuſtriſſime, & reuerendiſſime Domine. Verten
te controuerſia inter fratres Carmelitas reforma-
tos, ſeu, vt vocant, Diſcalciatos, & rectorem Eccle
ſiæ parochialis S. Marię del Pino, iſtius ciuitatis tuę
ſuper quartæ funeralis exactione à rectore præten-
ſa, ad quam tamen fratres minimè teneri contende
bant, fuit per illuſtriſſimos patres ſacri Concil. Tri.
interpretes, declaratum, monaſteria dicti ordinis,
quatenus decem ab hinc annis fundata, non teneri
quartam funeralem ſoluere Epiſcopo, ſi modò reli
gioni, cuius monaſteria ſunt, ante quadraginta an-
nos ante Concilium à ſede Apoſtolica indultũ fue-
rit, vt ad huiuſmodi quartæ ſolutionem minimè te
nerentur. Poſteà reclamante rectore, multaque ad
uerſus memoratum decretum allegante coràm il-
luſtriſſimi Dominis meis, conſultationibus, & cau-
ſis Epiſcoporum, & regularium propoſitis, cauſaq.
cum iuribus, & exemptionibus, ab vtraque parte
deductis, diligenter examinata, dictum fuit perſi-
ſtendum eſſe in decretis, per ſacram congregatio-
nem illuſtriſſimorum interpretum ſacri Concilij
Trid. & in breue per S.D.N. fratribus concesſo, &
pro ipſius executione dãdas eſſe literas oportunas,
Idcircò amplitudinem tuam de præmiſſis certiorẽ
facere, ſacra hæc congregatio præſentibus literis
ſtatuit, ad hoc, vt fratres prædictos, iuxta prænarra
ta decreta, in immunitate, & iuribus ſuis tueatur, &
defendat, efficiatque nè contra ipſorum decretorũ
formam, fratres à quoquam moleſtentur. Vale in
Domino, à quo amplitudini tuæ, veram fœlicita-
tem precamur. Romæ, die 4. Decembris, 1596. Illu-
ſtriſſimæ, & reuerendiſſimæ Dominationi tuæ ſtu-
dioſiſſimus, Cardinalis Alexandrinus, & propterеà
inſtanter requiſiti, vobis omnibus, & ſingulis ſupra
dictis, & veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore præ-
ſentium committimus, & in virtute ſanctæ obediẽ-
tiæ diſtrictè præcipiendo mandàmus, quatenùs ſta
tim, viſis præſentibus, & poſtquàm illarum vigore
fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrum fuerit, requiſi-
tus ex parte noſtra. imò verius Apoſtolica authori-
tate moneatis, & requiratis primò, ſecundò, & ter-
tiò, & peremptoriè eundem illluſtriſſimum, & re-
uerendiſſimum Dominum Epiſcopum Barchino-
nenſem, eiuſque vicarium, & officialem, necnon re
uerendiſſimum Dominum Rectorem Eccleſiæ pa
rochialis S. Mariæ del Pino ciuitatis Barcinonen-
ſis, nunc, & pro tempore exiſtentis, omneſq. alios,
& ſingulos in executione præſentium nominandi,
& cognominandi, eiſque præcipiatis. & mandatis,
prout nos præſentium tenore præcipimus. & man
damus eiſdem, quatenùs intra ſex dierum ſpatiũ,
quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reli
quos duos dies, pro tertio, & peremptorio termi-
no, ac monitione canonica aſſignamus, & vos aſſi-
gnetis eiſdem, ſub duorum millium ducatorum au
ri Cameræ, locis pijs arbitrio noſtro applicando-
rum, & pro illis, mandati executiui, & in iuris ſubſi
dium excommunicationis, alijſque Eccleſiaſticis
ſententijs cenſuris, & pœnis, debeant, & quilibet ip
ſorum reſpectiuè, tàm coniunctim, quàm diuiſim,
ac prout vnumquemque reſpectiuè tangit, & con-
cernit, debeat realiter, & cum affectu, eoſdem in-
ſtantes, & eorum quemlibet premiſiſſe, & conceſ-
ſiſſe, liberè, ac pacificè, & quietè vti, frui, gaudere,
potiri, prænarratis priuilegijs, exemptionibus, li-
bertatibus, immunitatibus, decretis, fauoribus, &
his in genere, & in ſpecie, ac in omnibus, & per om
nia, nec ipſos inſtantes pro prætẽſa ſolutione quar
tæ funeralium, nec alijs præmiſſis, aut eorũ occaſio
ne, aut aliàs contra formam, & tenorem eorundem
priuilegiorum, & decretorum, & literarũ, ac alio-
rum, prænarratorum, quomodolibet moleſtaſſe, ve
xaſſe, perturbaſſe, inquietaſſe, ſeu impediuiſſe, mo-
leſtarique, neq. inquietari feciſſe, aut permiſiſſe, ne
que aliquam moleſtiam, vexationem, ſeu impedi-
mentum dediſſe, neque intuliſſe, ſed ab omnibus,
& ſingulis moleſtijs, vexationibus, perturbationi-
bus, inquietationibus, ſeu impedimentis, contrà
formam, & tenorem prædictum, quomodolibet il-
latis, factis, & præſtitis, fierique, & inferri commina
tis, ac ferendis, in futurum, deſtitiſſe, ceſſaſſe, & ab-
ſtinuiſſe, ipſiſque. priuilegijs, indultis, exemptioni-
bus, libertatibus, decretis, & literis, ac præſentibus
noſtris, in omnibus, & per omnia paruiſſe, & obedi
uiſſe, realiter, & cum effectu, illoſque, & illa, in om
nibus, & per omnia obſeruaſſe, nec ab illis, illorum-
que forma, & tenore receſſiſſe, nec quidquam con-
tra illarum, & illorum formam, & tenorem feciſſe,
attentaſſe, ſeu innouaſſe, ſed ſi quid factum ſit, id to
tum in priſtinum repoſuiſſe, & reduxiſſe, ipſiſque
inſtantibus, in, & pro præmiſſis omnibus, ius, & iu-
ſtitiam miniſtrari, ac ad totalem, & finalem eorun-
dem priuilegiorum, & decretorum, ac literarum,
& aliorum prædictorum totalem, & finalem execu
tionem, omni meliori modo procedi vidiſſe. Et in-
ſuper inhibeatis, & inhibendo expreſſè præcipia-
tis, & mandetis, prout nos tenore præſentium, præ-
cipimus, & mandamus eiſdem, ſic monitis, & monẽ
dis, omnibuſque, & ſingulis D.D. Epiſcopis, & com
miſſarijs, delegatis, & ſubdelegatis, ordinarijs, &
extraor-

Google

extraordinarijs, capitaneis quoq; Bancellijs, executoribus, cæteriſq. iuſtitiæ miniſtris quibuſcunq. omnibuſq; alijs, & ſingulis in executione præſentiũ, nominari, & cognominari, nè viſis præſentib. ſub eiſdem ſententijs, cenſuris, & pœnis, audeant, ſeu præſumant, qui eorum aliquis audeat, ſeu præſumat dictos inſtantes, aut eorũ aliquem, indè, & ſuper præmiſſis, aut eorum occaſione, vel aliàs cõtra formam eorundem priuilegiorum, decretorum, & literarũ, aliorumq; prædictorum moleſtari, vexari, perturbari, inquietari, ſeu impediri, nec quidquã facere, atteſtare, ſeu innouare, per ſe, vel alium, ſeu alios. Quod ſi ſecùs factũ fuerit, totũ reuocare, & in priſtinũ ſtatum reducere curabimus, iuſtitia mediãte. Alioquin prædictos ſic monitos, & citatos, ſi in præmiſſis ſe fore grauatos cẽſerint, modo, & forma præmiſſis, citetis, & citari curetis, prout nos etiam per præſentes citamus eoſdẽ, quatenus ſexageſima die, poſt citationem noſtrã, per nos eis factã, immediatè ſequẽtes, ſi dies iſta iuridica fuerit, alioquin prima die, ex tũc proxima futura, cõpareant Romæ in iudicio legitimè corã nobis, cauſam eorum grauaminis allegare, aliaq; dicturi, facturi, & recepturi, prout iuſtitia ſuadebit, & ordo dictauerit rationis. Certificãdo eoſdẽ ſic citatos, quod ſiue in dictæ citationis termino, vt præfertur, cõparauerint, ſiue non, nos nihilominus, locũ tenẽs noſter præfatus, ad præmiſſa, & alia grauiora procedemus, ſeu procedet, dictorũ citatorũ cõtumacia, vel abſentia, in aliquo nõ obſtãte. Quidquid aũt in præmiſſis feceritis, nobis quàm citius, fideliter intimare curetis, abſolutionẽ verò à præmiſſis, nobis, vel ſuperiori noſtro tantummodò reſeruamus. In quorum fidem, præſentes fieri, & per noſtrum Notarium publicum infraſcribi, ſubſcribi, ſigilloq. reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, quo in tali vtimur, iuſſimus, & fecimus appoſitione muniri. Dat. Romæ, ex ædibus noſtris, anno Natiuit. Domini, 1597. indictione 10. die verò 10. Febr. Pont. S. D. N. Clemẽtis VIII. Papæ, an. 5.

Bulla XXVII.

Clementis Papæ VIII. qua declarat Carmelitas Diſcalciatos, vnum eſſe ex quatuor ordinibus Mendicantibus, & alia.

SVMMARIVM.

1 *Concedit ſummus Põtifex Carmelitis reformatis, vt licet ipſi in proceſſionibus publicis, & priuatis, elegerint infimum locum inter regulares, non tamen contra ipſos, in ſua debita præeminentia, vllo tempore præſcribatur.*

2 *Concedit etiam, vt licet ipſi ad proceſſiones publicas, & priuatas, ſponte accedant, non tamen poſſint compelli, cum ſub ſtrictiori clauſura viuant.*

CLemens Papa VIII. ad perpetuã rei memoriã. Romanũ Pont. decet, pacem, & vnitatẽ, maximè inter Dei miniſtros, omni ſolicitudine tueri. Quamobrem ægrè tulimus, eos, quorum eſt euãgelizare pacem, & bona, & quib. à Dño ſæpe iubetur, pacem, & vnitatem diligere, veritatẽ apertiſſimam perpetã, & ſine fundamẽto impugnãdo, pacem, nõ abſq; ſcãdalo puſillorũ, ſcindere. Ad aures enim noſtras peruenit, nõnullos religioſos in partibus Indiarum, nõ obſtãtibus habitu, regula, profeſſione, ac titulo à ſummis Põtificibus prædeceſſorib. noſtris, & nobis, ac etiã ab vniuerſo populo Chriſtiano, vbiq. dari ſolito, dilectis filijs reformatis diſcalciatis ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Mõte Carmelo, auſu temerario cõtendere, illos Carmelitas non eſſe, neq; vnum eſſe ex quatuor ordinib. Mendicãtibus. Hos, qui iuſtitiã, & veritatẽ colere tenemur, huius rei, licet adeò eſſet manifeſta, maiorem certitudinẽ, habita in noſtra cõgregatione ſuper reformatione & viſitatione regularium cõſtituta, matura deliberatione, noſtra declaratione patefacere deliberauimus. Quocirca, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ordinẽ, & cõgregationẽ dilectorũ filiorũ reformatorũ Diſcalciatorum ordinis B. Virg. de Monte Carmelo, vnum eſſe ex quatuor ordinibus Mendicantibus, ordinem ſcilicet Carmelitarum, cuius religioſi ſtrictius regulã à bo. me. Alberto Patriarchã Hieroſolymitano, habitãtibus in Monte Carmelo traditam, & à fœ. re. Innocentio Papa IIII. prædeceſſore noſtro cõfirmatã, profitentur, & obſeruãt; ipſiſq; omnia ad prædictum ordinem, tam de iure, quàm ex priuilegijs attinentia, tanquàm propria competere, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, cui declarationi noſtræ, ſiquis cõtradicere præſumpſerit, illum anathematis vinculo innodamus. Et licèt dicti religioſi, vt accepimus, Euangelicæ humilitatis æmulatores, cõſilium Dominicum ſectantes, infimum locum, tàm in proceſſionibus, quàm congregationibus, & alijs quibuſcũque euentibus elegerint, & eligant. Hos tamẽ, qui Domini vices gerentes in terris, omnium iura, tueri tenemur, ipſos nullo modo decurſu tẽporis, aut alio præſcriptionis modo, locum, & præeminentiã aut aliam prærogatiuam ordini Carmelitarum cõpetentem perdere, in toto, nec in parte, neq; vnquã in dubium reuocatum iri: ita vt quoties, quæ per humilitatem permittunt, ob iuſtitiæ ordinem repetere voluerint, propria authoritate poſſint, & valeãt, authoritate, & tenore prædictis, perpetuò ſtatuimus, volumus, & ordinamus. Præterea illos, licet ob ædificationem fidelium, maximè nouiter ad fidem venientium propriæ quieti cedentes, ad proceſſiones, tam priuatas, quàm generales accierint, cum in ſtrictiori clauſura perpetuò, iuxtà regulam, quã profitentur, degant, ad proceſſiones generales compelli nunquàm poſſe. Sicq. per quoſcunq. iudices ordinarios, & delegatos, etiam palatij Apoſtolici auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritũ, & inane quidquid ſecùs ſuper his, à quocunq. quauis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocircà venerabili fratri Archiepiſcopo Mexican. necnon dilectis filijs, Decano, & Archidiacono Eccleſiæ Mexican. per præſentes committimus, & mandamus, quatenùs ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcunq. vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum religioſorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicãtes, illis, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciãt authoritate noſtra illos, præmiſſorũ omnium, & ſingulorũ effectu pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper à quoquã, quauis authoritate, quomodolibet indebitè moleſtari contradictores quoſcunq. per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaq. oportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcen. Inuocato etiã ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Non obſtan. fœ. re. Bonif. Papa VIII. prædeceſſoris noſtri, de vna, & in cõcilio generali edita, de duab. dietis, dummodò vltra tres dietas, aliquis authoritate præſentium, ad iudicium nõ trahatur, alijſq. cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac eiuſdẽ ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & cõſuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & literis Apoſtolicis eidẽ ordini, eiuſq. ſuperioribus religioſis, & quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritā, & alijs decretis, in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium pręmiſſorum, quomodolibet cōceſſis, cōfirmatis, & approbatis. Quibus omnib. & ſingulis, eorum tenores, præſentibus, pro expreſſis habentes, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, & impreſſis, manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſę. Dat. Romæ, apud S. Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Auguſt. 1603. Pont. noſtri, anno 12.

LAVS DEO.

In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium, præſentes literas, ſiue hoc publicum tranſumpti inſtrumentum, ſubſcribi, & publicari mandauimus, manuq; noſtra roborauimus, ſigilliq; noſtri, quo in ſimilibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſſione communiri. Datis, & actis, in dicta ciuitate Salmanticenſi, ſub anno à Natiuitate Dom. 1605. indictione 3. Die verò 29. Octobris, Pont. S. D. N. Pauli, Diuina prouidentia, Papæ Quinti, anno primo, præſentibus ibidem. Teſtibus ad præmiſſa vocatis, ſpecialiterq; rogatis, Ioanne Roderico *Notario, &* Antonio de Villa Corta.

Digitized by Google

Digitized by Google